

SEXTVS TOMVS

OPERV M VENERABI-

lis Bedæ, in diui Pauli scripta, interpretationes lu-
culentas exhibens: catalogum uerò
ipsarum, uersa pagina tibi
monstrabit.

BASILEAE.



SEXTVS TOMVS

OPERV M VENERABI-

lis Bedæ, in diui Pauli scripta, interpretationes lu-
culentas exhibens: catalogum uerò
ipfarum, uerfa pagina tibi
monftrabit.

BASILEAE.

SEXTI TOMI

ELENCHVS.

	<i>Retractationes in Actus Apostolorum.</i>	Folio	† a 1
	<i>Quæstiones in Acta Apostolorum sex.</i>		† 10
In Epistolam Pauli	<i>Ad Romanos, expositio.</i>	folio	a 1
	<i>Priorem ad Corinthios, expositio.</i>		318
	<i>Posteriorem ad Corinthios, expositio.</i>		599
	<i>Ad Galatas, expositio.</i>		690
	<i>Ad Ephesios, expositio.</i>		764
	<i>Ad Philippenses, expositio.</i>		832
	<i>Ad Colossenses, expositio.</i>		887
	<i>Priorem ad Theſſalonicenses, expositio.</i>		922
	<i>Posteriorem ad Theſſal. expositio.</i>		943
	<i>Primam ad Timotheum, expositio.</i>		554
	<i>Secundam ad Timotheum, expositio.</i>		1013
	<i>Ad Titum, expositio.</i>		1044
	<i>Ad Philemonem, expositio.</i>		1052
<i>Ad Hebræos, expositio.</i>		1054	
	<i>Aniani Epistola ad Euangelum presbyterum.</i>		
	Folio		1134
	<i>Ioannis Chrysostomi Epistola de laudibus beati Pauli Apostoli.</i>		1036

Venerabilis Bedæ presbyteri liber retractationis in Actus Apostolorum.


Caput primum.

PRAEFATIO.



SCIMVS eximium doctorem ac pontificem Augustinū, cum esset senior, libros retractationum in quædam sua opuscula, quæ iuuenis condiderat, fecisse: ut quæ ex tempore melius, crebro ex lectionis usu ac munere supernæ largitatis didicerat: non ut de prisca confusus imperitia, sed ut de suo magis profectu gauisus monumentis inderet literarum, ac posteris legenda relinqueret. Cuius industriam nobis quoque pro modulo nostro placuit imitari, ut post expositionem Actuum Apostolorum, quam ante annos plures rogatu uenerabilis episcopi Acca; quanta ualuumus solertia conscripsimus, nunc in idem uolumen breuem retractationis libellum condamus: studio maxime uel addendi quæ minus dicta, uel emendandi quæ secus quam placuit, dicta uidebantur. In quo etiam quædam quæ in Græco siue aliter, seu plus aut minus posita uisum, breuiter commemorare curauimus. Quæ utrum negligentia interpretis omiſſa uel aliter dicta, an incuria librariorum sint deprauata, siue relicta, nondum scire potuimus. Namque Græcum exemplar fuisse falsarum, suspicari non audeo: unde Lectorem admoneo, ut hæc ubi cunque fecerimus, gratia eruditionis legat, non in suo tamen uolumine uelut emendatos interserat, nisi forte ea in Latino codice suæ editionis antiquitus sic interpretata repererit. Nam & Hieronymus pleraque testimonia ueteris instrumenti, ut Hebraica ueritas habet, edocet: nec tamen hæc ita in nostris codicibus aut ipse interpretari, aut nos emendare uoluit. Verbi gratia: Non aspiciam hominem ultra, & habitatorum, quæ ueritas generatio mea, & Erit sepulchrum eius gloriosum, & A sinibus terræ laudes audiuius, & Omnis qui occiderit Cain, septuplū punietur: dicit in Hebræo haberi, Septem uindictas absoluet, & Ab alis terræ, & Requies eius gloriosa, & Habitatorum quietis, generatio mea ablata est: quæ sic apud Hebræos haberi Lectorem uoluit, eruditionis solummodo, non autem emendandi gratia nos se.

Bedæ tom. 6.



PRIMUM quidem sermonem feci de omnibus, à Theophile, quæ cepit Iesus facere & docere.

Quod ait, Primum quidem, non est aduerbium ordinis, iuxta illud Apostoli, Primum quidem gratias ago Deo meo: sed sicut ex Græco facillime patet, primum nomen est adiungendum ad hoc quod sequitur sermonem, ut sit sensus, Quod primum sermonem fecerit de Iesu Euangelium scribendo, secundum sit modo facturus Apostolorum actus addendo. Et quidem commemoratio nem primi sermonis adimplet, cum subdit: Vique in diem qua præcipiens apostolis per spiritum sanctum, quos elegit assumptus est, ac deinde initium secundi sermonis fecit, cum sequitur: Quibus & præbuit seipsum uiuum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta, &c. Nam et si in Euangelio illum cælos conscendisse, ac discipulos à Bethania Hierosolymam regressos esse testatus est, non tamē ibi dixit, quod per dies quadraginta post passionem suam eis creber apparuit, quod eum ascensurum de regno Israel interrogauerint, quod illo cælum petente angeli eis astiterint, qui eum simili modo rediturum esse prædicerent, & cætera huiusmodi.

Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, uos baptizabimini spiritu sancto. Baptisma Græcè, Latine tinctio dicitur. Vnde & in quibusdam codicibus ita interpretatum inuenimus: Quia Ioannes quidem tinxit aqua, uos autem tingemini in spiritu sancto. Vbi miranda concordia sermonum Domini, & præcursoris eius. Ille enim aiebat eis quos baptizabat de Domino: Ego baptizauit uos aqua, ille uerò baptizabit uos spiritu sancto. Er Dominus ipse: Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto. Notandum & hoc, quod baptisma Domini in spiritu sancto, de quo prædixerat Ioannes, non ad illud solummodo tempus respicit, quando apostoli & cæteri fideles illius temporis baptizati sunt aqua in remissionem peccatorum, per gratiam spiritus sancti donatam sibi à Domino: uerum etiam ad hoc, quando mittente ipso Domino plenius eiusdem dona spiritus accepere de cælis. Sed & nunc quicunque baptisma in remissionem peccatorum accipiunt, utique in spiritu sancto baptizantur, per cuius donum & à peccatis abluuntur omnibus, & ut in bonis proficere actibus possint, adiuuantur.

Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel. Non huius Israel, sed huic Israel: & sicut in Græco manifestum est, ubi totus Israel, & non tu Israel scriptum est. Quod facilius intelligeretur, si addito uno uerbo diceretur, Domine, si in tempore hoc restitues regnum populo Israel.

Cum intuerentur in cælum euntem illum. In Græco ita habetur: Et cum intenderet in cælum eunte illo:

isso: quod uidelicet in cœlum intenderent, quo ibat ipse. Vnde eis & angeli dicunt: Quid istis aspicientes in cœlum? Quia uerò etiam eum qui in cœlum ibat, intuebantur, sequente angelorum uerbo demonstratur, cum dicitur: Sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum.

Et cum introissent cœnaculum, ascenderunt ubi mansionem habebant.

Nam & in Græco ita positus est ordo uerborum: Et cum introissent in cœnaculum, ascenderunt ubi erant manentes, Petrus & Ioannes, & Andreas & Iacobus. In Græco ita se habet ordo nominum: Petrus & Andreas, & Iacobus & Ioannes, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hos referunt historiæ, in quibus apostolorum passiones continentur, & à plurimis deputantur apocryphæ: prædicasse in Perside, ibique à templorum pontificibus in ciuitate Suanit occisos, gloriosum subisse martyrium. Quibus astipulatur & liber Martyrologij, qui beati Hieronymi nomine ac præfatione intitulatur: quamuis idem Hieronymus illius libri non author, sed interpres, Eusebius autem auctor extitisse narretur. Porro Isidorus arbitratur hunc Simonem esse, qui post Iacobum fratrem Domini Hierosolymorum rexit ecclesiam, ac sub Traiano crucis martyrio coronatus est, cui centum & uiginti esset annorum: quem & nos olim in primo Actus Apostolorum libro secuti sumus, non ea quæ scripsit scrupulosius discutientes, sed simpliciter eius dictis auscultantes, rati quod hæc ipse de certis ueterum historijs didicerit. Quod ne adhuc quidem negare audemus, maximè cum ille qui præfatas Apostolorum passiones scripsit, ipse se certissimè incerta & falsa scripsisse prodiderit. Dicit enim, quia Candacis eunuchus, quem baptizasset Philippus in Iudæa, eo tempore fuerit in Aethiopia, quo Matthæus ibi docebat, eique docenti auxilium tulerit: cum manifestum sit, Candacem nomen esse non uiri, sed formicæ: id est, non eunuchi, sed Domine eius, reginæ uidelicet Aethiopum, quæ sicut ex ueterum monumentis comperimus, omnes antiquitus sic appellari solebant. Scripsi in eodem opere, commentarium Hieronymi secutus, & de Iuda fratre Iacobi, qui etiam Thaddæus uocabatur, missum eum ad Abgarum fuisse regem Osroenæ, ut Ecclesiastica tradiderit historia: sed diligentius postmodum ipsam historiam Ecclesiasticam inspiciens, reperi non ibi esse scriptum, quia Thaddæus Apostolus unus ex duodecim, sed Thaddæus uenerat regem fuerit destinatus. Non autem mihi imputandum errorem reor, ubi auctoritatem magnorum sequens doctorum, quæ in illorum opusculis inueni, absque scrupulo suscipienda credidi.

Cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius.

Fratribus Iesu, non Mariæ dicit. Namque in Græco manifesta distinctio est, ubi non *αὐτοῦ*,

sed *αὐτοῦ*, scriptum est, quod absque ulla dubietate pronomen est, apud eos generis masculini. Curauit nanque beatus Lucas intinere legentibus, quia fratres Domini eo tempore fidei eius erant participes, de quibus ante passionem eius dictum erat, Neque fratres eius credebant in eum.

Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach.

Lingua eorum dicit, qui habitabant Hierusalem: quia nimirum etli utriusque loquebantur Hebraicè, distabat tamen proprietates linguæ Hierosolymorum à Galilæis, de quibus Apostoli erant, quod in historia Dominicæ passionis discimus, ubi idem Petrus etiam nomen loquela sua proditus est, esse Galilæus.

Et statuerunt duos, Ioseph qui uocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus.

In Græco habetur plus: Et his dictis, statuerunt duos: Ioseph, qui uocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam. Vbi nos in hac sententiâ Iustus legimus, in ipso quoque Græco Iustus est positus. Quod si latinum nomen esse credimus, uideatur quia tantæ uirtutis ille uir fuerit, ut etiam à Romanis, qui esse nosse potuerant, iustitiæ nomen acceperit. Sin autem Hebræum nomen est, potest interpretari, parcens, uel ipse alleuatus, ut in libro Hebræorum nominum Hieronymus docet. Quod uerò Latine Iustus dicitur, hoc Hebraicè Sadoch, Græcè appellatur *δικαιος*. Refert autem Clemens Alexandriae presbyter, uir per omnia doctissimus, ambos hos qui ad sortem apostolatus statuti sunt, de numero fuisse septuaginta discipulorum.

C A P V T I I.

ET cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco.

Male quidam codices habent, Pentecosten, nam Pentecoste nominatio casu, quinquagesima dicitur: Pentecosten genitiuo, quinquagesimæ: Pentecosten accusatiuo, quinquagesimam. Nulla autem ratio loquendi sinit, ut dicamus Pentecosten, cum dici debeat, Cum complerentur dies quinquagesimæ: uel certe sicut in Græco legitur numero singulari, Et cum compleretur dies quinquagesimæ. At uerò in precibus eiusdem diei dicendum est, Et diem sacratissimum pentecosten celebrantes, id est, quinquagesimam. A cuius uerbis consuetudine putatur huius diei solennitas, à quibusdam qui Græcam linguam nesciunt, etiam nominatio casu Pentecosten appellari debere.

Et factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totam domum, ubi erant sedentes, & cætera.

Et in ipsa datione legis & gratiæ apparet euidentiissima ueteris & noui Testamenti distantia. Ibi plebs longè stabat: timor erat, amor non erat. Nam usque adeo timuerunt, ut dice-

dicerent ad Moysen: Loquere tu ad nos, & non ad nos loquatur Dominus, ne moriamur. Descendit ergo Deus sicut scriptum est in Synam in igne, sed plebem longè stantem territans, legem digito in lapide, non spiritu suo scribebat in corde. Hic autem quando uenit spiritus sanctus, congregati erant fideles in unum: nec in monte terruit, sed intrauit domum. De cœlo quidem factus est sonus subito, & quasi ferretur flatus uehemens sonuit: sed exauit nullus. Audisti sonum, uide ignem: quia & in monte utrumque erat, & ignis & sonitus, sed illic etiam fumus. Hic igitur linguæ diuisa: uelut ignis, nunquid de longinquo territans? Absit. Nam inedit super unum quemque illorum, & coeperunt linguas loqui, prout spiritus sanctus dabat eis pronuciare. Audi linguam loquentem, & intellige spiritum non in lapide, sed in corde scribentem.

Et apparuerunt illis dispartite linguæ tanquam ignis, seditque super singulos eorum, &c.

Huius ignis, non hic ignis. In Græco enim *πυρός* habet, non *ἔσθ*. Quæ distinctio facilius pateret, si addito uerbo diceretur: Apparuerunt dispartitæ linguæ tanquam ignis ardentis, siue tanquam ignis fulgentis: ut intelligatur, in speciem ignis linguas esse diuisas.

Et coeperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Hierusalem habitantes iudæi, uiri religiosi ex omni natione, &c.

In Græco non habetur in hoc loco, Varijs linguis, sed alijs linguis. Dixerat nanque Esaias: In alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic, & nec sic exaudient me, dicit Dominus. Quam nimirum prophetiam beatus Lucas ut hac datione spiritus impletam esse admoneret, idem etiam uerbum, quod in prophetia uidit, in hac sacra historia ponere curauit.

Quoniam audiebat unusquisque linguam suam illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? &c.

Scio me reprehensum à quibusdam, quod hanc sententiam duobus modis posse intelligi dixerim, uel potius qualiter intelligenda sit, quæserim. Quibus breuiter respondeo, quod omne quicquid de eadem sententia in præcedenti in eo uolumine scripsi, non hoc ex proprio sensu protuli, sed ex uerbis sancti & irreprehensibilis per omnia magistri: hoc est, Gregorij Nazianzeni assumpli. Et quidem constat quod repleti spiritu sancto Apostoli, linguis omnibus loquebantur: neque de hoc uili dubitare fidelium licet. Sed quomodo loquerentur, meritò queritur, utrum uidelicet primo Apostolorum tantam habuerit uirtutem, ut ab omnibus qui diuersas linguas nouerant, auditus æqualiter possit intelligi: an uerò quicumque eorum loquebatur, necesse enim erat, unum in conuentu tantæ multitudinis, tacentibus cæteris inrerim sermonem proferre doctrinæ, ipse qui loquebatur primo Hebræis, Hebraicè fecerit sermonem, nescientibus cæteris quid diceret. Deinde Græcis, Græcè igno-

rantibus, & expectantibus cæteris. Deinde Parthis, post hæc Medis, ac sic Elamitis, & quæ per ordinem enumerantur gentibus, propria sit ipsorum lingua locutus, præstolantibus singulis ac silentibus, donec adueniente sicut ordine quid diceretur, intelligerent, & sic uerbis docentium fidei assensum præberent. Refert autem loquentem ad turbas Petrum, & secundo uel tertio eadem quæ dixerat, repetentem non refert, sed tantum eas accepto salutis consilio Christianæ fidei consecratas esse mysterijs. Non autem errasse reor illum, si quis utrunque fieri posse credat, & apostolos uidelicet in spiritu sancto omnium gentium linguas intelligere ac loqui potuisse, & ipsorum quoque uerba maiore miraculo quacunque lingua essent edita, ab omnibus qui audiebant, & que potuissent cognosci.

Et qui habitant Mesopotamiam, & Iudæam, & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphiliam.

Hæc quæ post Iudæam nominantur prouinciarum, uere omnes quidem Græcè loquuntur, sed si nihil diuersum patria consuetudine sonaret, nequaquam tam subtili distinctione linguarum commemorarentur. Vnde mira in apostolis spiritus gratia contuenda est, quæ non solum eos diuersitatem omnium edocuit linguarum, uerum etiam distantiam proprietatum in unaquaque lingua iuxta numerum prouinciarum, quæ hac utebantur, in eorum fecit loquelis agnosci.

Et aduene Romani.] Rectius haberetur in Græco, Et peregrinantes Romani, id est, Iudæi qui peregrinam Romæ uitam agebant, sicut alij a libi, de quibus supra dictum est. Nam quod aduenæ ibi fuerint, qui Græcè dicuntur profelyti: id est, hi qui ex gentibus ad Iudaismum relicto gentilitatis ritu conuenerant, sequente uersu manifestatur, cum dicitur: Iudæi quoque & profelyti.

Sanguinem & ignem, & uaporem sumi.] De igne & fumo in præcedenti libro dictum est, sanguinem autem non solum Domini uulneris, sed etiam Domini sudoris dicit, quando orante illo ante traditionem, factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis, decurrentis in terram. Quod ideo inter ligna diuinitus gesta numerat, quia in consuetudine naturæ nequaquam inueniri probatur humanæ. Signum est ergo, quia significabat uniuersum orbem sanguine Domini esse abluendum: ut sicut aliquando tabernaculum siue templum sanguine uictimarum erat Domino consecratum, ita nunc per omnem mundum populus fidelium illi in domum sanctam, ipsius sanguine dedicaretur: nec solum Hierosolymis esset locus orandi, uerum in omni loco dominationis eius, leuarent electi manus suas per orationes puras ad Dominum.

Sol conuertetur in tenebras.] Tenebrarum nomē in Græco singulari numero legitur, id est *σκότος*, quod latinus interpres, quia singulari numero proferre nequibat, necessarid pluraliter tenebras posuit. Hoc autem ideo commemorat

randum putauit, ut sciret omnis quicumque hæc de gente Anglorum legeret, non sibi esse necesse propter latinæ linguæ auctoritatem, tenebras in suam loquelam pluraliter proferre: sed potius singulariter, cum & hoc æquè possit propter Græcam nimirum auctoritatem, unde in latinam scripturam translata est.

Hunc definito consilio & præscientia Dei, traditum per manus iniquorum affligentes interemistis.

In Græco habet uno uerbo plus, quod tamè multum ad causam pertinet.

Et præscientia Dei traditum accipientes.] Traditus nanque est à præside in potestatem eorum illa conditione, ut siue hunc siue latronè eligerent: & illi accepta hac optione donauerunt latroni uitam, Iesum uerò per manus militum suis tamē clamoribus ac precibus interemerunt.

Quem Deus suscitauit solutis doloribus, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.

Videtur sensus esse huius sententiæ, quia soluti sunt Domino ad inferos descendente dolores poenarum: id est, tangere illum minime ualuerunt. Verum si Græcam inspexerimus auctoritatem, ubi scriptum est: *Quem Deus suscitauit tertia die, soluens per ipsum dolores mortis, iuxta quod non erat possibile teneri illum ab eo: patet profectò, quia solutos per Dominum dicit dolores inferni siue mortis: hoc est, per descensum eius ad inferos liberatos à locis inferorum sanctos: qui quamuis in sinu Abraham, id est in consolatione secrete quietis tenebantur, eo ipso tamen à dolore mortis siue inferni non erant in totum liberi. quo nec dum superna in cœlis gaudia uidere & intrare meruerunt, donec fieret quod dictum est per prophetam Domino: Tu quoque in sanguine testamenti eduxisti uinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Si enim in lacu locorum infernalium liberi prorsus à dolore mortis erant sancti, quare dicit eos uinctos, donec educerentur in sanguine Christi? Soluti ergo per illum dolores mortis, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Nam sicut immunitas erat ipse à potestate mortis, ita erat potens etiam quoscunque uellet à dominio mortis eruere.*

Dauid enim dicit in eum, id est in personam eius: Prouidebam Dominum coram me semper, quoniam à dextris est mihi, ut commonear.

Exponendo mediator Dei & hominum, quid ipse fecerit, dat nobis qui puri homines sumus consilium, quo peccata uitemus. Nam qui auctoris sui præsentiam iugiter oculo mentis intuetur, nullatenus hunc ad delicta conuertitur. Dicit etiam causam, qua motus non est. Domino siquidem à dextris opitulante, sinistra non præualent: sed animus quem ille custodit, in eo firmius perseverat. Congruè sibi autem Domino à dextris esse dicebat: quia si non ille hanc partem tenuerit, statim eam insidians diabolus occupabit, sicut de Iuda scriptum est: Et diabolus stetit à dextris eius.

Propter hoc delectatum est cor meum, & exultauit lingua

mea.] Propter hoc quod ille scilicet à dextris assistit, & in cogitationibus suis iocunditatem & exultationem in lingua obortam sibi esse testatur. Et quidem imminente passione dicebat: Quia tristis est anima mea usque ad mortem, coepitque pauere & tædere. Sed contristabatur, ut uerum se esse hominem in anima & corpore, ac ueraciter passibilem demonstraret: exultauit uerò animo & lingua, quia passione sua saluandum esse nouerat genus humanum.

Insuper & caro requiescet in spem.] Gaudebat quidem, quod ab inimicis moueri ac superari nequebat: sed eum super hoc gaudium adhuc sibi dicit creuisse lætitiā, quod in carne sua, cuius nos morte saluauit, exemplum quoque resurrectionis nobis esset præbiturus.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Constat quidem animam Domini non esse derelictam apud inferos, quæ ablatiis eis propter quos ibi descenderat, mox ad superna redijt: constat nec carnem eius esse corruptam, quæ cito resurrectione glorificata est.

Sed querendum, quomodo ipse in alto psalmo impropere impoenitentibus & contumacibus, laborem suæ passionis dicat: Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Quod ita soluitur, quia ibi se dicit descendere in corruptionem, cum corpus eius affigentium clauorum & lanceæ irruptione penetratur: quia & ipsa solidi corporis transuerberatio non immerito quadam probatur detecta corruptio. Hic autem corruptionem, id est putrefactionem iuste negat fieri, quæ generaliter carnem uastat humanam, sed sacrosancto eius corpori nullatenus ualuit prouenire.

Notus mihi fecisti uisus uite, replebis me iocunditate cum facie tua.

Hæc non solum de Domino rectè intelliguntur, qui non alio duce ad superandam mortis regnū egebat: sed accepta semel plenitudine diuinæ uirtutis & sapientiæ, per se mortem destrueret, ad uitam resurgeret, atque ad dexteram patris ascendere ualebat, uerum etiam de electis eius, qui ipso donante uiam ueritatis inueniunt, per quam ad uitam quam in protoplasto perdidere redeant, qui & ipsi replebuntur iocunditate cum facie Dei patris: quia hæc est perfecta nostra beatitudo, cum ipsam meruerimus facie ad faciem uidere, sicut optime intellexit Philippus cum ait: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Sufficit enim illa iocunditas faciem Domini uidere, neque aliud amplius requiritur: quia nec erit quid amplius requiratur, cum uisus fuerit ille qui est super omnia. Et hæc sunt quæ in Psalmo sequuntur: Delectationes in dextera tua usque in finem.

Propheta igitur cum esset & sciret, quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens locutus est de resurrectione Christi, etc.

In Græco habet plus, De fructu lumbi eius suscitare Christum, & sedere super sedem eius. Sed & in eo quod sequitur, Prouidens locutus

cutus est de resurrectione Christi eius, quia neque derelictus est in inferno. In græco cōsequētius habetur, quia neque derelicta est anima eius in inferno. Et sanctus Fulgentius ad Trasamundum scribens, ita ponit: Nam & de corporis eius excitatione à mortuis continuò subiecit dicens, Neque caro eius uidit corruptionem. Iuxta quod & propheta utrunque complexus est dicens: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Et promissione spiritus sancti accepta à patre, effudit hunc quem uos uidetis & auditis.

In græco habet ita: Effudit hoc donum, quod nunc uos uidetis & auditis. Et quidem super Iesum, quem crucifixere Iudæi resuscitatum à Deo, & esse Christum edocuit: nunc autem ad altiora paulatim fidem prouocans audientium, & Deum hunc esse uerum designat, dum eum sancti spiritus donum effudisse cōfirmat, quod diuinæ tantum esse potentia, sapiens quisque cognoscit. Et pulchrè eodem uerbo effusionis uisus est, quod superius commemorata propheta sententiā Dominum dixisse præmiserat: ut ex hoc quoque & illud auditores colligerent, ipsum esse Dñm Iesum Christum, qui & antequam carnem assumeret, loqui consueisset in prophetis: qui futura seculi tempora pro ut ipse uellet disponeret, qui signa & prodigia in cœlo daret, & in terra, qui omnes nomen suum inuocantes saluos faceret, ceteraque prophetice sermo de scribit quasi Dei filius ac Deus uerus expleret.

Non enim Dauid ascendit in caelos, dicit autem ipse: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.

Quidam codices habent, Dicit Dominus: sed græca exemplaria & in hoc libro & in psalterio habent, Dixit Dominus. Manifestissimè autem beatus Petrus per hunc psalmum exponit, quomodo sit intelligendum quod de alio psalmo superius assumpserat iurasse Dñm Dauid de fructu lumbi eius suscitare Christum, & sedere super sedem eius: quia uidelicet & hæc sedes regni non in terra Hierusalem, in qua regnauit Dauid, sed ad dexteram intelligenda esset maiestatis eius in cœlis. Vbi utrāque unius eiusdemque redemptoris nostri naturam, descripturis prophetis euidenter astruxit: & humanam uidelicet, quæ de fructu lumbi Dauid per uirginem orta est: & diuinam propter quā ascendens in cœlum, homo ad dexteram patris assumptus est. In hac namque ueraciter filius Dauid, in illa Dominus Dauid extitit, propter quod & congruenter adiunxit:

Certissimè ergo sciat omnis domus Israel, quia & Dominum eum & Christum Deus fecit.

Dominum namque illū esse probauit, ex uerbo Dauid quod ait, Dixit Dominus Dño meo: & ex eo quod dixit propheta Iohel, Et erit in nouissimis diebus dixit Dominus: Effundā de spiritu meo super omnem carnem, tum hoc eum ueraciter ipso die perfectissè declarasset: Christum uero illum esse docuit, uerbo eiusdem Dauid, quo ei dictum à Domino cecinit, Sede à de-

xtris meis. simul & ex eo, quod per prophetam loquens spiritum sanctum, suum esse spiritum declarauit, quodque hunc sua potestate hominibus dare potuit. Hoc etenim nulli prorsus hominū cōpetere, excepto mediatore Dei & hominū homine Iesu Christo, quod nisi infidelis dubitaret? Nā quomodo esse potuit, ut ille non uere Christus .i. omni plenitudine spiritus sancti unctus esse rectè crederetur, qui de eodem spiritu potētialiter quibus uoluit, dare probatus est? Ait ergo, quia & Dñm eum & Christum Deus fecit. Nunquid Dñs Christus & Deus & homo est unā in duabus naturis existēte personar? In diuinitate quidē eternaliter à patre natus est, in humanitate autē ex tempore ab ipso patre factus est, cum eum operante spiritu sancto in utero uirginis incarnari disponit.

Et Dominus inquit eum & Christum Deus fecit, hunc Iesum quem crucifixistis.] Quia Iesus propriū nomē est hominis illius, quem crucifixerunt Iudæi, sicut Aarō siue Dauid, propria sunt nomina hominū: Dñs autē potētatis ac maiestatis uocabulū est, cui meritū debeat oīs creatura subijci, de qua ipse discipulis post resurrectionē apparens ait: Data est mihi oīs potestas in cœlo & in terra. Porro Christus regis siue pontificalis appellatio dignitatis est. Nāque pontifices & reges per legem oleo sancto uncti, & ob id Christi nūcupari solebāt: in figurā nimirū eius qui oleo lacticie, id est, spiritu sancto præcōfortib' suis à Deo unctus rex nobis & sacerdos magnus fieri dignatus est: sacerdos uidelicet, ut hostia nos suæ passionis emundet ab omni peccato, ut ad dexterā Dei politus etiā nūc interpellat pro nobis: rex autem, ut deuictis omnibus aduersariis nostris, ad regnum nos immortale perducatur.

Quid faciemus uiri fratres?] In græco habet plus: Monstrate nobis. Quod uerbum in opusculis eorum qui scripturas sanctas exposuerunt, septius huic sententiæ adiectum inuenimus.

Et accipietis donū spiritus sancti. Vobis enim est promissio, & filijs uestris dicente per prophetā Domino: Effundā de spiritu meo super omnem carnem: & prophetabūt filij uestri, & filie uestræ.] Quod uerbum addidit. Et omnibus quæ longè sunt, quocumque aduocauerit Dñs Deus noster, ad illud testimoniū respicit quod de propheta ultimū posuerat, quia omnis quicumque inuocauerit nomen Dñi saluus erit. Quod ad gentiū uocationē specialiter pertinet, quæ à societate filiorū Israel, & cognatione & merito longè fuerāt segregatæ, & tamē per inuocationem nominis Domini iuxta promissionem prophetæ, à suo erant errore saluandæ.

Qui ergo receperūt sermonē eius, baptizati sunt.] Hunc locū alia translatio iuxta proprietatē græcæ ueritatis ita habet: Illi quidē recipientes libenter uerbum eius baptizati sunt. Qua interpretatio ne uidetur manifestius expressum, quia non quidam ex eis qui audierant uerbum Petri, sed omnes qui ad audiendū conuenerant, libenter hoc audientes baptizati sunt.

Dominus autem agebat qui salui fierent quotidie in idipsum.] In græco ita legitur: Dominus au-

tem augebat qui salui fierent quotidie ecclesie, ac deinde altera narratio ita incipit.

CAPVT III.

In idipsum autem Petrus & Iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

Quod superiori sententiæ ita potest aptari: Cum Dominus quotidie predicatibus Apostolis in ecclesiam suam credentes aggregaret, ascendebant Apostolorum primi in templum, Deū rogaturi in idipsum: id est, ut ecclesiæ suæ semper augmenta procuraret.

Et protinus consolidatae sunt bases eius & plantæ.] Bases nomen græcum est, & in ipso græco sic positum, quod latinè fulturas significat: quo nomine gressus eius confirmatos indicat, sicut etiā latinè quidam interpretati sunt. Sed sciendum est, quod gressus proprie apud græcos δίαβηται uel ῥογαὲ uocantur.

Et impleti sunt stupore & extasi.] Alia editio pro extasi, id est, excessu mentis, admirationem non proprie posuit: quia maior admiratio solet non nunquam mentē ad excessum deducere, & ultra consuetum cogitandi modum ad altiora transferre.

Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem uos quidem tradidistis, &c.

In græco habetur consequentius: Deus patrum nostrorum glorificauit puerum suum Iesum. Conueniebat namque, ut sermonē de Domino his qui eum occiderant, faciens doctor sapiens, primò humanitatis, quæ tradit & interfici potuit, recordaretur: deinde paulatim resurrectionis gloria eius patefacta, Deum quoque hūc & Dei filium esse declararet, denique paulo post authorem eum uitæ appellaret. Et in clausula sermonis apertius, Vobis inquit, primum Deus suscitans filium suum, misit eum benedicientem uobis, ut deleatur uestra peccata: ut cum uenerint tempora refrigerij à conspectu Domini, tunc uestra deleantur peccata. Tempora autē refrigerij discretionem uniuersalis iudicij & iustorum redemptionis dicit, de quo ipsi tribulationes quidem passi, sed spe salui facti dicunt Domino in psalmo: Transiimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Tunc etenim plenè delebuntur nostra peccata, cum uirtute resurrectionis nouissima inimica destructa fuerit mors. In quadam translatione hunc uersum ita propter explanationem sensus positum inuenimus, Ut cum uenerint tempora refrigerij, ueniant & uobis à facie Domini. Et reuera in græco sic scriptum est, cum additamēto pronominis illius: Ut cum uenerint uobis tempora refrigerij à facie Domini.

Quem oportet caelum quidem suscipere usque in tempora resurrectionis omnium, quæ locutus est per os sanctorum suorum à seculo prophetarum.

Hoc est, quod eidem Domino Iesu Christo à Deo patre dictum psalmista testatur: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Assumptus namque est in cælum, & sedet à dextris Dei. In qua nimirum sede paternæ maiestatis, semper diuinitus manet,

neque inde unquam absuit: uerum in assumpta humanitate uenturus est de cælo ad iudicandum uiuos & mortuos, quando omnes inimici eius subdentur pedibus eius, & restituentur omnia quæ locutus est Deus per omnes prophetas ab initio seculi: quia cum sanctis omnibus ad æternam uitam cum Domino intratibus, reprobis cum diabolo omnes perpetuas pœnas subibunt, nihil restabit omnino, quod prophetę nobis ultra sperandum promittant: eo quod utraq; pars, & boni scilicet & mali irreuocabiliter in ultimo examine sententiā à iusto iudice perceperint. Multumque fallitur & fallit Origenes, qui se post hoc iudicium longissimolice temporum distante interuallo, cum ceteris peccatoribus, qui à sinistra iudicis cū diabolo missi fuerint in gehennam, liberandum putat, & ad regnum cœlestē perducendum: quasi hoc eis promittente propheta qui ait, Et clauduntur ibi in carcere, & post dies multos uisitabuntur: cum manifesta sit iuxta sanos sensus prophetæ sententiā, qua hostes ac persecutores sanctæ ecclesiæ singulos in die exitus sui in gehennam rapiendos prædixit: sed cunctos in die iudicij ad modicum inde relaxandos prædixit, dā recepto corpore immortali denuò duplicem in pœnam mortis præcipitentur æternæ. Nam & hoc prophetam in hac sententiā intendisse sequentia ipsius uerba declarant, qui cum dixisset, Et post dies multos uisitabuntur: cunctos in die iudicij ad modicum inde relaxandos prædixit, dā recepto corpore immortali denuò duplicem in pœnam mortis præcipitentur æternæ. Nam & hoc prophetam in hac sententiā intendisse sequentia ipsius uerba declarant, qui cum dixisset, Et post dies multos uisitabuntur: cunctos in die iudicij ad modicum inde relaxandos prædixit, dā recepto corpore immortali denuò duplicem in pœnam mortis præcipitentur æternæ. Nam & hoc prophetam in hac sententiā intendisse sequentia ipsius uerba declarant, qui cum dixisset, Et post dies multos uisitabuntur: cunctos in die iudicij ad modicum inde relaxandos prædixit, dā recepto corpore immortali denuò duplicem in pœnam mortis præcipitentur æternæ. Nam & hoc prophetam in hac sententiā intendisse sequentia ipsius uerba declarant, qui cum dixisset, Et post dies multos uisitabuntur: cunctos in die iudicij ad modicum inde relaxandos prædixit, dā recepto corpore immortali denuò duplicem in pœnam mortis præcipitentur æternæ.

Moses quidem dixit, Quia prophetam uobis suscitauit Dominus Deus uester de fratribus uestris, tanquam me ipsum auditis iuxta omnia quæ locutus fuerit uobis, &c.

Initium huius loci in græco plus habet: Moyse quidem dixit ad patres uestris, Quia prophetam uobis suscitauit Dominus Deus uester. Patet autem uirtus sententiæ, quia Dominus noster de populo Israel ueritatem carnis assumpsit, apparens in similitudinem Moyse: ut sicut ille carnalem Israel cerimonij & foris legalibus instructum ac purificatum, in terram repromissionis introduxit, ita & Dominus per gratiam Euangelij spiritalem Israel de toto orbe congregans, ad cœlestia regna perduceret. & sicut illi qui legem Moyse contempserunt, de terra repromissionis sunt ab inimicis nationibus eiectionis: sic & hi qui doctrinam Euangelicæ gratiæ despexerunt, de cœtu sanctorum per ultores spiritus expellantur. Hoc est enim quod sequitur.

Erit autem omnis anima quecumque non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe.

Verum notandum, quia beatus Petrus hic non uerba Mosaicæ sententiæ, sed sensum tenere curauit. scriptū namque est in Deuteronomio, dicente Moyse ad filios Israel: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies, ut peristi à Domino Deo tuo in Horeb. Et paulo post: Et ait Dominus Deus mihi, Bene omnia locuti

locuti sunt, Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorū similem tui, & ponā uerba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem uerba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Pro quo Petrus posuit, Exterminabitur de plebe: manifestius insinuans hunc esse modum diuinæ ultionis, ut qui cœlestia mandata contemnunt, ab electorum sorte reddantur extorres. Et hic ergo & multis alijs in locis, ubi Apostoli & Euangelistę de ueteri testamento exempla posuerunt: perspicuum est eos scripturam sensum quælisse non uerba, nec magno opere de ordine sermonibusque curasse, ut intellegi res pateret.

Dicens ad Abraham, Et in semine tuo benedicentur omnes familie terre.

Ex utroque hoc testimonio & illo uidelicet quod ad Moysen, & illo quod ad Abraham à Domino promulgatum est, & seueritas eius & bonitas declaratur. Bonitas quidem in eis, qui accepta fide Christi benedicti merentur ab illo: seueritas uerò in illis, qui merito sui contemptus & inobedientiæ de plebe benedictorum exterminantur: id est, extra terminos eternæ beatitudinis eiciuntur. Ita autem dictum est, In semine tuo benedicentur omnes familie terre: quomodo in Euangelio dictum est, Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem ueniētem in mundum. Non enim uel omnes familie terræ benedicentur in Christo, uel omnis homo ueniens in mundum illuminatur à Christo: ut plures multo sint quæ in tenebris & maledictione, qua nati sunt primæ transgressionis uitam transigentes, uel etiam peiora addentes in eternum damnentur. Sed intelligendum quod in semine Abrahæ, hoc est in Christo benedicentur omnes familie terre, quæcumque benedicendę sunt: eiusque gratia illuminetur omnis homo, quicumque ad sortem sanctorum, quæ est in luce pertinet: nec sit aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. quāuis & ita recte possit intelligi, nullā esse cognationem siue familiam terræ, in qua non aliqui benedictionem supernæ hereditatis accipiāt: ex illis dico familijs siue cognationibus septuaginta & duobus, in quas post diluuium in constructione turris, diuisum esse genus humanum legimus. Benedicentur ergo in semine Abrahæ, uidelicet mediatore Dei & hominum homine Iesu Christo, omnes electi: non solum qui post incarnationem eius in eum crediderunt, uerum etiam hi qui incarnationis eius tempora nascendo in carne præcesserunt. Omnibus namque idem homo Deus ad cœlos ascendens, ianuas regni cœlestis aperuit: omnibus in die iudicij dicturus est, Venite benedicti patris mei, percipite regnum.

CAPVT IIIII.

Speruenerunt sacerdotes & magistratus templi.] Magistratus nummo singulari legendū est, quod

ex græco facillimè claret, ubi ἱερατοὺς singulariter scriptum est: pro quo latinè in quibusdam codicibus præpositum templi, in alijs rectius prætorem templi scriptum inuenimus. Nā græcè prætor, ἱερατοὺς: magistratus autem siue princeps ἑξαρχὸς dicitur.

Dixit ad eos, Principes populi & seniores.] In græco habet plus, Et seniores Israel audite. Similiter in sequentibus, ubi dictum est, In hoc iste astat coram uobis sanus: in græco habetur, Coram uobis sanus hodie, & in alio nullo.

Videntes autem Petri constantiam & Iohannis, comperto quod homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur.

Sine literis dicitur, non quod literas nesciret, sed quod grammaticæ artis peritiā non haberent. Nam in græco apertius pro hoc uerbo ἄγραμματοι, hoc est, illiterati habetur: idiotę autem, proprie imperiti uocantur. Denique in epistola ad Corinthios, ubi scriptum est: Et si imperitus sermone, sed non scientia, pro imperito in græco ἰδιώτης habetur.

Quia omnes clarificabant, id quod factum fuerat.] Melius habetur in græco, Omnes enim glorificabant Deum, in eo quod factum fuerat. Et quod in nostris codicibus additum est, In eo quod acciderat: in græco non habetur. Et quidem glorificabant & clarificabant ex uno græco, quod est ἐδοξάζον, solent indifferenter in Latinū trāsferre, sed distat inter clarificari factum, & Deū in facto clarificari siue glorificari. Clarificari namque, est facta siue dicta aliqua in notitiā hæc plurimorum fama uulgante deferri, quod etiā de humanis rebus mirifice gestis fieri potest: Deum autē clarificari siue glorificari in factis hominū, propriū est Christianæ pietatis & humilitatis, precipiente ipso ac dicente: Videant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrū qui in cœlis est.

Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?] Non quasi nescius interrogat propheta, sed uersam mirando impiorum corrūpit eos qui ad uersus Dominum Saluatorem nihil ab eo læsi, immò multis beneficijs adiuti consurrexerunt. Gentes autem propter milites Romanorum, populos propter Iudæos posuit. Vnde apte gentes fremuisse, populi autē meditati esse inania aduersus Deum dicuntur. Iudæorū namque proceres sedula meditatione, quomodo Dñm morti traderent, tractabant: milites uerò nihil ei intulisse, nihil insidiarum tetendisse reperitur, sed tantum in contumeliā & mortem eius imperijs obtemperasse præsidis. Vnde & fremere dicti sunt, imperito scilicet motu atque in condito agitati: & quia fremitus proprie ferarum est, merito fremere dicti sunt, qui ratione postposita beluino furore succensi sunt. Quod autem populi inania meditati esse perhibetur, respicit ad hoc quod in præcedente psalmo de beato uiro dicitur: Sed in lege Domini uoluntas eius, & in lege eius meditati sunt die ac nocte. Sicut enim beatus est, qui in meditatione diuine legis suum tempus omne transigit: ita perpetuis est miserijs iure deputandus ille populus,

pulus, qui non solum à meditando Dei lege se superbiens auertit, sed & cõtra ipsum legis auctorem Deum ac Dominum suum crebra se meditatione infans exercuit.

Asiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum & aduersus Christum eius.

Principes Iudæorum, & ipsum Pilatum dicit: reges autem plurali numero propter Herodem tetrarcham ponit, sicut sequentia apostolorum uerba testantur, quãuis possit recte plurali regum appellatione designari ipse Herodes tetrarcha, qui in nece Domini consensum præbuit Pilato: & ille eiusdem nominis & militis, qui in perseguendo Dominum mox natum pueros necauit in Bethlehem. Qui etsi non eodem tempore, eodem tamen odio ac nequitia mentis, cum principibus Iudæorum aduersus Dominum asiterunt & conuenerunt in unum. Notandum autem quod horum uersuum talis est concatenatio, ut & prior de secundo accipiat clausulam, qua dicitur aduersus Dominum & aduersus Christum eius: & secundus de primo accipiat aduerbium Quare, ut sit plena uerbiusque positio, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania aduersus Dominum & aduersus Christum eius, quare asiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Reges autem terræ dicit ad distinctionem eorum, in quibus in terra peregrinantibus regnum seruat in cœlis.

In eo quod manum tuam extendas, sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti filii tui Iesu.

In græco habetur, Per nomē sancti, pueri tui Iesu: quod magis Apostolorum uotis congruere uidetur, qui per omnia fatagebant, ut homo quem crucifixerunt Iudæi clarescentibus per nomē eius miraculorū signis, in cœlum assumptus, & Dei esse filius innotesceret.

Et loquebantur uerbum Dei cum fiducia. In græco habet additum: *Omnis uolenti credere.* Sed & in sequenti lectione, cum dictum esset, Multitudinis autē credentium erat cor unum, & anima una: & hic in græcis exemplaribus, quod nostri codices non habent, adiunctum est, Et non erat separatio in eis ulla, ac deinde, quod & in nostris codicibus continetur subillatum: Nec quisquam illorum quæ possidebant, aliquid suum esse dicebant. Quam sententiam etiam beatus Cyprianus in libro Testimoniorum tertio sic posuit, dicens: Turba autem eorum qui crediderunt, anima una ac mente agebatur: nec erat inter illos ullum discrimen, nec quisquam suum iudicabat ex bonis quæ eis erant. Conuenit autem hic locus, & aptissima ratione concinit ei quod supra dictum est: quia qui spiritum sanctum acceperunt in die sancto Pentecostes, cum omnes Galilæi essent, cunctorum qui de diuersis mundi partibus aderant & Iudæorum & profelytorum linguis loquebantur. Illic etenim per adnationem linguarum discrepantium pulcherrimo prælagio designabatur, quod sancta ecclesia per donum eiusdem spiritus in diuersis per or-

bem nationibus & linguis unum esset cor & animam habitura. Non enim omnium creditum est linguis loqui omnibus, sed diuersarum adunatio linguarum in fide Christi indicio fuit: quia Dominus unus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium.

Sed erant illis omnia communia. Latine cõmunia, græcè dicuntur κοινὰ, à quo nomine constat perfectos Dei famulos κοινωβίτους græcè, id est, communiter uiuentes, & κοινωβία habitacula eorum esse uocata. βία namque lingua eorum uita constat appellari, non eam uitam quæ morti cõtraria est: sed illam dum quarimus, qua quis conuersatione uitam ducat in militia an in agricultura, an in arte qualibet honesta uel turpi, monarchus sit, an laicus, an clericus. Ceterum uita qua à mortuis discernimur, cõm nuncupatur à græcis. Qui ergo ita uiuunt, ut sint eis omnia cõmunia in Domino, recte composito ex duobus uno nomine κοινωβίται uocantur. Quæ nimirum uita tanto ceteris seculi huius conuersationibus felicitior est, quãto statum futuri seculi etiam in præsentia imitatur, ubi sunt omnia omnibus cõmunia bona beatis, cernentibus eius gloriam, à quo omnia bona sunt: & quia ibi summa pacis & securitatis gratia regnat, recte ciuitas in qua huius uitæ typus præcelsit, Hierusalem, id est, uisio pacis dicta est. Vnde notanda rerum simul locorumque distantia: si quid in opere superbia turris lingua & mens humani generis cum esset una, merito iniquitatis discissa est, ita ut cum omnibus ibi linguis loquerentur homines, nemo tamen proximi sui uoluntatem aut uerba cognosceret. Porro in Hierusalem eadem sunt lingue merito humilitatis unitæ, unaque omnibus lingua, eadem erat uoluntas & anima. Quod nimirum usque hodie toto orbe geritur, dum electi in multifaria diuisione loquelarum, uno ac non diuiso corde & intentione Domino famulantur: at uerò reprobis ita omnes diabolo deseruitur, ut eadem seruitus diuersa mente & pugnaci, plerumque inter se studio & certamine geratur: propter quæ eorum ciuitas recte Babylon, id est, confusio nominatur.

Ioseph autem qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, quod est interpretatum filius consolationis, leuitus Cyprius genere, cum haberet agrum uendidit illum, &c.

Mirum quomodo hunc Barnabam, qui postea cum Paulo gentium est ordinatus Apostolus, ac post longum eius contubernum denud Cyprium, unde ortus fuerat, prædicaturus rediit. Eusebius in historia Ecclesiastica de numero esse septuaginta discipulorum Domini saluatoris arbitratur, cum manifeste scribat beatus Lucas eum post ascensionem Domini ad discipulatum Apostolorum uenisse: nisi forte putandum est eum prius ita discipulatum Christi secutum, ut necdum renunciauerit omnibus quæ possidebat. Quod utrum Euangelicæ doctrinæ conuenit, cuius facillime patet.

CAPVT V.

Exurgens autem princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant, &c. Hæc lectio in græco ita incipit respiciens

respiciens ad priora, Et uidentis hæc exurgens princeps sacerdotum.

Ut audierunt autem hos sermones magistratus templi, & principes sacerdotum, ambiebant de illis quidnam fieret.

Et hic magistratus singulari numero legendum, sicut etiam in sequentibus ubi dicitur: Tunc abiit magistratus in templum cum ministris. Græcum namque exemplar utroque in loco singulariter spatiosius, id est, prætor habet. Verum sciendum quod hic locus plus habet in græco, ita etenim scriptum est: Ut audierunt autem uerba hæc sacerdotes & magistratus templi, & principes sacerdotum, mirabantur, & ambiebant de illis quidnam uult hoc esse.

Et interrogauit eos princeps sacerdotum dicens: Præcipiendo præcepimus uobis, &c. cetera.

Consequentius habetur in græco, Nonne præcipiendo præcepimus uobis? Namque ita loqui magis interroganti conuenit.

Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Interrogatiue legitur in græco, Obedire oportet Deo magis quam hominibus: & apte stultam ac temerariam pontificis interrogationem Apostoli fixa ac prudenti responsione refutarunt.

Deus patri nostrorum suscitauit Iesum. In græco habet, Puerum suum Iesum: iuxta illud psalmistæ, Da potestatem puero tuo: saluum fac filium ancillæ tuæ.

Et nos testes sumus horum uerborum, & spiritus sanctus quæ dedit Deus omnibus obedientibus sibi.

Nos sumus testes, quia gloriam resurrectionis eius uidimus, quia ascendentem in cœlos oculis profecuti sumus.

Testis est & spiritus sanctus, quia ut magnalia Dei uobis licet resistantibus inuincibiliter prædicemus, ipse nos sua presentia roborauit, ipse in nobis loquens hæc quoque uerba formauit.

Et hoc est quod eis Dominus promittit dicens: Cum autem uenerit paracletus, quem ego mitam uobis à patre, spiritu ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis: id est, ille uos in spirando ut loquamini, uos autem foras testimoniū loquendo perhibebitis de me.

Surgens autem quidam in concilio phariseus nomine Gamaliel, legis doctor, &c. cetera.

De hoc Gamaliel & in libro sancti Clementis legitur, quia discipulus Apostolorum oculum fuerit, sed eorum consilio inter Iudæos ad mitigandum eorum furorē, ubi necessitas ingrueret, sit manere præceptus: sed hoc ita esse ueraciter gestum certissime hodie per reuelationem reliquiarum beatissimi protomartyris Stephanii cunctis late Christi ecclesiæ innotuit, quæ p eundem uirū diuina dispositione facta est. Apparuit namque in uisione sancto Dei famulo & presbytero Luciano, ut idem Lucianus presbyter postmodum omnibus ecclesiis scripsit: & ubi sanctus Stephanus esset tumulatus, simul & Nicodemus, qui Dominum cum Ioseph sepeliuit, nec non & ipse Gamaliel cum filio suo Abibam, sua uisissima ostensione perdocuit.

Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis. In græco habetur, In diebus ἀπογορευσε: hoc est, in

diebus conscriptionis census, quomodo etiam in historia Ecclesiastica latine interpretatum habemus.

Ei nunc itaque dico uobis: Discedite ab hominibus istis, & finite illos.

In græco plus habetur, Non coinquinantes manus uestras.

Si uero ex Deo est, non poteritis dissoluere eos. Et in græco hic plus habet: Neque uos neque principes uestri.

Ne forte & Deo repugnare inueniamini. Pro eo quod nos habemus, Deo repugnare, uel sicut quidam interpretati sunt, Deo repugnantes: in græco unum nomen est positum, θεομαχῶν. Quod ideo commemorandum putauit, ut cum in historijs θεομαχῶν aut θεομαχίαν inuenimus, uirtutem nominis certius scire possimus.

CAPVT VI.

Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes iniungunt eis manus. Non illi qui eos statuerunt, sed Apostoli imposuerunt eis manus. Etenim communis quidem dispensatio exigebat, ut ministri pro uidiuis uiri eligerentur: uerum ubi inuenti sunt qui digni ad hoc ministerium esse uiderentur, crescente gradatim, ut solet, prouidentia cõsiliij salutaris, placuit eisdem ipsos altaris quoque sacri ac Domini sanguinis, sicut & refectionis mensarumque cõmunis multitudinis creditum ministris ordinari: quod probatum est uerbo quo dictum est, Et orantes imposuerunt eis manus. Hoc etenim proprium est eorum, qui de cõmuni fidelium numero ad sacrosancti altaris promouentur officium.

Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo.

In græco habetur additum, In nomine Domini nostri Iesu Christi. Scripti autem in præcedenti libro, Stephanum interpretari coronatum: nec longè est à uero quod scripsit. Verum solertius edicens, inueni non coronatum græcè, sed coronam significare Stephanum. Est enim hoc nomen generis masculini apud eos, ita deoque uiro conueniens: coronatum autem στεφανῶν appellari, quasi coronam ferentem. Denique in psalmo ubi canimus, Benedices coronam anni benignitatis tuæ, uersus ille apud græcos ita incipit, ἀνλογησας τὸν στεφανῶν. Cuius mysterium nominis pulchrè exponens Eusebius: Statim inquit, post ordinationem suam lapidatus ab his qui & Dominum occiderunt, per quod & nominis sui Stephano corona datur à Christo. Vocatur autem corona apud græcos etiam neutro genere στέμμα. Quod ideo commemorandum putauit, quia sæpe latinis etiã libris nomē hoc inditum reperimus.

Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur libertinorum & Cyrenensium, &c.

Et in ipso græco nomen libertinorum scriptum est. Dicuntur autem libertini, filij libertorum: hoc est, eorum qui post seruitutem manumissi ac libertate donati sunt. Constat ergo quod de seruilis

de seruilis erant stirpe procreati, qui primi aduersus fidem Christi rebellauerunt: qui etsi emancipati sunt à dominis hominibus, serui tamen esse peccati in equa quam destiterunt. In quorum persona decenter figurati sunt nequissimi fidei & totius sanctitatis persecutores heretici: de quibus ait Petrus, Superbia enim uanitatis loquentes, pellunt in desiderijs carnis luxurie eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur: libertatem illis permittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. Cui nimirum seruituti contraria est libertas spiritus, quam habebant Berroenses, in quorum laude predicantibus Paulo & Sylia dicitur: Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonice, qui susceperunt uerbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas.

Et non poterant resistere sapientie, & spiritui sancto qui loquebatur. In græco habetur plus, Et non poterant resistere sapientie, quæ erat in eo, & spiritui sancto qui loquebatur: propter quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia. Cum ergo non possent contradicere ueritati, tunc submisserunt uiros qui dicerent, &c.

CAPVT VII.

Dixit autem princeps sacerdotum. In græco additum est, Stephano: ac deinde subiunctum, Si hæc ita se habent.

Qui ait, Viri fratres & patres, audite: Deus glorie apparuit patri nostro Abraham.

Quia beatus Stephanus insimulabatur dixisse uerba blasphemie in Moysen & Deum, in ipso initio sui sermonis uigilantissime illorum calumnie occurrit dicens, ipsum Deum qui loquebatur patribus & prophetis Deum esse maiestatis & glorie. Qui etiam ubi ad Moysen usque tempora loquendo peruenit, ipsum quidem dignis laudibus extulit: sed illos rebelles, eiusque uerbis semper inobedientes extitisse probauit. Sed notandum, quanta utatur arte loquendi, sic etenim ad suos persecutores cepit loqui, quasi timeret eos: Viri fratres & patres audite. Quid lenius, quid clementius conciliabat auditorem, quam ut commendaret Saluatoris: Blaudæ cepit, ut diu audiretur. Et quia hic fuerat accusatus, quod uerba dixerit contra Deum & legem, sicut uerum se Deum predicare principio monstrauit concionis: ita quoque legislatione illis exposuit, ut eius legis esset predicator, cuius accusabatur esse uasator. Verum in processu sermonis cum errores eorum & nouos redargueret & ueteres, manifestissime quantæ autoritatis animum haberet, quantum à timore inimici libera esset sua anima perdocuit.

Et postquam in sepulchro, quod emit Abraham precio argenti. In græco habetur, Pater noster Abraham: quod ipsum beatus Stephanus auditoribus blandiendo, ut diutius ac libetius audiretur adiecit.

Cum appropinquaret autem tempus remissionis, quam concessus erat Deus Abraham.

Melius habetur in græco, Quam pollicitus

erat Deus Abraham.

Et accedente illo ut consideraret, facta est uox Domini: Ego Deus patrum tuorum.

In græco ita scriptum est, Facta est uox de celo dicens ad eum: Ego sum Deus fratrum tuorum, solue calciamenta de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, terra sancta est. Hic locus iuxta moralem sensum hoc admonet, ut stantes in ecclesia, quæ merito terra sancta uocatur, mortuis operibus renunciemus.

Et tradidit eos seruire militiae cæli, sicut scriptum est in libro prophetarum.

Numero singulari dicit, quia duodecim prophetarum unus apud Hebræos liber est, & non libri duodecim, iuxta numerum eorundem prophetarum. Militia cæli autem aliquando quidem angelorum exercitus appellatur: hoc tamen in loco uidetur consequentius, quia militia cæli sydera dixerit, cum protinus addit testimonium prophete, in quo sydus Dei sui pro Deo: tabernaculum Moloch, pro tabernaculo Dei ueri suscipisse coarguuntur.

Dura ceruice & incuruatis cordibus & auribus, uos semper spiritui sancto resististis.

Ostendit eis circumcisionem præputij, de qua contra gratiam Euangelij gloriabatur nihil ualere ad salutem, qui cogitationem & auditum habere probabantur immundum. Et simul hæc loquendo quasi interpretans exponit eis quid significauerit angelus, cum Moysi in igne flammæ rubi apparuit, ita ut rubus arderet nec combureretur. Ignis namque spiritum sanctum designat: rubus quod est genus quoddam spinarum, peccata illius populi figuratè denunciabat. Apparuit ergo Moysi Dominus in rubo ignem habente, sed non combusta: ut indicaret quod ipse quidem cum illustratione atque ardore sancti spiritus ad erudiendum populum uenit, nec tamen peccata eiusdem populi esset consumpturus, quin potius eius pijs beneficijs ille densissimis suæ nequitie spinetis semper obliteret.

Ecce uideo cælos apertos. Quod Latine dicimus uideo, græcè dicitur θεωρώ, à quo uerbo deriuatum est nomen Theorice, id est, contemplatiua uitæ. Per quam nonnulli electorum in hac adhuc uita retenti, mundato diligentius oculo cordis, futuræ uitæ gaudia speculari diuinitus sublimati, meruerunt: quomodo in presenti sanctus Stephanus, quomodo Paulus quando ad tertium cælum raptus est, & multi alij alias. Unde etiam Deus græcè θεός uocatur, eo quod uniuersa uideat, omniaque nuda & aperta sint oculis eius.

Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit. Pulchre dicit, Obdormiuit: & non dixit, Mortuus est. Obtulit enim sacrificium dilectionis, & obdormiuit in spe resurrectionis.

CAPVT VIII.

Facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi erant per regiones Iudæe & Samariæ præter Apostolos.

Si dicitur

Si dispersa ecclesia Apostoli remanserunt in Hierosolymis, ut Lucas ait, constat quia mendacium scripsit ille qui ex persona Miltonis episcopi Asiæ librum exponens de obitu beatæ genitricis Dei, dicit quod secundo post ascensionem Domini anno Apostoli fuerint omnes toto orbe ad predicandum in suam quisque provinciam diuisi: qui uniuersi appropinquante obitu beatæ Mariæ de locis in quibus predicabant uerbum Dei, eleuati in nubibus rapti sunt Hierosolymam, ac depositi ante ostium domus eius: inter quos etiam Paulus nuper ex persecutore ad fidem Christi conuersus, qui assumptus est cum Barnaba in ministerium gentium. que scriptura etiam specialiter de Iohanne Apostolo refert, quod eo tempore Ephesi predicauerit. quæ cuncta uerbis beati Lucæ aperte contradicunt, quibus narrat Apostolos cæteris fidelibus ab Hierosolymis propulsis remansisse ibidem, & predicasse per omnia, donec ecclesia per totam Iudæam & Samariam & Galileam pacem haberet. Quod in uno anno perficere non potuisse nulli dubium est. Qui etiam manifeste insinuat Paulum non secundo post ascensionem Domini anno, sed longo post tempore in ministerium gentium cum Barnaba ordinatum. Absit autem ut credamus beatum Iohannem Apostolum, cui Dominus in cruce matrem suam uirginem uirgini commendauit, post unum annum recessisse, & eam reliquisse sola, ac tanto tempore deiectam, ut etiam corpus suum defunctæ timeret ab hostibus esse comburendum: cum que propter quam raptus est in nubibus, ad se rediisse uelut oblitum siue in curiosum sui sollicita precaretur dicens, Rogo te fili Iohannes, ut memor sis uerbi magistri tui Domini mei Iesu Christi, qui me commendauit tibi. Ecce enim uocata ingrediar uiam uniuersæ terræ. Audiui autem consilia Iudæorum dicentium: Expectemus diem quado moriarur, que portauit Iesum Nazarenum, & corpus eius comburamus. nunc ergo fili curam habeto exequiarum mearum. Hæc ideo commemorare curauit, quia nonnullos noui præfato uolumini contra autoritatem beati Lucæ incauta temeritate assensum præbere.

Curauerunt autem uiri timorati Stephanum, & fecerunt platum magnum super illum.

Huius planctus & interfectionis beati Stephani bene meminit liber reuelationis reliquiarum eius, cuius & supra mentionem fecimus: in qua refertur Gamaliel dixisse in uisione inter alia Luciano presbytero: Ego sum Gamaliel, qui Paulum Christi Apostolum nutriui, & legem docui in Hierosolymis. Hic mecum in orientali parte monumenti iacet, ipse est dominus meus Stephanus, qui lapidatus est à Iudæis & principibus sacerdotum in Hierosolymis pro fide Christi foras portam, quæ est ad Aquilonem, quæ ducit ad Cedar: ubi die ac nocte iacuit proiectus, ut sepultura ei non daretur secundum mandatum impiorum principum, ut à feris comederetur.

sumeretur corpus eius. Ex Dei autem uoluntate non tetigit eum unus ex his, non fera, non auis, non canis. Ego Gamaliel compatiens Christi ministro, & festinans habere mercedem & partem cum sancto uiro fidei, nisi per noctem quantos noueram religiosos, & in Christo Iesu credentes, habitantes in Hierosolymis in medio Iudæorum: hortatus sum eos, & necessaria substantiæ ministraui, ac persuasi illis occulte ire, ut portarent eius corpus meo uehiculo in uillam meam, hoc est, in Caphar Gamalan, quæ interpretatur uilla Gamalielis, uiginti milia habens à ciuitate: & ibi feci illi planctum fieri diebus quadraginta quinque, & poni eum in meo monumento nouo in orientali theca, & præcepi eis quæcunque necessaria erant pro eius planctu ex meo dari.

Igitur qui dispersi erant, pertransibant euangelizantes uerbum Dei.

Pro dispersis, in græco habetur disseminatos: id est, dispersos. Nam ipsi erant de quibus dixit Esaias: Omnes qui uiderint eos, cognoscet illos: quia isti sunt semen cui benedixit Dominus, & de quibus Dominus in parabola Euangelij: Semen autem bonum, hi sunt filij regni. Disseminatum est ergo hoc semine per regiones, ut mensis fidei, quæ in Hierosolymis cepta est, primo Iudæam & Samariam, deinde totum orbem impleat. Denique de eisdem dispersis siue potius disseminatis in sequentibus legimus: quia non solum Iudæis, sed & græcis loquebatur uerbum, nascentis que in Antiochia ecclesia per hos nobilissima sunt fundamenta posita.

Philippus autem descenderat in ciuitatem Samariæ, & prædicabat illis Christum.

Et hic ex numero disseminatorum erat, qui primus Samariæ Christum prædicabat, ceptusque per diaconum, quod ait Apostolis Christus: Et eritis mihi testes in Hierosolymis & in omni Iudæa & Samaria.

Vir autem quidam, qui ante fuerat in ciuitate magus seducens gentem Samariæ.

Pro eo quod est seducens, in græco scriptum est, εἰσέδω: quod significat in extalim, id est mentis excessum siue stuporem, & admirationem conuertens, per ostenta uidelicet præstigijs suorum.

Cui auscultabant omnes à minimo usque ad maximum, dicentes: Hic est uirtus Dei.

Hic non ad uerbium loci, sed pronomem est, quasi diceretur: Iste est uirtus Dei.

Pecunia tua tecum sit in perditionem. Rectius scribitur in perditionem iuxta autoritatem græcæ, quam in perditione. Neque enim in ea perditione, qua homo nefarius erat damnandus, pecunia eius simul erat cum illo futura: sed pecunia quam pro sacrilego mercatu offerebat Apostolis, secum retinere illis accipere nolentibus iustus est, & hoc in perditionem sui: ut huius mirum causa pecuniæ, quam ob iniustam emptionem congregauerat, penas lueret aternas.

† b CAPVT

Ecce enim orat, & uidet uirum Ananiam nomine introcunt, & imponentem sibi manus.

In græco habetur ita: Et uidit in uisu uirum, hoc est, *ὄψιν ἑώρακεν*, quod nomen & Iuueus presbyter in Euangelico carmine posuit dicens:

Horomatis huiusce expertes reddite cunctos.

Apparet ergo quia per triduum illud, quo cæcatus futuram lucis gratiam expectabat, nequaquam ociosus torpebat, sed diuina potius illustratio ne sublimatis arcana celestia rimabatur: estque ni fallor credibile, quod eo tempore mysterium Euangelicæ dispensationis edoctus fuerit, de quo ipse gloriatur ad Galatas dicens: Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. & paulo post: Cum autem placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ, & uocauit in gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus: continuo non adqueiui carni & sanguini, neque ueni Hierosolymam, & cætera. Sed & huius libelli textus quo subditur, Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot, & continuo in synagogis prædicabat eis Iesum, quoniam hic est filius Dei: nequaquam eum ab hominibus aliquid didicisse asseuerat, sed tantum post baptismum statim doctoris eximii ministerium suscepisse confirmat. illi utique comparandus, de quo scriptum est: Quia eloquium Domini inflammat eum.

Consilium fecerunt Iudei, ut eum interficerent. Nota facta sunt autem Paulo insidie eorum: custodiebant autem & portas ciuitatis die ac nocte, ut eum interficerent.

Non Iudei custodiebant, sed ipsi ciues cum rege suo Aretha, ut ipse qui obsecutus est & uauit Apostolus scribit ad Galatas. Et gentiles namque & Iudei quamuis inter se discordent, in Christianorum semper infestatione concordant.

Cum autem uenisset in Hierusalem, tentabat iungere se discipulis. In hoc uersu in græco Pauli nomen est appositum, Cum uenisset autem Paulus in Hierusalem: non quia illo adhuc tempore sic uocaretur, priusquam Sergium Paulum, Cypri proconsulem ad fidem Christi conuerteret, sed præoccupando nunc ita uocatur opportunè dicente beato Luca: ibi præsignare, quia Paulus esset uocandus, ubi eum primo post conuersionem Hierosolymam uenire, & Apostolis iunctum esse narraret: ut unde paulo ante superbis ecclesiæ persecutor exierat, illo nunc humilis ecclesiæ propugnator intraret. Nam quia Paulum latine modicum significat, iure Paulus ille uocari maluit, qui inter maximas uirtutum operationes, humilis permanere non omisit. Neque enim putandum est Paulum siue Petrum Hebræa, & non potius latina uel græca esse uocabula: cum constet Hebræos per litteram non habere omnibus modis.

Barnabas autem apprehensum eum duxit ad Apostolos, & narrauit illis quomodo in uia uidisset Dominum, &c.

Quando hæc facta sint, & ad quos Apostolos Paulum deduxerit Barnabas, ipse Paulus ostendit, scribens ad Galatas: Cum autem placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam ut reuelaret filium suum in me, & cætera usque dum ait, Deinde post annos tres ueni Hierosolymam uidere Petrum, & mansi apud eum diebus xv. alium autem Apostolorum neminem uidi, nisi Iacobum fratrem Domini. Quod ergo Lucas subsequenter dicit, Erat autem cum illis intrans & exiens in Hierusalem: hoc per dies quindecim quibus se cum Petro & Iacobo mansisse asseuerat, ac si ratum esse credibile est. Et quod sequitur ipse in epistola, Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ, & hoc quomodo sit factum, Lucas sic consequenter inlinuat dicens: Loquebatur quoque & disputabat cum Græcis, illi autem quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tharsum. Hæc est enim ciuitas Ciliciæ, & Cæsarea quoque Philippi, ciuitas est Syriæ. Quodque adiungit, Erat autem ignotus facie ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo, tantum autem auditum habebant, quoniam quæ persequeretur nos aliquando, nunc Euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat. hoc est, quod hic Lucas præmisit, quia tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quia esset discipulus, donec Barnaba narrante didicerunt. Cum ergo constet quod Paulus post annos tres suæ conuersionis uenerit Hierosolymam, & Apostolorum fuerit numero sociatus, existens adhuc ut ipse scribit, ignotus facie ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo, errant multum, qui apocryphorum libros secundo putant eum secundo post passionem Domini anno in Apostolatam gentium cum Barnaba iam uisum ordinatum.

Ecclesia quidem per totam Iudeam & Galileam & Samariam habebat pacem.

Vbi latine dicitur per totam, in græco habetur *καθόλου*. Vnde notandum quod ex eo catholica cognominatur ecclesia, quod per totum orbem diffusa in una pace uersetur.

Et consolatione sancti spiritus replebatur, siue multiplicatur. Vt in græco scriptum est, pro eo quod nos dicimus consolatione, græce dicitur *παρακλήσις*. Vnde claret manifeste, quod ideo spiritus sanctus paraclitus cognominatur, quia fidelium corda illustrat, ecclesiam toto orbe multiplicat, & sua gratia replet.

ET accersi Symonem, qui cognominatur Petrus. hic hospitatur apud Symonem quendam coriarium, cuius domus est iuxta mare.

Omnia plena figuris spiritalibus in scriptura sancta, etiã nomina & positio locorum. Hospitatur Petrus in domo Symonis. i. obediētis, & ipse

ipse est coriarius, quia doctor ecclesiæ: ibi gratam habet mansionem & hospitium dilectum, ubi obediētes inuenerit auditores, ubi eos qui castigant corpus suum, & seruituti subiiciant: qui à Deo muniti in uirtutum arce consistant, ut omnes seculi labentis undas transgessent tranquilla mentis libertate despiciant. Hoc enim est Simonem coriarium domum, in qua Petrum recipiat in una parte ciuitatis, quæ est iuxta mare habere, perfectos uerbi auditores illa in sancta ecclesia conuersionem tenere, quæ uel fluxam seculi gloriam, uel temporales ac uolubiles eius terrores, una fidei non fictæ constantia spernant.

Cecidit super eum mentis excessus, & uidit cælum apertum. Apertio cæli futuram iam proximè gentibus reuelationem celestium sacramentorum, & ipsum regni celestis pandendum designat introitum.

Surge Petre, occide: & manduca. Quod latine dicitur, occide: hoc græce hoc in loco dicitur, *θύσσο*, quod non generale occisionis uerbum est, sed illius occisionis proprium, quo hostiæ Deo immolantur. Nam & hostiæ siue sacrificium græce *θύσια*, & altare *θύσιασθρον* uocatur. & in psalmo ubi canimus, Sacrificate sacrificium iustitiæ: græce dicitur, *θύσασθε θύσια*, & immola Deo sacrificium laudis, *θύσασθε τῷ θεῷ θύσια*. Iuxta hanc ergo significationem dicitur Petro: *θύσσο* & manduca: quod noster interpres transtulit, Occide, & manduca. Acque autem interpretari poterat, Immola & manduca: ut intelligeret ad hoc sibi oblata cælitus diuersi generis animantia, ut eos qui per huiusmodi animantia designantur, prædicando hostiam Domini faceret: erutos uidelicet de noxia uitæ paterne traditionis, atque in nouam uitam diuinæ seruitutis per sacramenta Dominicæ passionis translatos.

Quæ Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Facilis quidem huius diuinæ uocis patet sensus, quia gentiles quos Petrus adhuc immundos putabat, interna sui conditoris prouilio iam inter mundos computabat. Sed notanda scripture sanctæ consuetudo, quæ immunda solet appellare communia: quia nimis qui uarijs seruire uult illecebris, mundus esse non ualet dicente scriptura: Nemo potest duobus dominis seruire. Et iterum: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Qui ergo mundus esse desiderat, non diuersis & multifarijs cogitationibus mentem diuidat, sed in sola sui conditoris sequenda uoluntate se constringat.

Et Cornelius ait: A nudius quarta die usque in hanc horam oras eram hora nona in domo mea.

In græco plenius & apertius scriptum est: A quarta die usque in hanc horam eram ieiunans & adorans, à sexta hora usque ad nonam. Vbi aperte ostenditur, quia quarta die antequam hæc cum Petro loqueretur, ieiunus ad horam usque nonam permanebat: & ut ieiunus

nium Deo acceptabile fieri posset, à sexta diei horo usque ad nonam; deuotis precibus agebat: ideoque quod tanta ieiunij & orationis instantia quærebat, obtinere promeruit.

Hic hospitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare. Consequitur ergo nisi ad te, & tu bene fecisti ueniendo.

Sequitur in græco: Qui cum aduenerit, loquitur tibi.

Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus, audite omnia quæcumque tibi præcepta sunt à Domino.

In græco habetur, In conspectu Dei adsumus. Quod recte dicebatur ab eo qui promptum habebat animum diuinæ uoluntati, mox ut eam disceret obtemperare, & eius ubique maiestatem crederet esse presentem.

Nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.

In græco additum est, Per dies quadraginta: & sanctus Augustinus in suo codice ita haberi declarauit, atque exponendo subiunxit, non quod quotidie per dies quadraginta cum illo manducassent atque bibissent. Nam erit contrarium Iohanni, qui octo dies illos interposuit, quibus eis usus non est, ut tertio manifestetur ad mare Tiberiadis. Cuius sacramentum refectionis, simul & ieiunij eius per totidem dies alibi exponens ait: Ieiunauit cum taretur ante mortem, cibo adhuc indigens: manducauit autem & bibit, cum glorificaretur, iam cibo non indigens. Illic enim ostendebat in se laborem nostrum, hic autem in nobis suam consolationem quadragenis diebus utrunque desinens. Nam quadraginta diebus ieiunauit, cum tentaretur in eremo, sicut in Euangelio scriptum est, ante mortem carnis suæ: & rursum quadraginta diebus cum discipulis fuit intrans & exiens, manducans & bibens post resurrectionem carnis suæ. Quo numero quadragelimo huius seculi significari uidetur ex-

curus, in his qui uocantur per gratiam ad eum, qui non uenit legem soluere, sed adimplere. Decem namque præcepta sunt legis iam Christi gratia diffusa per mundum, & quadripartita est mundus, & decem quadruplicata quadraginta faciunt: quoniam qui redempti sunt à Domino, de regionibus congregauit eos, ab oriente & occidente, ab Aquilone & mari. Ieiunans itaque quadraginta diebus ante mortem carnis uelut clamabat, Abstineret uos à desiderijs huius seculi: manducans autem & bibens quadraginta diebus post resurrectionem carnis uelut clamabat, Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi. Ieiunium quippe est in tribulatione certaminis, quoniam qui in agone est, ab omnibus abstinens est: cibis autem in spe pacis, quæ perfecta non erit, nili cum corpus nostrum cuius expectamus redemptionem, induerit immortalitatem, quod nondum adipiscendo gloriamur, sed sperando iam pascimur. Vtrunque Apostolus simul nos agere ostendit dicens, Spe gaudentes, in tribulatione patientes: tanquam illud esset in cibo,

CAPVT XIII.

hoc in ieiunio. Simul enim cum vitam Domini carpimus, & à uanitate præsentis seculi ieiunamus, & futuri promissione reficimur: hic non apponentes cor, illic pascentes sursum.

Et stupuerunt ex circumcisione fideles qui uenerant cū Petro, quia & in gentibus donum sancti spiritus effusum est. Audiebant enim illos loquentes linguis, &c.

Huic simile est illud eiusdem Apostoli Petri, cum rationem redderet Iudæis, quare in circumcisis sacramenta baptisimi commisit.

Si ergo inquit æquale donum dedit illis Deus, sicut & nobis, & cætera.

Et multa alia sunt testimonia scripturarum, quæ concorditer attestantur donum Dei esse spiritum sanctum, in quântum datur eis qui per eum diligunt Deum. In tantum ergo donum Dei est, in quantum datur eis quibus datur: apud se autem Deus est, etsi nemini detur, quia Deus erat patri & filio cœternus, antequam cuiquam daretur: nec quia illi dant, ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur, sicut Dei donum, ut etiam seipsum det sicut Deus. Spiritus enim ubi uult spirat.

CAPVT XI.

Discipuli autem prout quis habebat, proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in iudea fratribus. Quod & fecerunt mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Pauli.

Videntur hic malè intelligentibus discipulis non seruasse mandatum Domini, quo ait, Nolite solliciti esse de crastino: uel quod Paulus sepe de se ipso testatur, quod manibus suis operatus est, ne quæ grauaret, non uidetur iuxta mandatum Domini imitatus uolatilia cœli & lilia agrî. Sed his & huiusmodi scripturarum locis satis apparet Dominum nostrum non hoc imitari probare, si quis humano more ista procuret: sed si quis propter ista Deo militet, ut in operibus suis non regnum Dei, sed istorum adquisitionem intueatur. Adhanc ergo regulam hoc totum præceptum redigitur, ut etiam in istorum prouisione regnum Dei cogitemus, in militiâ uerò regni Dei ista non cogitemus.

CAPVT XII.

Præcingere, & calcia te calcibus tuas. Pro calcibus siue caligis, ut quidam codices habent, in græco sandalia habentur. Calciamenti genus in Euangelio legimus Apostolis esse permissum, non utiq; absque figura mystici sensus. Habebant enim pedem Apostoli nec rectum neque nudum ad terram, ut admonerentur neq; occultandum esse Euagelium, neq; terrenis commodis impendendum, ut possit esse quod scriptum est: Quam speciosi super montes pedes Euangelizantium bona.

Seditq; pro tribunali, & concien datur ad eos. Pro tribunali, dicit in tribunali. Est enim latinæ consuetudinis, ut in hoc nomine ponant pro, ut significant in.

Dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnaban & Paulum in opus quod assumpsi eos.

Hoc post mortem Herodis factum esse uidetur, qui mortuus est tertio Claudij principis anno, qui est iuxta fidem chronicorum tertius de cimus à passione Domini annus. Cum ergo constet Paulum cum Barnaba post tantum tempus peractæ dominicæ passionis, in Apostolatam esse segregatum: patet profectio eos multum errare, qui librū cuius supra meminimus de obitu sanctæ Mariæ cōposuerunt uel susceperunt. Scriptum namque est in eodem signamento, ut sæpe commemorauimus, quod secundo anno post ascensionem Domini, cum moritura esset eadem beatissima Dei genitrix, Apostoli iam tunc per orbem ad prædicandum dispersi, subito ad eam uisitandam omnes in nube rapti conuenerint: in quibus & Paulus nuper ad fidem conuersus, ac mox cum Barnaba gentium factus Apostolus, quod longè aliter factum esse, id est, non eum secundo anno post passionē Dñi, sed decimotertio esse ordinatum Apostolum, omnis qui beato Lucæ credit, intelligit: ac per hoc præfatam de obitu beatæ Mariæ libellum, cum manifestè erret in tempore, in ceteris quoq; suspectæ fidei esse comperit.

Inuenerunt quendam uirum magum, pseudopphetam uideum, cui nomen erat Bariesu. In græco habet plus, quod interpretatur Elimas.

Resistebat autem illis Elimas magus (sic enim interpretatur nomen eius) querens auertere proconsulm à fide.

Et hic quoq; in græco habet plus, Quoniam audiebat libenter eos.

Saulus autē qui est Paulus repletus spiritu sancto, & cætera.

Quomodo Barnabæ mox post abrenuntiationem mutatum est nomen, ut pro Ioseph uocaretur Barnabas, id est, pro aucto filius consolationis, postquā enim auctus & appositus est numero electorum, continuo per acceptam spiritus gratiam filius uocatus, id est, consolationis & uocari & esse meruit: ita Saulus post acceptum Apostolatus gradū, Pauli nomen accepit. Quia enim de superbo humilis factus fuerat, rectè pro Saulo Paulus uocatus est: Saulus quippe pro Saule impio & persecutore rege, Paulus uerò ab humili spiritu & modico nominatur. Paululum enim modicum est. Unde nomen suum quodammodo interpretans ipse dicebat: Ego enim sum minimus Apostolorum, qui nō sum dignus uocari Apostolus, quia persecutus sum ecclesiam Dei.

Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ. Nomen tenebrarum in græco singulari numero positum est σκότος: quod latinus interpret ideo non est secutus, quia nomen hoc latinè singularem numerum nō habet, quod idem & supra similiter positum docuimus.

Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum quasi post quadringentos & quinquaginta annos, & post hæc dedit iudices.

Quomodo

Quomodo hic numerus possit intelligi in præcedenti libro nostre expositionis diximus. Sed sciendum quod in græco aliter scriptum est: Et destruens gentes in terra Chanaan septem sorte distribuit eis terram eorum: & post hæc dedit eis quasi annos quadringentos & quinquaginta dedit eis Iudices usque ad Samuel prophetam. Quod quomodo conueniat sententiæ quæ in libro Regum continetur, quia ab exitu Israelis ex Aegypto usque ad edificationem templi, fuerint anni quadringenti nonaginta, non est nostræ facultatis exponere: nisi forte uulgarum in loquendo famam secutus est, quod fecisse beatus Stephanus in concione cum Iudæis habita de sepultura duodecim patriarcharum probatur.

Et dedit illis Deus Saul filium Cis, uirum de tribu Benjamin annis quadraginta.

Et hoc in loco de regno Saulis uidetur Apostolus uulgi opinionem secutus. Sicut in præcedenti libro iam diximus, uerum quod ibi dixi, quia Eusebius Iosephum secutus principatui Samuelis & Saulis quadraginta annos dederit, equali inter eos numero dispersitos: post modum historias Iosephi diligentius ex tempore perspicuus, uidi quod non ipse quadraginta annos ei præfatæ ætatis scripserit, sed duodecim tantum Samueli, uiginti autem annos asisignauerit Sauli. Sed & relectis solertius libris chronicorum animaduerti, quare Eusebius hoc loco autoritatē Iosephi sequi noluerit, sicut nec in annis Iosue, cui cum Iosephus uigintisex annos tribuat, ipse potius uiginti septem annos putauit. Hoc ergo in causa fuit, quia si illum sequeretur, nequaquam præscriptū quadringentorum & octoginta annorum numerum ab exitu Israelis ex Aegypto, usq; dum templum edificari inciperet, plenum posset habere: sed decem minus annos eiusdem ætatis in suis codicibus inueniret. Quod ideo passus est, quia septuaginta interpretes sequens Ahia Ion iudicē, qui post Abessam decem annis populum rexit, in suis chronicis ponere super sedit. Verum deprehendens decem sibi annos præfiniti calculi in historia sacra iuxta ædificationem, quam sequebatur, deesse, curauit hos de suo ubi commodum, & historiæ, sacræ minus contrarium uidebatur adijcere. Adijcit ergo temporibus Iosue annum unum, temporibus Samuelis & Saulis anno octauo, & ut decimus numerus impleatur, quartum ipsum annum regni Salamonis, in quo templum edificari cœptum est, annuerat: quod non esse faciendum quisquis Hebraicam ueritatem sequitur, inuenit. Quod autem ipse in præcedente libro scripti, Iudices populum à Moyse usq; ad Samuel trecentis & nonaginta sex annis rexisse, chronicorum autoritatē secutus sum, nec dum anni aduertens eam Hebraicæ ueritati non esse consonam.

Dicebat: Quem me arbitramini esse, nō sum ego. In græco plenius dicitur, Non sum ego Christus.

Bedæ tom. 6.

Viri fratres, filij generis Abrahæ, & qui in uobis timet Deum. In græco habet additum, Audite.

Et nos uobis annunciamus. In græco consequentius legitur, Quoniam Deus hanc adimpleuit filijs eorum: ea quæ ad patres nostros repromissio facta est, quoniam Deus hanc adimpleuit filijs nostris. Sequitur.

Resuscitans Iesum sicut & in psalmo secundo scriptum est.

Huius loci sanctus pater Hilarius ita meminit: Sed id quod nūc in psalmo est, Filius meus es tu, ego hodie genui te: non ad uirginis partum, neque ad lauacri regenerationem, sed primogenitum à mortuis pertinere, apostolica auctoritas est. Namque in libro Actuum Apostolorum ita dictum est: Nos uobis euangelizamus eam quæ ad patres nostros facta est repromissio: hanc Deus expleuit filijs nostris, suscitans Dominum nostrum Iesum Christum, sicut & in psalmo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te, cum suscitauit eum à mortuis, amplius non regressurum in interitum. Vox ergo hæc Dei patris secundum Apostolum in die resurrectionis existit. Et paulo post cōmemorata Apostoli sententiâ, qua dicit de illo: Qui cū in forma Dei esset, nō rapinā existimauit se esse æqualem Deo, sed se exinanituit formam serui accipiens, & cætera. Et in gloria, inquit, Dei patris hodie genitus nascitur: id est, in manentem ante Dei formam per præmium mortis formæ seruilis assumptio honestatur, sic que sub tempore noua, nec tamen inuilitata natiuitas: cum ad presumendam gloriam Dei patris, qui ex forma Dei in forma serui erat repertus, primogenitus ex mortuis nasceretur.

Uideate contemptores, & admiramini, & disperdimini. In græco ita scriptum est, Audite contemptores, & admiramini: respicite, & disperdimini.

Qui loquentes suadebant eis, ut permanerent in gratia Dei. Hinc in græco sequitur uersus, quem nostri codices non habent.

Factum est autem per uniuersam ciuitatem diffamari uerbum, ac deinde quod & nos habemus adiungitur: Sequente sabbato penè uniuersa ciuitas conuenit audire uerbum Dei.

CAPVT XIII.

Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas ante ianuas afferens, &c.

Moris erat gentilium teste Plinio, ut deorum suorum honori sacrificantes, sumerent coronas utrimis simul coronatis.

Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconia iudei. In græco ita incipit hæc narratio: Demorantibus autem eis & docentibus, superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconia Iudæi.

CAPVT XV.

Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus.

† b ; Constat

Constat multipliciter intelligendum, quod dictum est, Nō tentabis Dominum Deum tuū. Et ille ergo tentat Deum, qui ei aliter quā ipse præcepit, famulari ac placere nititur, qui præcepta eius absq; auxilio gratiæ eius seruare se posse confidit. Verum beatus Petrus grauisimum legis obseruantia iugum uult ceruicibus discipulorum tollere, ut eis suauē iugum Euāgelicæ libertatis imponat. De quo & Paulus eiusdem gratiæ confortibus ait: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterū in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater.

Vt abstineant se à contaminationibus simulacrorum, & fornicatione: & suffocatis & sanguine.

Suffocatum morticinum dicit, de quo Ezechiel scribit: Omne morticinum & captum à bestia & de auibus & pecoribus non comedēt sacerdores. Quod exponens Hieronymus, & iuxta literam inquit, omni generi electo regali & sacerdotali, quod proprie ad Christianos refertur, qui uncti sunt oleo spiritali. de quo scriptum est, Vnxit te Deus tuus oleo letitiæ præ confortibus tuis. hæc præcepta conueniunt, ut morticinum non comedant tam de auibus quam de pecoribus, cuius nequaquam sanguis effusus est: quod in Actibus Apostolorum dicitur suffocatum, & que necessario obseruanda Apostolorum de Hierusalem epistola mōner: & captum à bestia, quia & ipsum simili ter suffocatum est: & condemnat sacerdotes, qui in turdis, ficulnis, gliribus, & ceteris huiusmodi hæc auaritate gulæ custodiūt.

Turbauerunt nos euertentes animas uestras, quibus non mandauimus.

In græco plus habet, Euertentes animas uestras dicentes: Circumcidi oportet, & obseruare legem, quibus non mandauimus.

Qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi. In græco additum, in omnem tentationem.

Visum est enim spiritui sancto, & nobis. In græco scriptum est, Placuit enim spiritui sancto & nobis.

Dimissi sunt cum pace à fratribus ad eos qui miserunt illos. Pro eo quod est, Ad eos qui miserunt illos: in græco habetur, Ad Apostolos.

CAPVT XVI.

Et assumens circumcidit eum propter Iudæos. Merito quæritur, quare Apostolus qui Timotheum circumcidit, Titum circumcidere noluerit, ut ipse scribit ad Galatas. Sed intelligendū, quia Timotheum circumcidit propter scandalum Iudæorum: ut per ipsum ostenderet nō se Mosaicæ legis sacramenta damnare, sed ea gestibus tanquam salutis necessarium non imponere. Sed posteaquam circumcidit Timotheum, quidam ex Iudæis qui propterea uolebant circumcidi gentes, quod dicerent sine illis sacramentis salutem eis esse non posse, iactare se ceperunt, & dicere: Quia & Paulus hoc tenet, q

& nos dicimus, quod sine his sacramētis salus esse non potest. Nam si hoc nō credit, quare Timotheum circumcidit? Hoc cum Paulus audisset, qui hoc fecerat libertate, non necessitate propter scandalum Iudæorum, non propter salutem Timothei: uidit illos accepisse occasionem alterius prædicationis & mouēdā in Paulum malæ suspicionis, & noluit circumcidere Titum. Apparet ergo quare illum uoluerit, quare istum noluerit: illum propter scandalum Iudæorum uoluit, istum propter occasionē male credentium noluit.

Et quādā mulier nomine Lydia purpuraria, ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum audiuit, &c.

Purpuraria dicit purpuræ uenditricem, sicut etiam in alia translatione positum inuenimus, quod græcè dicitur πορφυροπώλις. Bene autem mulier, quæ prima prædicante Apostolo in Illyrico credidit, purpuraria esse dicitur. Significat namq; ecclesiam, quæ quasi purpuram uendere solet: quia sanguinē suum pro Christo dare non dubitat, ut per hoc uitam mercari possit æternam. Si quidem purpura recte sanguinis fusionem & colorē, & ipsa naturæ suæ proprietate, qua de sanguine conchyliorum conficitur, designat Lydia autem Apostolum cum comitibus suis domum suam intrare, ibiq; manere coegit: quia repulsam à Iudæis Euangelij prædicationem ecclesia interna deuotione cordis suscepit.

Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quādam habentem spiritum pythonis, obuiare nobis, &c.

Qui purpurariam credentem ecclesiæ sanctæ mēbris misericorditer adunauit, ipse mox pythoniā immundo ore Dei magnalia prædicantem, districte iudicans arte nefaria priuauit. Hæc est namq; potestas illa quam à Domino sancti acceperunt Apostoli. cum ait: Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Quod autem scripsi in libro priore, quia pythonia Hebraicè, os abyssi posset significare, scripsi quod in libro Hebræorum nomen inueni. Verum sciat lector, quod græcū est hoc nomen, ubi uolenter iuxta linguam Hebræam interpretatum: quod etiam ipse nomen Hebræorū interpretat Hieronymus non tacuit, quasi Pythonia diceretur. p namque literam Hebræi non habent, sed in uerbis barbaris, s pro illa utuntur. Sanè notandum, quia in hac lectione, ubi scriptum est, puellam obuiare nobis: pro eo quod est latine obuiare, in græco scriptum est, ὄψασθαι, quod idgo commemorandum putauī, ut animaduertat lector dominicam solennitatem, quæ uocatur ὄψασθαι Domini, inde nomen accepisse græcè, quod allato in templum Domino Symeon & Anna, cæteri q; fideles qui erant ibi, & electi eius, obuiam ei deuoto corde & obsequia uenerant.

Et cum dies factus esset, miserunt magistratus lictores. Lictores dicebantur, qui reis puniendis præerāt.

Vnde

Vnde & græcè à uirga ἰαβώβου dicuntur. Gregorius enim ἰαβώβου uirgam appellant, cuius officij meminit Hylarius in expositione sententiæ Apostoli, qua dicit: Quid uultis in uirga uentā ad uos, an in spiritu mansuetudinis? Nunquid inquit, Paulo ius prætorium erat, ut uirga cōminaretur, & cum officio licitoris ad ecclesiam Christi adesset?

CAPVT XVII.

Et cum non inuenisset eos, trahebant Iasonem, & quosdam fratres ad principes ciuitatis.

In græco scriptum est, Et quosdam alios fratres: unde intelligendum est, Iasonem quoq; fratrem, hoc est, fidelem Christo fuisse.

Multi quidem crediderunt ex eis & gentium mulierum hostiarum, & uiri non pauci.

Melius & consequentius habēt quidam codices iuxta exemplar græcum: Et uirorum non pauci.

Et quidam dicebant: Quid uult femini uerbius hic dicere.

De hoc nomine sanctus Augustinus: Legimus inquit, Apostolum Paulum dictum fuisse uerborum seminatore. Dictum est quidem ab iridentibus, sed non respuendum est à credentibus. Erat enim ille reuera seminator uerborum, sed melior morum. Et nos licet tantilli & nequaquam illius excellentiæ comparandi in agro Dei, quod est cor uestrum, uerbum Dei seminamus, & uberem messem de uestris moribus expectamus.

Fecitq; ex uno omne genus hominum. Quod dicit ex uno, patet quia ex uno homine significat. Sed plenus habetur in græco: Fecit ex uno sanguine: quod idem significare, nulli dubium est. Nomen enim sanguinis propaginem carnis designat: & per carnem more solito scripturā, hominem uult intelligi. iuxta illud psalmista: Ad te omnis caro ueniet.

CAPVT XVIII.

Et migrans inde intrauit in domum cuiusdam nomine Titisti. Iusti nomen etiam in græco scriptū est, quia aut proprium hoc nomen uiro fuit, aut merito iusticiæ à Romanis, qui eum nouerant, ita cognominabatur. Non autem putandum est hunc esse Titum discipulum Apostoli Pauli, cui ipse scripsit epistolam, & eum Cretensiu ordinauit episcopū. Ille etenim Titus multo ante hoc tempore cum illo fuit, cum de Antiochia Hierosolymam pro questione circumcissionis Barnaba adhuc secum comitante, ueniret. Ait namq; idem Paulus ad Galatas: Dein de post annos quatuodecim iterū ascēdi Hierosolymam cum Barnaba assumpto Tito, & contuli cum illis Euangelium quod predico in gentibus. Contulit enim cum illis Euangelium, quod prædicabat solenter in consilio Apostolorum, discutiens an rectè faceret prædicando, quod gentes per baptismum fidei sine circumci

sione possent ad salutem peruenire: non quod ipse de hac re aliquod dubitaret, sed ut uentēs dubitantium Apostolicæ synodi autoritate confirmarentur.

Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua, & cetera.

Hic esse Crispus creditur, quem à se baptizatum Paulus ad Corinthios scribens, insinuat: Gratias inquit, ago Deo quod neminem uestrum baptizauī nisi Crispum & Gatum.

Apprehendentes autem omnes Softhenen principem Synagoge, percutiebant eum ante tribunal.

In græco melius scriptum est: Apprehendentes autem omnes græci Softhenen. Iudæis enim cum ignominia expulsi à tribunali, gentiles etiam principem eorū maiore contumeliā uerberantes afficiebant.

Fratribus ualefaciens migravit in Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, qui sibi tonderat caput in Cenchris, &c.

Ambiguē uidetur dictum, utrum sibi Paulus an Aquila Cenchris caput totonderit: sed Hieronymus presbyter manifestè, ut in præcedente libro plenius docuimus, hoc de Paulo dictū intelligit. Posita namque sententia hac in epistola ad Augustinum continuò subiecit & ait, Esto ut ibi idem in circumcissione Timothei Iudæorum timore compulsus sit facere quod licebat: quare comam nutriuit ex uero, & postea eam in Cenchris totondit ex lege: Cuius si hoc in loco sensum uolumus sequi, nusquam omnino legimus Aquilam fuisse attonsum. Si in hoc loco Aquilam esse attonsum dixerimus, restat in fine huius libelli locus, ubi etiam Paulum attonsum siue rasum legimus. Falluntur autē mendacitate codicis, qui dicunt Aquilam cum Priscilla coniuge sua esse attonsum. In græco enim est euidenter ἠγαγόν, id est, attonsus numero singulari habetur. Et habebat uotum, non habebat, siue de Paulo siue de Aquila accipientem esse putetur.

Vehementer enim Iudæos reuincebat, publicè ostendens per scripturas esse Christum Iesum.

In græco ita scriptum est, Publicè & per domos ostendēs: quod est optimi doctoris, ita docere multos generaliter, & ut singulos uiriliter exhortari non desistat.

CAPVT XX.

Segregauit discipulos quotidie disputans in schola cuiusdam tyranni, hoc autem factum est per triennium, &c.

Hoc tempore commorante Paulo in Epheso dicitur primam ad Corinthios epistolam scripsisse, in qua etiam Priscille & Aquile meminit dicens: Salutant uos in domino multum, Aquila & Priscilla cū domestica sua ecclesia. Quo uerbo etiam hoc ostenditur, quia non illi solummodo fideliter Christo seruierint, sed & fidelium in domo sua congregationem habuerint. Secundam uero cum esset in Troade, scripsisse fertur epistolam: porro Romanorum epistolam postea scriptā ratio manifestat. Nam

† b 4 que

que hanc seipſe proficiſcētē Hieroſolymam ſcripſiſſe teſtatur, ita ut etiam ſuper languidos deſerēntur à corpore eius ſudaria uel ſemincīa. Multi noſtrum quid ſemincīa ſignificēt ignorant, uerum Gregorius qui nunc eſt Apoſtolicæ ſedis antiſtes, cum eſſet adhuc archidiaconus, ſciſcitanti amico de Britannia, & hoc inter alia reſcripſit genus eſſe ſudarij, quo Hebræi utuntur in capite.

CAPVT XX.

Comitatus eſt autem cum eo Soſpater Pyrriberoenſis.] Hic Beroenſis, nō huius Beroenſis. Plus autem habetur in græco, Comitatus eſt autem cū eoſque Aſiam.

Eductus ſomno cecidit de tertio cœnaculo.] Pro tertio cœnaculo in græco ſcriptū eſt, τριῆτες: quod eo cōmemorare uolui, ut ſcire poſſit lector quid ſit in Geneſi quod de arca faciēda iubetur: Cœnacula & triſtega facies in ea. ſὺν enim græcè teſtum, & τριῆτες triplicia teſta dicuntur.

Aſſumpto eo uenimus Mytilenen.] Scripſimus in libro primo ſequentes Plinium ſecundum, Mytilenen inſulam eſſe contra Aſiam: ſed & idem Plinius alio loco ſcribit Mytilenen eſſe ciuitatem in Cypro inſula. Quod utrunque uerum eſſe credendum eſt, non tamen nunc Paulum cum ſocijs in ciuitatem Cyprī, ſed in inſulā Aſiæ ueniſſe. Nam longo poſt hæc & multis per agratis regionibus Cypro apparuiſſe, ſed non hanc intrāſſe perhibetur.

Feſtimabat enim ſi poſſibile ſibi eſſet, ut diem pentecoſten feſtaret Hieroſolymis.

In græco ſcriptum eſt, Diem pentecoſtes: id eſt, quinquageſimæ. Nota ergo & paſchæ tempus & pentecoſtes ipſis etiam Apoſtolorum temporibus eſſe celebratum. Sed utrum inter Iudæos æmulatores legis ad diem, quo immolatus eſt agnus in Aegypto, & quo lex data eſt in monte Synai: an uerò ad diem Dominicę reſurrecciónis, & aduētus ſpiritus ſancti celebrata ſunt, dicant qui nouerint. Conſtat tamen Apoſtolum Petrum Romæ, die Dominico reſurrecciónis Chriſti paſcha celebraſſe: cōſtat hoc Euangelicam Marcum ab eo miſſum, in Aegypto docuiſſe.

CAPVT XXI.

Et intrantes in domum Philippi euangeliftæ, qui erat deſeptem, & manſimus apud eum, &c.

Ob primum prædicationis officium Euāge liſta meruit appellari, quamuis omnes hoc agerent. Huius domus, & filiarum eius longo ex hinc tempore in eadem ciuitate manebat. Deniq; huius & Hieronymus meminit in hiftoria ſanctæ Paulæ, cum ea Cæſaream ueniſſe deſcriberet: in qua (inquit) Cornelij domum Chriſti uidit eccleſiam, & Philippi ædículas & cubiculum quatuor uirginum prophetarum.

De his autem qui crediderunt ex gentibus nos ſcripſimus, in-

dicantes ut abſtineant ſe ab idolis, immolatione, &c.

In græco habet diſtinctius: De his autem qui crediderunt hominibus nos ſcripſimus, iudicātes nihil tale cuſtodire eos, niſi ut obſeruent ſe ab idolothitis, & cætera. Non ergo prohibiti ſunt eo tempore credentes in Chriſtum Iudæi, ſecundum conſuetudinem legis ingredi, ſtante adhuc templo ac religione ſua, quamlibet in ſolis noui teſtamenti ſacramentis ſalutem habituri: ſed prohibiti ſunt hi qui ex gētibus crediderunt, & Euangelij ſacramentis erant imbuti, ad ſuſcipienda legis ſacramenta cōuertī, qui tamen illa legis mādāta, quæ ad inſtitutionem morum & emundationem cordis pertinent, ut eſt, Non concupiſces, diligenter obſeruari iubentur. Quarta hæc Synodus Apoſtolica Hieroſolymis habita eſt. Prima namq; de electione duodecimī Apoſtoli pro Iuda, ſecunda de electione ſeptem diaconorum, tertia de circūciſione ne credentibus ex gentibus imponeretur: quarta hæc de credentibus facta eſt ex Iudæis illo tempore, ne prohiberentur ubi neceſſitas exigeret, etiam legalibus cerimonijs initiari, ob deuitandum uidelicet eorum ſcandalum, qui putabant eos ita Moſaica decreta tanquam idolatriæ dogmata damnaſſe. quod eos etiam ante facere conſueuiſſe, Timothei maxime circūciſione probatum eſt.

Iuſſit duci eum in caſtra.] Et in hoc loco & in hac tota narratione ubi cūq; caſtrorum nomen poſitum eſt, in græco hoc ſingulariter poſitum eſt, ſe noſcendum eſt: quod ideo latinus interpres pluraliter ponere maluit, ne ſi ſingulariter poneret, ſenſum legentis longè in aliud mitteret, & pro conuentu exercitus, ac militum locum munitum faceret intelligi. Sic & in Pſalmo ubi dicitur, Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum: in græco παραβολῆς ſcriptum eſt, numero ſingulari.

Qui cum ueniſſet ad gradus, contigit ut portaretur, & cetera.] Gradus non deſcenſionis de templo, ſed aſcenſionis in caſtra ſignificat. Quod ex græco manifeſtum eſt, ubi ἀναβιβῆδος, non κατεβιβῆδος: id eſt, aſcenſus habet, non deſcenſus.

Ego homo ſum quidem Iudæus à Tharſo Cilicie, non ignota ciuitatis muniiceps.

Pro municipio quidam codices ciuem habēt, quod ex uno græco πολιτῆς transfertur, deriuato nomine à ciuitate, quæ græcè πόλις uocatur. Vnde hoc quod Apoſtulus ait, Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt: quidam interpretati ſunt, Noſter autem municipatus in cœlis eſt. Et Hieronymus ad Heliodorum ſcribēs ita poſuit: Quia non aliud municipatum quam ciuilem conuerſationem, quod græcè dicitur πολιτῶμα intelligi uoluerit.

CAPVT XXII.

Eruditus iuxta ueritatem, paternæ legis æmulator exiſtēs.] In græco habet plus, Æmulator exiſtens Dei: iuxta illud ad Romanos, Teſtimonium enim

CAPVT XXV.

enim illis perhibeo, quod emulationē Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.

Saule Saule, quid me perſequeris.] In græco & in hoc loco additum eſt: Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.

Et qui mecum fuerunt, lumen quidē uiderunt.] Et in græco habet plus, Et in timore facti ſunt.

Factum eſt autē reuertenti mihi in Hieruſalem, & oranti in templo, fieri me in ſtupore mentis, & uidere illum.

Pro ſtupore mentis quidam codices habēt, mentis exceſſum: alij pauorem, alij alienationem. Diuerſe enim interpretatur latine, quod græcè dicitur extaſis. Quod uerbum & in uifione Petri ſupra poſitum eſt, ubi ad docendum Cornelium erat euocandus. Cecidit namq; ſuper eum extaſis, & uidit cœlum apertum. Alienata eſt autem mens orantium Apoſtolorū, ſed ab inſimis ad ſuperna, non ut deuiarēt, ſed ut uiderent.

Ego multa pecunia ciuitatem hanc conſecutus ſum.] Pro ciuitate in græco πολιτείαν habet: quod magis ciuilitatem, id eſt, ſocialem inter ciues conuerſationem, uel adminiſtrationem Reipublicæ, quam ciuitatem ſignificat. Non enim tribunus ciuitate Romanæ, cuius eſſet poſſeſſor: ſed confortium ciuitatis Romanæ, cuius eſſet particeps, emerat. Sed Paulus eo magis erat ciuis Romanus, quia non hoc comparādo, ſed naſcendo habebat.

Tribunus quoque timuit poſtquam reſciuit, quia ciuis Romanus eſſet.

Pro ciue idem uerbum in græco poſitum eſt, quod ſupra pro municipio, id eſt, πολιτῆς.

CAPVT XXIII.

Et deuouerunt ſe dicentes, neq; manducatuſque neq; bibituſque, donec occiderent Paulum.

Deuouerunt, maledixerunt ſignificat. Si quidem pro hoc uerbo in græco ſcriptum eſt, ἀνέθεμεν ἑαυτοὺς: ſed in ſequentibus, ubi dicebant, De uotiōe deuouimus nos nihil guſtatuſque: in græco ſcriptum eſt, ἀνέθεμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς τροφῆς. Quod quantē aſteritatis ſit uerbum, norunt qui anathemate ſacerdotali à ſocietate Chriſti & eccleſiæ alienantur.

CAPVT XXIII.

Post annos autem plurimos eleemoſynas facturus in gentem meam ueni, & oblationes & uota facturus.

Eleemoſynæ pertinent ad ea quæ uſibus ſanctorum attulerat, quorum in epistoſis ſuis crebram facit mentionē: oblationes uerò & uota, ad ea quæ ad ſuaſionē Iacobi & ſeniorum Deo in templo obtulerat. Quamuis in græco non ſint uota addita. Et ſi ergo Lucas in hiftoriæ ordine non dixit, quod Paulus cum eleemoſynis pauperum Chriſti de Græciā Hieroſolymam uenerit, ex uerbis tamen que ipſum dixiſſe refert, quia hoc fecerit oſtendit.

Feſtus autem reſpondit ſeruari Paulum in Cæſarea, ſe autem maturius proſecturum.

Maturius utiq; dicit celerius, quāuis aliquādo maturius fieri dicatur, quod tardius. & cum maturitate conſilij agitur. in græco enim ſcriptum eſt, ὅτι πρότερον: id eſt, in celeritate.

Cum ueniſſet Agrippa & Bernice cum multa ambitione, & cetera.] Pro ambitione in græco φωντασία ſcriptum eſt, quo nomine deſignatur multiplex apparatus & pompa regalis officij: quo ille ambiente, id eſt, circumdante ſe undiq; ſtipatur.

CAPVT XXVI.

Quoniam ſecundum certiffimam ſectam noſtræ religionis quixi Pharifæus.] Pro ſecta in græco hæreſim habet. Vnde probatur, quod eo tempore etiā bona ſecta hoc apud græcos uocabulum habebat, quod nunc apud nos mala tantum habere conſueuit.

CAPVT XXVII.

Vt autem iudicatum eſt eum nauigare in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis cuſtodijs centurioni.

Conſequentius legitur in græco: Vt autem iudicatum eſt nauigare nos in Italiam, tradiderunt Paulū & quōſdā alios uinctos centurioni.

Et pelagus Cilicie & Pamphiliæ nauigantes, uenimus Lyſtram, quæ eſt Licia.

Pro Lyſtra in græco Smyrna poſitū eſt, pro quo Hieronymus in libro Hebræorum nominum Myram ponit: quod idcirco reor in quibusdam codicibus ita reperiri, quia μύρα græcè Smyrna appellatur. Deniq; in Pſalmo ubi carminis Myrra, & gutta, & caſia: in græco ita ſcriptum eſt, Smyrna, & ſtaſte, & caſia.

Venimus in locum quendam qui uocatur Boni portus.] Hi boni portus, non huius boni portus.

Et nauclero magis credebat.] Naucleros græcè dominus nauis uocatur.

Si quomodo poſſent deuenientes Phœnicem hyemare, portū Cretæ reſpicientem ad Africum & ad chorum.

Ventus Africus, qui græcè uocatur λίβος, ſtat inter meridianam plagam, & occidentalē uergens: chorus uerò ad ſeptentrionem & occidētē, ſed plus ad occidentem deſlexus. Liqueet ergo quia prouincia Phœnicis, Cretam ad occidentem habebat, ideoq; portum eiſdem Cretæ de quibusdam ſuis locis contra Africum: de quibusdam uerò contra chorum aſpiciebat, & propterea ſiue Africus ſeu chorus aſpiraret, à Creta ſinem ſoluentes, Phœnicem poterāt peruenire. Sed etſi aſter ipſe, id eſt, meridianus aſſaret uētus, nihilominus aſcipiti directione gubernaculorum, & ſinuamine uelorum Phœnicen ad nauigare, ſi non diuina obſiſterent iudicia ualebant. Vnde ſubſequentur adiungitur.

Aſpirante autem aſtro exiſtimantes propoſitum ſe tenere, &c. potuimus uix obtinere ſcapham.

Scripſimus in libro primo, Iſidorum ſequentes, ſca-

tes, scapham esse nauiculam leuem, ex uimine contextam, crudoq; corio rectam: uerum dein ceps aliorum scripta percurrentes, inuenimus scaphas uocari nauiculas etiam una de arbore, quas *μονοβύλας* græci appellant.

CAPVT XXVIII.

Accensa enim pruna, resiciebant nos omnes.] In Græco scriptum est, Respiebāt nos omnes. Quod & nos arbitramur primo sic interpretatū esse in latinum, sed libratorū negligentia mutatū.

Contigit autem patrem Publij febribus & dysenteria uexatum iacere.] Dysenteria est passio intestinorum, causatio cum ulceratione: quia excluditur egestio sanguinolenta, aut fellita, aut alia immutatio humoris: sed noxia à ueteribus iudicatur, quæ nigram egestionem ab initio ostenderit. Nam Hippocrates in Aphorismos sic ait: Dysenteria felle nigra incipiens, mortifera est. Sequitur autem patientes iurgis assellatio inferioris uentris, aliquando uiridis, aliquando mucilaginosa: etiam & rasuras cum guttis sanguinis emittunt, cum morsu intestini, & umbilici insomnietatem patiuntur, & fastidium, frequentem & febriculam, quam pater hic Publij passus esse narratur. aliquando etiam ex talis excensio contingit, maximè in infantibus. efficitur aliquando ex perfrictione, aut ex corruptione acriorum humorū. Meminit huius morbi & Gregorius in libro historiarum suarum quinto, ita dicens: Temporibus Tiberij imperatoris dysentericus morbus penè totas Gallias preoccupauit. Erat enim in his qui patiebantur, ualida cum uomitu febris renuq; nimius dolor, capitis grauedo uel ceruicis: ea uerò que ex ore projiciebantur colore croceo, aut certe uiridia erant. A multis autem asserbatur uenenum occultum esse: sed herba que uenenis medentur, potu sumptæ pleriq; presidia contulerunt. Manit autem biennio toto in suo conductu, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnū Dei. Hieronymus huius loci ita meminit in epistola ad Lucinum: Paulus Romam uinctus ingreditur, ut uinctos superstitionis erroribus liberos faciat: manet in hospitio conductu per biennium, ut nobis utriusq; instrumenti aeternum reddat donum. Qua expositione docuit, cetera quoq; que in hoc uolumine uel de ipso Paulo Apostolo, uel de alijs quibusq; scripta sunt, non in superficie tantum litera fructum nobis ecclesiasticæ præmonstrare doctrinæ: uerum etiam si quis perfecte intellexerit, medullam sensus spiritalis uirtute habere grauidam.

RETRACTATIONIS LIBRI, FINIS.

Venerabilis Bedæ presbyteri in Acta Apostolorum quæstiones quinque.

QVAESTIO PRIMA.

INTERROGATIO. Quid inquit dicat illud quod legimus, Tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte qui uocatur Oliueti, qui est iuxta Hierusalem, Sabbathi habes iter: id est, mille passus?

RESPONSIO. Sabbatho enim usq; ad montem Oliueti ire Iudæis licitum erat, uel certè si cubi fuissent, tanto spacio deambulandi licentiam præsumebant.

QVAESTIO SECUNDA.

INTERROGATIO. Spiritus sanctus quomodo ante ascensionem à Salvatore secundum Euangelistam Ioannem Apostolis infusatur, cum secundum Actus apostolorum post decimum ascensionis diem in Apostolos infusus sit?

RESPONSIO. Multæ sancti spiritus gratiarum donationes sunt, secundum illud quod Apostolus dicit: Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij gratia sanitarum in uno spiritu, & cætera. Igitur ante ascensionem gratiam sancti spiritus acceperunt, qua possent peccata dimittere & baptizare, & credentibus spiritum adoptionis infundere, secundum quod & tunc, cum eis à Salvatore spiritus infusatur, dictum fuerat: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. At uerò post ascensionem multo maiorem sancti spiritus gratiam perceperunt in operatione uirtutum, & gratia sanitarum, & diuersarum perceptione linguarum: iuxta illud quod eisdem eodem die promissum fuerat, ut baptizarentur spiritu sancto, & indueretur uirtute, qua Euangelium Christi uniuersis possint gentibus prædicare. In hac ergo perceptione sancti spiritus secundum Dominicæ gratiæ distributionem, Apostolorum demonstratur profectus, non compugnantium diuersitas scripturarum. & aliter quare bis datus sit spiritus sanctus, egregie quidam doctor exposuit dicens: De eo quem primum hic Saluator per seipsum dedit, & de cælis postea misit, ut significaretur dilectio proximi, & dilectio Dei, quæ in cordibus sanctorum per spiritum sanctum diffunditur, qui datus est eis ad euangelizandum Dei uerbum. Per quod Apostoli sese in orbis partes intulerunt, quantum narrat historia. Bartolomæus in Indos, Thomas terendit in Parthos, Matthæus

QVAESTIO QUARTA.

INTERROGATIO. Quare prius cõmunis cibis uocabatur, qui putaretur immundus?

RESPONSIO. Quod contra interdictum tunc Dei in commune cæteris pateret hominibus, qui in ciborum discretione legis obseruatiam non tenebant, per quam Iudæi partem Dei se esse iactabant. Purificatus est autem etiam Domino dicente ad Petrum: Que Deus purificauit, tu ne commune dixeris.

QVAESTIO TERTIA.

INTERROGATIO. Cum in Actibus Apostolorum primum legatur, Viri autem qui comitabantur cum eo: hoc est, cum Apostolo, stabant stupentes, audientes quidem uocem, neminem autem uidentes, quomodo postea Apostolus dicit: Et qui mecum erant, lumen quidem uiderunt, uocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum.

RESPONSIO. Superius ubi audisse uocem referuntur, à Deo non uocem, sed inconditum sonum uocis acceperunt, ut eos postea dicat uocem non audisse: id est, expressam uerborum significantiã, qua possint intelligere quod sonabat, ac perinde idcirco diuersa uice & audisse & non audisse referantur: quia quantum ad sonum pertinet, audierunt: quantum ad uerba, non audierunt.

QVAESTIO QUINTA.

INTERROGATIO. Quid est illud quod in Actibus Apostolorum duodecim illi qui Ioannis baptismo baptizati fuerunt, baptizantur à Paulo?

RESPONSIO. Hoc idcirco, quia non in nomine trinitatis baptizati erant. Baptismus enim Ioannis, licet in eum qui uenturus est, baptizaret, tamen proprie Ioannis baptismus dicebatur. Vnde & ab hæreticis uenientes non rebaptizantur à nobis, si baptizatos constat in nomine trinitatis: nisi impositio manus ad fidem rectam conuersis adhibetur, ut per hanc sancti spiritus suscipiatur infusio.

QVAESTIONVM FINIS.

PRAEFATIO

PRAEFATIO IN EXPOSITIONEM PAULI EX OPUSCULIS AUGUSTINI COLLECTAM PER VENERABLEM BEDAM PRESBYTERUM, IN QUAE IPSE VITAM AC OPERA SUA PAULI COMMEMORAT.



VENERABILIS Beda famulus Christi, & presbyter monasterij beatorum Apostolorum, Petri & Pauli, quod situm est ad ostium Vuiri amnis, in loco qui dicitur Ingirium, in fine historiae gentis Anglorum de seipso talia refert. Natus, inquit, in territorio eiusdem monasterij, cum essem annorum septem, cura propinquorum datus sum educandus reuerendissimo abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido. cumque ex eo tempus vite in eiusdem monasterij habitatione peragens, omnem meditandis scripturis operam dedi, atque inter obseruantiam disciplinae regularis, & quotidianam cantandi in ecclesia curam, semper aut discere aut docere seu scribere dulce habui. Nonodecimo autem vite meae anno diaconatus, tricesimo presbyteratus gradum, utrumque per ministerium reuerendissimi Ioannis episcopi iubente Ceolfrido abate suscepi. Ex quo tempore accepti presbyteratus usque ad annum aetatis meae. lxx. haec in scripturam sanctam meae meorumque necessitati, ex opusculis uenerabilium patrum breuiter annotare, siue etiam ad formam sensus & interpretationis eorum super adijcere studui. In principium Geneseos usque ad natiuitatem Isaac & eiectionem Ismaelis libros tres. Et post pauca. In Apostolum quaeque in opusculis sancti Augustini exposita inueni, cuncta per ordinem in unum colligens transcribere curavi. Et enumeratis omnibus opusculis suis. Te deprecor, inquit, bone lesu, ut cui propitius donasti uerba tue scientiae dulciter haurire, dones etiam benignus aliquando ad te fontem omnis scientiae peruenire, & parere semper ante faciem tuam. Praeterea omnes ad quos haec potuerint peruenire legentes siue audientes suppliciter deprecor, ut pro meis infirmitatibus & metis & corporis apud supernam clementiam saepius interuenire meminerint: ut qui ea quae memoratu digna atque grata credideram diligenter annotare curavi, apud omnes fructum pietatis intercessionis inueniam. Amen.

EXPOSITIO EPISTOLAE AD ROMANOS.

Expositio epistolarum beati Pauli apostoli, excerpta à uenerabili Beda presbytero, ex diuersis opusculis sancti Augustini, & in unum corpus collecta.



PAULVS seruus Christi Iesu, uocatus apostolus, segregatus in euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui praedestinatus est filius Dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, per quem accepimus gratiam & apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & nos uocati Iesu Christi.]

PAULUS apostolus, qui cum Saulus prius uocaretur, non ob aliud, quantum mihi uideatur, hoc nomen elegit nisi ut se ostenderet paruum tantquam minimus apostolorum, multum contra superbos & arrogantes & de suis operibus praesumentes, pro commendanda Dei gratia fortiter atque acriter dimicans, quia reuera in illo euidentior & clarior apparuit, qui cum talia operaretur, uehementer ecclesiam dei persequens, pro quibus summo supplicio dignus fuit, misericordiam pro damnatione suscepit, & pro poena consecutus est gratiam, merito pro eius defensione clamat atque concertat, nec in re profunda & nimis abdita, non intelligentium, & uerba sua sana in peruersum sensum detorquentium curat inuidiam, dum tamen incunctanter praedicet donum Dei, quo uno salui fiunt filij promissionis, filij beneficii diuini, filij gratiae & misericordiae, filij testamenti noui. Primum quidem, quod omnis eius salutatio sic se habet. Gratia uobis & pax à deo patre & domino Iesu Christo. Deinde ad Romanos pene ipsa quaestio sola uersatur tam pugnaciter, tam multipliciter, ut fatiget quidem legentis intentionem, sed tamen fatigatione utili ac salubri, ut interioris hominis magis exerceat membra quam frangat. Memento de synagoga fuisse arietes quorum filij sumus. Unde dicit in Psalmo. Afferte domino filios arietum. Qui inde arietes: Petrus, Ioannes, Iacobus, Andreas, Bartholomaeus & ceteri apostoli. Hinc & ipse primo Saulus postea Paulus, id est primo superbus postea humilis. Saul enim, unde dicitur est nomen Sauli, nostis quia rex superbus & infrenis fuit. Non quasi iactantia aliqua nomen sibi mutauit apostolus, sed ex Saulo factus est Paulus, ex superbo modicus. Paulum enim modicum est. Vis nosse quid sit Saulus? ipsum audi iam Paulum recordantem quid fuerit per malitiam suam, & quid iam sit per gratiam dei. Audi quomodo fuerit Saulus, & quomodo sit Paulus. Qui prius, inquit, blasphemus, & persecutor, & iniurius. Audisti Saulum, audi & Paulum. Ego enim, inquit, sum minimus Apostolorum. Quid est minimus, nisi ego sum Paulus? Et sequitur. Qui non sum dignus uocari apostolus. Quare? quia fui Saulus. Quid est fui Saulus? Ipse dicat. Quia persecutus sum, inquit, ecclesiam Dei, sed gratia dei, ait, sum quod sum. Abstulit sibi omnem granditatem suam minimus iam in se, grandis in Christo. Iste uas electionis primo Saulus à Saule. Recordamini enim qui nostris literas dei, quis erat Saul. Rex pessimus, persecutor sancti serui Dei Dauid. Et ipse si meministis, de tribu Benjamin. Inde iste Saulus ducto secum tramite seruiendi, sed in seruitute non permanens. Postea si Saulus à Saule. Paulus uero Saulus à rege sauto cum superbus, cum seruiens, cum caedes anhelans. Paulus autem uero Paulus quia modicus. Paulus humilitatis nomen est. Paulus posteaquam adductus est ad magistrum qui ait: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. inde Paulus. Vnum latine locutionis aduertite, quia Paulum modicum dicitur. Paulo post uidebo te.

Ex libro de spiritu & littera.

Psal. 23. Ex tractatu Psal. 72.

1. Tim. 1.

1. Cor. 20.

Ex sermone de apostolo Paulo.

Paulū hic expecta : id est uidebo te post modicum. modicum hic expecta. Audi ergo Paulū: Ego sum minimus Apostolorum. Prorsus ego sum inquit, minimus apostolorum. Et alio loco: Ego sum nouissimus apostolorū. Et minimus, & nouissimus, tanq̄ s̄ fimbria de uestimento domini. Quid tam exiguum q̄ fimbria; hac tamen tacta mulier à fluxu sanguinis sanata est. In modo dico isto magnus erat, in minimo grandis habitabat. Et tanto minus à se magnū excludebat, quanto magis minor erat. Quid miramur magnum habitare in angusto? Magis in minimis habitat. Audi illum dicentē. Super quē requiescit spiritus meus, nisi super humilem & quietū, & trementem uerba mea: Ideo altus habitat in humili, ut humilem exaltet. Excelsus est dominus & humilia respicit. Excelsa autē à longe cognoscit. Humilia te, & propinquabit tibi. Extolte te, & recedet à te. Absit enim domine ut in tabernaculo tuo prae pauperibus accipiatur perfonae diuitiū, aut prae ignobilibus nobiles, quando potius infirma mundi elegisti, ut confunderes fortia. Et ignobilia huius mundi elegisti, & cōtemptibilia, & ea quae nō sunt, tanquā sint, ut quae sunt euacuares. Et tamen idē ipse minimus apostolorū tuorum, per cuius linguam tua ista uerba sonuisti, cum Paulus proconsul per eius malitiā, debellata superbia sub leue iugū Christi tui missus esset, regis magni provincialis effectus, ipse quoq; ex priore Saulo Paulus uocari amauit, ob tam magnae insigne uictoriae. Plus enim hostis uincitur in quem plus tenet, & de quo plures tenet. Plus autē superbos tenet nomine nobilitatis, & de his plures nomine autoritatis. *Seruus Christi Iesu.* Quid dicemus charissimi, putabimus ne hoc promissum, ubi ait, Quodcūq; petieritis hoc faciam, nec in apostolis ab illo fuisse cōpletum? Et cui tandem quod promittit implebit, si apostolos suos in sua promissione fraudauit? Eutēgia igitur homo lidelis, & uigilanter audi quod illic positū est, in nomine meo. Ipsum enim quodcūq; non ait petieritis utcūq; sed in nomine meo. Qui promissit ergo tam magnū beneficiū quid uocatur utiq; Christus Iesus. Christus significat regē, Iesus significat saluatore. Nō itaq; saluos nos faciet quicūq; rex, sed rex saluator. Quapropter quando uolumus ut faciat quodcūq; petimus, non utcūq; sed in nomine eius petamus. hoc est in nomine saluatoris petamus. Nō ergo contra salutem nostram petamus. Quod si fecerit, nō ut saluator facit, quod est nomen eius fidelibus eius. Est quippe impijs & damnator, qui dignatur fidelibus esse saluator. Qui ergo credit in eum, quodcūq; petierit in nomine quod illis est qui credunt in eum, hoc facit, quoniam hoc sicut saluator facit. Aliam significationē habet Iesus, aliam significationem habet Iesus Christus. Cum sit unus Iesus Christus saluator noster, Iesus tamen proprium nomen est illi. Quomodo Moyses proprio nomine appellatus est, quomodo Helias, quomodo Abraham, sic tanq̄ proprium nomen domini nostri Iesus, Christus

autem sacramenti nomen est. quomodo si dicatur propheta, quomodo si dicatur sacerdos, sic Christus cōmendatur unus, in quo esset redemptio totius populi Israel. Iste Christus sperabatur uenturus à populo Iudaeorum, & quia humilis uenit, nō est agnitus. Quia lapis paruus erat, offenderunt in illum, & fracti sunt. *Vocatus Apostolus.* Apostolos suos certe ipse dominus misit, quod eorū etiam nomen indicat. nam sicut græce angeli, latine nunciū uocatur, ita græce apostoli latine missi appellantur. *Segregatus in euangelium dei quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo.* Omnes populi gentiū in talem Christum credunt, qualis per hebraeos prænunciatus est, accipiendo scilicet euangelium, quod deus ante promiserat, sicut apostolus cōmemorat, per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnē. Vnde propheta Esaias dixit: Ecce uirgo concipiet & pariet filiū, & uocabitur nomen eius Emanuel. quod interpretatur nobiscum deus. ne putent isti hominem tantummodo Christū ab hebraeis prophetis prænunciatū. nam utiq; & Iudei carnales ne hoc putarent solum esse Christum, quod propter nos factus est, homo ex semine Dauid, admonet eos ipse dominus ex prophetia eiusdem Dauid, quare ab eis quid eis uideretur de Christo, cuius eum esse dicerent filium. Qui cum respondissent Dauid, ne hoc solum ut dixi putaretur, & nō respiceret ad Emanuel, quod est interpretatum nobiscum deus, & quomodo inquit ipse Dauid in spiritu dicit eum dominum dicens, Dixit dominus domino meo, sede ad etc. Ordo iste mihi seruandus est, ut loquēs de euangelio, nō taceam de prophetis. Sed ego, inquit Manichæus, nec Moysen accipio nec prophetas. Et quid agis de Paulo Apostolo, qui in exordio epistola sue ad Romanos scripsit: Paulus inquit seruus Christi Iesu uocatus apostolus, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnē. Audis quia euangelium per apostolos non exhibetur nisi per prophetas ante promitteretur. Audis quia filius dei secundū diuinitatē, factus est filius hominis ex semine Dauid secundū carnē. Quid est enim in quo prophetae contrarij sunt euangelio? dixit propheta: Rorate caeli desuper, & nubes pluant iustum. Veniat angelus, pradicet uerbum, aperiatur terra, audiat Maria. Et germinet saluatorem, pariat Iesum. Propheta dicit. Ecce uirgo cōcipiet & pariet filiū, & uocabunt nomen eius Emanuel. Hoc etiam Euangelista cum diceret, secutus est, & exposuit dicens, nobiscum deus. Frustra Manichæe conaris aduersari prophetis. Ecce apostolus dicit, de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Quod prophetae prænunciaverunt & prädixerunt, hoc apostoli uiderunt & prädicauerunt. Qui erat, factus est. Quid erat? Quid factus est? Verbum erat, caro factus est, filius dei erat, filius hominis factus est. *erat,*

LHC. 9.
Esa. ultimo
Psal. 137.
Ex lib. cōfessi. 8.
Ex tractatu Euangelij secundū Ioh. 73.
Ioh. 14.
Ex ser. epistolae Ioh. 3.
Ex lib. contra Manichæum titulo 13.
Matth. 22.
Psal. 109.
Ex lib. contra haereticos quinto.
Esa. 49.
Matth. 14.

erat, homo factus est. Suscepit humanitatem, nō amisit diuinitatem. Factus est humilis, mansit sublimis. natus est homo, non desinit esse deus. *Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.* Et si enim in quibusdam latinis exemplaribus non legitur factus, sed natus ex semine Dauid, cū græca factus habeat, unde nō ad uerbū sed ad sententiā transferre uoluit dicēdo natum latinus interpres, tamen Christum ex semine Dauid esse secundum carnem, omnium librorum atque linguarum concordat auctoritas. Dominus noster Iesus Christus in quantum deus est omnia per ipsum facta sunt. In quantum autem homo est, & ipse factus est, sicut apostolus dicit, factus ex semine Dauid secundū carnem. Non enim erat factus unigenitus cū per eum facta sunt omnia, sed factus est ex semine Dauid, ut esset Iesus, id est saluator qui iā erat creator. *Qui praeordinatus est filius dei in uirtute.* Est etiam praclarissimum lumen praedestinationis & gratiae ipse saluator, ipse mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Ille enim homo ut a uerbo patri coeterno in unitatem personae assumptus filius dei unigenitus esset, unde hoc meruit quod eius bonum quaecūq; praecessit, ut ad hanc ineffabilem excellentiā perueniret. Faciente ac suscipiente uerbo ipse homo ex quo esse coepit, filius dei unicus esse coepit. Filium dei unicum, foemina illa gratia plena cocepit. De spiritu sancto & uirgine Maria, dei filius et unicus natus est, non carnis cupidine, sed solo dei munere. Libera in illo uoluntas erat, ac tanto magis erat, quanto magis seruire peccato nō poterat. Appareat itaq; nobis in nostro capite ipse fons gratiae, unde secundum uniuersūq; mensuram se per cuncta eius mēbra diffundit. Fit ea gratia ab initio fidei suae homo quicūq; Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus. De ipso spiritu hic renatus, de quo est ille natus. Eodē spiritu fit in nobis remissio peccatorum, quo spiritu factus est ut nullū haberet peccatū, hac se deus esse facturum profecto praesciuit. Ipsa est igitur praedestinatio sanctorū quae in sancto sanctorū maxime claruit. Quā negare quis potest, recte intelligentiū eloquia ueritatis. Nam & ipsum dominū gloriā (in quantum homo factus est dei filius) praedestinātū esse didicimus. Clamat doctor gentiū in capite epistolarū suarū, Paulus seruus Christi Iesu uocatus apostolus, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnem, qui praedestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum. Praedestinatus est ergo Iesus, ut qui futurus erat secundum carnem filius Dauid, esset tamē in uirtute filius dei secundum spiritum sanctificationis, quia natus est de spiritu sancto ex uirgine Maria. Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis à deo uerbo susceptio singularis, ut filius dei, & filius hominis simul, filius hominis propter susceptum homi-

Ex lib. contra Manichæum Cap. 10.
Ex lib. enchiриди.
Ex tractatu psalmi 118.
Ex lib. de praedestinatione sancto rum
Ex lib. contra Faustum Manichæum titulo 13.
Matth. 22.
Psal. 109.
Ex lib. contra haereticos quinto.
Esa. 49.
Matth. 14.

nem, & filius dei propter suscipientem unigenitum deum, ueraciter et proprie diceretur, ne non quaternitas sed trinitas crederetur. Praedestinata est ista natura humana tanta & tam celsa & summa subiectio, ut quo attolleretur altius non haberet, sicut pro nobis ipsa diuinitas quousque se deponeret, humiliter non habuit, quam suscepta natura hominis cum infirmitate carnis usq; ad mortem crucis. Sicut ergo praedestinatus est ille unus ut caput nostrū esset, ita multi praedestinati sumus ut membra eius essemus. Humana hic merita conticescunt, quae perierunt per Adam, & neget quae regnat dei gratia per dominum nostrum Iesum Christum unicum dei filium, unum dominum. Quisquis in capite nostro praecedenti merita singularis illius generationis inuenit, ipse in nobis membris eius praecedenti merita multiplicatae regenerationis inquirat. Neq; enim retributa est Christo illa generatio, sed tributa, ut alienus ab omni obligatione peccati, de spiritu & uirgine nasceretur. Sic et nobis ut ex aqua & spiritu renasceremur, non retributum est pro aliquo merito, sed gratis tributum. Et si nos ad lauacrum regenerationis fides duxit, non ideo putare debemus priores nos dedisse aliquid ut retribuere nobis generatio salutaris. Ille quippe nos fecit credere in Christū, qui nobis fecit in quem credimus Christum. Ille facit in hominibus principium fidei et perfectionem in Iesu, qui fecit hominem principem fidei & perfectorem Iesum. sic enim est appellatus in epistola quae est ad hebreos. Nullum est illustrius praedestinationis exemplum, quā ipse mediator. Quisquis fidelis uult eam bene intelligere, attendat ipsum, atq; in illo inueniat & seipsum. Fidelis inquam, qui in eo ueram naturam credit & confitetur humanam, id est nostram, quamuis singulariter suscipiente deo uerbo, in unicum dei filium sublimatam, ita ut qui suscepit & quod suscepit, una esset in trinitate persona, neq; enim homine assumpto quaternitas facta est, sed trinitas mansit, assumptione illa ineffabiliter faciente personae unius in deo & homine ueritatem, quoniam nō deum tantum dicimus Christum, sicut haeretici Manichæi, nec hominē tantū sicut haeretici photiniani, nec ita hominē ut aliquid minus habeat quod ad humanā certū est p̄tinere naturā, siue animā, siue in ipsa anima mētē nō habere rationalem, siue carnē nō de foemina sumptā, sed factam de uerbo in carnē cōuersā, atq; mutato, quod omnia tria falsa & uana haereticorū Apollinaristarū tres partes uarias diuersasq; fecerūt, sed dicimus Christum deū uerum, natū de deo patre sine ullo initio temporis, eandemq; hominem uerum, natum de homine matre certa plenitudine temporis, nec eius humanitatem, quia maior est pater, minuere aliquid eius diuinitati qua aequalis est patri. Hoc autem utrunq; unus est Christus, qui & secundum deum uerissime dixit. Ego & pater unum sumus, & secundum hominem uerissime dixit, Pater maior me est.

Ex lib. de haereticis no perseverantia
Ioh. 14.
Aa 2 Qui

Qui ergo hunc fecit ex semine Dauid hominē iustum, qui nūquam esset iniustus, sine ullo merito precedentis uoluntatis eius, ipse ex iniustis facit iustos sine ullo merito precedentis uoluntatis ipsorum, ut ille caput, hi membra sint eius. Qui ergo fecit illum hominē sine ullis eius precedentibus meritis, nullum quod ei dimitteretur, uel origine trahere, uel uoluntate perpetrare peccatum ipse nullis eorū precedentibus meritis facit credentes in eum quibus dimittat omne peccatum. Qui fecit illum talem ut nunquam haberit habiturusque sit uoluntatem malam, ipse facit in membris eius ex mala uoluntate, bonam. Et illum ergo, & nos predestinauit, quia & in illo ut esset caput nostrum, & in nobis ut eius corpus essemus, non precessura merita nostra, sed opera sua futura prececiuit, filio dicente. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Intelligamus predestinationem claritatis humanæ quæ in illo est naturæ, ex mortali immortalis apud patrem futuræ, & hoc iam predestinando factum fuisse antiquam mundus esset, quod in mundo etiam suo tempore fieret, si enim de nobis dixit apostolus, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, cur abhorreere putatur a uero si tunc pater caput nostrum glorificauit quando nos in ipso ut membra eius essemus elegit. Sic enim nos electi quomodo ille glorificatus, quia priusquam mundus esset nec nos eramus, nec ipse mediator dei & hominum homo Christus Iesus, sed ille qui per ipsum in quantum uerbum eius est, etiam quæ futura sunt fecit, & uocat ea quæ non sunt tanquam sint, profecto secundum id quod mediator Dei & hominum homo est, ante mundi constitutionem, pro nobis deus pater glorificauit ipsum, si tunc elegit etiam nos in ipso. Quid enim dicit apostolus? Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Quos enim prececiuit, & predestinauit conformes fieri imaginis filij eius ut sit primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit, illos & uocauit. Nisi forte ipsum predestinatum dicere formidabimus, quia de nobis tantum ut efficiamur conformes imaginis eius, hoc dixisse uidetur apostolus. Quasi uero quisquam regulam fidei fideliter intuens, filium dei negatum esse predestinatum, qui cum negare hominem non potest. Recte quippe dicitur, non predestinatus secundum id quod est uerbum dei deus apud deum. Ut quid enim predestinatur cum iam esset quod erat sine initio, sine termino sempiternum? illud autem predestinatum erat quod nondum erat, ut sic suo tempore fieret, quemadmodum ante omnia tempora predestinatum erat ut fieret. Quisquis igitur dei filium predestinatum negat, hunc eundem filium hominis negat. Sed propter contentiosos etiam hinc audiamus apostolum in suarum

IOANN. 17.
Ex tractatu
euangelij
secundum
IOANN. 105.

Ad Rom. 8.

literarum exordio. Nam & prima epistolarū eius est ad Romanos, & ipsius epistolæ principium est, ubi legitur. Paulus seruus Christi Iesu uocatus apostolus, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Qui predestinatus est filius Dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Secundum hanc ergo predestinationem, etiam clarificatus est antequam mundus esset, ut esset claritas eius ex resurrectione mortuorum apud patrem eius, ad cuius dexteram sedet.

Secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.]

Locutio est in scripturis usitatissima, si quis aduertat, quod ibi maxime apparet, ubi etiam proprium nomen exprimitur, ut eundem esse de quo dicitur, dubitari omnino non possit. Qualis est illa in Pentateucho multis locis. Et fecit Moyses illud atque illud, sicut precepit dominus Moyli. Non dixit quod uisatum est in locutionibus nostris, & fecit Moyses sicut precepit ei dominus, sed dixit, Et fecit Moyses illud atque illud sicut precepit dominus Moyli. Quali alius sit Moyses cui precepit, & alius sit Moyses qui fecit, cum idem ipse sit. Tales locutiones in nouo testamento difficillime reperiuntur. Inde est tamen quod ait Apostolus, de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Qui predestinatus est filius dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. Tanquam alius sit filius dei qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, & alius Iesus Christus, cum sit unus atque idem. In ueteribus autem libris crebra est ista locutio. Est in psalmis ita dictum, Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Quasi alteri dictum sit non ei de quo dixerat, domini est salus. Et iterum. A te inquit eruar a tentatione, & in deo meo transgrediar murum. Quasi alteri dixerit, a te eruar a tentatione. Et iterum. Populi sub te cadent in corde inimicorum regis. Ac si diceret, in corde inimicorum tuorum. Ei quippe regi dixerat, id est domino Iesu Christo, populi sub te cadent, quem regem intelligi uoluit cum diceret. In corde inimicorum regis. Qui predestinatus est inquit filius Dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. Tanquam de alio supra diceret. Quid est enim filius Dei predestinatus ex resurrectione mortuorum Iesu Christi nisi eiusdem Iesu Christi qui predestinatus est filius dei? Ergo cum audimus, filius dei in uirtute Iesu Christi, aut filius Dei secundum spiritum sanctificationis & Iesu Christi aut filius Dei ex resurrectione mortuorum Iesu Christi, cum dici potuisset uirtute in uirtute sua, aut secundum spiritum sanctificationis

Extracta
Psal. 87.

Ex libro detri
nitatis 12.

Psal. 44.

suæ, aut ex resurrectione mortuorum eius uel mortuorum suorum, non cogimur intelligere aliam personam, sed unam eandemque, scilicet filij dei domini nostri Iesu Christi. Omnibus qui sunt Romæ dilectis dei uocatis sanctis.]

Ex epist. ad
Sixtum

DE gratiæ dei commendatione maxime ad Romanos apostolica epistola loquitur, ut inde se prædicatio eius uelut à capite orbis toto orbe disflunderet. Ea est enim qua iustificatur impius, id est fit iustus qui prius fuerat impius. Et ideo percipiendæ huius gratiæ merita nulla præcedunt, quia meritis impij non gratia sed pœna debetur. Nec ista esset gratia si non daretur gratuita, sed debita redderetur. Gratia uobis et pax à deo patre et domino nostro Iesu Christo.

Ex libro re-
tractationis
primo

GRATIA dei qua nobis donantur peccata ut reconciliemur deo, pax autem qua reconciliamur deo, sic accipiendum est, ut tamen sciamus utrunque ad generalem Dei gratiam pertinere, quomodo in populo dei, aliud specialiter Israel, aliud Iudas, & tamen utrunque generaliter Israel. Non ergo sic accipiendum est, ac si pax ipsa & reconciliatio non pertineat ad gratiam generalem, sed quod specialiter gratiæ nomine remissionem significauerit peccatorum, sicut legem & specialiter dicimus secundum quod dictum est lex & prophetæ, & generaliter ut in ea sint, & prophetæ.

Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciat in uniuersum mundo.]

Ex libro de
omnibus

BEATUS enim cuius est dominus Deus spes eius. Et quam bonus Israel deus, rectis corde. Beatus uir, cuius est dominus Deus ipsius. Super omnes est deus, tamen nescio quomodo non facile quisquam audeat dicere deus meus, nisi qui in eum credit, & qui eum diligit, ipse dicit deus meus. Tuum tibi fecisti, cuius es, hoc amat ipse. Prorsus dulcedine affectus tibi, & se cura & prædenti dilectione dicit, Deus meus. Securus dicit, uerum dicit, quia tuus est, & non fecisti ut non sit alterius. Non enim sic dicit Deus meus, quomodo equus meus. Equus enim tuus est, non equus alterius. Tuus est & Deus, & eius qui sic dixerit Deus meus quomodo dicit tu. Singuli dicunt, Deus meus, & Deus meus. Ille omnium est, communiter omnibus se ad fruendum prebens, in omnibus integer, in singulis integer. Non enim qui dicunt deum meum singuli diuidunt inter se. Si sermo iste quem iacto lingua & sono, constans literis & syllabis, totus ad singulos peruenit, nec diuidit illum inter se qui audiunt, si sermo inquam, ad aures corporis corporaliter sonans, in propinquo clarius, in longinquo languidius, ab omnibus tamen audientibus totus accipitur, non inter se syllabatim cum diudentibus, sed ab omnibus totum accipientibus, quanto magis ille Deus ubique præsens, impletus omnia, non propinqua clarius, & longinqua languidius, sed pertendens à sine usque ad finem fortiter, & disponens omnia sua uiter, æqualiter possidet ab omnibus & Lux

Sapi. 8.

ista fratres mei certe corporea de caelo fulget, oritur, occidit, circuit, de loco in locum mutatur. Tamen procedunt in eam & diriguntur omnium oculi, & omnium oculi pariter eam possident, non eam tamen diuidunt. Nullus in ea diues limites fixit, nec prior præoccupando ne uideret oculos pauperis aut exclusit aut angustauit. Dicat pauper, Deus meus. Dicat diues, deus meus. Minus ille habet, plus hic habet, sed argentum, non Deum.

Testis enim mihi est Deus cui seruo in spiritu meo in euangelio filij eius, quod sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquid quando prosperum iter habeam in uoluntate Dei ueniendi ad uos. Desidero enim uidere uos ut aliquid impartiar uobis gratiæ spiritualis ad confirmandos uos, id est simul consolari in uobis per eam quæ inuicem est fidem uestram atque meam. Nolo autem uos ignorare fratres, quia sepe proposui uenire ad uos, & prohibitus sum usque adhuc, ut aliquem fructum habeam in uobis sicut et in cæteris gentibus græcis ac barbaris.

Ex lib. de
mone dem
in monte

EGO autem dico uobis, non iurare omnino. Iustitia Phariseorum est, non peierare. Hæc confirmat, qui uetat iurare, quod pertinet ad iustitiam regni cælorum. Sic enim falsum loqui non potest qui non loquitur, sic peierare iurat qui adhibet testem deum, diligenter considerandum est hoc capitulum, ne contra præceptum domini apostolus fecisse uideatur, qui sepe hoc modo iurauit cum dicit. Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo quia non mentior. Et iterum. Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quia non mentior. Tale etiam est illud. Testis enim mihi est deus cui seruo in spiritu meo in euangelio filij eius, quomodo sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis. Nisi forte quis dicat tunc habendam esse iurationem, cum per aliquid dicitur per quod iuratur ut non iurauerit quia non dixit per deum, sed dixit testis est deus. Ridiculum est putare. Tamen propter contentiosos aut multum tardiores, ne aliquid inter esse quis putet, sciat etiam hoc modo apostolum iurasse dicentem. Quotidie morior per uestram gloriam. Quapropter qui intelligit non in bonis, sed in necessarijs iurationem habendam, refrenet se quantum potest, ut non ea utatur nisi necessitate, cum uidet pigros esse homines ad credendum quod eis utile est credere, nisi iuratione firmantur. Ad hoc itaque pertinet quod sic dicitur. Sit autem sermo uester, est est, non non. Hoc bonum est & appetendum. Quod autem amplius est, à malo est. Id est si iurare cogeris, scias de necessitate uenire infirmitatis eorum quibus aliquid suades. Quæ infirmitas, utique malum est, unde nos quotidie liberari deprecamur cum dicimus, libera nos à malo. Itaque non dixit, quod amplius est malum est. Tu enim non malum facis, qui bene ueteris iuratione, quæ etsi non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas quod utiliter suades, sed à malo est illius. Sapientibus & insipientibus debitor sum

Matt. 5.

Matt. 6.

ita quod in me promptum est et vobis qui Romae estis euangeliizare.]

Ex tractatu Psal. 37.

TV fecisti solem & lunam. Solem spirituales, lunam carnales. Adhuc carnalis est, non deservatur, & ipse perficiatur. Tu perfecisti solem, & lunam. Solem tanquam sapientem, Lunam quali insipientem. Nam ita scriptum est. Sapienter permanet sicut sol, stultus autem sicut luna mutatur. Quid ergo quia sol permanet. i. quia sapiens permanet sicut sol, stultus sicut luna mutatur, adhuc carnalis, adhuc insipiens deservendus est. Et ubi est quod dicitur est ab apostolo, sapientibus & insipientibus debitor sum? Non enim erubescit euangelium, virtus enim dei est in salutem omnium credenti, iudeo primum et greco.]

Ex tractatu Psal. 68.

OBiebat crimen Christianis hoc ipsum quod Christiani essent. Illa quidem gloria erat. Fortes libenter accipiebant, & sic accipiebant, ut omnino in nomine domini sui non erubescerent. Operuerat enim irreuerentia faciem eorum habentium frontem Pauli dicentis. non enim erubescit de euangelio, virtus enim dei est in salutem omnium credenti. O Paule nonne tu es adorator crucifixi? Parum est inquit inde mihi non erubescere. Imo hinc solum glorior, unde me putat inimicus erubescere. Mihi autem ablit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hinc ergo tali fronti opprobrium solum poterat obijci, nam nec confusio poterat esse in conscientia sanata, nec verecundia in fronte tam libera. Iusticia enim dei in eo revelatur ex fide in fidem.]

Gal. 6.

Ex lib. questio de euangelij. 2.

Intelligitur quidem fides qua creditur ea que non videntur: sed tamen est etiam fides rerum quando non verbis, sed rebus ipsis presentibus creditur quod futurum est. cum iam per speciem manifestam se contemplandam preberit factis ipsa dei sapientia, per quam facta sunt omnia. De qua fidererum lucisque illius presentate, forsitan Paulus apostolus dicit. Iusticia enim dei in eo revelatur ex fide in fide. Dicit enim alio loco, nos enim revelata facie gloriam dei speculantes, in eadem imaginem transformamur a gloria in gloriam, tanquam a domini spiritu. Sicut enim hic ait de gloria in gloriam, ita & ubi ex fide in fidem. De gloria. i. euangelij quod nunc creditur illuminatur, in gloriam ipsius incommutabilis & manifestate veritatis, qua tunc commutati perfuerunt. Ita ex fide verbo rum quibus nunc credimus quod nondum ut demus, in fidem rerum qua in eternum quod nunc credimus obtinebimus. Secundum sententiam hanc etiam illud dictum est a Iohanne in epistola ad Parthos. dilectissimi filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam ut debimus eum sicuti est. Vnde enim nunc filij dei sumus, nisi quia dedit eis potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius, ut videamus in enigmate? unde autem tunc similes ei erimus, nisi quoniam ut ipse ait, videbimus eum sicuti est. Quod etiam dictum est, Tunc autem facie ad faciem. Illam ergo fidem presentem

1. Cor. 3.

1. Ioh. 3.

tissime veritatis intelligamus ex fide in fidem. Id est ex fide in qua ministratur deo in illam fidem ubi fruatur deo. Sicut scriptum est, iustus ex fide vivit. Scriptum est. Iustus ex fide vivit. Quoniam neque bonum nostrum iam videmus, unde oportet ut credendo quaramus: neque ipsum recte vivere nobis ex nobis est, nisi credentes adiuvet, & orantes, qui & ipsam vitam dedit qua nos ad illos adiuuandos esse credamus.

Ex lib. de spiritu et littera

Idem Apostolus in eadem epistola in qua uehemens defensor est gratiae, cum se dixisset grecis ac barbaris, ac sapientibus & insipientibus debitorem, & ideo quod ad ipsum pertinet, promptum esse & his qui Romae essent euangelizare, non enim confundor inquit de euangelio. Virtus enim dei est in salutem omnium credenti, iudeo primum & Greco. Iusticia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem sicut scriptum est. Iustus autem ex fide vivit. Hec est iusticia dei, qua in testamento ueteri uelata in nouo reuelatur. Quae ideo iusticia dei dicitur, quod impertiendo eam iustos facit, sicut domini est salus, qua saluos facit. Et haec est fides, ex qua & in quam reuelatur, ex fide scilicet annuntiantium, in fidem obedientium. Qua fide Iesu Christi, id est quam nobis contulit Christus, credimus ex deo nobis esse, pleniusque futurum esse, quod iuste uiuimus. Vnde illi ea pietate qua solus colendus est, gratias agimus. Nec immerito apostolus ex hoc articulo conuertitur ad eos cum detestatione commemorandos, qui uitio illo quod superius commemorauit, leues & inflati, ac per se ipsos uelut per inane sublati, ubi non requiescerent sed fracti dissilirent, in figmenta idolorum tanquam in lapides deciderunt. Quia enim commendauerat pietatem fidei, qua Deo iustificati grati esse debemus, uelut quod contrarium detestaremur: subiniciens.

Ex libro de spiritu et littera

Hebr. 10.

Reuelatur enim inquit, ira dei de celo, super omnem impietatem & inuisionem hominum, eorum qui ueritatem dei in inuisionem detinent, quia quod notum est Dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius. i. creatura mundi, per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Semper enim quoque uirtus eius ac diuinitas, ita ut sint inexcusabiles, quia cum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uoluerunt & quadrupedum & serpentium. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.]

Vnde quemadmodum non eos dixerit ueritatis ignaros, sed quod ueritatem in iniquitate detinuerint. Et quia occurrebat animo, ut quaereretur unde illis esse potuerit cognitio ueritatis quibus deus legem non dederat, neque hoc tacuit unde habere potuerint. Per inuisibilia nanque creaturae peruenisse eos dixit ad intelligentiam inuisibilium creatoris: quoniam re uera si magna ingenia querere perfraterunt, sic inuenire potuerunt. Vbi ergo impietas?

pietas? Quia uidelicet cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis. Eorum proprie uanitas morbus est, quo se ipsos seducunt dum uidentur sibi aliquid esse, cum nihil sint. Denique hoc tumore superbiae sese obumbrantes, cuius pedem sibi non uenire deprecatur sanctus ille cantator, qui dixit, In lumine tuo uidebimus lumen, ab ipso lumine incommutabilis ueritatis auersi sunt, & obscuratum est insipiens cor eorum. Non enim sapiens cor quamuis cognouissent deum, sed insipiens potius, quia non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. Dixit enim homini. Ecce pietas est sapientia. Ac per hoc dicentes se esse sapientes (quod non aliter intelligendum est, nisi si hoc ipsum sibi tribuentes) stulti facti sunt. Ita quae sequuntur quid opus est dicere? Per hanc quippe impietatem illi homines, illi inquit homines qui per creaturam creatorem cognoscere potuerunt, quo prolapsi, cum deus superbis resistat, atque ubi demerit, melius ipsius epistola consequentia docent. Ait dominus Iesus. Ego sum uia, ueritas, & uita. Veritatem & uitam omnia homo cupit, sed uiam non omnis homo inuenit. Deum esse quandam uitam aeternam, immutabilem, intelligibilem, intelligentem, sapientem, sapientes facientem, nonnulli etiam huius seculi philosophi uiderunt. Veritatem fixam, stantem, indeclinabilem, ubi sunt omnes rationes rerum omnia creaturae uiderunt, sed de longinquo uiderunt. Ad illam uero tam magnam & ineffabilem beatificam possessionem, qua ueniretur uia non inueniunt. Nam quia uiderunt etiam ipsi (quantum ab homine uideri potest) creatorem per creaturam, factorem per factum, fabricatorem mundi per mundum, Paulus apostolus testis est, cui utique debet credere christiani. Ait enim cum de talibus loqueretur. Reuelatur ira dei de celo, super omnem impietatem & inuisionem hominum qui ueritatem in iniquitate detinent. Quis nouit potestatem irae tuae & praetimore tuo iram tuam dinumerare? Valde paucorum hominum est, inquit, nosse irae tuae potestatem, qua plerisque ita magis cum parcis irascaris, ut non ad iram, sed potius ad mansuetudinem tuam pertinere intelligatur labor & dolor corporis, quo erudis quos diligis, ne poenis exerceantur aeternis. Sicut enim legitur in alio Psalmo. Irritauit dominum peccator, pro magnitudine irae suae non exquirat. Quis ergo nouit, id est quotus quisque reperitur qui nouerit potestatem irae tuae, & praetimore tuo iram tuam dinumerare? Quod difficile inuenitur qui nouerit ita praetimore tuo dinumerare iram tuam ut etiam hoc addat, & ad eam intelligat pertinere, quod non nullis quibus plus irascaris parcere uideris? Ut prosperetur peccator in uia sua, & maiora recipiat in nouissimo. Potestas quippe humanae irae cum corpus occiderit, amplius non habet quid faciat. Deus uero habet potestatem & hic punire, & post corporis mortem mittere in gehennam. Et a paucis eruditus maior eius ira intelli-

Psal. 35.

Ex tractatu de uerbis apostoli 55.

Ioh. 14.

Ex tractatu Psal. 89.

Psal. 89.

gitur uana & seductoria felicitas impiorum. Nunquid dixit eos non detinere ueritatem, ueritatem in iniquitate detinent. Bonum est quod tenent, sed malum est ubi tenent. Occurrebat autem ut diceretur ei. Vnde illi impij ueritatem tenent? Nam deus ad quem eorum locutus est? Nunquid legem acceperunt sicut Israel populus per Moysen? Vnde ergo detinet ueritatem uel in ipsa iniquitate? Sequitur & ostendit. Quia quod notum est dei (inquit) manifestum est in uis. Deus enim illis manifestauit. Manifestauit illis quibus legem non dedit? Audi quomodo manifestauit. Inuisibilia enim eius, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Vita sapiens quae fecit mundum, contemplato mundo intelligitur. Interroga mundum, ornatum coeli, fulgorem dispositionemque siderum, solem dies efficientem, lunam noctis solatium. Interroga terram fructificantem herbis & lignis, animalibus plenam, hominibus exornatam. Interroga mare quatis natatilibus, & aerem quatis uolatilibus, uiget? Interroga omnia, & uide si non specie sua tanquam uocantibus respondet, deus nos fecit. Hec philosophi nobis quesierunt, et ex arte artificum cognouerunt, quid ergo? Quare reuelatur ira dei super ipsam impietatem? Quia ueritatem in iniquitate detinent. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Quod curiositate inueniunt, superbia perdidit. Dicentes se esse sapientes, donum Dei sibi tribuentes, stulti facti sunt. Vnde probas stultitiam eorum? Ostende apostole, ostendisti nobis unde potuerunt peruenire ad cognitionem dei. Quoniam inuisibilia eius per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Insipientiam eorum unde ostendis? Audi. Et immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uoluerunt & quadrupedum, & serpentium. Figuras enim istorum animalium, sibi deos pagani fecerunt. inuenisti deum, & coluisti idolum quomodo sapiens es? Ista est iniquitas simulacrorum, in qua iniquitate illi ueritatem detinuerunt. Quia quod per creaturam cognouerunt, & quod per opera dei intellexerunt, in operibus hominum perdidit. Mundus enim, opus est dei. Idolum opus est fabri. Ecce in qua iniquitate ueritatem tenuerunt, & ad possessionem illam quam uiderunt, uiam perducere non inueniunt. Christus autem quia ipse est apud patrem ueritas & uita, uerbum dei de quo dictum est, Et uita erat lux hominum, quia ergo ipse est apud patrem ueritas & uita, & non habebamus qua iremus ad ueritatem & uitam ueniendo ad nos homo factus, factus est uia. Ambula per hominem, & perueni ad deum. per ipsum uadis. ad ipsum uadis. Noli querere qua ad illum uenias praeter ipsum. Si uia esse noluisse, semper errarem. Factus est uia qua uenias. Non tibi dico, quare uiam. Ipsa uia ad te uenit, surge & ambula. Ambula moribus, non pedibus, multi enim bene ambulant pedibus, & male ambulant moribus. Sed aliquando ipsi bene ambulantes,

Ex sermone de uerbis euang. 55.

Ioh. 1.

præter uiam currunt. Inuenis homines bene uiuentes, & non Christianos. Bene currunt, sed in uia non currunt. Quanto plus currunt, plus errant, quia à uia recedunt. Si autem tales homines perueniant ad uiam, & teneant uiam, quanta securitas est, quia bene ambulat & non errant. Si autem non tenent uiam, quantumuis bene ambulat dolendum est. Melius est in uia claudicare, quàm præter uiam fortiter ambulare. Via domini aut non erat, aut latebat. Ut reuelatur nobis unde dominus exultauit, quia reuelatum est paruulis, debemus esse paruuli. Nam si uoluerimus esse magni, quali sapientes & prudentes, non nobis illud reuelatur. Qui sunt magni? Sapientes & prudentes. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Habes remedium à contrario. Si dicendo te esse sapientem stultus factus es, dic te stultum & sapiens eris. Sed dic, dic, & intus dic, quia sic est ut dicis. Si dicis, non licet coram hominibus dicere, coram deo dic. Prorsus quod ad te ipsum pertinet, quod tua, tenebrosum es. Quid est aliud esse stultum, nisi esse tenebrosum in corde? Denique de illis sic ait. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Antequam hoc dicerent. Quid rursum? Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dic quia tu tibi lumen non est, ut multum, oculus est, lumen non est. Quid prodest patens & sanus oculus, si lumen deluit? Ergo dic à te tibi lumen non esse, & clama quid scriptum est. Tu illuminabis domine tenebras meas. Mea enim, nihil nisi tenebrae, tu autem lumen fugans tenebras illuminans me, non à me lumen mihi existens, sed lumen non participans nisi in te. Inuisibilia enim eius per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur.] Vnde arguuntur in libro Sapientiae, qui de his quae uidentur bona, non potuerunt scire eum qui est, neque operibus attendentes agnouerunt artificem, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut uolentiam aquarum, aut luminaria caeli, rectores orbis terrarum deos putauerunt. Quorum quidem si specie delectati, haec deos putauerunt, sciant quanto dominator eorum melior est. Specie etenim generator creauit ea. Aut si uirtutem et operationem eorum mirati sunt, intelligant ab his quanto qui haec constituit fortior est. A magnitudine enim speciei & creaturae, cognoscibiliter poterit horum creator uideri. Haec de libro sapientiae propterea posui, ne me fidelium quisquam frustra & inaniter existimet in creatura prius per quasdam sui generis trinitates, quodam modo gradatim donec ad mentem hominis peruenirem, quae illis indicia summae illius trinitatis, quam quaerimus, cum deum quaerimus. Viderunt ergo isti philosophi quos ceteris non immerito fama atque gloria praetatos uideamus, nullum corpus esse deum, & ideo cuncta corpora transcendunt quaerentes deum. Viderunt quicquid mutabile est, non esse summum deum, & ideo animam omnem mutabilemque omnes spiritus transcendunt, quaerentes summum deum. De in-

Ex ser. de uerbis euangelij. 8.

Ex libro de trinitate. 15.

Ex libro de ciuitate Dei. 7.

de uiderunt omnem speciem in re quacunque mutabili, qua est quicquid illud est, quoquo modo, & qualicumque natura est, non esse posse nisi ab illo qui uere est, quia incommutabiliter est, ac per hoc siue uniuersi mundi corpus à coelo usque ad terram, & quaecunque corpora in eis sunt, siue omnem uitam nisi ab illo esse non posse qui simpliciter est, quia non aliud illi est esse, aliud uiuere, quasi possit esse non uiuens, nec aliud illi est uiuere, aliud intelligere, quasi possit uiuere non intelligens, nec aliud illi est intelligere, aliud beatum esse, quasi possit intelligere non beatum, sed quod est illi uiuere, intelligere, beatum esse, hoc est illi esse. Propter hanc incommutabilitatem & simplicitatem, intellexerunt eum & omnia ista fecisse, & ipsum à nullo fieri potuisse. Considerauerunt enim quicquid est, uel corpus esse uel uitam, meliusque aliquid uitam esse quam corpus, speciemque corporis esse sensibilem, intelligibilem uitam. Proinde intelligibilem speciem sensibili praetulerunt. Sensibilia dicimus, quae uisu tactuque corporis sentiri queunt. Intelligibilia, quae conspectu mentis intelligi possunt. Nulla est enim pulchritudo corporalis, siue in statu corporis sicut est figura, siue in motu sicut est caelena, de qua non animus iudicat. Quod profecto non posset, nisi melior in illo esset haec species, sine tumore molis, sine strepitu uocis, sine spatio uel loci uel temporis. Sed sibi quoque nisi mutabilis esset, non alius alio melius de specie sensibili iudicaret, melius ingeniosiorque tardior, melius peritior quam imperitior, melius exercitator, quam minus exercitatus. Et idem ipse unus cum profecerit, melius utique postea quam prius. Quod autem recipit maius & minus, sine dubitatione mutabile est. Vnde ingeniosus, & doctus, & in his exercitati homines facile collegerunt non esse in eis rebus primam speciem, ubi mutabilis esse conuincitur. Cum igitur in eorum conspectu & corpus & animus magis minusque speciosa essent, si autem omni specie carere possent, omnino nulla essent, uiderunt esse aliquid ubi prima esset & incommutabilis species, & ideo nec comparabilis, atque ibi esse rerum principium rectissime crediderunt, quod factum non esset, ex quo cuncta facta essent. Ita quod notum est dei, manifestauit eis ipse, cum ab eis inuisibilia eius per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas, à quo etiam uisibilia & temporalia cuncta creata sunt. Philosophos nec illos consulere debemus, qui creatoris aeternitatem in quo uiuimus, mouemur, & sumus, quantum potuerunt intellexerunt, quia per ea quae facta sunt cognoscetes deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Et cum idonei non essent in aeternitatem spiritibus incommutabilibusque naturae acie mentis constanter infigere, nec ad aliud quiddam digni habitu suat ut in eis ista per sanctos angelos nunciarentur, siue foris fecus per sensus corporis, siue interioribus

Ex libro de trinitate. 4.

Ex tractatu euangelij secundum iohannem.

bus reuelationibus in spiritu expressis, sicut patribus nostris uera pietas praedicta, haec demonstrata sunt. Quia ea praedicantes, & uel de praesentibus signis, uel de proximis rebus, ita ut praedixerant factis fidem facientes, auctoritatem cui de longe futuris usque in seculi finem crederetur habere meruerunt. Quidam philosophi huius mundi extiterunt, & inquisierunt creatorem, per creaturam quia potest inueniri per creaturam euidenter dicente apostolo. Inuisibilia enim eius à constitutione mundi, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque uirtus eius & diuinitas, ut sint inexcusabiles. Et sequitur. Quia cum cognouissent deum, non dixit, quia non cognouerunt, sed quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Vnde obscuratur. Sequitur, & dicit apertius. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Viderunt quod ueniendum esset, sed ingrati ei, qui illis praestitit ut uiderent, sibi uoluerunt tribuere, quod uidebant, & facti superbi amiserunt & id quod uidebant. Et conuersi sunt inde ad idola & simulacra, & ad culturas daemoniorum, adorare creaturam & contemnere creatorem. Sed iam isti elisi, ista fecerunt, ut autem eliderentur, superbierunt. Cum autem superbierent, sapientes se esse dixerunt. Hi ergo de quibus dixit, qui cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt, uiderunt quia per uerbum dei facta sunt omnia. Nam inueniuntur ista omnia et in libris philosophorum, & quod unigenitum filium habet deus per quem sunt omnia. Illud potuerunt uidere quod est, sed uiderunt de longe, & noluerunt tenere humilitatem Christi, in qua nauis securi peruenirent ad id quod longe uidere potuerunt, & sorduit eis crux Christi. Mare transcendendum est, & lignum contemnens. O sapientia superba, irides crucifixum Christum! Ipse est, quem longe uidisti. Sed quare crucifixus est? Quia lignum tibi humilitatis eius necessarium erat. Superbia enim tumueras, & longe ab illa patria profectus eras, & fluctibus huius seculi interrupta est uia, et qua transeat ad patriam non est, nisi ligno portaris. Ingrate irrides eum qui ad te uenit ut redeas. Ipse factus est uia, & hoc per mare. Inde in mari ambulauit, ut ostenderet esse in mari uiam. Sed tu quomodo ipse ambulare in mari non potes, nauis portare, ligno portare, Crede in crucifixum, & poteris peruenire. Praecipui gentium philosophi, qui inuisibilia dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciere potuerunt, tamen quia sine mediatore, i. sine homine Christo philosophati sunt, quem nec uenturum prophetae, nec uenisse apostolis crediderunt, ueritatem detinuerunt (sicut de illis dictum est) in iniquitate. Non potuerunt enim in his rebus infimis constituti, nisi querere aliqua remedia, per quae ad illa quae intellexerant sublimia peruenirent, atque ita in deceptores daemones in-

Ex libro de trinitate. 17.

ciderunt. Per quos factum est ut immutarent gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium. In talibus enim formis etiam idola instituerunt, siue coluerunt. De ipsis gentilibus idolorumque cultoribus, multa utique à nobis diuersitate distantibus, nihil aliud nobis demonstrat apostolus, nisi ut ipsis quoque ita quicquid prauum est corrigamus, ut quod forte rectum est approbemus. Nam utique idololatrias, & quod est grauius, non tantum cultores, sed etiam institutores simulacrorum redarguebat, ubi ait. Qui cognoscetes deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium. Talia quippe nouimus fuisse simulacra aegyptiorum, ubi & instituta esse multiplicior multoque ignominiosior idololatria perhibetur. Numquid tamen denegauit cognitionem de illis fuisse, ac non potius confirmauit dicens, cognoscetes deum, non ut deum glorificauerunt? Si ergo istam cognitionem tanquam mendacium repellere & destruere conaretur quod eam in sacrilegis inuenisset, nonne (quod absit) ueritatis inimicus existeret? Ideoque id quod immutauerunt in mendacium suum. Nam et hic dixit, immutauerunt gloriam Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Talem scilicet fingentes deum qualis non est deus, & non sicut eum cognouerunt tradentes hominibus. Et paulo post de talibus dicit. Qui immutauerunt ueritatem in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Veritas quippe creatura à deo est, & non est deus, quam illi in mendacium conuerterunt, tanquam deos colentes solem & lunam & quaecumque caelestia atque terrena. Quod ergo immutauerunt in mendacium suum culpam, detestatur, euerit, quod autem uerum in doctrina quamuis multis falsitatibus permixta confusaque seruauerunt, approbat, testatur, affirmat. Nam & hic eundem locum ita cepit ut diceret. Reuelatur enim ira Dei de caelo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, eorum qui ueritatem in iniquitate detinent, non abnegantes ueritatem quamuis in iniquitate detentam. Et in Actibus Apostolorum cum de deo uno & uero Athenienses doceret, quod in illo uiuimus, mouemur, & sumus, continuo subiunxit. Sicut quidam secundum uos dixerunt. Hoc igitur quod in illo uiuimus, & mouemur & sumus, ex illa ueritate est, quam & illi impij simulacrorum cultores in iniquitate detinent. Qui cognoscetes deum non sicut deum glorificauerunt. Hanc tamen ueritatem sicut uideamus apud impios & sacrilegos inuentam, non destruit, sed confirmat apostolus, eorumque utitur testimonio ad docendos eos qui ista nesciebant. Multo

Ex libro nico bap.

Multo autem mirabilius est quod fecit aposto-
 lus, ut eorum sanā circumiens aram quandam
 inter aras dæmonum inuentam in qua scriptū
 esset ignoto deo, neq; hoc negando & refellen-
 do destruxerit, sed potius confirmādo, hinc e-
 tiam repererit opportunissimum suæ dispu-
 tationis exordium dicens. Quem uos ignoran-
 tes colitis, hunc ego annuncio uobis. hanc i-
 taq; & nos per maiores nostros traditam no-
 bis sequētes apostolicā regulam, si quid recti
 etiam in peruersis inueniremus, eorum per-
 uersitate correcti, illud quod rectum est, mini-
 me uiolamus, ut in uno homine, ex his quæ ue-
 ra tenet etiā falsa emēdentur, ne ex falsis cōi-
 ctis etiā uera destruantur. Quāuis. n. hō christia-
 nus literis tātū ecclesiasticis eruditus, Platonī-
 corū forte nomē ignoret, nō tamen ita absur-
 dus ē in rebus humanis ut nesciat philosophos
 uel studiū sapiētia, uel ipsam sapientiā profite-
 ri. Cauet eos tamē qui secundū elementa hu-
 ius mundi philosophantur, nō secundū deū a
 quo ipse factus est mundus. Admonetur enim
 præcepto apostolico, fideliterq; audit quod di-
 ctum est. Cauete ne quis uos decipiat per phi-
 losophiā et inanē seductionē, secundū elemēta
 huius mūdi. Deinde ne omnes tales esse arbi-
 tretur, audit ab eodē apostolo dici de quibusdā,
 quia q; notū est dei, manifestū est in illis, de-
 us enim manifestauit illis. Inuisibilia em̄ eius a
 cōstitutione mūdi per ea quæ facta sunt intel-
 lecta cōspiciuntur, sempiterna quoq; uirtus eius
 & diuinitas. Et ubi Athenis sibus loquēs, cum
 rē magnā de deo dixisset, & quæ a paucis pos-
 set intelligi, quod in illo uiuimus, mouemur, et
 sumus, adiecit & ait. Sicut et uestri quidam di-
 xerunt. Nouit sane etiā ipsos, in quibus errāt,
 cauere. Vbi em̄ dictū est quod per ea quæ facta
 sunt deus illis manifestauit intellecta cōspiciē-
 da inuisibilia sua, ibi etiam dictū est, nō illos i-
 psum deū recte coluisse, quia & alijs rebus qui-
 bus nō oportebat, diuino honores illi unī tan-
 tum debitos detulerunt. Quoniam cognosce-
 tes deū nō sicut deū glorificauerūt aut gratias
 egerunt, sed euauerūt in cogitationibus suis,
 & obscuratum est insipiens cor eorū. Dicen-
 tes em̄ se esse sapiētes, stulti facti sunt, et immu-
 tauerūt gloriā incorruptibilis dei, in similitudi-
 nē imaginis corruptibilis hominis, et uolucrū,
 & quadrupedū, & serpentium. Vbi & Roma-
 nos, & Græcos, & Aegyptios, qui de sapientiæ
 nomīne gloriabantur, fecit intelligi. Et com-
 mutauerunt gloriā incorruptibilis dei, in si-
 militudinem imaginis corruptibilis hominis.
 Hoc quidem fit corde impiorū. Nam deus in-
 commutabilis manet. Neq; enim quia & apo-
 stolus dixit commutauerunt, ideo mutatus est
 deus. Hermes aegyptius, quem trim egistum
 uocant, alios deos esse dicit, a summo deo fa-
 ctos, alios ab hominibus, hoc qui audit sicut a
 me possum esse, putat dici de simulacris, quia
 opera sunt manuum hominum. At ille inuisibilia
 & contrēstabilia simulacra, uelut corpora de-
 orum esse dicit. Inesse autem his quosdam

spiritus inuitatos, qui ualeāt aliquid siue ad no-
 cendū, siue ad desideria nōnulla cōplenda eo-
 rū a quibus eis diuini honores & cultus & ob-
 sequia deferuntur, hos ergo spiritus inuisibiles
 per artem quandā uisibilibus rebus corporalis
 materiæ copulare, ut sint quasi animata corpo-
 ra illis spiritibus dicata & subdita simulacra,
 hoc esse dicit, deos facere, eaq; magnā & mi-
 rabilem deos faciendi accepisse homines pote-
 statem. Huius aegyptij uerba sicut in nostram
 linguā interpretata sunt ponā. Et quoniā de co-
 gnatione, inquit, & consortio hominū deorūq;
 nobis indicitur sermo, potestatem hominis o-
 Asclepi uimq; cognosce. Dominus, inquit, &
 pater, uel quod est summum, deus, ut effector
 est deorum caelestium, ita homo fictor est deo-
 rum qui in templis sunt humana proximitate
 cōrētī. Et paulo post. Ita humanitas (inquit)
 semper memor naturæ & originis suæ, in illa
 diuinitatis mutatione perseverat, ut sicuti pa-
 ter ac dominus ut sui similes essent deos fecit
 aeternos, ita humanitas deos suos ex sui uultus
 similitudine figuraret. Erat enim de his de qui-
 bus dicit Apostolus, quod cognoscentes deū
 nō sicut deum glorificauerunt aut gratias ege-
 runt, sed euauerunt in cogitationibus suis, &
 obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes
 enim se esse sapiētes, stulti facti sunt, et immu-
 tauerūt gloriā incorruptibilis dei, in similitudi-
 nē imaginis corruptibilis hominis, & cætera,
 quæ commemorare longum est. Multa quip-
 pe talia dicit de uno uero deo fabricatore mun-
 di, qualia ueritas habet. Et nescio quomodo il-
 la obscuracione cordis ad ista delabitur ut dijs
 quos confitetur ab hominibus fieri, semper ue-
 lit homines subdi. Non enim hæc ei reuelauit
 spiritus sanctus sicut prophetis sanctis, qui
 hæc præuidentes cum exultatione dicebant.
 Si faciet homo deos, & ecce ipsi nō sunt dijs. Et
 alio loco. Erit in illo die dicit dominus, exter-
 minabo nomina simulacrorū a terra, & iam nō
 erit eorū memoria. Ex quo genere & illi erant
 qui uenturum quod sciebāt uenisse gaudebāt.
 Qualis Symeō, qualis Anna, qui mox natū Ie-
 sum, qualis Elizabeth quæ etiam conceptū a-
 gnouit in spiritu, qualis Petrus reuelāte patre
 dicēs, Tu es Christus filius dei uiui. Post multa
 enim ad hoc ipsum redit, ut iterū dicat de dijs
 quos homines fecerunt, ita loquens. Quā ergo
 proauī nostri multum errabant circa deorum
 rationem increduli, non animaduertentes ad
 cultū religionēq; diuinā, inuenerūt artē qua ef-
 ficerent deos. Cui inuētæ adiunxerunt uirtutē
 de mundi natura conuenientē, eamq; miscētes
 (quoniam animas facere nō potuerūt) euocan-
 tes animas dæmonum uel angelorum, eas indi-
 derunt imaginibus sanctis diuinisq; mysterijs,
 per quas idola & benefaciendi & male, uires
 habere potuissent. Confiteretur atque expri-
 mit causas quare ad ista peruentum sit, dicens
 pro auos suos multo errore & incredulitate &
 animū nō animaduertēdo ad cultū religionēq;
 diuinam, inuēnissē hanc artē qua facerent deos.

Nos

Nos quid oportet dicere, uel potius quid age-
 re, nisi quantas possumus domino Deo nostro
 gratias, qui hæc contrarijs causis quā instituta
 sunt, abstulit? Nam quos instituit multitudo
 erroris, abstulit uia ueritatis. Quod instituit in-
 credulitas, abstulit fides. Quod instituit a cultu
 diuinæ religionis auersio, abstulit ad unum ue-
 rum deum sanctumq; cōuersio. Neq; enim quia
 deos homo faciebat, ideo nō ab eis possideba-
 tur ipse quæ fecerat, quando in eorū societate
 colendo traducebatur. Societate dico, nō ido-
 lorum stolidorū, sed uersutorū dæmoniorum.
 Nam quid sunt idola, nisi quod eadem scriptu-
 ra dicit, oculos habent & nō uidebunt, & quic-
 quid tale de materijs licet affabre effigiat, ta-
 mē uita sensuq; carentibus dicendum fuit? Sed
 immundi spiritus cisdē simulacris arte illa nefa-
 ria colligati, cultorū suorū animas in suam so-
 cietate redigendo miserabiliter captiuauerāt.
 Vnde dicit Apostolus: Scimus quia nihil est i-
 dolū, sed que immolant gentes, demonijs im-
 molant & non deo. Nolo uos socios fieri dæmo-
 niorum. Dæmones itaq; qui coluntur in templis
 per artē nescio quam imaginibus inditi, hoc est
 simulacris inuisibilibus, quod possunt tanq; demo-
 nes possunt, uel quasi beneficia præstando ma-
 gis nocentes quia magis decipientes, uel aper-
 te malefaciendo. Nec tamen quælibet horum,
 nisi quando & quantum permittuntur alta & fe-
 creta dei prouidentia. Species membrorū q; na-
 turaliter in animantibus inuentā uidere, atq; in
 nobis metipsis sentire cōstituiimus, quanq; ut il-
 li asserunt in signū aliquod fabrefacta, atq; emi-
 nenti suggestu collocata, cum adorari atq; ho-
 norari a multitudine ceperit, parit in unoq; q;
 fordidissimū erroris affectū, ut quoniā in illo si-
 gmento nō inuenit uitalem motū, credat numē
 occultū effigie tamen uiuenti corpori similem
 seductus forma, & cōmotus auctoritate quasi
 sapientiū institutorū obsequentiumq; turbarū
 sine uiuo aliquo habitatore esse nō putat. hinc
 & mala dæmonia ad possidenda gentiū simula-
 cra, talis hominū affectus inuitat, quorū præsi-
 dentium uaria fallacia mortiferi seminantur &
 multiplicantur errores. Alijs itaq; locis contra
 ista diuinæ literæ uigilant, ne quisq; dicat cū irri-
 sa fuerint simulacra, nō hoc uisibile colo, sed nu-
 men quod illic inuisibiliter habitat. Ipsa ergo
 numina in alio psalmo eadem scriptura sic dam-
 nat. Quoniam dijs gentiū, inquit, dæmonia, do-
 minus autē caros fecit. Dicit & apostolus. Non
 quod idolū sit aliquid, sed qm̄ quod immolant
 gentes dæmonijs immolant & nō deo. Et nolo
 uos fieri socios dæmoniorū. Videatur aut sibi
 purgatorius esse religionis qui dicit: Nec simu-
 lacrū nec dæmoniū colo, sed per effigie corpo-
 ralem eius rei signū intueor, quā colere debeo.
 Itaq; interpretatur simulacra, ut alio dicat signi-
 ficari terrā, unde templū solē appellare Tellu-
 ris, alio mare sicut Neptuni simulacra, alio a-
 rē sicut Iunonis, alio ignē sicut Vulcani, alio lu-
 ciferū sicut Veneris, alio solē, alio lunā, quorū
 simulacris eadē nomina sicut telluris imponūt,

Ex tractatu
psal. 113.

Mat. 16.

alio illud uel illud sidus, uel illā aut illā creaturā.
 Neq; em̄ cuncta enumerare sufficimus. De qui-
 bus rursum cū exagitari ceperint q; corpora
 colāt, maximeq; terrā, & mare, & aerē, & ignē,
 quorū nobis usus in promptu est (nam de caele-
 stibus quia nostro ea corpore cōrectare ac cō-
 tingere, nisi oculorū radijs nō ualemus, non ita
 erubescunt) audent respondere, non se ipsa cor-
 pora colere, sed quæ illis regendis præsidēt nu-
 mina. Itaq; Apostoli una sententia pœnam isto-
 rum damnationemq; testatur.

Qui commutauerunt, inquit, ueritatem Dei in mendacium, &
 coluerunt, & seruiuerunt creaturæ potius quā creatori, qui est
 Deus benedictus in secula, amen. Propterea tradidit illos Deus
 in passiones ignominie.

Nam priori parte huius sententię simulacra
 damnauit, posteriore autē interpretationē
 simulacrorum. Effigies enim a fabro factas ap-
 pellando nominibus earum rerum quas fabri-
 cauit deus, transmutant ueritatem dei in men-
 dacium. Res autē ipsas pro dijs habendo & ue-
 nerando, seruiunt creaturæ potius quā crea-
 tori, qui est benedictus in secula. Quis autē ad-
 orat aut orat intuens simulacrum, qui nō sic affi-
 ciatur ut ab eo se exaudiri putet, ab eo sibi præ-
 stari quod desiderat speret? Itaq; homines tali-
 bus superstitionibus obligari, plerunq; ad ip-
 sum solem dorsum ponentes, preces fundunt
 statuæ quam solem uocant. Et cum fonitu ma-
 ris a tergo feriantur, Neptuni statuam quā pro
 ipso mari colunt, quasi sententiā gemitibus se-
 ruiunt. Hoc enim facit & quodammodo extor-
 quet illa figura membrorum, ut animus uiuens
 in sensibus corporis, magis arbitretur sentire
 corpus quod suo corpori simillimū uidet, quā
 rotundum cælum, undasq; diffusas, & quicquid
 non eisdem lineamentis formatū conspicit, qui-
 bus illa formata sunt quæ uiuentia uidere con-
 suevit. Viderunt hæc intelligentiores, grauior
 resq; Romani, sed contra consuetudinem ciui-
 tatis quæ dæmoniacis ritibus fuerat obligata, pa-
 rā ualebant. Quia & ipsi (etiam si illa esse uana
 sentiebant) naturę tamen rerum sub unius ueri
 dei regimine atq; imperio constitutæ, religio-
 sum cultum qui deo debetur exhibendum puta-
 bant, seruiētes (ut ait Apostolus) creaturæ po-
 tius quā creatori, qui est benedictus in secula.
 Huius ueri dei erat auxiliium necessariū, a quo
 mitterentur sancti uiri & ueraciter pī, qui pro
 uera religione morerētur, ut falsæ a uiuentibus
 tollerentur. Agamus itaq; Christiani, domino
 Deo nostro gratias, qui has superstitiones per
 altissimam Christi humilitatem, per apostolorū
 prædicationē, per fidem martyrum pro ueritate
 morientū, & cum ueritate uiuentium, non so-
 lum in cordibus religiosi, uerū etiam in aedibus
 superstitionis, libera suorum seruitute subuertit.
 Breuis omnium quæ aduersus idolorum cultores, siue instituto-
 res supra ab apostolo dicta sunt, recapitulatio.]

Ex libro de
ciuitate Dei

Ex libro de
natura &
gratia.

Quia cum cognouissent deum, non sicut deū
 glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed eua-
 nuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum
 est insipiens cor eorum. Vtique ista observatio
 uindicta

Act. 17.

Ex sermone de
calogi ad po-
pulum

Ex lib. de ciui-
tate dei 8.

uindicta & poenam fuit, & tamē per hanc poenam. i. per cordis cecitatem, quae sit deferente luce sapientiae, in plura & grauiora peccata colla pſi sunt. Dicētes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Grauis haec poena est, si quis intelligat. Ex hac poena, uide quo ierūt. Et immutauerūt, inquit, gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedū, & serpentium. Ista fecerunt ex peccati poena, qua obſcuratum est insipiens cor eorum. Et propter hanc tamen, quia licet poenalia etiam ipsa peccata sunt, adiungit & dicit: Propterea tradidit illos Deus in desideria cordis eorū, in immunditiam. Ecce quemadmodum deus grauius condemnauit, tradens illos in desideria cordis illorū, in immunditiam. Videte etiam ex hac poena quae faciāt. Vt contumelios, inquit, afficiant corpora sua in semet ipsis. Et quia poena est ista iniquitatis, cum sit & iniquitas, euidentius commendat dicens: Qui transmutauerunt ueritatem Dei in mendaciū, & coluerunt, & seruiērūt creaturę potius quam creatori, qui est benedictus in secula, amē. Propter hoc, inquit, tradidit illos deus in passiones ignominiae. Ecce quotiens uindictat deus, & ex eadem uindicta plura & grauiora peccata consurgunt. Nam femine, inquit, eorum immutauerunt naturalem usum, in eum usum qui est contra naturam. Similiter autē & masculi relicto naturali usu foeminae, exarserunt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos deformitatem operantes. Atq; ut ostenderet sic esse ista peccata, ut etiam poenae sint peccatorū, etiam his adiūxit. Et mercedem mutuā quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Videte quotiens uindictat, eademq; uindicta que pariat, pulluletq; peccata, adhuc attendite. Et sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobam mentem, ut faciant ea quae non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cōtentione, dolo, malignitate, susurrone, detractores, deo odibiles, cōtumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorū, parentibus non obediētes, insipientes, incōpositos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia, qui cum iustitiam dei cognouissent non intellexerunt, quoniā qui talia agunt, digni sunt morte, nō solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Fortasse respondeat Deum ad ista nō cogere, sed dignos deserere tantū deserre. Si hoc dicit, uerillime dicit. Deserti quippe (ut dixi) luce iustitiae, & per hoc contenebrati quid pariant aliud quam haec omnia quae commemorauī opera tenebrarū, donec dicatur eis si dicitō obediāt, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Item breuis eorundem uerborum recapitulatio. Reuelatur enim ira dei de caelo super omnem impietatem. Quorū, nisi & Iudaeorum & gentium: Sed ne dicretur, quare super impietatem gentiū, nunquā enim gentes legem acceperunt, & preuaricatores facti sunt: Recte reuelatur ira Dei super Iudaeos quibus data est lex, & eam obseruare noluerūt. Gentibus autem nō est data. Intuemini fratres & intelligite, quomodo omnes reos ostendit, et omnes salutis indigere ac misericordie dei. Reuelatur enim ira dei de caelo super omnem im-

Ephes. 5.

Ex sermone de Calend. Ianuarij.

pietatem & iniustitiam hominū, eorum qui ueritatem in iniquitate detinent. Videte quemadmodum nō dixit, non habent ueritatem, sed ueritatem inquit, in iniquitate detinent. Et quasi quereres dicens, quomodo possunt habere ueritatem qui legem non acceperunt? quia quod notum est, inquit, dei, manifestū est in illis. Et quomodo potuit manifestum esse in illis quod notum est dei, qui legem non acceperunt? Sequitur & dicit. Inuisibilia enim eius à creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas. Vtiq; subaudimus intellecta conspiciuntur. Cur enim attendat opera, & non querat artificem? Attendis terram fructificantem, attendis mare plenum animalibus suis, attendis aere plenum uolatilibus, attendis calū fulgere stellis, &c. & non queris tantū operis artificem? Sed dicis mihi. Ista uideo, illum non uideo. Ad ista uidentia corporis oculos dedit, ad se uidentium mentem dedit. Neq; enim & animam hominis uides. Sicut enim ex motibus & administratione corporis animā quam non uides intelligis, sic ex administratione totius mundi, & ex regimine ipsarū animarū intellige creatorem. Sed parum est intelligere. Nam illi intellexerūt, & uide quod ait Apostolus. Quia cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerūt in cogitationibus suis, & obſcuratum est insipiens cor eorum. Quo merito, nisi superbia? Nam uide sequentia. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Non enim debebant sibi arrogare quod ille donauerat, nec se iactare ex eo quod nō à seipsis, sed ab illo habebant. Quod illi utiq; deo reddendū fuit, ut ad hoc tenendum quod uiderere poterant, ab illo sanarentur qui dederat ut uiderent. Si enim hoc facerent, humilitatē seruarent, & possent purgari, atq; illi beatissimae contemplationi coharerēt. Quia uero superbia erat in eis, interposuit se fallus & fallax & superbus, qui eis promitteret quod per partes nescio quas superbiae purgarentur animae illorū, & fecit cultores daemoniorum. Inde sacra omnia quae celebrantur à paganis quae ualere dicunt ad purgationem animarum suarum. Et audi Apostolum consequenter haec dicentem, quia pro mercede superbiae ista receperunt, quia non sic honorificauerunt deū ut honorificandus est deus. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Iam simulacra sunt. Et ista quidem omnium graecorum aliarumq; gentium que similitudinem hominum habent. Quia uero non est maior & superstitiosior idololatria q̄ Aegyptiorum, nam Aegyptus perfudit mundū figuris talibus, qualia deinceps dicit Apostolus. cū enim dixisset. In similitudinem imaginis corruptibilis hominis, addidit, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium. Nunquid enim fratres in alijs templis uidistis simulacrum capite canino uel taurino, caeterorumq; animalium irrationabilium figmēta? Haec enim idola Aegyptiorum sunt. Vtrūq; enim genus complexus, ait Apostolus. In similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, &

Ex sermone secunde epistole Ioannis

Ex sermone de simbolo

dum & serpentium. Propterea tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumelios afficiant corpora sua in semetipsis. Haec mala eorum, ex impietate superbiae sunt. Ista uero peccata quae de superbia sunt, non solum peccata, sed etiam supplicia sunt. Cum enim dicit, tradidit illos deus, iam de uindicta est cuiusdam peccati, ut haec faciant. Qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium. In similitudinem scilicet imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedū, & serpentium. Et ne quisquam eorum diceret, non simulacrum colo, sed quod significant simulacra, subiecit statim. Et coluerunt & seruiērunt creaturę potius quam creatori. Intelligite prudenter. Aut simulacrum colit, conuertit ueritatem dei in mendacium. Nam mare ueritas est. Neptunus autem, mendaciū factum ab homine, conuersa ueritate dei in mendacium. Homo autem, simulacrum Neptuni. Sic deus fecit solem. Homo autem simulacrum solis faciendo, conuertit ueritatem dei in mendacium. Sed ne dicant non colo simulacrum, sed solem colo, ideo dixit, coluerunt creaturā potius quam creatorem. Sed ut tibi si amaue- ris condita, & deserueris cōditorem. Pulchra tibi sunt, sed quanto est ille pulchrior qui ista formauit? Intēdat charitas uestra. Ne surrepat uobis satanas dicēs, q̄ solet dicere. Bene nobis sit in creatura dei. Quare istam fecit Deus, nisi ut bene nobis sit? et inebriantur & pereunt & obliuiscuntur creatorem suum, dum non temperanter sed cupiditate utuntur creatis, & creator contemnitur. De talibus dicit apostolus. Coluerunt & seruiērunt creaturę potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Nō te priueth deus amare ista, sed non diligere ad beatitudinem, sed approbare & laudare ut a me creatorem. Ergo dedit tibi Deus ista omnia, ama illū qui fecit. Plus est quod tibi uult dare, id est seipsum qui ista fecit. Credimus etiam quod sedet Christus ad dexterā patris. Nec ideo tamen quasi humana forma circum scriptum esse deum patrem arbitrandum est, ut de illo cogitantibus dextrum aut sinistrum latus animo occurrat, aut id ipsum quod sedere pater dicitur, flexis poplitibus fieri putandū est, ne in illud incidamus sacrilegium, in quo execratur Apostolus eos qui commutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem corruptibilis hominis. Tale enim simulacrum Dei, nefas est Christiano in templo collocare. Multo magis in corde nefarium est ubi uere templum dei est, si a terrena cupiditate atq; errore munderet. Ad dextram ergo intelligendum est esse dictum, in summa beatitudine, ubi iustitia & pax, & gaudiū est sicut ad sinistram hœdi constituentur. i. in miseria, propter iniquitatis labores atq; cruciatus. Sedere ergo quod dicitur deus, non membrorum positio- nem, sed iudicariam significat potestatem, qua illa maiestas nunquam caret, semper dignis di-

gna tribuendo, quamuis extremo iudicio multo manifestius inter homines unigeniti filij dei, iudicis uiuorum & mortuorum claritas in dubitata fulsura sit. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immunditiam. Dedit illos deus in concupiscētias cordis eorum facere quae non conueniunt. Intendat charitas uestra. Magna res est: magna res agitur. Quid est hoc? Ergo si deus dedit illos in concupiscētias cordis eorum facere quae non conueniunt, ideo faciunt illi mala tanta. Si deus hoc facit ut faciant quae non conueniunt, quid ipsi fecerunt? Oculum est quod audisti, dedit illos deus in concupiscētias cordis eorum. Ergo fuit concupiscētia quam uincere noluerunt, cui traderentur iudicio dei, sed ut digni haberentur qui traderentur. Vide quid de illis superius dixit. Cū cognouissent deum, non ut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis & obſcuratum est insipiens cor eorum. Vnde de superbia. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Inde iam sequitur. Tradidit illos deus in concupiscētias cordis eorum. Quia ergo fuerunt superbi & ingrati, digni habiti sunt, qui traderentur in concupiscētias cordis sui. Non ergo frustra dicit apostolus, Tradidit illos deus in desideria cordis eorum. Quorundam enim peccatorum perpetuorum facilitas, poena est aliorum praecedentium. Mala uoluntas iam sola peccatū est, etiam si desit effectus. i. si non habeat potestatem. Porro cum uoluntas mala potestatem accipit implere quod intendit, ex iudicio dei uenit, apud quem non est iniquitas. Punit enim etiam isto modo. Nec ideo iniuste, quia occulte. Caeterum iniquus puniri se ignorat, nisi eam manifeste supplicio senserit nolens, quantum mali sit quod perpetrat uolens, hoc est, quod de quibusdam Apostolus ait. Tradidit illos deus in concupiscētias cordis eorū, ut faciant quae non conueniunt. hinc & dominus Pilato. Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi data tibi esset de super. In literis etiam apostolicis uidete quae scripta sunt in epistola pauli apostoli ad Romanos. Propterea tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam. Itē paulo post. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Item paulo post. Sicut nō probauerunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobam mentem ut faciant quae non conueniunt. Et ad Theſsalonicenses in epistola secunda & dicit de quibusdam. Pro eo quod dilectionem ueritatis non receperūt, ut salui fierent, ideo mittet illis deus operationem erroris ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed cōsenserunt iniquitati. His & talibus testimonijs diuinarum eloquiorum, quae omnia commemorare nimis longum est, satis (quantum existimo) manifestatur operari deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum uoluntates quocumque uoluerint, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum. iudicio

Ex tractatu Psal. 13.

Ex libro de spiritu & litera

Ioan. 7.

Ex libro de gratia & libero arbitrio

dicio utiq; suo, aliquando aperto aliquando oculto, semper autem iusto. Fixum enim debet esse & immobile in corde nostro, quia non est iniquitas apud deum. Ac per hoc quando legitis in literis ueritatis a deo seduci homines, aut obtundi uel obdurari corda eorum, nolite dubitare præcessisse mala merita eorum ut iuste ista paterentur, ne in curratis in illud Salomonis prouerbium. In sapientia uiri uiolat uias eius, deum autem causatur in corde suo. Gratia uero non secundum merita datur hominum. Alioquin gratia iam non est gratia. Quia ideo gratia uocatur, quia gratis datur. Si autem potens est, siue per angelos uel bonos uel malos, siue quocunq; alio modo operari etiam in cordibus malorum pro meritis eorum, quorum malitiam non ipse fecit, sed aut originaliter tracta est ab Adam aut creauit per propriam uoluntatem, quid mirum est si per spiritum sanctum operari in cordibus electorum suorum bona, qui operatur est ut ipsa corda essent ex malis bona? *Mercedem mutam quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes.* Oportuisse quippe non est ueritus dicere Apostolus, ut qui creaturae potius quam creatori seruerat, erroris sui mercedem non inuiti hæc turpia patiundo, sed libenter faciendo recipere, iudicio scilicet non alicuius hominis immundissimi (quem talia delectarent) sed iustissimi dei qui tradidit eos in passiones ignominie, ut crimina criminibus uindicentur, & supplicia peccantium non sint tormenta sed incrementa uitiorum. Sapiens autem cum hæc audit, ipsam magis in hac uita iram dei timet, qua homo non patitur quod acriter dolet, sed facit quod turpiter libet. Inchoatio est iræ futuri iudicij dei, quod hic homines dolores & tormenta patiuntur, & maxime damnium intelligentie ueritatis. Sicut dictum est. *Dedit illos deus in reprobum sensum.* Nam ea est cæcitas mentis. In eam quisquis datus fuerit, ab interiore Dei luce secluditur. Sed nondum penitus cum in hac uita est. Sunt enim tenebre exteriores, que magis ad diem iudicij pertinet intelliguntur, ut admissioni penitus extra deum sit, quisquis dum tempus est, corrigi noluit. Penitus autem esse extra deum quid est, nisi esse in summa cæcitate? Si quidem deus habitat lucem inaccessibilem, quod ingrediuntur quibus dicitur. *Intra in gaudium domini tui.* Huius igitur iræ inchoatio est, quam in hac uita patitur quisque peccator. Non ergo pœnas inferorum, non pœnas illius post resurrectionem ignis æterni, non pœnas istas que adhuc in hoc seculo promittuntur sunt iustis & iniustis, & plerunq; grauiores sunt iustorum quam iniustorum, sed nescio quam pœnam presentis uitæ uult commendare spiritus dei. Audite pœnam impiorum, Sicut cera (inquit) liquefacta auferentur. Dixi per concupiscentias suas hoc eis fieri. Concupiscentia mala quali ardor est ignis. Ignis consumit uestem, libido adulterij non consumet animam & De cogitato adulterio, cui loqueretur scriptura ait. Alligabit quis

Ex lib. contra ira inimicū legis & prophe tarum. 11.

Ex tractatu Psal. 6.

Matt. 25. Ex tractatu Psal. 57.

ignem in sinu, & uestimenta sua non comburet; Gestas in sinu prunas, perforatur tunica. Gestas in cogitatione adulterium, & integra est anima; Sed istas pœnas pauci uident, propterea eas maxime commendat spiritus dei, Audi apostolum dicentem. Tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorum. Ecce ignis, a cuius facie tanquam cera liquefunt. Soluuntur enim a quadam constantia castitatis. Propterea & ipsi euntes in libidines suas soluti, & fluxi dicuntur. Vnde fluxi? Vnde soluti? Ab igne concupiscentiarum. Tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorum, ut faciant que non conueniunt, repletos omni iniquitate. Et enumerat multa que peccata sunt, & pœnas dicit esse peccatorum. Nam dicit primam pœnam superbiam, immo non pœnam, sed primum peccatum superbiam. Primum peccatum superbiam est. ultima pœna est ignis æternus, aut ignis infernus. Iam enim damnatorum inter illud primum peccatum, & hanc ultimam pœnam media que sunt, & peccata sunt & pœne. Tam multa enim dixit apostolus fieri ab eis, quæ peccata sunt detestabilia, & tamen pœnas eas dicit. Propter hoc inquit, deus tradidit eos in concupiscentias cordis eorum, in immunditiam, ut faciant que non conueniunt. Et ne putaret quisquam ipsis pœnis tantum se affligi quibus modo delectatur, & non timeret quod uenturum est in fine, commemorauit ultionem pœnarum. Qui cum intelligerent, inquit, quoniam qui ea agunt digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Qui ea agunt digni sunt morte, que superius enumerauit in pœnis esse. Nam tradidit eos deus (dixit) in concupiscentias cordis eorum, ut hæc faciant que non conueniunt, ut adulter sit, tam pœna est: ut mendax, ut auarus, ut fraudulenter, ut homicida iam pœne sunt. Cuius peccati pœna prioris, apostasia illius superbiam. Initium peccati hominis, apostatare a deo. Et initium omnis peccati superbiam. Propterea ipsum peccatum prius dixit. Qui cum cognouissent inquit, Deum, non ut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obsecratum est insipiens cor eorum. Iam ista pœna, est obsecratio cordis. Sed unde contingit? Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, quia a se habere se dicebant, quod a Deo acceperant. Aut si cognouerunt a quo acceperant, non eum glorificauerunt a quo se accepissent cognouerunt. Parua ista pœna est, ut de ista sola loquamur? Obsecratio cordis, ex cæcatio mentis parua est pœna? Si quis furum faciens statim oculum perdidisset, omnes dicerent Deum presentem iudicasse. Oculum cordis omisit, & non ipsum perdidit per tatur deus: Hæc mala morum que his corporibus plagis significata esse diximus, propter quod prædictum est, Aperiam in Parabolis os meum, per malos angelos exerceri in eos qui illis diuina æquitate subduntur, conuenientissime

Ex tractatu Psal. 77.

sime creditur. Neq; enim cum sit quod ait apostolus. Tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorum, ut faciant que non conueniunt, non illi mali angeli tanquam in materia sui operis uersantur & gaudent, quibus iustissime subdita est uitiositas humana propter eos quos liberat gratia. Ab hac potestate malorum angelorum non liberat hominem nisi gratia dei, de qua dicit apostolus. Qui eruit nos de potestate tenebrarum & translulit in regnum filij charitatis sue. Cuius rei populus iste figuram gerebat, cum esset ereptus de potestate Aegyptiorum, & translatus in regnum terræ promissionis fluentis lac & mel, quod suauitatem significat gratia. Sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia. Etiam cum rectas, & secundum deum habemus has affectiones, huius uitæ sunt, non illius quam futuram speramus. Et sepe illis etiam inuiti cedimus. Itaq; aliquando quantum non culpabili cupiditate, sed laudabili charitate moueamur, etiam dum nolimus stemus. habemus ergo eas ex humana conditionis infirmitate. Sed dum uitæ huius infirmitatem gerimus, si eas omnino nullas habemus, tunc potius non recte uiuimus. Vituperabam enim & detestabatur Apostolus quosdam quos etiam dixit esse sine affectione. Culpauit etiam illos sacer psalmus, de quibus ait. Sustinui qui simul contristaretur, & non fuit. Nam omnino non dolere dum sumus in hoc loco miseræ, profecto sicut quidam etiam apud seculi huius literatos sensit, & dixit, non sine magna mercede contingit immanitas in animo, stuporis in corpore. Cum itaque animum contingere omnino non potest ullus affectus, quis hunc stuporem non omnibus uitis iudicet esse peiorem? Ideo reprehendit Apostolus eos qui duri sunt, & sine affectu. Reprehendens autem quosdam, ait. Sine affectu, sine misericordia. Vbi enim affectus, ibi misericordia.

Ex libro de ci uitate dei. 15.

Ex tractatu Psal. 55.

1. Cor. 15.

1. Cor. 7.

Matt. 26.

2. Cor. 11.

Tres ergo affectiones quasdam corporis aduertite & inspicite, sanitatem, stuporem, & immortaliatem. Sanitas aegritudinem non habet, sed tamen quando tangitur & molestatur, dolet. Stupor autem non dolet. Amisit sensum doloris, tanto insensibilior quanto peior. Rursus immortalitas non dolet. Abstumpta est enim omnis corruptio, & corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Nullus ergo dolor in corpore immortali, nullus dolor in corpore stupido. Non se putet stupidus iam immortalis. Vicinior est immortalitati sanitas dolentis, quam stupor non sentientis. Inuenimus ergo hominem superbium typo arrogantissimo, qui sibi persuaserit nihil timere. Fortiorem putas illo qui ait, foris pugna, intus timores & fortiorem ipso capite nostro domino Deo nostro, qui dixit, Tristis est anima mea usq; ad mortem. Non est iste fortior. Non re delectet stupor eius. Non immortalitate indutus, sed sensu exutus est. Tu uero habeto animam non sine affectu, repressam enim sunt sine affectu, & dic de sensu

sanitatis. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?

CAPVT SECVNDVM.

Propter quod inexcusabilis es homo omnis qui iudicis. Illos scriptura dicit inexcusabiles quos non latet ueritas, & in eis perseverat iniquitas. Reuelatur enim ira dei de celo ait Apostolus, siue per omnem impietatem & iniustitiam hominum, eorum qui ueritatem in iniquitate detinent, quia quod notum est dei manifestum est in illis deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim illius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque uirtus eius ac diuinitas, ut sint inexcusabiles. Si ergo istos inexcusabiles dicit, qui inuisibilia illius per ea que facta sunt intellecta conspiciere potuerunt, nec obediunt tamen ueritati, sed iniqui & impij permanserunt quanto magis inexcusabiles sunt, qui ex lege eius instructi, confidunt se ipsos duces esse cæcorum, & alios docentes, se ipsos non docent? Qui prædicantes non firmandum rantur: & cætera que de ipsis Apostolus loquitur. Eis quippe dicit. Propterea inexcusabilis es homo omnis qui iudicis. In quo enim alium iudicas, te metipsum condemnas. Eadem enim agis que iudicas. Humana enim superbiam tanquam præsumens de uiribus libere arbitrij, excusatam se putat quando ignorantie non uoluntatis uidetur esse quod peccat. Secundum hanc excusationem inexcusabiles dicit scriptura diuina quoscunq; scientes peccare conuincit. Dei tamen iustum iudicium nec illis parcit qui non audierunt. Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quantum si ipsi excusare uidentur, non admittit hanc excusationem, qui scit se fecisse hominem rectum, ei que obedientie dedisse præceptum, nec nisi eius quo male usus est libere uoluntatis arbitrio, etiam quod transiret in posteros manasse peccatum. Neque enim damnantur qui non peccauerunt, quando quidem illud ex uno in omnes pertransiit, in quo ante propria in singulis quibusque peccata omnes communiter peccauerunt. Ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator, uel reatu originis, uel additamento etiam proprie uoluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, siue qui non iudicat. Quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est. In eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. Ergo in utrisq; non est iusta excusatio, sed iusta damnatio. Scriptum est de hæreticis, quod a semet ipsis damnati sunt. Quid ergo? Et illi non a semet ipsis damnati sunt, quibus dictum est,

De epistola ad Sixtum presbiterum. Rom. 11.

Paulo inferius

Ex lib. 5. de baptismo.

Ex epistola ad Maccedonium.

In quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas. Eadem enim agis que iudicas. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum ueritatem in eos qui talia agunt.

Hic autem dixit Apostolus, Qui prædicas non furandum furaris, & cætera. Deus apud quem nulla est iniquitas, cuius summa potestas est, qui non tantum qualis quisq; sit, uidet, uerum etiam qualis futurus sit, præu-

Matth. 5.

det, qui solus potest in iudicando non labi, quia in cognoscendo non potest falli, facit tamen, sicut euangelium loquitur, solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Cuius mirabilis bonitatis ut simus imitatores, dominus Christus exhortans, Diligite, ait, inimicos uestros, bene facite eis qui uos oderunt, & orate pro eis qui uos persequuntur, ut sitis filij patris uestri qui in caelis est qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hac indulgentia & lenitate diuina, multos abuti ad perniciem suam quis nesciat. Quos arguens Apostolus & grauiter increpans dicit.

Existimas autem hoc homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quoniam tu effugies iudicium dei? An diuitias benignitatis eius & patientiae & longanimitatis contempnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem & corruptionem quaerentibus uitam aeternam. His autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati.]

Nunquid quoniam isti in sua nequitia perseverauerant, ideo Deus in sua patientia non perseuerat, per pauca in hoc seculo puniens ne diuina prouidentia non esse credatur, & multa seruans ultimo examini, ut futurum iudicium commendetur.

Ex lib. sententiarum Prosperii

Animus male sibi conscius, dum uidetur sibi nullam poenam pati, credit quia non iudicet Deus, cum abuti patientia Dei & non intelligere parentis benignitatem, iam sit magna damnatio. Hic enim misericordiae tempus est, nondum iudicij. Nisi enim primo Deus per misericordiam parceret, non inueniret quos per iudicium coronaret. Est ergo misericordiae tempus, quando patientia Dei ad poenitentiam adducit peccantes. Audi Apostolum distinguente utrumque tempus, distingue & tu. Existimas autem, inquit, homo omnis qui iudicas eos qui faciunt ea & eadem agis, quoniam tu effugies iudicium Dei? Intendite cui hoc dicit. Non uni homini dicit, sed generi hominum. Videbat se committere multa mala quotidie, & tamen uiuere, nihil mali sibi contingere, & putabat aut dormire Deum, aut res humanas non attendere, aut amara facta hominum mala. Tollit istam cogitationem de corde, sed bene intelligentibus.

Quid ergo ait? Existimas o homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei? Et quali diceret, quare facio tanta mala quotidie, & nihil mali mihi contingit? secutus ostendit illi tempus misericordiae. An diuitias benignitatis & patientiae & longanimitatis eius contempnis? Et uere quia hoc contempnebat, fecit illum sollicitum. Ignoras, inquit, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Ecce tempus misericordiae. Ne autem hoc ille semper

putaret futurum, quomodo secutus eum tenuit? Tu autem. Iam tempus iudicij audi. Audisti tempus misericordiae. Propter misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Tu autem, inquit, secundum duritiam cordis tui & cor impenitens thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Ecce misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Sed minatus est de iudicio. Nunquid ideo iudicium Dei tantummodo formidandum est, & non amandum? Formidandum malis propter poenam, amandum bonis propter coronam. Quid tam longanimum, quid tam multum in misericordia? Peccatur & uiuitur. Accedunt peccata, augetur uita, blasphematur quotidie, & facit solem suum oriri super bonos & malos. Vocat undique ad correctionem, uocat undique ad poenitentiam. Vocat beneficijs creaturae, uocat impartiendo tempus uiuendi. Vocat per lectorem, uocat per tractatorem, uocat per intimam cogitationem. Vocat per flagellum correctionis, uocat per misericordiam consolationis, longanimitas & multa misericordiae Deus. Male utendo, tu tibi thesaurizas (quod ait Apostolus) iram in die irae. Nam hoc ait Apostolus. An diuitias bonitatis & longanimitatis eius contempnis, ignorans quoniam patientia Dei ad poenitentiam te adducit? Quod tibi parcat, putas quia places ei? Hac fecisti, inquit, & tunc.

psal. 100.

Ex tractatu psal. 102.

psal. 49.

Ex tractatu euangelij sec. 104. 33.

Suspiciatus es iniquitatem, quod ero tibi similis. Non mihi placent peccata, sed longanimitate quero recte facta. Si punirem peccatores, non inuenirem confessores. Ergo te Deus longanimitate sua parcendo ad poenitentiam adducit. Tu autem cum quotidie dicis, finitur hodiernus dies, & sic ero & crastino die, & subito uenit ira eius, fratres non tardetis conuerti ad Dominum. Sunt enim qui praeparant conuersionem, & differunt, & fit illis uox coruina cras cras. Coruus de arca missus non est reuersus, non quaerit Deus dilationem in uoce coruina, sed confessionem in gemitu columbino. Intendant ergo qui amant in domino mansuetudinem, & timeant ueritatem. Etenim dulcis & rectus dominus. Ama quod dulcis est, time quod rectus est. Tanquam mansuetus dixit, tacui, sed tanquam iustus, nunquid semper tacebo? Misericors & miserator Dominus. Itaque. Adhuc adde, longanimitas. Adde adhuc, Et multum misericors. Sed tunc quod est in nouissimo, Et uerax. Quod enim modo sustinet peccantes, iudicaturus est contempnentis. An diuitias longanimitatis & mansuetudinis eius contempnis? Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? Tu secundum duritiam cordis tui & cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die irae, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Mansuetus Dominus, longanimitas Domnus, misericors

ricors Dominus. Sed & iustus Dominus, & uerax Dominus. Largitur tibi spatium correctionis. Sed tu plus amas dilationem, quam emendationem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto. Et hodiernum diem in malitia peregisti, uel cras mutare. Semper expectas, & de misericordia dei tibi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi per patientiam promisit indulgentiam, promiserit tibi etiam prolixiorem uitam. Unde scis quid pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo, quando me correxero. Deus mihi peccata omnia dimittit. Negare non possumus quod cor rectis atque conuersis indulgentiam Deus promisit. Nam in quo propheta mihi legis, quia promisit correctio indulgentiam, non mihi legis quia promisit Deus longam uitam? Ex utroque igitur homines periclitantur, & sperando & desperando, contrarijs rebus, contrarijs affectionibus. Sperando decipitur, qui dicit. Bonus est Deus, misericors est Deus, faciam quod mihi placet, quod libet. Laxem habenas cupiditatibus meis, impleam desideria anime meae. Quare hoc? Quia misericors est Deus, bonus Deus, mansuetus Deus. Spe isti periclitantur. Desperatione autem, qui cum inciderint in grauiora peccata, putantes sibi non posse iam ignosci poenitentibus, & statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud semetipsos. Iam damnandi sumus. Quare non quod uolumus faciamus, animo gladiatorum, ferro destinatorum? Ideo molesti sunt desperati. Iam enim quod timeant non habent, & uehementer timendi sunt. Istos desperatione necat, spes illos. Inter spem & desperationem fluctuat animus. Metuendum est ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium. Metuendum est rursus ne te occidat desperatio, & cum putas iam tibi non ignosci quae grauiora commisisti, non agas poenitentiam, & incurras in iudicem sapientiam, quae dicit. Et ego uestrae perditioni super ridebo.

Proverb. 1. aliter. Ego quoque in inuitu uestro ridebo. Ec. 5.

Quid Ergo agit Deus cum periclitantibus utroque morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit. Ne tardes conuerti ad dominum, ne que differas de die in diem. Subito enim ueniet ira eius, & in tempore uindictae disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur, quid dicit. In quacunque die conuersus fuerit iniquus, omnes iniquitates eius obliuiscat. Propter illos qui desperatione periclitantur posuit indulgentiae portum. Propter illos qui spe periclitantur, & dilationibus illudantur, fecit diem mortis incertum. Quando ueniet ultimus dies, nescis. Ingratus est quia hodiernum habes in quo corrigaris?

Secundum duritiam autem tuam & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij dei, etc.]

Ex lib. contra inimicū legis et prophetae 1.

Thesauros hic appellat occultas dispositiones Dei, qui disponit reddere unicuique secundum opera eius. Apud quem enim tibi thesaurizat iram impenitens, nisi apud eum qui

uiuos est iudicaturus & mortuos. Dicit Apostolus, exponens consilium patientiae Dei. Existimas, inquit, qui talia agis, quia tu effugies iudicium Dei. An diuitias benignitatis & longanimitatis eius contempnis. Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit. Tu autem secundum duritiam cordis tui & cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Ille ergo auget longanimitatem, & tu auges iniquitatem. Erit illius thesaurus in sempiterna misericordia, sed in eos qui non contempserunt misericordia: tuus autem thesaurus in ira inuenitur. Et quod ponis quotidie per modicum, postea massam inuenturus es, Minutatum imponis, sed cumulum inuenies. Noli attendere minuta peccata tua quotidiana, De minutissimis guttis, flumina implentur.

Ex sermon. de uersu psal. deus manifestus ueniet

Quicquid ergo homo facit modo, in thesaurum mittit. In thesaurum caelestem boni quid colligant sciunt, mali quid colligant nesciunt. Bonus enim ponit in thesauro caelesti, omnia opera misericordiae quae fecit circa homines quibus subuenit, & scit quia fidelis est custos qui illi seruat omnia quae reponit: & non ea uidet, sed de thesauro suo certus est, quia neque aliquid a fure surripitur, neque ab hoste inuaditur, neque ab inimico & improbo & potenti quasi uictio tollitur, sed semper manebit, quia a domino potentissimo custoditur. Si enim homines pecunias fidei seruo commendant, & securi sunt, misericordias suas commendant potenti domino, & solliciti sunt. Mali uero & ipsi mittunt in thesaurum, omnia mala opera sua seruat illis Deus. Hoc est quod dicit Apostolus. Thesaurizas tibi iram in die iusti iudicij Dei. Sed quoniam seruatur quicquid mali faciunt, nesciunt. Vbi uenerit Deus noster manifestus & non silebit, conuocabit ad se omnes gentes, sicut dicit euangelium, & separabit quosdam ponens ad dexteram, quosdam ad sinistram, & incipit iam tractare thesauros utrorumque quid quisque posuit ut inueniat. Tunc dicturi sunt homines sera & infructuosa poenitentia. O si possemus iterum uiuere, & quod contempsimus audire, & facere. Sed ista poenitentia cruciabilis est non sanabilis. Vis habere utilem poenitentiam? Modo habe. Si enim modo habueris, corrigeris. Cum correctus fueris, fundetur ille thesaurus tuus, ubi colligebantur mala opera tua, & implebitur alius thesaurus tuus, ubi bona omnia opera tua colligantur. Sed forte conuersus ad Deum, statim morieris, opera tua nulla sorte inuenientur in illo thesauro. Plane inuenies ibi opera tua, quia scriptum est. Pax in terra hominibus bonae uoluntatis. Deus non annotat facultatem, sed coronat uoluntatem. Scit quia uoluisti, & non potuisti. Sic te annotat, quasi feceris quod uoluisti. Ergo opus est ut conuertaris, ne differendo subit

ro moriaris, & omnino nihil inueniatur quod in presenti habeas, & in futuro possideas.

Contra spiritum sanctum quo baptizantur quorum peccata omnia dimittuntur, & quem accipit ecclesia ut cui dimiserit peccata dimittantur ei, uerbum ualde malum & nimis impium, siue cogitatione, siue etiam lingua sua dicit, quem patientia Dei cum ad poenitentiam adducit, ipse secundum duritiam cordis sui & cor impoentens, thesaurizat sibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. Hec ergo impenitentia, sic enim uno aliquo nomine possumus utcumque appellare blasphemiam, & uerbum contra spiritum sanctum quod remissionem non habet in aeternum. Hec inquam impenitentia contra quam clamabant praeco & iudex dicentes, poenitentiam agite, ap-

Ex sermone de blasphemia spiritus sancti

Matt. 3.

Luc. 24.

propinquauit enim regnum caelorum, contra quam dominus os euangelicae praedicationis aperuit, & contra quam ipsum euangelium in toto orbe praedicandum esse praedixit, ubi postea quam resurrexit a mortuis, ait discipulis suis. Oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & predicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem, hac omnino impenitentia non habet remissionem, neq; in hoc seculo neq; in futuro. Quia poenitentia impetrat remissionem in hoc seculo, quae ualeat in futuro. Sed impenitentia ista uel cor impoentens, quando quisq; in hac carne uiuit, non potest iudicari. De nullo enim de sperandum est quando patientia dei ad poenitentiam adducit. Nec de hac uita rapit impius, qui non uult tantum mortem impij, quantum ut conuertatur & uiuat. Paganus est hodie. Unde scis utrum sit futurus crastino Christianus? Iudaeus infidelis est hodie, quid si cras sequitur catholicam ueritatem? schismaticus est hodie, quid si cras amplectitur catholicam pacem? Quid si isti quos in quocunq; genere erroris notas, & tanquam desperatissimos modo damnas, antequam finiant istam uitam, argunt poenitentiam & inueniunt ueram uitam?

1. Cor. 4.

Proinde fratres, etiam ad hoc uos admoneat, quod ait Apostolus. Nolite ante tempus quicquam iudicare.

Ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum & Graeci.

Soli enim paruuli qui nondum habent opera propria uel bona uel mala, secundum solum originale peccatum damnantur, quibus per lauacrum regenerationis non subuenit gratia saluatoris. Caeteri autem omnes qui iam utentes libero arbitrio sua propria peccata originali peccato insuper addiderunt, si de potestate tenebrarum per gratiam Dei non eueruntur nec transferuntur ad regnum Christi, non solum secundum originis, uerum etiam secundum propriae uoluntatis merita iudicium

Ex epistola secunda ad Valentinum de gratia et libero arbitrio

reportabunt. Boni uero non solum ipsi quidem secundum bonae uoluntatis suae merita praemium consequentur, sed etiam ipsam bonam uoluntatem per Dei gratiam consecuti sunt. Ac sic impletur quod scriptum est. Ira & indignatio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum & Graeci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudaeo primum & Graeco.

Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudaeo primum & Graeco.

Pax Christi, finem temporis non habet, & ipsa est omnis pie intentionis actionisq; perfectio. Propter hanc sacramentis eius imbuimur. Propter hanc mirabilibus eius operibus & sermonibus erudimur. Propter hanc spiritum eius pignus accipimus. Propter hanc in eum credimus & speramus, & amore ipsius quantum donat accendimur. Propter hanc denique omnem tribulationem fortiter toleramus, ut in ea feliciter sine tribulatione regnemus. Vera enim pax, unitatem facit. Quoniam qui adheret domino unus spiritus est.

Non enim est acceptio personarum apud deum, Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt, & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

Nimirum cum diceret Apostolus, Quicumque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, de illa lege agebat quam Deus dedit per Moysen famulum suum populo suo Israel. Hoc ipsa quae circumstant uerba eius ostendunt. Disputabat enim de Iudeis & Graecis, id est Gentibus, non ad circumcisionem, sed ad praeputium pertinentibus, ideo sine lege eos dicens, quia non acceperant legem, quam se accepisse gloriabantur Iudaei. Unde ait illis. Si autem tu Iudaeus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo. Denique unde ad hanc sententiam uenerit intuentum est, ut diceret.

Quicumque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Ira (inquit) & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum & Graeci. Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudaeo primum & Graeco. Non est enim personarum acceptio apud Deum. Et hic addidit unde nunc quaestio est, & ait. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Hos utique Iudaeos, illos Graecos uolens intelligi, quoniam de his agebat, utrosque sub peccato esse demonstrans, ut egeret se gratia utrique facerentur.

Propter quod dicit. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu. Quos itaque dicit omnes peccasse, nisi Iudaeos & grecos, de quibus dixerat, non enim est distinctio. Nam & de his paulo ante. Causati enim sumus, inquit, Iudaeos & Graecos omnes sub peccato esse. Ac per hoc quicumque sine le-

Ex lib. sententiarum Properi

Ex tractatu Psal. 118.

Rom. 7.

ge peccauerunt, illa scilicet de qua Iudaei gloriabantur, sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, id est ipsi Iudaei, per legem iudicabuntur. Nec ideo non peribunt, nisi credant in eum qui uenit querere quod perierat. Nonnulli quippe etiam catholici tractatores, in his apostoli uerbis aliter quam se res habet, parum attendendo sapuerunt, ut dicerent illos perire qui sine lege peccauerunt, hos autem qui in lege peccauerunt iudicari tantummodo, non perire, tanquam per poenas transitorias credantur esse purgandi, licet ille de quo dictum est. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Sed hoc merito fundamenti bene intelligitur, de quo agebat Apostolus ut hoc diceret. Superius quippe dixerat. Ut sapiens architectus fundamentum posui, alius super aedificat, unusquisque autem uideat quomodo superaedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Et caetera usque ad eundem locum, ubi cum dixit per ignem saluari, qui super hoc fundamentum non aurum, non argentum, non lapides preciosos, sed ligna, foenum, stipulam superaedificat, non tamen respicit ne recipiat, nec receptum deserit fundamentum, id est omnibus carnalibus suis quibus capitur atq; succumbit delectationibus anteposuit, cum ad hunc articulum uentum fuerit, ut aut illa deserantur aut Christus. Vbi si non antepositur Christus, non ille est fundamentum. Omnibus quippe structurae posterioribus partibus antepositur fundamentum. Nec cogitasse existimo eos qui senserunt non perire de quibus dictum est. Per legem iudicabuntur, nisi quia fundamentum habent Christum. Parum ergo attenderunt quod demonstrauimus, atq; ipsa scriptura clamat, de Iudaeis hoc Apostolus dicere, qui sine fundamento sunt Christiani. Quis autem Christianus dixerit non perire Iudaeum si non credat in Christum, sed tantummodo iudicari, cum Christus ipse ad eandem gentem propter oues quae inde perierunt semissum esse testetur, & tolerabilius dicat futurum Sodomitis in die iudicij, qui utique sine lege perierunt, quam ciuitati Iudaeae quae in eum non credidit tanta uirtute mirabilia facientem? Si ergo Apostolus secundum legem quae deus per Moysen populo Israel dedit, caeteris autem gentibus non dedit, sine lege dixit esse caeteras gentes, quid intellecturi sumus in psalmo dictum esse, Prauaricantes existimaui omnes peccatores terrae, nisi intelligamus aliquam legem non per Moysen datam, secundum quam sunt prauaricantes caeterarum gentium peccatores? Vbi enim lex non est, nec prauaricatio. Quae ista lex est, nisi forte illa de qua idem dicit Apostolus, Gentes quae legem non habent naturaliter quae legis sunt facient. hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex? Secundum hoc ergo quod dixit, legem non habentes, sine lege peccauerunt sine lege peribunt. Secundum id

1. Corin. 3. ibidem

Psal. 118.

uero quod ait, ipsi sibi sunt lex, non immerito prauaricatores aestimantur omnes peccatores terrae. Nullus enim est qui faciat alteri iniuriam, nisi qui fieri nolit sibi. Et in hoc transgreditur naturae legem, quam non sinitur ignorare, dum id quod facit non uult pati. Nunquid autem lex ista naturalis non erat in populo Israel? Erant plane, quoniam & ipsi homines erant. Sine lege autem naturali essent, si praeter naturam humani generis esse potuissent. Multo magis ergo prauaricatores facti sunt lege divina, qua naturalis illa siue instaurata, siue aucta, siue firmata. Iam uero si in omnibus peccatoribus terrae non incongrue deputantur & parum uult, propter originalis uitacula peccati, etiam ipsi in similitudinem prauaricationis Adae ad istam prauaricationem pertinere monstrantur quae data lege in paradiso prima commissa est. Ac per hoc recte nullo prorsus excepto, prauaricatores aestimantur omnes peccatores terrae. Omnes autem peccauerunt, & egent gloria dei. Omnes igitur prauaricantes gratia saluatoris inuenit, alios magis, alios minus. Quanto enim legis maior in quocunq; cognitio, tanto minor peccati excusatio. Quanto minor peccati excusatio, tanto manifestior prauaricatio. Restabat ergo, ut omnibus non sua, sed dei, id est a deo donata iustitia subueniret, unde ait Apostolus. Per legem cognitio peccati. Non ergo oblatio, sed cognitio. Nunc autem sine lege, inquit, iustitia dei manifesta est, testificata per legem & prophetas. Proinde etiam iste subiunxit. Propterea, inquit, dilexi testimonium maius tua. Tanquam diceret, quoniam lex siue in paradiso data, siue naturaliter insita, siue in literis promulgata, prauaricatores fecit omnes peccatores terrae. Qui ergo nouerunt diuina mandata, aufertur eis excusatio quam solent habere homines de ignorantia. Sed nec ipsi sine poena erunt, qui legem Dei nesciunt. Qui enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Qui autem in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quod mihi non uidetur Apostolus ita dixisse, tanquam peius aliquid significauerit esse passuros qui legem nesciunt in peccatis suis, quam illos qui sciunt. Peius enim uidetur esse perire, quam iudicari. Sed cum hoc de Gentibus & Iudaeis loqueretur, quia illae sine lege sunt, isti autem legem acceperunt, quis audeat dicere Iudaeos, qui in lege peccant non esse perituros, cum in Iesum Christum non crediderunt? quandoquidem de illis scriptum est, per legem iudicabuntur. Sine fide enim Iesu Christi nemo liberari potest. Ac per hoc ita iudicabuntur ut pereant. Nam si peior est conditio nescientium quam scientium legem Dei, quomodo uerum erit quod in Euangelio dominus ait, Lucae duodecimo. Seruus qui nescit uoluntatem domini sui & facit digna plagis uapulabit pauca, seruus autem qui scit uoluntatem domini sui & facit digna plagis. Uapulabit multa.

Romano. 7.

Psal. 118.

Ex lib. sententiarum Properi

tar. Ecce ubi ostendit grauius peccare hominem scientem, quam nescientem. Nec tamen ideo confugiendum est ad ignorantie tenebras ut in eis quisque requirat excusationem. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse. Voluntas quippe arguitur in eo de quo dicitur. Noluit intelligere ut bene ageret. Sed & illa ignorantia quae non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt, neminem sic excusat ut sempiterno igne non ardeat, si propterea non credidit, quia non audiuit omnino quid crederet, sed fortasse ut mitius ardeat. Non enim sine causa dictum est, Esurinde iram tuam in Gentes quae te non nouerunt. Et illud quod ait Apostolus Paulus. Cum uenerit in flamma ignis dare uindictam in eos qui ignorant Deum.

Psal. 35.

Psal. 38.

2. Thes. 1.

Ex uacua, euanz. secundum 10. 69.

Sed quod adiunxit, atque ait, Nunc autem excusationem non habent de peccato suo, potest mouere quarentes, utrum hi ad quos non uenit Iesus Christus, nec locutus est eis, habeant excusationem de peccato suo. Si enim non habent, cur hic dictum est propterea istos non habere, quia uenit & locutus est eis? Si autem habent, utrum ad hoc habent ut a penis alienentur, an ut mitius puniantur? Ad haec inquit sita pro meo capti domino adiuuante respondeo, habere illos excusationem non de omni peccato suo, sed de hoc peccato quo in Iesum Christum non crediderunt, ad quos non uenit, & quibus non est locutus. Sed non in eo sunt numero hi ad quos in discipulis uenit, & quibus per discipulos est locutus, & nunc facit. Nam per Ecclesiam suam uenit ad Gentes, & per ecclesiam suam loquitur Gentibus. Ad hoc enim pertinet quod ait Matthaei decimo. Qui uos recipit, me recipit, & qui uos spernit me spernit. An uultis (inquit Apostolus Paulus) experimentum accipere eius qui in me loquitur Iesus Christus? Restat inquirere utrum is qui prius quam Iesus Christus in ecclesiam ueniret ad gentes, & priusquam euangelium uenit audirent, uitae huius sine praudenti sunt seu praueuientur, possint habere hanc excusationem. Possunt plane, sed non ideo possunt effugere damnationem. Quicumque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quae quidem Apostoli uerba, quoniam id quod ait peribunt terribilis sonat, quam quod ait iudicabuntur: non solum mihi nihil adiuuare hanc excusationem uidentur, uerum etiam plus grauare. Qui enim se quia non audierunt excusabunt, sine Lege peribunt. Sed utrum hi qui cum audierunt contempserunt, uel etiam resurrunt, nec tantum contradicendo, sed eos a quibus audierunt odijs persequendo, in eis deputandi sunt, de quibus aliquid leuius uidetur sonuisse quod dictum est, Per legem iudicabuntur, merito quaeritur. Sed si aliquid eis perire sine lege, aliud iudicari per legem, & illud est grauius, hoc autem leuius, proculdubio non sunt in hac poena leuiore ponendi. Quia neque ipsi in lege peccauerunt, sed omnino legem Christi accipere noluerunt, & eam quantum ad ipsos pertinet, omnino nullam esse uoluerunt. Illi autem peccant in lege qui sunt in lege, id est qui eam suscipiunt, eamque sanctam & mandatum sanctum & iustum & bonum fatentur, sed infirmitate non implent, quod ab ea rectissime praecipitur dubitare non possunt. Neque enim de infidelibus & fidelibus erat sermo ut hoc diceret, sed de Gentibus & Iudaeis. Qui certe utriusque quod perierat, ad perditionem sine dubio pertinebunt, quamuis dici possit alios grauius, alios leuius perituros, id est alios grauiore, alios leuiore poenas in sua perditione passuros. Ille enim perire deo dicitur, quisquis ab illa beatitudine quam dat sanctis suis per supplicium separatur. Tanta est autem suppliciorum, quanta est diuersitas peccatorum. Quae quomodo sese habeat, altius eam iudicat sapientia diuina, quam coniectura scrutatur aut effatur humana. Iste certe ad quos uenit, & quibus locutus est Christus, non habent de magno infidelitatis peccato illam excusationem qua possunt dicere, non uidimus, non audiuimus, siue non acceptaretur ista excusatio ab illo cuius inscribita sunt iudicia, siue acceptaretur, & si non ut ab omni damnatione liberarentur, certe a liquanto mitius & leuius damnarentur.

gem, & illud est grauius, hoc autem leuius, proculdubio non sunt in hac poena leuiore ponendi. Quia neque ipsi in lege peccauerunt, sed omnino legem Christi accipere noluerunt, & eam quantum ad ipsos pertinet, omnino nullam esse uoluerunt. Illi autem peccant in lege qui sunt in lege, id est qui eam suscipiunt, eamque sanctam & mandatum sanctum & iustum & bonum fatentur, sed infirmitate non implent, quod ab ea rectissime praecipitur dubitare non possunt. Neque enim de infidelibus & fidelibus erat sermo ut hoc diceret, sed de Gentibus & Iudaeis. Qui certe utriusque quod perierat, ad perditionem sine dubio pertinebunt, quamuis dici possit alios grauius, alios leuius perituros, id est alios grauiore, alios leuiore poenas in sua perditione passuros. Ille enim perire deo dicitur, quisquis ab illa beatitudine quam dat sanctis suis per supplicium separatur. Tanta est autem suppliciorum, quanta est diuersitas peccatorum. Quae quomodo sese habeat, altius eam iudicat sapientia diuina, quam coniectura scrutatur aut effatur humana. Iste certe ad quos uenit, & quibus locutus est Christus, non habent de magno infidelitatis peccato illam excusationem qua possunt dicere, non uidimus, non audiuimus, siue non acceptaretur ista excusatio ab illo cuius inscribita sunt iudicia, siue acceptaretur, & si non ut ab omni damnatione liberarentur, certe a liquanto mitius & leuius damnarentur.

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum et inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium, in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum Euangelium meum per Iesum Christum.

Uidendum est quomodo dicat Apostolus, Cum enim gentes quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt, hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ne uideatur certe non esse distantia noui testamenti, quod leges suas dominus in cordibus populi sui se scripturum esse promissit, quandoquidem gentes hoc naturaliter habeant. Pertractanda est igitur haec quaestio, quae non mediocris exorta est. Dicit enim aliquis. Si Deus hinc. Discernit a uetere testamento nouum, quod in uetere legem suam scripsit in tabulis, in nouo autem scripsit in cordibus fidelium, Vnde Iudaei discernuntur a Gentibus, quae habent opus legis scriptum in cordibus suis, quo naturaliter quae legis sunt faciunt, quasi iam illo populo uetere potiores, qui legem accepit in tabulis, & nouo populo priores, cui hoc praestatur per testamentum nouum

Luce. 19.

Ex lib. de spiritu et littera

uum, quod his natura iam praestitit. An forte eas gentes commemorauit Apostolus scriptam in cordibus habere legem, quae ad nouum pertinent testamentum? Ad hoc enim unde uenit intuentum est. Primo Euangelium commendans, ait. Virtus enim est in salutem omni crediti, Iudaeo primum & Graeco. Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est. Iustus enim ex fide uiuit. Deinde loquitur de illis impijs, quibus propter superbiam nec cognitio dei profuit, quia non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. Inde transit ad eos qui iudicant & agunt talia qualia condemnant, nimirum propter Iudaeos, qui de lege dei gloriabantur, quatenus adhuc eos nominatim non exprimat. Et ideo dicit. Ira & indignatio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum & Graeci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudaeo primum et Graeco. Non enim est personarum acceptio apud deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege, & peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. His uerbis unde hoc agitur subiungit, & dicit. Cum enim gentes quae legem non habent naturaliter quae legis sunt faciunt. Et caetera quae iam supra commemorauit. Proinde non uidetur alios hic significasse sub nomine gentium, quam eos quos nomine Graeci supra significabat, cum diceret, Iudaeo primum & Graeco. Porro si Euangelium uirtus Dei est in salutem omni crediti, Iudaeo primum & Graeco, & ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum & Graeci, gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudaeo primum & Graeco, iste autem Graecus nomine gentium significatus est, naturaliter quae legis sunt faciunt, & quae scriptum habent opus legis in cordibus suis, profecto ad Euangelium pertinent gentes, quibus lex in cordibus scripta est. Eis quippe creditibus uirtus Dei est in salutem. Quibus autem Gentibus bene operantibus gloriam & honorem pacemque promitteret, extra Euangelij gratiam constituitis? Quia enim personarum acceptio non est apud Deum, & non auditores legis, sed factores iustificabuntur, ideo siue Iudaeus siue Graecus, hoc est quilibet ex Gentibus crediderit, salutem in Euangelio pariter habebit. Non enim distinctio, sicut postea dicit. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Vnde autem factor legis gratiam iustificari diceret, sine gratia saluatoris? Non enim contra seipsum diceret quod ait. Factores legis iustificabuntur, tanquam per opera non per gratiam iustificentur, cum dicat gratis iustificari hominem per fidem sine operibus legis, nihilque aliud uelit intelligi in eo quod dicit gratis, nisi quia iustificationem opera non praecedunt. Aperte quippe alibi dicit. Si gra-

Roma. 1.

Ibidem

Ephes. 5.

tia, non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Sed sic intelligendum est, Factores legis iustificabuntur, ut sciamus eos aliter non esse factores legis nisi iustificentur, ut non iustificatio factoribus accedat, sed ut factores iustificatio praecedat. Quid est enim aliud iustificari quam iusti fieri, ab illo scilicet qui iustificat impiu, ut ex impio fiat iustus? Si enim ita loqueremur, ut diceremus, homines liberabuntur, hoc utique intelligeretur, eis qui iam homines essent accedere liberationem. Si autem dicemus homines creabuntur, non utique intelligeretur eos creari qui erant, sed ipsa creatione homines fieri. Ita si dictum esset factores legis honorabuntur, recte non acciperemus nisi honorem illis qui iam essent factores legis accedere. Cum uero dictum est, factores legis iustificabuntur, quid aliud dictum est quam iusti iustificabuntur? Factores enim legis utique iusti sunt. Ac per hoc tantum dicitur ac si diceretur, factores legis creabuntur, non qui iam erant, sed ut sint. Ut sic intelligerent etiam Iudaei legis auditores, indigere se gratia iustificatoris, ut possent esse factores. Aut certe ita dictum est, Iustificabuntur, ac si diceretur, iusti habebuntur, iusti deputabuntur, sicut dictum est de quodam Ille autem uolens se iustificare, id est ut iustus haberetur & deputaretur. Vnde aliter dicimus, Deus sanctificat sanctos suos: aliter autem sanctificetur nomen tuum. Illud ideo, quia ipse illos fecit sanctos esse, qui non erant sancti. Hoc autem ideo, ut quod semper apud se sanctum est, sanctum etiam ab hominibus habeatur, id est sancte timeatur. Si ergo Gentes commemorans quae naturaliter legis sunt facientes, & scriptum habentes opus legis in cordibus, illos intelligi uoluit qui credunt in Iesum Christum, quia non sicut Iudaei praemissa sibi lege ueniunt ad fidem, non est cur eos conemur discernere ab his quibus dominus, per prophetam promittens testamentum nouum, dixit leges suas se scripturum in cordibus eorum, quia & ipsi per insertionem quem oleastro praestitam dicit, ad eandem oleam, hoc est ad eundem dei populum pertinent. Potiusque concordat propheticum etiam hoc Apostolicum testimonium, ut hoc sit pertinere ad testamentum nouum, legem dei habere non in tabulis, sed in cordibus scriptam, hoc est in intimo affectu iustitiam legis amplecti, ubi fides per dilectionem operatur, quia ex fide iustificat gentes deus. Quod scriptura praenunciat, praenunciat Abrahae dicens. In semine tuo benedicentur omnes gentes, ut per hanc promissionis gratiam oliuae insereretur oleaster, & fierent fideles gentes filij Abrahae in semine Abrahae, quod est Christus, sectantes eius fidem, qui non accepta in tabulis lege, nondumque habens ipsam circumcisionem, credidit deo, & deputatum est illi ad iustitiam, ac si tale erit hoc quod de eiusmodi gentibus dixit apostolus, quod opus legis habeant scriptum in cordibus suis, quale est illud ad Corinthios. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnis.

2. Cor. 3.

libus. Ita enim sunt de domo Israel, cum præputium eorum in circumcissionem deputatur, eo quod iustitias legis non præcissione carnis ostendunt, sed cordis charitate custodiunt. Quoniam si præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium eius (inquit) in circumcissionem deputabitur? Et propterea in domo ueri Israel, in quo dolus non est, participes sunt testamenti noui, quia dat Deus leges in mente eorum & cordibus ipsorum scriptas digito suo spiritu sancto, quo ibi diffunditur charitas, quæ legis est plenitudo. Nec moueat quod naturaliter eos dixit quæ legis sunt facere non spiritu dei, non gratia, non fide. Hoc enim agit spiritus gratiæ, ut imaginem dei in qua naturaliter facti sumus, instauret in nobis. Vitium quippe contra naturam est, quod utique sanat gratia, propter quam deo dicitur. Miserere mei, sana animam meam quia peccauit tibi. Proinde naturaliter homines quæ legis sunt faciunt. Qui enim hoc non faciunt, uitio suo non faciunt. Quo uitio lex Dei est deleta de cordibus. Ac per hoc uitio sanato, cum illic scribitur, sunt quæ legis sunt naturaliter, non quod per naturam negata sit gratia, sed potius per gratiam reparata natura. Qua gratia interiore homine renouato, iustitia scribitur quam culpa deleuerat. Si autem hi qui naturaliter quæ legis sunt faciunt, nondum sunt habendi in numero eorum quos Christi iustificat gratia, sed in eorum potius, quorum meminit impiorum, nec Deum uerum ueraciter iusteq; colentium: quædam tamen facta uel legimus, uel nouimus, uel audiuiimus, quæ secundum iustitiæ regulam, non solum uituperare non possumus uerum etiam merito recteq; laudamus, quamquam si discutiantur quo fine fiant, uix inueniuntur quæ iustitiæ debitam laudem defensionem uel mereantur. Verumtamen quia non usque adeo in anima humana imago dei terrenorum affectuum labe detrita est, ut nulla in ea uelut lineamenta extrema remanserint, unde merito dici possit, etiam in ipsa impietate uitæ suæ facere aliqua legis uel sapere, si hoc est quod dictum est, quia gentes quæ legem non habent (hoc est legem dei) naturaliter quæ legis sunt faciunt, & quia huiusmodi homines ipsi sibi sunt lex, & scriptum opus legis habent in cordibus suis, id est non omnimodo deletum est, quod sibi per imaginem Dei cum crearentur impressum est, etiam sic illa differentia non perturbabitur qua distat à uetere testamento nouum, eo quod per nouum scribitur lex Dei in corde fidelium, quæ per uetus in tabulis scripta est. Hoc enim ibi scribitur per renouationem, quod non omni modo deletum est per uerustatem. Nam sicut ipsa imago Dei renouatur in mente credentium per testamentum nouum, quam non penitus impietas aboleuerat (nam remanserat, utique id, quod anima hominis nisi rationalis esse non potest) ita etiam ibi lex dei non ex omni par-

te deleta per iniustitiam, profecto scribitur renouata per gratiam. Nec istam inscriptionem, quæ iustificatio est, poterat efficere in iudæis lex in tabulis scripta, sed solam præuarcationem. Nam & ipsi homines erant, & uis illa naturæ inerat eis, qua legitimum aliquod animal rationale & sentit & facit. Sed pietas quæ in aliam uitam transfert beatam & æternam, legem habet immaculatam, conuertentem animas ut ex illo lumine renouentur, fiatq; in eis quod dicitur. Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Vnde & auersi oblescere meruerunt, renouari autem nisi gratia Christiana, hoc est nisi mediatoris intercessio ne non possunt. Vnus enim Deus, unus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. A cuius gratia si alieni sunt illi de quibus agimus, qui secundum illum modum de quo superius satis diximus, naturaliter quæ legis sunt faciunt, quid eis proderunt excusantes cogitationes in die qua iudicabit Deus occulta hominum, nisi forte ut mitius puniantur? Sicut enim non impediunt à uita æterna iustum quædam peccata uenialia, sine quibus hæc uita non ducitur, sic ad salutem æternam nihil profunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime uita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. Verumtamen sicut in regno dei uelut stella à stella, in gloria differunt sancti, & sic in damnatione pœnæ sempiternæ tolerabilius erit Sodomæ quàm alteri ciuitati, & erunt quidam duplo amplius quibusdam gehennæ filij. Ita nec illud in iudicio dei uacabit, quod in ipsa impietate damnabili magis alius alio minus ue peccauerit. Quid ergo Apostolus efficere uoluit, quod iactantiam cohibens Iudæorum, cum dixisset non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur, continuo subiicit de ijs qui legem non habentes naturaliter quæ legis sunt faciunt, si non illi sunt intelligendi qui pertinent ad gratiam mediatoris, sed illi potius qui cum uerum Deum uera pietate non colant, habent tamen quædam opera bona, in uita impia? An forte hoc ipso probandum credidit quod supra dixerat, quia non est personarum acceptio apud deum, & quod postea dixit quia non Iudæorum est deus tantum, sed & gentium, quod quantulacumq; legis opera naturaliter insita non inuenirentur in eis qui legem non acceperunt nisi ex reliquijs imaginis Dei, quæ non contemnunt cum in eum credunt, apud quem non est acceptio personarum?

Eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Nulla est anima quantumuis peruersa, quæ tamen ullo modo ratiocinari potest, in cuius conscientia non loquatur Deus. Quis enim scripsit in cordibus hominum naturalem legem nisi Deus? De qua lege Apostolus ait. Cum enim Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legem non habentes ipsi sibi

psal. 4.

1. Tim. 2.

Ex lib. 2. de sermone domini in monte

Ex tractatu. psal. 57.

hi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, contestante conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam excusantium in die qua iudicabit Deus occulta hominum. Quapropter omnis anima rationalis etiam cupiditate cæcata, tamen cum cogitat & ratiocinatur, quicquid in ea ratiocinatione uerum est, non ei tribuendum est, sed ipsi lumini ueritatis, à quo uel tenuiter pro sui capacitate illustratur, ut uerum aliquid in ratiocinando sentiat. Manu formatoris nostri in ipsis cordibus nostris ueritas scripsit, quod tibi non uis fieri, ne facias alteri. Hoc & antequam lex daretur, nemo ignorare permissus est, ut esset unde iudicaretur & quibus lex non esset data. Sed ne sibi homines aliquid defuisse quererentur, scriptum est & in talibus quod in cordibus non legebat. Non enim scriptum non habebant, sed legere nonlebant. Oppositum est oculis eorum, quod in conscientia uidere cogentur, & quasi foris fecus admota uoce dei, ad interiora sua homo compulsus est. Dicente scriptura. In cogitationibus enim impij, interrogatio erit. Vbi interrogatio ibi lex. Sed quia homines appetentes ea quæ foris sunt, etiam à se ipsis exules facti sunt, propterea scripta lex quid clamat eis qui deseruerunt legem scriptam in cordibus suis? Redite præuarcatores ad cor. Quis enim te docuit nolle acedi ab altero ad uxorem tuam? Quis te docuit nolle tibi iuramentum fieri? Quis te docuit nolle iniuriam pati, & quicquid aliud uel uniuersaliter uel particulariter dici potest? Multa enim sunt de quibus singulis interrogati homines clara uoce respondeant, nolle se pati ea. Age, si non uis pati ista, nunquid solus es homo? Nonne in societate uiuis generis humani? Qui tecum factus est, socius tuus est, & omnes facti ad imaginem dei, nisi terrenis cupiditatibus coterant quod ille formauit. Quod ergo tibi non uis fieri, noli alteri facere. Iudicis enim malum esse in eo quod pati non uis, & hoc te cogit nosse lex intima in ipso tuo corde conscripta. Omnes ergo de his rebus interrogati, clamant hæc bona non esse. Rursum de beneficijs, non solum de non nocendo, uerum etiam de præstando & tribuendo, interrogatur omnis anima. Esuriens famem pateris, alius habet panem, & redundat illi ultra sufficientiam, nouit te egere, & non dat, displicet tibi esurienti, displicet & satiato cum alterum esurire cognoueris. Peregrinus tecto indigens uenit in patriam tuam, non suspicitur. Ille tunc clamat illam inhumanam esse ciuitatem, facilius apud barbaros sibi esse potuisse refugium. Sentit enim iniquitatem, quia patitur. Tu forte non sentis. Sed oportet ut te cogites peregrinum, & uideas quomodo tibi possit displicere, qui tibi non præstiterit, quod tu in patria tua non uis peregrino præstare. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum.] Dominus per prophetam. Et

Ex lib. de ciui. dei. 20. Mala. 3.

ero, inquit, testis uelox maleficis & periuris, & cætera. Testem uero se dicit futurum, qui in iudicio suo non indiget testibus. Eumq; uelocem, siue quia repetente uenturus est, eritq; iudicium ipso inopinato eius aduentu celerissimum, quod tardissimum uidebatur, siue quia ipsas conuincet sine ulla sermonis prolixitate conscientias. In cogitationibus enim (sicut scriptum est) impij, interrogatio erit. Et Apostolus. Cogitationibus, inquit, accusantibus uel etiam excusantibus, in die qua iudicabit dominus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum. Etiam sic ergo dominus futurus testis intelligendus est uelox, cum sine mora reuocaturus est in memoriam, unde conuincat puniatq; conscientiam.

Non quemadmodum iudicant homines, qui corda non uident, à quibus plerumq; absoluuntur peiores & deteriores, quam condemnantur. Si diu equitate & cum iustitia dominus iudicabit, testimonium perhibente conscientia, & cogitationibus accusantibus seu defendentibus. Decidant ergo à cogitationibus suis dictum est, decidant accusantibus se cogitationibus suis, conscientia sua. Sicut Apostolus dicit. Et cogitationum accusantium seu defendentium in reuelatione iusti iudicij dei. Omnia opera uel bona, uel mala, à cogitatione procedunt. In cogitatione quisque innocens, in cogitatione reus est. Propter quod scriptum est. Cogitatio sancta seruabit te. Et alibi legitur. In cogitationibus impij, interrogatio erit. Et apostolus. Cogitationibus (ait) accusantibus, aut etiam excusantibus. Vbi autem Felix est, qui in cogitatione miser est, aut quomodo do ibi non miser est, qui ad nihilum redactus est. Magna quippe sterilitas, iniquitas. Merito dictum est. Confundantur iniqui faciētes uana. id est inaniter tanquam redacti in nihilum.

Si autem tu Iudæus cognominaris, & requisitis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti uoluntatem eius, & probus uiliora instructus per legem, confidis te ipsum esse lucem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & ueritatis in lege, qui ergo alium doces te ipsum non doces? Qui prædicas non surandum suraris. Qui dicis non mæchandam, mæcharis. Qui abominaris idola, sacrificium facis. Qui in lege gloriaris, per præuarcationem legis Deum in honore. Nomen enim dei per uos blasphematur in ueritate Gentes, sicut scriptum est.

Idrum arguit, eumque dicit Iudæum cognominari, & nequaquam id quod proficitur implere. Si autem tu (inquit) Iudæus cognominaris, & requisitis in lege & gloriaris in Deo, & cætera. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus est & circumcissione cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Hic manifestauit quemadmodum dixit, gloriaris in deo. Nam utiq; si uere talis Iudæus gloriaretur in deo, eo modo quo postulat gratia, quæ non operum meritis

Sapi. 2.

Ex tractatu psal. 5.

Ex tractu psal. 2.

Ex lib. de spiritu & litera

meritis, sed gratuita datur, ex deo esset laus eius, non ex hominibus. Sed ita gloriabantur in deo, uelut qui soli meruissent legem eius accipere, secundum uocem illam psalmi qua dicitur est. Non fecit sic ulli genti, & iustitia sua non manifestauit illis. Quam tamen de legem sua iustitia se arbitrabantur implere, cum magis eius prauaricatores essent. Vnde illis iram operabatur, abundante peccato. Quod ab scientibus perpetrabatur. Quia & quicumque faciebant quod lex iubebat, non adiuuante spiritu gratiae, timore poenae faciebant, non amore iustitiae. Ac per hoc coram deo non erat in uoluntate, quod coram hominibus apparebat in opere. Potiusque ex illo rei tenebantur, quod eos nouerat malle (si fieri posset impune) committere. Circumcisionem autem cordis dicit, puram scilicet ab omni illicita concupiscentia uoluntatem. Quod non solum in docente & in uolente, sed spiritu adiuuante atque sanante. Ideo laus talium non ex hominibus, sed ex deo est, qui per suam gratiam praestat unde laudatur. De quo dicitur. In domino laudabitur anima mea. Et cui dicitur. Apud te laus mea.

Psalm. 147.

Psalm. 33.

Ibidem

De expos. ad Galat.

Circumcisio quidem prodest si legem obserues. Si autem prauaricator legis sis, circumcisio tuo praeputium facta est. Si igitur praeputium iustitiae legis custodiat, nonne praeputium illius in circumcisioem reputabitur? Et indicabit id quod ex natura est praeputium legem consummans te, qui per litteram & circumcisioem prauaricatores legis.

Opera legis bipertita sunt. Nam partim in sacramentis, partim uero in moribus accipiuntur. Ad sacramenta pertinet circumcisio carnis, sabbatum temporale, neomeniae, sacrificium, atque omnes huiusmodi innumerabiles observationes. Ad mores autem, Non occides, non moechaberis, non falsum testimonium dices, & caetera talia. In observationibus autem si non intelligantur, seruitus sola est, qualis erat in populo Iudaeorum, & est usque adhuc. Si autem & obseruentur illa & intelligantur, non modo nihil obstant, sed etiam profunt aliquid si temporis congruant, sicut ab ipso Moyse prophetisque obseruata sunt congruentibus illi populo, cui adhuc talis seruitus utilis erat, ut sub timore custodiretur. Nihil enim tam pie terret animam quam sacramentum non intellectum. Intellectum autem gaudium participium. Et celebratur libere si opus est tempore. Si autem non est opus, cum suauitate spirituali tantummodo legitur & tractatur. Omne autem sacramentum cum intelligitur, aut ad contemplationem ueritatis refertur, aut ad bonos mores. Contemplatio ueritatis in solius dei dilectione fundata est. Boni mores, in dilectione Dei & proximi, in quibus duobus praeceptis tota lex pendet & prophetae. Non enim qui in manifesto Iudaeus est, neque qui in manifesto in carne est circumcisus, sed qui in abscondito Iudaeus est, & circumcisus cordis in spiritu non littera cuius laus non ex hominibus sed ex deo est.

Ex tracta.

Psalm. 75.

& sunt Iudaei in circumcisioe cordis. Patres nostri multi sancti, & circumcisioem carnis habebant propter signaculum fidei, & circumcisioem cordis propter ipsam fidem. Ab his partibus degenerates isti qui modo in nomine gloriantur, & facta perdididerunt, ab his ergo partibus degenerantes, remanserunt in carne Iudaei in corde pagani. Ipsi enim Iudaei qui sunt ex Abraham, a quo Isaac natus est, et ex illo Iacob, & ex Iacob duodecim patriarchae, & populus uniuersus Iudaeorum. Sed Iudaei maxime appellati sunt, quia Iuda unus erat de filiis duodecim Iacob, & de stirpe eius regnum ueniebat Iudaeis. Nam primo de alia tribu datus est Saul et reprobatus tanquam malus rex. Postea datus est de tribu Iuda rex Dauid, & ex illo de tribu Iuda fuerunt reges. Iacob autem ille hoc dixerat quando benedixerat filios suos. Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec ueniat cuius promissum est. De tribu autem Iuda, uenit dominus noster Iesus Christus. Est enim sicut scriptura dicit, ex semine Dauid natus de Maria. Caeterum quod attinet ad diuinitatem domini nostri Iesu Christi in qua aequalis est patri, non solum ante Iudaeos, sed etiam ante ipsum Abraham, non solum ante Abraham, sed & ante Adam, nec solum ante Adam, sed ante caelum, & terram, & ante secula, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quia ergo in prophetia dictum est, non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius donec ueniat cui repromissum est, considerant ergo priora tempora, & inueniunt quia Iudaei de tribu Iuda semper reges habuerunt, unde Iudaei dicti sunt, & non habuerunt prius regem alienigenam, nisi Herodem illum qui fuit quando dominus natus est. Inde ceperunt reges alienigenae ab Herode. Ante Herodem omnes de tribu Iuda, sed donec ueniret cui repromissum est. Ipso itaque iam ueniente domino reuersum est regnum Iudaeorum, & sublatum est ex Iudaeis. Modo non habent regnum, quia non uenerunt cognoscere uerum regem. Iam uideat si Iudaei sunt appellandi. Ipsi uoce sua abdicauerunt se ab isto nomine, ut Iudaei non sint digni appellari, nisi tantum carne. Vbi se ergo se paruauerunt ab isto nomine, dicebant, se uidebant in Christum, id est genus Iudaeorum seruiebant in semine Dauid. Erant illis Pilatus Regem uestrum crucifigam. Et illi. Non habemus regem nisi Caesarem. O Iudaei, qui uocamini Iudaei & non estis, si non habetis regem nisi Caesarem, defecit iam princeps ex Iuda, uenit ergo ille cui repromissum est. Illi ergo uerius Iudaei, qui Christum non crediderunt, etiam nomen ipsum perdere digni fuerunt. Iudaea ergo uera Christi ecclesia est, credens in illum Regem qui uenit ex tribu Iuda per uirginem Mariam, credens in illum de quo Apostolus scribens ad Timotheum, dicit. Memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euangelium meum.

Gen. 49.

Iodt. 1.

Iodt. 19.

Ibidem

Tim. 2.

secundum

CAPVT TERTIVM.

Quid ergo amplius Iudaeo, aut quae utilitas circumcisiois? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia creata sunt illis eloquia Dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Absit. Est autem Deus uerax. Omnis autem homo mendax, sicut scriptum est.]

Ex tractatu Psal. 115.

Ego autem dixi in extasi mea, omnis homo mendax. Conterritus enim respexit infirmitatem suam, & uidit non de se sibi esse praesumendum. Quantum enim ad ipsum hominem pertinet mendax est, sed gratia Dei uerax est effectus, ne pressuris inimicorum cedens, non loqueretur quod crediderat, sed negaret, sicut Petro accidit quoniam de se praesumpserat, & docendus erat de homine non esse praesumendum, utique nec de seipso, quia homo est. Bene ergo iste uidit in pauore suo, omnem hominem esse mendacem, quia illi qui nullo pauore ualescunt, ne persequentibus cedendo mentiantur, muneribus Dei tales sunt non uiribus suis. Proinde uerissime dictum est. Omnis homo mendax. Sed Deus uerax, qui ait, Ego dixi dii estis & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. Consolatur humiles, & implet eos non solum fide credenda, sed etiam fiducia praedicanda ueritatis, si perseverantes subdantur Deo, nec imitentur unum ex principibus diabolum, qui in ueritate non stetit & cecidit. Si enim omnis homo mendax, in tantum non erunt mendaces in quantum non erunt homines, quoniam dii erunt & filij altissimi. Verbi gratia, potens aliquis petit a te propter praedam suam, propter rapinam suam, ministerium falsi testimonij. Negas tu, negas falsum, ne neget uerum. Ne multis immerer, ille irascitur. Potens est, praemit. Accedit amicus qui non uult esse in pressura, non uult esse in malo. Rogo te, fac quod dicitur, Quid magnum est? Iam forte quomodo & Satanas domino, Scriptum est de te, quia angelis suis mandauit de te, ne offendas ad lapidem pedem tuum. Forte & iste amicus tuus quia uidet te Christianum, de lege tibi uult persuadere, quod putat te debere facere. Fac quod dicit. Quid hoc quod uult ille. Sed timendum est, falsum est. Non legisti, omnis homo mendax? Iam iste scandalum est. Amicus est. Quid facturus es? Oculum est, manus est, amputa, & projice abs te. Noli consentire. Responde illi & ad hoc, ne sibi uideatur aliquid dixisse ad suadendum mendacium testimonium de lege proferens, & argens te de lege contra legem. In lege enim scriptum est. Falsum testimonium ne dicas. & in lege scriptum est, Omnis homo mendax. Hoc ergo ei responde qui dicit, mentire, quia scriptum est, Omnis homo mendax. Non mentior, quia scriptum est, Os quod mentitur occidit animam. Non mentior, quia scriptum est, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Non mentior, quia scriptum est, falsum testimonium non dices. Vregeat sicut pressuris carnem meam, cui displice

Psalm. 119.

Psalm. 181.

Psalm. 50.

Deut. 5.

Sapi. 1.

Psalm. 5.

ceo in ueritate. audio dominum meum, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Quomodo ergo omnis homo mendax? An forte non es homo? Responde cito & uerum est. Ethomo non sum, ne mendax sim. Videte enim. Deus de caelo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens & requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Quare? Quia filij hominum esse uoluerunt. Ut autem eos ab his iniquitatibus tolleret, redimeret, curaret, sanaret filios hominum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quid ergo mirum? homines eratis, mendaces eratis. Omnis enim homo mendax. Accedit uobis gratia dei dat uobis potestatem filios dei fieri. Audite uocem patris dicentis. Ego dixi dii estis, & filij altissimi omnes. Quoniam omnes filij hominum, si non filij altissimi, mendaces, quia omnis homo mendax. Si filij Dei, si gratia saluatoris redempti, si precioso sanguine comparati, si aqua & spiritu renati, si ad hereditatem caelorum praedestinati, utique filij Dei. Ergo iam dii. Quid ad te, uult mendacium?

Luc. 18. *Psalm. 58.* *Iodt. 1.* *Psalm. 81.* *Psalm. 90.* *Ex tractatu Psal. 50.* *Iodt. 10.* *Ex libr. de gratia & lib. arbit.* *Rom. 5.*

Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est deus, qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? Si enim ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor?]

Qui dicat, difficile est aduertere. Deo utique loquitur, & manifestum est quia Deus pater non est iudicatus. Quid est, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris? Videt futurum iudicem iudicandum, iudicandum a peccatoribus iustum, & in eo uincentem, quia quod in illo iudicaretur non erat. Huic utique nullum habenti peccatum, dicit in prophetia praesenti Dauid. Tibi soli peccaui & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Superas enim omnes homines, omnes iudices, & qui se putat iustum, coram te iniustus est. Tu solus iudicas iuste, iniuste iudicaris, qui potestatem habes ponendi animam tuam, & potestatem habes iterum sumendi eam. Vincis ergo cum iudicaris, omnes homines superas, quia plus es quam homines, & per te facti sunt homines.

Et non sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala ut ueniant bona, quorum damnatio iusta est.]

Peruersi homines, procliuus ad reprehendendum, non idonei ad intelligendum, putabant & iactabant apostolos dicere. Faciamus mala ut ueniant bona. quod absit ut apostoli dicerent. Sed homines non intelligentes hoc putabant dici, quando audiebant quod dixit Apostolus. Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Sed utique gratia id agitur ut iam fiant bona ab eis qui fecerant mala, non ut perseverent in malis, & reddi sibi existiment bona. Non itaque dicere debent, faciamus

Cc

ciamus

ciamus mala ut ueniat bona, sed fecimus mala & uenerunt bona. Iam faciamus bona, ut in futuro seculo recipiamus pro bonis bona, qui in hoc seculo recepimus pro malis bona. Propter quod scriptum est in Psalmo. Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine.

Psal. 100.

In expositione ad Galat.

Contentionem ipsam dirimit, & litem componit, quae inter eos qui ex Iudaeis, & eos qui ex gentibus crediderunt, orta erat, cum illi tanquam ex meritis operum legis sibi redditum Euangelij primum arbitrarerentur. Quod primum, incircuncisis nolebant dari, illi contra, Iudaeis se praefere gestiebant tanquam interfectores Domini.

Psal. 13.

Causati enim sumus Iudaeos & Graecos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est. Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum.]

Vsque non est timor Dei ante oculos eorum. Dominus de caelo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirens Deum.

Ex tractatu Psal. 13.

Super Iudaeos potest intelligi, ut honoratus eos appellauerit filios hominum propter unius Dei cultum, in comparatione gentiliu, de quibus arbitror superius dictum. Dixit imprudens in corde suo, non est Deus & cetera.

Psal. 52.

Prospicit autem dominus ut uideat per animas sanctas suas, quod significat id quod dictum est de caelo. Nam per seipsum nihil eum latet.

Omnes declinauerunt, simul inuitiles facti sunt.] Id est Iudaei tales facti sunt quales & gentes, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.]

Usque ad unum, uel cum ipso uno potest intelligi, ut nullus hominum intelligatur, uel praeter unum, ut accipiatur dominus Iesus Christus. Sicut dicimus iste ager usque ad mare est, non utique simul computamus & mare. Et iste est melior intellectus, ut nemo hominum unquam intelligatur fecisse bonitatem usque ad Christum, quia non potest quisquam hominum nisi ipse monstrauerit facere bonitatem. Et illud uerum est, quia usquequo quisque cognoscat unum deum, non potest facere bonitatem. Sepulchrum patens est guttur eorum.]

Psal. 5.

Ut uoracitas significatur inhiantis gulae aut in allegoria, quia occidunt & quali deuorant interfectos, eos quibus suorum morum peruersitatem persuadent. Cui simile est e contrario quod Petro dictum est, Macta & manduca. Ut in suam fidem & bonos mores conuerteret gentes.

Actu. 10.

Linguis suis dolose agebant.] Id est, linguis suis malis. Nam hoc uidetur significare quod ait suis. Mali enim malas habent linguae, id est mali loquuntur dolum. Quibus Dominus dicit. Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?

Matt. 22.

Venenum aspidum sub labijs eorum.] Venenum, dolum dicit. Aspidum autem, quia noluit audire praeccepta legis, sicut aspides nolunt audire uerba incantatis. Quod in alio Psalmo euidentius dicitur,

Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.] Hoc est uenenum aspidum. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.] Consuetudine malefaciendi.

Contritio & infelicitas in uis eorum.] Omnes enim malorum hominum uiae, plene sunt laboribus & miseria. Ideo Dominus clamat. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & uos reficiam. Tollite iugum meum super uos, & discite quoniam mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum leue est, & sarcina mea leuis est.

Et uiam pacis non cognouerunt.] Hanc utique quam Dominus ut dixi commemorat in iugoleni, & sarcina leui.

Non est timor Dei ante oculos eorum.] Isti non dicunt, non est deus, sed tamen non timent Deum.

Scimus autem quoniam quaecumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur.]

In istis enim erat per transgressionem legis consistenda superbia, qui gloriantes de patre Abraham, quasi naturalem se factabant habere iustitiam, & merita sua incircuncisis ceteris gentibus tanto perniciosius quanto arrogantius praeferebant. Gentes autem facillime, etiam sine huiusmodi legis transgressionem humiliarentur. Homines enim nullam ex parentibus originem iustitiae se trahere praudentes, simulacrorum etiam seruos inuenit euangelica gratia. Non enim sicut istis dici poterat, non fuisse illam iustitiam parentum eorum in colendis idolis quam esse arbitrabantur, ita etiam Iudaeis dici poterat, falsam fuisse iustitiam patris Abraham. Denique illi infideles de oliua sua facti, hi autem fideles de oleastro in oliua illorum inserti esse monstrantur. Illorum ergo erat de legis transgressionem atterenda superbia. Ideo cum scripturarum uerbis peccata eorum exaggerasset, scimus autem, inquit, quoniam quaecumque lex dicit, his qui in lege sunt loquitur, ut omnes obstruatur, & reus fiat omnis mundus Deo. Iudaei scilicet et de transgressionem legis, & gentes de impietate sine lege. Unde & iterum ait.

Concluit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium miscereatur. Concluit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur creditibus. Ita Dominus, ita fac misericors Domine. Impera quod non possit impleri, immo impera quod non nisi per tuam gratiam possit impleri. Ut cum homines per suas uires id implere nequiuerint, omnes obstruatur, & nemo sibi magnus uideatur. Sin omnes paruuli, & reus fiat omnis mundus tibi, quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram te.

Ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo.] Ut etiam iustorum omnes obstruatur in laude sua, & non aperiatur nisi in laudem Dei.

Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.]

Ex

In expositione necepihole ad Galat.

Ex operibus legis, cum suis uiribus ea quaeque tribuit non gratiae miserantis Dei, non iustificabitur omnis caro, id est omnis homo, siue omnis carnaliter sentiens. Et ideo illi qui cum iam essent sub lege, Christo crediderunt, non quia iusti erant, sed ut iustificarentur, uenerunt ad gratiam fidei. Destruxit autem superbiam gloriam de operibus legis, quae destrui & deberet & posset, ne gratia fidei uideretur non necessaria, si opera legis etiam sine ulla iustificare crederentur. Ille autem iustificatur apud Deum, qui eum gratis colit, non scilicet cupiditate appetendi aliquid ab ipso praeter ipsum, aut timore amittendi. In ipso enim solo uere nostra beatitudo, atque perfecta est. Et quia inuisibilis est oculis carnis, fidelitudo autem quando in hac carne uiuimus, sicut idem apostolus dixit. Quod autem nunc uiuimus in carne, in fide uiuimus filij dei. Et ipsa est iustitia, quo pertinet quod dictum est, quia iustus ex fide uiuit. Non iustificabitur ex lege omnis caro coram ipso.

Ex tractatu Psal. 118. Matt. 22.

Ex lib. de spiritu et littera

Hactenus ex Psal. 52.

In expositione necepihole ad Galat.

Ex lib. de gratia & libero arbi.

Ex lib. contra chrid.

1. Pet. 2.

Per legem enim cognitio peccati.] Cognitio dixit non consummatio. Quando autem cognoscit homo peccatum, si non adiuuet gratia ut caueatur cognitum, sine dubio lex iram operatur. Quod alio loco ipse apostolus dicit. Ipsi enim uerba sunt, lex iram operatur. Hoc dixit, quia ira Dei maior est in prauaricatore, qui per legem cognoscit peccatum & tamen facit. Talis quippe homo prauaricator est legis, sicut & in alio loco dicit. Vbi enim lex non est, nec prauaricatio. Propter hoc & alibi dicit. Ut seruamus in nouitate spiritus, & non in uetustate litterae, legem uolens intelligi littere uetustate, nouitatem uero spiritus quid nisi gratiam? Et ne putaretur accusasse legem uel reprehendisse, continuo sibi opposuit questionem, & ait. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Deinde subiunxit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Hoc est quod dixerat, per legem cognitio peccati. Nam concupiscentiam nesciebam (inquit) nisi lex diceret, non concupisces. Fides namque impetrat quod lex imperat. Nam si ne Dei dono, id est sine spiritu sancto per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, iubeat lex poterit non iuuare, & prauaricatorem insuper facere, qui de ignorantia se excusare non possit. Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non est charitas. Sed cum in altissimis ignorantiae tenebris nulla resistente ratione secundum carnem uiuatur, haec sunt prima hominis. Deinde cum per legem cognitio fuerit facta peccati, si nondum diuinus adiuuat spiritus, secundum legem uolens uiuere uiuatur, & sciens peccat, peccatoque subditus seruit. A quo enim quis deuius est, huic & seruus additus est. id est agente scientia mandati, ut peccatum operetur in homine omnem concupiscentiam cumulo prauaricationis adiecto, atque ita quod scriptum est impleatur. Lex autem subintrauit ut abundaret delictum. Haec sunt secunda hominis. Si autem respexerit de

us ut ad implenda quae mandat ipse adiuuare credatur, & agi homo coeperit Dei spiritu conspicitur aduersus carnem fortiore robore charitatis, ut quamuis adhuc sit quod homini repugnet ex homine, nondum tota infirmitate sanata, ex fide tamen iustus uiuat. Iusteque uiuat in quantum non cedit malae concupiscentiae, uincente delectatione iustitiae. Haec sunt tertia bonae spei hominis. In quibus si pia perseuerantia quisque perficiat postrema pax restat, quae post hanc uitam in requie spiritus, deinde in resurrectione etiam carnis implebitur. Harum quatuor differentiarum prima est ante legem. Secunda sub lege. Tertia sub gratia. Quarta in pace plena atque perfecta. Sic est & Dei populus ordinatus per interualla temporum, sicut deo placuit, qui in mensura & numero & pondere cuncta disponit. Nam fuit primitus ante legem: secundo sub lege, quae reuelata est per primum mediatoris aduentum. Quae quidem gratia nec antea defuit quibus eam oportuit impertiri, quamuis pro temporis dispensatione uelata & occulta. Neque enim antiquorum quicumque iustorum praeter fidem Christi salutem potuit inuenire. Aut uero nisi & illis cognitum fuisset, non potuisset nobis per eorum ministerium, alias a peritius, alias occultius prophetari.

Quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram Deo. Potest enim fieri coram hominibus, non autem coram illo qui cordis ipsius & intimae uoluntatis inspector est. Vbi uidet etiam si aliud faciat qui legem timet quid tamen mallet facere si liceret. Ac ne quisquam putaret hic Apostolum ea lege dixisse neminem iustificari, quae in sacramentis ueteribus multa continet figurata praeccepta: unde etiam ipsa est circumcisio carnis, quam die octauo accipere paruuli iussi sunt: continuo subiunxit quam legem dixerit, & ait. Per legem enim cognitio peccati. Illa igitur lex est, de qua postea dicit. Peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, non concupisces. Nam quid aliud est, Per legem enim cognitio peccati? Hic forte dicat humana illa praesumptio, ignorantiae Dei iustitiam, & suam uolens constitueret merito dixisse Apostolum, quia ex lege nemo iustificabitur. Ostendit enim lex tantummodo quid faciendum, quid uel cauedum sit, ut quod illa ostenderit, uoluntas adimpleat, ac sic homo iustificet. Sed o homo attende quid sequatur.

Nunc autem, inquit, iustitia dei sine lege manifestata est, testificata a lege & prophetis.]

Parum ne insonat surdis? Iustitia inquit dei manifestata: hanc ignorant qui suam uoluntate constitueret: huic nolunt esse subiecti. Iustitia, inquit, dei manifestata est. Non dixit iustitia hominis uel iustitia proprie uoluntatis. Iustitia dei, non qua iustus est Deus, sed qua induit hominem cum iustificat impium. Haec testificatur per legem, & prophetas. Huic quippe

Sapi. 11.

Ex lib. de spiritu et littera

pe testimonium perhibent lex & propheta. Lex quidem hoc ipso quod iubendo, & minando, & neminem iustificando, satis indicat do- no dei iustificari hominem per adiutorium spi- ritus. Propheta autem, quod id quod predix- erunt, Christi aduentus impleuit. Nam hinc se- quitur, & adiungit dicens.

Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum.]

Hoc est per fidem qua creditur in Christu. Sicut autem ista fides Christi dicta est non qua credit Christus, sic illa iustitia dei, non qua iustus est deus. Vtrique enim nostrum est. Sed ideo dei & Christi dicitur, quod eius nobis largitate donatur. Iustitia ergo sine lege, non sine lege manifestata. Quomodo enim per legem testi- ficata, si sine lege manifestata? Sed iustitia dei sine lege est, quam deus per spiritum gratiae credenti confert sine adiutorio legis, hoc est, non adiutis lege. Quandoquidem per legem ostendit homini infirmitatem suam, ut ad eius misericordiam iam per fidem confugiens sanaretur. De sapientia quippe eius dictum est, quod legem & misericordiam in lingua por- tat. Legem scilicet, qua reos faciat superbos. Misericordiam vero, qua iustificet humiliatos.

Iustitia ergo dei per fidem Iesu Christi in oes qui credit.]

Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & e- gent gloria dei.]

1. Cor. 4. Non gloria sua. Quid enim habent quod non acceperunt? Si autem acceperunt, quid gloriantur qualis non acceperint? Egent itaque gloria dei. Et uide quid sequatur.

Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiationem per si- dem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae propter re- missionem praecedentium delictorum in sustentatione dei ad os- tentionem iustitiae eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus & ius- tificans eum qui ex fide est Iesu Christi.]

Non itaque iustificati per legem, non iusti- ficati per propriam uoluntatem, sed iusti- ficati per gratiam ipsius. Non quod sine uolun- tate nostra fiat: sed uoluntas nostra ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia uoluntatem, & sanata uoluntas impleat legem, non consti- tuta sub lege, nec indigens lege. Nunc autem si- ne lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & pro- phetas. Euangelium enim testimonium habet ad

Ex tractatu psal. 90. in proaemio

Ex tractatu psal. 118.

ter utranque personam medius saluator effulsi- t. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei.] Omnes igitur prauaricantes gratia Salua- toris inuenit, alios magis, alios minus. Quan- to enim legis maior in quocumque cognitio, tanto minor peccati excusatio. Quanto mi- nor peccati excusatio, tanto manifestior prauaricatio. Restabat ergo, ut omnibus non sua, sed Dei, id est a Deo donata iustitia subueni- ret. Vnde ait apostolus. Per legem cognitio peccati. Non ergo oblatio, sed cognitio. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est per legem & prophetas. Proinde etiam iste subiunxit. Propterea (inquit) dilexi testimo-

nia tua. Ac si diceret. Quoniam lex siue in pa- radiso data, siue naturaliter insita, siue in lite- ris promulgata, prauaricatores fecit omnes peccatores terre, propterea dilexi testimonia tua quae sunt in lege tua de gratia tua, ut non sit, in me iustitia mea sed tua. Lex enim ad hoc prodest, ut mittat ad gratiam. Non solum enim attestatur manifestandae iustitiae dei quae sine lege est, uerum etiam hoc ipso quod eos quos prauaricantes facit, ita ut etiam litera oc- cidat, ad uiuificantem spiritum confugere timore compellit, per quem peccatorum delea- tur uniuersitas, & recte factorum charitas in- spiretur. Omnes peccauerunt & egent gloria dei. Et si enim iam sumus in Christo noua creatura, ta- men eramus natura filij irae sicut & ceteri. De- us autem qui diues est in misericordia, prop- ter multam dilectionem qua dilexit nos, cum essemus mortui delictis, conuiuificauit uos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Haec igitur Christi gratia sine qua nec infantes, nec gra- tate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur sed gratis datur: propter quod gratia nominatur. *Iustificati (inquit) gratis per sanguinem ip- sius.* Vnde hi qui non per illam liberantur, si- ue quia audire nondum potuerunt, siue quia obedire noluerunt, siue etiam cum per atate audire non possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salui fierent, non acceperunt: iuste utique damnantur, quia si- ne peccato non sunt, uel quod originaliter tra- xerunt, uel quod malis moribus addiderunt. Omnes enim peccauerunt siue in Adam, siue in semetipsis, et egent gloria dei. Vniuersa igitur massa poenas debet. Et si omnibus debitam damnationis supplicium redderetur, non in- iuste proculdubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non uasa meritorum suorum, sed uasa misericordiae nominantur. Cuius misericordiae, nisi illius, qui Christum misit in hunc mundum peccatores saluos fa- cere, quos praeciuit & praedestinauit & uoca- uit, & iustificauit, & glorificauit? Quis igitur usque adeo dementissime insaniam, ut non agat ineffabiles gratias misericordiae quos uolu- it liberantis, qui recte nullo modo posset cul- pare iustitiam uniuersos omnino damnantis?

Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem?

Factorum? Non. Sed per legem fidei.]

Sine gloriationem dixerit laudabilem quae in domino est, eamque exclusam, id est non ut abscederet pulsam, sed ut emineret expres- sam. Vnde & exclusores dicuntur quidam ar- tifices argentarij, hinc est & illud in psalmis. Ut excludantur hi qui probati sunt argento, id est, ut emineant hi qui probati sunt eloquio dei. Nam & alibi dicitur. Eloquia domini elo- quia casta, argentum igne examinatum. Siue gloriationem uitiiosam de superbia uenientem commemorare uoluerit, eorum scilicet qui est sibi iuste uidentur uiuere, ita gloriantur quae si non acceperint. Eamque non per legem factio- rum sed per legem fidei dicit exclusam, id est

Ex lib. de spi- ritu et litera

Ex lib. de spi- ritu et litera

Ex lib. de spi- ritu et litera

psal. 118.

Ex lib. de na- tura et gra- tia

Ex lib. de spi- ritu et litera

psal. 72.

psal. 11.

eie-

etiam & abiectam. Quia per legem fidei quisque cognoscit siquid bene uiuit Dei gratia se habe- re, & ut perficiatur in dilectione iustitiae non se aliunde consecuturum. Quae cogitatio pi- um facit, quia pietas est uera sapientia. Pietas- tem dico, quam Graeci Theosebiam uocant. Ipsa quippe commendata est, cum dictum est homini quod in libro Iob legitur. Ecce pietas est sapientia. Theosobia porro si ad uerbi ori- ginem Latine expressam interpretaretur, dei cultus dici poterat. Qui in hoc maxime con- stitutus est, ut anima ei non sit ingrata: unde & in ipso uerissimo & singulari sacrificio do- mino deo nostro agere gratias admonemur. Erit enim ingrata, si quod illi ex deo est, sibi tri- buerit, praecipueque iustitiam, cuius operibus uelut proprijs & uelut a semetipsa sibi met par- tis non uulgariter tanquam ex diuitijs aut mem- brorum forma, aut eloquentia, caeterisque siue externis siue corporis siue animi bonis que ha- bere etiam scelerati solent, sed tanquam de his quae proprie sunt bona bonorum, qualis sa- pienter inflatur. Quo uicio repulsi a diuina sta- bilitate substantiae etiam quidam magni uiri, ad idololatriam dedecus deluxerunt.

Ex lib. 2. de bap- tismo paruuloru

Lex ergo factorum, id est operum, per qua non excluditur illa gloriatio, & lex fidei per quam excluditur, quo inter se differunt ope- reprecium est considerare, si tamen ualeamus aduerrere atque discernere. Recte enim quisque dixerit legem operum esse in Iudaismo, legem autem fidei in Christianismo: propterea quia circumcisio ceteraque opera talia legis sunt, quae Christiana iam disciplina non seruat. Sed quan- tum fallat ista discretio, iam diu quidem est ut molimur ostendere: uerum tamen quoniam magna est res, non incongruenter in ea mani- festanda, pluribus etiam atque etiam testimonijs immoramur. Ipsa enim dicit legem ex qua nemo iustificatur, quam dicit subintrasse, ut a- bundaret delictum. Quam tamen ne quisquam ob hoc imperitus argueret, & sacrilegus accu- sare, defendit eam dicens. Quid igitur dice- mus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscen- tiam nesciebam, nisi lex diceret, Non con- cupisces. Occasione itaque accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Dicit etiam. Lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bo- num: sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mortem. Ipsa est ergo li- tera occidens quae dicit, non concupisces, de qua item dicit quod paulo ante commemorauit. Per legem enim cognitio peccati. Deinde subinfert unde nunc agimus. Vbi est ergo glo- riatio tua? Exclusa est. Per quam legem? factio- rum? non, sed per legem fidei. Lex ergo ista factio- rum, ipsa est quae dicit, non concupisces, quia per illam cognitio peccati est. Uolo ergo scire, si quis mihi dicere audeat. utrum lex fidei non dicat, non concupisces. Si enim non dicit, quid caue est cur non in ea positi securi atque

Rom. 7.

Ex lib. de spi- ritu et litera

psal. 72.

psal. 11.

eie-

impune peccemus? Hoc enim & illi putauerunt apostolum dicere, de quibus ait. Et sicut dicitur quidam faciamus mala ut ueniant bona, quo- rum damnatio iusta est. Si autem dicit etiam ipsa, non concupisces, sicut multa praecipita ex- tangelica testificari & clamare non cessant, quare lex factorum etiam ipsa non dicitur? Ne- que enim quia non habet opera ueterum sa- cramentorum, circumcisionis uidelicet atque cae- terorum, ideo non sunt opera quae habet in sa- cramentis suis huic temporis congruis. Aut ue- ro de operibus sacramentorum quaestio fuit, quando mentio legis ob hoc fiebat, quia per ipsam cognitio peccati est, & ideo ex ea nemo iustificatur? Vnde non per illam exclusa est gloriatio, sed per legem fidei ex qua iustus uiuit, sed nunquid & per istam non sit cog- nitio peccati, eam & ipsa dicat, non concupisces? Quid igitur est? Breuiter dicam. Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. Illa dicit, non concupisces, ista dicit. Cui scire quia nemo potest esse cotinens nisi de- us det, & hoc ipsum erat sapientia. scire cuius es- set hoc donum, ad hunc dominum & deprecatus sum. Ipsa est illa sapientia quae pietas uocatur, qua

Col. 1.

colitur pater luminum, a quo est omne darum op- timum omne donum perfectum. Colitur autem sacri- ficio laudis, actionibusque gratiarum, ut cultor eius non in seipso sed in illo gloriatur. Ac per hoc lege operum dicit deus, fac quod iubeo. Le- ge fidei dicitur deo. Da quod iubes. Ideo enim iubet lex, ut admoeat quid faciat fides. Id est ut cui iubetur, si nondum potest, sciat quid pe- tat. Si autem continuo potest, & obedienter fa- cit, debet etiam scire quo donante possit. Non enim spiritum huius mundi accepimus, ait iz- dem constantissimus gratiae praeicator, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quae a deo donata sunt nobis. Quis est autem spiritus hu- ius mundi nisi superbia spiritus, quo cor insipiens obscuratum est eorum qui cogniti deum, non ut deum gratias agendo glorificauerunt? Nec alio spi- ritu decipiuntur & illi, qui ignorantes dei ius- titiam & suam uolentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti. Vnde mihi magis uide- tur esse fidei filius, qui nouit a quo speret quod nondum habet, quam qui sibi tribuit id quod habet. Quamuis utriusque horum praefendus sit, qui & habet & nouit a quo habet, si tamen non se credat esse quod nondum est, ne inci- dat in uicium illius Pharisei, qui quamquam Deo gratias ageret ex his quae habebat, nihil tamen petebat dari sibi, tanquam nihilo indigeret ad augendam perficiendamque iustitiam. His igitur consideratis pertractatisque pro uiribus, quas dominus dare dignatur, colligimus, non iusti- ficari hominem praecipitis bonae uitae, nisi per fidem Iesu Christi, hoc est, non lege operum sed fidei, non litera sed spiritu, non factorum me- ritis sed gratuita gratia. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? factio- rum? Non. Sed per legem fidei. Haec est lex fi- dei qua credimus & oramus per gratiam no-

Ex tractatu psal. 117.

Ex tractatu psal. 117.

Ex tractatu psal. 117.

Ex tractatu psal. 117.

Et bis

bis donari, ut faciamus quod per nosmetipsos implere non possumus, ne ignorantes dei iustitiam, & nostram uolentes constituere, iustitiae dei non sumus subiecti. In lege itaque factorum est dei iubentis iustitia, in lege autem fidei subuenientis misericordia.

Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudaeorum deus tantum? Nonne & gentium? Immo & gentium.]

Ex sermone de immolatione Iuac ad Gal. 4

10 **C**redidit Abraham deo & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Quod credidit deo, intus in corde, in sola fide est. Quod autem immolandum filium duxit, quod intrepidus dexteram armauit, quod iam feriret nisi uoce teneretur, magna fides est utique, sed & magnum opus. Et ipsum opus laudauit deus, cum diceret, quoniam exaudisti uocem meam. Quare ergo Apostolus Paulus ait, Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis? Et alio loco dicit. Est fides quae per dilectionem operatur. Quomodo fides per dilectionem operatur, & quomodo iustificatur homo per fidem sine operibus legis?

Gal. 5.

Credidit aliquis, percepit fidei sacramenta, et mortuus est, defuit illi operandi tempus. Quid dicimus? Quia non est iustificatus? Plane dicimus iustificatum, credentem in eum qui iustificat impium. Ergo iste iustificatus est, & operatus non est. Impletur sententia apostoli dicentis. Arbitror iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Latio qui cum Domino crucifixus est corde credidit ad iustitiam, ore confessus est ad salutem. Nam fides quae per dilectionem operatur, & si non sit in quo exterius operetur, in corde tamen illa feruens seruat. Nam erant quidam in lege qui de operibus legis gloriabantur, quae fortasse non dilectione, sed timore faciebant: & uolebant se iustos uideri, & praeponi gentibus, quae opus legis non fecerant. Apostolus autem praedicans fidem gentibus, cum eos qui accedebant ad dominum, uideret iustificatos ex fide, ut iam qui crediderant bene operarentur, non quia bene operati sunt credere mererentur, exclamauit securus & ait, quia potest iustificari homo ex fide sine operibus legis, ut illi magis non fuerint iusti, qui quod faciebant timore faciebant, cum fides per dilectionem operetur in corde, etiam si foris non exit in opere. Apostolus praedicans iustificari hominem per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis qui sic dictum acceperunt, ut putarent cum semel in Christum credidissent, etiam si male operarentur, & facinorose flagitiosesque uiuerent, saluos se esse per fidem posse. Apostolus autem Iacobus eundem sensum Pauli apostoli quomodo sit intellegendum exponit. Ideoque etiam Abraham magis exemplo utitur, uacuum esse fidem si bene non operetur: quoniam Abraham exemplo etiam Paul. apost. usus est, ut probaret iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Cum enim bona opera commemorat Abraham quae eius fidem comitantur, satis ostendit aposto-

Ex libro quaest. 83.

20 30 40 50 60 lum Paulum non ita per Abraham docere iustificari hominem per fidem sine operibus, ut si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari: sed ad hoc potius, ut nemo arbitretur meritis priorum bonorum operum se peruenisse ad donum iustificationis quae est in fide. In hoc enim se gentibus in Christum creditibus Iudaei praeferrere cupiebant, quod dicebant se meritis bonorum operum quae per legem sunt peruenisse ad euangelicam gratiam. Ideoque scandalizabantur multi qui ex eis crediderat, quod in circuncisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde apostolus Paulus dicit, posse hominem sine operibus, sed praecedentibus iustificari per fidem. Nam iustificatus per fidem quomodo potest nisi iuste deinceps operari, quoniam nihil antea iuste operatus, ad fidei iustificationem peruenit, non merito honorum operum, sed gratia dei, quae uti acare in illo non potest, cum iam per dilectionem bene operatur? Quod si cum crediderit, mox de hac uita decellerit, iustificatio fidei manet cum illo, nec praecedentibus bonis operibus: quia non merito ad illam, sed gratia peruenit, nec consequentibus, quia in hac uita esse non sinitur. Vnde manifestum est, quod Paulus apostolus dicit. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus, non ita intelligendum esse, ut accepta fide si uixerit dicamus eum iustum, etiam si male uixerit. Ideo exemplo Abraham & apostolus Paulus utitur, quia sine operibus legis quam non acceperat per fidem iustificatus est: & Iacobus quia fide ipsius Abraham opera bona consecuta esse demonstrat, ostendens quem ad modum intelligendum sit quod Paulus apostolus praedicauit. Nam qui putant istam Iacobi apostoli sententiam contrariam esse illi Pauli apostoli sententiae, possunt arbitrari ipsum Paulum etiam sibi esse contrarium, quia dicit alio loco. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Et alio loco. Sed fides quae per dilectionem operatur. Et iterum. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem spiritu, facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quae sunt autem facta carnis quae operibus spiritalibus mortificanda sunt, alio loco demonstrat dicens: Manifesta autem sunt opera carnis. Quae sunt fornicationes, immundities, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comestiones, & his similia, quae praedico uobis sicut praedixi quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Et ad Corinthios ait. Nolite errare, neque fornicatores, neque idolis seruietes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Et haec aliquando quidem iustis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Quibus sententiis manifestissime ostendit

Rom. 20.

1. Cor. 4.

et, non eos praeterito bono opere ad fidei iustificationem peruenisse. nec meritis eorum ad istam gratiam, cum dicit. Et haec quidem sunt istis. Sed cum dicit, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt, satis ostendit iam ex quo crediderunt, bene debere operari: quod & Iacobus ait. Et multis omnino locis idem Apostolus Paulus satis aperte praedicat recte uiuendum omnibus qui in Christo crediderunt, ne ad poenas perueniant, quas & dominus ipse commemorat dicens. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est. Et alibi. Ut quid mihi dicitis domine domine, & non facitis quae dico uobis? Et omnis qui audit uerba mea haec, & facit ea, simulabo eum uiro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram &c. Et qui audit uerba mea haec & non facit ea, si mulabo eum uiro stulto, qui aedificauit domum suam supra arenam &c. Quapropter non sunt sibi contraria duorum apostolorum sententiae Pauli & Iacobi, cum dicit unus iustificari hominem per fidem sine operibus, & alius dicit inanem esse fidem sine operibus quia ille dicit de operibus quae fidem praecedunt: iste autem de his quae fidem sequuntur, sicut etiam ipse Paulus multis in locis ostendit. Cum ergo dicit apostolus arbitrari iustificari hominem per fidem sine operibus legis, non hoc agit ut percepta ac proflata fide opera iustitiae contemnantur, sed ut sciat se quisque per fidem posse iustificari, etiam si legis opera non praecesserint. Sequuntur enim iustificationem, non praecedunt iustificandum. Quoniam ergo haec opinio non licet exorta, alia apostolica epistola Petri anno, Iacobi, Iudae, contra eam maxime auertunt intentionem, ut uehementer astruat fidem sine operibus non prodesse, sicut etiam ipse Paulus non quamlibet fidem qua in deum creditur, sed eam salubrem planeque euangelicam delinuit, cuius opera ex dilectione procedunt. Vnde illam fidem quae sufficere ad salutem quibusdam uidetur, ita nihil prodesse aueruerat, ut dicit. Si habeam omnem fidem ita ut montes transferam: charitatem autem non habeam, nihil sum. Vbi autem fidelis charitas operatur, sine dubio bene uiuitur. Plenitudo enim legis charitas. Vnde euidenter in secunda epistola sua Petrus cum ad uitae morumque sanctitatem hortaretur, mundumque istum transitum praeuocaret, caelos uero novos & terram nouam expectari quae iustis habitanda traderetur, ut ex hoc attendere qualiter eos oportet uiuere, ut habitatione illa digni fierent, sciens de apostoli Pauli quibusdam subobscuris sententiis nonnullos iniquos accepisse occasionem, ut tanquam securi de salute quae in fide est, bene uiuere non curarent, commemorauit quadam ad intelligendum difficilia esse in epistolis eius, quae homines peruerterent, sicut et alias scripturas, ad proprium suum interitum: cum tamen & ille Apostolus de salute aeterna, quae nisi bene uiuere

Matth. 7.

Luce. 6.

Matth. 7.

Ex lib. de fide & operibus

1. Cor. 13.

Rom. 13.

non daretur, eadem sentiret quae caeteri apostoli. Quoniam quidem unus est Deus qui iustificat circumcissionem ex fide, & praepitium per fidem.]

Ex lib. de spiritu & littera.

10 **V**nus enim deus qui iustificat circumcissionem ex fide, & praepitium per fidem. Quod non ad aliquam differentiam dictum est, tanquam aliud sit ex fide, aliud per fidem, sed ad uarietatem locutionis. Alio quippe loco cum de gentibus diceret, hoc est de praepitio. Prauidens (inquit) scriptura quia ex fide iustificat gentes deus. Itemque cum de circumcissione loqueretur unde erat. Nos (inquit) natura Iudaei & non ex gentibus peccatores, scientes quia non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus. Ecce & praepitium dixit iustificari ex fide, & circumcissionem per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.]

Gal. 3. Gal. 2.

Ex doct. 111.

20 **P**er legem cognitio peccati, per fidem impletur gratia contra peccatum, per gratiam sanatio animae, uitio peccati, per animae sanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium iustitiae dilectio, per iustitiae dilectionem legis operatio. Ac per hoc sicut lex non euacuatur sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam qua lex impletur, ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiam sed statuitur, quia gratia sanat uoluntatem, quae iustitia libere diligitur. Omnia haec quae uelut catenatim connexa, habent uoces suas in scripturis sanctis. Lex dicit, non concupisces. Fides dicit, sana animam meam quia peccauit tibi. Gratia dicit, ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat. Sanitas dicit, Domine deus meus exclamaui ad te & sanasti me. Liberum arbitrium dicit, Voluntarie sacrificabo tibi. Dilectio iustitiae dicit, Narrauerunt mihi iniusti delectationes suas, sed non ut lex tua domine, ut quid ergo miseris homines aut de libero arbitrio auident superbire antequam liberentur, aut de suis uiribus si iam liberati sunt, nec attendunt in ipso nomine liberi arbitrii, utique libertatem sonare? Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. An ita sunt liberi, ut nec illum uelint habere dominum qui eis dicit, Sine me nihil potestis facere. Et si uos filius liberauerit, tunc uere liberi estis.

Psal. 40. Ioan. 1. Psal. 103.

Psal. 118. Psal. 118.

1. Cor. 13. Ioan. 1. Ioan. 1. 8.

CAP. IIII.

50 **Q**uid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam: sed non apud deum.

Apostolus cum commendaret iustitiam quae ex fide est, aduersus eos qui gloriantur de iustitia quae est ex operibus, hoc ait. Quid ergo dicimus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam: sed non apud deum. Auertat ipse deus talem gloriam & illud potius audiamus. Qui gloria tur in domino gloriatur. Multi ergo gloriantur de operibus. Et inuenis multos paganos propterea nolle fieri Christianos, quia quasi iustitiam

Ex praedictis Psal. 31. in praedictis fatione

1. Cor. 13. 1. Cor. 13.

sibi de bona uita sua. Bene uisere opus est ait. Quid mihi praecepturus est Christus, ut bene uiuam? Iam bene uiuo. Quid mihi necessarius est Christus? Nullum homicidium, nullum furtum, nullam rapinam facio, res alienas non concupisco, nullo adulterio contaminor. Nam inueniatur aliquid in uita mea quod reprehendatur, & qui reprehenderit paganum, faciat Christianum, habet gloriam, sed non ad deum. Non autem sic pater noster Abraham. Haec autem sententia scripturae, ad hoc uult intentionem nostram dirigere. Quia enim fatemur, & ipsa est fides nostra de sancto patriarcha quia placuit deo, ut dicamus eum & no- uerimus ad deum habere gloriam, ait apostolus. Certe notum est nobis & manifestum est, quia Abraham ad deum habet gloriam. At si ex operibus iustificatus est, habet gloriam sed non ad deum. Ad deum autem habet gloriam: non ergo ex operibus iustificatus est. Si ergo non ex operibus iustificatus est Abraham, unde iustificatus est? Sequitur & dicit unde.

Quid enim dicit scriptura.

Idest, unde dicit scriptura iustificatum Abraham: *Credidit autem Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Et autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.*

Ergo ex fide iustificatus est Abraham. Iam qui audit non ex operibus sed ex fide, obseruet illam uoraginem. Vides ergo quia non ex operibus sed ex fide iustificatus est Abraham? Faciam ergo quicquid uolo, quia etsi bona opera non habuero, & tantum credidero in deum, deputabitur mihi ad iustitiam. Respondeo ergo tanquam contra apostolum, & dico de ipso Abraham, quod inuenimus etiam in epistola alterius apostoli, qui uolebat corrigere homines qui male intellexerant istum apostolum. Iacobus enim in epistola sua contra eos qui nolebant bene operari, de sola fide praesumentes, ipsius Abraham opera commendauit, cuius Paulus fidem, & non sunt sibi aduersi apostoli. Dicit autem opus omnibus nomen Abraham. Filium suum immolandum deo obtulit. Magnum opus, sed ex fide: laudo superaedificationem operis, sed uideo fidei fundamentum. Laudo fructum boni operis, sed in fide: agnosco radicem. Si autem hoc praeter fidem recta faceret Abraham, nihil illi proderet quaecumque illud opus esset. Rursum si sic teneret fidem Abraham, ut cum ei deus imperaret offerre sibi immolandum filium, diceret apud semetipsum, non facio, & tamen credo quia me etiam contemnentem iussa sua liberat deus: fides sine operibus mortua esset, & tanquam radix sine fructu sterilis atque arida remaneret. Quid ergo? Nulla opera debemus praepone- re fidei, id est ut ante fidem quisque dicatur bene operari. Ea enim ipsa opera quae dicuntur ante fidem, quantum uideantur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi uidentur esse, ut magnae uires & curius celerrimus praeteruiam. Nemo ergo computet bona opera

Iacob. 2.

sua ante fidem. Vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non ualde attendas quid homo faciat sed quid cum facit, aspiciat, quo lacertos optima gubernationis dirigat. Fac enim hominem optime gubernare nauem, & perdidisse quo tendit: nonne iste quanto sibi uidetur in nauis gubernanda agilius & efficacior, tanto periculosius eam sic gubernat, ut ad naufragium properando perducatur. Talis est et qui optime currit praeter uiam. Nonne ergo erat melius & tolerabilius, ut esset gubernator ille aliquanto inualidior, ut cum labore & aliqua difficultate gubernacula tegeret, & tamen rectum debitumque cursum teneret? Rursusque ille etiam pigrius & imbecillius in uia ambularet, quam praeter uiam fortiter curret? Optimus ergo ille qui & uiam tenet, & bene ibi ambulat. Sequentis autem spei, qui & si aliquantulum claudicat, non omnino ut erret aut remaneat, sed progrediatur etiam paulatim. Fortasse enim sperandum est quod tunc, etiam tardius peruenitur. Ergo fratres ex fide iustificatus est Abraham: sed si fide opera non praecesserunt tamen secuta sunt. *Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham deo & reputatum est illi ad iustitiam.*

Factum est uerbum domini ad Abraham in uisu. Qui cum ei protectionem mercedemque promitteret ualde multam, ille de posteritate sollicitus, quendam Heliezer uernaculum suum futurum sibi dixit haeredem, continuoque illi promissus est heres, non ille uernaculus, sed qui de ipso Abraham fuerat exiturus. Rursusque promissum est semet innumerabile, non sicut arena terrae, sed sicut stellas caeli. Vbi mihi magis uidetur promissa posteritas caelesti felicitate sublimis. Nam quantum ad multitudinem pertinet, quid sunt stellas caeli ad arenam terrae? Hic sane illa sententia ponitur, cuius apostolus meminit propter Dei gratiam commendandam, Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam, nec circumcisio gloriatur, gentesque in circumcisas ad fidem Christi nollet admitti. Hoc enim quando factum est, ut credenti Abraham deputaretur fides eius ad iustitiam, nondum fuerat circumcisus.

Ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae dei.

Si quaerere uoluerit ante gratiam quid meruerit ut acciperet eam, mala sua poterit homo inuenire non bona, etiam si eum unius dici uitam habentem super terram gratia saluatoris inuenierit. Quia si aliquid boni operatur homo ut gratiam mereatur, non ei merces imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si autem credit in eum qui iustificat impium, ut deputetur fides eius ad iustitiam (Iustus enim ex fide uiuit) profecto antequam gratia iustificetur, hoc est iustus efficiatur impius, quid est nisi impius? Quem si debitum sequeretur, quid eius merito nisi supplicium redderetur (Si ergo gratia, iam non ex operibus

Ex libro de ui. dei. 15.

Ex lib. ad Bonifacium papam urbis

bus, alioquin gratia iam non est gratia. Operibus enim debitum redditur, gratia gratis datur, unde etiam nuncupatur. Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille. Ut credatis in eum, non ut credatis ei. Sed si creditis in eum, creditis ei. Non autem continuo qui credit ei, credit in eum. Nam & daemones credebant ei, sed non credebant in eum. Rursum etiam de apostolis ipsius dicere possumus, credimus Paulo, sed non credimus in Paulum. Credimus Petro, sed non credimus in Petrum. Crediti autem in eum, qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Quid est ergo credere in eum? Credere ad amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit deus. Et non inuenit quod exigit, nisi donauerit quod inueniat. Quae fides, nisi quam definit alio loco plenissime apostolus dicens, Neque circumcisio neque praeputium aliquid ualeat, sed fides quae per dilectionem operatur? Non qualiscumque fides, sed fides quae per dilectionem operatur.

Nunquid inter credentes in Christum non est computandus, qui non fecerit maiora opera quam Christus? Durum est, absurdum est, ferri non potest. Non toleratur nisi intelligatur. Apostolum igitur intelligamus. Credenti (inquit) in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. In hoc opere faciamus opera Christi, quia & ipsum credere in Christum opus est Christi. Hoc operatur in nobis, non utique sine nobis. Audi iam ergo & intellige. Qui credit in me, opera quae ego facio et ipse faciet. Prius ego facio, deinde ipse faciet, quia facio ut faciat. Quae opera, nisi ut ex impio iustus fiat? Et maiora horum faciet. Quorum obsecro? Numquidnam operum omnium Christi maiora facit, qui cum timore et tremore suam ipsius salutem operatur? Quod utique in illo, sed non sine illo Christus operatur. Propter maius hoc esse dixerim quam est caelum, & terra, & quaecumque cernuntur in caelo & in terra. Et caelum enim & terra transibit, praedestinatorum autem salus & iustificatio permanebit. In illis tantum opera dei: in his autem est etiam imago dei. Sed in caelis sedes, dominationes, principatus, potestates, archangeli, angeli opera sunt Christi. Nunquid etiam his operibus maiora facit, qui operante in se Christo cooperatur aeternam salutem ac iustificationem suam? Non hic audeo praecipitare sententiam, intelligat qui potest, iudicet qui potest, utrum maius sit iustus creare, quam impios iustificare. Certe enim si aequalis utrumque potentia, hoc maius est misericordiae. Hoc est enim pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Sed omnia opera Christi intelligere ubi ait, Maiora horum faciet, nulla nos necessitas cogit. Horum enim forsitan dixit quae ille tunc faciebat. Tunc autem uerba fidei faciebat. Et de

Ex tracta. euang. gelij secundum Ioannem. 29.

Ex tracta. euang. gelij secundum Ioannem. 72.

Ioan. 14.

Marci. 13.

Ioan. 14.

his operibus fuerat praelocutus dicens. Verba quae ego loquor uobis a me ipso non loquor. Pater autem in me manens facit opera ipse. Tunc igitur uerba eius erant opera eius. Et utique minus est opera iustitiae praedicare, quod fecit praeter nos, quam impios iustificare, quod ita facit in nobis ut faciamus & nos.

Dicit apostolus, si Abraham ex operibus iustificatus est habet gloriam, sed non ad deum. Haec est ad deum gloria, qua glorificatur non homo, sed deus, si non ex operibus, sed ex fide iustificatur, ut ex deo illi sit etiam quod bene operatur. Non ergo haec nostrae gloriae tribuamus, tanquam hoc ex nobilissimis habeamus. Eius est enim haec gratia, & ideo in hoc non nostra sed eius est gloria. Ipsi enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis.

Sicut & David dicit beatitudinem hominis cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputabit dominus peccatum. Beatitudo ergo haec in circumcissione tantum manet an, etiam in praeputio?

Propterea (inquit) tibi hoc dixit homo, ne quasi de operibus tuis praesumere uidearis, & merito operum tuorum accepisse fidei gratiam. Noli ergo praesumere de operibus ante fidem. Noueris quia te peccatorum fides inuenit. Et si fides data te fecit iustum, impium inuenit quae faceret iustum. Crediti (inquit) in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Si iustificatur impius, ex impio iustus fit. Si ex impio iustus fit, quae sunt opera impiorum laetent iam impius opera sua, dicat de pauperibus, nihil alicui aufero, non uxorem alienam concupisco, non quenquam occido, nulli fraudem facio, deponitur apud me nullo teste represento. Haec omnia dicat, quero utrum pius sit an impius. Et quomodo sum impius (inquit) ista facies? Quomodo illi de quibus dictum est. Et seruierunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula.

Quomodo non es impius? Quid si de omnibus bonis operibus aut illud speras quod sperandum est, sed non ab illo a quo sperandum est? aut hoc speras quod sperandum non est, etiam ab illo a quo aeterna uita speranda est? Pro bonis operibus sperasti terram quandam felicitatem, impius es. Non est ista merces fidei, cara res est fides, uili illam addixisti. Impius ergo es, & nulla sunt ista opera tua. Quid si quod sperandum est speras, id est uitam aeternam, sed non a domino deo per Iesum Christum, per quem solum datur uita aeterna, sed putas te ad uitam aeternam posse peruenire per militiam caeli, per solem & lunam, per potestates aeris et maris, & terrae & siderum? Impius es: sed crede in eum qui iustificat impium, ut possint & bona opera tua esse opera bona. Nam nec bona illa appellauerim quandiu non de radice bona procedunt. Quid ergo? sunt beati? Nisi quibus non inuenit deus peccatum? Nam in omnibus inuenit. Omnes enim peccauerunt, & eget gloria dei. Si ergo in omnibus peccata inueniuntur, remanet ut sint beati, nisi quorum remissa sunt peccata. Hoc ergo

Ex tracta. euang. gelij secundum Ioannem. 29.

Psal. 31.

Ex tracta. Psal. 31.

Rom. 1.

Rom. 3.

Psal. 31.

Apostolus

dicitur. Qui fecit quæ futura sunt. Et hic quando fames facta est, tunc dicta est uocata, id est ut adesset quæ iam fuerat in eius occulta gubernatione disposita. Qui uocat ea quæ non sunt tanquam sint. Nondum enim erant quibus promitteretur, ne quisquam de meritis gloria retur. Et quibus promissum est, etiam ipsi promissi sunt, ut toto corpus Christi dicat, gratia dei sum id quod sum. Communis est omnibus natura non gratia. Natura non putetur gratia, sed & si putetur gratia, quia & ipsa gratis concessa est. Non enim homo qui non erat, promeruit ut esset. Si promeruit, iam erat. Sed nondum erat: ergo qui promeretur non erat, & tamen factus est. Nec ut pecora factus est, nec ut arbor factus est. nec ut saxum factus est, sed factus est ad imaginem creatoris. Hoc beneficium quis dedit? Deus qui rat, & ex aeterno erat. Cui dedit? homini qui nondum erat. Dedit qui erat, accepit qui non erat. Quis autem hoc facere potuit, nisi qui uocat ea quæ non sunt tanquam sint? De quo dicit apostolus. Qui nos elegit ante mundi constitutionem. Elegit ante mundi constitutionem in mundo isto facti sumus, nec mundus erat quando electi sumus. Ineffabilia mirabilia fratres mei. Quis hoc explicare suffecerit? quis saltem quod explicat cogitare? Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit, nec uane eligit. Eligit tamen, et habet electos quos creaturus est eligendos: habet autem apud se ipsum non in natura sua, sed in prescientia sua. Ergo nolite extolli, homines sumus, ipse fecit nos. Fideles sumus, si tamen sumus. Sed ecce fideles sumus. Etiam fideles, etiam iustos, quia iustus ex fide uiuit, ipse fecit nos, & non ipsi nos. Quid nos fecit nisi quod sumus? Quid autem sumus? Nos autem, ecce quod sumus. Quid? Populus eius & oues pascuæ eius. Ipse nos fecit populum suum, ipse nos fecit oues pascuæ suæ. Qui milit iugulandum ouem innoxiam, fecit oues de lupis. Hæc est gratia excepta illa communi gratia nature, qua homines facti sumus nec digni fuimus, quando non fuimus. Excepta illa gratia, hæc est maior gratia, qua facti sumus populus eius, & oues pascuæ eius per Iesum Christum dominum nostrum. Sed dicite aliquis. Per Iesum Christum facti sumus, ut etiam homines essemus: Ita uero. Per Iesum Christum facti sunt & pagani, non pagani. Immo pagani non ut essent pagani, sed ut essent homines per Iesum Christum facti sunt. Quid est enim Iesus Christus, nisi in principio uerbum? & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt. Illi ergo debet & pagani quod homines creati sunt: & tanto magis puniendi, quia dimiserunt eum à quo facti sunt, & coluerunt quæ ipsi fecerunt. Excepta ergo illa gratia qua condita est humana natura (hæc enim Christianis paganisque communis est) hæc est maior gratia, non quod per uerbum homines creati sumus, sed quod per uerbum carnem factum, fideles facti sumus.

Ex tractatu psal. 118.

Ex sermone de uerbis apostoli. foli. 77.

Psal. 99.

Ioan. 1.

Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuum an uilum Sarrae.]

Scriptum est in epistola ad Hebræos. Fide & ipsa Sarra uirtutem accepit ad emissionem seminis. Ambo enim senes erant, sicut scriptura testatur, sed illa etiam sterilis, et cruore menstruo destituta, propter quod iam parere non posset, etiam si sterilis non fuisset. Porro si foemina ita sit proeuctior ætatis, ut ei solita mulierum adhuc fluant, de iuene parere potest, de seniore non potest, quamuis possit adhuc ille senior sed de adolescetula gignere, sicut Abraham post mortem Sarrae de Cetura potuit, quia uiridam eius inuenit ætatem. hoc ergo est quod mirum commendat Apostolus, & ad hoc dicit Abraham fuisse iam corpus emortuum, quoniam non ex omni foemina cui adhuc esset aliquod pariedi tempus extremum, generare ipse in illa ætate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuum corpus intelligere debemus, non ad omnia. Nam si ad omnia, non iam senectus uiui, sed cadaver est mortui.

In repromissione enim dei non hesitauit diffidentia, sed eo fortassis est fide dans gloriam deo, plenissime sciens, quia quæcumque promissit deus, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos quibus reputabitur creditibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis.]

Promittenti credidit Abraham, & deputatum est illi ad iustitiam. Dedit enim gloriam deo, plenissime credens sicut scriptum est, quia quæ promissit potens est & facere. Ipse ergo illos bonos facit, ut bona faciant. Neque enim propterea eos promissit Abraham, quia presciuit à seipsis bonos futuros. Nam si ita est, non suum sed eorum est quod promissit. Non autem sic credidit Abraham: sed non est infirmatus in fide, dans gloriam deo, & plenissime credens quia quæ promissit potens est & facere. Non ait quæ presciuit potens est promittere, aut quæ prædixit potens est ostendere, aut quæ promissit potens est præscire: sed quæ promissit potens est & facere. Ipse igitur eos facit perseuerare in bono, qui facit bonos. Qui autem cadunt & percutunt, in prædestinatorum numero non fuerunt. Cauendum est, ne homo se extollat aduersus deum, cum se dicit facere quod promissit deus. Nonne fides gentium promissa est Abraham: & ille dans gloriam deo plenissime credidit: quoniam quæ promissit potens est facere? Ipse igitur fidem gentium facit qui potens est & facere quod promissit. Porro si deus operatur fidem nostram miro modo agens in nostris cordibus, nunquam metuendum est ne totum facere non possit, & ideo sibi homo primas eius uindicet partes, ut nouissimas ab illo accipere mereatur? Hoc promittit deus quod ipse facit. Non enim ipse promittit & alius facit, quod iam non est promittere sed prædicare. Ideo non ex operibus, sed ex uocante, ne ipsorum sit non dei, & merces non imputetur secundum

Ex libro de ci. dei. 16. Hebræ. 11.

Ex lib. de cor. & gra.

Ex lib. de præd. sancti.

Ex lib. sententiarum Prosperi.

secundum gratiam sed secundum debitum.

Qui traditus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram.

Ex tractatu psal. 102.

Qui sanat omnes languores tuos, qui redimet de interitu uitam tuam. Ibi sanabitur omnis languor tuus, cum corruptibile hoc induet incorruptionem. Redempta est enim uita tua de corruptione. Iam securus esto, initus est bona fidei contractus. Nemo fallit tedemptorem tuum, nemo circumuenit, nemo premit. Egit hic commercium, iam precium soluit, sanguinem sudit. Sanguinem inquam sudit unicus filius dei pro nobis. O anima, erige te, tanti uales, redemit de corruptione uitam tuam. Ostendit exemplo quod promissit in præmio. Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Sperent membra quod in capite demonstratum est. Non curabit membra sua, quorum caput leuauit in caelum: Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Sicut morte ipsius seminamus, sic in resurrectione ipsius germinamus. Etenim mors ipsius significat interitum ueteris uitæ nostræ. De hac re apostolus. Cõsepulti enim (inquit) sumus in Christo per baptismum in mortem, ut quemadmodum resurrexit Christus à mortuis, sic & nos in nouitate uitæ ambulemus. Non dixit, traditus est propter iustificationem nostram, & resurrexit propter delicta nostra. In eius traditione delictum sonat, in eius resurrectione iustitia sonat. Ergo moriatur delictum, & resurgat iustitia.

Ex sermone de pascha.

Rom. 6.

CAPUT V.

Iustificati ergo ex fide pacem habemus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus & gloriamur in spe glorie filiorum Dei.]

Ex lib. ad Bonif. papa urbis

1. Cor. 4.

Psal. 55.

Ibidem

Iustificati autem gratis per gratiam ipsius, ne fides ipsa superba sit, nec dicat sibi, Si ex fide quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quam donatur? Non dicat ista homo fidelis. Quia cum dixerit, mereat iustificationem, habeo fidem, respondetur ei. Quid enim habes quod non accepisti? Cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut unicuique deus partitus est etiam mensuram fidei, non gratiam dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici, comitante non ducente, pedissequa non præuia uoluntate. Vnde ille qui dixit. Fortitudinem meam ad te custodiam, causamque reddidit dicens. Quia deus susceptor meus, es tãquam requirens quibus id meritis fuerit consecutus, nihilque in se inueniens ante gratiam dei. Deus meus inquit, misericordia eius præueniet me. Quantumcumque (inquit) cogitauero antecederent merita mea, misericordia eius præueniet me. Proinde ab illo attributam fortitudinem suam ad illam custodiens, eodem seruatore non perdidit quod eodem largitore suscepti.

Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, sci-

entes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientiam autem probationem, probatio uero spem. Spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.]

Non itaque per nos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ipsa charitate fit quæ donum dei esse manifestat, ut tribulatio non auferat, sed potius operetur patientiam. Nec nos moueat quod in hac uita secundum carnem quam porrant iusti multa grauias & aspera tolerant. Nihil enim mali patiuntur qui iam possunt dicere, quod ille uir spiritalis exultat & prædicat apostolus dicens. Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem. Spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Si ergo in hac uita ubi tanta tormeta sunt, possunt boni & iusti uiri cum talia patiuntur, non solum æquo animo tolerare, sed etiam in dei charitate gloriarì, quid cogitandum est de illa uita que nobis promittitur, ubi nullam de corpore mortem sentiemus? Quoniam non ad hoc resurgit corpus iustorum, ad quod resurgit corpus impiorum, sicut scriptum est. Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Et ne quisquam putet non iustis immutationem istam promitti, sed potius iniustis, & eam existimet esse pœnalem, sequitur & dicit. Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Vt autem mali bonis sepe temporaliter nocent, aut, potestatem in eos accipiunt ad maiorem honorum utilitatem, propter exercitationem patientiæ. Itaque anima Christiana semper inuigilet in tribulationibus suis sequi uoluntatem dei sui, ne ordinationi dei resistendo acquirat sibi grauius iudicium. Quod enim ipse dominus agens hominem Pontio Pilato dixit, hoc & Iob diabolo posset dicere, Non haberes in me potestatem nisi tibi data esset desuper. Non ergo eius uoluntas cuius malitiæ potestas in bonos datur sed eius uoluntas à quo hæc potestas datur, debet esse charissima, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia uero probationem, probatio autem spem. Spes autem non confundit, quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Spes autem non confundit.

Ex lib. de gratia & lib. arbit. Ex lib. de agone Christiano

1. Cor. 1. 5. Ex lib. quest. 83.

1. Ioan. 19.

Ex tractatu psalm. 35.

Hiere. 17. Psal. 115.

spes non confundit: quia in Deo posita est. L. deo sequitur, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Iam datus est nobis spiritus sanctus. Quomodo nos fallit, cuius tale pignus tenemus? Vnde ille gloriaretur dicens: gloriamur in tribulationibus, si egestate intus pateretur? Videbantur foris angustiae, sed intus latitudo erat. Quid autem facit malus homo cum coeperit tribulari? Foris nihil habet, ablata sunt omnia, in conscientia nullum solatium est. Non est quo exeat, quia mala sunt. Consolatio non est in externis, non est in internis. Quomodo consolabatur ille plenus sagina interiore, & de ipsa sagina ruens, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Quisquis autem malus est, male se cum torqueatur necesse est. Sibi ipse tormento est. Ipse enim est poena sua, quem torqueat conscientia sua. Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.] A quo nisi ab illo qui ascendit in altum, & captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus? In sinuatur nobis in patre auctoritas, in filio natiuitas, in spiritu sancto patris filijque communitas, in tribus aequalitas. Quod ergo commune est patri & filio, per hoc nos uoluit habere communio nem & inter nos & secum. Per illud donum nos colligere uoluit in unum, quod ambo habent unum, hoc est per spiritum sanctum deum & donum dei. In hoc enim diuinitati recedamur, eaque delectamur. Nam quid nobis prodesset, quicquid boni noscimus, nisi etiam diligere mus? Sicut autem ueritate discimus, ita charitate diligimus, ut & plenius cognoscamus, & beati cognito perfruamur. Charitas porro diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et quia peccatis alienabamur a possessione uerorum honorum, charitas cooperit multitudinem peccatorum. Ego arbitror ideo his datum esse spiritum sanctum, ut commendaretur duo praecepta charitatis. Duo sunt enim praecepta charitatis, & una est charitas. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua. Diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetae. Vna charitas & duo praecepta, unus spiritus & duo data. Non enim unus est datus prius, & alius datus est postea, quia non alia charitas diligit proximum quam illa quae diligit deum. Non ergo alia charitate quam qua proximum diligimus, ipsum deum diligimus. Sed quia aliud est deus, aliud est proximus, una charitate diliguntur, non sunt tamen unum quae diliguntur. Ideo forte, quia magna est & primitus commendata dilectio dei. Secunda dilectio proximi. A secundo autem incipitur ut ad primum ueniat. Si enim fratrem quem uides non diligis, deum quem non uides quomodo potes diligere? Informans nos ad dilectionem proximi uenit in terra conspicuus, & proximis

Ex lib. de nat. & gra. Ex sermone ad populum de blasphem. spiritus sanctus

Ex sermone ad scen. domini

Matt. 22.

1. Ioan. 4.

proximus, spiritum sanctum insufflando in facie eorum. Ut autem ab hac proximi charitate au diamus eius charitatem qui in caelo est, de caelo misit spiritum sanctum. Accipe in terra, & dilige fratrem. Accipe de caelo, & dilige Deum. Quia & in terra quod accepisti de caelo est. In terra Christus dedit, sed de caelo est quod dedit. Ille enim dedit qui de caelo descendit. Hic inuenit cui daret, sed inde attulit quod daret. Quid est ergo fratres? An forte commemoro & hoc, quomodo charitas ad spiritum sanctum proprie pertineat? Paulum audi. Non solum autem sed & gloriantes in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem. Spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Vnde charitas dei diffusa est in cordibus nostris? Quid tibi dabis? Quid quasi de tuo praesumes? Quid enim habes quod non accepisti? Ergo unde, nisi de quo sequitur, per spiritum sanctum qui datus est nobis? Charitas ista non tenetur, nisi in unitate ecclesiae. Non illam habent diuiores, sicut dicit apostolus Iudas, qui se ipsos segregant animales, spiritum non habentes. Ideo distillant, quia coagulati non tenent. Charitas congregat nos. Quia uero dicit apostolus, charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis intelligamus in dilectione spiritum sanctum esse. Ipse est enim spiritus sanctus quem non possunt accipere mali. Ipse est ille fons, de quo dicit scriptura. Fons aquae uiae sit tibi proprius, & nemo alienus communitur tibi. Omnes enim qui non diligunt deum, alieni sunt. Antichristi sunt, & quamuis intrent basilicas, non possunt numerari inter filios dei. Non ad illos pertinet fons ille uiae: habere baptismum & malus potest. Inuenimus Saulem regem habuisse prophetiam. Persequatur sanctum David, & impletus est spiritu prophetiae, & prophetae coepit. Accipere sacramentum corporis & sanguinis domini & malus potest. Nam de talibus dictum est. Qui manducat & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit. Habere nomen Christi & malus potest, id est Christianus uocari & malus esse potest. De quibus dictum est. Polluerunt nomen dei sui. Ergo habere sacramenta ista omnia & malus potest, habere autem charitatem & malus esse non potest. Hoc est ergo proprium donum, ipse est singularis fons, ad hunc bibendum uos hortatur spiritus dei, ad se bibendum uos hortatur spiritus dei. Vnde scimus quia de spiritu suo dedit nobis? Hoc ipsum quia de spiritu suo dedit tibi, unde cognoscis? Interroga uiscera tua, si plena sunt charitate, habes spiritum dei. Vnde cognoscimus quia inde cognoscis habitare in te spiritum dei? Paulum interroga Apostolum. Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Dedit dona hominibus. Quae dona? Spiritum

1. Cor. 4.

Ex sermone ad epist. 10.

Ex sermone ad 7. epi. Ioan.

Ex sermone ad 4. de uerb. euang.

1. Corinth. 4.

Ex sermone de uerb. ad post. 31.

Psal. 17.

Ex lib. sen. Prosp. 1.

Ex tractatu Psal. 148.

sanctum. Qui tale dat donum qualis ipse est. Magna est autem misericordia dei. Donum dat aequale sibi, quia donum eius spiritus sanctus est, & unus deus tota trinitas pater & filius & spiritus sanctus. Quid nobis praestitit spiritus sanctus? Audi Apostolum. Charitas dei (inquit) diffusa est in cordibus nostris. Vnde tibi o medice: Charitas dei diffusa est in corde tuo. Quid aut in quo charitas dei diffusa est? in corde humano. Habemus (inquit) thesaurum istum in uasis fictilibus. Quare in uasis fictilibus? ut eminentia uirtutis sit dei. Denique cum dixisset, charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, ne putaret quisque se sibi esse quod diligit deum, continuo addidit. Per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ut ergo ames deum, habitet in te deus, & amet sede te, id est ad amorem suum moueat te, accedat te, illuminet te, excitet te. Lucta est enim in isto corpore: quandiu uiuimus pugnamus, quandiu pugnamus periclitamur. Sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Ergo unde tibi charitas, nisi quia diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis? Ecce ad quod geme. Contemne spiritum tuum, accipe spiritum dei. Non timeat spiritus tuus, ne cum in te coeperit habitare spiritus dei, angustias patiat in corpore tuo. Cum habitare coeperit in corpore tuo spiritus Dei, non inde excludet spiritum tuum. Noli timere. Si diuitem aliquem hospitio suscipias, pateris angustias. Suscipe diuitem spiritum dei, dilataberis, non angustaberis. Dilatasti gressus meos subter me. Dic die hospiti tuo. Ditillimus es, dilatasti gressus meos subter me. Quando non hic eras, angustias patiebar. Implesti cellam meam, & non me excludisti, sed angustiam meam. Cum enim dicit, charitas dei diffusa est, ipsa diffusio latitudinem significat. Non ergo timeas angustias. Recipe hospitem istum, & non sit hospes tuus quasi transeuntibus? Non enim debet dare discendo. Veniens habitet in te, & dedit: ipse esto, non te deserat, non inde migret. Tene illum animo: & dic illi, domine deus noster posside nos. Fortitudinem gentilium munda: na cupiditas, fortitudinem Christianorum dei charitas facit. Quae diffusa est in cordibus nostris, non per uoluntatis arbitrium quod est a nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Prorsus donum est dei dilige deum, ipse ut diligeretur dedit qui non dilectus dilexit. Dissipientes amati sumus, ut fieret in nobis unde placeremus. Diffundit enim charitatem in cordibus nostris spiritus sanctus, patris & filij, quem cum patre amamus & filio. Ut quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impijs mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori.]

pro iustis. Sed quid? Etenim Christus (ait apostolus) pro impijs mortuus est. Quid donauit impijs mortem suam, quid seruat iustis, nisi uitam suam? Erigat se ergo humana fragilitas, non desperet, non se collidat, non se auertat, non dicat non ero. Qui promissit deus est, & uenit ut promitteret. Apparuit hominibus, uenit suscipere mortem nostram, promittere uitam suam. Quid tibi promissit deus o homo mortalis? Quia uicturus es in aeternum. Non crederis? Crede, plus est iam quod fecit quam quod promissit. Quid fecit? Mortuus est pro te. Quid promissit? ut uiuas cum illo. Incredibilis est quod mortuus est aeternus, quam ut in aeternum uiuat mortalis. Iam quod incredibile est teneamus. Si propter hominem mortuus est deus, nonne uicturus est homo cum Deo? Non est mortalis uicturus in aeternum, propter quem mortuus est qui uiuit in aeternum? Sed quomodo mortuus est deus, & unde mortuus est? Et potest mori deus? Accepit ex te unde moreretur pro te. Non posset mori nisi caro. Non posset mori nisi mortale corpus. Induit se ubi pro te moreretur. Induct te ubi cum illo uiuas. Vbi se induit moreretur? In uirginitate matris. Vbi te induit uita? In equalitate patris. Elegit sibi hic thalamum castum, ubi coniungeretur sponsus sponsae. Verbum caro factum est, ut fieret caput ecclesiae. Verbum enim ipsum non est pars ecclesiae, sed ut esset caput ecclesiae, carnem assumpsit. Quidam nostrum iam sursum est, quod hic accepit, ubi mortuus est, ubi crucifixus est. Iam quaedam primitiae tuae precesserunt, dubitas quia secuturus es? Omnia mihi tradita sunt, inquit, a patre meo. Fortasse diciturus es. Christo sunt tradita nunquid mihi? Audi apostolum dicentem, audi ut dixi iam dudum, ne desperatione frangaris. Audi quomodo amatus es, non amandus. Audi quomodo amatus es turpis, scelus, an tequam esset in te quod amari dignum esset. Amatus es prius ut dignus fieres qui amaris. Etenim Christus (sicut ait apostolus) pro impijs mortuus est. An forte impius merebatur amari? Quero quid merebatur impius? dā nari respondes. Christus tamen pro impijs mortuus est. Ecce quid tibi praestitum est impio. Iam pio quid seruatur? Quid praestitum est impio? Christus pro impijs mortuus est. Desiderabas autem omnia possidere, noli per avaritiam, sed per pietatem hoc querere. Si enim ita quaesieris, possidebis. Tenebis enim eum per quem facta sunt omnia, & cum ipso omnia possidebis. Commendat autem suam charitatem deus in nobis. Quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius.] Incomprehensibilis est dilectio qua diligit deus, neque est mutabilis. Non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem filij eius nos coepit diligere, sed ante mundi constitutionem

Ioan. 1.

Ex tractatu euangelij secundum Ioan. 11 c.

tionem dilexit nos, ut cum unigenito eius etiam nos filij eius essemus, priusquam omnino aliquid essemus. Quod ergo reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, non sic audiamur quasi ideo nos reconciliauerit ei filius, ut iam inciperet amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, ut inde sint amici, & inuicem diligant qui oderunt inuicem. Sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo propter peccati inimicitias habebamus. Quod utrum uerum dicam attestetur apostolus. Commendat inquit dilectionem suam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Habebat itaque erga nos charitatem, etiam cum inimicitias aduersus eum exercentes operaremur iniquitatem, & tamen ei uerissime dictum est, *Odisti domine omnes qui operantur iniquitatem.* Proinde miro & diuino modo, & quando nos oderat diligebat, Oderat enim nos quales ipse non fecerat. Et quia iniquitas nostra opus eius non omni ex parte consumperat, nouerat simul in uno quoque nostrum & odisse quod feceramus, & amare quod ipse fecerat. Et hoc quidem in omnibus intelligi potest de illo cui ueraciter dictum est. Nihil odisti eorum que fecisti. Cum igitur eorum que fecerit nihil oderit, quis digne possit eloqui quantum diligit membra unigeniti sui? Et quanto amplius ipsum unigenitum, in quo condita sunt omnia uisibilia & inuisibilia, que in suis generibus ordinata ordinatissime diligit? Membra quippe unigeniti ad angelorum sanctorum aequalitatem, gratia sua largitate perducit. Unigenitus autem cum sit dominus omnium, proculdubio est dominus angelorum: natura qua Deus est, non angelis sed patri potius aequalis. Gratia uero qua homo est, quomodo non excedit excellentiam cuiuslibet angeli, cum sit una persona carnis & uerbis? Quanquam non desint qui etiam nos angelis praeferant: quia pro nobis (inquit) non pro angelis mortuus est Christus. Quid est aliud hoc quam de impietate uelle gloriar? Etenim Christus sicut ait apostolus, iuxta tempus pro impijs mortuus est. Hic ergo non meritum nostrum, sed dei misericordia commendatur. Nam quale est ideo se uelle laudari quia uitio suo tam detestabiliter agrotauit, ut non possit aliter quam medici morte sanari? Non est haec nostrorum gloria meritorum, sed medicina morborum. An ideo nos praeferimus angelis, quia cum & angeli peccauerint, nihil eis tale impensum est, unde sanarentur? Cur non potius intelligimus, quod tanto damnabilior eorum iudicata sit culpa, quanto erat natura sublimior? Tanto enim minus quam nos peccare debuerunt, quanto meliores nobis fuerunt. Nunc autem in offendendo creatore tanto execrabilius beneficio eius ingrati extiterunt, quanto beneficentius sunt creati. Nec eis satis fuit desertores esse illius, nisi & nostri fierent deceptores. Hoc itaque nobis

magnum bonum confert, qui dilexit nos sicut dilexit & Christum, ut propter ipsum, cuius membra esse nos uoluit, aequales sanctis angelis simus, quibus & natura inferiores sumus conditi, & peccato indigniores facti, qui eorum fieri qualescunque socij deberemus. Ostendit enim dilectionem suam deus in nobis. Si enim cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est. Vix enim, inquit, pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori? Dominus autem noster pro impijs mortuus est. Neque enim merita nostra praeserant pro quibus filius dei moreretur, sed magis quia nulla erant merita, magna erat misericordia. Quam certa ergo, quam firma promissione seruat iustis uitam suam, qui donauit iniustis mortem suam? Testimonia quippe dei sunt, quibus quantum nos diligit nobis probare dignatur. Commendat autem suam charitatem deus in nobis. Quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Cum ergo ipse dicat. Ego sum uia: & humilitas eius carnalis natiuitatis atque passionis euidentia sint testimonia diuinae erga nos dilectionis: proculdubio uia testimoniorum dei Christus est. Per haec quippe testimonia quae in illo uidemus impleta, etiam futura erga nos quae sempiterna promissa sunt expectamus & speramus implenda.

Qui enim proprio filio non peccat, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Primum nobis persuadendum fuit, quantum nos diligeret deus, ne desperatione non auderemus erigi in eum. Quales autem dilexerit ostendi oportebat, ne tanquam de meritis nostris superbientes magis ab eo resiliiremus, & in nostra fortitudine magis deficere. Ac per hoc egit nobiscum, ut per eius fortitudinem potius proficeremus, atque in infirmitate humilitatis proficeret uirtus charitatis. Hoc significat in Psalmo ubi ait. Pluuiam uoluntariam segregauit tibi, & in firmata est, tu uero profecisti eam. Pluuiam uoluntariam quippe non nisi gratiam uult intelligi, non meritis redditam, sed gratis datam, unde & gratia nominatur. Dedit enim eam, non quia digni eramus sed quia uoluit. Hoc cognoscentes, non fidentes in nobis erimus, & hoc est infirmari. Ipse uero perficit nos, qui etiam Paulo apostolo dixit. Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Persuadendum ergo erat homini quantum nos dilexerit deus, & quales dixerit. Quantum, ne desperemus: quales, ne superbi remus. Hunc locum apostolus per necessarium sic explicat. Commendat autem (inquit) suam charitatem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius.

Ex tractatu Psal. 85.

Ex tractatu Psal. 118.

Ex lib. de trinitate. 4.

Psal. 97.

2. Cor. 12.

us.

us. Item alio loco. Quid ergo dicemus (inquit) ad haec? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non & tu illo omnia nobis donauit? Quod autem factum nobis annunciat, hoc futurum ostendebatur & anti quis iustis, ut per eandem fidem etiam ipsi humiliati infirmarentur, & infirmati perficerentur.

Quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Non aliam modum possibilitatem deo dicimus defuisse, cuius potestati cum aequaliter subiaceret, sed sanandae nostrae miseriae conuenientiore alium modum non fuisse, nec esse oportuisse. Quid enim tam necessaria fuit ad erigendam spem nostram mentesque mortalium conditio ipsius mortalitatis abiectionis; ab immortalitatis desperatione liberandas; quae ut demonstraretur, nobis quantum non pateretur deus, quantumque diligeret? Quid uero hominis rei tanto isto indicio manifestius atque praeclearius, quam ut dei filius immutabiliter bonus, in se manens quod erat, & a nobis pro nobis accipiens quod non erat, praeter suae naturae detrimentum, nostrum dignatus inire consortium, prius sine ullo suo malo merito nostra mala perferret, ac si iam credentibus quantum nos diligeret deus, & quae desperabamus iam sperantibus donat, in nos sua sine ullis hominis meritis nostris indebita largitate conferret? Quia & ea quae dicuntur merita nostra bona, dona sunt eius. Vt enim fides per dilectionem operetur, charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Tunc autem est datus, quando est Iesus resurrectione clarificatus. Tunc enim eum se missurum esse promissit & miserit, quia tunc sicut de illo scriptum est, & ante predictum, ascendit in altum, captiua uicem captiuitatis, dedit dona hominibus. Haec dona sunt merita nostra, quibus ad summam boni immortalis beatitudinis peruenimus. Commendat autem (inquit apostolus) charitatem suam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Adhuc addit & dicit. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Quos peccatores dixit prius, hos postea inimicos Dei. Et quos prius iustificatos in sanguine Iesu Christi, eos postea reconciliatos per mortem filij Dei. Et quos prius saluos ab ira per ipsum, eos postea saluos in uita ipsius. Non ergo ante istam gratiam quo modo peccatores, sed in talibus peccatis fuimus, ut inimici essemus dei. Superius autem idem apostolus nos peccatores & inimicos dei duobus identidem nominibus appellauit, uno uelut misericordissimo, alio plane atrocissimo, dicens. Si enim Christus cum infirmi essemus adhuc iuxta tempus pro impijs mortuus est quos infirmos, eisdem impijs nuncipauit. Leue aliquid uidetur infirmitas, sed aliquid quando talis est, ut impietas nominetur. Nisi

tamen infirmitas esset medicum necessarium non haberet, qui est Hebraice Iesus, Graece Soter, nostra autem locutione saluator. Quod uerbum Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat, sicut potuit quando uoluit. Haec autem apostoli sententia praecedens ubi ait, Adhuc enim infirmi essemus iuxta tempus Christus pro impijs mortuus est, coheret his duabus sequentibus; quarum in una dixit peccatores, in alia inimicos dei: tanquam in illis singulis reddiderit singula peccatores ad infirmos, inimicos dei referens ad impijs. Sed quid est, iustificati in sanguine ipsius? Quae uis est huius sanguinis obsecro, ut in eo iustificentur credentes? Et quid est, Reconciliati per mortem filij eius? Ita ne uero eum irasceretur nobis deus pater, uidit mortem filij sui pro nobis, & placatus est nobis? Numquid ergo filius eius usque adeo nobis iam placatus erat ut pro nobis etiam dignaretur mori? Pater uero usque adeo adhuc irascebatur, ut nisi filius pro nobis moreretur non placaretur? Et quid est quod alio loco idem ipse doctor gentium, Quid (inquit) dicimus ad haec? Si deus pro nobis quis contra nos? qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis tradidit eum, quomodo non & cum illo omnia nobis donauit? Nunquid non iam placatus esset pater, cum proprio filio non parcens pro nobis eum traderet? Nonne uidetur haec illi uelut aduersa esse sententia? In illa moritur pro nobis filius, & reconciliatur nobis pater per eius mortem. In hac autem tanquam prior nos dilexerit pater, ipse propter nos filio non parcat, ipse pro nobis eum tradit ad mortem. Sed uideo quod & antea pater dilexit nos, non solum antequam filius pro nobis moreretur, sed antequam conderet mundum, ipso testante Apostolo qui dicit. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Nec filius patri sibi non parcente pro nobis uelut inuitus traditus est, quia & de ipso dictum est. Qui me dilexit, & tradidit semetipsum pro me. Omnia ergo simul & pater & filius, & amborum spiritus pariter & concorditer operantur. Tamen iustificati sumus in Christi sanguine, & reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Et quomodo id factum sit, ut potero quantum satis uidebitur explicabo. Quadam iustitia dei in potestatem diaboli traditum est genus humanum, peccato primi hominis in omnes utriusque sexus commixtione nascentes originaliter transeunt, & parentum primorum debito uniuersos posteros obligante. Apostolus autem aperit hoc praedicat ubi dicit. Et uos cum essetis mortui delictis & peccatis uestris, quibus aliquid quando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aereis, spiritus eius qui nunc operatur in filijs diffidentiae, in quibus & nos aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostrae, facientes uoluntates carnis & affectionum, & eramus natura filij ire sicut & ceteri. Filij diffidentiae sunt infideles. Et quis hoc non est, antequam fidelis fiat? Quocirca oes homines ab origine

sub principe sunt potestatis aeris, qui operantur in filiis dissidentiae. Et quod dixi ab origine, hoc est quod dicit apostolus, natura etiam se fuisse sicut ceteros. Natura scilicet ut est depravata peccato, non ut recta creata ab initio. Modus autem iste quo traditus est homo in diaboli potestatem, non ita debet intelligi tanquam deus hoc fecerit, aut fieri iusserit, sed quod tantum permiserit, iuste tamen. Illo enim deferente, peccantem peccati auctor ilico inuasit. Nec ita sane deus deseruit creaturam suam, ut non se illi exhiberet deum createm & uiuificantem, & inter poenalia mala etiam bona malis multa praestant. Non enim continuo in ira sua miserationes suas. Nec hominem a lege suae potestatis amisit, quando in potestate diaboli esse permisit. Si ergo commissio peccatorum per iram dei iusta hominem subdidit diabolo, profecto remissio peccatorum per reconciliationem Dei benignam eruit hominem a diabolo. Non autem diabolus potentia dei, sed iustitia superasus fuit. Nam quid omnipotente potentius: aut cuius creaturae potestas potestati creatoris comparari potest? Sed cum diabolus uitio peruerlitatis suae factus sit amator potestatis, et desertor oppugnationis iustitiae (sic enim & homines cum tanto magis imitantur, quanto magis neglecta uel etiam perosa iustitia potestatis studet, eiusque uel adaptione letantur, uel infamantur cupiditate) placuit deo ut propter eruditionem hominem de diaboli potestate, non potentia diaboli sed iustitia uinceretur, atque ita & homines imitantes Christum iustitia quaererent diabolum uincere, non potentia. Quae est igitur iustitia qua uictus est diabolus? Quae est inquam nisi iustitia Iesu Christi? Et quomodo uictus est? Quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen. Et utique iustum est ut debitores quos tenebat liberi dimittantur in eum credentes quem sine ullo debito occidit. Hoc est quod iustificari dicimur in Christi sanguine. Sic quippe in remissionem peccatorum nostrorum innocens ille sanguis effusus est, unde se dicit in Psalmis in mortuis liberum. Solus enim a mortuis debito liber est mortuus. Hinc & in alio Psalmo dicit. Quae non rapui tunc exoluebam, rapinam uolens intelligi peccatum, quia usurpatum est contralictum. Unde per os etiam carnis suscipit in Euangelio legitur, dicit. Ecce uenit princeps mundi huius, & in me nihil inuenit, id est nullum peccatum. Sed ut sciat omnes (inquit) quia uoluntate patris mei facio, surgite eamus hinc. Et pergit inde ad passionem, ut pro debitoribus nobis quod ipse non debebat exolueret. Numquid isto iure equissimo diabolus uinceretur, si potentia Christus cum illo agere, non iustitia uoluerit: sed postpositum potuit, ut prius ageret quod oportuit. Ideo autem illud esse opus erat & hominem & deum. Nisi enim homo esset, non posset occidi. Nisi & deus esset, non crederetur uoluisse quod potuit, sed non potuisse quod uoluit. Quid enim iustus quae usque ad mortem crucis pro iustitia peruenire? Et quid potentius quae recur-

Psal. 87.
Ioan. 14.
Ibidem

gere a mortuis, & in caelum cum ipsa carne in qua est occisus ascendere? Iustitia ergo prius, & potentia postea diabolus uicit. Iustitia scilicet, quia nullum peccatum habuit, & ab illo est iniustissime occisus. Potentia uero, quia reuixit mortuus, nunquam postea moriturus. Sed potentia diabolus uicisset etiam si ab illo non potuisset occidi. Quamuis maioris sit potentiae etiam ipsam mortem uincere resurgendo, quae uitare uiuendo. Sed aliud est propter quod iustificamur in Christi sanguine, cum per remissionem peccatorum eruiamur de diaboli potestate. Hoc ad id pertinet, quod a Christo iustitia diabolus uincitur, non potentia. Ex infirmitate quippe quam suscepit in carne mortali, non ex immortalis potentia crucifixus est Christus. De qua tamen infirmitate ait Apostolus. Quod infirmum est dei fortius est hominibus. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Ergo pro impijs Christus mortuus est. Et Christus deus est. Quomodo non regnauit in uentibus in uita dei iustus, quando ne periret morte dei quaesitus est impius? In uita enim dei salui erimus, quia in uita nostra perieramus. Sed cum audimus & uitam dei & mortem dei, discernamus quid, unde sit. Vitam quippe attulit nobis, mortem uero accepit a nobis. Nec tamen pro suo merito, sed pro nobis. Multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Filius dei pro nobis mortuus est. Securus esto acceptum tunc uitam ipsius qui pignus habes mortem ipsius. Pro quibus enim mortuus est? Nunquid pro iustis? Paulum interroga. Etenim Christus pro impijs mortuus est. Impius eras, & mortuus est pro te. Iam iustificatus es, & deseret te? Qui iustificat impium relinquet pius? Cur ergo non fieret mors Christi? Imo cur non praetermissis alijs innumerabilibus modis quibus ad nos liberandos uti posset omnipotens, ipsa potissimum eligeretur ut fieret, ubi nec de diuinitate eius aliquid imminutum est aut mutatum, & de humanitate suscepta tantum beneficij collatum est hominibus, ut a dei filio sempiterno, eodemque hominis filio mors temporalis indebita redderetur, qua eos a sempiterna morte debita liberaret. Peccata nostra diabolus tenebat, & per illa nos merito adigebat in mortem. Dimisit ea ille qui sua non habebat, & ab eo merito est perducendus ad mortem. Tanti ualuit sanguis ille, ut neminem Christo indutum in aeterna morte debita detinere debuerit, qui Christum morte indebita uel ad tempus occidit. Commendat ergo charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Iustificati inquit in sanguine ipsius. Iustificati plane in eo quod a peccatis omnibus liberati. Liberati autem a peccatis omnibus, quoniam pro nobis est dei filius qui nullum ha-

1. Cor. 1.
Ex sermone de passione domini
Ex tractatu Psal. 96.
Ex lib. de trinitate 13. c. 26.

bebat peccatum, occisus. Salui ergo erimus ab ira per ipsum. Ab ira utique dei, quae nihil est aliud quam iusta uindicta. Non ergo sicut hominis animi perturbatio ita est ira dei, sed illius ira est cui dicit alio loco sancta scriptura. Tu autem domine uirtutum cum tranquillitate iudicas. Si ergo iusta diuina uindicta tale nomen accepit, etiam reconciliatio dei quaere intelligitur, nisi cum talis ira finitur? Nec inimici eramus deo, nisi quem admodum iustitiae sunt inimica peccata. Quibus remissis tales inimicitiae finiuntur, & reconciliantur iusto quos ipse iustificat. Quos tamen etiam inimicos utique dilexit, quando quidem filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus (cum adhuc inimici essemus) tradidit eum. Recte ergo apostolus secutus adixit. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, per quam facta est illa remissio peccatorum, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. In uita salui, qui per mortem reconciliati. Quis enim dubitet daturum amicis uitam suam, pro quibus inimicis dedit mortem suam? Non solum autem, sed et gloriamur (inquit) in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Non solum ait salui erimus, sed & gloriamur, nec in nobis, sed in deo, nec per nos sed per dominum nostrum Iesum Christum, pro quo nunc reconciliationem accepimus, secundum ea quae superius disputata sunt. Deinde subiungit apostolus. Propter hoc sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo peccauerunt & cetera. In quibus prolixius de duobus hominibus disputat: uno eodemque primo Adam per cuius peccatum & mortem tanquam haereditarijs malis posteris eius obligati sumus: altero autem secundo Adam qui non homo tantum sed etiam deus est, quo pro nobis soluente quod non debebat, a debitis & paternis & proprijs liberati sumus. Proinde quoniam propter unum illum tenebat diabolus omnes pro eius carnale uitiatam concupiscentiam generatos iustum est ut propter hunc unum dimittat omnes per ipsius immaculatam gratiam spiritaliter regeneratos. Propterea sicut per unum hominem peccatum intrauit in hunc mundum & per peccatum mors & ita in omnes homines pertransiit.

PRIMA transgressio peccatum non propagatione in alios homines ex primo homine, sed imitatione transiisse Pelagianum calumniatur. Hic enim etiam in paruulis noluit credere per baptismum solum originale peccatum, quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed si apostolus peccatum illud commemorare uoluit sed imitatione intrauerit, eius principem non Adam sed diabolum diceret, de quo scriptum est. Ab initio diabolus peccat. De quo etiam legitur in libro sapientiae. Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nam quoniam ita mors sic a diabolo uenit in homines, non

Rom. 4.
1. Cor. 7.
Ex lib. de bapt. p. 11.

quod ab illo fuerunt propagati, sed quod eum fuerint imitati, continuo subit. Imitatur autem eum qui sunt ex parte ipsius. Proinde apostolus est illud peccatum ad mortem commemorare quae ab uno in omnes propagatione transiit, eum principem posuit a quo propagatio generis humani sumptis exordia. Imitatur quidem Adam quot quot per inobedientiam transgressum datur mandatum dei: sed aliud est quod exemplum est uoluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Nam & Christum imitantur sancti eius ad sequendam iustitiam. Unde et idem apostolus dicit. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed praeter hanc imitationem gratiae eius, illuminatione iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur illo opere de quo idem praedicator eius dicit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Haec enim gratia baptizatos quoque paruulos suo inserit corpori, qui certe imitari aliquem nec dum ualent. Sicut ergo ille in quo omnes uiuificantur, praeter quod se ad iustitiam exemplum imitantibus praebuit, dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus, gratiam quam late ter infundit & paruulis: sic & ille in quo omnes moriuntur praeter quod eis qui praecipuum domini uoluntate transgrediuntur imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiae suae tabificauit in se omnes de sua stirpe uenientes. Hinc omnino ne aliunde apostolus dicit. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit. Deinde quod sequitur. In quo omnes peccauerunt. Quam circumspecte, quam proprie, quam sine ambiguitate dictum est. Si enim peccatum intellexeris, quod per unum hominem intrauit in mundum in quo omnes peccauerunt esse manifestum est aliquid esse propria cuiusque peccata, in quibus hi tantum peccant quorum peccata sunt: aliud hoc unum in quo omnes peccauerunt, quando omnes, ille unus homo fuerunt. Si autem non peccatum sed ille unus homo intelligitur in quo uno homine omnes peccauerunt, quid etiam ista manifestatione manifestius? Nempe legimus iustificari in Christo qui credunt in eum, propter illam communicationem et inspirationem gratiae spiritualis, qua quisquis haeret domino unus spiritus est. Quamuis eum & imitentur sancti eius, legatur mihi tale aliquid de his qui sanctos eius imitati sunt: utrum quisquam dictus sit iustificatus in Paulo, aut in Petro, aut quolibet horum quorum in populo dei magna excellit auctoritas, nisi quod in Abraham dicitur bene dicit, sicut ei dictum est, Benedicentur in te omnes gentes propter Christum qui semen eius est secundum carnem? Quid manifestius dicitur, cum hoc idem ita dicitur. Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Dicitur autem quoniam diuino eloquio peccasse uel peccare in diabolo cum eum iniqui & impij omnes imitentur, nescio u-

1. Cor. 4.
1. Cor. 7.
1. Cor. 6.
Galat. 3.

trum quisquam reperiat. Quod tamen cum Apосто. de primo hoīe dixerit, in quo omnes peccauerunt, adhuc de peccati propagine dīceptatur, nescio quæ nebula imitationis opōnitur. Attēditē etiā quæ sequitur. Cū em̄ dīxisset, in quo oēs peccauerūt, secutus adīxit.

Vsq̄ ad legem enim peccatum in mundo fuit.
Hoc est, quia nec lex potuit auferre peccatum, siue naturalis lex in qua quisq̄ iā ratione utens incipit peccato originali addere et propria, siue ipsa quæ scripta per Moysen populo data est. Si em̄ data esset lex quæ posset iustificare, uere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Peccatum autem non deputabatur cum lex non esset.
 Quid est nō deputabatur, nisi ignorabatur & peccatum esse non putabatur? Neq̄ enim ab ipso domino deo tanquam non esset habebatur, cum scriptum sit. Quicumq̄ sine lege peccauerunt sine lege peribunt.

Roma. 2.

Sed regnauit (inquit mors) ab Adam usq̄ ad Moysen.
Id est, à primo homine usq̄ ad ipsam etiā legem quæ diuinitus promulgata est, quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre. Regnum enim mortis uult intelligi, quando ita dominatur in hominibus reatus peccati, ut eos ad uitam æternam, quæ uera uita est, uenire non sinat, sed ad secundam etiā quæ pœnaliter æterna est, mortem trahat. Hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris: quæ operata est etiā in antiquis sanctis, quicumq̄; antequam Christus in carnem ueniret, ad eius tamen adiuantem gratiam non ad legis literam quæ iubere tantum non adiuuare poterat, pertinebant. Hoc namq̄; occupabatur in uetere testamento pro temporum dispensatione iustissima quod nunc reuelatur in nouo. Ergo in omnib. regnauit mors ab Adā usq̄ ad Moysen, qui Christi gratia nō aduerti sunt ut in eis regnū mortis destrueret.

Etiā in eis qui non peccauerunt in similitudinem præuariationis Adæ.

Id est, qui nondum sua & propria uoluntate sicut ille peccauerunt, sed ab illo peccatum originale traxerunt.

Qui est forma situri.

Quia in illo constituta est forma condemnationis futuris posteris qui eius propagine crearentur, ut ex uno omnes in condemnatione nascerentur, ex qua non liberat nisi gratia saluatoris. Scio quidem plerosq̄; Latinos codices sic habere. Regnabit mors ab Adā usq̄ ad Moysen, in eos qui peccauerunt in similitudine præuariationis Adæ. Quod etiā ipsum qui ita legunt, ad eundem referunt intellectum ut in similitudinem præuariationis Adæ peccasse accipiāt qui in illo peccauerunt ut ei similes crearentur, sicut ex homine homines, ita ex peccatore peccatores, ex mortuo morituri, damnatoq̄; damnati. Græci autem codices (unde in Latinam linguam

interpretatio facta est) aut omnes aut penes omnes id quod à me primo positum est habent.

Sed non inquit sicut delictum, ita & donatio. Si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abundauit.

Non magis multos, id est multo plures homines, neq̄ enim plures iustificatur quam condemnantur, sed multo magis abundauit. Adam quippe ex uno suo delicto reos genuit. Christus autem etiā quæ homines delicta propria uoluntatis ad originale in quo nati sunt addiderunt, gratia sua soluit atq̄ donauit. Quod euidentius in consequentibus dicitur. Verum illud diligentius intueri, quod ait ob unius delictum multos, mortuos. Cur enim ob illius unius & nō potius ob delicta sua propria, si hoc loco intelligenda est imitatio non propagatio? Sed attende quod sequitur.

Et non sicut per unum peccatorem, ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem.

Nunc dicant ubi locum habeat in his uerbis illa imitatio. Ex uno inquit in condemnationem. Quo uno nisi delicto? Hoc enim explanat cum adiungit. Gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Cur ergo iudicium ex uno delicto in condemnationem, gratia uero ex multis delictis in iustificationem? Nonne si nullum est originale delictum, non solum ad iustificationem gratia, sed etiā iudicium ad condemnationem ex multis delictis homines ducit? Neq̄ enim gratia multa delicta donat, & non etiā iudicium multa delicta condemnat. Aut si propterea ex uno delicto in condemnationem dicitur, quia omnia delicta quæ condemnantur ex illius unius imitatione commissa sunt, eadem causa est cur ex uno delicto etiā ad iustificationem duci intelligantur, quia omnia delicta quæ iustificatis remittuntur, ex illius unius imitatione commissa sunt. Sed hoc uide licet non intelligebat Apostolus cum dicebat. Iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia uero ex multis delictis in iustificationem.

Immo uero nos intelligamus Apostolum & uideamus ideo dictum. Iudicium ex uno delicto in condemnationem, quia sufficeret ad condemnationem etiā si non esset in hominibus nisi originale peccatum. Quauis enim condemnatio grauior sit eorum qui originali delicto etiā propria cōiunxerūt, & tātō singulis grauior quātō grauius quis peccauit, tamē etiā illud solum quod originaliter tractum est, non tantum à regno dei separat, quo paruulos sine accepta Christi gratia defunctos intrare non posse ipsi etiā consentunt, uerum & à salute ac uita æterna facit alienos: quæ nulla esse alia potest præter regnum dei, quo sola Christi societas introducit. Ac per hoc ab Adam in quo omnes peccauimus, non omnia nostra peccata, sed tātū originale peccatū traduximus: à Christo uero in quo omnes iustificamur, nō illius tātū originalis sed etiā cæ

terorum

terorum quæ ipsi addimus peccatorū remissio nem consequimur. Ideo non sicut per unum peccatorem ita est & donum. Nam iudicium quidem ex uno delicto si non remittitur, id est originali in condemnationem iam potest ducere: gratia uero ex multis delictis remissis, hoc est non solum originali, uerum etiā cæteris omnibus, ad iustificationem perducit.

Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, multo magis qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt, in uita regnabunt per unum Iesum Christum.

Cur ob unius delictum mors regnauit per unum, nisi quia uinculo mortis tenebatur in illo uno in quo omnes peccauerunt, etiā si propria peccata non adderet. Alioquin nō ob unius delictum mors per unum regnauit, sed ob delicta multa multorum per unūquēq̄ peccatorem. Nam si propterea ceteri ob alterius delictum mortui sunt quia illum in delinquendo præcedentem subsequentes imitati sunt, ille quoq̄ & multo magis ob alterius delictū mortuus est quæ diabolus ita delinquendo præcesserat ut ei delictū etiā ipse succederet. Adā uero nihil suauit imitatoribus suis, & multi qui imitatores eius dicitur fuisse, eum tale aliquid commississe uel non audierunt, uel omnino nō crediderunt. Quanto igitur rectius dicunt iam dixi, diabolum principem constituisse apostolus à quo uno peccatum & mortem per omnes transiisse diceret, si hoc loco non propagationem sed imitationem dicere uoluisset. Multo em̄ rationabilius Adam dicitur imitator diaboli quem suauit peccati habuit, si potest quisquam imitari etiā illū cui nihil tale suauit, uel omnino quem nescit. Quid est autē, qui abundantia gratiæ & iustitiæ accipiunt, nisi q̄ nō ei tantū peccato in quo oēs peccauerunt, sed etiā quæ addiderunt gratia remissionis datur: eisq̄ hominibus tanta iustitia donatur, ut cum Adam consenserit ad peccatum suauit, non cedant isti etiā cogentis. Et quidē multo magis in uita regnabunt, quo mortis regnum multo plures in æternam penam trahat. Nisi intelligamus eos ipsos in utroque dici, qui transeunt ab Adam ad Christum, id est à morte ad uitam: quia in uita æterna sine fine regnabūt, magis quam in eis mors temporaliter & cum fine regnauit.

Igitur sicut per unius delictū in oēs homines ad condemnationem, sic per unius, iustitiā in omnes homines in iustificationem uite.

Hoc unius delictum si imitationem attendamus, non erit nisi diaboli. Sed quia manifestum est de Adam non de diabolo dici, restat intelligenda non imitatio sed propagatio peccati. Nam & quod ait de Christo, per unius iustificationem, magis hoc expressit quam si per unius iusticiam diceret. Nam quippe iustificationem dicit qua Christus iustificat impios. Quam nō imitandam proposuit, sed solus hoc potest. Nam potuit apostolus recte dicere. Imitatores mei estote sicut et ego Christi. Nunquam autem diceret. Iustificamini à me, sicut & ego iustificatus sum à Christo. Quoni

1. Cor. 4.

am possunt esse & sunt & fuerunt multi iusti homines & imitandi, iustus autem & iustificatus nemo nisi Christus. Unde dicitur. Credienti in eū qui iustificat impium deputatur fides eius ad iusticiam. Quisquis ergo ausus fuerit dicere, iustifico te, consequens est ut dicat etiam, crede. Quod nemo sanctorum recte dicere potuit nisi sanctorum sanctorum. Creditis in deum, & in me credite. Ut quia ipse iustificat

impium, deputetur fides eius ad iusticiam credenti in eum. Nam si sola imitatio facit peccatores per Adam, cur non etiā sola imitatio per Christum iustos facit? Sicut enim (inquit) per unius delictū in oēs homines ad condemnationem, sic per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uite. Proinde isti unus & unus non Adam & Christus, sed Adā & Abel cōstitui debuerūt. Quoniā cum multi nos in huius uitæ tempore præcesserint peccatores, eosq̄ imitati fuerint qui posteriore tempore peccauerūt, ideo tamen uolunt isti non nisi Adam dictum in quo omnes imitatio ne peccauerunt, quia primus hominum ipse peccauit. Ac per hoc Abel dici debuit, in quo uno similiter omnes imitatione iustificentur, quoniā ipse primus hominū iuste uixit. Aut si propter quendam articulum temporis ad noui testamēti exordium pertinentē Christus est positus propter imitationem, caput iustorum, ludas eius traditor caput poni debuit peccatorū. Porro si propterea Christus unus est in quo omnes iustificentur, quia non sola eius imitatio iustos facit, sed per spiritum regenerans gratia, propterea & Adam unus est in quo omnes peccauerunt, quia non sola eius imitatio peccatores facit, sed per carnem generans penam. Ob hoc etiā dictum est, omnes & omnes. Neq̄ enim qui generantur per Adam, si dem ipsi omnes per Christum regenerantur. Sed hoc recte dictum est, quia sicut nullius carnalis generatio nisi per Adam, sic spiritualis nullius nisi per Christum. Nam si aliqui possent in carne generari non per Adam, & aliqui generari spiritu non per Christum, non siquidē omnes siue hic siue ibi dicerentur. Eosdem autem omnes postea multos dicit. Possunt quippe in aliqua re omnes esse qui pauci sunt. Sed multos habet generatio carnalis, multos & spiritualis, quamuis nō tam multos hæc spiritualis quam illa carnalis. Veruntamen quemadmodum illa omnes habet homines, sic ista omnes iustos homines. Quia sicut nemo præter illam homo, sic nemo præter istam iustus homo. Et utriq̄; multi.

Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita per obedientiam unius hominis iusti constituentur multi. Lex autem subintravit ut abundaret delictum. Hoc ad originale homines addiderunt tam propria uoluntate non per Adam. Sed hoc quoq̄; soluitur sanaturq̄; per Christū.

Quia ubi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Ut quemadmodum regnauit peccatum in mortem.

Etiā quod non ex Adam traxerunt homines,

homines, sed sua uoluntate addiderunt. *Sic & gratia regnet per iustitiam in uitam eternam.]*
 Non tamē aliqua iustitia præter Christū, sicut aliqua peccata præter Adam. Ideo cum dixisset, Quemadmodum regnauit peccatū in mortem: hic non addidit per unum aut per Adam, quia iam supradixerat etiam de peccato illo quod subintrante lege abundauit. Ex hoc utiq; non est originis, sed iam propriae uoluntatis. Cum autem dixisset, Sic gratia regnet per iustitiam in uitam eternam, addidit.

Per Iesum Christum nostrum.]
Quia generante carne illud tantummodo trahitur quod est originale peccatum, re generante aut spiritu non solum originalis sed etiā uoluntariarum sit remissio peccatorū. Potest proinde recte dici paruulos sine baptismo de corpore exeuntes, in damnationē omnium mitissimam futuros. Multum autem fallit & fallit, qui eos in damnationem prædicat non futuros, dicente Apostolo. Iudicium ex uno delicto in condemnationem. Simul itaq; peccato & morti primi hominis obnoxij nascuntur in carne, & simul iustitie uitæ & æternæ secundū hominis sociati renascuntur in baptismo. Sic & in Ecclesiastico scriptum est, A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Siue autem à muliere siue ab Adam dicatur, utrumq; ad primum hominem pertinet. Quoniam sicut nouimus, mulier ex uiro est, & utriusq; una caro est. Vnde & illud quod scriptum est. Et erunt duo in carne una. Igitur iam non duo (inquit dominus) sed una caro. Sed homo habet & pœnam propriam, qua etiam corporis morte punitus est. Mortis quippe ei supplicium deus comminatus fuerat si peccaret, sic cum munerans libero arbitrio, ut tamē regeret imperio, terreret exitio: atq; in paradisi felicitate tanquam in umbra uitæ (unde custodita iustitia in meliora concideret) collocauit. Hinc post peccatū exul effectus, stirpem quoq; suam quam peccando in se tanquam in radice uitauerat, pœna mortis & damnationis astrinxit, ut quicquid prolis ex illo & simul damnata per quam peccauerat coniuge, per carnalē concupiscentiā (in qua inobedienciæ pœna similis retributa est) nasceretur, traheret originale peccatum, quo traheretur per errores doloresq; diuersos ad illud extremum cum desertoribus angelis, uitatoribus, & possessoribus, & confortibus suis sine supplicio. Sic per unum hominem peccatū intrauit in mundū, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit in quo omnes peccauerunt. Mundū quippe appellauit Apostolus, eo loco uniuersum genus humanū. Præter hoc uinculum concupiscentiæ carnalis natus est Christus, sine masculo ex uirgine concipiente de spiritu sancto. Non potest dici iste in iniquitate conceptus, nec potest dici in peccatis mater eius in uero cum aluit, cui dictum est. Spiritus sanctus superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Pœna enim carnis mors. Et inest utiq; ipsa mortalitas. Vnde Apostolus non moriturū corpus dixit, sed mortuū. Corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus autē uita est propter iustitiam. Quomodo ergo sine uinculo peccati nascitur, qui concreuit & seminat de corpore mortuo propter peccatum? Opus hoc casta in coniuge non habet culpā: sed origo peccati trahit secum debitam pœnam. Nō enim maritus quia maritus est, mortalitas non est. Aut aliunde nisi peccato mortalis est? Erat enim & dominus mortalis, sed nō de peccato. Suscepit pœnam nostram: soluit culpam nostram. Merito ergo in Adam omnes moriuntur: in Christo omnes uiuificantur. Per unū enim hominem (ait Apostolus) peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Definita sententia est. In Adam (inquit) omnes peccauerunt. Solus esse innocens infans potuit qui de opere Adam nō est natus. Videte ergo fratres, uidete genus humanum à prima illius primi hominis morte fluxisse. Etenim peccatū à primo hoīe intrauit in hūc mūdū, & p peccatū mors, & ita in oēs hoīes pertransiit. Verbum attēdite quod audistis: cōsiderate, uidete qd est pertransiit. Inde est paruulus reus. Peccatū nondū fecit, sed traxit. Etenim illud peccatū nō i fonte māsit, sed ptransiit. Nō in illū, aut illū sed in oēs hoīes pertransiit. Genuit peccator, res morti obnoxios primus peccator, primus præuaricator. Venit ad saluandos de uirgine saluator: qui ad te non qua uenisti uenit. Non em̄ ille de cōcupiscentiā maris & fœminæ, nō de illo uinculo cōcupiscentiā. Sanctus (inquit) spiritus superueniet in te. Dicitū est hoc uirgini in fide feruenti nō concupiscentiā carnis exstuant. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quæ tale umbraculum haberet, quando ardor libidinis exstuarer. Qui ergo non qua uenisti ad te uenit, liberat te ubi te inuenit. Illud enim ubi uel maxime fides Christiana consistit: quod per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam oēs moriuntur, ita et in Christo omnes uiuificantur: & quod per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt: & quod iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem: & quod per unius delictum in omnes homines ad cōdemnationē, & per unius iustificationem in omnes homines in iustificationem uitæ, & si qua alia testimonia declarant neminem nasci ex Adam nisi uinculo delicti & damnationis obstrictum, neminemque inde liberari nisi renascendo per CHRISTVM: tam inconueniēte tenere debemus, ut sciamus eum qui hoc negauerit, nullo modo ad CHRISTI fidem, & ad eam, quæ per CHRISTVM datur passis & magnis,

tibi. Pœna enim carnis mors. Et inest utiq; ipsa mortalitas. Vnde Apostolus non moriturū corpus dixit, sed mortuū. Corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus autē uita est propter iustitiam. Quomodo ergo sine uinculo peccati nascitur, qui concreuit & seminat de corpore mortuo propter peccatum? Opus hoc casta in coniuge non habet culpā: sed origo peccati trahit secum debitam pœnam. Nō enim maritus quia maritus est, mortalitas non est. Aut aliunde nisi peccato mortalis est? Erat enim & dominus mortalis, sed nō de peccato. Suscepit pœnam nostram: soluit culpam nostram. Merito ergo in Adam omnes moriuntur: in Christo omnes uiuificantur. Per unū enim hominem (ait Apostolus) peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Definita sententia est. In Adam (inquit) omnes peccauerunt. Solus esse innocens infans potuit qui de opere Adam nō est natus. Videte ergo fratres, uidete genus humanum à prima illius primi hominis morte fluxisse. Etenim peccatū à primo hoīe intrauit in hūc mūdū, & p peccatū mors, & ita in oēs hoīes pertransiit. Verbum attēdite quod audistis: cōsiderate, uidete qd est pertransiit. Inde est paruulus reus. Peccatū nondū fecit, sed traxit. Etenim illud peccatū nō i fonte māsit, sed ptransiit. Nō in illū, aut illū sed in oēs hoīes pertransiit. Genuit peccator, res morti obnoxios primus peccator, primus præuaricator. Venit ad saluandos de uirgine saluator: qui ad te non qua uenisti uenit. Non em̄ ille de cōcupiscentiā maris & fœminæ, nō de illo uinculo cōcupiscentiā. Sanctus (inquit) spiritus superueniet in te. Dicitū est hoc uirgini in fide feruenti nō concupiscentiā carnis exstuant. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quæ tale umbraculum haberet, quando ardor libidinis exstuarer. Qui ergo non qua uenisti ad te uenit, liberat te ubi te inuenit. Illud enim ubi uel maxime fides Christiana consistit: quod per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam oēs moriuntur, ita et in Christo omnes uiuificantur: & quod per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt: & quod iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem: & quod per unius delictum in omnes homines ad cōdemnationē, & per unius iustificationem in omnes homines in iustificationem uitæ, & si qua alia testimonia declarant neminem nasci ex Adam nisi uinculo delicti & damnationis obstrictum, neminemque inde liberari nisi renascendo per CHRISTVM: tam inconueniēte tenere debemus, ut sciamus eum qui hoc negauerit, nullo modo ad CHRISTI fidem, & ad eam, quæ per CHRISTVM datur passis & magnis,

Rom. 8.

Ex sermone 4. de uer. de postoli.

Luce. 1.

Ex episto. ad Optat. episcopum 1. Cor. 15.

magnis, dei gratiam pertinere. Vnde si origo animæ lateat, dum tamen redemptio clareat, periculum nō est. Neq; enim in Christum credimus ut nascamur, sed ut renascamur quomodocunq; nati fuerimus. Hactenus autem dicimus sine periculo latere animæ originē, ut non tamen eam partem dei esse credamus, sed creaturam: nec deo natam, sed ab illo factā atq; in eius genus adoptandam mirabili dignatione gratiæ, non parili dignitate naturæ, nec eam corpus esse, sed spiritum, nec creaturam sed creaturā, nec ideo uenisse in hoc corpus corruptibile quo grauatur, quod illuc eā uita in cœlestibus uel in quibuslibet alijs mundi partibus antea male gesta, merita computauerint. Nō dum enim natos apostolus cum de Rebecca geminis loqueretur, nihil egisse dicit boni uel mali, ut non ex operibus quibus nullis alter distinguebatur ab altero, sed ex uocante diceretur minori seruiturum esse maiorem. His igitur firmissime constitutis, si tam reconditum atq; abditum est in occultis operibus dei, ut nec scripturarum diuinarum manifesto eloquio declaratur, utrum propterea nihil boni uel mali nondum nati egisse credēdi sint, quia nō ex alijs propagatas, sed mox ex nihilo creatas animas singuli accipiunt: an quia cum essent originaliter in parentibus adhuc ipsi nulli erant qui suas & proprias uirtutes agerent: illa tamen sit fides salua, qua credimus nullū hominē siue maioris siue paruulæ quamlibet & recentis ætatis liberari à conuisione mortis antiquæ & obligatione peccati, quod primæ natiuitati contraxit, nisi per unū mediatorem dei & hominem Christum Iesum. Cuius hominis eiusdemq; dei saluberrima fide etiam illi iusti salui facti sunt, qui priusquam ueniret in carne crediderunt in carne uenturum. Eadem namq; fides est & nostra & illorum: quoniam hoc illi crediderūt futurū, qd nos credimus factū. Vnde dicit apostolus. Paulus. Habentes autē eundē spiritum fidei secundū qd scriptū est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur. Si ergo eundē spiritū fidei & illi habebant, qui uenturū in carne Christū prænunciauerunt, quē etiā illi qui eū uenisse nunciauerūt sacramenta potuerūt esse pro temporū diuersitate, diuersa, ad unitatē tamē eiusdē fidei cōcordissime recurrētia. Scriptū est in Actibus Apostolorum loquente apostolo Petro. Nunc ergo quid tentatis deum, imponere iugum supra colla discipulorū, quod neq; patres nostri neque nos potuimus portare? Sed per gratiam domini Iesu credimus nos saluos fieri quemadmodum & illi. Si ergo & illi patres portare iugum legis ueteris non ualentes per gratiā domini Iesu saluos se fieri crediderunt, manifestū est qd hæc gratia etiā antiquos iustos uiuere fecit ex fide. Iustus enim ex fide uiuit. Proinde cum omnes iusti, hoc est ueraces dei cultores siue ante incarnationē, siue post incarnationē Christi, nec uixerint, nec uiuant

nisi ex fide incarnationis Christi, in quo est gratia plenitudo, profecto quod scriptum est, Non est aliud nomen sub cœlo in quo oportet nos saluos fieri, ex illo tempore ualet ad saluandum genus humanum, ex quo in Adam uitiatum est genus humanum. Ille unus unū peccatum misit in mundum: iste uero unus non solum illud unum, sed cuncta simul abstulit quæ addita inuenit. Vnde dicit Apostolus. *Non sicut per unum peccatorem ita est & donum dei. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem.]* Quia utiq; illud unū originaliter trahitur, etiā si solū sit, obnoxios damnationi facit: gratia uero ex multis delictis iustificat hominem, qui præter illud unum quod communiter cum omnibus traxit, sua quoq; propria multa commisit. Veruntamen quod paulo post dicit, Sicut per unius delictū in omnes homines ad condemnationem, ita & per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitæ: satis indicat ex Adam neminem natum nisi damnatione detineri, & neminem nisi in Christo natum à damnatione liberari. *Nam iudicium ex uno in condemnationem, &c.]* Sed cur inquis gratia dei non secundum merita hominum datur? Respondeo, quoniam deus misericors est. Cur ergo inquis non in omnibus? Et hic respondeo, quoniam deus iustus iudex est. Ac per hoc & gratis ab eo datur gratia: & iusto eius in alijs iudicio demonstratur quid in eis quibus datur conferat gratia. Non itaq; sumus ingrati quod secundum placitū uoluntatis siue in laudē gloriæ & gratiæ suæ tam multos liberat misericors deus de perditione tam debita, ut si inde neminē liberaret, nō esset iniustus. Ex uno quippe omnes in condemnationē non iniustā iudicati sunt nisi iura, sed iustā. Qui ergo liberatur, gratiā diligit: qui nō liberatur, debitū agnoscat. Si in remittēdo debitū bonitas, in exigendo aequitas intelligitur, nusquam esse iniquitas apud deum inuenitur. *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per unius iustificationem in omnes homines in iustificationem uitæ.]*
 Quemadmodum enim omnes omnino pertinentes ad generationem uoluntatis carnis non moriuntur nisi in Adā, in quo oēs peccauerunt, sic ex his oēs omnino pertinentes ad re generationē uoluntatis spiritus, non uiuificantur nisi in Christo, in quo omnes uiuificantur. Quia sicut per unum omnes ad condemnationem, sic per unum omnes ad iustificationem. Nec est ullus ulli mediū locus, ut possit esse nisi cum diabolo, qui non est cū Christo. Vna est quippe caro peccati in qua omnes ad damnationē nascuntur, & una est caro in similitudine carnis peccati, per quā oēs à damnatione liberantur. Nec ita dictum est omnes, uelut quicunq; nascitur in carne peccati, sed omnes mundari intelligantur per carnē similem carni peccati. Nō enim omnium est fides: sed omnes pertinentes ad generationem conuulsi carnalis, nō nascuntur nisi in carne peccati:

Ex li. Bnchi.

Ex li. de bono persecutiōis

Ex li. de bapt. paruulorum

Ecl. 25.

Eph. 5.

Ex libro en/ chiri di

Extra Statu Pjal. 5.

Ex libro 1. de baptismo paruulorum Act. 15.

Rom. 1.

ti: & omnes pertinentes ad generationē con-
nubij spiritalis non mundantur nisi per carnē
similem carni peccati. hoc est, illi per Adam
ad condemnationem: isti per Christum ad iu-
stificationem. Tanquam iudicamus (uerbi gra-
tia) una est obstetrix in hac ciuitate, quæ om-
nes excipit, & unus est magister qui omnes
docet literas: neque ibi possunt intelligi om-
nes nisi qui nascuntur: neque hic omnes nisi qui
discunt. Non tamen eos qui nascuntur literas
discunt. Sed hinc cuius claret, quod & illic re-
cte dictum est, omnes excipit præter cuius ma-
nus nemo nascitur, & hic recte dictum est, om-
nes docet præter cuius magisterium nemo di-
scit. Sicut dictum est, Sicut per unius delictum
in omnes homines in condemnationē, ut nul-
lus prætermittetur, sic & in eo quod dictum est,
Per unius iustitiam in omnes homines in iusti-
ficationem uitæ, nullus prætermittitur. Non
quia omnes in eum credunt & baptismo eius
abluuntur, sed quia nemo iustificatur nisi in e-
um credat et baptismo eius abluatur. Itaque om-
nes dictum est, ne aliquo modo alio præter ip-
sum quisque saluus fieri possit credatur.

Ego dico paruulum natum in eo loco ubi
ei non potuit per Christi baptismum subueniri,
morte præuentum idcirco talem fuisse, id est
sine lauacro regenerationis exiisse: quia esse
aliud non potuit. Absolutat ergo eum, & aperit
at ei contra sententiam domini regnum celo-
rum. Sed non eum absoluit Apostolus qui ait,
Per unum hominem peccatum intrauit in mun-
dum, & per peccatum mors, & ita in omnes
homines pertransiit, in quo omnes peccauer-
unt. Recte ergo ea damnatione qua per uni-
uersam massam currit, non admittitur in re-
gnum celorum, quanuis Christianus non so-
lum non fuerit, sed nec esse potuerit. Sed de in-
fante non loquor. Inuenis uel senex in ea re-
gione defunctus est: ubi non potuit Christi no-
men audire. Potuit fieri iustus per naturam &
liberum arbitrium: an non potuit? Si potuisse
dicunt, ecce quod est cruce Christi euacua-
re, sine illa quenquam per naturalem legem
& uoluntatis arbitrium iustificari posse con-
tendere. Dicamus & hic. Ergo Christus gratis
mortuus est. Hoc enim possent omnes, etiā si
mortuus ille non esset. Et si iniusti essent, quia
uellent essent, non quia iusti esse non possent.
Si autem sine Christi gratia iustificari omni-
no non potuit, etiam iustum si audet absoluat
secundum uerba sua. Sicut enim per inobedientiam
unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius
obedientiam iusti constituuntur multi. Obediētia est in
omnibus, & in omni rationali creatura, om-
nisque iustitie origo atque perfectio: ita ut duorum
hominum, id est Adæ qui fuit caput mortis no-
stræ, & Christi qui est caput salutis nostræ, hæc
commēdetur magna distinctio, quia sicut per
inobedientiam unius hominis peccatores con-
stituti sunt multi, ita & per obedientiam uni-
us hominis iusti constituentur multi. Apo-
stolus gratiam qua salui efficiuntur magna in-

Ex libro de na-
tura & gratia

Ex tractatu
psal. 71.

tionē commendans dicit, Sicut in Adam
omnes moriuntur, sic & in Christo omnes ui-
uificabuntur. Et sicut per inobedientiam uni-
us hominis peccatores constituti sunt multi,
sic & per obedientiam unius hominis iusti co-
stituuntur multi. Eisdemque multos peccatores
non quibusdam exceptis, sed omnes intelli-
guntur, superius ait de Adam, In quo omnes
peccauerunt. Vnde utique infantum animæ non
possunt fecerunt. Lex autem subintravit ut abundaret
delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit
gratia. Hoc proderat superbis, ut abundaret
delictum. Multum enim sibi dabant, & quasi
uiribus suis multum assignabant, & non pote-
rant implere iustitiam, nisi adiuuaret ille qui
iusserat. Superbiam illorum uolens domare
deus, dedit legem tanquam dicens. Implete,
ne putetis deesse iubentem. Non deest qui iu-
beat, sed deest qui impleat. Si ergo deest qui
impleat, unde non implet? Quia natus cum tra-
duce peccati & mortis, de Adam secum tra-
xit quod ibi conceptum est. Cecidit primus ho-
mo, & omnes qui de illo nati sunt, de illo tra-
xerunt concupiscentiam carnis. Oportebat
ut nasceretur alius homo, qui nullam traxit
concupiscentiam. Ipsa est gratia fratres mei,
ipsa est ueritas, quia promissa & exhibita. Non
erat ista in ueteri testamento, quia lex minas-
batur, non opitulabatur: iubebat, non sanabat:
languorem ostendebat, non auferabat: sed illi
preparabat medicum uenturo cum gratia & ue-
ritate. Tanquam ad aliquem quem curare uult
medicus mittat primum seruum suum, ut liti-
gatum illum inueniat. Sanus non erat, sanari
nolebat, & ne sanaretur, sanum se esse iacta-
bat. Missa lex est, ligauit eum, inuenit seruum.
Iam clamat de ligatura. Venit dominus, curat
amaris aliquantum & acris medicamen-
tis. Dicit enim agrote, ferto, dicit tolera, dicit
noli diligere mundum, habeto patientiam cu-
rette ignis continentia, ferrum persecutionum
tolerent uulnera tua. Expauescas quamuis
ligatus: liber ille & non ligatus: bibit quod da-
bat tibi. Prior passus est ut te consolaretur: tan-
quam dices, Quod times pati pro te, prior pa-
tior pro te. Hæc est gratia, & magna gratia.
Quis illam digne collaudet? Per seruum lex
data reos fecit: per imperatorem indulgentia
data reos liberauit. Lex per Moysen data est.
Non sibi aliquid amplius seruus assignet quā
quod per illum factum est. Electus ad magnū
ministerium tanquam fidelis in domo, sed ta-
men seruus, agere secundum legem potest, sol-
uere à reatu legis non potest. Lex ergo per
Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum
Christum facta est. Etiam temporibus Apo-
stolorum non intellectis quibusdam subob-
scuris sententijs apostoli Pauli, hoc eum qui-
dam arbitrati sunt dicere, faciamus mala ut
ueniant bona, quia dixerat. Lex subintravit
ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit
delictum, superabundauit gratia. Quod ideo
uerum est, quia legem accipientes homines qui
de suis

Ex libro de
Genesi ad li-
teram
1. Cor. 15.

Ex tracta-
euang. secun-
dum 10. 3.

Ex lib. ed
sede & opa.

de suis uiribus superbissime præsumebant, nec
diuinum adiutorium uincendarum malarum con-
cupiscentiarum recta fide impetrantes, pluri-
mis grauioribusque delictis etiā lege præuaria-
ta onerati sunt: ac si magno reatu compellen-
te confugerunt ad fidem, qua misericordiā in-
dulgentiæ mererentur, & auxilium à domino
qui fecit celum & terram: ut diffusa per spiritum
sanctum charitate in cordibus suis, in dilectio-
ne agerent quæ contra seculi huius concupi-
scentias iubentur, secundum id quod prædictum fu-
erat in Psal. Multiplicatæ sunt infirmitates eor-
um, postea accelerauerunt. Legis litera quæ do-
cet non esse peccandum, si spiritus uiuificans desit,
occidit. Scrii enim peccatum faciunt potius quam ca-
ueri, & ideo magis augeri quam minui, quia malæ
concupiscentiæ etiā præuicatio legis accessit.
Volens ergo Apostolus commendare gratiā que
per Iesum Christum omnibus gentibus uenit, ne
Iudei aduersus cæteras gentes de accepta lege
se extollerent, postea quæ dixit peccatum & mortem
per unum hominem intrasse in genus humanum, &
per unum hominem iustitiam & uitam æternam, illi
Adam & hunc Christum apertissime insinuans
ait, Lex autem subintravit ut abundaret delictum.
Vbi autem abundauit delictum, superabundauit &
gratia, ut quemadmodum regnauit peccatum in
mortem, sic et gratia regnet per iustitiam in ui-
tam æternam, per Iesum Christum dominum no-
strum. deinde proponens sibi ipse questionem inquit.

Psal. 110.

Psal. 115.
Ex lib. de spi-
ritu et litera

Ex eodem
continue

Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia
abundet? Absit.]
Vidit enim à perueris peruerse posse ac-
cipi quod dixerat. Lex subintravit ut abunda-
ret delictum. Vbi autem abundauit delictum,
superabundauit gratia. tanquam dixerit propter
abundantiam gratiæ prodesse peccatum. Hoc
diluens respondit. Absit. atque subiicit.
Qui enim mortui sumus peccato, quomodo uiuemus in eo?
An ignoratis fratres quia quicumque baptizati sumus in Christo
Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?]
Hoc est, cum id præstiterit gratia ut morere-
mur peccato, quid aliud facimus si uiui-
mus in eo, nisi ut gratiæ sumus ingrati? Neque
enim qui laudat beneficium medicinæ, prodesse
se morbos dicit & uulnera, à quibus illa homi-
nem sanat, sed quāto maioribus medicina lau-
dibus prædicatur, tāto magis uituperantur &
horrentur uulnera & morbi, à quibus liberat
quæ ita laudatur. Sic laus & prædicatio gratiæ
uituperatio est & damnatio delictorum. De-
monstranda enim fuerat homini sceleritas lan-
guoris eius: cui contra iniquitatem suam, nec præ-
ceptum sanctum et bonum profuit: quo magis
auerta est iniquitas quam minuta, quando qui-
dem lex subintravit ut abundaret delictum: ut eo
modo conuictus atque confusus uideret non tan-
tum doctor sibi esse necessarium, uerum etiā
adiutorem deum, à quo eius itinera dirigantur
ne dominetur ei omnis iniquitas, & contugie-
do ad opem diuinæ misericordiæ sanetur, atque
ita ubi abundauit delictum superabundet gra-

tia, non peccantis merito, sed subuenientis au-
xilio. Consequenter eandem medicinā in pas-
sione & resurrectione Christi mystice demon-
stratam ostendit Apostolus dicens. An igno-
ratis quoniam quicumque baptizati sumus in
Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?
Consepulti ergo sumus illi per baptismum in
mortem, ut quemadmodum surrexit Christus
à mortuis per gloriam patris, ita & nos in no-
uitate uitæ ambulemus. Nepe satis elucet my-
sterio dominicæ mortis & resurrectionis, figu-
ratum uitæ nostræ ueteris occasum, & exortum
notæ, demonstratamque iniquitatis abolitionem,
renouationemque iustitiæ. Vnde igitur hoc tan-
tum beneficiū homini nisi per fidem Iesu Chri-
sti? Hæc cogitatio sancta seruat filios hominum
in protectione alarum dei sperantes, ut in-
brientur ab ubertate domus eius, & torrente
uoluptatis potentur, quoniam apud ipsum est
fons uitæ, & in lumine eius uidebimus lumē.

Per Moysen data est lex, & habet aliquid
obscurum traditio ipsa legis. Ad hoc enim da-
ta est lex, ut conuinceretur languidus, & me-
dicum imploraret. Ipsa est uia occulta dei. Er-
go quia hoc ibi mysterium est, ideo datam le-
gem ut conuincerentur peccatores, & ad gra-
tiam accipiendam, medicum imploraret. Vnde
de ille conuictus est quæ in se transfiguratur Pau-
lus Apostolus dicens. Infelix ego homo, quis
me liberabit de corpore mortis huius? Per mā
datum enim demonstrata illi erat quædam rix-
a in seipso. Vnde dicit. Video aliam legem
in membris meis repugnantē legi mentis meæ,
& captiuum me ducentem sub lege peccati
quæ est in membris meis. Cognouit se in mi-
seria, in gemitu, in rixa & contentione, ipse
secum sibi non concordans, à se dissonans, à se
resiliens. Et quid ait optans pacem ueram, pacem
supernam? Infelix ego homo, quis me libera-
bit de corpore mortis huius? Gratia Dei per
Iesum Christum dominum nostrum. Vbi enim
abundauit peccatum, superabundauit gratia.
Vnde autem abundauit peccatum? Lex autem sub-
intravit ut abundaret peccatum. Quare lege
subintrante abundauit peccatum? Quia nolle-
bant se confiteri homines peccatores, addita
lege facti sunt & præuicatores. Præuicato-
tor enim non est quisquam nisi cum legem trans-
gressus fuerit. Ipse Apostolus hoc dicit, Vbi
enim lex non est nec præuicatio. Abunda-
uit ergo peccatum, ut super abundaret gratia.
Ergo ut dicere coeperam, quia hoc est in lege
magnum mysterium, ideo eam datam ut cre-
scente peccato humiliaretur superbi, humilia-
ti confiterentur, confessi sanarentur. Iste sunt
uia occulta quas notas fecit Moysi, per quem
legem dedit qua peccatum abundaret, & supe-
abundaret gratia. Non crudeliter hoc fecit de-
us, sed consilio medicinæ. Aliquando enim ho-
mo uidetur sibi sanus & agrotat, & in eo quod
egrotat, quia non sentit, medicum non querit.
Augetur morbus, crescit molestia, queritur
medicus. Lex data est ut gratia quæreretur.

Psal. 115.
Ioan. 2.
Ex tractatu
psal. 102.

Rom. 8.

Rom. 4.

Ex lib. senten-
tiarum Prosspe-
ri

Gratia data est ut lex impleatur. Neq; suo uirio non implebatur, sed uitio prudentia carnis: quod uitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit.

Ex lib. 2. ad Iannu. Ignoratis, inquit, quoniam quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti ergo sumus illi per baptismum in morte. Vnde, nisi fides? Neq; enim iam in nobis perfectum est adhuc in nobis metipsis ingemiscensibus, & adoptionem expectantibus redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae uidetur non est spes. Quod enim quis uidet, quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Sed tamen quia ipsa spes ex promissione ueritatis certa non bis est, cum diceret, Consepulti enim illi sumus per baptismum in morte, subiunxit & ait.

Ex lib. ad Bonif. epif. Ut quemadmodum surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uitae ambulemus. Si enim copulati facti sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus.

Ambulamus ergo in re laboris, sed in spe quietis, in carne uetustatis. Semel immolatus est Christus in seipso: & tamen in sacramento non solum per omnes paschae solennitates, sed omni die populis immolatur. Nec utiq; mentitur, qui interrogatus eum respondit immolari. Si enim sacramenta quadam similitudinem rerum earum quarum sacramenta sunt non haberent, minime sacramenta essent. Ex hac autem similitudine plerunq; iam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo sacramentum corporis Christi corpus Christi est, sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est: ita & sacramentum fidei fides est. Nihil est autem aliud credere qm fide habere. Ac per hoc cum respondetur paruulus credere, qui fidei nondum habet effectum, respondetur fidei habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad deum propter conuersionis sacramentum, quia & ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti, sicut de ipso baptismo Apostolus ait. Consepulti, inquit, sumus Christo per baptismum in morte. Non autem sepultura significauimus, sed prorsus ait. Consepulti sumus. Sacramentum ergo tantere, non nisi eiusdem uocabulo nuncupauit. Itaq; paruulus etsi nondum fides illa quae in credentium uoluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelis facit. Nam sicut credere respondentur, ita etiam fides uocantur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Cum autem sapere homo ceperit, non illud sacramentum repetit, sed intelligit, eiusq; ueritati consona etiam uoluptate coaptatur. Hoc quando non potest, ualebit sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates. Et tantum ualebit, ut si ante maioris usum etatis ex hac uita emigrauerit, per ipsum sacramentum commendante ecclesie charitate ab illa condensatione quae per unum hominem intrauit in mundum, christiano adiutorio liberetur. Hoc qui non credit, & fieri non potest

se arbitratur, perfecto infidelis est, & si habeat fidei sacramentum. Longeque melior est ille paruulus qui etiam si fide nondum habet in cogitatione, non ei tamen obijcet contraria cogitationis opponit: unde sacramentum eius salubriter percipitur.

Scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est.

Mortalitas unde sit, notum est credentibus. Ex pena quippe maledicti peccati primi hominis, quam dominus suscepit, & peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Si ergo diceretur, mors maledicta est nemo exhorresceret. Quid autem nisi mors domini pendit in ligno, ut mortem moriendo superare? Eadem igitur maledicta quae uicta est. Item si diceretur, peccatum maledictum est: nemo miraretur. Quid autem pendit in ligno, nisi peccatum ueteris hominis, quod dominus pro nobis in ipsa carnis mortalitate suscepit? Vnde nec erubuit, nec timuit Apostolus dicere pro nobis peccatum fecisse, addens ut de peccato danaret peccatum. Non enim & uictus homo noster simul crucifixus erit, nisi in illa morte domini, peccati nostri figura pederet, ut euacuaretur corpus peccati, ut ultra non seruimus peccato. In cuius peccati & mortis figura etiam Moyses in eremo super lignum exaltauit serpentem. Persuasione quippe serpentis homo in damnationem mortis cecidit. Itaq; serpens ad significationem ipsius mortis conuenienter in ligno exaltatus est. In illa enim figura mors domini pendebat in ligno. Cui sacramento ipse dominus attestatus est dicens. Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis. Non enim & hoc in conspectum etiam domini Moysen fecisse aliquis dixerit, cum tantam in ea cruce salutem hominum esse cognosceret, ut non ob aliud ad eius iudicium serpentem illum erigere iuberet, nisi ut in eum intuentes qui mori a serpentibus morituri erant, continuo sanarentur. Non igitur mirum si de maledicto uicit maledictum, qui uicit de morte mortem, de peccato peccatum, de serpente serpentem. Maledicta autem mors, maledictum peccatum, maledictus serpens. Et haec omnia in cruce triumphata sunt.

Ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruimus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortuus sumus cum Christo, credimus quia simul etiam uiuimus cum Christo.

Gratia dei per baptismum eius qui uenit in similitudinem carnis peccati. Id agitur ut euacuatur caro peccati. Euacuatur autem, non ut in ipsa uiuente carne concupiscentia conspersa & innata repente absumatur, & non sit, sed ne obsit mortuo quae inerat nato. Nam si post baptismum uixerit, atq; ad aetatem capacem praecipit peruenire potuerit, ibi habet eum qua pugnet, eamq; adiuuante Deo superet, si non in uacuum gratiam dei susceperit, si reprobus esse noluerit. Non itaq; hoc praestatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili omnipotentissimi creatoris, ut lex peccati quae est in membris repugnans legi mentis, prorsus ac penitus extingatur & non sit, sed ut quicquid

In expositione ne epistola ad Galat.

Num. 22.

104. 3.

Ex lib. de baptismo par uulorum

quid mali ab homine factum, dictum, cogitatum est, cum eidem concupiscentiae subiecta mente seruiret, totum aboleatur, ac uelut factum non fuerit habeatur: ipsa uero soluto reatu uinculo qm illam diabolus animaretinebat, & interclusione destructa qua hominem a suo creatore separabat, maneat in certamine qm corpus nostrum castigamus & seruituti subijcimus.

Scientes quod Christus resurgens a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

Ex lib. cot. 6. quaestiones Pa ganorum

Ex tractatu Psal. 116.

Ex li. enchir.

Non Lazari resurrectio, sed potius Christi congruit promissio resurrectioni. quia Lazarus ita resurrexit, ut iterum moreretur. Christus autem, sicut de illo scriptum est, surgens a mortuis iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Quod etiam promissum est resurrecturis in fine seculi, & cum illo regnaturis in aeternum. Vnus resurrexit iam non moriturus. Resurrexit Lazarus, sed moriturus. Resurrexit filius uiduae, sed moriturus. Resurrexit filia Archisynagogi, sed moritura. Resurrexit Christus, non moriturus. Audi Apostolum, Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Tale spera resurrectione, & propter hoc esto Christianus. Quod autem mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit deo. Ita et uos existimate uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu.

Peccatum ei non inerat, & tamen quodammodo peccato mortuus est, dum moritur carne, in qua erat similitudo peccati, ut cum secundum uetustatem peccati nunquam ipse uiuisset, nostram ex morte ueteri qua in peccato mortui fueramus, reuiuiscerentem uitam noua sua resurrectione signaret. Ipsum est quod in nobis celebratur magnum baptismatis sacramentum, ut quicumque ad istam pertinent gratiam, moriantur peccato, sicut ipse dicitur mortuus peccato, quia mortuus est carne, hoc est peccati similitudine, & uiuant de lauacro renascendo, sicut ipse de sepulcro resurgendo, quamlibet corporis etate gerant. A paruulo enim recenter nato, usque ad decrepitem senem, sicut nullus prohibendus est a baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo. Sed paruuli tantum originali, maiores autem his etiam omnibus moriuntur peccatis, quaecumq; male uiuendo addiderunt ad illud quod traxerunt nascendo.

Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Sed neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos Deo tanquam ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iustitiae deo.

Ex tractatu Psal. 35.

1. Cor. 15.

Non potes non habere malitiam, uel odium illam. Cum enim odisti illam, uix tibi superit ut aliquid mali facias. Est enim peccatum in mortali corpore. Sed quid dicit Apostolus? Non regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Quando incipit non esse? Quando complebitur in nobis quod ait, Cum corruptibile hoc induerit incorruptione, & mortale hoc induerit immortalitatem. Antequam hoc fiat, est delecta

tio iniquitatis in corpore, sed maior est delectatio uoluptatis uerbi sapientiae dei. Vince peccatum & uoluptatem eius: peccatum & iniquitatem eius oderis, ut iungas te deo qui te, cum illud oderit. Iam conuinctus male legi Dei, mente serui legi dei. Et si carne propterea seruis legi peccati, quia sunt in te delectationes quaedam carnales, tunc nullae erunt quando iam non pugnabis. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore. Non dixit non sit, sed non regnet. Inest peccatum cum delectaris, regnat cum confenseris. Ex quadam parte haeres deo, ex quadam parte delectaris seculo. Illud quo delectaris seculo, pugnat aduersus mentem quae coharet Deo. Cohareat, non deficiat, non se dimittat, magnum adiutorium habet. Vincet quod in illa liberebellat, perseueret in pugnando. Est peccatum in corpore tuo, sed non regnet. Non ergo regnet, inquit, peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Si non obediueris, & si est quod suadeat, quod delectet ad malum, non obtemperando facis ut non regnet quod est, & ita fiat postea, ut non sit quod erat. Quando cum absorbebitur mors in uictoriam, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem. Ibi non erit quod tibi repugnet, non erit aliud quod delectet nisi deus.

Ex tractatu Psal. 50.

Ex tractatu Psal. 75.

Ex sermone 12. de uerb. apost.

Non dixit Apostolus, non sit peccatum in uestro mortali corpore. Nouit enim quia quae diu est mortale, est ibi peccatum. Sed quid ait? Non ergo peccatum regnet in uestro mortali corpore. Quid est non regnet? Ipse exponit. Ad obediendum, inquit, desiderijs eius. Sunt desideria, existunt desideria: Non tu obedis desiderijs tuis, non sequeris illa desideria, non illis consentis. Est ibi peccatum, sed iam amissit regnum, quando iam non in te regnat peccatum. Quid est, ne dominetur tibi omnis iniquitas? Audi Apostolum. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore. Quid est non regnet? Ad obediendum desiderijs eius. Non dixit noli habere desideria mala. Quomodo enim in hac carne mortali, ubi caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, non habeo desideria mala? Illud ergo fac. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore, ad obediendum desiderijs eius. Et si sunt desideria, non eis obediatur, ne iniquitas dominetur, nec exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. Non fiant membra tua arma iniquitatis, & non dominabitur tibi omnis iniquitas. Sed etiam hoc, ut non fiant membra tua arma iniquitatis, nunquid tibi praestas uiribus tuis? hoc ipsum inquam, hoc ipsum quod non sunt membra tua arma iniquitatis tu tibi praestas uiribus tuis? Cum enim non sunt membra tua arma iniquitatis, est quidem iniquitas in membris tuis, in desiderijs illicitis, sed non regnat. Quomodo non regnat, quae arma non habet? Pars tua, caro tua, concupiscentia carnis tuae languore rebellat aduersus te. Languor iste tyrannus est. Si uis

Et tyrannus

tyranni te esse uictorem, Christum inuoca imperatorem. Noli tibi hoc arrogare, ne perdas quod accepisti, & incipias frustra rogare. Non times, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: Ergo tu tibi praestas ut non dominetur tibi iniquitas? Si uera est tua ista praesumptio, uana est nostra oratio, ubi dicimus Deo, non dominetur mihi omnis iniquitas.

Peccatum enim uobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obediens ad iustitiam: Gratias autem Deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae in qua traditi estis. Liberati autem a peccato, serui facti estis iustitiae.]

Ex lib. de gra. et libero arbit.

Sub lege enim positus non sub gratia dominabitur peccatum: a quo non fit hominibus liber lege, sed gratia. Propter quod dicit. Peccatum enim uobis non dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia. Non quia lex mala est, sed quia sub illa sunt quos reos facit iubendo non adiuuando. Gratia quippe adiuuat ut legis quisque sit factor: sine qua gratia sub lege positus, tantummodo erit legis auditor. Talibus enim dicit. Qui in lege iustificamini a gratia excidistis.

Humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem.]

Ex epist. ad Anastasium

Apostolus admonet. Humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem. Quid est enim, sicut illud ita & hoc, nisi quemadmodum ad peccandum nullus uos coegit timor, sed ipsius libido uoluptatis peccati, sic ad iuste uiuendum non uos supplicij metus urgeat, sed ducat delectatio, charitasque iustitiae? Et haec quidem quantum mihi uidetur nondum est perfecta, sed quodammodo adulta iustitia. Neque enim frustra praemitteret, Humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae, nisi quia plus aliquid dicendum fuit, si iam illi ferre potuissent. Plus quippe seruitutis debetur iustitiae, quam peccato solent homines exhibere. Nam poena corporis & si non a uoluntate, tamen reuocat ab opere peccati: nec facile quisque est qui committat quo illicitam & immundam percipiat uoluptatem, si cruciatus uindictae certum est continuo secuturos. Iustitia uero sic amanda est, ut ab eius operibus etiam poena corporis nos cohibere non debeant: atque inter manus etiam crudelium iniquorum luceant opera nostra coram hominibus, ut quibus placere possunt glorificent patrem nostrum qui in caelis est. Hic est quod ille fortissimus dilector iustitiae exclamat. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an

Rom. 8.

gladius? Sicut scriptum est. Quoniam propter te mortificamus tota die, deputati sumus ut oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque uita, neque angelus, neque principatus, neque praesentia, neque futura, neque uirtus, neque altitudo, neque profundum, neque aliqua creatura poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro. Vide quem admodum non utcunque ait, quis nos separabit a Christo: sed attendens unde cohaereamus Christo. Quis nos (inquit) separabit a charitate Christi? Charitate igitur Christo, non poenae timore cohaeremus. Deinde commemoratis eis quae uidentur habere uiolentiam, nec tamen habent uiolentiam separandi, ita conclusit, ut eandem diceret charitatem dei quam dixerat Christi. Et quid est a charitate Christi, nisi a charitate iustitiae? De illo quippe dictum est, quia factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ut quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in Domino gloriatur. Sicut ergo ille iniquissimus, quem nec poenae corporales deterrent ab immundis operibus sordidae uoluptatis, ita ille iustissimus, qui nec poenarum corporalium terrore reuocatur a sanctis operibus luminosissimae charitatis. Quae charitas Dei (quod perpetua cogitatione tenendum est) diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ut qui gloriatur in Domino gloriatur. Cum ergo nos huius charitatis qualis uerissime impletur, pauperes egentesque sentimus, non de inopia nostra diuitias eius exigere, sed orando petere, quaerere, pulsare debemus, ut ille apud quem est fons uitae, det nobis inebriari ab ubertate domus suae, & uoluptatis suae potare torrentem: quo inundati atque uegetati, non solum tristitia non absorbeamur, uerum etiam gloriemur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probatio, probatio uero spes. Spes autem non confundit. Non quia per nos ipsos hoc possumus, sed quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Praepone delectationi carnis delectationem mentis. Carnem quippe nostram delectant illicitae uoluptates: Mentem delectet inuisibilis, pulchra, casta, sancta, canora, dulcis iustitia, ut non ad eam timore cogamini, si timore, non delectat. Peccare non debet, non timore poenae, sed amore iustitiae. Hinc Apostolus dicit. Humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem, sic nunc exhibeatis membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem. Quid dixit, humanum dico: Quod potestis portare dico. Quando exhibuistis membra uestra iniquitati ad flagitia perpetranda, timore adducti estis, an delectatione inuitati? Timor uos adduc

Psal. 43.

2. Cor. 200.

Psal. 35.

Rom. 8.

Ex serm. de uerbis ap. stol. 83.

adducebat ad peccandum, an suauitas peccandi? Respondebitis suauitas. Ad peccatum suauitas adducit, ad iustitiam timor impingit. Probate uos, inspicite uos. Tollat aurum qui minatur: suauior est iustitia, lucidior est iustitia. Non det aurum qui promittit, praepone da est auro iustitia, delectatio praepone da, est fulgentior est, lucidior est, suauior est, dulcior est. Iam ergo si quis se probat, & in hoc certamine superauit, audiuit Apostolum dicentem, Humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae. Sine dubio pepercit infirmitati, & nescio quid gratius minus idoneis dicere tentauit. Ecce, inquit, hoc dico quod capere potestis. Exhibuistis membra uestra delicijs illicitis, peccatorum suauitate ducti estis ut illa faceretis, ducat uos ad recta facta suauitas et dulcedo iustitiae: amate iustitiam, quomodo amatis iniquitatem. Digna est a uobis iustitia que impetret, ut exhibeatis illi quod exhibuistis iniquitati. Hoc est humanum dico, hoc est quoniam infirmitas uestra tolerare adhuc potest. Quid ergo suspendit Apostolus. Quid distulit dicere? Quid distulit? Dicam si potero. Appete iustitiam & iniquitatem. Tantum ne digna est iustitia, quantum digna fuit iniquitas? Sic amanda est ista, quomodo amata est illa? Absit ut sic. Et utinam uel sic. Ergo plus? Plus omnino. In iniquitate secutus es uoluptatem, pro iustitia tolera dolorem. In iniquitate inquam secutus es delectationem, pro iustitia tolera dolorem. Hoc est plus? Ecce nescio quis aetatis lubrica impudicus adolecens, suauitate illiciente iniecit oculos in coniugem alienam, amauit, concupiuit peruenire, quaerit tamen latere. Sic enim amat uoluptatem, ut plus timeat dolorem. Quare quaerit latere? Timet apprehendi, ligari, adduci, includi, produci, torqueri, occidi. Haec omnia timendo, in illa appetitione suauitatis suae latebras quaerit. Aucupatur absentiam mariti, ipsum adiuuorem flagitij sui timet inuenire, quia conscio se formidat implicare: & uideamus eum suauitate duci: sed suauitas illa non est tanta, ut uincat etiam dolorem timoremque poenarum. Da mihi pulchram iustitiam, da mihi fidei pulchritudinem. Procedat in medium, ostendat se oculis cordis, inspiret feruorem amatoribus suis. Iam tibi dicitur, frui me uis, contemne quicquid te aliud delectat pro me. Ecce contempsisti, parum est illi, humanum est hoc propter infirmitatem carnis uestrae. Parum est, ut contemnas quicquid te delectabat: contemne quicquid te terrebat, contemne carceres, contemne uincula, contemne eculeum, contemne tormenta, contemne mortem. Haec uicisti, me inuenisti. In utroque gradu amatores iustitiae uos probate. Inuenimus forsitan aliquos, qui praeponeant iustitiae delectationem uoluptatibus & delectationi corporis sui: qui autem pro illa poenas, dolores, mortemque contemnat, putas est aliquis in uobis? Saltem cogitemus, quod profiteri non audemus. Quid cogitamus? ubi cogitamus? Milia martyrum

adiacent oculis nostris, ipsi ueri amatores perfecti iustitiae. De illis dictum est. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, scientes quod probatio fidei uestrae patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habeat. Quid addi potest ut opus perfectum habeat? Amat, ardet, feruet. Calcat omnia que delectant, & transit. Venit ad aspera, horrenda, truculenta, minantia, calcet, frangit, & transit. O amare. O ire. O sibi perire. O ad deum peruenire. Qui amat animam suam perdet illam. Et qui perdiderit animam suam propter me, in uitam aeternam inueniet eam. Sic armandus est amator iustitiae; sic armandus est amator inuisibilis pulchritudinis.

Iacobi. 1.

Ioanis. 12.

Ex li. euchiri.

Ioan. 8.

Ex tractatu

Psalm. 30.

Ex lib. de gra.

et lib. arbit.

Psal. 102.

Philip. 2.

Ex epist. ad

Sixtum

presbyterum

Quis uobis potest serui adducti esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? liberaliter enim seruit, qui sui domini uoluntatem libenter facit. Ac per hoc & ad peccandum liber est, qui peccati seruus est. Vnde ad iuste faciendum liber non erit, nisi a peccato liberatus esse iustitiae cepit seruus. Ipsa est uera libertas, propter recte facti legitima: simul et pia seruitus, propter precepti obedientiam. Sed ad beneficium ista libertas unde erit homini adducto & uendito, nisi ille redimat cuius illa uox est, Si uos filius liberauerit tunc uere liberi eritis? Est quaedam confusio temporalis, utilis perturbatio animi respicientis peccata sua, respectu horrentis, horrore erubescens, erubescendo corrigentis. Vnde dicit Apostolus. Quam enim gloriam habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Na finis illorum mors est. Nunc uero liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam aeternam.]

Merito stipendium: quia militiae diabolicae mors eterna tanquam debitum redditur. Vbi cum posset dicere, & recte dicere, Stipendium autem iustitiae uita aeterna, maluit dicere.

Ut hinc intelligeremus non meritis nostris deum nos ad aeternam uitam, sed pro sua miseratione perducere. De quo in psalmo dicit homo ei & animae suae. Qui coronat te in miseratione & misericordia. Nunquid non corona bonis operibus redditur? Sed quia ipsa bona opera ille in nobis operatur de quo dictum est, deus est enim qui operatur in nobis & uelle operari pro bona uoluntate, ideo dixit psalmus. Coronat te in miseratione & misericordia, quia eius miseratione bona opera mur, quibus corona redditur. Vbi autem inuenimus etiam uitam aeternam gratiam multiplicari? habemus apud eundem gratiam magnificum defensorem apostolum Paulum.

Stipendium (inquit) peccati mors. Gratia autem dei uita aeterna, in Christo Iesu domino nostro. Vide (obsecro te) in quanta breui

uitate quam uigilanter uerba posuerit. Quibus diligenter consideratis quæstionis huius aliquantum diluceat obscuritas. Cum enim dixisset stipendium peccati mors, quis non eum congruentissime & consequenter addere iudicaret si diceret, stipendium autem iustitiæ uita æterna. Et uerū est: quia sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito iustitiæ tanquam stipendium uita æterna. Aut si nollet dicere iustitiæ diceret fidei, & niam iustus ex fide uiuit. Vnde etiam & merces appellatur in plurimis scripturarum sanctarum locis. Nunquā porro dicta merces iustitiæ uel fides, quia iustitiæ uel fidei redditur merces. Quod est autem merces operati, hoc militanti stipendium. Sed beatus Apostolus aduersus elationem quæ usque adeo magnis tentat irripere ut & sibi propter ipsam dicat datum angelū Satanae a quo colaphizaretur, ne uerticē presumptiōis erigeret, aduersus hanc ergo elationis pestē uigilantissime militās, stipendium inquit peccati mors. Recte stipendium, quia debetur, quia digne retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne iustitiā de humano se extolleret bono merito, sicut humanum meritum malū non dubitatur esse peccatum, non ē contrariū retulit dicens, stipendium iustitiæ uita æterna, sed gratia Dei inquit uita æterna. Et hec ne præter mediatorem aliqua alia uia quæreretur, adiecit. In Christo Iesu domino nostro. Tāquam diceret: audite quod stipendium peccati sit mors, quid te disponis extollere de humana, non iustitiā, sed nomine iustitiæ plane superbia. Quid te disponis extollere, & contrariam morti uitam æternam tanquam debitum stipendium flagitare?

Ex epi. ad Six. Presbiterum Iacobi, 1.

Cui debetur uita æterna uera iustitiā est. Si autem uera iustitiā est, ex te nō est. De sursum est descendens a patre luminum, ut haberes eam. Si tamen habes eam, profectio accepisti. Quid enim boni habes quod non accepisti? Quapropter o homo si accepturus es uitam æternam, iustitiā quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est & ipsa iustitiā. Tibi enim tanquam debita redderetur, si ex te tibi esset iustitiā cui debetur. Nunc uero de plenitudine eius accepimus non solum gratiam qua nunc iuste in laboribus usque in finem uiuimus, sed etiam gratiam pro hac gratia, ut in requie postea sine fine uiuamus.

* Item lectionis eiusdem breuis & contenta expositio, ab eo ubi dictum est, Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, usque ad id. Gratia autem Dei uita æterna, in Christo Iesu Domino nostro.

Ex epi. ad con. sulta Hilarij.

Sicut ab illo uno homine, sic ab eodem peccato infantes immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum resoluantur. Usque enim ad legem peccatum in mundo fuit.

Non quia deinceps nō fuit, hoc dictum est;

sed quia non poterat per legis literam auferri, quod solo poterat spiritu gratiæ. Ne quisquam ergo fidens de uiribus, non dico uoluntatis sed potius uanitatis suæ, putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere, & gratiam Christi derideret, ideo ait Apostolus. Usque enim ad legem peccatum in mundo fuit.

Peccatum autem non deputabatur cum lex non esset. Non dixit non erat, sed non deputabatur, quia lex non erat qua arguente demonstraretur, siue lex rationis in paruulis, siue lex literæ in populo. Sed regnauit, inquit, mors ab Adam usque ad Moysen. Quia lex per Moysen data non potuit regnum mortis auferre, sed sola Christi gratia abstulit. In quos autē regnauerit uide.

Et in eos, inquit, qui non peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adæ. Regnauit ergo & in eos qui non peccauerunt. Sed cum regnauerit, addit cum ait, in similitudinem prauaricationis Adæ. Iste enim est melior intellectus horum uerborum: ut cū dixisset, regnauit mors & in eos qui non peccauerunt, quasi nos moueret quare in eos regnauerit qui nō peccauerunt, adderet, in similitudinem prauaricationis Adæ, id est quia inerat in horum membris similitudo prauaricationis Adæ. Potest & sic intelligi. Regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, & in eos qui non in similitudinem prauaricationis Adæ peccauerunt, quia in seipis cum iam nati essent, nec ratione adhuc uterentur qua ille utebatur quādo peccauit, nec præceptum accepissent quod ille transgressus est, sed solo originali uicio tenerentur obstricti, per quod eos regnum mortis traheret ad condemnationem. Quod regnum mortis in eis tantum nō est, qui Christi gratia renati ad eius pertinet regnum. Quoniam mors temporalis quam uis & ipsa de originali delicto propagata sit, corpus in eis interim, animam uero ad pœnas non trahit. Vbi uoluit regnum mortis intelligi, ut anima renouata per gratiam iam non moriatur in gehenna, id est a uita dei non alienetur nec separatur: temporalis autem mors etiam in his qui Christi morte redimuntur relinquatur interim ad exercitationem fidei, & agonem presentis luciaminis, in quo & martyres certauerunt: absumatur uero & ipsa in renouatione corporis quam resurrectio pollicetur. Ibi enim penitus absorbebitur mors in uictoriam: cui modo gratia Christi adimit regnum, ne suorum animas ad pœnas tartari pertrahat. Quod uero adiunxit de Adam.

Qui est forma futuri. Neque hoc uno modo intelligitur. Aut enim forma Christi ē contrariū est, ut quem admodum in illo omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificantur, & quomodo per ipsius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, sic per Christi obedientiam iusti constituentur multi. Aut formā futuri cum dixit, quod ipse inflexerit formam mortis posteris suis. Ille tamen est melior intellectus ut ē contrariū forma esse credatur, quam multum commendat Apostolus. Denique

nique ne omnino ex æquo in hac forma eadem contraria pensarentur, adiungit & dicit. Sed non sicut delictum ita & donatio. Si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia & donum in gratia unius hominis IESU CHRISTI in multos abundabit. Ut intelligatur non magis multos cum iniqui multo magis sint qui damnabuntur, sed magis abundabit, quia in his qui per Christum redimuntur temporaliter ualet forma mortis ex Adam, in æternum autem ualebit uita forma per Christum. Quamquam ergo, inquit, Adam futuri forma sit, & contrario, plus tamen præstat Christus regneratis, quam eis nocuerit ille generatis.

Ex libr. 2. contra Iul.

Disputamus enim non de quocunq; peccatore qui quando cunq; peccauit, sed de illo per quem peccatum intrauit in hunc mundum. Vbi si quæretur exemplum imitationis diabolus inuenitur. Si contagium generationis, Adam. Proinde dicens apostolus, Per unum hominem peccatum in mundum intrauit, Peccatum generationis intelligi uoluit. Imitationis enim peccatum non per unum hominem, sed per diabolum intrauit in mundum. Nunquid enim Euam non imitantur peccantes? Aut peccatum generis humani non magis ex ipsa sumptum inquit? A muliere enim initium factum est peccati, & per illam sicut scriptum est, morimur omnes. Cur ergo non uis attendere propterea potius Apostolum per unum hominem dixisse peccatum intrauit in mundum, quia non imitationem, sed generationem uolebat intelligi? Sicut enim a muliere initium peccati fuit, sic initium generationis a uiro est. Prior enim uir seminat, ut femina pariat. Ideo per unum hominem peccatum intrauit in mundum, quia per seminem generationis intrauit, quod a uiro incipiens concipit femina. Quo more nasci uoluit, qui solus sine peccato est natus ex femina. In eo quidem loco ubi dictum est, Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit: utrum peccatum an mors, an utrunq; in omnes homines pertransiisse dictum sit, uidetur ambiguum. Sed quid horum sit res ipsa tam aperta demonstrat. Nam si peccatum nō pertransiisset, non omnis homo cum lege peccati quæ in membris nostris est, nasceretur. Si mors non pertransiisset, non omnes homines quantum ad istam conditionem mortalitatis pertinet, morerentur. Quod autem dicit Apostolus, In quo omnes peccauerunt. In quo intelligitur nisi in Adam, in quo eos dicit & mori? Quia non erat iustum sine crimine transire supplicium. Quid autem aliud indicant etiam sequentia uerba apostolica? Cum enim dixisset hoc, adiunxit. Usque ad legem enim peccatum in mundo fuit.

Eccle. 25.

Id est, quia nec lex potuit auferre peccatum. Peccatum autem non deputabatur cum lex non esset. Erat ergo, sed non deputabatur, quia nec ostendebatur quod deputaretur. Sicut enim alibi dicit, per legem cognitio peccati.

Sed regnauit, inquit, mors ab Adam usque ad Moysen. Hoc est quod supra dixerat uique ad legem, non usque ad Moysen, non ut deinceps non esset peccatum, sed quia nec lex per Moysen data regnum potuit mortis auferre, quæ non regnat utiq; nisi per peccatum: Regnum porro eius est, ut hominem mortalem in seculam etiam quæ sempiterna est præcipitet mortem. Regnauit autem in quibus?

Ex eodem

Etiam in his, inquit, qui non peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adæ, qui est forma futuri. Cuius futuri nisi Christi? Et qualis forma nisi a contrario? Quod alibi etiam dicit. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificantur. Sicut in illo illud, ita in isto illud. Ipsa est forma: sed hæc forma non ex omni parte conformis est. Vnde hic apostolus secutus adiunxit. Sed non sicut delictum ita & donatio. Si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abundabit.

Quid est multo magis abundabit? Quia omnes qui per Christum liberantur, temporaliter propter Adam moriuntur, propter ipsum autem Christum sine fine uiuunt. Quod uero ait paulo superius, Usque ad legem peccatum in mundo fuit, non originale tantum, sed omne peccatum intelligi uoluit. Et ideo usque ad legem fuit, quia nec lex potuit auferre peccatum. Usque ad legem quippe dictum est, ut etiam ipsam legem sententia ista concluderet. Quomodo dictum est in euangelio. Omnes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim. Non enim excepto David, sed ipso etiam computato numerus iste completur. Sic lex non est extra per mansionem peccati, quod fuisse est dictum usque ad ipsam. Ac per hoc nemo tollit peccatum quod nec lex quantuis sancta & iusta & bona potuit auferre, nisi ille de quo dictum est. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Tollit autē & dimittendo quo facta sunt, ubi & originale comprehenditur, & adiunxerit ne fiat, & perducendo ad uitam ubi fieri omnino non possint. Verū est autē quod Apostolus ait, falsum ergo quod tu dicis. Et quod superius dixisti uigilanter inculcasse Apostolum, multo magis gratia dei & donum unius hominis Iesu Christi in plures abundabit: uolēs intelligi ideo plures dictos, quia peruenit gratia eius ad paruulos, ad quos imitatio primi hoīs nō pertinet: aut mendosus codex tibi mēritus est, aut ipse mēritus, aut ab aliquo falso siue fallēte, aut obliuione deceptus es. Nō em̄ ait Apo. plures, sed multos. Græcū attēde codicē, & inuenies plures nō pleistous. Dixit ergo multo magis abundasse gratiam in multos, nō in magis multos hoc est nō in plures, sicut iam ostēdimus. Quoniam plures dixisset propter paruulos quos tenet gratia, cum primi hominis non teneat imitationem, falsum dixisset, & esset similis uobis. Si enim omnes imitatores Christi post eius incarnationem regeneratis paruulis additis e-

Ex lib. ad con. sulta Hilarij.

feratur cum peccatoribus quos omnes uultis

propter arbitrium libertatis ad imitationem primi hominis pertinere ab ipso Adam usque ad finem seculi uoluntate peccantis, qui eorū multo plures sint euidenter apparet, ut & uestra fallitate conuincamini. Et non sicut per unum delictum ita est donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem.] Ex uno ergo quo nisi delictor Quia sequitur. Gratia autem ex multis delictis in iustificationem.] Dicāt isti quomodo ex uno delicto in condemnationem, nisi quia sufficit ad condemnationem etiam unum originale peccatum quod in omnes homines pertransiit. Gratia uero ideo ex multis delictis in iustificationem, quia non solum unum illud soluit quod originaliter trahitur, sed etiam cætera quæ in unoquoque hoīe motu propriae uoluntatis adduntur. Quicunq; enim ex illo uno multū in seip̄s futuri erant, tunc in illo unus erant. Proinde illud peccatum solius effecti ex illo nullus exisset. Porro autē in quo erat natura communis, ab eius uitio est nullus immunis. Si ambo qui nondum propria uel bona uel mala operabantur, rei tamē ex origine nascebantur, laudet misericordiam qui liberatur, non culpēt iudiciū qui punitur. Hic si dixerimus, quanto melius ambo liberarentur, nihil nobis conuenientius dicitur quam dō homo tu qui es respondeas Deo. Nouit quippe illic quid agat, & quantus numerus esse debeat primitus omnium hominum, deinde sanctorum, sicut fiderum, sicut angelorum, atque ut de terrenis loquamur, sicut pecorum, sicut piscium, uolatilium, sicut arborum & herbarum, sicut denique foliorum, capillorumq; nostrorum. Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum.] A quo delicto paruuli expiantur per baptismum. Multo magis qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt in uita, regnabunt per unum Iesum Christum.]

Multo magis utiq; in uita regnabūt, quia æternæ uitæ regnum erit. Mors autem in eis temporaliter transit, nō in æternum transibit. Itaq; sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ita & per unius iustitiam in omnes homines ad iustificationem uita.] Adhuc permanent in uanitate suæ mentis, & dicant unum hominem nō propaginem traiecisse, sed exemplum præbuisse peccati. Quomodo ergo per unius delictū in omnes homines in condemnationem, & nō potius per multa sua delicta, nisi quia etiam si illud unum sit, tamen idoneum est perducere ad condemnationem etiam nullis additis cæteris, sicut perducit paruulos morientes qui ex Adam nascuntur in Christo non renascantur. In eo uero quod tibi uidetur duo ista inter se esse contraria, ut omnes erant in condemnationem per Adam, & omnes in iustificationem per Christum, omnino erras. Nullus enim hominum nisi per Adam trahitur ad damnationem, de qua per lauacrum regeneratio nisi homines liberantur, & nullus hominum nisi per Christum ab hac condemnatione liberatur. Ideoq; ex utraq; parte dictū est omnes: quia nemo ad damnationem generationis nisi per istū, nemo ad uitam regenerationis nisi per illum. Ac per hoc non generalitas unius partis locum excludit alterius, quia ex his ipsis qui generaliter moriūtur in Adam, quos uult uiuificat Christus. Qui propterea liberare dictus est omnes etiam ipse, quoniam nō liberat quemquam nisi ipse: sicut dictus est illuminare omnem hominem, quia nemo illum inat quemquam nisi ipse. Eisdem autem omnes etiam multos dicit postea adiungens. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, sic & per unius hominis obedientiam iusti constituentur multi. Vide quemadmodum commendat unum & unum, id est Adam & Christum, illum ad condemnationem, istum ad iustificationem, cum tanto post Adam uenerit Christus in carne: ut sciamus etiam antiquos iustos quicunq; esse potuerunt, non nisi per eandem fidem liberatos per quam liberamur & nos, fidem scilicet incarnationis Christi, quæ illis prænunciabatur sicut & nobis annūciatur. Ideo hic Christum hominem dicit, cum sit & Deus, ne quis existimet antiquos iustos per Deum tantummodo Christum, id est per uerbum quod erat in principio, non etiam per fidem incarnationis eius, qua & homo Christus dicitur, potuisse liberari. Quod uero adiungit & dicit. Lex autem subintravit ut abundaret delictum.] lam non pertinet ad illud delictum quod trahitur ex Adam, de quo superius dicebat, Mors regnauit per unum. Legem quippe siue naturalem intelligamus quæ in eorum apparet ætatibus qui iam ratione uti possunt, siue cōscriptam quæ data est per Moysen, quia nec potuit ipsa uiuificare & liberare à lege peccati & mortis quæ tracta est ab Adam, sed magis addidit præuaricationis augmentum. Vbi enim nō est lex, nec præuaricatio. Præuaricata ergo lege quæ in paradiso data est, nascitur homo ex Adam cum lege peccati & mortis, de qua dicit Paulus Apostolus. Video aliam legem in membris meis repugnante legi mentis meæ, & cætera. Quæ tamen nisi mala postea consuetudine roboretur, facilius uincitur, non tamen sine gratia Dei. Lege autē alia præuaricata quæ est in usu rationis animæ rationalis in ætate hominis iā ratione utentis, præuaricatores fiunt omnes peccatores terre. Præuaricata ergo lege etiā illa quæ data est per Moysen, multo amplius abundat delictum. Lex ergo subintravit ut abundaret delictum, siue cum homines negligunt quod Deus iubet, siue cum de uiribus suis præsumentes adiutorium gratiæ non implorant, & addunt infirmitati superbiam. Cum autē uocatione diuina intelligunt cui sit ingemiscendū, & inuocant eum in quem credunt recte dicentes, Miserere mei Deus secundum magnā misericordiam tuam. & ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Cum ergo se homo ad illum extēderit, & sic ingemuerit, fiet quod sequitur.

Ex lib. ad Bonif. pa.

Ex lib. contra Iulianum

Ex lib. ad consulta Hilarij

Rom. 7.

Psal. 40.

vbi

Vbi autem abundauit delictum superabundauit & gratia.] Et dimittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum, & diffunditur in corde charitas dei unde fiat legis plenitudo, non per uires arbitrii quod est in nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Ut quemadmodum regnauit peccatum in mortem, sic & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam per Iesum Christum dominum nostrum.]

Modo cum dixisset, ut quemadmodum regnauit peccatum in mortem, non ait per unū hominem, aut primum hominem aut per Adam, quia iam dixerat Lex subintravit ut abundaret delictum. Quæ abundantia non pertinet ad primi hominis propaginem sed ad conuersationis humanæ præuaricationem, quæ illi uni delicto quo solo obstricti tenentur infantes, iam in maioribus ætatibus ex abundantia iniquitatis adiecta est. Sed quoniam hoc totum etiam quod non pertinet ad illius unius delicti originem, tamen idonea est soluere gratia Saluatoris, ideo cum dixisset, Sic & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam, addidit per Iesum Christum dominum nostrum. Nullius itaq; argumentationes contra hæc apostolica uerba impediunt paruulos à salute quæ est in Christo Iesu domino nostro. Tanto magis enim pro eis loqui debemus, quanto ipsi pro se loqui non possunt. De qua per unū hominem pœna, & per unum hominem gratia, cum locutus fuisset, deinde sacri baptismatis in cruce Christi grande mysterium commendauit eo modo, ut intelligamus nihil aliud esse Christi baptismum, nisi mortis Christi similitudinem: nihil autem aliud mortem Christi crucifixi, nisi remissionis peccati similitudinem. Ut quemadmodum in illo mors uera facta est, sic in nobis uera remissio peccatorum. Et quemadmodum in illo uera resurrectio, & sic & in nobis uera iustificatio. Ait igitur. Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato ut gratia abundet?] Dixerat enim superius. Vbi enim abundauit peccatum superabundauit & gratia. Et ideo questionem libip̄se proposuit: utrum propter abundantiam gratiæ consequendam in peccato sit permanendum. Sed respondit. Abiit. Atq; subiecit. Si enim mortui sumus peccato, quomodo uiuemus in eo?] Nihil dici potuit breuius & melius. Quid enim nobis gratia dei utilius confert in hoc præsentī seculo maligno, nisi moriamur peccato? Ac per hoc ipsi gratiæ inuenietur ingratus, qui propter illam uult uiuere in peccato per quam morimur peccato. Deinde ut ostenderet mortuos non esse peccato. An ignoratis, inquit, quoniam quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Si ergo hinc ostēdimur mortui esse peccato quia in morte ipsius Christi baptizati sumus profecto & paruuli qui baptizantur in Christo peccato moriuntur, quia in morte ipsius baptizantur. Nullo autem excepto dictum est. Quicunq; ergo baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.

Ex lib. em chiri,

Ex eodem

Ex epist. 2. ad Valent. de gra. & libero arbit.

Et ideo dictum est, ut probaretur mortuos nos esse peccato. Cui autem peccato paruuli renascendo moriuntur, nisi quod nascendū traxerunt. Ac per hoc etiam ad ipsos pertinet quod sequitur dicens. Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem, ut quemadmodum surrexit Christus à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus & cetera. Vsq; dum ait, Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autē uiuit, uiuit deo. Ita & uos existimate uos mortuos esse peccato, uiuere autem deo in Christo Iesu. Hinc enim probare cœperat non esse nobis permanendum in peccato ut gratia abundet, & dixerat. Si mortui sumus peccato quomodo uiuemus in eo? Atque ut ostenderet nos mortuos esse peccato, subiecerat. An ignoratis quoniam quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Sic itaque locum istum claudit ut cœpit. Mortui quippe Christi sic insinuauit, ut etiam ipsum mortuum diceret esse peccato. Cui peccato, nisi carni in qua erat non peccatum, sed similitudo peccati? & ideo nomine appellata peccati? Baptizati itaque in morte Christi in qua non solum maiores, uerum etiam & paruuli baptizantur, ait. Sic & uos, i. quemadmodum Christus, sic & uos existimate uos mortuos esse peccato, uiuere autem deo in Christo Iesu. Quicquid igitur gestum est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectione tertia die, in ascensione in cœlum, & sessione ad dexteram patris: ita gestum est, ut his rebus non mystice tantum dictis, sed etiam gestis configuraretur uita Christiana quæ hic geritur. Nam propter eius crucem dictū est. Qui autem Iesu Christi sunt: carnem suam crucifixerunt cum passionibus & concupiscentiis. Propter sepulturam. Consepulti enim sumus enim Christo per baptismum in mortem. Propter resurrectionem. Ut quemadmodum Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Propter ascensionem in cœlum, sessionemq; ad dexteram patris. Si autem surrexistis cum Christo quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextra dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Interioris enim hominis nostri sacramento data est uox illa pertinens ad mortem animæ nostræ significandam, non solum in psalmo uerum etiam in cruce. Deus meus, deus meus. ut quid dereliquisti me? Cui uoci cōgruit Apostolus dicens. Scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est ut euacuetur corpus peccati, & ultra non seruiamus peccato.] Crucifixio quippe interioris hominis penitentiae dolores intelliguntur, & continentie quidam salubris cruciatus. Per quam mortem mors impietatis perimitur, in qua nos non relinquit Deus. Et ideo per talem crucem euacuetur corpus peccati, ut iam non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato. Quia & interior homo

Gal. 2.

Coloss. 3.

Ex lib. de trinitate. 3.

Matth. 27.

homo si utiq; renouatur de die in diem, profecto uetus est antequam renouetur. Intus namque agit quod idem Apostolus dicit. Exiite uos ueterem hominem & induite nouum. Quod ita consequenter exponit. Quapropter deponentes mendacium loquimini ueritatem. Vbi autem deponitur mendacium nisi intus, ut habitet in motu sancto dei, qui loquitur ueritatem in corde suo. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem uiuit, uiuit deo. Ita & uos existimate uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem deo in Christo lesu. Hoc est sacramentum in quo hi qui baptizantur uita ueteris experiuntur occasum, & noua exordiantur ingressum. Vnde idem dicit. Consepulti ergo illi sumus per baptismum in mortem, ut quemadmodum resurrexit Christus a mortuis, sic & nos in nouitate uite ambulemus. Per hoc sacramentum agnoscamus nos & peccato mortuos esse cum Christo: & iustitiam uiuere in Christo. In cruce dolor est cōfessorum. In sepultura requies absolutorum. In resurrectione uita iustorum. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato.]

Non autem non sit, sed non regnet. quādiu peccatum necesse est esse in membris uis saltem illi regnū auferatur: non fiat quod iubet. Surgit ira: noli dare linguam ad maledicendum, noli dare iram manū aut pedē ad feriendum. Nō surgeret ira ista irrationabilis, nisi peccatum esset in membris. Sed tolle illi regnū, nō habeat arma unde contra te pugnet. Disce etiam nō surgere, cum arma non ceperit inuenire. Nō exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. Alioquin toti captiui eritis et non eritis dicere, mente serui legi Dei. Cum enim esset serui peccati, liberi fuistis iustitiae.] Liberum arbitrium usque adeo in peccatore non perijt, ut per ipsum peccent maxime omnes qui cum delectatione peccent & amore peccati, & eis placet quod eis libet. Vnde & Apostolus. Cū essetis, inquit, serui peccati, liberi fuistis iustitiae. Ecce ostenduntur etiam peccato minime potuisse nisi alia libertate seruire. Liberi ergo a iustitia non sunt, nisi arbitrio libertatis. Liberi autē a peccato non fiunt, nisi gratia saluatoris. Propter quod admirabilis doctor etiam uerba ipsa disereuit. Cum enim serui essetis, inquit, peccati, liberi fuistis iustitiae. Quem ergo tūc fructum habuistis in his in quibus nūc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc autem liberati a peccato serui autem facti deo, habetis fructum in sanctificationem. finem uero uitam aeternam. Liberos dixit iustitiae, non liberatos. A peccato autem non liberos, ne sibi hoc tribuerent, sed uigilantissima maluit dicere liberatos, referens hoc ad illam domini sententiam. Si uos filius liberauerit, tunc ueri liberi eritis. Sed hanc uoluntatem quae libera est in malis quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est quia libera non est. Non potest homo boni aliquid uelle, nisi adiutetur ab eo qui malum non potest uel

1 pph. 4.

Ex sermone de resurrectione domini

Ex tractatu e. uangelij secundum iohannem. 4.

Ex lib. ad Romanos. 4.

10 an. 8.

le. Liberos dicimus ad facienda opera pietatis eos, quibus idem dicit apostolus. Nunc autem liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam aeternam. Hic in sanctificatione fructum, qui fructus proculdubio charitas est, atq; opera eius nullo modo habere possemus a nobis, sed habemus per spiritum sanctum qui datus est nobis. De ipso quippe fructu loquebatur magister deus, quando palmitibus in se manentibus dicebat, Sine me nihil potestis facere. Vnde & ipsam uitam aeternam quae certe merces est operum honorum gratiam dei appellat Apostolus. Stipendium, inquit, peccati mors. Gratia autem dei uita aeterna in Christo Iesu domino nostro.

Stipendium pro opere malitiae debitum redditur, non donatur. Ideo dixit, Stipendium peccati mors, ut mortem peccato non immerito illatam, sed debitam demonstraret. Gratia uero nisi gratis est, gratia non est. Intelligendum est igitur etiam ipsa hominis bona merita esse Dei munera. Quibus, cum uita aeterna redditur, quid nisi gratia pro gratia reddatur?

CAPVT VII.

A Tignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore uiuistis? Usq; ad eum locum in quo scriptum est. Vi uificauit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis.

A Postolus in hac similitudine in qua de uiro & muliere loquitur, quoniam muliere tenetur lege uiri, tria quadam consideranda commendat, mulierem, uirum, & legem. Mulierem scilicet subiugatam uiro per uinculum legis. Quo uinculo morte uiri liberatur ut cui uult nubat. Sic enim dicit,

Mulier enim sub uiro, uiuo marito iuncta est legi. Si autem mortuus fuerit uir eius, euacuata est a lege uiri. Igitur uiuente uiro, uocabitur adultera si fuerit cum uiro altero. Si autem mortuus fuerit uir eius libera est a lege, ut non sit adultera si fuerit cum alio uiro.]

H uicque similitudo est. Deinde incipit re loqui, cui explananda ac probanda similitudinem induxit. In qua etiam re, tria similitudine attendenda sunt, homo, peccatum, lex. Tandem enim dicit sub lege hominem, quādiu uiuit peccato, quemadmodum mulier tandem sub lege uiri est quādiu uiuit uir. Hoc autem peccatum hic intelligendum est, quod accessit per legem. Quod peccatum dicit supra modum esse, quoniam iam cum appareat esse peccatum, tamen adiuncta prauaricatione cummulatur. Vbi enim non est lex, nec prauaricatio. Et hoc est quod dicitur, Ut fiat, supra modum peccator, aut peccatum per mandatum. Quapropter legem quamuis a peccando prohibeat, non tamen sic dicit datam, ut liberaret a peccato, sed ut demonstraret peccatum. Cui seruans anima debet se ad gratiam liberatoris conuertere ut a peccato liberetur. Per legem enim cognitio peccati. Et alio loco dicit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Vbi enim non est gratia

10 iohannis. 15.

Ex lib. encbirid.

Ex libro quae st. 33.

Roma. 4.

Roma. 3.

gratia liberatoris, auget peccandi desiderium prohibitio peccatorum. Quod quidem ad hoc utile est, ut sentiat anima seipsam non sufficere ad extrahendum se de seruitute peccati: atque hoc modo de tumescere atq; extincta omni superbia subdatur liberatori suo: synceriterq; homo dicat: Adhaesit anima mea post te. Quod etiam non esse sub lege peccati, sed in lege iustitiae. Lex peccati autem dicitur, non quia lex ipsa peccatum est, sed quia peccatoribus imponitur. Ideo etiam lex mortis dicitur, quia stipendium peccati mors. Aculeus mortis, peccatum: uirtus autem peccati, lex. Peccando enim ad mortem labimur. Vehementer enim peccamus lege prohibente, quā si nullal lege prohiberemur. Accedente autem gratia id ipsum quod lex onerosae iusserat, iam sine onere ac libentissime implemus. Lex ergo peccati ac mortis id est quae imposita est peccantibus atq; morientibus, iubet tantum ne concupiscamus, & tamen concupiscimus. Lex autem spiritus uitae quae pertinet ad gratiam, & liberat a lege peccati & mortis, facit ut nō concupiscamus & impleamus iussa legis, non iam serui legis, per timorem, sed amici per charitatem & serui iustitiae, unde illa lex promulgata est. Iustitiae autē nō seruiliter, sed liberaliter seruendum, id est charitate potius quā timore. Ideoq; uerissime dictum est. Legem ergo euacuamus per fidem: Absit. Sed legem statuimus. Hoc enim efficit fides quod lex iubet. Statuitur ergo lex per fidem. Quae fides si non sit, iubet tantum lex, & non implentes iussa reos tenet: ut eos gementes & non ualentes implere quae iussa sunt, ad gratiam liberatoris aliquando conuertat. Cum ergo tria quaedam in illa similitudine uideamus, mulierem, uirum, & legem: & rursum in hac re propter quam similitudo adhibita est tria, animam, peccatum, & legem: hoc solum hic diuersum est, quod in illa similitudine uir moritur ut nubat mulier cui uolet, & a lege uiri soluitur: hic autē ipsa anima moritur peccato ut nubat Christo. Cum autem moritur peccato, moritur etiam legi peccati.

Itaque, ait, fratres mei & uos mortui estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus deo. Cū enim essemus in carne, inquit, id est carnalibus desiderijs obstricti teneremur passiones peccatorum quae per legem sunt, operabantur in membris nostris ut fructum ferrent mortui. Nunc autē soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur: ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literae.

A Vctam concupiscentiam cum lex prohibet, ubi non erat fides, & ad cumulum peccatorum prauaricationis crimen adiectum est, quia ubi non est lex, nec prauaricatio. Has dicit passiones quae per legem sunt, operatas in membris nostris ut fructum ferrent morti. Sub istis passionibus tanquam sub uiro dominante agebat anima antequam ueniret gratia per fidem. His ergo passionibus moritur qui iam seruit mente legi dei, quamuis ipse passiones nondum mortuae sint quādiu

Eccles. 70.

Psalm. 62.

carne seruit legi peccati. Restat adhuc ergo aliquid ei qui est sub gratia, quod eum non uincat, nec captiuum ducat, donec mortificetur totū quod consuetudine praua roboratum est.

Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Et paulo post. Adueniente, inquit, mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum. Et inuentum mihi mandatum quod erat in uitam, hoc esse ad mortem. Peccatum enim occasione accepta, per mandatum fessit me & per illud occidit: itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.]

Q uod ergo ait mortuus sum, uult intelligi mortuum me esse cognoui. Quia iam etiam prauaricatione peccat qui uidet per legem quid facere non debeat, & tamen facit. Quod autem ait. Fessit me peccatum occasione accepta per mandatum: siue quia uasio delectationis ad peccandum uehemētior est cum adest prohibitio, siue quia etiam si quid homo fecerit secundum iussa legis, si adhuc non sit fides quae in gratia est, uult sibi tribuere non Deo; & superbiendo plus peccat. Sequitur ergo & dicit.

Scimus autem quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, id est carni consentio uenundatus sub peccato.

Id est peccans precio temporalium uoluptatū. Quod enim operor ignoro. Non enim quod uolo bonum hoc ago: sed quod odi malum illud facio. Si autem quod uolo illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me hoc est in carne mea bonum. Nam uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod uolo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae & captiuam me in lege peccati quae est in membris meis.

Idest non agnosco in praeceptis ueritatis ubi est uera scientia. Secundum hanc locutionem dicit dominus peccatoribus. Non noui uos. Non enim eum aliquid latet, sed quia peccata non inueniuntur in regulis praeceptorum quas habet ueritas, ideo ipsa ueritas peccatoribus dicit, non noui uos. Sicut enim tenebrae oculis non uident, ita peccata mente ignorando sentiuntur. Ex ista locutione dictum arbitror in psalmis. Delicta quia intelligit? Imploret ergo auxilium qui sic positus est, & nouerit suum fuisse quod cecidit, non suum esse quod surgit.

Miser, inquit, ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per IESUM CHRISTUM dominum nostrum. Igitur ego ipse mente serui legi dei, carne autem legi peccati.]

Matth. 23.

CAP. VIII.

Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo te...

Idest per desideria carnalia. Ideo enim non implebatur lex...

Non em caro peccati erat, que non carnali delectatione nata erat.

De peccato damnauit peccatum in carne. Id est suscipiendo carnem hominis peccatoris...

Ut iustitia, inquit, legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus...

Itaque precepta legis per charitatem impleta sunt, que per timorem non poterant.

Id est carnalia pro summis bonis concupiscunt.

Qui autem secundum spiritum, que sunt spiritus sentiunt. Prudentia enim carnis mors.

Ipse ostendit cur dixerit inimica, ne quis putaret ex aduerso aliud uenire principium.

Legi enim dei non est subiecta, nec enim potest.

Ergo facere contra legem, hoc est inimicum esse in Deum: non quia Deo aliquid nocere potest...

desinet cum se totam ad superna conuerterit.

Qui autem in carne sunt, inquit, deo placere non possunt.

Id est qui uoluptatibus carnis acquiescunt. Ne quis enim de his dictum non putaret...

Vos autem non estis in carne sed in spiritu. Vtque in hac uita adhuc constitutis loquitur.

Si tamen, inquit, spiritus dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Hic de resurrectione corporis euidentissimum testimonium. His gradibus homine...

perfecto nulla substantia inuenitur malum. Neque lex mala est que ostendit homini in quibus peccatorum uinculis iaceat...

Item lectionis eiusdem explanatio. Cum enim essemus in carne...

Hic primo, quod non intelligentibus primum & grande periculum est, uidetur Apostolus reprehendere...

Ex sermone in hac lectione

nobis passiones peccatorum, & operantur in membris nostris, ut fructum ferant morti...

Nunc ergo soluti sumus a lege mortis, in qua tenebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus...

Adhuc legem uidetur arguere, culpam, im probare, detestari, sed non intelligitibus.

Lex peccatum est. Absit. Vno uerbo legem soluit. Legis accusatorem damnauit. Auctoritatem Apostoli contra me proferebas...

Sed peccatum non cognouit nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret...

Iam modo te interrogo Manichae. Responde mihi. Mala est lex que dicit non concupisces...

gem audiret peccatorem se esse nesciebat. Dum audiuit, peccatum uidit.

Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.

omnis homo. Ergo cum essemus in carne, id est in concupiscentijs carnis uersaremur...

Noli ergo esse in carne. In spiritu esto. In deo spem pone. Nam si potueris in ipso spiritu quo homo es...

Luce 3.

Eccle. 14.

Ff cepit.

cepit, sentiri cepit, rebellare aduersus me cepit. Ego autem mortuus sum.) Quid est mortuus sum? Præuicator factus sum. Et inuentum est mihi mandatum quod erat in uitam.] Videte quia lex laudatur. Qualis enim uita est non concupiscere Ouita dulcis. Dulcis est quasi uoluptas concupiscentiæ. Verum est. Nec eam homines sequerentur nisi dulcis esset. Theatrum, spectaculum meretricis lasciuia, turpissima cantilena, dulcia sunt ista concupiscentiæ. Dulcia planè, suauia, delectabilia. Sed narrauerunt mihi iniqui delectatiões. Suauia sunt, dulcia sunt, delectabilia sunt. Sed audi meliora. Narauerunt mihi iniusti delectationes, sed non sicut lex tua domine. Felix anima quæ huiusmodi delectationibus oblectatur, ubi turpitudine nulla inquinatur & ueritatis serenitate purgatur. Quando autem delectat lex dei, & sic delectat ut omnes lasciuæ delectationes uiuancantur, non sibi arroget istam delectationem. Dominus dabit suauitatem. Quid dicam dominæ? Da mihi illam suauitatem, uel illam. Suauis es domine, & in tua suauitate doce me iustificationes tuas. In tua suauitate doce me, & doces me. Tunc discō ut faciam si in tua suauitate doceas me. Ceterum quandū blanditur iniquitas & dulcis est iniquitas, amara est ueritas. In tua suauitate doce me, suauis sit ueritas, dulcedo contemnatur iniquitatis. Multo est melior & suauior ueritas, sed sanis suauis est panis. Ergo ut eius panem quem laudas cum suauitate, id est cum sanitate manduces, dic illi, Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccati tibi. Ergo, inquit. Inuentum est mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc esse ad mortem.]

Erat enim antea sibi ignotus peccator, factus est manifestus præuicator. Ecce inuentum est illi in mortem quod erat in uitam. Occasio ne autem accepta peccatum per mandatum fecellit, & per illud occidit. Gladio quem portabast te inimicus occidit. Armis tuis te uicisti armis tuis te interimit. Recipe mandatum. Scito esse arma, non quibus te occidat, sed quibus à te occidatur inimicus. Sed noli pasumere de uiribus tuis. Vide paruum Dauid contra ingentem Goliath, sed in nomine domini præstitit mentem. Tu uenis, inquit, ad me cum clypeo & lancea, ego in nomine domini omnipotentis. Sic sic, aliter non, omnino aliter non profertur inimicus. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum.] Nunquid uberius laudari potest? Paulo ante uerbo illo quod dixit, Absit, defenderat à crimine, non dicit laudauerat. Aliud est à crimine obiecto defendere, aliud est debito præconio prædicare. Crimen obiectum fuit. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est, defensio. Absit. Vno uerbo defenditur ueritas, quia magna est apostoli defendentis auctoritas. Quid diu defendat? Sufficiat, absit. An uultis inquit, experimentū eius accipere qui in me loquitur Christus? Modo autem itaque lex quidem sancta & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum

est mors? Absit.] Quia bonum non est mors. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem. Mors non est lex, sed peccatum est mors. Iam dudum autem dixerat, sine lege peccatum mortuum est. Vbi uos admonuerat, quia mortuum dixit, absconditū est, latet, non apparet. Modo uidete quam uere ita dictum sit. Peccatum, inquit, ut appareat peccatum, non dixit ut sit, quia erat & quando non apparebat peccatum. Quid est ut appareat peccatum? Quia concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces. Non ait concupiscentiam non habebam, sed concupiscentiam nesciebam. Sic etiam hic non ait, ut sit peccatum, sed appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Quam mortem?

Ut fiat supra modum peccans, aut peccatum per mandatum. Quare supra modum? Quia iam & præuicatorio. Vbi enim ex non est nec præuicatorio est. Et inuentum est mihi mandatum quod erat ad uitam.]

Quid enim tam pertinens ad uitam, quam non concupisces? Hoc esse in mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatum fecellit me, & per illud occidit. Concupiscentiam terruit, non extinxit. Fecit timorem pœnæ, non amorem iustitiæ. Quid ergo? Quid dubitamus ad hoc datam esse legem ut inueniret se homo? Quando enim deus non prohibebat à malo, latebat se homo. Vires suas languidas non inuenit, nisi quando legem prohibitionis accepit.

Scimus (inquit) quia lex spiritalis, ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod uolo bonum hoc ago, sed quod odi malum, illud facio.] Forte ergo alius est aliquis. Forte tu es. Aut tu es, aut ego sum. Si ergo aliquis nostrum est, ipsum quasi de ipso audiamus, & non irati corrigamus nos. Si autem ipse est: non sic intelligamus quod dixit. Non quod uolo ago, sed quod odi illud facio: tanquam uellet esse castus & esset adulter, aut uellet esse misericors & esset crudelis, aut uellet esse pius et esset impius. Sed ad quid? Volo non concupiscere, & concupisco. Lex inquit dixit. Non concupisces. Homo legem audiuit, uitium agnouit: bellum indixit, captiuitatem inuenit. Sed forte aliquis homo non Apostolus. Audi ipsum Apostolum consententem non dum ad tantam perfectionem iustitiæ peruenisse, quantum esse in angelis credimus. Quorum angelorum æqualitatem speramus si ad quod uolumus perueniamus. Quid enim aliud nobis promissit Dominus in resurrectione ubi ait. In resurrectione mortuorum neque nubent neque uxores ducent: Non enim incipient mori, sed erunt æquales angelis dei. Dicit ergo aliquis, & tu unde scis quia Paulus Apostolus angeli iustitiam & perfectionem nondum habebat. Non facio iniuriam Apostolo, quia de Apostolo non credo nisi Apostolo. Alium testem non quero, suspicantem non curo. Dic mihi sancte Apostole, de te ipso loqueris? Dic ubi dixisti, non quod uolo ago, sed quod odi illud facio. Existunt qui dicant, quod alium nescio

Philipp. 3.

scio quem in te transfiguraueris, laborantem, deficientem, uictum, captiuum. Tu mihi dic de te, ubi nemo dubitat quia loqueris de te. Fratres, ait Apostolus, ego me ipsum nondum arbitror apprehendisse. Et quid facis? Vnum autem. Quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extensus, secundum intentionem nondum perfectionem. Secundum intentionem sequor ad palmam supernæ uocationis Dei in Christo Iesu. Supra iam dixerat. Non quia iam acceperim aut perfectus sum. Adhuc contradicitur & dicitur. Dicebat ista Apostolus, quia nondum peruenerat ad immortalitatem, non quia nondum peruenerat ad iustitiæ perfectionem. Iam ergo tam iustus erat quam sunt angeli, sed nondum immortalis sicut sunt angeli. Sic inquit, sic est prorsus. Modo dixisti, tam erat iustus quam sunt angeli, sed nondum immortalis sicut sunt angeli. Ergo perfectionem iustitiæ iam tenebat, sed sequendo palmam supernam immortalitatis querebat. Dic nobis sancte Apostole alium aliquem manifestiorem locum, non ubi queris immortalitatem, sed ubi confiteris infirmitatem. Et hic iam susurratur, iam contradicitur. Videor mihi audire quorundam cogitationes. Et dicitur mihi. Verum est. Non ui quid dicitur es, confitetur infirmitatem carnis, non mentis. Nam quis ignorat utique Apostolum corpore fuisse fragilem, fuisse mortalem sicut dicit. Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus. Ipsum audiamus, ne iniurio si æstimemur. In magnitudine reuelationum mearum, apostolus dicit, ne extollar. Nempe hic agnoscis Apostolum habentem magnitudinem reuelationum, & timentem elationis præcipitium. Vt ergo noueris quia & ipse Apostolus qui uolebat alios saluos facere adhuc curatur, ut noueris quia & ipse adhuc curatur. Si magnipendis ipsiushonorem, audi quid ei medicus apposuerit ad tumorem. Audi non me, ipsum audi consententem, ut sentias docentem. Ecce iam possum dicere apostolo Paulo: Ne extolaris sancte Apostole tu ne extollaris adhuc cauendum est. Quid mihi, inquit dicitis? tu & audi. Audi quid sum, & noli altum sapere, sed time. Audi quomodo breuis agnus ingrediatur ubi aries sic periclitatur. In magnitudine, inquit, reuelationum mearum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ qui me colaphizet. Qualem tumorem timuit, qui mordacissimum epithema accepit? Iam ergo modo dic, quia tanta in illo erat iustitia, quanta est in angelis sanctis. An forte & angelus sanctus in celo ne extollat accipit stimulus Angelum satanæ à quo colaphizetur? Absit hoc de angelis suspicari. Homines sumus, Apostolos sanctos homines cognoscimus, uasa electa, sed adhuc fragilia, adhuc in carne peregrinantes. Ergo quoniam rogauit dominum ter, ut ab illo iste stimulus auferretur, nec exauditus est ad uoluntatem, quia exauditus est ad sanitatem, forte non indecenter ipse loquitur ubi dicit: quia lex spiritalis est, e-

1. Cor. 4.

2. Cor. 12.

Rom. 4.

Matt. 22.

Phil. 4.0.

1. Reg. 17.

1. Cor. 13.

Gala. 6.

1. Cor. 15.

go autem carnalis sum. Ergo carnalis Apostolus quando alijs dicebat. Vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu. Sed quid dixit & ipsi spirituales qui nondum erant securi, non erant in perfectione cælesti angelica, nondum in illius patrie securitate, sed in huius peregrinationis sollicitudine uersabatur? Quid eis dixit? Certe spirituales eos uocauit. Vos, inquit, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis intendis te ipsum ne & tu teneris. Ecce quem spiritalem iam appellauit, timuit illi tentationis fragilitatem, unde possit tentari spiritalis, & si non ex mente, utique ex carne. Spiritalis enim quia secundum spiritum uiuit. Adhuc autem ex parte mortali carnalis. Idem spiritalis idemque carnalis. Ecce spiritalis. Mente serui legi dei. Ecce carnalis. Carne autem legi peccati. Idem ergo ipse & spiritalis & carnalis. Idem plane quam diu hic uiuit sic est, noli mirari. Quisquis es qui carnalibus concupiscentijs cedis atque consentis, qui eas uel bonas putas ad explendam libidinis satietatem, uel certe sic uidet malas ut eis tamen cedendo consentias, & quo ducunt sequaris, & omnia quæ suggerunt perpetres, totus carnalis es tu. Tu quisquis talis es, totus carnalis es, si autem & concupisces quod lex uetat, serues tamen aliud quod item lex iubet, post concupiscentias tuas non eas, ecce mortis contentio, non quæ uolo ago. Ecce mortis contentio. Scimus quia lex spiritalis est, ergo autem carnalis sum. Sic Apostolus Paulus dicit. Scimus quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. Mente enim spiritalis, corpore autem carnalis. Quando totus spiritalis? Cum feminatur corpus animale, surgit corpus spiritalis. Modo ergo quando seruet mortis contentio, non quod uolo ago, ex parte spiritalis ex parte carnalis. Ex parte meliori spiritalis. Ex parte inferiori carnalis. Adhuc conflagro, nondum uici. Magnum mihi est non uinci. Et si concupiscentiæ non consentio, & post concupiscentias meas non eo, tamen adhuc concupisco. Et utique etiam in ipsa parte ego sum, non enim alius in mente, & alius in carne.

Sed quid? Igitur ipse ego.] Quia ego in mente, ego in carne. Non enim duæ naturæ contrariæ sed ex utroque unus homo, quia unus Deus à quo factus est homo.

Igitur ipse ego mente serui legi dei, carne autem legi peccati.] Mente non consentio legi peccati, sed tamen nollem in effect in membris meis lex ulla peccati. Qui ergo nollem, & tamen est, non quod uolo ago, quia concupisco & nolo. Non quod uolo ago, sed quod odi illud facio. Quid odit? Concupiscere. Odi concupiscere, & tamen ago illud ex carne, non ex mente. Quod odit illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Quid est hoc? Si quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est? Consentires Legi si quod uellet hoc faceres. Hoc facis quod Lex odit, quomodo consentis Legi? prorsus si quod nolo hoc facio.

cio, consentio legi quoniam bona est. Non implet legem infirmitas mea, sed legem laudat uoluntas mea. Ergo si quod nolo hoc ago, ideo consentio legi quia nolo, non quia ago. Ipsum autem ago, concupiscere est, non concupiscere consentire. Ne aliquis iam in apostolo peccandi sibi quarat exemplum, & det malum exemplum. Non quod uolo ago. Quid enim lex dicit? Non concupiscere. Et ego nolo concupiscere, & tamen concupisco, quamuis concupiscere me affensum non prebeam, quamuis post eam non eam. Resisto enim, auerto mentem, nego arma, teneo membra, & tamen fit in me quod nolo. Quod non uult & lex, nolo cum lege. Quod non uult, nolo. Ergo consentio legi. Ego sum in carne, ego sum in mente, sed magis ego sum in mente quam in carne. Quia enim ego sum in mente, ego sum in regente. Mens enim regit, caro regitur. Et magis sum ego in eo quod rego quam in eo quod regor. Quia ergo magis ego in mente.

Nunc autem iam ego non operor illud. Quid est nunc iam? Iam redemptus qui fui ante sub peccato uenundatus, iam accepta gratia saluatoris ut mente condelecter legi dei, non ego operor illud. *Sed quod habitat in me peccatum.* Scio enim quia non habitat in me. Iterum ergo in me. Audi quid sequitur. *Hoc est in carne mea bonum.* Iam dudum dixerat, quod operor ignoro. Si ignoras, quomodo scis? Quod enim operor ignoro. Dixit ignoro, non approbo, non accipio, non mihi placet, non consentio, non laudo. Non enim et Christus eos ignorabat quibus dicitur, non noui uos. Prorsus etiam hic hoc intelligo: quod enim operor ignoro, quia non facio ignoro. Non enim ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Ideo ignoro, quia non ego facio, sicut dictum est de domino. Eum qui non nouerat peccatum. Quid est non nouerat? Ergo non nouerat quod puniebat. Si non nouerat quod puniebat, iniuste puniebat. Quia uero iuste puniebat nouerat quod puniebat. Et tamen peccatum non nouerat, quia peccatum non fecerat. Nunc autem accepta iam gratia non ego operor illud, libera est mens, caro autem captiua. Non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.

Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non adiacet. Adiacet uelle, perficere non adiacet. Non dixit facere, sed perficere. Non enim nihil facit. Rebellat concupiscentia, & non consentit: delectat uxor aliena, & non annuit: mentem auertit, in secretarium mentis intrat: uidet foris strepitem concupiscentiam, profert in eam sententiam, mundat concupiscentiam. *Condelector enim legi dei.* Non de me sed de gratia dei. Tu concupiscentia in carne tumultuaris, mentem tibi non subdis. In deo sperabo, non timebo quid faciat mihi caro. Sicut nec aliena, ita nec mea. Qui ergo in se hac agit nihil facit. Multum facit, magnum est quod facit, sed tamen non perficit. Quid est enim per-

ficere? Vbi est mors contentio tua.

Inuenio ergo legem mihi uolenti facere bonum.

Bonum inuenio legem. Bonum est lex. Bonum aliquid est lex, unde probor. Quia implere uolo. Inuenio ergo legem mihi uolenti facere bonum, quoniam mihi adiacet malum. Et hoc mihi. Non enim caro non mea, aut de alia substantia caro, aut de alio principio caro, aut anima ex deo & caro de gente tenebrarum. Absit, languor repugnat sanitati. Semiuuus iacet in uita: quoniam malum mihi adiacet, quod malum. *Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in legem peccati quae est in membris meis.* Captiuum, sed ex carne. Captiuum, sed ex parte. Nam mens repugnat, & condelectatur legi dei. Sic enim intelligere debemus, sic de seipso Apostolus loquitur. Iam ergo si mens non consentit peccato titillanti, suggerenti, blandienti: si mens non consentit, quoniam habet alias interioris delectationes suas, delectationibus carnis nulla ex parte conferendas: si ergo non consentit, & est in me quiddam mortuum & quiddam uiuum, mors contendit, mens non consentit. Mors adhuc contendit, mens non consentit. Numquid ipsa mors non est in te? Numquid illud quod mortuum est non pertinet ad te? Quid inde sperandum est? *Miser ego homo.* Et si non in mente, tamen in carne miser homo. Non enim in mente homo, & in carne non homo.

Quis enim unquam carnem suam odio habuit? *Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?*

Quid est hoc fratres? Quali carere uult corpore. Quid festinas si tantum ibi est intentio tua ut corpore careas? Mors quandoque uentura est, & te a corpore isto mortis dies aduenies ultimus proculdubio liberabit. Quid est pro magno quod gemis? quid est quod dicis, quis me liberabit? Mortalis loqueris, mortuus loqueris. Separatio mortis a carne quandoque uentura est. Propter breuitatem uitae non longe est. Propter quotidianos casus quando fit necis. Ergo siue festines siue tardes, omnis uita humana breuis est. Quid pro magno gemis dicis, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Pagani qui non habent gratiam Dei per Iesum Christum dominum nostrum, num moriuntur: num quandoque in ultimo suo a carne soluantur: non illo die a corpore mortis huius liberabuntur? Tu quid est quod pro magno gratiae dei uis tribuere quia de corpore mortis huius liberaberis? Respondet tibi Paulus Apostolus (si sensum eius cepimus, immo quia Domino adiuuante si ne dubio cepimus) Respondet tibi & dicit. Scio quid loquar: Pagani dicis liberari a corpore mortis huius, quia ueniet dies ultimus uitae huius: & soluantur ad tempus a corpore mortis huius. Veniet dies quando omnes qui sunt in monumentis audient uocem eius, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem

Matth. 25.
1. Cor. 5.

Psal. 55.

10 annis 5.

nem uitae. Ecce liberati a corpore mortis huius. Qui mala fecerunt, in resurrectione iudicij. Ecce redierunt ad corpora mortis huius. Corpore mortis huius redit ad impiu, nec inde aliquando soluet. Tunc non erit uita aeterna sed mors aeterna, quia poena aeterna. Tu autem Christiane roga quantum potes, exclama & dic. Miser ego homo, quae me liberabit a corpore mortis huius? Respondetur tibi. Securus efficeris non de te sed de domino tuo: securus efficeris non de pignore tuo. Spera cum Christo regnum Christi, iam pignus tenens sanguinem Christi. Dic dic quis me liberabit de corpore mortis huius, ut respondeatur tibi gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Non enim sic liberaberis de corpore mortis huius ut hoc corpus non habeas. Habebis, sed iam non mortis huius. Ipsum erit, sed non ipsum erit. Ipsum erit, quia ipsa caro erit. Non ipsum erit, quia mortale non erit. Sic sic liberaberis a corpore mortis huius, ut mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc induat incorruptionem. A quo? per quem?

Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum.

Quia per unum hominem mors, & per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut in Adam omnes moriuntur. Inde est quod gemis. In Adam omnes moriuntur. Inde est quod cum morte confitigis. Inde est corpus mortis huius. Sed sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Viuificatus accepto corpore immortalis ubi dicas, ubi est mors contentio tua? liberatus eris a corpore mortis huius: non tamen uirtute tua, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

Item ex sermone primo.

Vita iusti in isto corpore adhuc bellum est, nondum triumphus. Huius autem belli aliquid quando erit triumphus: ideo Apostolus dixit uocem belli & uocem triumphi. Voces belli modo audiimus. Non enim quod uolo ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in legem peccati quae est in membris meis. Quando audis repugnantem, quando audis captiuam, bellum non agnoscis? Vox ergo triumphi nondum est. Sed quando futura est, docet te idem Apostolus dicens. Opottet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptibile hoc induerit immortalitatem, ubi est uox triumphi, tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in uictoriam. Dicant triumphantes, ubi est mors contentio tua? Dicemus ergo, dicemus quandoque, & ipsum quandoque non erit longe. Non enim tantum remanet seculo, quantum iam exemptum est. Ergo semper

pugnandum est, quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus. Finiri non potest quamdiu uiuimus. Quotidie minui potest: finiri non potest. Per istam dictum est hoc nostrum corpus mortis. De ipsa dicit Apostolus.

Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, uideo enim aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in legem peccati quae est in membris meis.

Tunc nata est haec lex, quando contempta & transgressa est prima lex. Quae est prima lex? Quae in paradiso accepit primus homo. Non ne nudi erant & non confundebantur? Quare nudi & non confundebantur, nisi quia nondum erat lex in membris repugnans legi mentis? Fecit homo factum puniendum, & inuenit motum pudendum. Manducauerunt contra interdictum, & aperti sunt oculi eorum. Quid enim, prius in paradiso clausis uel caecis oculis oberrabant? Absit. Nam unde Adam nomina posuit uolatilibus & bestijs, quando ad eum cuncta animalia adducta sunt? Quibus nomina imponebat, si non uidebat? Deinde dictum est. Vidit mulier lignum quia placaret oculis ad uidendum. Ergo oculos apertos habebant, & nudi erant & non confundebantur. Aperti sunt autem oculi eorum ad aliquid sed nunquam senserunt, quod in motu sui corporis nunquam expauerant. Aperti sunt ad inueniendum, non ad uidendum. Curauerunt tegendum, consuerunt inquit folia ficulnea, & fecerunt sibi succinctoria. Quod tegerent ibi senserunt. Ecce unde trahitur originale peccatum. Ecce unde nemo sine peccato nascitur. Ecce propter quod dominus non sic concipit uoluit, quem uirgo concepit. Soluit illud qui uenit sine illo: soluit illud qui non uenit ex illo. Unde unus & unus. Unus ad mortem, unus ad uitam. Homo primus ad mortem, homo secundus ad uitam. Sed quare ad mortem ille homo? Quia tantum homo. Quare ad uitam iste homo? Quia deus & homo. Non ergo quod uult, agit Apostolus, quia uult non concupiscere & tamen concupiscit. Ideo non quod uult agit. Non quia illa mala concupiscentia trahebat Apostolum ad fornicationem & adulteria. Absit. Non ascendant tales cogitationes in cor nostrum. Luctabatur non subiugabatur. Sed quia nolebat nec hoc habere contra quod luctaretur, ideo dicebat. Non quod uolo ago. Concupiscere nolo & concupisco. Non ergo quod uolo ago. Constituit tibi ante oculos pugnam suam, ne times tuam. Si enim hoc non dixisset beatus Apostolus, quando uideres concupiscentiam moueri in membris tuis, cui tu non consentire, tamen cum eam moueri uideres forsitan de te desperares, & diceres. Si ad Deum pertinere lic non moueret. Vide apostolum pugnante, & noli te facere desperantem. *Non quod uolo ago, sed quod odi malum hoc facio.* Quia concupisco. Quod ergo bonum ago? Quia concupiscentia mala non consentio. Ago bonum, & non

Gene. 3.

Ibidem

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

perficio bonum. Et concupiscētia hostis mea agit malum, & non perficit malum. Quomodo ago bonum & non perficio bonum? Ago bonum cum malae concupiscētia non cōsentio, sed non perficio bonum, ut omnino non concupiscam. Rursus ergo & hostis mea quomodo agit malum, & non perficit malum? Agit malum quia mouet desiderium malum. Non perficit malum, quia me non trahit ad malum. Et in isto bello est tota uita sanctorum. Ideo iste miles, & quodammodo in isto bello exercitissimus, tā exercitatus ut esset & dux, cū laboraret contra hostem in hoc bello & diceret, miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: gementi subuentum est.

Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

Liberabit te à lege mortis huius, id est à corpore mortis huius, gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, quando corpus habebis ubi nulla concupiscētia remanebit, cum mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile hoc induerit incorruptionem. Et dicitur morti. Vbi est cōtentio tua? Et nō erit. Et ubi est mors aculeus tuus? Nusquam erit. Modo quid? audit. *igitur ipse ego mente seruo legi dei, carne autem legi peccati.* Mente seruo legi dei non consentiendo, carne autem legi peccati, concupiscēdo. Et mente legi dei, & carne legi peccati. Et hac delector, & ibi concupisco, sed non uincor. Titillat, insidiatur, pulsatur, trahere conatur. Miser ego homo. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Nolo semper uincere, sed aliquādo cupio ad pacem uenire. Quantū ergo in uotis nostris, in uoluntate nostra, in oratione nostra, quando dicimus. Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo: hoc utique cupimus, ut nec ipsa mala desideria existant de carne nostra. Sed quādiu hic uiuimus, efficere non ualemus. Propter hoc ait. Perficere autem bonum non inuenio. Facere, inquit, inuenio, non consentire malo desiderio. Perficere non inuenio, non habere malum desiderium. Restat ergo in hac pugna ut mente non consentiente malis concupiscētijs, seruias legi dei: Carne autem concupiscētia sed te nō seruiente, seruias legi peccati. Agit caro desideria sua, age tu tua, non opprimuntur, nō extinguuntur à te desideria eius nō extinguat tua ut in certamine labores, non uictus traharis.

Matth. 6.

Nulla ergo cōdēnatio est nunchis qui sunt in Christo Iesu. Et si habent desideria carnis quibus non consentiunt, & si lex in mēbris eorum repugnat legi mentis eorum, & captiuare uult mētem: tamen quia per gratiam baptisimatis & lauarum regenerationis solutus est & ipse reatus cum quo eras natus, & quidquid antea cōsensisti male concupiscētia, siue quolibet flagitio, siue quolibet facinore, siue qualibet mala cogitatione, siue qualibet mala locutione, omnia deleta sunt in illo fonte quo seruus intrasti unde liber exististi. Quia ergo haec ita sunt, nulla ergo nūc cōdēnatio his qui sunt in Christo Iesu. Nulla est nunc, antea fuit, Lex uno omnes

in cōdēnationē. Hoc malum fecerat generatio, sed hoc bonū fecit regeneratio. Lex enim spiritus uita in christo Iesu liberabit te à lege peccati & mortis.

Inest in membris, sed reum te non facit. Liberatus es ab illo, liber pugna, sed uide ne uincaris, & iterū fias seruus. Laboras pugnādo, sed laetaberis triūphando. Ergo ne puteris ppter hoc quasi duas ex diuersis principijs esse naturas, sicut insaniūt Manichaei, q̄ quasi nō sit caro ex deo. Falsum est: utriq̄ ex deo est: sed natura humana ista in semetipso meruit de peccato. Ergo laquor est: sanatur & nō est. Discordia modo quae est in spiritu & carne, p̄ cōcordia laborat. Spiritus ideo laborat, ut caro cum illo concordet. Quemadmodū si in una domo item inter se habeāt uir & uxor, ad hoc debet laborare uir ut domet uxorem, domata uxor subiugetur uiro, subiugata uxore uiro fiat pax in domo. Cū autē dixisset. Lex autē spiritus uita in Christo Iesu liberabit te à lege peccati & mortis, proposuit nobis intelligendas ipsas leges. Intuemini eas & discernite. Satis uobis necessaria est ista discretio. Lex (inquit) spiritus uita. Ecce una lex. Liberabit te à lege peccati & mortis. Ecce altera lex. Et sequitur. *Quod enim impossibile erat legis in quo infirmabatur per carnem.* Ecce tertia lex. Inquiramus & domino adiutuante uideamus de lege illa bona quid dixit. Lex spiritus uita liberabit te à lege peccati & mortis. Ista nō dixit inualidā fuisse ad efficiendum. Liberabit (inquit) te spiritus uita à lege peccati & mortis. Lex illa bona liberabit te ab ista lege mala. Lex em̄ mala que est: Video aliā legem in membris meis repugnantē legi mentis meae & captiuantē me in legē peccati quae est in mēbris meis. Quare & ipsa lex dicta est: Recte omnino. Admodum em̄ legitime factū est, ut homo qui noluit obedire Domino suo, nō ei seruiret caro ipsius. Supra te dominus tuus, infra te caro tua. Serui meliori, ut seruiat tibi inferior. Cōrepsisti superiori, torqueris ab inferiore. Ista est ergo lex peccati. Ipsa est & mortis. Per peccatū em̄ mors. Qua die manducaueritis, morte moriemini. Lex em̄ spiritus uita quomodo te liberabit? Primū indulgentiā omnium peccatorū dedit. Ipsa est em̄ lex de qua in Psal. dicit deo. Et de lege tua miserere mei.

Lex misericordie, lex fidei, nō factorum. Quae est ergo lex factorū? Iā audistis legē fidei bonā lex spiritus uita liberabit te à lege peccati & mortis. Audistis et aliā legē peccati & mortis. *Quod enim impossibile erat legis in quo infirmabatur per carnem.* Hæc ergo lex tertio loco quae nominata est, nescio quid quasi nō implet: Lex autē spiritus uita impleuit, quia te de lege peccati & mortis liberauit. Lex itaq̄ ista que loco tertio nominata est, ipsa est lex que data est populo per Moysen in mōte Sina. Ipsa dicitur lex factorū Ipsa minari nouit nō subuenire, iubere nouit nō iuuare. Ipsa est quae dixit. Non concupisces. Vnde dicit apostolus. Concupiscētiā nesciebam, nisi lex diceret nō concupisces. Et quid mihi profuit quia lex dixit nō concupisces? Oc

casione

casione

Gene. 3.

psal. 118.

Rom. 7.

ibidem

casione accepta peccatum per mandatū sefelicit me, & per illud occidit. Prohibitus sum concupiscere, nec impleui iustitiam, sed uictus sum. Ante legem fui peccator, accepta lege factus sum prauaricator. Itaq̄ inquit, lex quidem sancta. Bona est ergo & ista lex. Quia & ipsam reprehendunt Manichaei, quomodo carnem, De illa dicit apostolus. Itaq̄ lex quidē sancta & mādātum sanctū & iustum & bonum. Quod em̄ bonum est, mihi factū est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatū per bonum mihi operatū est mortem. Apostoli uerba sunt. Videte & attendite. Itaq̄ lex quidē sancta. Quid tam sanctū quā nō concupisces? Nō esset mala legis prauaricatio, nisi ipsa esset bona. Si enim non esset bona, non esset malum prauaricari rem malā. Quia uero malum est eam prauaricari, ergo bona est. Quid tam bonum quā non concupisces? Lex ergo sancta & mandatū sanctū & iustum & bonum. Quomodo fatiat? quomodo inculcat? quasi cōtra calumniatores clamare. Quid dicis Manichae? Lex quae data est per Moysen, mala est: Mala est dicunt. O portenta. d. frontem. Tu ne dixisti semel mala? Audi apostolū dicentē, lex quidē sancta, & mandatū sanctū & iustū & bonū. Taces aliquando?

Rom. 7.

Quod ergo bonum est (inquit) mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatū est mortem. Et hic per bonum sic reum accusat, ut à laude legis non recedat. Per bonū (inquit) mihi operatum est mortem. Per quod bonū? Mandatū. Per quod bonum? Legem. Quomodo operatū est mortem? *Ut appareat peccatum, & fiat supra modum peccatum delinquendo per mandatū.* Ideo super modum. Quādo delinquebat sine mandato, minus erat. Quando delinquit per mādātum, excedit modum. Quando enim nō prohibetur quis, putat quia bene facit. Prohibitus incipit nolle facere, uincitur, trahitur, subiugatur. Iā restat illi gratiā inuocare, quia non potuit legē seruare. Ac per hoc lex illa de qua dictum est, Lex enim spiritus uita liberabit te à lege peccati et mortis, lex est fidei, lex est spiritus, lex est gratie, lex est misericordiae. Illa uero lex peccati & mortis nō est lex dei, sed peccati & mortis. Illa altera de qua dicit apostolus. lex sancta & mandatū sanctum & iustū & bonum, lex est dei, sed factorū lex operum. Operum lex quae iubet non iuuat: lex quae tibi ostendit, nō tollit tibi peccatum. Ab alia lege tibi ostendatur peccatum, ab alia tollatur. *Quod enim impossibile erat legis in quo infirmabatur per carnem.* Rebellebat enim caro tua, subiugabat te caro tua. Audiebat legem, & plus incitabat concupiscētiā tuam. Infirmabatur ergo lex litera per carnem, ac per hoc impossibile erat legi litera liberare à lege peccati mortis. *Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati.* Nō in carne peccati. In carne quidem, sed non in carne peccati. Cetera ergo omnis hominū caro peccati, sola illius non caro peccati, quia nō eum mater concupiscētia sed gratia concepit, tamen habēs similitudinem carnis peccati. Vn-

de & nutrirī & esurire, & sitire, & dormire, & fatigari, & mori potuit. In similitudine carnis peccati misit deus filium suum. *Et de peccato damnauit peccatum in carne.* De quo peccato? Quod peccatum? De peccato damnauit peccatum in carne. *Ut iustitia legis impleatur in nobis.*

Iam illa iustitia legis impleatur in nobis. Iā illa iustitia que iubetur impleatur in nobis per spiritum, qui adiuuat, id est lex litera impleatur in nobis per spiritum uita.

Qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum. De quo ergo peccato dominus quid peccatum damnauit uideo. Video quidem quod peccatum damnauit, uideo prorsus. Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit peccatum mundi. Quod peccatum? Omne peccatum, omne nostrum peccatum damnauit. Sed de quo peccato? Ipse non habebat peccatum. De illo dictum est. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Nullum prorsus nec trahendo, nec addendo, nullum peccatum habuit, nec originis nec propriae iniquitatis. Originem uirgo demonstrat, conuersatio uero eius sancta satis ostendit nihil eum fecisse unde dignus esset morte. Ideo ait. ecce uenit princeps huius mundi (diabolus significans) & in me nihil inuenit. Non inueniet quare me occidat princeps mortis. Et quare ergo morieris? Sed ut sciant omnes, quia uoluntatem patris mei facio, eamus hinc. Et perrexit ad passionem mortis, mortem uoluntariam, non necessitatis sed arbitrij. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Si miraris potestatem, intellige maiestatem: ut Deus loquitur, Christus loquitur. De quo ergo peccato damnauit peccatum? Alio loco uide quid dicat Apost. Pro Christo ergo legatione fungimur tanq̄ deo hortante per nos obsecramus pro Christo, id est tanquam Christus uos obsecret, pro illo uos obsecramus reconciliari deo. Et sequitur. Et qui non nouerat peccatū. deus cui uos obsecramus recōciliari, eum qui non nouerat peccatū. i. Christū deū, eū Christum qui non nouerat peccatum, peccatū pro nobis fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso. Nū quid hic potest intelligi peccatum Iudae, peccatum Iudaeorum, peccatum cuiuscunque alterius hominis, cum audias. Eum qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit? Quis quem? Deus Christum. Deus Christum fecit pro nobis peccatum. Non dixit fecit pro nobis peccantem, sed fecit eum peccatum. Si nefas est dicere peccasse Christum, quis ferat peccatum esse Christū? Et tamen non possumus apostolo cōtradecere. Nō ei possumus dicere: quid est quod loqueris? Si enim hoc apostolo dixerimus, ipsi Christo dicimus. Ait em̄ alio loco. An uultis experimentū eius accipere qui in me loquitur Christus? Quid igitur est? Intendat charitas uestra magnū altūq̄ mysterium, felices eritis, si intellectum dilexeritis.

Iocan. 1.

1. Pet. 2.

Iocan. 1.

Ibidem

ritis & ad dilectum perveneritis. Prorsus prorsus Christus dominus noster, Iesus saluator noster, redemptor noster peccatum factus est, ut nos essemus iustitia dei in ipso. Quomodo? Audite legem. Qui nouerunt, sciunt quod dico: & qui non nouerunt, legant uel audiant. In lege peccata uocabantur etiam sacrificia quae pro peccatis offerebantur. Habes cum uictima pro peccato adduceretur: dicit lex. Ponat manus suas sacerdotes super peccatum. id est super uictimam pro peccato. Et quod est aliud quam Christus sacrificium pro peccato? Sicut & Christus (inquit) dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Ecce de quo peccato damnauit peccatum. De sacrificio quod factus est pro peccatis, inde damnauit peccatum. Ipsa est lex spiritus uitae quae liberauit te a lege peccati & mortis. Quia lex illa altera, lex literae, lex iubens, bona est quidem, mandatum sanctum, iustum, & bonum: sed infirmabatur per carnem, & quod iubebat in nobis impleri non poterat. Alia ergo lex ut dicere ceperam tibi ostendat peccatum, alia tollat. Ostendat peccatum lex literae, tollat peccatum lex gratiae. *Igitur ipse ego mente seruo legi dei, carne autem legi peccati.* In qua conclusione demonstrauit apostolus ad hoc se dixisse quae supra dixerat, iam non ego operor illud, sed quod in me habitat peccatum quia non mente operabatur consentiendo, sed carne concupiscendo. Hoc enim peccati nomine appellat unde oriuntur cuncta peccata, id est ex carnali concupiscentia. Quicquid enim est peccatorum in dictis, in cogitationibus, in factis, non exoriuntur nisi mala cupiditate, non exoriuntur nisi ex illicita cogitatione. Huic ergo illicitae delectationi si resistamus, si non consentiamus, si non uelut arma ministramus, non regnat peccatum in nostro mortali corpore. Peccatum enim ante regnum perdit, et sic perit. In hac ergo uita quantum ad sanctos attinet regnum perdit, in alia perit. Hic enim regnum perdit quando post concupiscentias nostras non sumus. Ibi autem perit quando dicitur, ubi est mors contentio tua? Ergo cum dixisset apostolus, Mente seruo legi dei, carne autem legi peccati, non dando membra committendis peccatis sed tantum concupiscendo, nec tamen illicitae concupiscentiae manus dando, subiecit & ait. *Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu.* His qui sunt in carne condemnatio est: his qui sunt in Christo Iesu, nulla condemnatio est. Ne putares hoc postea futurum, ideo addidit nunc. Postea illud expecta, ut ne concupiscentia sit in te contra quam contendas, quia nec ipsa erit. Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. Non sint solliciti quod uideatur adhuc esse lex in membris repugnans legi mentis. Nulla enim condemnatio est nunc. Sed quibus? qui sunt in Christo Iesu. Et ubi est illa de qua dicebat paulo ante, Video aliam legem in mem-

bris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati quae est in membris meis? Sed me dicebat ex carne non ex mente. Vbi est illa lex, si nulla condemnatio est his qui sunt in Christo Iesu? Lex enim spiritus uitae in Christo Iesu. Lex enim illa non in monte Sina per literam. Lex enim non illa in uetustate literae, sed lex spiritus uitae in Christo Iesu liberauit te a lege peccati & mortis. Vt enim condēcteris legi dei secundum interiorē hominē, unde haberes nisi lex spiritus uitae Christo Iesu liberauit te a lege peccati & mortis? Ideo o mens humana ne tibi tribuas quod non consentis desiderijs carnis, quod lex peccati non te de arce deponit. Lex spiritus uitae in Christo Iesu liberauit te a lege peccati & mortis. *Quod enim impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem.* Lex enim iubebat & non implebat, quia caro ubi non erat gratia, inuicissimē resistebat. Et lex infirmabatur per carnem, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. Quomodo mihi ergo lex opitularetur iubens per literam & non dans gratiam? Infirmabatur itaque per carnem. *Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati.* Id est ut esset caro, uera caro. Et unde similitudo carnis peccati? Quia de peccato utique mors est in omni carne peccati, sed utrunque ibi est & mors & peccatum: in similitudine carnis peccati mors erat sed peccatum non erat. Prorsus quod fecit de tributo, hoc fecit de morte. Tributum non debitum persoluebat: sic persoluit & mortem. Non debebat & persoluebat. Ille nisi indebitum redderet, nunquam a debito liberaret. *Et de peccato damnauit in carne peccatum.* Quomodo ergo non habebat peccatum, si de peccato damnauit peccatum? Peccatum uocatur in lege sacrificium pro peccato. Tale peccatum erat Christus. *ut iustitia legis impleatur in nobis.* Non implebatur per se, impleta est per Christum. Non enim uenit legem soluere sed adimplerere. Sed quomodo iustitia legis impletur in nobis? uel quibus nobis? Vis audire in quibus nobis? *Qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum.* Quid est secundum carnem ambulare? Carnalibus concupiscentijs consentire. Quid est secundum spiritum ambulare? Adiuuari spiritum in mente, & concupiscentijs carnis non obedire. Si ergo impletur in nobis lex, impletur in nobis dei iustitia. Modo interim impletur, post concupiscentias tuas non eas. Quicquid enim illa concupiscentia carnis egit in nobis prae teritorum peccatorum, siue in factis, siue in dictis, siue in cogitationibus, totum deletum est sacro baptisate. Omnia debita deleta sunt uel in indulgentia. Restat ergo cum carne colluctus, quia deleta est iniquitas sed manet infirmitas. *Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt sapient.* *Qui autem secundum spiritum, quae sunt spiritus. Prudentia enim carnis, mors est. Prudentia autem spiritus, uita est.*

Ephes. 5.

Rom. 7.

Ecd. 18.

pax. Prudentia enim carnis, inimica in deum. Legi enim dei non est subiecta, neque enim potest. Quid est neque enim potest. Non homo non potest, non anima non potest, non denique ipsa caro quia dei est creatura non potest, sed prudentia carnis non potest. Vitium non potest, non natura. Quomodo si diceres, claudicatio recte ambulatio non est subiecta, neque enim potest. Pes potest, sed claudicatio non potest. Tolle claudicationem, & uidebis rectam ambulationem. Sed quando claudicatio est, non potest. Sed quando prudentia carnis est, non potest. Non sit ergo ait, Prudentia carnis inimica in deum, non si licet accipere quasi inimica ista possit laedere deum. Resistendo inimica est, non nocendo. Illi autem nocet in quo est. Prudentia carnis quia uitium est nature nocet, in qua natura inest. Medicina autem ideo inuenta est ut peliatur uitium, & natura sanctur. Venit ergo saluator ad genus humanum, nullum sanum inuenit, ideo magnus medicus uenit. Hoc propterea dixi, quia Manichaei uolentes aliam contra deum inducere naturam mali, quasi de hoc apostoli testimonio errorem suum exhiberent adiuuari, & putant quasi naturaliter dictum, quia dictum est non potest, inimica est in deum. Legi enim dei non est subiecta, neque enim potest. Et non attenderunt non de carne dictum esse non potest, non de anima dictum esse non potest, sed de prudentia carnis. Prudentia ista uitium est. Vis nosse quid est? Sape re secundum carnem mors est. Sed ille ipse uerus homo eademque natura a domino deo uere & bono condita, heri sapiebat secundum carnem, hodie sapit secundum spiritum. Expulsus est uitium, sanata est natura. Nam quando esset prudentia illa carnis, omnino legi dei subiecta esse non posset. Sanato autem uitio, reparata natura, fuistis aliquando tenebrae: nunc autem lux in domino. Videte ergo quid sequitur. *Qui autem in carne sunt.* Id est qui in carnem confidunt, qui concupiscentias suas sequuntur, qui in his habitant, qui earum uoluntatibus oblectantur, qui in earum delectationibus beatam felicemque uitam constituunt. Ipsi enim in carne sunt. *Deo placere non possunt.* Non enim sic dictum est, Qui autem in carne sunt deo placere non possunt, quasi dictum esset, in hac uita cum sunt homines deo placere non possunt. Ergo non placuerunt sancti patriarchae: Ergo non placuerunt sancti prophetae: Ergo non placuerunt sancti apostoli: Non placuerunt sancti martyres, qui ante quam corpus patiendo exponerent, Christum confitendo non solum uoluptatem contemnebant, sed dolores quoque patientissime perseuerabant: Placuerunt, sed in carne non fuerunt. Portabant carnem, non portabantur a carne. Iam enim paralytico dictum erat. Tolle grabatum tuum. Qui ergo in carne sunt quemadmodum dixi, quemadmodum iam exposui, non in hoc seculo uiuendo sed carnis concupiscentijs con-

Ephes. 4.

Ioan. 5.

fentiendo, deo placere non possunt. Denique audite ipsum quaestionem sine ulla dubitatione nesoluentem. *Uiuus utique in hoc corpore loquebatur: & tamen adiunxit.* *Vos autem non estis in carne.* Populo dei dixit. Ecclesiae dixit. Romanis quidem scribebat, sed uniuersae ecclesiae dixit, sed tritico dixit, non paleae. *Massae dixit latenti, non stipulae apparenti.* uniusquisque in corde suo cognoscat. *Vos autem non estis in carne sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitet in uobis.* Non estis in carne quia non facitis opera carnis consentiendo concupiscentiae carnis. Sed estis in spiritu quia secundum interiorē hominē condelectamini legi dei, & hoc est: si tamen spiritus dei habitat in uobis. Nam si de spiritu uestro praesumitis adhuc in carne estis. Sic ergo non estis in carne ut in spiritu deistis. Tunc enim in carne non estis. Nam si recedit spiritus dei, ponderē suo spiritus hominis reuoluitur in carnem, redit ad facta carnalia, redit ad concupiscentias seculares, & erunt illius hominis peiora nouissima quam erant prima. Sic ergo habere liberum arbitrium, ut impleretis auxilium. Non estis in carne, & hoc ex uiribus uestris? Absit. Unde ergo? Si tamen spiritus dei habitat in uobis. *Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Non ergo se extendat, non ergo se iacet, non sibi arroget uirtutem propriam egenam & uitiatam natura. Si quis spiritum Christi non habet. Ipse enim spiritus dei qui spiritus Christi & patris est & filij. Si quis spiritum Christi non habet, non se fallat, hic non est eius. Ecce adiuuante ipsius misericordia spiritum Christi habemus, & ipsa delectatione iustitia, integra fide catholica fide spiritum dei nobis inesse cognoscimus. Sed quid de carne illa mortali, quid de lege in membris repugnante legi mentis, quid de illo gemitu, *Miser ego homo.* Audi. *Si autem Christus in uobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus autem uita est propter iustitiam.* Ergo de corpore mortuo propter peccatum iam desperandum est: nulla spes est? Absit. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. Remansit tristitia de nostro corpore. Nemo autem carnem suam odio habuit. Iam dicebas ad consolationem uellem, quidem ut & corpus meum esset in uita. Sed quia non potest, sit uel spiritus meus, sit uel anima mea. Expecta, noli esse sollicitus. *Si enim spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitet in uobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra.* Quid timetis, quid etiam pro ipsa carne solliciti estis? Capillus de capite uestro non peribit. Adam peccando damnauit in morte corpora uestra: sed Iesus si est spiritus eius in uobis, uiuificabit & corpora uestra mortalia, quia suum sanguinem dedit pro salute uestra. Pro missum reddi dubitas qui tale pignus tenes? Sic implebitur quod scriptum est. *Miser ego homo quis*

Mat. 12. Luc. 11.

Ephes. 5.

Luc. 21.

Rom. 7.

quis me liberabit de corpore mortis huius? Quia Christus Iesus si spiritus eius in uobis est, uiuificabit & mortalia corpora uestra. Sic liberaberis de corpore mortis huius: non corpus non habendo, uel alterum habendo, sed non ulterius moriendo. Si enim non adderet mortis huius, & diceret, Quis me liberabit à corpore, forte subgeretur error cogitationi humanae, & diceretur. Vides quia non uult nos deus esse cum corpore? De corpore (inquit) mortis huius. Mortem tolle, & bonum est corpus. Detrahatur mors nouissima inimica, & erit mihi in aeternum caro mea amica. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Christum à mortuis, habitat in uobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis.

Viuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Non propter merita uestra, sed propter munera sua.

Item lectionis eiusdem expositio.

Ergo euacuati sumus à lege mortis in qua detinebamur, ita ut seruamus in nouitate spiritus et non in uetustate literae.]

Quoniam lex litera est eis qui non eam implet per spiritum charitatis, quod pertinet ad testamentum nouum. Itaque mortui peccato liberantur à litera qua detinentur qui non implent quod scriptum est. Lex enim quid aliud quam sola litera est eis qui eam legere non uerunt, & implere non possunt? Non enim ignoratur ab eis quibus cōscripta est. Sed quoniam intantum nota est inquantum scripta legitur, non inquantum dilecta perficitur, nihil est aliud talibus nisi litera, quae litera non est adiutrix legentium, sed testis peccantium. Ab eius ergo damnatione liberantur qui per spiritum inuuantur, ut iam non sint obligati literae ad poenam, sed intellectui per iustitiam copulati. Inde est & illud. Litera occidit, spiritus autē uiuificat. Et quia dixerat euacuati sumus à lege mortis in qua detinebamur, ita ut seruamus in nouitate spiritus & non in uetustate literae, atque ita per haec uerba quasi reprehēdit legem posse iudicari, subiecit statim.

Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces.]

Hic rursus mouet. Si lex non est peccatum, sed insinuatrix peccati, nihilominus his uerbis reprehenditur. Quare intelligitur legem ad hoc datā esse non ut peccatū insereretur neque extirparetur, sed tantū ut demonstraretur quod animam humanam quasi de innocentia securam ipsa demonstratione peccati ream faceret: ut quia peccatum sine gratia dei uinci non posset, ipsa reatus sollicitudine ad percipiendam gratiam conuerteretur. Itaque non ait peccatum non feci nisi per legem, sed peccatum non cognoui nisi per legem. Vnde apparet concupiscentiā per legē non insitā sed demonstratā. Consequens autem erat, ut quoniam non dā accepta gratia, concupiscentia resisti non poterat, augeretur etiam. Quia maiores uires habet concupiscentia crimine prauaricationis

nis adiuncto, cum etiam contra legem facit: quam si nulla lege prohiberetur. Consequenter itaque subiungitur. *Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.* Erat enim & ante peccatū, sed non omne erat quando crimē prauaricationis adhuc non erat. Vnde alio loco dicit. Vbi enim non est lex, nec prauaricatio. Quod autem adiungit. *Sine lege enim peccatum mortuum est.* Pro eo positum est ac si diceret, latet, hoc est mortuum putatur. Quod paulo post dicitur esse uidentius. *Ego autem (inquit) sine lege uiuebam aliquando.*

Idest nulla ex peccato morte terrebam, quia non apparebat cum lex non esset.

Adueniente autem mandato peccatum reuixit.]

Hoc est apparuit. *Ego autem mortuus sum.]*

Idest mortuum me esse cognoui, uel quia reatus prauaricationis certum mortis supplicium comminabatur. Sane quod ait, Peccatū reuixit, satis significauit hoc modo aliquando uixisse peccatum id est notum fuisse, sicut arbitror in prauaricatione primi hominis, quia et ipse mandatum acceperat. Non enim potest reuiuiscere nisi quod uixit aliquando. Sed mortuum fuerat, id est occultatum, cum mortales nati sine mandato legis homines uiuerent sequentes concupiscentias carnis sine ulla cognitione, quia sine ulla cohibitione. Ergo ego (inquit) uiuebam aliquando siue lege. Vnde manifestat non ex persona sua proprie, sed generaliter ex persona hominis se loqui.

Inuentum est ergo (inquit) mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc esse ad mortem. Mandato enim si obediatur, utique uita est. Sed inuentum est esse ad mortem dum fit contra mandatum, ut non solum peccatum fiat quod etiam ante mandatū fiebat, sed hoc abundantius & perniciosius, ut iam ab sciente & prauaricante peccetur.

Peccatum enim (inquit) occasione accepta per mandatum fecellit me, & per illud occidit.]

Peccatū non legitime utens lege, ex prohibitione aucto deliderio dulcius factum est, et ideo fecellit. Fallax enim dulcedo est quam plures atque maiores poenarum amaritudines sequuntur. Quia ergo ab omnibus nondum spiritalem gratiam consequentibus suauius admittitur quod ueratur, fallit peccatum falsa dulcedine. Quia uero accedit etiam reatus prauaricationis, occidit. *Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum.]* Iubenda enim iubet, & prohibenda prohibet. In male utente quippe uicium est, non in mandato ipso quod bonum est. Quoniam lex bona est, si quis ea legitime utatur. Male autem utitur lege, qui non se subdit deo pia humilitate, ut per gratiam legem possit implere. Vera sponsa Christi intelligit quid distet inter literā & spiritū, quae duo dicuntur alio modo lex & gratia: & non iam in uetustate literae sed in nouitate spiritus deo seruiēs, non est iam sub lege sed sub gratia. Ita litera cum spiritu, & lex cū gratia iam non eo modo litera & lex appellatur, sicut per se ipsam cum occidit abundante delicto.

Ex lib. contra Faustum Manichaeum Ro. 4.

Ex eodem cap. 15.

Ex lib. ad Simplicianum episc.

1. Cor. 3.

delicto. Ita enim lex & uirtus peccati dicta est, cum auget eius noxiam delectationem per se ueram prohibitionem. Nec tamen etiam sic mala est, sed peccatum ut appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem. Ita quibusdam multa sunt noxia quāuis non sint mala. Haec igitur sponsa Christi iam mortua legi, id est peccato, quod legis prohibitionem fit abundantius cum lex sine gratia iubet non iuuat, tali ergo legi mortua ut sit alterius qui ex mortuis resurrexit, discernit ista sine legis iniuria ne sacrilegium committat in eius auctorem. Eadem quippe lex quae per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, cum accessit litera spiritus ut inciperet impleri iustitia legis, quae non impleta resos etiam prauaricatione faciebat. Neque enim alia lex est sancta et iusta & bona, et alia per quam peccatum mortem operetur, cui mori nos oportet ut simus alterius qui ex mortuis resurrexit, sed eadem ipsa est. Ecce sequere, lege.

Sed peccatum (inquit) ut appareat peccatum per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccator aut peccatum per mandatum.] Per bonum (inquit) mihi operatum est mortem. Ergo lex semper bona, siue oblit in anibus gratia, siue pro sit plenius gratia, semper est bona, sicut sol semper est bonus, quia omnis creatura dei bona est, siue dolentibus oculis noceat, siue sanos miteat. Proinde quod est oculis sanitas ad uidendum solem, hoc est gratia mentibus ad implendam legem. Et sicut oculi sani non solis delectatione moriuntur, sed illis ictibus asperis radiorum quibus reuerberati in densiores tenebras pellebantur, sic anima quae per charitatem spiritus salua facta est, non iustitiae mortua dicitur, sed illi reatu & prauaricationi quam lex per literam cum gratia desuit faciebat. Itaque de illa utrumque dicitur, & Bona est lex si quis ea legitime utatur, & quod sequitur, Sciens hoc quia iusto lex non est posita, quia non opus habet terrente litera quem delectat ipsa iustitia. Deinde subiungit causam cur ita sit.

Sciens enim (inquit) quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. In quo satis ostendit non posse impleri legē nisi à spiritalibus, qui non fiunt nisi per gratiam. Spirituali enim legi quanto fit quisque similior, id est quanto magis & ipse in spiritalē surgit affectū tāto magis ea implet, quia tāto magis ea delectatur, iā non sub eius noie afflictus, sed in eius lumine uegetatus. Quia praecipitū domini lucidū illuminās oculos. Et lex domini immaculata conuertēs animas, gratia donante peccata & infundere spiritū charitatis, quod non sit molesta, & sit etiā iucunda iustitia. Quo modo autē facti sumus captiui, oblitii fuimus, sed per scripturā commemoramur. Paulū ipsum apostolū interrogemus. Ait enim. *Sciens quia lex spiritalis est, ego autē carnalis sum uenūdatus sub peccato.*

Ecce unde facti sumus captiui, quia uenūdati sumus sub peccato. Quis nos uendidit? Nos ipsi qui consensimus seductori. Vendere nos potuimus, redimere nos non possumus. Vē

didimus nos cōsensioe peccati, redimimur in fide iustitiae. Sanguis enim innocēs datus est pro nobis ut redimeremur. Non quēcuncq; sanguinē diabolus fudit persequēdo iustos; Quale sanguinem fudit iustorum quidem sanguinem fudit prophetarū, patrū nostrorū, iustorū sanguinē fudit & martyrū, tamē omnes de propagine ueniētes peccati: unū sanguinē fudit eius qui non iustificatus sed iustus natus est.

Illo sanguine fuso perdidit quos tenebat. Pro quibus enim datus est innocens sanguis, redempti sunt, & cōuersi à captiuitate cātant istum psalmum. Cum conuerterit dominus captiuitatē Sion, facti sumus sicut cōsolati. Hoc uoluit dicere facti sumus gaudentes. Quādo? Cum conuerterit dominus captiuitatē Sion. Quae Sion? Ipsa Hierusalē aeterna Sion: Quomodo aeterna Sion? Quomodo captiua Sion? In angelis aeterna, in hominibus captiua. Non enim omnes illius ciuitatis ciues captiui sunt, sed quādo peregrinantur ipsi captiui sunt. Homo ciuis est Hierusalē, sed uēditus sub peccato factus est peregrinus. De propagine ipsius natus est genus humanum, et impleuit terras captiuitas Sion. *Sciens enim quia lex spiritalis est, ego autē carnalis sum etc.]* Etiam spiritalis hominis iamque sub gratia cōstituit melius intelligitur uerba ista propter carnis corpus quod spiritale nondum est, erit autē in resurrectione mortuorū, & propter ipsam carnis concupiscentiam, cui quā ita cōsurgunt sancti non ei consentiēs in malū, ut tamē eius motibus quibus repugnantibus resistunt, non careant in hac uita. Non eos autē habebunt in illa, ubi absorbebitur mors in uictoria. Propter hanc itaque concupiscentiam motusque ipsos quibus ita resistitur ut tamen sint in nobis, potest quisque sanctus iam sub gratia positus dicere ista omnia. *Quod ergo operor, aut ignoro.]* Non enim ita dictum est

ignoro, quasi peccare se nesciat. Nam contrarium erit quod dixit. Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem. Et illud superius. Sed peccatum non cognoui nisi per legē. Quomodo enim appareret, aut quomodo cognouit quod ignoraret? Sed ita dictum est, quomodo dicitur est impijs dominus. Non noui uos. Neque enim deū aliquid latet, quādo uultus domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorū.

Sed peccatum, inquit, non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, non concupisces. Cum enim dicitur non concupisces, aperitissimum saluberrimumque praecipitū est. Quod si quis impleuerit, nullū habebit omnino peccatum. Nam hoc ideo elegit apostolus generale quiddā quo cuncta complexus est, tāquā haec esset uox legis ab omni peccato prohibētis, quod ait non concupisces. Neque enim ullum peccatum non concupiscēdo cōmittitur. Proinde quae haec praecipit, bona & laudabilis est lex. Sed ubi sanctus non adiuuat spiritus in spirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, hoc est charitatem diffundens

in

Psalm. 125.

Ex libro. 1. retr. stati.

Ex lib. ad Simp. Episc.

Ex lib. de Spir. et lit.

in

1. Tim. 4.

Psalm. 135.

Ex lib. ad Simp. Episc.

in cordibus nostris, profecto illa lex quamuis bona, auget prohibendo desiderium malum, sicut aqua impetus si in eam partem non cesset influere, uehementior sit obijce oppposito. Cuius molem cum euicerit, maiore cumulo precipitatus uolentius per prona prouoluitur. Nescio quomodo enim modo hoc ipsum quod concupiscitur fit iocundius dum ueratur. Et hoc est quod fallit peccatum per madatum, & per illud occidit, cum accedit etiam prauaricatio, quae nulla est ubi lex non est. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Laudabilis est ista concupiscentia, non damnabilis. Non de hac dictum est, non concupisces, sed de illa qua caro concupiscit aduersus spiritum. De hac autem bona concupiscentia qua concupiscit spiritus aduersus carnem, quere ubi scriptum sit, & inuenies. Concupiscentia itaque sapientiae deducit ad regnum. Et multa alia reperuntur bonae concupiscentiae testimonia. Sed hoc sane interest, quod non tacetur quid concupiscatur quando bona commemoratur concupiscentia. Cum autem non additur quid concupiscatur, sed sola ponitur, non nisi mala intelligitur, sicut in hoc quod commemorauit. Concupiscentia itaque sapientiae deducit ad regnum. Si non adderet sapientiae, nullo modo diceret, concupiscentia perducit ad regnum. At uero apostolus quod posuit, Concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret non concupisces, non utique ait cuius rei concupiscentiam, uel quid non concupisces, Certum est enim non intelligi cum ita dicitur nisi malam concupiscentiam. Non enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago. Bonum est enim non concupiscere: & hoc bonum uult iustus qui ex fide uiuit. Et tamen facit quod odit, quia concupiscit, quamuis post concupiscentias suas non eat. Quod si fecerit, tunc uere ipse fecit ut cedat, ut consentiat, ut desiderio peccati obediat. Cum uero non sinit regnare peccatum in suo mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, nec exhibet membra sua arma iniquitatis peccato, inest quidem peccatum in membris eius, sed non regnat, quia non obeditur desiderijs eius. Et ideo dum quod non uult agit, id est non uult concupiscere & concupiscit, consentit legi quia bona est. Hoc enim uult & ipse quod lex quia uult ipse non concupiscere: & lex dicit, non concupisces. In hoc quoniam uult quod & lex uult, procul dubio consentit legi. Concupiscit tamen quia non est sine peccato. Sed iam non ipse operatur illud, sed id quod in illo habitat peccatum. Scit enim quia non habitat in carne eius bonum ubi habitat peccatum, sed non ei consentiendo uiuit ex fide, qua inuocat deum ut adiuuetur pugnans contra peccatum. Quod ut omnino sibi non sit adiacet ei uelle, sed perficere bonum non inuenit. Non in eo quod non consentit, bonum facit. Et in eo quod odit concupiscentiam suam, bonum facit, bonum facit. Et in eo quod illi qui

Extr. psal. 118.

Sapient. 6.

Ex lib. de per. iusti. hominis

in eum peccat ignoscit, bonum facit. Et in eo quod petit dimitti sibi debita sua, & ueraciter dicit quod dimittit etiam ipse debitoribus suis, & orat ne inferatur in tentationem, sed liberetur a malo, bonum facit. Et tamen perficere bonum non adiacet: quod tunc erit quando concupiscentia illa quae habitat in membris eius, nulla erit. Scio, inquit, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Hoc utique ait, quia uitium carnis in re bona non est bonum. Quod cum esse destiterit, caro erit: sed iam uitiosa uel uitiosa non erit. Quam tamen ad nostram pertinere naturam idem doctor ostendit prius dicendo, Scio quia non habitat in me. Quod ut exponeret addidit. Hoc est in carne mea, bonum. Se itaque dicit esse carnem suam: non ergo ipsa est inimica. Nam & quando eius uitijs resistitur, ipsa amat, quia ipsa curatur. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sicut ipse apostolus dicit. Et alio loco ait. Igitur ipse ego mente seruius legi dei, carne autem legi peccati. Audiant qui aures habent. Igitur ipse ego. Ego mente, ego carne. Sed mente seruius legi dei, carne autem legi peccati. Quomodo carne legi peccati? Nunquid concupiscentiae consentiendo carnalis? Absit. Sed motus desideriorum illic habendo, quos habere uolebat, & tamen habebat, sed eis non consentiendo mente seruebat legi dei, & tenebat membra ne fierent arma iniquitatis. Sunt enim in nobis desideria mala, quibus non consentiendo non uiuimus male. Sunt in nobis concupiscentiae peccatorum, quibus non obediendo non perficimus malum: sed eas habendo, nondum perficimus bonum. Vtrumque ostendit apostolus: nec bonum hic perfici ubi malum sic concupiscitur: nec malum hic perfici: quando talis concupiscentiae non obeditur. Illud quippe ostendit ubi ait. Velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Hoc uero ubi ait, Spiritu ambulat, & concupiscentias carnis non perfecerit. Neque enim ibi dicit non sibi adiacere facere bonum, sed perficere. Neque hic dicit concupiscentias carnis non habueritis, sed ne perfeceritis. Fiant itaque in nobis concupiscentiae mala, cum id quod non licet et liberet: sed non perficiuntur cum legi dei mente seruiente libidines continentur. Et bonum sit cum id quod male libet uincere bona delectatione non sit: sed boni perfectio non impletur quando legi peccati carne seruiente libido illicet. Et quamuis contineatur, tamen mouetur. Non enim opus esset ut contineretur, nisi moueretur. Erat quidam etiam perfectio boni: quando consumptio mali. Illud summum, hoc erit nullum. Quod si in ista mortalitate sperandum putamus, fallimur. Tunc enim erit quando mors non erit. Et ibi erit ubi uita aeterna erit. In illo enim seculo & in illo regno erit bonum summum & malum nullum, quando erit & ubi erit sapientia & amor summus, continentiae labor nullus. Non uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Bona itaque opera nostra tunc perficiuntur.

Ex lib. sermo num. de continentia

Ephes. 5.

Gal. 5.

Ex lib. contra Iulianum tertio

tur, quando ita spiritui caro consenserit, ut aduersus eam etiam ipsa non concupiscat. Hoc enim uolumus, cum perfectionem iustitiae concupiscimus. Hoc, intentione non intermissa uelle debemus. Sed quia id perficere in ista corruptibili carne non possumus, ideo dicit, Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, uel sicut habent codices Graeci, Velle adiacet mihi, perficere autem non. id est non mihi adiacet perficere bonum. Non ait facere sed perficere bonum: quia facere bonum est, post concupiscentias non ire. Perficere autem bonum est, non concupiscere. Non enim quod uolo ago bonum, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem (sicut melius sentit Ambrosius) hoc etiam de seipso dicit apostolus, nec iustorum est in hac uita ad perficiendum bonum tanta libertas propriae uoluntatis, quanta erit in illa uita, ubi non dicitur, non quod uolo ago. Omnis qui proficit recta intentione, proficiens recedit ab omni peccato, & tanto fit inde longinquior, quanto plenitudini iustitiae perfectionis propinquior. Quia & ipsa concupiscentia quod est peccatum habitans in carne nostra, etsi manet adhuc in membris mortalibus, minui tamen non desinit in proficientibus. Aliud est ergo recedere ab omni peccato quod nunc in opere est: aliud recessisse ab omni peccato quod in illa perfectione tunc erit. Dic obsecro apostole, quando adhuc in carne uiuens in uis domini ambulabas, habebas peccatum, an sine peccato eras? Audiamus utrum se ipse seducat, an uero quod beatus Iohannes eius coapostolus sapiat, quoniam ueritas erat in eis. Hic ergo respondet. Nonne legistis ubi confiteor dicens. Non enim quod uolo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. Et hoc audiuius. Iam itaque illud interrogamus: quo in uis domini ambulabas, si malum quod nolle habes agoebas. Cum psalmus sanctus insonet dicens. Non enim qui operantur iniquitatem in uis eius ambulauerunt. Audi continuo respondentem per sententiam consequentem. Si quod nolo (inquit) ego hoc facio, iam ego non operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Ecce quemadmodum qui ambulat in uis domini, non operatur peccatum, & tamen non sunt sine peccato, quia iam ipsi non operantur illud, id est iniquitatem, sed quod habitat in eis peccatum. Hic dicit aliquis, Quomodo agebat quod nollebat malum, & quomodo ipse non id agebat, sed quod habitabat in illo peccatum? Vtrumque enim dixit, & non quod uolo ago, & non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Vnde intelligere debemus quando peccatum quod habitat in nobis operatur in nobis, tunc nos id non operari, quando nequaquam ei uoluntas nostra consentit, & tenet etiam corporis membra ne obediatur desiderijs eius. Quid enim operatur peccatum nobis uolentibus, nisi sola illicita desideria? Quibus si uoluntatis non adhibeatur assensus, mouetur quidem non nullus affectus, sed nullus ei relaxat effectus.

Ex li. 1. contr. Iulia.

Ex lib. de pers. in ho.

2. Ioh. 1.

Psal. 118.

Rom. 9.

Ex libro reuera. thati.

Ex tracta. euang. sec. Ioh. 4. Galatas. 5.

Hoc praecipit idem apostolus ubi dicit: Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, nec exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. Sunt itaque desideria peccati quibus nos prohibuit obedire. Operantur ergo peccatum haec desideria. Quibus si obedimus & nos operamur. Si autem obtemperantes a postolo non eis obedimus, non illud nos operamur, sed quod habitat in nobis peccatum. Si autem desideria nulla haberemus illicita, nec nos nec peccatum mali aliquid operaretur in nobis. Motum porro illi citi desiderij cui non obediendo non eum nos operamur, ideo & nos agere dicimur, quoniam non est natura uigor alienae, sed languor est nostrae. A quo languore omnimodo salui erimus, cum & animo & corpore immortales facti fuerimus. Languoris huius & infirmitatis unde illicita desideria mouentur, quod peccatum appellat apostolus, uersus reatus sacramento baptismatis est solutus cum omnibus quae illi obediens fecimus, diximus, cogitauimus. Nec nobis deinceps languor iste obesset, si desiderijs eius illicitis nullis unquam obedientiam praebemus, siue operatione, siue locutione, siue tacita assentione, donec etiam ipse sanaretur. Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Potest putari falsa esse ista sententia, qua diximus nusquam nisi in uoluntate esse peccatum, quia dixit apostolus. Si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud sed quod in me habitat peccatum. Hoc enim peccatum usque adeo non est in uoluntate ut dicat, Quod nolo hoc facio. Quomodo ergo nusquam est, nisi in uoluntate peccatum? Sed hoc peccatum de quo sic est locutus apostolus, ideo peccatum uocatur, quia peccato factum est, et poena peccati est, quando quidem hoc de concupiscentia carnis dicitur, quod aperit in consequentibus dicens. Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum, non. Alibi quippe perfectio boni est, ut nec ipsa concupiscentia peccati sit in homine. Cui quidem quando bene uiuitur non consentit uoluntas: uerum tamen non perficit bonum, quia inest adhuc concupiscentia cui repugnat uoluntas, cuius concupiscentiae reatus in baptisate soluitur, sed infirmitas permanet, cui donec sane tur omnis fidelis qui bene prospicit, studiosissime reluctatur. Peccatum autem quod nusquam est nisi in uoluntate, illud praecipue intelligendum est quod iusta damnatio consecuta est. Hoc enim per unum hominem mundum intrauit. Quanquam & hoc peccatum quo consentitur peccati concupiscentiae, non nisi in uoluntate committitur. Condelector enim legi dei secundum interiorum hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, etc. Caro, inquit concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut non ea quae uultis illa faciat. Ex parte libertas, ex parte seruitus. Nondum

tota, nondum pura, nondum plena libertas, quia nondum aeternitas. Habemus enim ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatem. Quicquid peccatum est a nobis antea, in baptismo deletum est. Nunquid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? Si non remansisset, sine peccato hic uiueremus. Quis autem audeat hoc dicere nisi superbus, nisi misericordia liberatoris indignus, nisi qui seipsum uult decipere, & in quo ueritas non est? Ergo ex eo quod remansit aliquid infirmitatis, audeo dicere. Ex qua parte seruius deo liberi sumus. Ex qua parte seruius legi peccati, adhuc serui sumus. Vnde dicit Apostolus. Condelector legi dei secundum interio- rem hominem. Ecce unde liberi, ecce unde condelectamur legi Dei. Libertas enim delectat. Nam quamdiu facis timore quod iustum est, non Deus te delectat: quamdiu non te delectat, adhuc seruus facis. Delectat te & liberaes. Noli timere poenam, sed ama iustitiam.

Nondum potes amare iustitiam, time uel poenam, ut peruenias ad amandam iustitiam.

Ergo iam ille ex parte superiore liberum se esse sentiebat: unde dicebat. Condelector legi dei secundum interio- rem hominem. Delectat me lex, delectat quod iubet, delectat iustitia. Vi- deo autem aliam legem in membris meis. hec est quae remansit infirmitas. Repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati quae est in membris meis. Ex hac parte sentit captiuam ubi non est impleta iustitia. Nam ubi condelectatur legi Dei, non captiuus sed legis amicus est, & ideo liber quod amicus. Quid ergo ex eo quod restat? Quid nisi ut respiciamus ad illum qui dixit, Si uos filii

Ioan. 8.

liberauerit tunc uere liberi eritis: Denique & ipse qui loquebatur, ad illum respexit. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Ergo si uos filii libera- uerit tunc uere liberi eritis. Denique ita con- cludit. Igitur ipse ego legi Dei seruo mente, carne autem legi peccati. Ipse ego inquit, non enim duo sumus inter nos contrarii de diuer- sis principijs uenientes, sed ipse ego mente ser- uo legi dei, carne autem legi peccati, quam- diu languor obluatur saluti. Sed si carne, ser- uis legi peccati, fac quod ait ipse. Apostolus. Non ergo regnet peccatum in uestro morta- li corpore ad obediendum desiderijs eius, ne- que exhibeatis membra uestra arma iniquita- tis peccato. Non ait non sit, sed non regnet: quamdiu peccatum necesse est esse in mem- bris tuis saltem illi regnum auferatur, non si- at quod iubet. Surgit ira, noli dare linguam ad maledicendum, noli dare rixae manum aut pedem ad feriendum. Non surgeret ira ista irrationabilis, nisi peccatum esset in membris. Sed tolle illi regnum, non habeat arma unde contra te pugnet: disced etiam non surgere cum arma non coeperit inuenire. Non exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. A-

lioquin toti captiui eritis: & non erit dicere, mente seruo legi dei. Mens enim si teneat ar- ma, membra non mouentur in ministerium fu- rentis peccati. Teneat arcem imperator in te- rrior, quia sub maiore imperatore iuuandus as- sistit. Frenet iram, coerceat concupiscentiam. Inest tamen quod frenetur, inest quod coecea- tur, inest quod teneatur. Quid autem uolebat ille iustus mente seruius legi dei, nisi ut omni- no non esset quod frenaretur? Et hoc debet cor- nari omnis qui ad perfectionem tendit, ut & ipsa concupiscentia cui non dantur ad obedi- endum membra, quotidie in proficiente mi- nuatur. Velle inquit, adiacet mihi: perficere autem bonum, non. Nunquid dixit, non mihi adiacet facere bonum? Si hoc dixisset, spes nul- la esset. Non ait, non mihi adiacet facere: sed non mihi adiacet perficere. Quae est enim per- fectio boni nisi consumptio mali: nisi quod lex dicit, non concupisces? Omnino non concupi- scere perfectio boni est, quia consumptio ma- li est. Hoc dicebat ille. Perficere bonum mihi non adiacet: quia non poterat facere ut non con- cupisceret: faciebat tantum ut concupiscentiam fre- naret, ut concupiscentiae non consentiret & con- cupiscentiae membra ad satellitium non praer- beret. Perficere ergo, inquit, bonum non mi- hi adiacet. Non possum implere quod dictum est, non concupisces. Quid ergo opus est ut impleas? Post concupiscentias tuas non eas. Hoc age interim quandiu insunt illicitae con- cupiscentiae in carne tua. Post concupiscenti- as tuas non eas. Mane in seruitute Dei, in li- bertate Christi. Mente seruius legi dei tui, noli- to donare concupiscentijs tuis uires.

30

40

50

60

Aliud est non pugnare, & esse in pace uera atque perpetua, aliud pugnare & uincere, ali- ud pugnare & uinci, aliud non pugnare sed trahi. Sunt enim homines prorsus qui non pu- gnant, qualis est iste de quo loquitur cum di- cit, Malitiam autem non odiuit. Quomodo autem pugnat contra eam quam non odit? Iste a malitia trahitur nec pugnat. Sunt autem qui pugnare incipiunt: sed quia de uiribus suis praesumunt, ut ostendat illis Deus quia ipse uincit, si se homo subiuguet Deo, & pugnan- tes uincuntur, cum quali coeperint tenere iu- stitiam fiunt superbi & eliduntur. Isti pugnant sed uincuntur. Quis autem pugnat & non uin- citur? Qui dicit. Video aliam legem in mem- bris meis repugnantem legi mentis meae. Vi- de repugnantem legi mentis suae, uide pug- nantem: sed non de uiribus suis praesumit iste, ideo uictor erit. Quid enim sequitur?

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum Dominum nostrum.]

De corpore mortis huius non omnis libe- ratur qui finit hanc uitam, sed qui in hac uita susceperit gratiam, & ne in unum suscipiat bonis operibus egerit. Aliud est enim exire de hoc corpore, quod omnes homines dies ui- ta huius ultimus cogit: Aliud est liberari de corpore mortis huius, quod sola dei gratia per

Eccl. 19.

Extradata Psal. 35.

Ex li. de per- se. iusti, boni- nis.

Matth. 5. Ex lib. de nat. & gra.

per Iesum Christum dominum nostrum san- ctis & fidelibus eius impartitur. Post hanc au- tem uitam merces perficiens redditur, sed eis tantum a quibus in hac uita eiusdem merce- dis meritum comparatur. Non enim ad futuri- tatem iustitiae cum hinc exierit quisque per- ueniet, nisi ad eam cum hic est, esuriendo & sitiendo cucurrerit. Beati quippe qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabun- tur. Fideles enim orantes dicunt. Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a ma- lo. Si adest possibilitas, ut quid orant? aut a quo malo se liberari orant, nisi maxime de corpore mortis huius, unde non liberat nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum no- strum? Non utique de substantia corporis que bona est, sed de uitijs carnalibus: unde non li- beratur homo sine gratia Saluatoris, nec qua- do per mortem corporis discedit a corpore. Non enim & ille substantiam carnis accusat cum dicit liberari se cupere de corpore mor- tis huius, cum etiam corporis sicut anima na- tura Deo bono auctori tribuenda sit. Sed uti- que de uitijs corporis dicit. Nam de corpore mors corporis separat, sed contracta ex illo ui- tia cohaerent, quibus iusta poena debetur: qua etiam in inferno ille diues inuenit. Hinc se u- ti que non poterat liberare qui dicit. Quis me liberabit de corpore mortis huius? An prop- ter commissa praeterita, ut ea tantum igno- scantur quae fieri infecta non possunt? Dimit- te hominem, clamet quod clamabat. Non e- nim tantum desiderat ut per indulgentiam sit de praeteritis impunitus, sed etiam ut sic de ca- tero ad non peccandum fortis & ualidus. Con- delectatur enim legi Dei secundum interio- rem hominem: uidet autem aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae. Videt esse, non recollit fuisse, praesentibus ur- getur, non praeterita remissit. Nec tan- tum repugnantem uidet, uerum etiam capti- uantem se in lege peccati quae est in membris eius, non quae fuit. Hinc est quod clamet. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Ita erat tunc illorum hominum corpus animale constitutorum in paradiso, non dum mortis lege damnatum, ut non haberent appetitum carnalis uoluptatis qualem nunc habent ista corpora quae iam ex mortis propagi- ne ducta sunt. Neque enim nihil est in eis factum cum de ligno prohibito edissent: quando qui- dem deus non dixerat, si ederitis morte morie- mini: sed qua die ederitis morte moriemini, ut hoc ipsum in eis illa faceret dies, quod apo- stolus gemit dicens, Condelector legi Dei se- cundum interio- rem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati quae est in membris meis. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hu- ius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Non enim sufficeret ei si diceret quis me liberabit de corpore hoc mortali, sed de

Ex lib. 9. de Genesi ad literam

Gen. 2.

corpore, inquit, mortis huius? Sicut etiam il- lud. Corpus quidem inquit mortuum est: pro- pter peccatum. Non ibi ait mortale sed mor- tuum: quamuis utique & mortale, quia mortui- rum. Non ita credendum est fuisse illa corpo- ra, sed licet animalia nondum spiritualia, non ta- men mortua, id est quae nec esse esset ut more- rentur: quod ea die factum est qua lignum con- tra uetitum tetigerunt. Ita illi homines anima- lia quidem corpora gerentes, sed non morituri nisi peccassent, acceptura autem angelica formam caelestemque qualitatem, mox ubi pre- ceptum transgressi sunt eorum membris uelut aliqua agritudo letalis, mors ipsa concepta est, mutauitque illam qualitatem qua corpori sic do- minabantur ut non dicerent. Video aliam le- gem in membris meis repugnantem legi men- tis meae. Quia etiam nondum spiritale sed anima- le corpus erat, nondum tamen erat mortis hu- ius de qua & cum qua nati sumus. Quid enim aliud non dicam nati, sed omnino concepti nisi agritudinem quandam inchoauimus qua sur- mus necessario morituri? Neque enim tam ne- cesse est eum ipso morbo mori qui hydrops uel dysentericus uel elephantiosus factus fue- rit, quam eum qui hoc corpus habere coeperit in quo omnes homines natura sunt filij irae, ga- hoc non fecit nisi poena peccati. Si enim crea- tor omnipotens ineffabiliterque laudandus, qui & in minimis operibus magnus est, apibus do- nauit ut sic operentur filiorum generationem quemadmodum carae speciem liquoremque mel- lis, cur incredibile uideatur primis hominibus talia fecisse corpora, ut si non peccassent et mor- bum quendam quo morerentur continuo con- cepissent, eo nutu imperarent membris qui- bus factus exoritur, quo pedibus cum ambula- tur: ut neque cum ardore seminaretur, neque cum dolore pateretur? Nunc uero transgrediendo praecipuum motum legis illius quae repugnat legi mentis in membris conceptae mortis ha- bere meruerunt. Quem nuptiae ordinant, con- tinentia cohibet & refrenat: ut quemadmo- dum de peccato factum est supplicium, sic de supplicio fiat meritum. Quisquis carnalem delectationem aduersus rectam uoluntatem suam rebellare sentit per consuetudinem pec- catorum cuius indomita uiolentia trahitur in captiuitatem, recolat quantum potest qualis pacem peccando amiserit & exclamet. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Ita enim cum se infelicem exclamat, lugendo implorat consolatoris au- xilium. Nec paruus est ad beatitudinem acces- sus, cognitio infelicitatis suae. Et ideo beati etiam lugentes, quoniam ipsi consolabuntur.

Quid est quod te factas? quid est quod de lege, & de iustitia praesumis? Num uides quid intus confligat in te, de te, aduersus te? Num audis pugnantem, & confidentem, & adiuto- rium in pugna desiderantem? Num audis athle- tam domini ab agonotheta petentem auxiliu-

Matth. 5. Extradata Psal. 30.

gnæ suæ: Non enim sic te spectat deus certan-
tem, quomodo te spectat editor si forte pug-
nes in amphitheatro. Ille tibi præmium dare
potest si uiceris, adiuuare te periclitantem nõ
potest. Non sic spectat deus. Vide ergo, atten-
de eum qui dicit. Condelector enim legi dei se-
dum interiorem hominem. Video autem aliã
legem in membris meis repugnãtem legi mẽ-
tis meæ, & captiuum me ducẽtem in lege pec-
cati quæ est in membris meis. Miser ego ho-
mo. Quis me liberabit de corpore mortis hu-
ius? Gratia Dei per Iesum Christum dominũ
nostrũ. Quare gratia? Quia gratis datur. Qua-
re gratis datur? Quia merita tua non præces-
serunt, sed beneficia Dei te præuenerunt.

Illi ergo gloria qui nos liberat, omnes pec-
cauerunt & egent gloria Dei.

Liberari est a corpore mortis huius omni-
fano languore concupiscentiæ carnis non ad
pœnam corpus recipere, sed ad gloriam.

Igitur ipse ego mēte seruo legi dei: carne aut legi peccati.]

Indicatur enim tibi quædam noua uita: & tu
uetus es. Nouitatis gaudio suspenderis, uetu-
statis onere prægrauaris. Incipit tibi esse hel-
lum aduersus te, sed ex qua parte displices ti-
bi, iungeris deo: & ex qua parte iam iungeris
deo, idoneus eris ad uincendum te quia ille te
cum est qui omnia superat. Attende quid di-
cit Apostolus. Mente seruo legi Dei, carne au-
tem legi peccati. Vnde mentes? Quia displicet
tibi uita tua mala. Vnde carnes? Quia non de-
sunt suggestiones & delectationes malæ. Sed
ex eo quod mēte coniungeris Deo, uincis quod
in te non uult sequi. Præcessisti enim ex parte,
& ex parte tardaris. Trahet te ipsum ad illum,
qui te supra te tollit. Pondere quodam uetu-
statis deprimeris, clama & dic. Infelix ego ho-
mo quis me liberabit de corpore mortis hu-
ius? Quis me liberabit ab eo quo grauior? Cor-
pus enim quod corrumpitur aggrauat ani-
mam. Quis ergo me liberabit. Gratia Dei per
Iesum Christum Dominum nostrum.

Quare autem permittit ut diu contra te liti-
ges donec absorbeatur omnes cupiditates ma-
læ? Ut intelligas in te pœnam tuam. In te, ex
te ipso est flagellum tuum, sit rixa tua tecum.
Sic iudicatur in rebellem aduersus deum, ut
ipse sibi sit bellum qui pacem noluit habere
cum Deo. Quod dixerat sine lege enim pec-
catum mortuum est, non intelligamus nisi tan-
quam non sit, latet non apparet, penitus igno-
ratur, tanquam in nescio quibus ignorantia
tenebris sit sepultum. Et quod ait. Ego autem
uiuebam aliquando sine lege, quid ait nisi ui-
uere mihi uidebar? Et quod adiunxit, Adue-
niente mandato peccatum reuixit, quid est a-
liud quam eminuït & apparuit? Nec tamen
uixit sed reuixit: uixerat enim aliquando in
paradiso quando contra datum præceptum sa-
tis apparebat admissum. Cum autem a nascen-
tibus trahitur tanquam mortuum sic latet, do-
nec repugnans iustitiæ malum eius prohibi-
tione sentiat. Cum aliud iubetur atque pro-

batur, aliud delectat atque dominatur, tunc pec-
catum quodammodo in notitia nati hominis
reuiuiscit, quod in notitia primi facti hominis
iam aliquando uixerat. Sed quod ita sequitur,
nõ ita expeditum est quomodo de Paulo pos-
sit intelligi. Scimus enim inquit, quoniam lex
spiritalis est, ego autem carnalis sum. Non ait
fui, sed sum. Nunquid ergo apostolus cum hæc
scriberet carnalis fuit? An secundũ corp⁹ hoc
dicit? Adhuc em erat in corpore mortis hui⁹,
nõ dũ factus quod alibi dicit, Seminat corpus ani-
male surget corpus spiritale. Tũc em ex toto
se, id est ex utraq; parte qua constat, spiritalis
homo erit, quãdo spiritale etiam corpus erit.

Nec enim absurdum est ut sit in illa uita etiam
caro spiritalis, si potuit esse in hac uita in
his qui adhuc carnalia sapiunt, etiam ipse spi-
ritus carnalis. Sic ergo ideo dixit, ego autem
carnalis sum, quia nondum spiritale corpus
haebat Apostolus: sicut posset dicere ego
mortalis sum. Quod utique non nisi secundũ
corpus intelligeretur dixisse: quod nondum
fuerat immortalitate uestitum. Item quod ad-
iunxit. Venundatus sub peccato, ne quisquã
cum nondum redemptum Christi sanguine ex-
istimet, etiam hoc secundum illud potest in-
telligi quod ait. Et nos primitias habentes spi-
ritus, & ipsi in nobis metipsis ingemiscimus ad-
optionem, expectantes redemptionem cor-
poris nostri. Si enim secundum hoc se dicit ue-
nundatum sub peccato, quod adhuc nõ est re-
demptum a corruptione coporis eius, uel ue-
nundatum aliquando in prima transgressio-
ne præcepti, ut haberet corpus corruptibile
quod aggrauat animam, quid prohibet hic a-
postolus de se ipso dicere, quod ita dicit ut etiam
in ipso possit intelligi, etiam si in sua perso-
na non se solum sed omnes accipi uelit qui se
nouerunt spiritali dilectione cum carnis affe-
ctione sine consensione conseruare? An forte
metuimus ea quæ sequuntur. Quod enim o-
peror ignoro, non enim quod uolo hoc ago,
sed quod odi illud facio: ne forte ex his uerbis
quisque consentire carnis concupiscentiæ ad
opera mala secundum apostolum suspicetur?
Sed considerandum est quod adiungit. Si au-
tem quod nolo hoc facio, consensio legi quo-
niam bona est. Magis enim se dicit legi con-
sentire quã carnalis concupiscentiæ. Hanc e-
nim peccati nomine appellat. Facere ergo se
dicit & operari non affectu consensendi & im-
plendi sed ipso motu concupiscendi. Hinc er-
go (inquit) consensio legi quoniam bona est.
Consensio, quia nolo quod non uult. Deinde
dicit. Nunc autem iam non ego operor illud,
sed id quod in me habitat peccatum. Quid est
nunc autem, nisi iam nunc sub gratia, quæ libe-
rauit delectationem uoluntatis a consensione
cupiditatis? Non enim melius intelligitur nõ
ego operor, nisi quia non consentit exhibere
membra sua arma iniquitatis peccato. Nam
& sic concupiscit & consentit & agit quomo-
do non ipse illud operetur etiam si se operari
doleat

1. Cor. 17.

Roma. 8.

Roma. 3.
Ex lib. sen.
Prosperi.

Ex tractatu
Pfal. 75.

Sapient. 9.

Ex lib. ad Ro-
m. p. ap. cont.
delugium

doleat & uinci grauiter ingemiscat. Iam illud
quod sequitur, nonne unde loquatur apertis-
sime ostendit? Scio enim quia non habitat in
me, hoc est in carne mea bonum. Si enim non
exponeret adiungendo, hoc est in carne mea,
aliter fortasse acciperetur quod dixit in me. Ac
per hoc uerfat hoc idem repetens & inculcãt:
Velle enim adiacet mihi, perficere aut bonũ
non inuenio. Hoc est enim perficere bonum
ut nec concupiscat homo. Imperfectus est au-
tem homo quando concupiscit, etiam si con-
cupiscentiæ non consentit ad malum. Non e-
nim quod uolo facio bonum inquit, sed quod
nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo e-
go hoc facio, iam non ego operor illud sed quod
habitat in me peccatum. Id repetiuit inculcãt,
& tanquam tardissimos de somno excitãt. In-
uenio ergo, inquit, legem uolenti mihi bonũ
facere quoniam mihi malum adiacet. Illud er-
go bonum est uolentis facere, adiacet autem
malum ex concupiscentia, cui non consentit
qui dicit. Iam non ego operor illud. Aperti-
us autem quod sequitur utrunq; declarat. Con-
delector enim legi dei secundum interiorem
hominem. Video autem aliam legem in mem-
bris meis repugnantem legi mentis meæ, &
captiuam me in lege peccati quæ est in
membris meis. Sed quod dixit captiuam me,
potest mouere si nulla consensio est. Vnde pro-
pter ista tria, duo scilicet de quibus iam dispu-
tauimus, quod ait. Ego autem carnalis sum &
uenundatus sub peccato, & hoc tertium. Ca-
ptiuam me in lege peccati quod est in mem-
bris meis, potest uideri apostolus eum descri-
bere qui sub lege aduocatus uiuit nondum sub gra-
tia: Sed sicut illa duo exposuimus propter car-
nem adhuc corruptibilem dicta, sic & hoc po-
test, intelligi ut captiuam me dixit carne, men-
tis motione non consensione. Et ideo captiuam
tem me, quia & in ipsa carne non est aliena na-
tura sed nostra. Sic ergo exposuit ipse quid
dixerit scio quia non habitat in me, hoc est in
carne mea bonum, sic iam ex illius expositio-
ne hunc locum debemus accipere, tanquã dixit
captiuam me hoc est carnem meam in
lege peccati quæ est in membris meis. Deinde
subiungit propter quod dixerat. Miser ego homo
quis me liberabit de corpore mortis huius? Gra-
tia dei per Iesum Christũ dominũ nostrũ. Atque
inde concludit. Igitur ipse ego mente seruo legi
dei, carne autem legi peccati. Carne scilicet legi
peccati, concupiscendo: mente autem legi dei eidem
concupiscentiæ nõ consentiendo. Nulla ergo con-
dennatio est nũc his qui sunt in Christo Iesu. Nõ
enim datur nisi qui concupiscentiæ carnis con-
sentit ad malũ. Lex enim spiritus uitæ in Chri-
sto Iesu liberauit te a lege peccati et mortis, ne
scilicet consensionem tuam concupiscentiã si-
bi uendicat carnis, & ea quæ sequuntur eun-
dem sensum magis magisque demonstrant. Sed
adhuc edus est modus. Visum autem aliquan-
do etiam mihi fuerat hominem sub lege isto
Apostoli sermone describi, sed uim mihi post

Roma. 8.

ea ista uerba fecerunt quod ait. Nunc autem
iam non ego operor illud. Ad hoc enim perti-
net quod ait postea: Nulla ergo condemnatio
est nũc his qui sunt in Christo Iesu. Et quia
non uideo quomodo diceret homo sub lege,
condelector legi Dei secundum interiorem
hominem: cum ipsa delectatio boni quæ eti-
am non consentit ad malum, non timore pœ-
næ sed amore iustitiæ (hoc est enim condele-
ctari) non nisi gratiæ deputanda sit.

Nam & illud ubi ait. Quis me liberabit de
corpore mortis huius, quis neget Apostolum
cum hæc diceret adhuc fuisse in corpore mor-
tis huius? A quo utique impij non liberantur,
quibus eadem corpora ad tormenta æterna
redduntur. Liberari ergo est a corpore mor-
tis huius, omni sanato languore concupiscenti-
æ carnis non ad pœnam corpus recipere sed
ad gloriam. Huic loco & illud satis consonat.
Etiam ipsi nos primitias spiritus habentes &
ipsi in nobis metipsis ingemiscimus ad optionem
expectantes redemptionem corporis nostri.
Nimirum enim gemitu isto ingemiscimus, in
quo dicimus. Miser ego homo quis me libera-
bit de corpore mortis huius? Illud etiam in
quo ait, Quod ego operor ignoro, quid est ali-
ud quã nolo, non approbo, non consentio,
non facio? Alioquin contrarium est his quæ
prius dixit, Per legem cognitio peccati, &
peccatum non cognoui nisi per legem, & pec-
catum ut appareat peccatum per bonum mi-
hi operatum est mortem. Quomodo ergo pec-
catum per legem cognouit quod ignorat?

Quomodo apparet peccatum quod igno-
ratur? Sic enim dictum est ignoro, non facio,
quia nulla consensione id ego ipse committo:
quomodo dicitur est impijs Dominus, Non
noui uos, quem procul dubio latere nihil po-
test. Et sicut dictum est, Eum qui non nouerat
peccatum, quod est non fecerat. Neque enim
non nouerat quod arguebat. His atque huius-
modi in istam scripturæ apostolicæ circumstã-
tiam diligenter consideratis, recte intelligitur
apostolus non quidem se solum in sua perso-
na, uerum alios etiam sub gratia constitutos si-
gnificasse, sed secum nõndum in illa constitu-
tos pace perfecta a qua absorbetur mors in ui-
ctoriam. De qua dicit apostolus, Si autem Chri-
stus in uobis, corpus quidem mortuũ est pro-
pter peccatum: Spiritus autem uita est prop-
ter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscita-
uit Iesum ex mortuis habitat in uobis, qui su-
scitauit Iesum Christum ex mortuis, uiuifica-
bit & mortalia corpora uestra per inhabitã-
tem spiritus eius in uobis. Viuificatis ergo
mortalibus corporibus nostris non solum ad
peccandum nulla consensio erit, sed nec ipsa
cui non consentiatur carnis concupiscentia re-
manebit: quã spiritui resistentem non habe-
re in carne mortali, ille tantum homo potuit
qui non per ipsam ad homines uenit. Et ideo
apostolos qui homines erant, & corpus quod
corrumpitur & aggrauat animam in huius ui-

Matth. 19.

1. Cor. 15.

tae mortalitate portabant, absit ut dicamus sic
cut iste calumniatur, semper immoderata li-
bidine fuisse pollutos, sed dicimus a consensio-
ne prauarum libidinum liberos, de concupi-
scentia tamen carnis quam moderando frena-
bant, tanta humilitate, & pietate genuisse, ut
optarent eam non habere potius quam edomare.

Ex tractatu
Psal. 67.

Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per
carnem.] Segregauit itaque hanc pluuuam uo-
luntariam deus hereditati suae, quod legem de-
dit & infirmata est uel ipsa lex uel ipsa heredi-
tas. Lex infirmata sic accipi potest, eo quod non
impleretur: non quod ipsa infirmata sit, sed
quod infirmos facit: minando poenam, nec ad-
iuuando per gratiam. Nam & Apostolus ipso
uero usus est ubi ait. Quod enim impossibile
erat legi in quo infirmabatur per carnem: si-
gnificare uolens quia per spiritum impletur.
Tamen dixit eam infirmari cum ab infirmis
non posset impleri.

Matt. 5.

Quod autem sequitur, tu uero perfecisti ca-
am, ad legem ita refertur, quia secundum il-
lud perfecta, id est impleta est, quod dominus
in euangelio dicit, Non ueni soluere legem
sed adimplere. Vnde & Apostolus qui dixit
rat legem infirmatam esse per carnem, quia
caro non implet quod per spiritum impletur,
id est per gratiam spiritalem: item ipse dicit.
Ut iustitia legis impleretur in nobis, qui non
secundum carnem ambulamus sed secundum
spiritum. Hoc est ergo, Tu uero perfecisti eam,
quia plenitudo legis charitas. Et charitas Dei
diffusa est in cordibus nostris non per nos ip-
sos sed per spiritum sanctum qui datus est no-
bis.

Ex l. 1. de bap.
paru.

Deus filium suum mittens in similitudinem carnis pec-
cati, & de peccato damnauit peccatum in carne.] Dicit a-
liquis: si haec natura pura non est sed uitiosa pri-
mordia, quia talis non est creatus Adam, cur
Christus longe excellentius & certe sine ullo
peccato natus ex uirgine in hac tamen infir-
mitate atque aetate procreatus apparuit? Huic
propositioni respondemus. Adam propterea
non talem creatum, quia nullius parentis pra-
cedente peccato non est creatus in carne pec-
cati: nos ideo tales, quia illius precedente pec-
cato nati sumus in carne peccati: Christus in-
de talis, quia ut de peccato condemnaret pec-
catum, natus est in similitudinem carnis pec-
cati. Cilicium fortasse appellauit dominus car-
nis suae mortalitatem. Quare cilicium? prop-
ter similitudinem carnis peccati. Apostolus enim
dicit. Misit deus filium suum in similitudinem car-
nis peccati, ut de peccato damnaret peccatum
in carne. Hoc est filium suum induit cilicio ut
de cilicio damnaret haedos. Non quia pecca-
tum erat in uerbo Dei dico, sed nec in ipsa qui-
dem dico anima sancta & mente hominis quem
sibi ad unitatem personae uerbum dei & sapi-
entia coaptauerat, sed nec in ipso corpore pec-
catum erat ullum, sed similitudo carnis pecca-
ti erat in domino, quia mors non est nisi de pec-
cato. Et utique corpus illud mortale erat.

Ex tractatu
Psal. 34.

Nam nisi mortale esset, non moreretur, non
resurgeret. Si non resurgeret, exemplum no-
bis uitae aeternae non demonstraret. Ergo sic di-
citur mors peccatum quae facta est de peccato,
quomodo dicitur Graeca lingua, lingua Lati-
na non ipsum membrum carnis, sed quod sit
per membrum carnis. Nam lingua in mem-
bris nostris unum est de caeteris, sicut oculi, na-
sus, aures & caetera. Lingua autem Graeca, uer-
ba Graeca sunt, non quia per uerba lingua, sed
quia uerba per linguam. Dicit de aliquo, Agno-
ui faciem ipsius, de membro corporis loque-
ris. Dicit etiam, Agnouit manum ipsius, & ab-
sentis non manum in corpore sed scripturam
quae facta est per manum quae erat in corpo-
re. Sic ergo peccatum domini quod factum est
de peccato, quia inde carnem assumpsit de mas-
sa ipsa quae mortem meruerat ex peccato. Ete-
nim ut celerius dicam, Maria ex Adam mor-
tua propter peccatum, & caro domini ex Ma-
ria mortua propter delenda peccata.

Quid dicit Pelagianista? Audite quid dicit.
Videtur confiteri Christum in carne uenisse,
sed discussus inuenitur. Christus enim in car-
ne uenit: quae similitudo esset carnis peccati,
non esset caro peccati. Apostoli uerba sunt.
Misit deus filium suum in similitudinem car-
nis peccati. Non in similitudinem carnis, qua
si caro non esset caro, sed in similitudinem car-
nis peccati, quia caro erat, sed peccatum non
erat. Iste autem Pelagius & caeteram carnem
omnis infantis, Christi carni conatur aequare.
Non ita est charissimi, non pro magno comen-
daretur in Christo similitudo carnis peccati,
nisi omnis caetera caro esset caro peccati.

Quid ergo prodest quia dicit Christum in
carne uenisse, & omnium infantium carni cum
conaris aequare? Et tibi hoc dico quod Dona-
tista, non est ipse. Ecce uideo Ecclesiam ma-
trem testimonium reddentem ipsis uerbis
suis. Accurrunt matres cum paruulis filiis, in-
gerunt saluatori saluandos, non Pelagium dam-
nandos. Mater quaelibet mulier pietate cur-
rens cum paruulo filio dicit baptizetur ut sal-
uetur. Pelagius contra.

Quid saluetur? Non est quod in eo fanetur,
nihil habet uitae, nihil ex traduce damnatio-
nis attraxit. Si equalis est Christo, quare quae-
rit Christum? Ecce dico tibi. Sponsus filius dei
qui uenit in carne, saluator est maiorum & mi-
norum, saluator est grandium & infantium, &
ipse est Christus. Tu autem dicit Saluator est Chri-
stus maiorum & non minorum, non est ipse. Si non est
ipse, negas & tu Christum in carne uenisse.

Magnum quid huc attulit mercator iste.
De regione sua ueniens iste mercator inue-
nit in regione nostra quod hic abundat. Quid
hic abundat? Nasci & mori, plena est terra his
mercibus, nasci & mori. Natus est & mortuus
est. Sed qua uia natus est? Ad istam regionem
uenit sed non ea uia qua nos. De caelo enim ue-
nit a patre, & tamen natus est mortalis, natus
est de spiritu sancto ex Maria uirgine. Nunquid
nos sic? Nos de Adam & Eua illa per concupi-
scentiam

Ex tractatu
Mat. 2. 101, 17.

Ex ferm. de re
surre. Christi

Luce 1.

scientiam carnis: ille autem non per ipsam. Ma-
ria enim uirgo sine uirili amplexu, sine concupi-
scentiae aestu: quoniam ne pateretur huc esset ideo
ei dicitur est. Spiritus sanctus superueniet in te,
& uirtus altissimi obstruabit tibi. Virgo ergo
Maria non concubuit & concepit, sed credidit &
concepit. Natus est enim mortalis mortalibus. Qua-
re mortalis? Quia in similitudinem carnis pec-
cati. Non in carne peccati sed in similitudinem
carnis peccati. Quid habet caro peccati? mor-
tem & peccatum. Quid habuit similitudo carnis
peccati? Mortem sine peccato. Si haberet pec-
catum, caro esset peccati: si mortem non haberet,
non esset similitudo carnis peccati. Talis uenit
saluator. uenit, mortuus est, sed mortem occidit.
Finiuit in se quae timebamus. Suscepit illam, & oc-
cidit illam, quod summus uenator leonem suscepit
& necauit. Na prudentia carnis mors est: prudentia autem spi-
ritus, uita et pax.] Viuificabis nos & nomen tuum
inuocabimus. Tu nobis dulcis eris. Viuifica-
bis nos. Nam prius amauius terram non te.
Sed mortificasti membra nostra quae sunt super
terram. Illud enim uetus testamentum, habes pro-
missa terrena hoc uidetur suadere ne gratis co-
latur deus, sed quia dat aliquid in terra, ideo di-
ligatur. Quid amas ut deum non ames? Dic mihi.
Ama si potes aliquid quod ille non fecit. Circumspi-
ce uniuersam creaturam, uide utrum alicubi cupidi-
tatis uisco tenearis, & diligendo creatore im-
pediaris, nisi ea re quae creauit ipse quae negligis.
Quare autem amas ista, nisi quia pulchra sunt?
Possunt ne esse tam pulchra quae ille a quo facta
sunt? Miraris haec, quia illi non uides: sed per
ea quae miraris, ama quae non uides. Interroga
creaturam: si a seipsa est, remane in illa: si autem ab
illo est, non ob aliud perniciosa est amatori, nisi
quia praepositur creatori. Quare hoc dixit?
Propter uersum istum fratres. Mortui ergo erant,
qui propterea deum colebant ut eis secundum car-
nem bene esset. Sapere autem secundum carnem
mors est. Et mortui sunt qui non gratis deum co-
lunt, id est quia ipse bonus est, non quia dat a-
lia bona, quae dat & non bonis. Pecuniam uis
a Deo: Habet & latro. Vxorem, fecunditatem
filiorum, salutem corporis, dignitatem seculi: Ar-
tende quam multi mali habent. Hoc est totum
propter quod eum colis? Nutrabunt pedes tui,
putabis te sine causa colere, quando in eis ui-
des ista qui eum non colunt. Ergo ista omnia dat
etiam malis: se solum seruat bonis. Viuificabis
nos. Nam mortui eramus quando terrenis re-
bus inharebamus, mortui eramus quando ter-
reni hominis imaginem portabamus. Viuifica-
bis nos, inuocabis nos, uitam interioris homi-
nis dabis nobis, & nomen tuum inuocabimus,
id est te diligemus. Tu nobis dulcis eris remi-
ssor peccatorum nostrorum, tu eris totum premi-
um iustificationum. Quoniam sapientia carnis inimica
est in deum, legi enim dei non subiecit, nec enim potest.]

Ex tractatu
Psal. 79.

Ex lib. de
gr.

Nec illud quisquam pro impossibilitate non
peccandi obiecerit quod dictum est. Sapien-
tia carnis inimica est in deum, legi enim dei non
est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne

sunt deo placere non possunt. Sapientiam quippe
pe carnis dixit, non sapientiam de sursum de-
scendentem. Et in carne esse non eos qui non-
dum de corpore exierunt, sed eos qui secun-
dum carnem uiuunt, significatos esse manife-
stum est. Sic autem dixit, mundum non posse
accipere spiritum sanctum, sicut etiam dicitur est,
prudentia carnis inimica est in deum, legi enim
dei non est subiecta, nec enim potest. Vt si
dicamus: iniustitia, iustitia esse non potest. Mi-
serum quippe ait hoc loco significans dilecto-
res mundi: quae dilectio non est a patre. Pruden-
tia carnis inimica est in deum, legi enim dei non est subiecta, nec
enim potest.] Cum enim charitas legem imple-
at, prudentia uero carnis commoda tempora-
lia sectando spiritali charitati aduersetur. quo-
modo potest legi dei esse subiecta, id est liben-
ter atque obsequenter implere iustitiam, eique
non aduersari, quando etiam dum conatur uiu-
catu necesse est ubi inuenit maius commo-
dum temporale de iniquitate se posse assequi
quasi custodiat aequitatem? Sicut enim prima
hominis uita est ante legem cum a nulla ne-
quitia uel malitia prohibetur, neque ulla ex
parte prauis cupiditatibus resistit, quia non
est qui prohibeat: sic secunda est sub lege an-
te gratiam, quando prohibetur quidem & co-
natur a peccato abstinere sed uincitur, quia
nondum iustitiam propter Deum & propter
ipsam iustitiam diligit, sed eam sibi uult ad con-
quirenda terrena seruire. Itaque ubi uiderit
ex alia parte ipsam, ex alia commodum tem-
porale, trahitur pondere cupiditatis & relin-
quit iustitiam, quam propterea tenere cona-
batur ut haberet illud quod se nunc uidet a-
mittere si illam tenuerit. Tertia est uita sub gra-
tia, quando nihil temporalis commodi iusti-
tiae praepositur: quod nisi charitate spiritali
quam dominus exemplo suo docuit, & gratia
donauit, fieri non potest. In hac enim uita eti-
am si existant desideria carnis de mortalitate
corporis, mentem tamen ad consensionem pec-
cati non subiugant. Ita iam non regnat pecca-
tum in uestro mortali corpore, quamuis non
possit nisi inhabitare in eo quamdiu mortale
corpus est. Primo enim non regnat cum men-
te seruimus legi Dei, quamuis carne legi pec-
cati, id est penali consuetudini: cum ex illa de-
sideria existunt, quibus tamen non obedimus.
Postea uero ex omni parte extinguuntur, quia
si spiritus Iesu Christi habitat in nobis, qui sit-
scitauit Christum a mortuis, uiuificabit & mor-
talia corpora nostra propter spiritum qui habi-
tat in nobis. Nunc enim implendus est gradus
sub gratia ut faciamus quod uolumus spiritum,
etiam si carne non possumus: id est non obedia-
mus desiderijs peccati ad praebenda illi mem-
bra nostra arma iniquitatis, etiam si non ualemus
efficere ut eadem desideria non existant: ut quam-
uis non dum simus in pace illa aeterna, & ex omni
hominis parte perfecta, iam tamen desinamus esse
sub lege ubi praerogationis rea menteneatur, dum
ea concupiscentia carnis in consensionem pecca-
ti

Ex tracta. euang.
2. Ioan. 71.

In expone op.
Ro. ad Gal.

ti captiui ducit: simus autem sub gratia ubi nulla est condemnatio his qui sunt in Christo Iesu, quia non certantem sed uictum poena consequitur. *Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu.* Lex peccati, quod etiam peccatum appellat apostolus cum dicit, Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, non sic manet in membris eorum qui ex aqua & spiritu sancto renati sunt, tanquam non sit eius facta remissio, ubi omnino plena & perfecta sit remissio peccatorum omnibus inimicis interfecit quibus separamur a deo, sed manet in uetustate carnis tanquam superatum & peremptum, si non illicitis consensionibus quodammodo reuiuiscat, & in regnum proprium dominationemque reuocetur. Ab hac autem uetustate carnis in qua lex ista est peccati uel peccatum iam remissum, usque adeo spiritus uita discernitur, in cuius nouitatem baptizati per dei gratiam renascuntur, ut parum fuerit Apostolo dicere tales non esse in peccato, nisi etiam diceret in ipsa carne illos non esse antequam ex hac mortali uita migrarent. Qui enim in carne sunt (inquit) deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis. Et in carne sumus, & in carne non sumus. In carne enim sumus eo uinculo quod nondum solutum est, quo dissolui & esse cum Christo multo magis optimum. Non autem sumus in carne ex eo quod spiritus primitias dedimus deo, si tamen possumus dicere quia conuersatio nostra in caelis est, tanquam capite placeamus deo, pedibus autem tanquam extremis animae partibus adhuc lubricis sentiamus. *Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Hoc dominus commendauit in manducatione carnis suae & potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus & ipse in nobis. Manemus autem in illo cum sumus membra eius. Manet autem ipse in nobis cum sumus templum eius. Ut autem sumus membra eius, unitas nos compaginat. Ut compaginet unitas, que facit nisi charitas. Et charitas dei unde est? Apostolum interroga. Charitas (inquit) dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ergo spiritus est qui uiuificat. Spiritus enim facit uita membra: Nec uita membra spiritus facit nisi qua in corpore quod uegetat ipse spiritus inuenit. Nam spiritus qui est in te o homo quo constas ut hominis, nunquid uiuificat membrum quod separatum inuenit in carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam. Anima tua non uiuificat nisi membra quae sunt in carne tua. Unitatem si tollas iam ex anima tua, non uiuificatur, quia unitati corporis tui non copulatur. Hac dicuntur ut amemus unitatem, & timeamus separationem. Nihil enim sic debet formidare Christianus quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum eius. Si non est membrum eius non uegetatur spiritu

Ex li. 2. de bapt. paru.

Ex tractatu Psal. 112.

Philipp. 3.

Ex tractatu euang. sec. Joann. 2. 5.

Rom. 5.

eius. Quisquis autem, inquit Apostolus, spiritum Christi non habet, hic non est eius. *Si autem Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero uiuit propter iustificationem.* Anima iam pia quae fuit impia, propter iustitiam fidei dicitur ex morte reuixisse atque uiuere. Corpus autem non tantum moriturum propter animae abscessum qui futurus est, sed propter tantam infirmitatem carnis & sanguinis etiam mortuum dicitur: loquente apostolo. Corpus quidem inquit, mortuum est propter peccatum. Spiritus autem uita est propter iustitiam. Hac uita ex fide facta est: quoniam iustus ex fide uiuit. Sed quid sequitur? Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum a mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Corpus enim mortuum est, ait apostolus, propter peccatum. Non ait, corpus moriturum est, sed corpus mortuum est. Adhuc habet uitam utique corpus nostrum, & tamen comparatum corpori illi quod futurum est, qualia sunt angelorum corpora, inuenitur corpus hominis mortuum quamuis adhuc habens animam. Ut euidentissime appareat non tantum spiritus sed etiam corporis mortem propter peccatum meruisse genus humanum, apostolus dicit, Si enim Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Puto quod non expositorum sed tantum lectorum opus habet tam clara & aperta sententia. Corpus, inquit, mortuum est non propter fragilitatem terrenam, quia de terra puluere factum est, sed propter peccatum. Quid querimus amplius? Et uigilantissime non ait mortale sed mortuum. Namque antequam immutaretur in illam incorruptionem qua in sanctorum resurrectione promittitur, poterat esse mortale quamuis non moriturum, sicut hoc nostrum potest (ut ita dicam) esse aegrotabile quamuis non aegrotaturum. Cuius enim caro est quae non aegrotare possit, etiam si aliquid casu priusquam aegrotet occubatur? Sic et illud corpus iam erat mortale: quam mortalitatem fuerat absumptura mutatio in aeternam incorruptionem, si in homine iustitia, id est obedientia permaneret. Sed ipsum mortale non est factum mortuum nisi propter peccatum. Quia uero illa resurrectione futura, mutatio non solum nullam mortem quae facta est propter peccatum, sed nec mortalitatem habitura est quam corpus animale habuit ante peccatum, non ait qui suscitauit Iesum Christum a mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra, cum supra dixisset corpus mortuum, sed uiuificabit (inquit) & mortalia corpora uestra, ut scilicet iam non solum non sint mortua sed nec mortalia, cum animale resurget in spiritale, & mortale hoc

Ex lib. de trinitat. 4.

Rom. 1.

Ex tractatu Psal. 55.

Ex lib. de bapt. paru.

Ex lib. contra Maximinum. 2.

hoc induet immortalitatem, & absorbebitur mortale a uita. Cum enim praesentis temporis gratiam determinans diceret quidem mortuum esse corpus propter peccatum, quia in eo nondum per resurrectionem renouato, peccati meritum manet, hoc est necessitas mortis, spiritum autem uitae esse propter iustitiam, quia licet adhuc corpore mortis huius oneremur, iam secundum interiori hominem cepta renouatione in fidei iustitiam respiramus: tamen ne humana ignorantia de resurrectione corporis nihil speraret, etiam ipsum quod propter meritum peccatum in praesenti saeculo dixerat mortuum, in futuro propter iustitiae meritum dicit uiuificandus, nec sic ut tantum ex mortuo uiuum fiat. Quanquam itaque uerear ne res manifesta exponendo potius obsecraretur, apostolicae tamen sententiae lumen attende. Si autem Christus, inquit, in uobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. Hoc dicitur est, ne ideo putarent homines uel nullum uel paruum se habere beneficium de gratia Christi, quia necessario morituri sunt corpore. Attendere quippe debent, corpus quidem adhuc peccati meritum gerere, quod conditioni mortis obstrictum est: sed iam spiritum coepisse uiuere propter iustitiam fidei: qui & ipse in homine fuerat quadam morte infidelitatis extinctus. Non igitur, inquit, parum uobis muneris putetis esse collatum per id quod Christus in uobis est, quod in corpore propter peccatum mortuo, iam propter iustitiam uelut spiritus uiuit: nec ideo de uita quoque ipsius corporis desperetis. Si enim spiritus eius qui suscitauit Christum a mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Dicit etiam quemadmodum fiat ut uitam in se morte mortificando conuertat. Ergo, inquit, fratres debitores sumus non carni ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicumque enim spiritu dei aguntur, hi sunt filij Dei. Quid est aliud quam hoc, si secundum mortem uixeritis totum morietur: si autem secundum uitam uiuendo mortem uiuificaueritis, totum uiuet. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Distinguere autem inter illam generationem & hanc processionem nescio, non ualeo, non sufficio. Ac per hoc quia & illa & ista est ineffabilis, sicut propheta de filio loquens ait, Generationem eius quis enarrabit: ita de spiritu sancto uerissime dicitur, processionem eius quis enarrabit. Satis ergo lit nobis quia non est a seipso filius, sed ab illo de quo natus est, non est a seipso spiritus sanctus, sed ab illo de quo procedit. Et quia de utroque procedit sicut iam ostendimus, unde & spiritus patris dicitur ubi legitur. Si autem spiritus eius qui suscitauit Christum a mortuis habitat

in uobis. Et spiritus filij ubi legitur, Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Non enim duo sunt spiritus sancti tanquam singulorum, unus patris & alter filij, sed unus potius patris & filij, de quo uno spiritu scriptum est. Etenim in spiritu uno nos omnes in unum corpus baptizati sumus, siue Iudaei, siue Graeci, siue serui, siue liberi, & omnes unum spiritum potauimus. Et alio loco. Unum corpus & unus spiritus. Quid ergo haec trinitas, nisi unius eiusdemque substantiae est? Quandoquidem non de aliqua materia uel de nihilo est filius, sed de quo est genitus. Itemque spiritus sanctus non de aliqua materia uel de nihilo, sed inde est unde procedit. Vita quae fructu corporis delectata negligit deum, inclinatur ad nihilum, & ista est nequitia. Hoc pacto autem uita carnalis & terrena efficitur, & hoc etiam caro & terra nominatur: & quando uita est, regnum dei non possidebit. Si autem dum in hoc studio uita humanae animae degit, uincat eas quas aduersum se nutriuit cupiditates fruendo mortalibus, & ad eas uincendas gratia dei se adiuuari credat mente illi seruans & bona uoluntate, sine dubitatione reparabitur, & a multis mutabilitibus ad unum incommutabile reuertetur reformata per sapientiam non formatam sed per quam formantur uniuersa: fruaturque deo per spiritum sanctum, quod est donum dei. Ita fit homo spiritualis omnia iudicans ut ipse a nemine iudicetur, diligens dominum deum suum in toto corde & in tota anima & in tota mente, & diligens proximum suum non carnaliter sed tanquam seipsum. Se autem spiritualiter diligit, qui ex toto quod in eo uiuit deum diligit. In his enim duobus preceptis tota lex pendet & prophetae. Inde iam erit consequens, ut post mortem corporalem quam debemus primo peccato tempore atque ordine suo, hoc corpus restituarur pristinae stabilitati. Quam non per se habebit sed per animam stabilitam in Deo. Quae rursus non per se stabilitur, sed per deum quo fruatur: ideoque amplius quam corpus uigebit & ipsa per incommutabilem ueritatem, qui filius dei unicus est: atque ita & corpus per ipsum filium dei uigebit, quia omnia per ipsum. Dono etiam eius quod anima datur id est sancto spiritu non solum anima cui datur salua & pacata & sancta fit, sed etiam ipsum corpus uiuificabitur, eritque in natura sua mundissimum. Ille enim dicit. Mundate quae intus sunt, & quae foris sunt munda erunt. Dicit & apostolus. Viuificabit & mortalia corpora uestra propter spiritum manentem in uobis. Ablato ergo peccato auferetur poena peccati. Et ubi est malum? Ubi est mors contentio tua? Ubi est mors aculeus tuus? Vincit enim essentia nihilum, & sic absorbebitur mors in uictoria. Ergo fratres debitores sumus non carni ut secundum carnem uiuamus, etc. usque. Haec uero dei, coheredes autem Christi. Ergo fratres accepto adiutorio porrecto nobis desuper diuino auxilio brachio domini, & ipsobrachio domini porrecto nobis auxilio spiritu

1. Cor. 12.

Ephes. 4.

Ex lib. de uera relig.

Matth. 22.

Matth. 23.

spiritu sancto, debitores sumus non carni ut secundum carnem ambulemus, quia fides bene operari non potest nisi per dilectionem. Ut autem habeamus dilectionem, & ex ea possimus habere bonam operationem, nunquid eam nobis nos dare possumus, cum scriptum sit, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis?

Rom. 5.

Si enim secundum carnem uixeritis moriemini. Iam si praedixerat, Prudentia carnis mors est: non quia caro malum est, sed secundum carnem uiuere malum est. Si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis. Hoc est opus nostrum in hac uita, actiones carnis spiritu mortificare quotidie, affligere, minuere, frenare, interimere. Quam multa enim proficientes iam non delectant, quae antea delectabant. Quando ergo delectabat & non ei consentiebatur, mortificabatur, quia iam non delectat mortificatum est. Cum ergo dixisset apostolus, Si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis uiuetis, id est illas concupiscentias carnis quibus non consentire magna laus est, quas non habere perfectio est: iam hic metuendum est ne quisquam rursus ad mortificandas actiones carnis de spiritu suo presumeret. Ergo ne hic se extolleret humanus spiritus, & ad hoc opus se idoneum firmumque iactaret, subiecit & ait. Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Non qui secundum carnem suam uiuunt, non qui carnis uoluptate ducuntur, non qui spiritu suo aguntur, sed quotquot spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Dicit mihi aliquis. Ergo agimur non agimus. Respondeo: immo et agis & ageris. Et tunc bene agis si a bono agaris. Spiritus enim dei qui te agit, agentis adiutor est tibi. Ipsum nomen adiutoris praescribit tibi, quia & tu ipse aliquid agis. Quotquot enim spiritu dei aguntur hi filij dei sunt non litera sed spiritu, non lege praecipiente, minante, promittente, sed spiritu exhortante, illuminante, adiuuante. Forte dicatur gratis, & lex sufficit nobis. Lex timorem dedit, & uidete quid hic sub iunxit Apostolus. Quia enim qui spiritu dei aguntur, charitate aguntur: Charitas enim dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: secutus adiunxit.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Quid est iterum? Quomodo terrente molestissimo pedagogo. Quid est iterum? Sicut in monte Sina accepistis spiritum seruitutis. Dicit aliquis. Alius est spiritus seruitutis, alius est spiritus libertatis. Si alius esset, non diceret apostolus iterum. Idem ergo spiritus, sed in tabulis lapideis in timorem, in tabulis cordis in dilectionem. Audistis quomodo lege positam plebem, uoces, ignis, fumus, in monte terreat, quomodo autem ueniens spiritus sanctus igneis linguis super unumquemque discipulorum insederit. Iam ergo non in timore, sed in dilectione ut non serui sed filij sumus.

Qui enim ideo adhuc bene agit quia peccat

nam timet & deum non amat, nondum est inter filios. utinam tamen uel poenam timeat. Timor seruus est, charitas libera est. Fac uel timore poenae, si nondum potes amore iustitiae. Veniet domina & seruus abscedet, quia consummata charitas foras mittit timorem.

Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater.]

Dominus timetur, pater amatur. Clamor iste cordis est non faucium, non labiorum, intus sonat auribus Dei, clauso ore, labijs que immotis. Susanna ista uoce clamabat. Cor clamet, pater noster qui es in caelis. Quare non tantum pater? Quid sibi uult abba pater? Si enim quaeras quid sit abba, respondetur tibi pater. Abba enim Hebraice pater dicitur. Quare utrumque uoluit apostolus dicere? Quia uidebat lapidem angularem quem reprobauerunt qui aedificauerunt, & factus est in caput anguli, non sine causa angularem dictum, nisi quia in osculum recepit utriusque parietem de diuerso uenientem, hinc circumcisio, inde praepitium, inde abba, inde pater. Con cordia parietum anguli gloria.

Ipsa spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quia sumus filij Dei.]

Non spiritus noster testimonium reddit spiritui nostro quia sumus filij dei, sed spiritus Dei arra reddit testimonium pro ea re quae nobis promissa est.

Si autem filij, & haeredes.] Non enim inaniter filij, haec est merces haereditas, sed non quomodo est hominis patris haereditas: relinquit enim filijs suis, non possidet cum filijs suis & tamen magnum se facit et gratias sibi agi desiderat, quia uoluit dare quod se cum non possit auferre. Haeredes dei sic sunt, ut ipse deus sit haereditas nostra, cui dicit psalmus. Dominus pars haereditatis meae.

Haeredes quidem dei. (deatis. psal. 16.)

Si para uobis est, audite quod amplius gau

Cohaeredes autem Christi.]

Item lectionis eiusdem expositio.

Ergo fratres debitores sumus non carni ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis moriemini. Si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis.]

Nec tamen ideo debetis in homine hoc est in uobis in et ipsis non in domino gloriar, quando non secundum carnem uiuatis, sed spiritu actiones carnis mortificatis. Ut enim non se extollerent quibus ista dicebat, existimantes se suo spiritu tanta haec bona opera facere posse non dei. propterea cum dixisset, Si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis, continuo subiecit. Quotquot enim spiritu dei aguntur hi filij sunt dei. Quando ergo spiritu actiones carnis mortificatis ut uiuatis, illum glorificate, illum laudate, illi gratias agite. cuius spiritu agimini ut ista ualeatis, ut uos filios dei esse monstratis. Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Quotquot ergo aditio solo adiutorio legis sine adiutorio gratiae confidentes in uirtute sua suo spiritu aguntur,

Ex lib. de gratia & lib. arbitrio.

Ex lib. ser. de continentia

guntur, non sunt filij dei. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Ut spiritu nostra opera carnis mortificemus, spiritu dei agimur, qui dat continentiam qua frenemus, domemus, uincamus concupiscentiam. In hoc tam magno praedio in quo homo uiuit sub gratia, & cum bene pugnat adiutus exultat in domino cum tremore, non desunt tamen strenuis bellatoribus & operum carnis quamuis inuictis mortificatoribus aliqua uulnera peccatorum, propter quae sananda quotidie ueraciter dicant, Dimitte nobis debita nostra: contra eadem uirtus & contra diabolum principem regemque uirtutum multo uigilantius & acrius ipsa oratione certantes, ne ualeant aliquid mortifere suggestionibus quibus instigat insuper peccatore ad sua excusanda potius quam accusanda peccata: ac sic illa uulnera non modo non sanentur, uerum etiam & quae mortifera non erant grauior & letaliter insigantur. Quicumque enim spiritu dei aguntur hi filij sunt dei. Non se itaque fallant qui dicunt, ut quid nobis praedicatur atque praecipitur ut declinemus a malo, & faciamus bonum, si hoc nos non agimus, sed id uelle & operari, deus operatur in nobis? Sed potius intelligant si filij dei sunt spiritu dei se agi, ut quod agendum est agant, & cum egerint, illi a quo aguntur gratias agant. Aguntur enim ut agant, non ut ipsi nihil agant: & ad hoc eis ostenditur quid agere debeant, ut quando id agunt sicut agendum est, id est cum dilectione, & delectatione iustitiae, suauitatem qua dedit dominus ut terra eius dare et fructum suum accepisse se gaudeant: quando autem non agunt siue omnino non faciendo siue non ex charitate faciendo, orat ut quod nondum habet, accipiat. Quid enim habebunt quod non accepturi sunt? aut quid habet quod non acceperunt? Filij dei quaedam mortaliter uiuunt cum morte consurgunt, & quauis sit de illis ueraciter dictum, Quotquot spiritu dei aguntur hi filij sunt Dei, sic tamen spiritu dei excitantur, & tanquam filij dei proficiunt ad deum ut eos spiritu suo maxime aggrauante corruptibili corpore tanquam filij hominis in quibusdam humanis motibus deficiant ad se ipsos & ideo peccent. Interest quidem quantum. Neque enim quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omnem peccatum. Itaque sanctorum hominum uitam quamdiu in hac morte uiuunt inueniri posse dicimus sine crimine, peccatum autem si dixerimus quia non habemus (ait Ioanes apostolus) nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Sed neque de ipsis criminibus, qualibet magnis remittendis in sancta ecclesia dei misericordia desperanda est, agentibus penitentia secundum modum sui cuiusque peccati. In actione autem penitentiae ubi tale commissum est ut is qui commisit a Christi etiam corpore separaretur, non tam consideranda est mensura temporis quam doloris. Cor enim contritum & humiliatum deus non spernit. Non enim qui spiritu suo aguntur, sed quotquot spiritu dei aguntur hi filij sunt non quia ipsi

Ex li. de cor. & gra.

Ex libro Enchirid.

1. Ioan. 1.

nihil agunt sed ne nihil boni agant a bono aguntur ut agant. Nam tanto magis efficitur quisque filius bonus quanto largius ei datur a patre spiritus bonus. Plus est proculdubio agere regi. Qui enim regitur, aliquid agit, & ideo regitur ut recte agat. Qui autem agitur, agere ipse aliquid uix intelligitur, & tamen tantum praestat uoluntatibus nostris gratia Saluatoris, ut non dubitet apostolus dicere, Quotquot spiritu dei aguntur hi filij sunt dei. Nec aliquid in nobis libera uoluntas melius agere potest, quam ut illi se commendet qui male agere non potest. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore &c. Misisti spiritum tuum, cooperuit eos mare. Meminerimus autem spiritum dei non solum ad beneficia, uerum etiam ad uindictam commemorari. Nunquid aliud etiam supra dixit, Per spiritum irae tuae diuisa est aqua? Iste itaque spiritus dei in Aegyptios nominatur spiritus irae eius: quibus nocuit aquarum diuisio, ut intrantes possint aquis reuertentibus obrui. Filij uero Israel quibus profuit quod aqua diuisa est non fuit ille spiritus irae Dei. Unde significatur propter diuersas operationes & effectus spiritus Dei dissimiliter appellari, cum sit unus atque idem. Ille dumtaxat qui etiam spiritus sanctus in unitate trinitatis accipitur. Proinde non arbitrator alium quam eundem significari ubi dicit apostolus. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis in quo clamamus abba pater, quia eodem spiritu Dei, id est digito Dei quo lex in tabulis lapideis conscripta est, timor in cunctis est eis, qui gratiam nondum intelligebant, ut de sua infirmitate atque peccatis per legem conuincerentur, sed lex illis fieret pedagogus qui perduceretur ad gratiam quae est in fide Iesu Christi. De hoc autem spiritu adoptionis & gratiae. id est de hoc opere spiritus dei qui impartitur gratia & regeneratione in uitam aeternam, dicit, Spiritus autem uiuificat: cum supra diceret, Lex occidit, id est lex conscripta tantummodo sine adiutorio gratiae.

Et illi qui sub lege sunt, & timore poenae iustitiam suam facere conantur, & ideo non faciunt iustitiam dei quia charitas eam facit, quam non libet nisi quod licet, cum aliud habeant in uoluntate qua mallent si fieri posset licere quod non licet & illi ergo credunt deo. Nam si omnino non crederent, nec poenam legis utique formidarent. Sed non hanc fidem commendat Apostolus qui dicit, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Timore ergo ille seruilis est, & tunc deo in illo quamuis deo credatur, non tamen iustitia diligitur, sed damnatio timetur, filij uero clamant abba pater. Quarum duarum uocum una est ex circuncisione, altera ex praepitio, Iudaei primum & Graeci, quoniam unus est deus qui iustificat circuncisione ex fide, & praepitium per fidem. Cum autem clamant, aliquid petunt. Et quid petunt nisi quod esuriunt et sitiant? Et hoc quid est nisi quod de illis dictum est

Ex lib. sentent. Prosperi.

Ex lib. quest. Exod. titu. 55.

Ex lib. de spiritu & litera

est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Huc ergo transeant qui sub lege sunt, ut ex seruis filij fiant, nec sic tamen ut serui esse desistant, sed ut tanquam filij domino & patri liberaliter seruiant, quia & hoc acceperunt. Dedit enim potestatem ille unicus, filios dei fieri: credentibus in nomine eius, eosque admonuit petere, querere, pulsare ut accipiant & inueniant, & aperiantur eis, addens increpationem & dicens. Si uos cum sitis mali nostris bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester qui est in caelis dabit bona petentibus se? Haec est fides quae per dilectionem operatur non per timorem, non formidando poenam, sed amando iustitiam. Vnde ergo ista dilectio, id est charitas per quam fides operatur, nisi unde illam fides ipsa impetrauit? Neque enim esset in nobis quantacumque sit in nobis nisi diffunderetur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Charitas quippe dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non quia nos ipse diligit, sed quia nos facit dilectores suos, sicut iustitia dei qua iustitiam eius munere efficiuntur, & domini salus qua nos saluos facit, & fides Iesu Christi qua nos fideles facit. Haec est iustitia dei, quam non solum docet per legis praecipuum, uerum etiam dat per spiritum donum. Sicut enim sunt duo timores qui faciunt duo genera timentium, sic sunt duae seruitutes quae faciunt duo genera seruorum. Est enim timor quae perfecta charitas foras mittit, & est alius timor castus permanens in seculum seculi. Illum timorem qui non est in charitate, attendebat Apostolus cum dicebat. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem. Illum autem timorem castum attendebat cum dicebat. Noli altum sapere, sed time in illo timore quem charitas foras mittit, est etiam seruitus simul foras cum ipso timore mittenda. Vtrumque enim iunxit Apostolus, hoc est & seruitutem & timorem, dicendo, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem. Ad hanc seruitutem seruum pertinentem intuebatur & dominus dicens. Iam non dico uos seruos quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Non ille utique seruus ad timorem pertinens castum, cui dicitur, Euge bone serue: intra in gaudium domini tui: sed ille seruus pertinens ad timorem foras a charitate mittendum, de quo alibi dicit. Seruus non manet in domo in aeternum: filius autem manet in aeternum. Quoniam itaque dedit nobis potestatem filios dei fieri, ut non serui sed filij sumus, ut miro quodam & ineffabili, sed tamen in modo serui, non serui esse possimus, serui scilicet timore casto ad quem pertinet seruus intras in gaudium domini sui, non serui aut timore foras mittendo, ad quem pertinet seruus non manens in domo in aeternum. Ut autem tales serui non serui sumus, dominum facere scimus. Hoc seruus ille nescit, qui nescit quid faciat dominus eius. Et cum aliquid boni facit sic extollitur quasi hoc

ipse faciat non dominus eius, et gloriatur in se non in domino gloriatur cum se ipse deceperit quia sic gloriatur quasi non acceperit. Nemo inuitus bene facit etiam si bonum est quod facit, quia nihil prodest spiritus timoris ubi non est spiritus charitatis. Plenitudo legis charitas est, quia per charitatem lex impletur non per timorem. In tantum enim fiunt mandata iustitiae, in quantum adiuuat spiritus gratiae. Mandatum dei si timore fit poenae, non amore iustitiae seruiliter fit, non liberaliter, & ideo nec fit. Non enim bonus fructus est qui non de charitatis radice procedit.

Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Qualis res est si pignus tale est: nec pignus sed arra dicenda est. Pignus enim quando ponitur, cum fuerit res ipsa redempta, pignus aufertur. Arra autem de ipsa re datur quae danda promittitur, ut res quando redditur impleatur quod datum est non mutetur. Quod autem Marcus non solum pater sed abba pater dominum dixisse commemorat, hoc est abba Hebraice quod Latine pater. Et fortasse dominus propter aliquod sacramentum utrumque dixerit uolens se ostendere illam se tristitiam in persona sui corporis, id est ecclesiae suscepisse, qui factus est angularis lapis uenienti ad eum, partim ex Hebraeis ad quos pertinet quod ait abba, partim ex gentibus ad quas pertinet quod ait pater. Etiam Paulus Apostolus non praetermittens hoc sacramentum, in quo clamamus, inquit, abba pater. Et iterum ait. Misit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem abba pater. Oportuit enim ut bonus magister & uerus Saluator in inferioribus compatiens in seipso demonstraret non debere suos martyres desperare si qua forte cordibus eorum irreperet sub tempore passionis ex humana fragilitate tristitia, cum eam uinceret uoluntati suae praeponeudo uoluntatem dei: quia ille scit quid expediat quibus consulit. Hoc est enim pater quod abba pater, sed ad sacramentum intimandum placidus est abba pater.

Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum ut duos conderet in se unum hominem nouum faciens pacem, & commutaret utrosque in uno corpore deo, in quo corpore sumus filij dei clamantes abba pater, Abba propter illorum linguam, pater propter nostrum. Hoc enim abba quod pater. Vnde dominus qui dixit, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel, ostendens illi genti redditam praesentiam ipsius promissionem, ait tamen alio loco. Haec uobis oues quae non sunt ex hoc uili, oportet me ipsas adducere ut sit unus grex & unus pastor. Quod utrumque breuiter dictum est in eo quod de prophetia idem Apostolus commemorat. Latramini gentes cum plebe eius.

In expositione epistolae ad Galatas. Duo uerba posuit ut posterius interpretaretur primum. Nam hoc est abba quod pater. Eleganter autem intelligitur non frustra duarum

Ex lib. sententiarum prosperi
Ex ser. de uerbis apostoli. 83.
Ex lib. de consensu euang. 3.
Ex tractat. psal. 88.
Matt. 15.
Ioan. 10.
Rom. 15.

rum linguarum uerba posuisse idem significatione propter uniuersum populum qui de Iudeis & gentibus in unitatem fidei uocatus est ut hebraeum uerbum ad Iudeos, graecum ad gentes, utriusque tamen uerbi eadem significatione ad eundem fidei spiritusque unitatem pertineret. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro quod sumus filij Dei. Ecclesia accipit hoc donum ut ea spiritu sancto fiat remissio peccatorum. Quam remissionem cum trinitas faciat, proprie tamen ad spiritum sanctum intelligitur pertinere. Ipse est enim spiritus adoptionis in quo clamamus abba pater, ut ei possimus dicere, Dimitte nobis debita nostra. Et in hoc cognoscimus sicut dicit Apostolus Ioannes, quoniam Christus manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quia sumus filij dei. Ad ipsum enim pertinet societas quae efficitur unum corpus unici filij Dei. Vnde scriptum est. Si qua igitur exhortatio in Christo, si quid solatio charitatis, si qua societas spiritus. Propter hanc societatem spiritus, illi in quos primitus uenit, linguis omnium gentium sunt locuti. Quia sicut per linguas consociator est societas generis humani, sic oportebat per linguas omnium gentium significari istam societatem filiorum Dei & membrorum Christi futuram in omnibus gentibus, ut quemadmodum tunc illum apparebat accepisse spiritum sanctum qui loquebatur linguis omnium gentium, ita nunc ille se agnoscat accepisse spiritum sanctum qui tenetur uinculo pacis ecclesiae quae diffunditur in omnibus gentibus. Vnde dicit Apostolus. Studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Quod autem ipse sit spiritus patris, ipse filius dicit. Qui de patre procedit. Et alio loco. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Quod uero ipse sit spiritus filij, Apostolus dicit. Misit deus spiritum filij sui clamantem abba pater. Hoc est clamare facientem. Nos enim clamamus sed in illo, id est in ipso diffundente charitatem in cordibus nostris, sine qua inaniter clamat quicumque clamat. Vnde item dicit. Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ad quem ergo in trinitate proprie pertinet huius communio societatis nisi ad eum spiritum qui est pater filioque communis?

Si autem filij, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Magna beneuolentia, magna misericordia. Unicus natus est & noluit remanere unus. Multi homines cum filios non habuerint, peracta aetate adoptant sibi, & uoluntate faciunt quod natura non poterunt. Hoc faciunt homines. Si autem aliquis habeat unicum filium, gaudet ad illum magis quia solus omnia possessurus est, & non habebit qui cum eo diuidant hereditatem, & pauperior remaneat. Non sic deus,

unicum eundem ipsum quem genuerat, & per quem cuncta creauerat, misit in hunc mundum ut non esset unus, sed fratres haberet adoptatos. Non enim nos nati sumus de deo quomodo ille unigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim uenit unigenitus soluere peccata, quibus peccatis implicabamur ne adoptaret nos propter impedimentum eorum. Quos sibi fratres facere uolebat ipse soluit & fecit coheredes. Sic enim dicit Apostolus. Si autem filius, & haeres per Deum. Et iterum. Haeres quidem Dei, sed coheredes Christi. Non timuit illi habere coheredes, quia hereditas eius non sit angustata, si multi possederint. Illi ipsi certe illo possidente fiunt hereditas ipsius, & ille uicissim fit hereditas ipsorum. Audi quomodo ipsi fuerint hereditas ipsius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Ille quomodo fit hereditas eorum dicit in psalmo. Dominus pars hereditatis meae & carnis mei. Et nos illum possideamus, & ipse nos possideat. Ille possideat sicut dominus, nos possideamus sicut lucem.

Sicut Apostolus ad Hebraeos dicit, testamentum testatoris morte firmatur: propterea pro nobis mortuo Christo nouum testamentum firmatum esse asserit, cuius similitudo uetus testamentum erat, in quo mors testatoris per uictima praefigurabatur. Si ergo quae ratum quomodo sumus secundum uerba eiusdem Apostoli coheredes Christi, & filij atque heredes Dei, cum etiam hereditas decessoris morte firma teneatur, nec ullo alio modo hereditas possit intelligi: respondetur ipso quidem mortuo factos nos esse coheredes quoniam filij eius dicti sumus. Non enim reuocant, inquit, filij sponsi quandiu cum illis est sponsus. Haeres ergo dicimur quia reliquit nobis pacis ecclesiasticae possessionem per hanc temporalem dispensationem quam in hac uita possidemus. Quod testatus est dicens, Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Coheredes autem eius efficiemur, cum in fine seculi absorbebitur mors in uictoriam. Tunc enim ei similes erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Quam hereditatem non eius patris morte adipsamur qui mori non potest; quando quidem ipse sit hereditas nostra, secundum illud quod scriptum est, Dominus pars hereditatis meae: sed quoniam cum uocati sumus adhuc paruuli & ad spiritualia contemplanda minus idonei; usque ad humillimas nostras cogitationes se misericordia diuina porrexit; ut quomodocumque cernere niteremur quod non euidenter atque perspicue cernebamus. Id ipsum moritur quod in enigmate cernebamus; cum facie ad faciem cernere coeperimus. Conuenienter ergo dicimus moriturum esse quod aufertur. Cum autem uenerit quod per

Hic sectum

Ex lib. sententiarum prosperi
Psalm. 135.
Psalm. 135.
Ex lib. quatuor euang. 83.
Matth. 9.
Ioan. 14.
Ioan. 3.
Psalm. 135.
1. Cor. 13.

fectum est, auferetur quod ex parte est. Ita nobis quodammodo moritur pater in enigmate, & idem ipse fit nobis hereditas cum facie ad faciem possidetur, non quia in se moritur, sed imperfecta in eum nostra uisio perfecta uisione perimitur. Et tamen nisi illa prior nos nutrirer, ad aliam plenissimam & euidentissimam non efficeremur idonei. Quod si etiam de domino nostro Iesu Christo eius intellectus admittat, non enim nos coheredes eius esse possumus nisi & ipse haeres sit in corpore suo intelligatur haeres, id est in ecclesia cuius haeres sumus quamuis ex nobis constet. Quem admodum filij eius matris dicimur quamuis ex nobis constet. Sed rursus quari potest cuius morte facti sumus etiam nos hereditas dei secundum illud. Dabo tibi gentes hereditatem tuam. Nisi forte mundi quo prius tanquam dominante tenebamur, post autem cum dicimus. Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo, possideat nos Christus mortuo illo qui nos possidebat, cum ei renunciamus morimurque illi, & ipse nobis.

Psal. 2.

Gala. 6.

Ex ser. de uera supsal. 67.

Talis est enim uia iustorum, talis est uita sanctorum tenentium Deum patrem, tenentium ecclesiam matrem cum utriusque fideliter adherent, nec illum parentem nec istam offendentes, sed in amore utriusque parentis uiuentes & ad hereditatem eternam properantes non laeso patre, non laesa matre, datur unicuique hereditas: Quia duo parentes nos genuerunt ad mortem, duo parentes nos genuerunt ad uitam. Parentes qui nos genuerunt ad mortem Adam & Eua, parentes qui nos genuerunt ad uitam Christus est & Ecclesia. Nati sumus certe ut moriamur. Praecessores genuerunt sibi successores. Nunquid genuerunt sibi cum quibus hic semper uiuant? Sed tanquam decessuri qui illis succederent genuerunt sibi, Deus autem pater & mater Ecclesia non ad hoc generant. Generant autem ad uitam eternam, quia & ipsi aeterni sunt, & habemus hereditatem promissam a Christo uitam eternam.

10 ad. 7.

Secundum quod uerbum caro factum est & habitauit in nobis, nutritus creuit, passus, mortuus, & resuscitatus accepit hereditatem regnum coelorum. In ipso homine accepit resurrectionem & uitam eternam. In ipso homine accepit, in uerbo autem non accepit, quia incommutabiliter manet ab aeterno in aeternum.

Quia ergo accepit resurrectionem & uitam eternam caro illa qua resurrexit, & uiuificata ascendit in caelum, hoc nobis promissum est. Ipsam hereditatem expectamus uitam eternam. Adhuc enim non totum corpus accepit, quia caput in caelo est, membra adhuc in terra sunt. Nec caput solum accepturum est hereditatem & corpus relinquatur, totus Christus accepturus est hereditatem, totus secundum hominem, id est caput & corpus. Membra ergo Christi sumus, speremus hereditatem, quia cum omnia ista transierint hoc bo-

num accepturi sumus quod non transibit, & hoc malum, euasuri quod non transibit.

Ex li. sen. Proa sper.

Hereditas in qua coheredes Christi sumus non multitudine minuitur filiorum, nec fit angustior numerositate coheredum, sed tanta est multis quanta paucis, tanta singulis, quanta omnibus.

Si tamen compatimur ut & glorificemur. Existimo enim quod non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis.

Ex tractatu Psal. 30.

Quaerit futura gloria nostra nisi aequari angelis & uidere Deum? Quantum praestat caeco qui illi oculum sanauerit ut uideat hanc lucem? Cum sanus factus fuerit ille, nec inuenit quid dignum rependat sanatori suo, quantumlibet enim ille det, quid dabit tale quale ille praestitit? Ut plurimum det, aurum dabit. Ille lucem praestitit, ut nouerit ille quia nihil dat, uideat in tenebris quod dat. Quid ergo dabimus nos medico illi oculos interioris nostri sananti ad uidendum quandam lucem aeternam quod est ipse? Quid illi dabimus?

Quaeramus, inueniamus, si possumus, & in angustiis inquisitionis nostrae exclamemus. Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi? Et quid inuenit? Calicem salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.

Ex ser. de uerbis euang.

Ad tempus laboras inter iniquos diuise, in aeternum non laborabis, breuis est molestia tua aeterna erit beatitudo tua. Ad modicum dolebis, sine fine gaudebis. Sed inter molestias incipis labi, proponitur exemplum passionis Christi. Vide quid pro te pertulit qui quare perferret, non habebat. Quanta cumque patiaris, non peruenies ad illas insultationes, ad illa flagella, ad illam ignominiosam uestem, ad illam spineam coronam. Ad illam postremo crucem non peruenis, quia iam de poena generis humani sublata est. Cum enim antiqui scelerati crucifigerentur, modo nullus crucifigitur, honorata est & finita. Finita est in poena, manet in gratia. A locis suppliciorum fecit transitum ad frontes imperatorum. Qui tantum honorem dedit poenis suis, quid seruat fidelibus suis? His ergo rebus, his uerbis, his allocutionibus, hoc tali exemplo confirmat iustos Dominus. Sequant quantum uoluerint, & quantum permisi fuerint peccatores confirmat iustos Dominus.

Psal. 36.

Quicquid acciderit iusto uoluntati diuinae deputet, & non potestati inimici. Scire ille potest, ferire si ille noluerit non potest. Si ille uoluerit ut feriat, nouit suum quemadmodum excipiat, quem enim diligit Dominus corrumpit. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Quid sibi ergo plaudit iniquus, quia flagellum tibi de illo fecit pater meus? Illum assumpsit ad ministerium, me erudit ad patrium. Nec attendere debemus quantum permittat iniustis, sed quantum seruet iustis.

Heb. 12.

10 ad. 7.

Vis scire quantum seruet iustis? Audi quid de nobis dictum est. Dilectissimi filij Dei sumus

mus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est. Seruatur ergo nobis nescio quod dulce spectaculum. Omnino etiam cogitari ex aliqua parte in enigmate & per speculum potest, dici tamen nullo modo potest pulchritudo illius dulcedinis quam seruat deus timentibus se, perficit autem sperantibus in se. Illuc parantur corda nostra in omnibus uitae huius laboribus. Pararis, sed ad magnum aliquid pararis. Vnde uox cuiusdam iusti confirmat. Non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Videtis ergo charissimi quae sint proposita in hoc tempore seruus Dei, propter futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Contra quam gloriam non expenditur quaelibet quantalibet tribulatio temporalis. Indignae sunt passionis huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis.

Ex ser. de natali apost.

Ex serm. de Paul. Apost.

Ipse dicit qui patiebatur, & sciebat pro quo nomine patiebatur, & quo fructu patiebatur. Non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Seruiat mundus, firmat mundus, increpet linguis, coruscet armis, quicquid potest faciat, quid faciet ad id quod accepturi sumus?

Appendo quod patior contra id quod spero, hoc sentio, illud credo & tamen plus ualeat quod credo quam quod sentio. Quicquid est quod seruit pro nomine Christi, si potest uinci tolerabile est. Si non potest uinci, migrare hinc facit, non extinguit sed accelerat. Quid accellerat? Ipsum premium, ipsam dulcedinem quae cum uenerit sine fine erit. Opus cum sine, merces sine fine.

Na expectatio creaturae reuelationis filiorum dei expectat. Vsq; ad id ubi ait. Spe enim salui facti sumus.

Ex l. quest. 83.

Hoc capitulum obscurum est, quia non hic satis apparet quam nunc uocet creaturam. Dicitur autem secundum catholicam disciplinam creatura quicquid fecit & condidit deus pater per unigenitum filium in unitate spiritus sancti. Ergo non solum corpora, sed etiam animae nostrae ac spiritus creaturae nomine continentur. Sic autem dictum est. Ipsa creatura liberabitur a seruitute interitus in libertatem gloriae filiorum dei: quasi nos non simus creatura sed filij dei: in quorum gloriae libertatem liberabitur a seruitute creatura. Item dicit. Scimus enim quia omnis creatura ingemiscit & dolet usque adhuc. Non solum autem illa sed & nos ipsi, tanquam aliud simus nos, aliud omnis creatura. Totum ergo capitulum particula tim considerandum est. Existimo enim, inquit, quod indignae sunt passionis huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Hoc manifestum est in nobis. Dixerat enim superius. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis, quod fieri non potest sine molestia, cuius patientia necessaria est. Quo pertinet & quod paulo ante ait. Si tamen compatimur ut & glorificemur. Quid

itaque ait. Nam reuelatio creaturae reuelationem filiorum dei expectat. Hoc etiam puto dicere. Nam & hoc ipsum quod in nobis dolet cum facta carnis mortificamus, id est cum esurimus aut sitimus per abstinenciam, dum frenamus delectationem concupiscentiae per charitatem, dum iniuriarum lacerationes & contumeliarum actus per patientiam sustinemus, dum negligetis atque reiectis uoluptatibus nostris pro fructu matris ecclesiae laboramus, quicquid in nobis in hac atque huiusmodi attritione dolet, creatura est. Dolet enim corpus & anima: quicquidque creatura est & expectat reuelationem filiorum Dei, id est expectat, quando appareat quod uocatum est in ea gloria ad quam uocatum est. Quia enim filius Dei unigenitus non potest appellari creatura, quandoquidem per ipsum facta sunt omnia quaecumque fecit Deus, distincte etiam nos uocatur creatura ante illam euidentiam gloriae, & distincte uocatur filij quamuis hoc adoptione mereamur. Nam ille unigenitus natura filius est. Ergo expectatio creaturae, id est expectatio nostra reuelationem filiorum Dei expectat, id est quando appareat quod promissum est, quando re ipsa manifestum sit quod nunc speramus. Filij enim Dei sumus & nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Ipsa est reuelatio filiorum Dei quam nunc expectat expectatio creaturae.

Non quod creatura reuelationem expectet alterius naturae quae non sit creatura, sed ipsa qualis nunc est expectat quando sit talis qualis futura est. Tanquam si diceretur operante pictore subiectis sibi coloribus & ad opus eius paratis, expectatio colorum manifestatio nem imaginis expectat, non quia tunc alij erunt aut non colores erunt, sed tantum quod aliam dignitatem habebunt. Vanitati enim creatura, inquit, subiecta est. Hoc est illud. Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Quae abundantia est homini in omni labore suo quem ipse laborat sub sole, cui dictum est, In labore manducabis panem. Vanitati ergo creatura subiecta est non sponte. Bene additum est non sponte, homo quippe sponte peccauit, sed non sponte damnatus est. Peccatum itaque fuit spontaneum contra praecceptum facere ueritatis, peccati autem poena subijci fallaciae.

Eccles. 1.

Non enim sponte creatura uanitati subiecta est, sed propter eum qui subiecit in spe.

Id est propter eius iustitiam atque clementiam qui neque peccatum impunitum relinquit, neque insanibile uoluit esse peccatum, & ipsa creatura, id est ipse homo cum iam signaculo imaginis propter peccatum amissum, remansit tantummodo creatura. Et ipsa itaque creatura, id est & ipsa quae nondum uocatur filiorum forma perfecta, sed tantum uocatur creatura. Liberabitur a seruitute interitus.

Quod itaque ait. Et ipsa liberabitur, facit

Et h. intel.

intelligi & ipsa quemadmodum & nos, id est & de ipsis non est desperandum, qui nondum uocantur filij Dei quia non crediderunt, sed rantum creatura, quia & ipsi credituri sunt, & liberabuntur a seruitute interitus quemadmodum nos qui iam filij Dei sumus, quamuis nondum apparuerit quid erimus. Liberabitur ergo a seruitute interitus.

In libertatem glorie filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intranos gemimus.]

ID est, erunt & ipsi ex seruis liberi, & ex mortuis gloriosi in uita perfecta quam habebunt filij Dei. Scimus enim quia omnis creatura congemiscit & dolet usque adhuc. Omnis creatura in homine numeratur, non quia in eo sunt omnes angeli & supereminentes uirtutes ac potestates, aut caelum & terra & mare & omnia quae in eis sunt, sed quia omnis creatura partim spiritalis est, partim animalis, partim corporalis. Quod ut ab inferioribus consideremus, corporalis creatura per loca tenditur: animalis autem uiuificat corporalem, spiritalis animalem regit. Et tunc bene regit, cum ipsa regendam se subijcit Deo. Cum autem transgreditur praecipua eius laboribus & aerumnis, per eadem ipsa quae regere poterat impletur. Ita omnis creatura in homine est, quia & intelligit spiritu, & sentit anima, & lo-

caliter corpore mouetur. Omnis itaque creatura congemiscit & dolet. Non enim tota sed omnis dixit. Tanquam si quis dicat, quoniam solem omnes homines uident qui sunt incolae, sed non toti uident, quia tantum oculi uident. Ita in homine omnis creatura est, quia & intelligit & uiuit & corpus habet, sed non tota creatura est in ipso, quia sunt praeter ipsum & angeli qui intelligant & uiuant, sunt & pecora quae uiuant & sint, & corporalia quae tantummodo sint, cum ipsum uiuere magis sit quam non uiuere, & ipsum intelligere magis quam sine intellectu uiuere. Cum ergo miser homo ingemiscit & dolet, omnis creatura congemiscit & dolet usque adhuc. Usque adhuc autem recte dixit, quia etiam si sunt aliqui iam in sinu Abrahae, & latro ille in paradiso cum Domino constitutus illo die quo creditur dolere destiterit, tamen usque adhuc omnis creatura congemiscit & dolet, quia in his qui nondum liberati sunt omnis est dolor propter spiritum & animam & corpus. Non solum inquit, omnis creatura congemiscit & dolet, sed & nos ipsi, id est non solum in homine corpus & anima & spiritus simul dolent ex difficultatibus corporis: sed & nos ipsi ex peccatis corporibus in nobis ipsis congemiscimus. Et bene dixit Primitias habentes spiritus, id est quorum iam spiritus tanquam sacrificium oblati sunt deo, & diuine charitatis igne comprehensi. Haec sunt primitiae hominis, quia ueritas primum spiritum nostrum obtinet ut per

hunc caetera comprehendantur. Iam ergo habet primitias oblatas Deo qui dicit. *Mente serui legi Dei, carne autem legi peccati, & qui dicit, Deo cui seruius in spiritu meo, & de quo dicitur. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Sed quia adhuc dicit: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? & adhuc talibus dicitur, Viuificabit & mortalia corpora uestra propter spiritum manentem in uobis, nondum est holocaustum, erit tamen cum absorbebitur mors in uitam: cui ei dicitur, Vbi est mors contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? Nunc autem, inquit, non solum omnis creatura, id est cum corpore, sed etiam nos ipsi primitias habentes spiritus, id est nos animae, quae iam primitias mentes nostras obtulimus Deo, in nobis ipsis congemiscimus, id est praeter corpus.*

Adoptionem filiorum expectantes redemptionem corporis nostri.]

ID est ut & ipsum corpus accipiens beneficium adoptionis filiorum qua uocati sumus, totos nos liberatos, transactis omnibus molestiis, ex omni parte, Dei filios esse manifestet.

Spe enim salui facti sumus. Spes enim quae uidetur non est spes. Nam quod uidet quis quid sperat?]

Tunc ergo erit res quae nunc est spes, cum apparuerit quid erimus, id est similes illi, quoniam uidebimus sicuti est. Hoc capitulum si hoc modo ut tractatum est aperiat, non incidimus in illas molestias quibus plerique homines dicere coguntur omnes angelos sublimesque uirtutes in dolore & gemitibus esse antequam nos penitus liberemur, quoniam dictum est, omnis creatura congemiscit & dolet. Quamuis enim adiuuent nos per suas sublimitates dum obtemperant Deo, qui pro nobis etiam unicum filium suum dignatus est mittere, tamen sine gemitu & doloribus id facere credendi sunt, ne miseri existimentur, felicioreque sit de numero nostro Lazarus ille qui iam in Abrahae sinu requiescit: praesertim quia dixit eandem creaturam quae congemiscit & dolet, uanitati esse subiectam, quod de summis & excellentibus uirtutum potestatibus creaturis nefas est credere. Deinde liberandam eam dixit a seruitute interitus, quo illos cecidisse qui in caelis agunt uitam beatissimam, non possumus credere. Sed siue illa quam excuti sumus, siue alia aliqua huius capituli expositio proferatur, id tantum cauendum est ne uiolet aut uulneret catholicam fidem.

Scio enim uanos haereticos de hoc capitulo multa impia & inepra iactasse.

Item quaedam ex eodem capitulo.

Vanitati enim creatura subiecta est non uolens, sed propter eum qui subiecit in spe.] Quid est auerte oculos

meos ne uideant uanitatem? Nunc quid quamdiu sumus in hoc mundo possumus non uideri uanitatem? Omnis enim creatura uanitati subiecta est, quae intelligitur esse in homine, & omnia uanitas. Quae abundantia hominis in omni

Rom. 7.
Rom. 1.
Matth. 26.

Ex tractatu
Psalm. 118.

omni labore suo, quo ipse laborat sub sole. An iste fortassis hoc orat ut non sit eius uita sub sole ubi omnia uanitas, sed in illo sit in quo se uiuificari petit? Ille quippe ascendit non super solem tantum, sed super omnes caelos ut adimpleret omnia: & in illo magis quam sub sole uiuunt qui non inaniter audiunt quod dixit Apostolus. Quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei sedens: quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Ac per hoc si uita uestra ibi est ubi est ueritas, non est uita nostra sub sole ubi uanitas. Sed hoc tam magnum bonum magis habemus in spe, non tenemus in re, secundum spem nostram beatus Apostolus locutus est ista, quia & illud cum dixisset. Vanitati creatura subiecta est, adiecit atque ait. Non sponte, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Ergo in spe, quia speramus nos adhaeruros contemp- plandae ueritati, subiecti sumus interim uanitati. Creatura ista spiritalis, animalis, corporalisque omnis in homine est, imo homo est. Spon- te peccauit, & inimica facta est ueritati, sed ut merito puniretur non sponte subiecta est uanitati. Denique post pauca. Non solum autem inquit, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, id est qui nondum quidem ex toto quod sumus, sed ex ea parte qua peccatoribus meliores sumus, Deo non uanitati subiecti sumus, hoc est per primitias spiritus, & ipsi in nobis metipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri.

Spe enim salui facti sumus, spes enim quae uidetur non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat?]

Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Quamdiu itaque hic secundum carnem sumus, cuius adoptionem & redemptionem per patientiam spei adhuc expectamus, tamdiu secundum id per quod sub sole sumus, uanitati subiecti sumus.

Diligit itaque homo sponte uanitatem, cum deserta soliditate ueritatis, opinabilia sequitur, id est mutabilia. Cum autem inde meritas poenas luit, subijcitur non sponte uanitati, sicut subiecta est in homine peccante. Hinc enim Apostolus ait. Omnis creatura uanitati subiecta est non sponte: quia & in homine omnis est. Inest quippe homini & inuisibile aliquid secundum animum, & uisibile secundum corpus. Omnis enim creatura partim est uisibilis, partim inuisibilis. Nec tamen est omnis in pecore, cui mens intellectualis non inest, in spem sane subiectam esse propter misericordiam liberantis per remissionem peccatorum & adoptionem gratiae.

Ex lib. cont.
Secundum

Ex lib. ad
cos. Orosij

Scimus enim quia omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc.] In unoquoque homine omnis creatura non uniuersaliter sicut est caelum & terra & omnia quae in eis sunt, sed generatim quodammodo intelligi potest, quia rationalis in eo est, quam uel probantur angeli habere uel

creduntur, & ut ita dicam sensualis, qua & bestiae non carent, utuntur enim sensibus & sensualibus motibus ad appetenda utilia & uitanda contraria: & uitalis priuata sensu, qualis ad uerti in arboribus potest. Nam & in nobis sine sensu nostro fiunt corporis incrementa, nec capilli cum praecinduntur sentiunt & tamen crescunt. Iam uero corporalis ipsa creatura euidetius apparet in nobis, quae licet ex terra facta atque formata sit, insunt tamen illi ex omnibus huius corpori mundi elementis quaedam particulae ad temperiem ualitudinis.

Nam & calore membra uegetantur qui est ab igne, cuius etiam lux per oculos emicat, & aere uenarum discursus quas arterias uocant, atque spiramenta pulmonis implentur. Et huiusmodi si esset, nulla sputamenta confluere, uitamque absumeret siccitas. Nam & ipse sanguis humido lapsu alias uenas replens quali riuis & fluminibus per cuncta distunditur. Ita nullum est creaturae genus quod non in homine possit agnosci, ac licet omnis creatura in eo congemiscit & dolet, reuelationem filiorum Dei expectans: quae per corporis etiam resurrectionem & si non in omnibus hominibus, omnis tamen a corruptionis seruitute liberabitur, quia & in singulis omnis est.

Sed et nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum expectantes redemptionem corporis nostri.] In nobis metipsis, inquit, ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Quid enim? Nondum redemptus es? Paule. Nondum pro te precium persolutum est? Nonne sanguis ille iam iustus est? Nonne ipsum est precium omnium nostrum? plane ipsum. Sed quid ait? Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae uidetur non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus per patientiam expectamus. Quid autem expectat, per patientiam? Salutem. Cuius rei salutem? Ipsius corporis, quia hoc dixit redemptionem corporis nostri. Si salutem corporis expectabat, non erat salus illa quam habebat. Esuries, sitis interficit si subuentum non erit. Medicamentum enim famis est cibum, & medicamentum sitis est potus, & medicamentum fatigationis est somnus. Detrahe ista medicamenta, uide si non interficiunt illa quae existunt. Si sepositis istis non sunt morbi, est sanitas. Si autem habes aliquid quod te possit interficere nisi manducaueris, noli gloriari de sanitate, sed gemens expecta redemptionem corporis tui.

Gaude te redemptum, sed nondum re. Spe securus es. Etenim si non gemueris in spe, non peruenies ad rem.

Audi Apostolum. Spe enim salui facti sumus. Et uide quia de ipsa salute corporis dicebat. In nobis ipsis, inquit, ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae uidetur non est spes. Quod enim ui-

Ex tractatu
Psalm. 37.

Ex tractatu
Psalm. 50.

det quis quid sperat? Si autem quod non uideamus speramus, per patientiam expectamus. Qui perseverauerit usque in finem: ipsa est illa patientia. Hic saluus erit: ipsa est salus quam nondum habemus, sed habituri sumus. Nondum est res, sed certa spes.

Matt. 10.

Ex tractatu Psal. 125.

Si redemptor noster ille dicitur, captiui tenebamur. Vbi ergo tenebamur ut ille ueniret redimere captiuos? Vbi tenebamur: Forte apud barbaros. Peiores barbaris diabolus & Angeli eius, ipsi antea tenebant genus humanum. Ab his redemit nos, quoniam non aurum nec argentum sed sanguinem suum pro nobis dedit. Paulum Apostolum interrogetur. Etenim ipse precipue gemit in ista captiuitate suspirans aeterna Hierusalem, & docuit nos gemere ex ipso spiritu quo & ille impletus gemit. Hoc enim ait. Omnis creatura congemiscit & dolet usque nunc. Et iterum. Vanitati enim creatura subiecta est, ait, non sponte, sed propter eum qui subiecit in spe. Omnem creaturam dixit in hominibus etiam nondum creditibus, sed tamen credituris. In gemiscere creaturam in laboribus. Nunquid nam in his tantum qui nondum crediderunt? Iam uero in his qui crediderunt non gemit nec parturit creatura: Non solum autem, inquit, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, id est qui iam mente credimus deo, qui iam mente & spiritu deo seruiamus, & in ipsa fide primitias quasdam dedimus, ut primitias nostras sequamur. Ergo & nos ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Gemit ergo & ipse, & gemit omnes fideles adoptionem, expectantes redemptionem corporis sui. Vbi gemunt? In ista mortalitate. Quam redemptionem expectant corporis sui: Quam processit in Domino, qui resurrexit a mortuis & ascendit in caelum. Hoc nobis antequam redatur necesse est gemamus, etiam fideles, etiam sperantes. Ideo sequitur ibi, quasi diceret ei. Quid tibi ergo profuit Christus si adhuc gemis? Et quomodo saluator saluum te fecit? Qui gemit adhuc agrotat. Subiunxit & ait. Spe enim salui facti sumus. Spes quae uidetur non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Ecce quare gemimus, & quomodo gemimus, quia quod speramus iam quidem expectamus sed nondum tenemus, & donec teneamus in tempore suspiramus, quia desideramus quod nondum tenemus: Quare quia spe salui facti sumus. Iam caro sumpta de nobis in Domino non spe, sed res salua facta est. Resurrexit enim & ascendit in capite nostro caro nostra salua, in membris adhuc saluanda est. Secura gaudeant membra, quia a capite suo non sunt deserta.

Ex tractatu Psal. 145.

In nobismetipsis ingemiscimus adoptionem filiorum, expectantes redemptionem corporis nostri. Quamuis ergo bonum aliquid sit corpus nostrum, tamen quamdiu mortale pro-

pter peccatum, quamdiu indigens, quamdiu corruptibile, quamdiu ita mutabile ut ne puncto quidem temporis consistat in se, proculdubio tale est ut optemus redemptionem illius qua sit aliquando non tale. Sed quale erit aliquando? quale idem Apostolus dicit alio loco, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, corpus iam caeleste & spiritale, corpus angelicum in societate angelorum. Spe enim salui facti sumus etc.] Quanto est quisque sanctior & desiderij sancti plenior, tanto est eius inorando fletus uberius. An non est uox ciuis supernae Hierusalem, facta sunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte, & Lauabo per singulas noctes lectum meum lachrymis stratum meum rigabo, & Gemitus meus non est absconditus a te, & Dolor meus renouatus est? Aut uero non eius filij sunt qui ingemiscunt grauiter, in quo nolunt spoliari sed superuolunt, ut abforbeatur mortale hoc a uita? Nonne ipsi sunt qui primitias habentes spiritus in semetipsis ingemiscunt, adoptionem expectantes redemptionem corporis sui? Apostolus saluos nos dicit factos per lauacrum regenerationis: qui tamen alio loco inquit, Spe salui facti sumus. Spes autem quae uidetur non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Vnde etiam coepistolus eius Petrus. In quem modo, inquit, non uidentes creditis, quem cum uideritis exultabitis in gaudio inenarrabili & honorato percipientes mercedem fidei salutem animarum ueststrarum. Si ergo nunc est tempus fidei, salus autem animarum merces est fidei, quis dubitet in fide quae per dilectionem operatur, peragendum diem atque in fine diei recipendam esse mercedem fidei? Non solum redemptionem corporis nostri, de qua dicit Apostolus Paulus, uerum etiam salutem animarum nostrarum, de qua dicit Apostolus Petrus. Vtriusque enim rei felicitas isto tempore atque in ista mortalitate in spe potius habetur quam in re tenetur. Verum hoc interest, quod exterior homo noster, id est corpus adhuc corrumpitur, interior autem, id est anima iam renouatur de die in diem. Itaque & immortalitatem carnis & salutem animarum futuram expectamus, quamuis iam pignore accepto salui facti esse dicamur.

1. Cor. 15.

Psal. 137.

Ex tractatu eu. 2. 10. 83.

Meminerimus in corruptibili corpore quod aggrauat animam, uitam nos miseram uiuere, sed qui iam redempti per mediatorem sumus, & spiritum sanctum pignus accepimus, beatam uitam in spe habemus, & si ipsa nondum tenemus. Spes autem quae uidetur non est spes. Quod autem uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. In malis autem quae quisque patitur non in bonis quibus fruatur opus est patientia. Hanc itaque uitam de qua scriptum est. Nunquid non tentatio est uita humana

Ex tractatu eu. 2. 10. 124.

Matt. 6.

Iob. 14.

Ex li. de bap. paruulorum Titum. 3.

mana super terram? in qua clamamus quotidie ad Deum. Libera nos a malo, cogitur homo tolerare etiam remissis peccatis, quamuis ut in eam ueniret miseriam primum fuerit causa peccatum. Productior est enim poena na quam culpa: ne parua putaretur culpa si cum illa finiretur & poena. Ac per hoc uel ad demonstrationem debitae miseriae, uel ad emendationem labilis uitae, uel ad exercitationem necessariae patientiae temporaliter hominem detinet poena, etiam quem iam ad damnationem sempiternam non retinet culpa. Haec est istorum dierum quos in hac mortalitate agimus malos, quamuis in eis diligamus dies uidere bonos, flenda quidem sed non reprehendenda conditio. Venit enim ira dei iusta, de qua scriptura loquitur. Homo, inquit, natus ex muliere breuis uitae & plenus irae, cum ira dei non sit ut hominis, id est concitatio perturbati animi, sed tranquilla iusti supplicij constitutio. In hac ira sua deus non continens miserationes suas sicut scriptum est, praeter alia solatia miserorum quae generi humano praebere non cessat, in plenitudine temporis quo ipse sciebat esse faciendum, misit deus filium suum unigenitum per quem creauit uniuersa, ut manens deus fieret homo, ut esset mediator dei & hominum homo Christus Iesus, in quem credentes per lauacrum regenerationis soluto reatu omnium peccatorum, & originalis uidelicet quod generatio trahit, contra quam maxime regeneratio est instituta, & ceterorum quae male agendo contracta sunt, liberarentur a damnatione perpetua, & uiuerent in fide & spe & charitate peregrinantes in hoc seculo atque in eius tentationibus laboriosis & periculosis, consolationibus autem Dei & temporalibus & spiritalibus ambularent ad conspectum eius uitam tenentes quod eis factus est Christus. Et quia in ipso quoque ambulantes non sunt sine peccatis, quae de huius uitae infirmitate subrepunt, dedit ei ceterorum remedia salutaria quibus eorum adiunaretur oratio, ubi eos dicere docuit. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc agit ecclesia spe beata in hac uita aermnosa.

Saluos enim nos fecit per lauacrum regenerationis. Sed alio loco dicit quemadmodum hoc factum est. Non solum, inquit, sed etiam nos ipsi primitias habentes spiritus, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Adoptio ergo plena filiorum in redemptionem fiet corporis nostri. Primitias itaque nunc spiritus habemus, unde iam filij dei re ipsa facti sumus. In ceteris uero spe sicut salui, sicut innouati, ita & filij Dei re autem ipsa quia nondum salui, ideo plene nondum innouati, nondum etiam filij Dei sed filij seculi. Proficimus ergo in renouationem uitamque uitam, per quod filij dei sumus. Conser-

metur ergo quod filij carnis & seculi sumus: & perficietur quod filij dei & spiritu renouati sumus. Vnde idem Ioannes. Dilectissimi, inquit, filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Quid est hoc, sumus & erimus, nisi quia sumus in spe, erimus in re? Nam sequitur & dicit. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Nunc ergo & similes ei esse iam coepimus primitias habentes spiritus, & adhuc dissimiles sumus per reliquias uetustatis. Proinde in quantum similes, in tantum regenerante spiritu filij dei: in quantum autem dissimiles, in tantum filij carnis & seculi, donec totum transeat in adoptionem, & non sit peccator, & querras locum eius & non inuenias. Spe salui facti sumus. Spes autem, inquit, quae uidetur non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Hinc nobis exhortatorium & consolatorium praebere sermonem admonet nos ipse dominus deus noster, cui dicitur in psalmo. Spes mea es tu, portio mea in terra uiuentium. Ipse inquam qui spes nostra est in terra uiuentium, iubet ut loquamur in hac terra mortientium, ut non respiciatis quae uidentur, sed quae non uidentur. Quae enim uidentur temporalia sunt, quae autem non uidentur aeterna.

1. Ioan. 3.

Ibidem

Ex ser. de uer. apof. 23.

Psal. 10.

Eccle. 2.

Quia ergo quod non uidemus speramus & per patientiam expectamus, merito nobis in psalmo dicitur. Sustine Dominum uiriliter auge, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Mundi enim promissa semper fallunt, Dei uero promissa nunquam fallunt. Sed quia mundus quod pollicetur, hic uidetur daturus, id est in hac terra morietium in qua nunc sumus, Deus autem quod pollicetur, in terra uiuentium nobis daturus est, multi fatigantur expectare ueracem, & non erubescunt amare fallacem. De talibus dicit scriptura. Vahis qui perdidit sustinentiam, & diuerterunt in uias prauas. Cum etiam uiriliter agentibus & corde confortato Dominum sustinentibus, filij sempiternae mortis insultare non cessent, iactantes suas delicias temporales, quae ad tempus obdulcant fauces eorum, post ea uero a maioribus felle inuenient eas. Dicunt enim nobis. Vbi est quod uobis promittitur post hanc uitam? Quis huc inde reuersus est, & indicauit uera esse quae creditis? Ecce nos in nostrarum uoluptatum satietate laetamur, quia quod uidemus speramus. Vos autem in laboribus contentiae cruciamini, crededo quod non uideritis. Deinde subiungit quod commemorauit Apost. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Sed uide quid ipse cauedum monerit. Corrupti, inquit, mores bonos colloca praua. Sobrii estote, nolite peccare. caute ergo fratres ne talibus colloquiis mores uestri corrumpant, et euertatur spes & eneruetur patientia, & diuertatis in uias prauas, imò uero mites atque mansueti tenete uias rectas quas uos dominus docet. De quibus psal-

1. Cor. 15.

Ibidem

Psal. 141.

mus dicit. Dirigit mites in iudicio, docebit māsuetos uias suas. Patientiam quippe in laboribus huius uitae, sine qua nemo potest custodire spem futurae uitae, nemo potest perpetuo retinere nisi mites atq; mansuetus, qui non resistit uoluntati Dei, cuius iugum leue est, & sarcina leuis, Ita quippe mites atq; mansueti non solum consolationes eius amabit sed etiam flagella eius tanquam boni filij tolerabitis, ut quando quod non uidetur speratis, per patientiam expectetis. Sic agite, sic ambulate. In Christo enim ambulatis, q̄ dixit Ego sum uia. Quomodo in eo ambulandum sit, discite non solum eius uerbo, sed etiā eius exēplo. Hic em̄ proprio filio nō peperit pater, sed pro nobis omnibus tradidit illum, non utique nolentem neq; recusantem sed pariter uolentem, quia uia est uoluntas patris & filij secundum aequalitatem formae dei, in qua cum esset non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, & singulariter obedientem secundum quod semet ipsum euacuauit, formam serui accipiens. Nā & ipse dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem fauitatis. Sic ergo pater proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, ut & ipse filius traderet semetipsum pro nobis. Traditus ergo ille excelsus per quem facta sunt omnia, traditus propter formam serui in opprobrium hominum & abiectionem plebis, in contumelias in flagella, in mortem crucis, docuit nos exemplo suae passionis cū quantā patientia in illo ambulemus, et firmauit nos exemplo suae resurrectionis, quid ab illo patienter sperare debemus. *Si enim quod non uidemus speramus per patientiam expectamus.*

Ioan. 14.

Ephes. 4.

Colos. 1.

1. Cor. 12.

Hebre. 12.

Ideo & ipse Apostolus qui ait, Si quod non uidemus, speramus: per patientiam expectamus dicit alio loco. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Habentes ergo talem spem multa fiducia utamur, & sermo noster in gratia sit conditus sale, ut sciamus quemadmodum oporteat unicuique respondere. Dicendum est enim eis, qui cum perdidissent uel nunquam suscepissent sustinentiam, nobis sustinentibus dominum, quia quod non uidemus speramus per patientiam, etiam insultare audent cum imitari deberent. Nos irridetis qui speramus aeterna: quae cum uenerint nō transibunt, quia nec ipsa ueniunt sed tantum permanent, nos autem ad illa uenimus cum per uiam dominicam ista quae transeunt transierimus. A uobis uero temporalia nec sperari aliquando desinunt, & tamen crebro sperata nos fallunt: nec cessant uos inflammare futura, corrumpere uenientia, torquere transeuntia. Nonne ipsa sunt quae concupita madescunt, adempta uellescunt, amissa uanescunt? Vtimur eis & nos secundum peregrinationis nostrae necessitate, sed non in eis gaudia nostra figimus, ne illis labentibus subruamur, Vtimur enim hoc mundo tanquam non utentes, ut ueniamus ad eum qui fecit hunc mundum, & in eo maneamus eius aeternitate perfuertes. Quid est autem quod dicitis, quis huc inde uenit? & quid apud inferos geratur quis hominibus indicauit? Et hinc uobis os clausit, qui mortuum die quarto resuscitauit, & ultra non moriturus die tertio resurrexit, & antequam moreretur qualis uita morientes excipiant, tanquam ille quem nihil lateret, & in paupere quiescente, & in diuite ardente narrauit. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Lucerna ecclesiae spes eius. Ad illam operatur omnis homo quicquid boni ad spem facit, & in nocte ardet lucerna ista. Quod enim non uidemus speramus: ideo nox est. Si autem & non uidemus & non speramus, & nox est & lucerna non ardet. Quid infelicius talibus tenebris? Ut autē non deficiamus in tenebris, & per patientiam expectemus quod non uisum speramus, tota nocte ardeat lucerna nostra. Qui enim nobis quotidie loquitur uerbum, tanquam oleum infundit ne lucerna extinguatur.

Roma. 12.

Ex sermone in lib. Salo. de muliere forti

Similiter autem et spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti.

Ratio quicquid impetrat euidenter ostendit donum Dei esse, ne homo existimet a seipso esse: quod si in potestate haberetur, non utique posceretur. Veruntamen ne saltem orationes putarentur precedere merita, quibus nō gratuita daretur gratia, sed tā nec gratia esset quia debita redderetur, etiam

Ex epi. ad Six. presb.

am ipsa oratio inter gratiae munera reperitur. Quid enim oremus, ait doctor gentium, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus in enarrabilibus. Quid est enim interpellat, nisi interpellare nos facit: Indigentis enim certissimum indicium est interpellare gemitibus. Nullius autem rei esse indigentem fas est credere spiritum sanctum, sed ita dictum est interpellat quia interpellare nos efficit nobisq; interpellandi & gemitu inspirat affectum, sicut illud in Euangelio. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Neq; enim & hoc ita fit de nobis tanquam facienti bus nobis. Adiutorium ergo spiritus sancti sic expressum est, ut ipse facere diceretur quod ut faciamus facit. Nam non esse intelligentem spiritum nostrum de quo dictum est, Interpellat pro nobis gemitibus in enarrabilibus, sed spiritum sanctum quo nostra infirmitas adiuuatur, satis ipse demonstrat Apostolus Paulus. Inde enim coepit. Spiritus, inquit, adiuuat infirmitatem nostram. Deinde ista subiunxit. Quid enim oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus. De hoc quippe spiritus apertius alibi dicit. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Ecce hic non dicit quod ipse spiritus clamat orando, sed in quo clamamus, inquit, abba pater. Alio tamen loco ait. Quoniam filij estis, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem abba pater. Non hic autem quo clamamus, sed ipsum spiritum clamantem dicere maluit, quo efficitur ut clamemus sicut sunt illa. Ipse spiritus interpellat gemitibus in enarrabilibus, & sicut spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Sicut ergo nemo recte sapit, recte intelligit, recto consilio ac fortitudine praeualeat, nemo scienter pius est uel pie sciens, nemo timore casto Deum timet, nisi acceperit spiritum sapientiae & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiae & pietatis & timoris Dei, nec habet quicquam uirtutem ueram, charitatem sinceram, continentiam religiosam, nisi per spiritum uirtutis & charitatis & continentiae, ita sine spiritu fidei non est recte quisquam crediturus, nec sine spiritu orationis salubriter oraturus: non quia tot sunt spiritus, sed omnia haec operatur unus atq; idem spiritus diuidis propria unicuique prout uult, quia spiritus ubi uult spirat. Sed q̄d fatendum est, aliter adiuuat nō dū inhabitans, aliter inhabitās. Nā nō dū inhabitās adiuuat ut sint fideles: inhabitās adiuuat tā fideles. Quid em̄ oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus, quia ipse interpellat pro sanctis, nisi ipsa charitas quae in te per spiritum facta est: Ideo enim dicit idem Apostolus ad

Luc. 12.

Galat. 4.

1. Cor. 12. Ioannis. 3.

Ex ser. in epi. Ioan. 6.

Romanos quinto. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Charitas ipsa gemit, charitas ipsa orat. Contra hanc aures claudere non nouit qui illam dedit. Securus esto charitas roget & ibi sunt aures Dei.

Roma. 5.

Quid enim aliud significat quod dicitur, Deum requieuisse ab omnibus operibus suis quae fecit bona ualde, nisi requiem nostram, quam nobis daturus est ab omnibus operibus nostris, si & nos bona opera fecerimus? Secundum ipsam figuram locutionis dicit Apostolus Paulus. Quid enim oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus. Non enim Spiritus sanctus gemit quali indigeat, aut angustias patiat, qui secundum Deum interpellat pro sanctis, sed quia ipse nos mouet ad orandum cum gemimus, quod ipso mouente nos facimus, ipse facere dicitur est, sicut dicitur etiam illud Deuterono. decimo tertio. Tentat uos Dominus Deus uester, ut sciat si diligatis eum. Non enim ut sciat ipse quem nihil latet, sed ut scire nos faciat quantum in eius dilectione profecerimus, tentari nos permittit. Secundum ipsam locutionem dicit & Dominus noster nescire se diem & horam de fine seculi. Quid enim potest esse quod ipse nesciret? Sed quia hoc utiliter discipulis occultabat, nescientem se esse dixit quia illos nescientes occultando faciebat. Secundum hanc figuram etiam patrem solum scire dixit ipsum diem, quia eiusdem filium scire faceret.

Ex lib. con. Manich. 1.

Ex lib. con. Manich. 2.

Sic enim dictum est gemitibus interpellat, ut intelligeremus gemitibus interpellare nos facit. Adest enim nobis, & infundendo charitatem nobis facit nos interpellare gemitibus. Denique alio loco cum dicit Apostolus Paulus, Clamantem abba pater: alio loco dicit, In quo clamamus abba pater. Exposuit quid sit clamantem abba pater, dicendo in quo clamamus. Ac per hoc quid est clamantem nisi clamare facientem? Do exemplum locutionis huius. Nonne Deus omnium est praescius futurorum? Quis unquam hoc negabit insanus? Tamen ait Apostolus. Nunc autem cognoscentes Deum, immo cogniti a Deo. Si nunc eos cognouit Deus, non eos nouerat, non elegerat, non praedestinauerat ante mundi constitutionem? Sed sic dixit, Nunc autem cognoscentes Deum, immo cogniti a Deo: ut intelligerent Deum fecisse in eis cognitionem suam. Cognoscentes Deum. Quid est cognoscentes Deum? Nolite uobis arrogare, nolite superbire, cogniti estis a Deo. Quid est cogniti estis a deo? Cognitores suos Deus uos fecit. Deus dedit uobis ut eum cognoscatis. Quomodo est & illud. Nunc cognoui quonia timentes Deum. Quando obtulit filium suum ad holocaustum Abraham, dixit ei deus. Nunc cognoui. Ipsa est tota Dei praescientia. Tūc cognouit quādo dixit nūc cognoui. Sed quid

Genes. 22.

quid est nunc cognouit. Nunc re feci cognoscere. Si ergo has locutiones sicut libris diuinis eruditus agnosceres, de gemitibus illis quibus dictum est gemitibus interpellare spiritum sanctum, non eum faceres miserum. Quid est enim aliud semper gemens quam semper miser? Ideo nos gemimus quia nos miser sumus. Et gratias spiritui sancto, quia charitate aeterni seculi facit nos gemere, propter quod dicitur gemitus est clamans. Facit nos agnoscere Deum, propter quod dicitur est. Immo cognitum a deo. Facit Abraham deus cognoscere, propter quod dixit ei, nunc modo cognouit.

Iam ante responderam secundum morem scripturarum, qua locutione sit dictum, Et ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus, ne credamus spiritum sanctum nunquam esse sine gemitibus posse quoniam nullus dicitur, nulla hora, nullum momentum temporis inuenitur quo non a sanctis orationes Deo ubique fundantur, ab alijs hic, ab alijs alibi, cum tamen ab orationibus sanctorum nullum sit tempus immune, quando quidem diebus et noctibus, cum alij cibo accepto reficiuntur, alij quodlibet aliud agunt, alij dormiunt, non utique desunt quos desiderium sanctum orare compellat. Ita fit ut spiritus sanctus qui ubique omnibus adest, aliquantulum cessare a gemitibus non sinatur, quod est extrema miseriam: cum pro quibuscumque orationibus cogitur gemere. Nisi gemitibus inenarrabilibus interpellare, sic intelligatur ut dixi, id est quia gemitibus sanctorum desideriorum interpellare sanctos facit, quibus affectum pietatis gratia spiritualis infundit. Sed cum similes locutionum modos quando per efficientem significatur id quod efficitur, sicut frigus pigram dicimus quia pigros facit, & diem tristem uel letum qui tristes uel letos facit, etiam de scripturis sanctis commemorauerim ubi dicit ad Abraham, nunc cognouit: quod nihil aliud est quam nunc cognoscere feci. Non enim tunc deus dicendus est cognouisse, quod antequam fieret nunquam potuerit ignorare.

Beata uita quarenda est, haec a Domino Deo petenda. Quid sit beatum esse, a multis multa sunt disputata. Sed nos ad multos & ad multa ut quid simus? Breuiter in scriptura Dei ueraciter dictum est. Beatus populus cuius est dominus Deus ipse. In ipso populo ut simus, atque ad eum contemplandum & cum eo sine fine uiuendum peruenire possumus. finis praecepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. In eisdem tribus pro conscientia bona, spes posita est. Fides ergo & spes & charitas ad Deum perdunt orantem, hoc est credentem, sperantem desiderantem, & quae appetat a Domino in Dominica oratione considerantem. Adhuc est fortasse quod queras, cur apostolus dixerit. Quid enim oremus sicut oportet nescimus.

Ex li. con. Maximimum

Ex lib. ad Proba dcoran. dco

Neque enim ullo modo credendum est uel ipsum, uel quibus ista dicebat dominicam nescisse orationem. Cur ergo putamus hoc eum dixisse quod nec temere potuit nec mendaciter dicere: nisi quia molestia, tribulatio, nesque temporales plerumque profunt uel ad sanandum tumorem superbiae, uel ad probandam exercendamque patientiam; cui probatae & exercitatae clarior merces superiorque seruat, uel ad quaecunque flagellanda & abolenda peccata? Tamen nos nescientes quid ista profint, ab omni optamus tribulatione liberari. Ab hac ignorantia nec seipsum Apostolus ostendit alienum. Nisi forte quid oraret sicut oportet sciebat, quando magnitudine reuelationum ne extolleretur datus est illi stimulus carnis angelus satanae qui eum colaphizaret. Propter quod ter dominum rogauit ut eum auferret ab eo utique sicut oportet nesciens quid oraret. Denique Dei responsum cur non fieret quod uir tatus orabat, & quare fieri non expediret, audiuit. Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. In his ergo tribulationibus quae possunt & prodesse & nocere, quid oremus sicut oportet nescimus: & tamen quia dura, quia molesta, quia contra sensum nostrae infirmitatis sunt, uniuersali humana uoluntate, ut a nobis haec auferantur oramus. Sed hoc deuotionis debemus Domino Deo nostro, ut si ea non abstulerit, non ideo nos ab eo negligi existimemus, sed potius pia patientia malorum bona speremus ampliora. Sic enim uirtus in infirmitate perficitur. Nonnullis quippe impatientibus dominus deus quod petebant concessit iratus, sicut e contra apostolo negauit propitius. Nam legimus Israelita quid & quomodo rogauerint & acceperint: sed expleta concupiscentia, impatientia est grauiter castigata. Dedit & Regem petentibus secundum cor eorum sicut scriptum est, non secundum cor suum. Dedit etiam quod diabolus postulauit, ut probandus eius famulus tentaretur. Exaudiuit rogantes & immundos spiritus ut in multos suos legio demonum mitteretur. Haec scripta sunt ne forte quisquam magni pendat si fuerit exauditus, cum aliquid impatienter petit quod non impetrare plus prosit, aut se abijciat & de diuina erga se miseratione desperet si non exaudiatur cum forte aliquid petit quod accipiendo affligatur atrocius, uel ea prosperitate corruptus penitus auertatur. In talibus ergo quid oremus sicut oportet nescimus. Vnde si aliquid contra quod oramus acciderit, patienter ferendo, & in omnibus gratias agendo, hoc potius oportuisse quod Dei, non quod nostra uoluntas habuit, minime dubitare debemus: Nam & huiusmodi exemplum praebuit nobis ille mediator, qui cum dixisset. Pater si fieri potest transeat a me calix iste: humanam in se uoluntatem ex hominis susceptione transformans, continuo subiicit. Veruntamen non uolo,

1. Cor. 12.

Mat. 26.

uolo, sed quod tu uis pater. Vnde merito per unius obedientiam iusti constituntur multi. Quisquis autem unam illam petit a Domino & hanc requirit, certus ac securus petit, nec timet ne forte oblit cum acceperit, sine qua nihil prodest quicquid aliud sicut oportet, acceperit. Ipsa est enim una uera & sola beata uita, ut contemplerur domini delectationem in aeternum immortales atque incorruptibiles corpore & spiritu. Veruntamen quoniam ipsa est pax, quae praecellit omnem intellectum, etiam ipsam in oratione poscendo quid oremus sicut oportet nescimus. Quod enim sicuti est cogitare non possumus, utique nescimus, sed quicquid cogitanti occurrit abijcimus, respicimus, improbamus, non hoc esse quod querimus, nouimus, quamuis illud quale sit nondum nouerimus. Est ergo in nobis quaedam (ut ita dicam) docta ignorantia, sed docta spiritu Dei, qui adiuuat infirmitatem nostram. Nam cum dixisset Apostolus, Si enim quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus, ibi subiicit. Similiter & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Quid enim oremus sicut oportet nescimus. sed ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid sapiat spiritus, quia secundum Deum interpellat pro sanctis. Quod non sic est intelligendum ut existi nemus spiritum sanctum Dei qui in Trinitate incommutabilis est Deus, & cum patre & filio unus Deus, tanquam aliquem qui non sit quod Deus est, Deum interpellare pro sanctis. Dicitur est quippe interpellat pro sanctis, quia interpellare sanctos facit: sicut dictum est, Tentat uos Dominus Deus uester, ut sciat si diligatis eum. Hoc est ut scire uos faciat. Interpellare itaque sanctos facit gemitibus inenarrabilibus inspirans eis desiderium etiam adhuc incognita tantae rei quam per patientiam expectamus. Quomodo enim narretur, quando desideratur quod ignoratur? Nam utique si omni modo ignoraretur non desideraretur. Et rursus si uideretur, non desideraretur nec gemitibus quareretur. Quia ergo in Christo uos amamus, in Christo nos redamate, & amor noster pro inuicem gemat ad deum. Ipse enim gemitus columbae est. Si ergo gemitus columbae est, quod omnes nouimus, gemunt autem columbae in amore, audite quid dicat Apostolus, & nolite mirari quia columbae speciei uoluit demonstrari spiritus sanctus. Quid enim oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus. Quid ergo fratres mei hoc dicturi sumus quia spiritus gemit, ubi perfecta & aeterna beatitudo est ei cum patre & filio? Spiritus enim sanctus Deus, sicut Dei filius deus, & pater deus. Ter dixi Deum, sed non dixi tres deos. Magis enim deus ter quam tres, quia & pater & filius & spiritus sanctus unus deus. Hoc or

Deut. 32.

Ex tractatu euang. sec. ioanmem. 6.

Mat. 26.

ptime nostis. Non ergo spiritus sanctus in semetipso apud semetipsum in illa trinitate, in illa beatitudine, in illa aeternitate substantiae gemit, sed in nobis gemit quia nos gemere facit. Nec parua res est quod nos docet spiritus sanctus gemere. Insinuat enim nobis quia peregrinamur, & docet nos in patriam suspirare, & ipso desiderio gemimus. Cui bene est in hoc seculo, immo qui putat quod ei bene sit, qui letitia rerum carnalium & abundantia temporalium & uana felicitate exultat, habet uocem corui. Vox enim corui clamorosa est, non gemebunda. Qui autem nouit in pressura se esse mortalitatis huius, peregrinari se a domino, nondum tenere illam perpetuam quae nobis promissa est beatitudinem, sed habere illam in spe, habiturus in re cum dominus uenerit in manifestatione praeclearus, qui prius uenit in humiliate occultus, qui haec nouit gemit. Et quantum propter hoc gemit, bene gemit. Spiritus docuit illum gemere. A columba gemere didicit. Multi enim gemunt in infelicitate terrena, uel quassati damnis, uel aegritudine corporis praegravati, uel carceribus inclusi, uel catenis colligati, uel fluctibus maris iactati, uel aliquibus inimicorum insidijs circumsepti. Gemunt, sed non columbae gemitu tu gemunt, non amore dei gemunt, non spiritu gemunt. Adeo tales cum fuerint ab ipsa pressuris liberati exultant in grandibus uocibus: ubi apparet quia corui sunt, non columbae. Merito de arca missus est coruus & non est reuersus. Missa est columba, & reuersa est. Illas duas aues misit Noe, habebat ibi coruum, habebat ibi columbam. Vtrumque hoc genus arca illa continebat. Et si arca figurabat Ecclesiam, uidetis utique quia necesse est ut in isto diluuiio seculi utrumque genus contineat ecclesia & coruum & columbam. Qui sunt corui. Qui sua quaerunt. Qui columbae? Qui ea quae Christi sunt quaerunt. Quid oremus licet oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid est ipse spiritus interpellat, nisi interpellare facit: Gemitibus inenarrabilibus, sed ueracibus: quoniam ueritas est spiritus. Ipse est enim de quo alio loco dicit. Misit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem abba pater. Et hic quid est clamantem nisi clamare facientem, tropo illo quo dicimus latum dicem quia letos facit? Quod alibi manifestat ubi dicit. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Ibi dixit clamantem, hic uero in quo clamamus aperiens uidelicet quomodo dixerit clamantem, id est sicuti iam exposui, clamare facientem. Vbi intelligimus & hoc ipsum esse donum Dei, ut ueraci corde & spiritaliter clamemus ad Deum. Attendant ergo quomodo falluntur qui putant a nobis esse, non dari nobis ut petamus, quaeramus, pulse

20

20

30

40

50

60

Genesi. 8.

Ex lib. de bono perse.

Galati. 4.

pulfemus: & hoc esse dicunt quod gratia præceditur merito nostro, ut sequamur illa, cum accipimus petentes, & inuenimus querentes, aperiturque pulsantibus: nec uolunt intelligere etiam hoc diuini esse muneris ut oremus, hoc est petimus quæramus atque pulsemus. Accipimus enim spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater.

Ex tractatu
Psal. 53.

In his ergo temporibus fratres admonemus uos & exhortamur in domino ut non petatis aliquid quasi fixum, sed quod uobis Deus expedire scit. Quid enim uobis expediat omnino non scitis. Aliquando quod putatis prodesse obest, & quod putatis obesse hoc prodest. Aegri enim estis. Nolite medico dicere quæ uobis medicamenta uelit apponere. Si doctor gentium Paulus Apostolus dicit. Quid enim oremus sicut oportet nescimus, quanto magis nos? Qui tamen cum sibi uideretur etiam ipse prudenter orare ut ab eo auferretur stimulus carnis angelus satanæ qui eum colaphizauit ne in magnitudine reuelationum extolleretur, quid audiuit à domino? Nunquid factum est quod uolebat? Non, ut fieret quod expediebat. Quid ergo audiuit à domino? Ter inquit dominum rogauit ut auferret eum à me: & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, nã uirtus in infirmitate perficitur. Ego medicamentum ad uulnus posui, quando auferendum sit noui. Non recedat ægrotus à manibus medici, non det consilium medico. Ita sunt omnia ista temporalia. Tribulationes sunt, si bene colis dominum, noueris quia nouit quid cui expediat. Prosperitate sunt, magis cauere ipsæ corrumpant animam tuam, ut ab eo qui hæc dedit recedat. Scimus autem quoniam diligentes Deum omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum uocati sunt sancti.

1. Cor. 12.

Ex lib. de cor.
C. 24.

Apostolus cum dixisset, Scimus quoniam diligentes Deum omnia cooperantur in bonum, sciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono usque in finem non permanere, mox addidit. His qui secundum propositum uocati sunt. Hi enim in eo quod diligunt deum permanent usque in finem, & qui ad tempus inde deuiant reuertuntur, ut usque in finem perdurent quod in bono esse ceperunt. Ostendens autem quid sit secundum propositum uocari, mox addidit. Quoniam quos ante presciuit & predestinauit conformes fieri imaginis filij eius, ut ipse sit primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit illos & uocauit, scilicet secundum propositum. Quos autem uocauit, ipsos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Illa omnia iam facta sunt, presciuit, predestinauit, uocauit, iustificauit, quoniam & omnes iam presciti ac predestinati sunt, & multi iam uocati atque iustificati. Quod autem posuit in fine. Illos & glorificauit, si quidem illa gloria est hic intelligenda de qua idem dicit: Cum letus Christus apparuerit uita in nostra, tunc & uos cum illo appa-

rebitis in gloria: nondum factum est quamuis & illa duo, id est uocauit & iustificauit, non in omnibus facta sint de quibus dicta sunt. Ad huc enim usque in finem seculi multi uocandi & iustificandi sunt, & tamen uerba præteriti temporis posuit de rebus etiam futuris, tanquam iam fecerit Deus quæ iam ut fierent ex æternitate disposuit. Ideo de illo dicit & propheta Esaias, Qui fecit quæ futura sunt. Quicumque ergo in dei prouidentissima dispositione presciti, predestinati, uocati, iustificati, glorificati sunt, non dico etiam nondum renati sed etiam nondum nati, iam filij dei sunt, & omnino perire non possunt. Talibus deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum. Usque ad deo profus omnia, ut etiam si qui eorum deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores. Discunt enim in ipsa uita iustam cum tremore se exultare debere, non sibi arrogando tanquam de sua uirtute fiduciam permanendi, nec dicendo in abundantia sua, Non mouebo in æternum. Propter quod eis dicitur. Seruite domino in timore, & exultate cum tremore, ne quando irascatur dominus & pereatis de uia iusta. Neque enim ait, & non ueniat ad uiam iustam, sed percat, inquit, de uia iusta. Quid ostendens nisi eos esse commonitos qui iam ambulant in uia iusta, ut in timore deo seruiant, id est non altum sapiant sed timeant? Quod significat non superbiunt, sed humiles sint. Vnde alibi dicit. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Exultent deo, sed cum tremore in nullo gloria, antes quando nostrum nihil sit: ut qui gloria tur in domino gloriatur: ne pereant de uia iusta in qua iam ambulare ceperunt dum sibi hoc ipsum assignant quod in ea sunt. His uerbis usus est Apostolus ubi ait. Cum timore ac tremore uestram ipsorum salutem operamini. Et ostendens quare cum timore & tremore, Deus est enim, inquit, qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate.

Colos. 3.

Psal. 2.

Rom. 11.

Ex lib. de uita. 13.

Quamuis enim et ipsa mors carnis de peccato primi hominis originaliter uenerit, tamen bonus eius usus gloriosissimos martyres fecit. Et ideo non solum ipsa, sed omnia seculi huius mala: labores, doloresque hominum, quamquam de peccatorum & maxime de peccati originalis meritis ueniant, unde facta est & ipsa uita uinculo mortis obstricta, tamē & remissis peccatis remanere debuerunt cum quibus homo pro ueritate certaret, & unde exerceretur uirtus fidelium, ut nouus homo per testamentum nouum inter mala huius seculi nouo seculo prepararetur, miseriam quam meruit uita ista damnata, sapienter tolerans, & quia finietur prudenter gratulans, beatitudinem uero quam uita futura sine fine habitura est, fideliter & patienter expectans. Diabolus uero à dominatu & cordibus fidelium foras missus, in quorum damnatione atque inuidelitate licet damnatus

1. Cor. 10.

1. Tim. 6.

Ex tracta.
Psal. 124.

natus etiam ipse regnabat, tantum pro conditione carnis mortalitatis huius aduersari sinitur, quantum eis expedire nouit, de quo sacre literæ personant per os apostoli. Fidelis Deus qui non permittet uos teterari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum ut possitis sustinere. Profunt autem ista mala quæ fideles pie perferunt, uel ad emendanda peccata, uel ad exercendam probandamque iustitiam, uel ad demonstrandam uitæ huius miseriam, ut illa ubi erit beatitudo uera atque perpetua, & desideretur ardentius & instantius inquiratur. Sed circa eos ista seruantur, de quibus Apostolus dicit. Scimus quoniam diligentes Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Horum predestinatorum nemo cum diabolo perit, nemo usque ad mortem sub diaboli potestate remanebit. Habent aliam causam boni quare temporalibus affligantur malis, qualem habuit Iob, ut sibi ipse humanus animus sit probatus & cognitus quanta uirtute pietatis gratis Deum diligat. Quibus recte consideratis atque perspectis attende utrum aliquid mali acciderit tibi libis & pijs quod eis non in bonum uerteretur. Nisi forte putandum est apostolicam illam uacare sententiam ubi ait. Scimus quoniam diligentes deum omnia cooperantur in bonum. Amiserunt omnia quæ habebant: Nunc quid fiderent? nunquid pietatem? nunquid interioris hominis bona qui est ante deum diues? Hæc sunt opes Christianorum, quibus opulentus dicebat Apostolus. Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre aliquid possumus. Habentes autem uictum & tegumentum his contenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & noxia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim est omnium malorum aueritia: quam quidam appetentes à fide pererrauerunt & inseruerunt se doloribus multis. Nam cum dixit, Qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem & cetera. Profecto in diuitijs cupiditatem reprehendit non facultatem, de qua præcipit alibi dicens. Præcipe diuitibus huius mundi non superba sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuio qui præstat nobis omnia abundantanter ad fructum. Benefaciant, diuites sint in operibus bonis, facile tribuent, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum ut apprehendant ueram uitam. Qui uoluntatem Dei sequitur non uoluntatem suam, sequi deum uolunt, illum faciunt precedentem & se sequentes, non autem se precedentes & illi sequentem, & in omnibus bonum eum inueniunt, siue emendantem siue consolantem, siue exercentem, siue coronantem, siue purgantem, siue illuminantem, sicut Apostolus ait. Scimus quia diligentes deum omnia cooperan-

tur in bonum. Animam Christianam recte facit mala huius mundi tolerabilia ducere spes futuri. Sic enim usque quodam bono conuertuntur in bonum, dum non augent nostram concupiscentiam sed exercent patientiam, de qua re Apostolus ait. Scimus quoniam diligentes Deum omnia cooperantur in bonum. Omnia, inquit. Non solum ergo illa quæ appetuntur ut sua uia, uerum etiam illa quæ ut molesta uitantur, quædã alia sic sumimus ne capiamur alia sic ferimus ne frangamur, & secundum præcepta diuina in omnibus gratias agimus ei de quo dicimus. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et bonum mihi quoniam humiliasti me ut discerem iustificationes tuas. Neque enim reuera si fallacis prosperitatis semper hic tranquillitas arderet, anima humana portum illum ueræ certæque tranquillitatis appeteret. Sine domino uel operante ut uelimus, uel cooperante cum uolumus, ad bona pietatis opera nihil ualemus. De operante illo ut uelimus dictum est. Deus est enim qui operatur in nobis & uelle, De operante illo cum iam uolumus & uolendo agimus. Scimus enim, inquit, quoniam diligentes Deum omnia cooperantur in bonum. Quid est omnia, nisi & ipsas terribiles & quasque passiones? Sarcina quippe quæ infirmitati grauis est, leuis efficitur charitati. Talibus enim dominus dixit esse suam sarcinam leuem, qualis Petrus fuit cum passus est pro Christo, nõ qualis fuit quando negauit Christum. Hereticorum quoque inquietudine ut scripturas uigilantius perscrutemur, unde ne ouili Christi nocent eis possit occurrere, tanquam de somno igna uia nostra excitatur industria. Ita per multiplicem gratiam saluatoris etiam quod inimicus machinatur in perniciem, Deus conuertit in adiutorium quoniam diligentes deum omnia cooperantur in bonum.

Ex epi. ad probam.

Psal. 33.
Psal. 118.

Ex lib. de gra. & libero arbit.

Ex epi. ad Six. presb.

Ex libro sent. prosperi.

Nam quos præsciuit et prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Inimici ecclesie quolibet errore cæcetur uel malitia deprauentur, si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam. Si tantummodo male sentiendo aduersantur, exercent eius sapientiam, & ut etiam inimici diligantur, exercent eius beniuolentiam, quia Deus his qui diligunt eum omnia cooperatur in bonum.

Certus est ergo dei præscientiæ definitus numerus, & multitudo sanctorum, quibus diligentes Deum, quod eis donauit per diffusum in cordibus eorum spiritum sanctum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt. Quoniam quos ante presciuit, & predestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut ipse sit primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit illos & uocauit. Hic subaudire debemus secundum propositum. Sunt enim & alij uocati, sed non electi, ac per hoc non secundum propositum uocati. Quos autem uocauit, hoc est

secundum propositum, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Hi sunt filij promissionis, hi sunt electi, qui per electionem gratiae salui fiunt. Haec sunt uasa misericordiae, in quibus Deus etiam per uasa irae notas fecit diuitias gloriae suae.

Nam quos praesciuit, & praedestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.]

Praedestinatio est gratiae praeparatio, quae sine praescientia non potest esse; potest autem esse sine praedestinatione praescientia. Praedestinatione quippe Deus ea praesciuit quae fuerat ipse factururus: unde dictum est, fecit quae futura sunt. Praescire autem potest etiam quae non facit, sicut quaecumque peccata. Quia & si sunt quaedam quae ita peccata sunt, ut poenae sint etiam peccatorum, unde dictum est, Tradidit illos Deus in reprobam mentem, ut faceret quae non conueniunt: non sibi peccatum Dei est sed iudicium. Quocirca praedestinatio Dei quae in bono est, gratiae est ut dixi praeparatio, gratia uero est ipsius praedestinationis effectus.

Haec est praedestinatio sanctorum, nihil aliud, praescientia scilicet & praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, qui quicumque liberantur. Ceteri autem ubi nisi in massa perditionis iusto diuino iudicio relinquantur? Quod ergo ait praedestinos conformes fieri imaginis filij Dei, potest secundum interiorum hominum intelligi. Vnde nobis alio loco dicit. Nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate mentis uestrae.

Vbi ergo reformamur ne conformemur huic saeculo, ubi conformamur Dei filio. Potest & sic accipi, ut quemadmodum nobis ille mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate conformes, quod quidem & ad ipsam resurrectionem corporum pertinet. Quos autem praesciuit, inquit, & praedestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Primogenitus utique a mortuis, secundum eundem apostolum. Quia morte feminata est caro eius in contumelia, resurrexit in gloria. Secundum hanc imaginem filij sui, cui per immortalitatem conformamur in corpore, etiam illud agimus quod item dicit idem apostolus. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem eius qui in caelo est, ut scilicet qui secundum Adam mortales fuimus, secundum Christum immortales nos futuros fide uera & spe certa firmos; teneamus. Sic enim nunc eandem imaginem portare possumus nondum in uisione sed in fide, nondum in resed in spe, de corporis quippe resurrectione tunc loquebatur Apostolus cum haec diceret.

Secundum id quod unigenitus est non habet fratres, secundum id autem quod primogenitus est fratres uocare dignatus est omnes qui post eius & per eius primatum in dei gratiam renascuntur per adoptionem filiorum, sicut apostolica disciplina commendat.

Ista igitur sua dona quibuscumque deus donat proculdubio se donaturum esse praesciuit

& in sua praescientia praeparauit. Quos ergo praedestinauit ipsos & uocauit, uocatione illa de qua dictum est. Sine poenitentia sunt dona & uocatio dei. Namque in sua quae falli mutarique non potest praescientia opera sua disponere, id omnino nec aliud quicquam est praedestinare.

Quos autem praedestinauit hos & uocauit, & quos uocauit hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad haec? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit.

Ista sanctificatio conceditur iustis, sed ut iustificentur praecedit uocatio, quae non est meritum sed gratiae dei. Omnes enim peccarunt & egent gloria dei. Quos enim uocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, hos & glorificauit. Quia ergo uocatio non meritorum nostrorum, sed misericordiae & beneuolentiae Dei est, subiicit dicens. Domine ut scuto bonae uoluntatis tuae coronasti nos. Bonae etenim uoluntas Dei praecedit bonam uoluntatem nostram ut peccatores uocet ad poenitentiam. Et ipsa sunt arma quibus expugnantur inimici. Contra quem dicitur. Quis accusabit aduersus electos dei? Et si Deus pro nobis quis aduersus nos? Qui unigenito filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Si enim cum adhuc inimici essemus Christus pro nobis mortuus est, multo magis reconciliati salui erimus ab ira per ipsum. Hoc est inuicissimum scutum quo repellitur inimicus desperationem salutis suggerens multitudinem tentationum & tribulationum.

Sic enim ad aeternam beatamque tendimus uitam primitus nostra peccata damnando, deinde bene uiuendo, ut post uitam condemnatae malitiae, & egerit bonam, mereamur aeternam. Secundum propositum enim occultissimae iustitiae bonitatisque suae deus quos praedestinauit istos & uocauit, & quos uocauit ipsos & iustificauit. Quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. Praedestinatio nostra non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum in eius praescientia. Tria uero reliqua in nobis sunt, uocatio, iustificatio, glorificatio. Vocamur praedicatione poenitentiae. Sic enim cepit dominus euangelizare. Agite poenitentiam, appropinquabit enim regnum caelorum. Iustificamini in uocatione misericordiae & timore iudicij. Hinc est quod dicitur. deus in nomine tuo saluum me fac, & in uirtute tua iudica me. Non timet iudicari qui impetrauerit ante saluari. Vocati renunciamus diabolo per poenitentiam, ne sub iugo eius remaneamus. Iustificati sanamur per misericordiam, ne iudicium timeamus. Glorificati transimus in uitam aeternam. Ad hoc pertinere arbitror quod dominus dicit. Ecce eiecio demonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia consumor. Quae etiam in triduo suae passionis, & dormitionis,

Roma. 12.

Ex tractatu psal. 5. Rom. 3.

Ex tractatu psal. 150.

Matth. 1.

psal. 118.

& euigilationis ostendit. Crucifixus est enim & sepultus & resurrexit. In cruce de principibus & potestatibus triumphauit, in sepulcro requieuit, in resurrectione exultauit. Poenitentia cruciat, iustitia tranquillat, uita aeterna glorificat. Intelligamus ergo uocationem quam sunt electi non qui eliguntur quia crediderint, sed qui eliguntur ut credant. hanc enim & ipse dominus satis aperit ubi dicit. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Nam si propterea electi erant quia crediderant, ipsi eum prius elegerant credendo in eum ut eligi mererentur. Au-

Ex lib. de praed. san.

Ioan. 15.

Ephes. 1.

Ex tractatu ena. 2. lo. 42.

tert hoc omnino qui dicit, Non uos me elegistis sed ego elegi uos, nisi quia non elegerunt ut eligeret eos: sed ut eligerent eum, elegit eos, quia misericordia eius praecedit eos secundum gratiam non secundum debitum. Haec est immobilis ueritas praedestinationis & gratiae. Nam quid est quod ait apostolus. Sicut elegerat nos in ipso ante mundi constitutionem? Quod profecto si propterea dictum est quia praesciuit deus credituros non quia facturus fuerat ipse credentes, contra istam praescientiam loquitur filius dicens. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, cum hoc potius praescierit deus quod ipsi deum stuerant electuri ut ab illo eligi mererentur. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea praedestinatione in qua deus sua facta futura praesciuit. Electi sunt autem de mundo ea uocatione qua deus id quod praedestinauit impleuit. Quos enim praedestinauit ipsos & uocauit, illa scilicet uocatione secundum propositum. Non ergo alios, sed quos praedestinauit ipsos & uocauit, nec alios sed quos ita uocauit ipsos & iustificauit, nec alios sed quos praedestinauit, uocauit, iustificauit, ipsos & glorificauit. Nouit dominus qui sunt eius. Nouit praescitos, nouit praedestinos, de illo quippe dictum est. Quos autem praesciuit & praedestinauit conformes fieri imaginis filij sui ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinauit ipsos & uocauit, & quos uocauit ipsos & iustificauit. Quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. Si deus pro nobis quis contra nos? Adde adhuc. Qui filio proprio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non & cum illo omnia nobis donauit? Sed quibus nobis praescitis, praedestinis, iustificatis, glorificatis. De quibus sequitur. Quis accusabit aduersus electos dei? Nouit dominus qui sunt eius. Ipse sunt oues. Aliquando se ipse nesciuit, sed pastor nouit eas secundum istam praedestinationem, secundum istam dei praescientiam, secundum electionem ouium ante constitutionem mundi. Nam & hoc dicit apostolus. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Secundum ergo istam praescientiam dei & praedestinationem quam multae oues foris, quam multi lupi intus, & quam multae oues intus, &

multi lupi foris. Quid ergo dicemus ad haec? Si deus pro nobis quis contra nos?

Omnium quidem bonorum fidelium Christianorum, maxime tamen gloriosissimum martyrum uox est. Si deus pro nobis quis contra nos? Fremebat mundus aduersus eos, populi meditantur inania, principes conuerterunt in unum. Excogitabantur noui cruciatibus, & poenas incredibiles inueniebat ingeniosa crudelitas. Obruebantur opprobrijs, fallis arguebantur criminibus, custodijs intolerabilibus includebantur, unguis arabantur, ferro perimebantur, bestijs subrigebantur, ignibus cremabantur, & dicebant. Si deus pro nobis quis contra nos? Totus mundus contra uos, & dicitis quis contra nos? Responderent tibi. Et quid est totus mundus quando pro eo moritur quem factus est mundus? Possunt corpus non solum perimere, sed etiam dilaniare. Et quid faciunt? Ecce enim deus auxiliator mihi, & dominus susceptor est animae meae. Et quid mihi obest cum sit dominus susceptor animae meae quod mundus interfector est corporis mei, quando susceptor animae meae erit restitutor & corporis mei? Vnde probas o beate gloriose martyr, unde mihi probas quod dicitis, Si deus pro nobis quis contra nos? Continuo attulit grande documentum. Continuo introduxit martyrem, testem testium, illum scilicet cui proprio filio pater non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Hinc probauit se uerum dixisse, Si deus pro nobis quis contra nos? filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Quomodo non & cum illo omnia nobis donauit, & ipsum nobis donauit. Terret te fremitus mundi cui donatur artifex mundi? Christum nobis donatum esse gaudeamus, & nullos inimicos Christi in hoc saeculo timeamus. Apostolum beatum, audiuimus exhortantem & confirmantem nos cum diceret nobis. Si deus pro nobis quis contra nos? Pro quibus autem si deus, superius ostendit ubi ait. Quos autem praedestinauit illos & uocauit, quos autem uocauit illos & iustificauit. Quos autem iustificauit illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad haec? Si deus pro nobis quis contra nos? Deus pro nobis ut praedestinet nos, deus pro nobis ut uocaret nos, deus pro nobis ut iustificaret nos, deus pro nobis ut glorificaret nos. Si deus pro nobis quis contra nos? Praedestinauit autem esse uocari, uocauit autem auctori essemus, iustificauit cum peccatores essemus, glorificauit cum mortales essemus. Si deus pro nobis quis contra nos? Praedestinis, a Deo uocatis, iustificatis, glorificatis, qui uult aduersari, parat se si potest bellare aduersus deum. Vbi enim adimus, si deus pro nobis quis contra nos? nisi qui deum uincit non laedit nos. Et quis est qui uincit omnipotentem? Quicumque reluctari uoluerit tibi nocet. Hoc est quod & Paulo adhuc Saulo de caelo Christus clamauit, Non tibi expediat contra stimulum calcitrare. Sicut fauat quan-

Ex ser. de uer. sal. mart.

psal. 52.

Ex ser. de uer. apost. 10.

Actuum 9.

tumcunque potest, qui calces aduersus stimulum mittit, nonne in seipsum iauit. In his autē quatuor reb. quas cōmendauit apostolus insi- gnes, in his qui pertinet ad deū, pro quibus est deus. i. predestinatione, uocatione, iustificatio- ne, glorificatione, in his ergo quatuor reb. con- siderare debemus quid iā habeamus & quid adhuc expectemus. In his enim quæ iam habe- mus laudamus deū largitorē, in his quæ nondū habemus tenemus debitorem. Debitor enim factus est non aliquid à nobis accipiendo, sed quod ei placuit promittendo. Predestinati em̄ iā sumus & anteq̄ essemus, uocati sumus quan- do Christiani facti sumus. Iam ergo & hoc ha- bemus. Iustificati, quicquid est iustificati, aude- mus dicere & hoc tertium habere nos: Et erit quisquā nostrū qui audeat dicere iustus sum, quod est peccator non sum. Si aude hoc dice- re, occurrit tibi Ioānes. Si dixerimus quia pec- catum nō habemus, nos ipsos seducimus, & ue- ritas in nobis non est. Quid ergo? Nihil habe- mus de iustitia? An habemus, sed non totū ha- bemus? Si enim iustitia nihil habemus, nec fi- dem habemus: si fidem non habemus, christia- ni non sumus. Si autē habemus fidē, iam habet- mus aliqd iustitię. Ipsum aliquid uis nosse quā- tum sit? Iustus ex fide uiuit, iustus inquam ex fide uiuit qui credit quod non uidet. Grati- sumus ex eo quod habemus, ut addatur qd non habemus, & non perdamus qd habemus. Er- go & hoc tertiu iam agitur in nobis. Iustificati sumus, sed ipsa iustitia cū proficimus crescit.

Qui etiam filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quid dabit eis q̄s predestinauit ad uitam, si tanta dedit etiam eis q̄s predestinauit ad mortē? Quæ bona in illa beata ui- ta facit eos sumere pro quibus in hac uita mi- fera unigenitum filium suū uoluit usq; ad mor- tem mala tāta perferre. Vnde apostolus de ip- sis in illud regnū predestinatis loquēs. Qui pro- prio, inquit, filio nō pepercit, sed pro nobis om- nibus tradidit eū, quomodo nō & cū illo om- nia nobis donauit. Cum hæc promissio cōple- bitur, quid erimus? quales erimus? Quæ bona in illo regno accepturi sumus, quādoquidem Christo morietē pro nobis tale iam pignus ac- cepimus: Qualis erit spiritus hominis? Nullū omnino habens uitū nec sub quo iaceat, nec cui cedat, nec contra qd saltem laudabiliter di- micet, pacatissima uirtute perfectus. Rerū tibi omnū quanta, q̄ speciosa quam certa scien- tia sine errore aliq̄ uel labore, ubi dei sapiētia de ipso suo fonte potabitur cū summa felicitate sine difficultate. Quale erit corpus qd omni- no spiritui subditū, & eo sufficēter uiuificatū, nullis alimonijs indigebit. Nō em̄ animale sed spiritale erit, habens quidē carnis, sed sine ulla carnali corruptione substantiā. Quod autē à patre sibi dicit datum calicē passionis, profer- to illud est quod ait Apost. Si deus pro nobis quis contra nos? Qui filio proprio non peper- cit sed pro nobis omnib. tradidit eum. Verum auctor calicis huius est etiā qui bibit. Vnde i-

dem Apost. item dicit. Christus dilexit nos & tradidit seipsum pro nobis oblationem & ho- stiā deo in odore suauitatis. Dicitū est enim ab apostolo. Qui me dilexit, & tradidit semet ipsum pro me. Dicitū est de patre. Qui filio pro- prio non pepercit, sed pro nobis omnib. tradi- dit illū. Si ergo pater filiū tradidit, & filius se- ipsum tradidit, Iudas quid fecit? Pater traden- do pro nobis ad mortē filium bene fecit. Chri- stus tradendo seipsum pro nobis bene fecit. Tra- dendo Iudas magistrū pro auaritia, fecit ma- le. Non em̄ quod nobis præstitū est de passio- ne Christi malitiā Iudæ deputabitur. Ille mer- cedē habebit malitiæ, Christus laudē gratiæ.

Quomodo non etiā cū illo omnia nobis donauit? Quid sibi uult quod cum pater diceret, Tu mecū es semper, addidit, Et mea omnia tua sunt? Qua in re primo cauendum est ne intelligas ita di- cum, omnia mea tua sunt, quasi non sint & fra- tris, ut tāquam in terrena hereditate patiaris angustias. Quomodo possint omnia esse ma- ioris si habet ibi etiam minor partē suam? Sic enim à perfectis & purgatis ac iam immortalibus filijs habentur omnia ut sint & omnū sin- gula, & omnia singulorum. Ut enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia cha- ritas tenet. Sed quomodo omnia? Num & an- gelos, ait aliquis, & uirtutes sublimes ac pote- states atq; uniuersa caelestia Dei mysteria de- us in possessionem tali filio subiecisse putā- dus est? Si possessionem sic accipias ut eius posses- sor ipse sit dominus, non utiq; omnia. Non em̄ domini erunt, sed confortes potius angelorū, de quibus dictum est. Aequales dei Angelis. Sin uero possessio sic intelligitur, quomodo re- cte dicimus possidere animas ueritatem, non inuenio cur non uere ac proprie possimus ac- cipere oīa quæ dicta sunt omnia. Nō em̄ illud ita loquimur ut dominas ueritatis animas di- camus, quā ab eis dicimus possideri. Aut si no- mine possessionis ab hoc sensu impedimur, id quoq; auferatur. Nō enim ait pater, omnia in possessionem tibi dabo, siue omnia mea possi- des uel possidebis, sed oīa mea tua sunt. Nec tamē ita sunt eius ut ipsius dei. Quod enim in nostra pecunia, potest in nostræ familiæ uel a- liamentum esse uel ornāmētum uel aliquid hu- iusmodi. Et certe cum ipsum patrem recte ille possit suū dicere, non uideo quæ ipsius recte sua uocare non possit diuersis duntaxat mo- dis. Cum enim beatitudinem illam obtinueri- mus, nostra erunt ad uiuendum superiora, no- stra erunt ad conuiuendum æqualia, nostra e- runt ad dominandum inferiora. Quis accusa- bit aduersus electos dei? Deus qui iustificat? Quis est qui con- demnet eū? Quæcunq; autē de ambiguis distin- ctionibus diximus, eadem obseruanda sunt & in ambiguis pronunciationibus. Nam & ipse nisi lectoris nimia uitiatur incuria, aut regu- lis fidei corriguntur, aut præcedentis uel con- sequentis connexionione sermonis, aut si neutru horum adhibetur ad correctionem, nihilomi- nus dubiæ remanebunt ut quolibet modo le-

Ex tractatu psalm. 65.

Ex li. quest. euang. 2.

Matth. 12.

Ex lib. de do. chr.

ctor pronunciauerit, non sit in culpa. Nisi em̄ reuocet fides qua credimus deum non accusa- turum aduersus electos suos, & Christum nō condemnaturum electos suos, potest illud sic pronunciarī. Quis accusabit aduersus electos dei ut hanc interrogationem quasi responsio consequatur deus qui iustificat. Et iterum in- terrogetur, quis est qui condēnet? Et respon- deatur, Iesus Christus qui mortuus est. Quod credere quia demeritissimum est, ita pronun- ciabitur ut præcedat percontatio, sequatur in- terrogatio. Inter percontationem autem et in- terrogationē hoc ueteres interesse dixerunt, quod ad percontationē multa respōderi pos- sunt, ad interrogationem uero aut non, aut e- tiam. Pronunciabitur ergo ita, ut post percon- tationem qua dicimus, quis accusabit aduer- sus electos dei? Illud quod sequitur sono in- terrogantis enuncietur, deus qui iustificat ut ta- cite respondeatur non. Et item percontemur, quis est qui condēnet? rursumq; interroge- mus, Christus Iesus qui mortuus est magis aut qui surrexit, qui est in dextera dei qui & inter- pellat pro nobis? ut ubiq; tacite respōdeatur, nō. At uero illo in loco ubi ait, Quid ergo di- cimus, quia gentes quæ non sectabantur iusti- tiam apprehenderunt iustitiam, nisi post per- cōtationem qua dicitur, Quid ergo dicimus, responsio subiiciatur, quia gentes quæ nō se- ctabantur iustitiam apprehenderunt iustiti- am, textus consequens non coharebit. Quali- bet autem uoce prænuncietur illud quod Na- thanael dixit. A Nazareth potest aliquid bo- ni esse, siue affirmantis, ut illud solum ad inter- rogationem pertinet quod ait, A Nazareth, siue totum cum dubitatione interrogantis, nō uideo quomodo discernatur, uterq; ergo sen- sus fidem non impedit. Est etiam ambiguitas in sono dubio literarum, & hæc quidē ad pro- nunciationem pertinet. Nam quod scriptū est, Non est absconditum à te os meum, quā te quod fecisti in abscondito, non elucet legenti utrū correpta ò litera pronunciet os an producta. Si enim corripiat ab eo quod sunt ossa, si au- tem producat ab eo quod sunt ora intelligi- tur numerus singularis. Sed talia linguæ præ- cedentis inspectione diiudicantur. Nā in gra- co non stoma, sed ostem positum est. Vnde plerumq; loquendi consuetudo uulgaris utili- or significandis rebus quam integritas litera- ta. Mallem quippe cum barbarissimo dici, non est absconditum à te ossum meum, quā ut i- deo esset minus apertum quia magis latinum est. Sed aliquando dubius syllabæ sonus etiam uicino uerbo ad eandem sententiam pertinē- te diiudicatur. Sicut est illud apostoli. Quæ præ- dico uobis sicut & prædixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Si autem tantummodo dixisset quæ predico uobis, ne- que subiunxisset, sicut prædixi, non nisi ad co- dicem præcedentis linguæ recurrendum esset ut cognosceremus utrū in eo quod dixit præ- dico producenda an corripienda esset syllaba

media. Nunc autē manifestum est producendā esse. Nō enim ait sicut prædixi, sed sicut præ- dixi. Non solum autē ista sed etiam illæ ambi- guitates, quæ nō ad distinctionem uel ad pro- nunciationem pertinent, similiter consideran- dæ sunt, qualis illa est ad Thesalonicenses. Pro- pterea consolati fratres sumus in uobis. Dubi- um enim utrum ò fratres, an hos fratres. Neu- trum autē horū est contra fidem, sed graeca lin- gua hos casus pares nō habet, & ideo illa in- spectare nunciatur uocatiuus, id est ò fratres. Quod si uoluisset interpret dicere, Propterea consolationem habuimus fratres in uobis, mi- nus seruitū esset uerbis, sed minus de senten- tia dubitaretur, aut certe adderetur nostri. Ne- mo enim fere ambigeret uocatiuū casum esse cū audiret, propterea consolati sumus fratres in uobis. Sed iā hoc periculosius permittitur. Ita factum est in illa ad Corinth. cū ait Apost. Quotidie morior per uestram gloriā fratres. Quam habeo in Christo Iesu. ait enim quidā interpret. Quotidie morior per uestram iuro- gloriam quia in graeco uox iurantis manifesta est sine ambiguo sono. Rarissime igitur & diffi- cillime inueniri potest ambiguitas in proprijs uerbis quantum ad libros diuinarum scriptu- rarum spectat, quam non aut circūstantia ip- sa sermonis qua cognoscitur scriptorum in- tentio, aut interpretū collatio, aut præceden- tis linguæ soluat inspectio.

Qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Caput nostrum ad dexteram patris inter- pellat pro nobis. Alia mēbra recipit: alia flagellat, alia mundat, alia consolatur, alia cre- at, alia uocat, alia reuocat, alia corrigit, alia re- integrat. Certe recte admonet mēbra sua ut sursum cor habeant. Audiant ergo & faciant, leuent ad illū quod male est in terra. Ibi enim non putrescit cor, si leuetur ad deum. Frumen- tū si haberes in inferioribus, ne putresceret le- uares ad superiora. Frumento tuo mutare que- ris locū, & cor permittis in terra putrescere? Frumentum leuares in superiora, cor leua in caelum. Et unde, inquis, possum? Iter tuum ad deum uoluntas tuā est. Amando accedis, ne- gligendo discedis. Stans in terra, in caelo es si diligas deum. Nō enim sic leuatur cor quomo- do leuatur corpus. Corpus ut leuetur locū mu- tat, cor ut leuetur, uoluntatem mutat.

Quis nos separabit à charitate dei. Tribulatio an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an gladius?

Spes quæ hic est, ad iustitiam pertinet, pere- grinationis nostræ. Ipsum Apostolum au- di. Adoptionem, inquit, expectantes in nobis, metipsis ingemiscimus adhuc. Vbi est gemitus? Iam potest dici illa felicitas de qua scriptu- ra dicit, trāsiet labor & gemitus. Ergo adhuc, inquit, in nobis metipsis ingemiscimus adop- tionem, expectantes redemptionem corpo- ris nostri. Adhuc ingemiscimus. Quare? Spe em̄ salui facti sumus. Spes autē quæ uidetur nō est spes. Quod enim uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per pati-

1. Cor. 15.

Ex tractatu psalm. 58.

Ex sermo. de: uerb. apost. 16.

1. Ioan. 1.

Roma. 1.

Ex lib. de ciui. dei 22.

Ex tractatu euang. 2. Ioan. 129.

Ephes. 5.

entiam expectamus. In hac ergo patientia martyres coronantur. Desiderabant enim quae non uidebantur: contemnebant quae ferebantur. In hac spe dicebant. Quis uobis separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Quia propter te. Et ubi est propter quem? Quia propter te inquit, mortificamur tota die. Propter te? Et ubi est, Beati qui non uiderunt & crediderunt? Ecce ubi est, in te est, quia & fides ipsa in te ipso est. An fallit nos Apost. qui dicit habitare Christum per fidem in cordibus nostris? Modo per fidem, tunc per spem, modo per fidem quandiu in uia, quandiu in peregrinatione. Quandiu enim sumus in corpore, peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus, non per spem. Si hoc est fides, quid erit spes? Audi quid erit. Ut sit deus omnia in omnibus. Quid est omnia? Quicquid hic quaerebas, quicquid hic pro magno habebas, ipse tibi erit. Iam enim exaltauit caput meum. Amabam manducare & bibere, ipse tibi erit cibus, ipse erit tibi potus. Volebas sanitate corporis frangi, transeuntem, ipse tibi immortalitas erit. Quarebas diuitias? Auare quid tibi sufficit? sed quid amabas? Gloria honores? Deus tibi erit gloria, cui & modo dicit. Gloria mea exaltas caput meum. Caput nostrum Christus est. Sed quid miraris? quod caput, & cetera membra. Tunc erit deus omnia in omnibus. Hoc modo credimus, hoc modo speramus: cum uenerimus tenebimus, & iam uisio erit non fides: cum uenerimus tenebimus, & iam res erit non spes. Charitas quid? Nunquid & ipsa modo est, & tunc non erit? Si amamus credendo & non uident, quomodo amabimus uident & tenent? Ergo charitas non tantum erit, sed perfecta erit sicut ait Apost. Fides, spes, charitas, tria haec: maior autem horum est charitas. Hanc habentes & in nobis nutrites securi illo adiuuante perferentes in illo dicamus. Quis nos separabit a charitate Christi? Donec ipse miser eam. Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Quonia propter te mortificamur tota die, deputati sumus ut oues occisionis. Et quis supportat? Quis omnia tolerat? Sed in his omnibus superamus. Unde? Per eum qui dilexit nos. Ergo si deus pro nobis, quis contra nos? Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis.]

IOAN. 20.

Psalm. 3.

1. Corin. 13.

Ex tractatu Psalm. 44

cem ergo martyrum audiamus in psal. Et uox martyrum uidete quae bonam causam habeat cum dicit propter te. Nam & ideo dominus addidit propter iustitiam cum diceret, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, ne quisquam persecutionem patiens ex ipsa poena quaereret gloriam, non bonam habens causam. Et hinc exhortatus uos, ait. Beati eritis cum uobis illa & illa fecerint homines propter nomen meum. Ipse nouit occulta cordis. quod est nouit occulta? Quonia propter te mortificamur tota die, deputati sumus uelut oues occisionis. Potes enim uidere mortificari hominem, quare mortificet nescis. Deus hoc nouit, res in occulto est. Sed dicit mihi aliquid. Ecce pro nomine Christi detinetur, nomen Christi confitentur. Nonne & heretici nomen Christi confitentur? Sed non tamen propter ipsum moriuntur. Prorsus in ipsa ecclesia dicam catholica putatis desuisse aut deesse posse qui causa uanae gloriae paterentur? Sed si non essent huiusmodi homines non diceret Apost. Si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Sciebat ergo posse esse quosdam qui hoc iactatione facerent non dilectione, ideo obscurum est, deus hoc solus uidet, nos non possumus. Ipse solus potest iudicare qui nouit occulta cordis. Quasi erant martyres Christum confitendo, tenuerunt moriendo. Magno lucro perdiderunt animas suas: foenum perdentes, corona uincentes. Corona inquam uincentes, & uita sine fine regnantes. Fit denique, imo factum est in eis quod dominus subsequenter adiecit, Et qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Qui perdidit, inquit, propter me, tota causa ibi est. Qui perdidit non quomodo cumque, non qualibet causa, sed propter me. Illi enim iam in prophetia dixerant martyres, Propter te mortificamur tota die. Propterea martyrem non facit poena, sed causa. Quando dominus passus est, tres cruces causa discreuit, inter duos latrones crucifixus erat. Hinc & inde facinorosi crucifixi, in medio ipse. Et tanquam illud lignum tribunal esset, insultantem damnauit, confitentem saluauit. Quid faciet iudicaturus qui hoc fecit iudicatus? Iam ergo discernebat cruces. Iam si poena interrogaretur, similis erat Christus latronibus. Sed interroget quis crucem, Christus quare crucifixus est? respondet nobis propter uos. Dicant illi & martyres, quonia propter te. Ipse propter nos, nos propter illum. Sed ipse propter nos, ut conferret nobis beneficium, nos propter illum non ad impediendum ei beneficium. Proinde in utroque nobis confisus est, & quod manat ex illo uenit ad nos, & quod fit propter illum redit ad nos. Ipse est enim de quo dicit anima quae laetatur in deo. Dixi domino deus meus es tu, quonia bonorum meorum non eges. Quid est enim bonorum meorum nisi a te datorum? Et quomodo eget aliquo bono a quo omne bonum datur? Quid ergo miramini fratres, si amatores dei martyres tanta pertulerunt ut acquirerent deum? Amatores

tores auri uidete quanta patientur. Hyemalibus asperitatibus se nauigando committunt. Sic feruerat avaritia, ut nulla formidet frigora. Iactantur uentis, suspenduntur fluctibus, in effabilibus periculis usque ad mortem agitantur. Dicant, & ipsi auro, propter te mortificamur tota die: dicant martyres Christo, propter te mortificamur tota die, dicant auari auro, propter te mortificamur tota die: uox similis, sed causa dissimilis. Ecce utriusque dixerunt, isti Christo, illi auro, propter te mortificamur tota die. Respondeant martyribus Christus. Si morieris inuenies me. Respondeat aurum auaris, si naufragaueris, & me perdes & te.

PRaeter haec autem mala huius uitae malis bonisque communia, habent in ea iusti etiam proprios quosdam labores suos quibus aduersus uitia militat, & in talium praefectorum tentionibus periculisque uersantur. Aliquando enim concitatus, aliquando remissus: non tamen desinit caro concupiscere aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, ut non ea quae uolumus faciamus omnem malam concupiscentiam consummando, sed ea nobis quantum diuinitus adiuti possumus non ei consentiendo subdamus uigiliis continuis excubantes, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, ne membra nostra exhibeantur iniquitatis arma peccato, ne oculus sequatur concupiscentiam, ne in hoc bello laborum periculisque plenissimo, uel de uiribus nostris speretur facienda uictoria, uel uiribus nostris facta tribuatur, sed eius gratia de quo ait apostolus. Gratias autem Deo qui dat nobis uictoria per dominum nostrum Iesum Christum. Qui & alio loco. In his, inquit, omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen qualiter uirtute praestandi uitae repugnemus, uel etiam uitia superemus & subiugemus, quando sumus in hoc corpore, nobis deesse non posse unde dicamus Deo. Dimitte nobis debita nostra. In illo autem regno ubi semper cum corporibus immortalibus erimus, nec praemia nobis erunt ulla, nec debita: quae nusquam & nunquam essent si natura nostra sicut recta creata est permaneret. Ac per hoc etiam noster iste confictus in quo periclitamur, & de quo nos uictoria nouissima cupimus liberari, ad uitae huius mala pertinet, quam tot tantorumque testimonio malorum probamus esse damnata.

Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque augeantur, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei quae est in Christo Iesu domino nostro.]

Adiamus ergo quem finem bonorum nobis praescribas, quo nos summo amore redere iubes. Diliges, inquit, dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Quid uis amplius? Et Paulus. Diligentibus, inquit, deum omnia procedunt in bonum. Dicit etiam ipsius dilectionis mo-

Matthe. 5.

1. Corin. 13.

Ex serm. in natali marty.

Matth. 10.

Psalm. 43.

tores auri uidete quanta patientur. Hyemalibus asperitatibus se nauigando committunt. Sic feruerat avaritia, ut nulla formidet frigora. Iactantur uentis, suspenduntur fluctibus, in effabilibus periculis usque ad mortem agitantur. Dicant, & ipsi auro, propter te mortificamur tota die: dicant martyres Christo, propter te mortificamur tota die, dicant auari auro, propter te mortificamur tota die: uox similis, sed causa dissimilis. Ecce utriusque dixerunt, isti Christo, illi auro, propter te mortificamur tota die. Respondeant martyribus Christus. Si morieris inuenies me. Respondeat aurum auaris, si naufragaueris, & me perdes & te.

Ex lib. de ci. dei. 22. ca. 23.

1. Cor. 13.

Math. 6.

Ex li. de moribus ec. ca. tholicae Mat. 22.

Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.]

PRaeter haec autem mala huius uitae malis bonisque communia, habent in ea iusti etiam proprios quosdam labores suos quibus aduersus uitia militat, & in talium praefectorum tentionibus periculisque uersantur. Aliquando enim concitatus, aliquando remissus: non tamen desinit caro concupiscere aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, ut non ea quae uolumus faciamus omnem malam concupiscentiam consummando, sed ea nobis quantum diuinitus adiuti possumus non ei consentiendo subdamus uigiliis continuis excubantes, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, ne membra nostra exhibeantur iniquitatis arma peccato, ne oculus sequatur concupiscentiam, ne in hoc bello laborum periculisque plenissimo, uel de uiribus nostris speretur facienda uictoria, uel uiribus nostris facta tribuatur, sed eius gratia de quo ait apostolus. Gratias autem Deo qui dat nobis uictoria per dominum nostrum Iesum Christum. Qui & alio loco. In his, inquit, omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen qualiter uirtute praestandi uitae repugnemus, uel etiam uitia superemus & subiugemus, quando sumus in hoc corpore, nobis deesse non posse unde dicamus Deo. Dimitte nobis debita nostra. In illo autem regno ubi semper cum corporibus immortalibus erimus, nec praemia nobis erunt ulla, nec debita: quae nusquam & nunquam essent si natura nostra sicut recta creata est permaneret. Ac per hoc etiam noster iste confictus in quo periclitamur, & de quo nos uictoria nouissima cupimus liberari, ad uitae huius mala pertinet, quam tot tantorumque testimonio malorum probamus esse damnata.

Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque augeantur, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei quae est in Christo Iesu domino nostro.]

Adiamus ergo quem finem bonorum nobis praescribas, quo nos summo amore redere iubes. Diliges, inquit, dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Quid uis amplius? Et Paulus. Diligentibus, inquit, deum omnia procedunt in bonum. Dicit etiam ipsius dilectionis mo-

tores auri uidete quanta patientur. Hyemalibus asperitatibus se nauigando committunt. Sic feruerat avaritia, ut nulla formidet frigora. Iactantur uentis, suspenduntur fluctibus, in effabilibus periculis usque ad mortem agitantur. Dicant, & ipsi auro, propter te mortificamur tota die: dicant martyres Christo, propter te mortificamur tota die, dicant auari auro, propter te mortificamur tota die: uox similis, sed causa dissimilis. Ecce utriusque dixerunt, isti Christo, illi auro, propter te mortificamur tota die. Respondeant martyribus Christus. Si morieris inuenies me. Respondeat aurum auaris, si naufragaueris, & me perdes & te.

PRaeter haec autem mala huius uitae malis bonisque communia, habent in ea iusti etiam proprios quosdam labores suos quibus aduersus uitia militat, & in talium praefectorum tentionibus periculisque uersantur. Aliquando enim concitatus, aliquando remissus: non tamen desinit caro concupiscere aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, ut non ea quae uolumus faciamus omnem malam concupiscentiam consummando, sed ea nobis quantum diuinitus adiuti possumus non ei consentiendo subdamus uigiliis continuis excubantes, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, ne membra nostra exhibeantur iniquitatis arma peccato, ne oculus sequatur concupiscentiam, ne in hoc bello laborum periculisque plenissimo, uel de uiribus nostris speretur facienda uictoria, uel uiribus nostris facta tribuatur, sed eius gratia de quo ait apostolus. Gratias autem Deo qui dat nobis uictoria per dominum nostrum Iesum Christum. Qui & alio loco. In his, inquit, omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen qualiter uirtute praestandi uitae repugnemus, uel etiam uitia superemus & subiugemus, quando sumus in hoc corpore, nobis deesse non posse unde dicamus Deo. Dimitte nobis debita nostra. In illo autem regno ubi semper cum corporibus immortalibus erimus, nec praemia nobis erunt ulla, nec debita: quae nusquam & nunquam essent si natura nostra sicut recta creata est permaneret. Ac per hoc etiam noster iste confictus in quo periclitamur, & de quo nos uictoria nouissima cupimus liberari, ad uitae huius mala pertinet, quam tot tantorumque testimonio malorum probamus esse damnata.

Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque augeantur, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei quae est in Christo Iesu domino nostro.]

Adiamus ergo quem finem bonorum nobis praescribas, quo nos summo amore redere iubes. Diliges, inquit, dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Quid uis amplius? Et Paulus. Diligentibus, inquit, deum omnia procedunt in bonum. Dicit etiam ipsius dilectionis mo-

tores auri uidete quanta patientur. Hyemalibus asperitatibus se nauigando committunt. Sic feruerat avaritia, ut nulla formidet frigora. Iactantur uentis, suspenduntur fluctibus, in effabilibus periculis usque ad mortem agitantur. Dicant, & ipsi auro, propter te mortificamur tota die: dicant martyres Christo, propter te mortificamur tota die, dicant auari auro, propter te mortificamur tota die: uox similis, sed causa dissimilis. Ecce utriusque dixerunt, isti Christo, illi auro, propter te mortificamur tota die. Respondeant martyribus Christus. Si morieris inuenies me. Respondeat aurum auaris, si naufragaueris, & me perdes & te.

PRaeter haec autem mala huius uitae malis bonisque communia, habent in ea iusti etiam proprios quosdam labores suos quibus aduersus uitia militat, & in talium praefectorum tentionibus periculisque uersantur. Aliquando enim concitatus, aliquando remissus: non tamen desinit caro concupiscere aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, ut non ea quae uolumus faciamus omnem malam concupiscentiam consummando, sed ea nobis quantum diuinitus adiuti possumus non ei consentiendo subdamus uigiliis continuis excubantes, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, ne membra nostra exhibeantur iniquitatis arma peccato, ne oculus sequatur concupiscentiam, ne in hoc bello laborum periculisque plenissimo, uel de uiribus nostris speretur facienda uictoria, uel uiribus nostris facta tribuatur, sed eius gratia de quo ait apostolus. Gratias autem Deo qui dat nobis uictoria per dominum nostrum Iesum Christum. Qui & alio loco. In his, inquit, omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen qualiter uirtute praestandi uitae repugnemus, uel etiam uitia superemus & subiugemus, quando sumus in hoc corpore, nobis deesse non posse unde dicamus Deo. Dimitte nobis debita nostra. In illo autem regno ubi semper cum corporibus immortalibus erimus, nec praemia nobis erunt ulla, nec debita: quae nusquam & nunquam essent si natura nostra sicut recta creata est permaneret. Ac per hoc etiam noster iste confictus in quo periclitamur, & de quo nos uictoria nouissima cupimus liberari, ad uitae huius mala pertinet, quam tot tantorumque testimonio malorum probamus esse damnata.

Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque augeantur, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei quae est in Christo Iesu domino nostro.]

Adiamus ergo quem finem bonorum nobis praescribas, quo nos summo amore redere iubes. Diliges, inquit, dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Quid uis amplius? Et Paulus. Diligentibus, inquit, deum omnia procedunt in bonum. Dicit etiam ipsius dilectionis mo-

Ex li. con. Eusebium Nic. nich. eum Galat. 3.

Roman. 7.

1. Cor. 13.

Roman. 10.

credam fabulā uanam & longam contra Paulum narranti, an Paulo pramonēti, Si quis uobis euāgelizauerit prater quā quod euāgelizauimus uobis, anathema sit; Sic ergo pepercit illi gēti ut nō accēderet oēm irā suā ad eam penitus eradicandā atq; finiedā. Quod in uerbis eius & intercessione p peccatis eorū Moy si serui eius euidenter apparet, ubi dicit deus, deleā eos & faciā te in gentē magnā. Ille intercedit paratior deleri p ipsos q̄ ipsos, sciens apud miser cordē se id agere q̄ quoniam nullo modo deleret ipsum, etiā illis parceret, ppter ipsum. Si non Moyses electus eius stetit in cōfractiōe in cōspectu ei⁹ nō ita dixit stetit se in cōfractiōe in cōspectu eius, quasi ut frangerent irā dei: sed in cōfractiōe, id est in pla ga qua erant illi feriendi, obiecit semetipsum pro eis dicens. Si dimittis illis peccatum dimitte: sin autem, dele me de libro tuo. Vbi demonstratum est intercessio sanctorum quantum pro illis ualeat apud Deū: securus enim Moyses de iustitia dei que eū delere nō posset, impetrauit misericordiā ne illos quos iuste posset deleret. Ita stetit in cōfractiōe in cōspectu eius ut auerteret irā eius ne disperderet eos. Ille ergo rex eius qui eam fundauit, altissimus ipse in ea homo factus est humilimus. De Christo enim dictum est, cum laudaretur excellentia populi primī & delerentur fracti ramī naturales. Quorū patres & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Ex quibus Christus secundum carnem tanquam ex Siō, quia homo factus est in ea qui est super omnia Deus benedictus in secula, quia ipse fundauit eam altissimus. Ex quibus Christus secundum carnem filius Dauid qui est super omnia Deus benedictus in secula dominus Dauid. Quā uis nec sic quidem (inquit) dignum erit ex utero credere Deum & dominum Christianorū quasi nos ipsam diuinam naturam ex foemina utero extitisse credamus. Non ne modo commemorati apostoli testimonium ubi ait de Iudais, Quorum patres & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus in secula: Christus ergo dñs & saluator noster filius dei uerus secundum diuinitatem, & filius hominis uerus secundum carnem, nō ex eo quod est super omnia benedictus in secula ex foemina natus est, sed ex illa infirmitate quā suscepit ex nobis ut in ea morerē p nobis, & eā sanaret in nobis, nō ex forma dei, in qua eū esset, nō rapinā arbitratus est esse aequalis deo natus ex foemina est, sed ex forma serui quā accipiendo semetipsum exinaniiuit. Neq; eū ob aliud exinanisse se dicitur est, nisi accipiendo formā serui nō amittēdo formā dei. Illa eū natura quae in forma dei aequalis est patri incōmutabiliter permanente suscepit mutabilem nostram per quam de uirgine nate cretur.

Non autem quod exciderit uerbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitae: neq; qui semen sunt Abrahæ omnes filij sunt Abrahæ, sed in Isaac uocabitur tibi semen, id est

non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis estimantur in semine. Promissionis enim uerbum hoc est. Secū dum hoc tempus ueniam & erit Saræ filius.]

Dixerat Abrahæ deus cum de ancilla & filio eius foras eijciendis uoluntatem conuigis nollet implere. In Isaac uocabitur tibi semen. Et certe ibi sequitur ac dicitur. Et filium autem ancillæ huius in magnam gentem faciam illum quia semen tuum est. Quomodo ergo dictum est, in Isaac uocabitur tibi semen, cum & Ismaelem Deus semē eius uocauerit? Exponens autē Apōsto. qd sit in Isaac uocabitur tibi semē, id est, inquit, non q̄ filij carnis, hi filij Dei, sed filij promissionis deputatur in semine. Ac per hoc filij promissionis ut sint semen Abrahæ in Isaac uocatur, hoc est in Christum uocante gratia congregantur. Volens igitur beatus Paulus ostendere quod ea quae promisit deus potens est & facere, ubi maxime commendatur gratia cuius estis inimici. Neq; enim in potestate hominum est ut Deus impleat quae promisit, & non ipse qui promisit. Volens ergo id ostendere, Non potest, inquit, excidere uerbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitae, neque qui semē sunt Abrahæ omnes filij sunt Abrahæ, sed in Isaac uocabitur tibi semen. Hoc est, non qui filij carnis, hi filij dei, sed filij promissionis deputantur in semen. Promissionis enim uerbum hoc est. Ad hoc tempus ueniā, & erit Saræ filius. Tene mente filios promissionis, quoniam qui promisit potens est & facere. Contra deū enim loquimini dicendo, nos facimus, quod ille facturū se esse promisit. In Isaac quippe qui Abrahæ promissus est filius, ij prefigurati sunt non qui seipos iustos, sed quos deus fuerat ipse facturus. Vnde uniuersa per prophetam dicit ecclesiae. Ego enim sum dominus qui facio. Propter quod & filij promissionis uocantur. Neq; enim nesciebat quid loqueretur tantus Apōstolus, qui duo testamenta in ancilla & libera allegorica significatione distincta esse dicebat, ueteri filios carnis, nouo filios promissionis attribuens. Non qui filij carnis, inquit, hi filij dei, sed filij promissionis deputantur in semen. Filij ergo carnis pertinent ad terrenā Hierusalem, quae seruit cum filiis suis, filij autē promissionis ad eam quae sursum est liberam matrem nostram aeternam in caelis. Vnde perspicitur quā ad regnum terrenum, & qui pertinent ad regnum caelorum. Istam distinctionē qui etiam illo tempore per dei gratiam intelligentes filij promissionis effectū sunt, noui testamenti haeredes in occulto dei consilio deputati sunt, etiam si uetus testamentum pro temporum distributione diuinitus datum populo ueteri congruenter ministrauerunt.

Non solum autem illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid egissent bonum aut malum, ut secundū electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est, quia maior seruiet minori. Sicut scriptum est. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quando enim dictum est,

Ex libro, de ciui. dei, 10.

Ex lib. con. Iulianum, 1.

Ex lib. de gest. Pelā.

Ex lib. de ciui. dei 10.

est, In Isaac uocabitur tibi semen, pertinens utique semē ad ciuitatē dei, separatim est inde aliud semen Abrahæ quod erat in ancilla filio, & quod futurū erat in filiis Cethure: sed ad huc erat ambiguum de duobus geminis filiis Isaac, ad utrumq; an ad unum eorum illa benedictio pertineret: & si ad unum, quānam esset illorum. Quod tūc declaratū est cū prophetice à patre benedicatur Iacob. Non itaq; misericordiae gratuita dei pertinacissima aduersetur infania, sinant filium hominis in qualibet aetate querere & saluū facere quod perierat, nec de inscrutabilibus iudicijs eius audeant iudicare cur in una eadēq; causa super aliū ueniat misericordia eius, super aliud maneat ira eius. Qui enim sunt isti qui respondeant deo, quandoquidem illi Rebecca habenti geminos ex uno concubitu Isaac patris nostri, cum illi nondum nati nihil egissent boni uel mali, ut secundum electionem, scilicet gratiae non debiti electionem qua eligēdos facit ipse nō inuenit, non ex operibus sed ex uocante dicit minori seruiturum esse maiorem. In quam sententiam beatus apōstolus etiam testimoniū unū propheticū longe posterioris assumpsit. Iacob dilexi, Esau autē odio habui. ut intelligeret hoc apertum postea per prophetam quod antequā illi nasceretur erat in dei praedestinatione per gratiā. Quid em diligebat in Iacob antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitū gratiae suae donū? Et quid oderat in Esau antequā natus fecisset aliquid boni uel mali, nisi originale peccatū? Nā nec in illo diligeret iustitiam quam nullā illi fecerat, neq; odisset in isto naturā quā bonā ipse fecerat. Cū enim re stupendam proposuisset quomodo de nondū natis nec aliquid agētibus boni aut mali recte dici potuerit quod unū deus dilexerit, alterū odio habuerit, ipse sibi obiecta quaestione motum exprimens aditoris. Quid ergo dicemus, inquit: nunquid iniquitas est apud deum? Absit.]

Hic ergo erat locus ut diceret qd isti sentiunt, futura enim deus opera prouidebat, quādo minori maiorē seruiturū esse dicebat. Non autem hoc apōstolus dicit, sed potius ne quisquam de suorum operum meritis audeat gloriari, ad dei gratiam & gloriam commendandam uoluit ualere quod dicit. Cum enim dixisset, absit ut sit iniquitas apud deū, tanquā ei diceremus, unde hoc ostendis, cum afferas non ex operibus sed ex uocante dictum esse maior seruiet minori? Moysi enim dicit, inquit, Miserebor cui miserus ero, & misericordiā praestabo cui misericors fuero. Igitur nō uolentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Vbi nūc merita? Vbi opera uel praeterita uel futura tanquā liberij arbitrij uirib. adimpleta siue adimpleda? Nōne aperta ptulit apōstol. de gratuite gratiae (hoc ē uerū gratiae) cōmendati one sententiā? Nōne stultā fecit deus heretico eorū sapientiam? Quid autē agebat ut hoc apōstol. diceret ut eorū geminorū cōmemoraret exemplū quid perstraderemoliebatur: qd inculcare cupiebat? Nēpe hoc qd ipsorū oppugnat

Ex epi. ad Sixtū pres.

Ex lib. de gest. Pelā.

amētia qd superbi nō capiūt, qd sapere nolūt, q ignorātes dei iustitiā & suā uolētes cōstitue re iustitiē dei nō sunt subiecti. De ipsa quippe gratia satis agebat apōstol. & ideo, pmissionis filios cōmemorabat. Quod em promittit deus, non facit nisi deus. Cōmendans ergo promissionis filios, hoc prius significatum ostendit per Isaac filiū Abrahæ. Euidētius namq; apparet opus dei in eo quē nō genuit uilitatus ordo natura de sterilibus uiscerib. & senectute cōfectis, ut in filiis dei q̄ futuri preuēciabūt, hoc esset diuini operis nō humani. In Isaac, inquit, uocabitur tibi semē. hoc est, nō q̄ filij carnis hi filij dei, sed filij, pmissionis deputatur in semē. Promissionis em uerū hoc ē Ad hoc tēpus ueniā & erit Saræ filius. Nō solum autē (ingit) sed & Rebecca ex uno cōcubitu habēs Isaac patris nostri. Quo pertinuit ut adderet ex uno cōcubitu, nisi ut nō solum de suis neq; de parētū meritis aliorū, sed nec de ipsius quidē unius patris mutata forte in melius uolūate gloriaretur Iacob, dicēs ideo se à creatore dilectū, quia pater eius quādo eū semināuit meliorib. laudabilior moribus fuit. Ex uno, ingit, cōcubitu. Vnū tūc ad eos seminādos meritū patris, unū ad cōcipiēdos meritū matris, quia et si mater eos donec pareret uiscerib. portauit inclusos, & forte uolūtates affectionesq; uariāuit, nō ut ni sed ambob⁹ utiq; uariāuit q̄s pariter uentre portauit. Intētio ergo intue da ē apōst. quōdo propter gratiā cōmendandā nolit eū de q̄ dicitū est. Iacob dilexi, nisi in domo gloriari: ut eū ex eodē patre, eadē matre, uno concubitu antequā aliqd egissent boni uel mali, alterū deus diligit, alterū odit, intelligat Iacob ex ipsa massa originalis iniquitatis, ubi fratres eū q̄ habuit cōmunē causam uidet per iustitiā meruisse dānari, nō nisi per gratiā se potuisse discerni. Nondū em nascētibus, ingit, nec aliquid agētibus boni uel mali, ut secundū electionē, ppositū dei maneret, nō ex operib. sed ex uocante dicitū est ei, maior seruiet minori. Electionē autē gratiā nullis fieri operū praecedētib. meritis, alio loco aptissimē idē apōsto. Sic ergo, inquit, & in hoc tēpore reliquā p electionē gratiā saluā factae sunt. Si autē gratiā, iā nō ex operib. Alioqui gratiā iā nō est gratiā. Secundū ergo hāc gratiā cōmendandā testimonij cōsequatur assumēs. Sicut scriptū est, ingit, Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Et cōtinuō. Quid ergo dicemus, inquit: Nunquid iniquitas apud deū? Absit. Sed quare absit? An propter opera quae futura prouidebat ambob⁹? Immo & absit hoc. Moysi em dicit. Miserebor cui miserus ero: & misericordiā praestabo, cui misericors fuero. Igitur nō uolētis neq; currētis sed miserētis est dei. Atq; in uasis quae pfecta sunt ad perditionē quae dānate debita est massa, agnoscat uasa ex eadē massa i honore facta qd eis misericordia diuina largita sit. Dicit enim, inquit, scriptura Pharaoni. Quia ad hoc te excitauit ut ostendā in te potentiam meam, & ut glorificetur nō meum in uniuersa terra.] Deniq; ad utrumq; concludit.

Roma, 11.

Ergo

Ergo cuius uult miseretur, & quem uult obdurat. Hoc facit apud quem non est iniquitas. Miseretur itaque gratuito dono, obdurat autem iustissimo merito. Sed dicat adhuc superbi & infidelis elatio, uel puniti damnabilis excusatio. *Dicis enim itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? Nā uoluntati eius quis resistit?*

Dicatur & audiat quod conuenit homini. *O homo tu quis es qui respondeas deo?*

Audiat hæc & non contemnat. Quod si contempserit, etiam ut contemneret se inueniat obduratum. Si autem non contempserit, etiam ut non contemneret se credat adiutum: sed obduratum debite adiutum gratis. Quoniam namque se iusti excusabunt modo. Nempe illo quæ breuiter tanquam ex eorum uoce sibi obiecit Apostolus, ut dicant. Quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit? Hoc est enim dicere. Quid de nobis sit querela quod deum offendamus male uiuendo, cum ipsius uoluntati nemo possit resistere, qui nos obdurauit misericordiam non præstando? Si ergo illos non pudet hac excusatione non nobis sed apostolo contradicere, cur nos pigeat eis quod dixit apostolus, hoc idem atque itidem dicere? *O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa utique merito recteque damnata facere aliud uas in honorem indebitum propter misericordiam gratiam, aliud in contumeliam debitum propter iram iustitiam: & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiam, sic ostendens quid eis largiatur, cum id supplicium recipiant uasa iræ quod patitur omnibus, debebatur? Satis sit interim Christiano ex fide adhuc uiuenti & nondum certanti quod perfectum est, sed ex parte scienti, nosse uel credere quod neminem deus liberet nisi gratuita misericordia per dominum nostrum Iesum Christum, & neminem damnat nisi æquissima ueritate per eundem dominum nostrum. Cur autem illum potius quam illum liberet, aut non liberet, scrutetur qui potest iudiciorum eius tam magnum profundum, uerum tamen caueat precipitium. Nunquid enim iniquitas apud deum? Absit. Sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Hic ista iterum liberi arbitrij defensores immo deceptores quia inflatores, & inflatores quia præsumptores non aduersum nos sed aduersum euangelium locuturi quid aliud dicent quam id quod Apostolus sibi quasi a talibus dicere tur obiecit? *Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit? Hæc contradictionem sibi metipsum tanquam ab altero opposuit, uelut ex horum uoce qui nolunt accipere quod superius dixerat, ergo cuius uult miseretur & quem uult obdurat. Talibus itaque cum Apostolo dicamus, non enim melius illo inuenire possumus quid dicamus. O homo tu quis es qui respondeas deo? Quia inus enim meritum obdurationis, & inuenimus. Me**

rito namque peccati uniuersa massa damnata est. Nec obdurat deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. Quibus enim non impertitur, nec digni sunt nec merentur: ac potius ut non impertatur hoc digni sunt, hoc merentur. Quærimus autem meritum misericordiam nec inuenimus, quia nullum est: ne gratia euacuetur si non gratis donatur sed meritis redditur. Si enim dixerimus fidem præcessisse in qua esset meritum gratiam, quid meriti habebat homo ante fidem ut acciperet fidem? Quid enim habet quod non accepit? Si autem accepit, quid gloriatur quasi non accepit? Sicut non haberet homo sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, timorem dei, nisi secundum propheticum eloquium, accepisset spiritum sapientiam & intellectum, consilium & fortitudinis, scientiam & pietatis, & timoris dei, sicut non haberet uirtutem, charitatem, continentiam nisi accepto spiritu de quo dicit apostolus, Non enim accepimus spiritum timoris sed uirtutis & charitatis & continentiam, ita non haberet fidem nisi accepisset spiritum fidei. De quo ipse dicit. Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est. Credidi propter quod & locutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur. Non autem merito accipi sed misericordia eius qui cuius uult miseretur, manifestissime ostendit ubi de seipso ait. Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem.

Item lectionis eiusdem explanatio.

Non solum autem sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Non solum autem, inquit, Isaac promissus est cum dictum est, Ad hoc tempus ueniam & erit Saræ filius: qui utique nullis operibus promeruerat deum ut nasciturus promitteretur, ut in Isaac uocaretur semen Abraham, id est illi pertinerent ad sortem sanctorum que in Christo est, qui se intelligerent filios promissionis, non superbientes de meritis suis sed gratiam uocationis deputantes quod coheredes essent Christi. Cum enim promissum est ut essent, nihil utique meruerunt qui nondum erant. Sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri, Vigilantissime ait, Ex uno concubitu. Gemini enim concepti erant, ne uel paternis meritis tribueretur si quisquam forte diceret, ideo talis natus est filius, quia pater erat ita affectus illo in tempore cum seuit in utero matris, aut erat ita mater affecta cum concepit. Simul enim ambo sunt uno tempore concepti. Quod autem dictum est, Maior seruiet minori, nemo fere non strorum aliter intellexit quam maiorem populum Iudeorum minori Christiano populo seruiturum. Et reuera quamuis in gente Idumeorum que nata est de maiore, cui duo nomina erant, n. am & Esau uocabatur & Edom, unde Idumæi, hoc uideri possit impletum, quia postea superanda erat a populo qui ortus est ex minore id est Israelitico, cui futura fuerat subiecta, tamen in aliquid manus intentam fuisse istam

Roma. 1.

Ex lib. de ciu. dei. 10.

istam prophetiam qua dictum est, populus populum superabit, & maior seruiet minori, conuenientius creditur. Et quid est hoc nisi quod in Iudeis & Christianis euidenter impletum, & continuo? Quid enim dicemus? inquit, Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Sed quare absit? An propter opera que futura præuidebat amborum? Immo & hoc absit.

Moyse enim dicit miserabor & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est Dei.

Ex li. con. Iulianum. 1.

Hoc si attenderes, non extenderes contra gratiam merita uoluntatis, ubi audis. Neque uolentis neque currentis sed miserentis est dei. Non ergo ideo miserus est deus quia uoluit & cucurrit Iacob, sed ideo uoluit & cucurrit Iacob quia miserus est deus. Paratur enim uoluntas a domino, & a domino gressus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Deinde quia propter Iacob dicta est sententia ista generalis, non uolentis neque currentis sed miserentis est Dei, datur etiam exemplum de Pharaone propter id quod dictum est. Esau autem odio habui, & subicitur.

Psalm. 35.

Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia ad hoc te excitauit ut ostendam in te uirtutem meam & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Post hæc ad utrumque concluditur. Ergo cuius uult miseretur, & quem uult obdurat. Sed miseretur utique secundum gratiam que gratis datur non meritis redditur: obdurat autem secundum iudicium quod meritis redditur. De massa quippe damnata facere uas in honorem, manifesta est gratia: facere autem in contumeliam uas, iustum iudicium est. Neque enim quomodo dictum est, non uolentis neque currentis sed miserentis est dei, ita etiam dictum est, non uolentis neque currentis sed obduratis est dei, unde datur intelligi quod in fra utrumque posuit. Ergo cuius uult miseretur & quem uult obdurat, ita sententiæ superioris posse congruere, ut obduratio dei sit nolite misereri, ut non ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed tantum quo melior sit non irrogetur. Quod si sit nulla distinctione meritorum, quis non erumpat in eam uocem quam sibi ipse obiecit apostolus. *Dicis itaque mihi, quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit?*

Ex lib. ad Simpl. epif.

Conqueritur enim deus saepe de hominibus, sicut per innumerabiles apparet scripturarum locos, quod noluit credere & recte uiuere. Unde & fideles & facientes uoluntatem eius conseruari dicuntur sine quærela, quod de illis non quærat scriptura. Sed quid conuenerit? ait, Nā uoluntati eius quis resistit? Quando cuius uult miseretur & quem uult obdurat. Huius impudentiam quæstionis ita retundit Apostolus. O homo tu quis es qui respondeas deo? Sic eum responderet deo cum ei displiceret quod de peccatoribus conuenerit deus, quasi quem quam cogat peccare deus cum ipse neminem peccare cogat, sed tantummodo quibusdam peccantibus misericordiam iustificationis suæ non largiatur, & ob hoc dicatur obdurare peccan-

tes quosdam quia non eorum miseretur, non quia impellit ut peccent. Eorum autem non miseretur quibus misericordiam non esse præbendam æquitate occultissima & ab humanis sensibus remotissima iudicat. Et si hoc mouet quod uoluntati eius nullus resistit, quia cui uult subuenit, & quem uult deserit, cum & ille cui subuenit, & ille quem deserit ex eadem massa sint peccatorum, & quamuis debeat uterque supplicium, ab uno tamē exigatur, alteri donec: si ergo hoc mouet, O homo tu quis es qui respondeas deo? Arbitror enim sub eadem significatione positum quod dicitur est o homo, sub qua & illud dicitur. Nonne homines estis & secundum hominem ambulatis?

Nunquid dicit figmentum ei qui se fecit, quare sic me fecisti? Aut non habet potestatem figulus luti ex eadem massa aliud quidem facere uas in honorem, aliud in contumeliam?

Vbi uniuersa ista massa merito damnata est, contumeliam reddit debitam iustitia, honorem donat indebitum gratia, non merito: rum prerogatiua, non fatali necessitate, non temeritate fortunæ, sed altitudine diuitiarum sapientiam & scientiam dei. Quam non aperit, sed clausam miratur apostolus clamans, O altitudo diuitiarum sapientiam & scientiam Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Quid apostolo respondetur? Inquit, Nonne geminos ad documentum gratuita gratiam commemorandos uideret, Nondum enim natis, inquit, nec aliquid agentibus boni uel mali, ut secundum electionem propositum dei moneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est, Quia maior seruiet minori: Deinde adiungens testimonium prophetae longe post quidem ista dicentis, sed tamen de hac re antiquum Dei consilium declarantis. Sicut scriptum est, inquit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Nempe doctor gentium in fide & ueritate istos geminos nondum natos nihil boni aut mali egisse testatur ut gratia commendetur, ut quod dictum est maior seruiet minori, non ex operibus sed ex uocante dictum intelligatur, ut secundum electionem propositum dei maneret, non meritum hominis anteiret. Non enim dicit electionem uoluntatis humane siue nature, cum par esset in utroque mortis damnationisque conditio, sed electionem proculdubie gratiam, quæ non inuenit eligendos, sed facit. Vidit utique quid his auditis humana posset infirmitas uel ignorantia cogitare, & eandem quæstionem sibi ipsi proponens, Quid ergo dicemus? (inquit) Nunquid iniquitas est apud Deum? Continuo respondit. Absit. Rationemque reddens cur absit, id est cur non sit iniquitas apud deum, non ait: merita enim uel opera iudicat esse paruulorum, etiam si adhuc sint in materno utero constituti. Quomodo enim hoc diceret qui iam dixerat de nondum natis & de his qui nihil adhuc egerat boni aut mali, quod non ex operibus sed ex uocante dictum sit, maior seruiet minori? Sed ex uel let ostendere cur in his non sit iniquitas apud deum, Moyse enim inquit, miserabor cui miser-

Ex epi. ad Sixtum pres.

Roma. 11.

Ex lib. ad Bonifacium con. Pelagianos

tus ero, & misericordiam prestabo cui misericors fuero. Quid nos hic docuit, nisi ex illa massa primi hominis cui merito mors debetur, non ad merita hominum sed ad dei misericordiam pertinere quod quisque liberatur? Atque ita non esse iniquitatem apud deum, quia neque remittendo neque exigendo quod debetur iniustus est: Ibi enim grata est indulgentia, ubi iusta posset esse uindicta. Ut hinc euidentius appareret a poena debita liberato & gratis iustificato quantum beneficii conferatur, quod alter aequaliter reus sine punientis iniquitate puniatur. Denique subiungit & dicit. Igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est dei. Hoc propter eos dictum est qui per gratiam liberati iustificati sunt. Propter eos autem super quos ira dei manet, quia & ipsis bene utitur deus ad docendos alios quos liberare dignatur, subiungit atque ait. Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia ad hoc te excitaui, ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Denique ad utrumque concludens. Ergo, inquit, cui uult miseretur, & quem uult obdurat. Profecto neutrum aliqua iniquitate, sed utrumque misericordia & ueritate, & adhuc tamen audax mouetur infirmitas, eorum scilicet qui secundum coniecturas cordis humani in scrutabilem altitudinem iudiciorum dei cogitare conantur. Hac sibi ex aduerso opponens Apostolus ait. Dicis itaque mihi. Quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit? Nobis enim hoc uoluntati eius quis resistit? Quid ergo aliud quam quod respondit Apostolus respondere debemus? Aut & si nos talia mouent, quia & nos homines sumus. simul oportet omnes audias dicentem. O homo tu quis es qui respondas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit. Quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus lutum ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliam? Hac massali esset utique media, ut quemadmodum nihil boni, nec mali aliquid mereretur, non frustra uideretur iniquitas ut ex ea fieret uasa in contumeliam. Cum uero per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem uniuersa deluxerit, proculdubio quod ex ea sunt uasa in honorem non ipsius iustitiae quae gratiam nullam precessit, sed dei misericordiae est: quod uero in contumeliam non iniquitati dei, quae absit ut sit apud deum, sed iudicio deputandus est. Hoc quisque cum ecclesia catholica sapit, non contra gratiam pro meritis disputat, sed misericordiam & iudicium cantat, ut nec misericordiam recuset ingratus, nec iudicium accuset inuitus.

Item de eadem lectione.

Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid egissent bonum aut malum. Cum Isaac deum roganti ut pareretur ei quae sterilis erat, concessisset dominus quod petebat, atque haberet illa conceptum, gessit ebat gemini adhuc in utero eius conclusi. Quia molestia cum ageretur, dominum interrogauit accepitque responsum. Dux

gentes in utero tuo sunt, & duo populi de uentre tuo separabuntur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Quod Apostolus magnum uult intelligi gratiae documentum, quia nondum illis natis, nec aliquid agentibus boni seu mali, sine ullis meritis eligitur minor, maiore reprobato: quando proculdubio quantum attinet ad originale peccatum ambo pares erant, quantum autem ad proprium, alicuius eorum nullum erat. An forte illud iam explosum repudiatumque sentiendum quod anima prius in caelesti habitatione peccantes gradatim atque paulatim ad suorum meritorum corpora ueniant, ac pro antegesta uita magis minusue corporis pestibus affligantur? Cui opinioni quauis sancta scriptura aperitissime contradicat; quae cum gratiam commendaret, nondum natis, inquit, neque quia aliquid egerint boni aut mali, ut secundum electionem propositionem dei maneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est quod maior seruiet minori: nec ipsi tamen qui hoc sentiunt euadunt huius questionis angustias, sed in eis coarctati & herentes, similiter O altitudo exclamare coguntur. Vnde enim fit ut homo ab ineunte pueritia modestior, temperatior, ex magna parte libidinum uictor, qui oderit auaritiam, luxuriam detestetur, atque ad uirtutes ceteras prouectior aptiorque consurgat, & tamen eo loco sit ubi praedicari gratia Christiana non possit? Quomodo enim inuocabitur in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Alius autem tardus ingenio, libidinosus, deditus flagitijs, et facinoribus coopertus, ita gubernetur ut audiat, credat, baptizetur, rapiatur, aut si detestus hic fuerit, laudabiliter hic uiuat? Vbi duo isti tam diuersa merita contraxerunt? Non dico ut iste credat, ille non credat, quod est proprie uoluntatis, sed ut iste audiat quod credat, ille non audiat. Hoc enim non est in hominis potestate. Vbi inquam, tam haec diuersa merita contraxerunt? Si in caelo egerunt aliquam uitam, ut pro suis actibus propellerentur uel haberentur in terras, congruisque suis antea uita receperant, tunc tenerentur, ille utique melius ante hoc mortale corpus uixisse credendus est qui eo non multum meruit pergruari, ut & bonum haberet ingenium & concupiscentijs eius mitioribus urgeretur, quas posset facile superare, & tamen etiam sibi gratiam praedicari non meruit, qua sola posset a secunda mortis pernicie liberari. Ille autem pro meritis deterioribus (sicut pugnat) grauiori corpori implectus, & ob hoc cordis obtunsi, cum carnis illecebris ardentissima cupiditate uinceretur, & pro hoc uenire meruerat addere peiora terrena, aut in cruce tamen audiuit. Hodie mecum eris in paradiso, aut alicui cohaerit apostolo, cuius praedicatione mutatus, & per lauacrum regenerationis saluus effectus est, ut ubi abundauit peccatum superabundaret gratia. Quid hinc respondere

Ex lib. 1. de bap. paruulorum

Luca. 22.

Rom. 5.

Ex lib. de ciu. dei. 16.

Gene. 25.

spondeant omnino non uideo, qui uolentes humanis coniecturis iustitiam dei defendere, & ignorantes altitudinem gratiae, fabulas improbabiles texerunt. Tales ergo praedestinari & creari arbitror, ut qui possunt intelligat, dei gratiam & spiritum qui ubi uult spirat, ob hoc omne ingenij genus filijs misericordiae non preterisse, itemque omne ingenij genus in gehennae filijs praeterire, ut qui gloriatur in domino gloriatur. Cedamus igitur & conscientiam auctoritati sacrae scripturae, quae nescit falli nec fallere: & sicut nondum natos ad discernenda merita eorum aliquid boni uel mali egisse non credimus, ita omnis sub peccato esse quod per unum hominem intrauit in mundum, & per oes homines pertransiit, a quo liberat nisi gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum, minime dubitemus. Neque enim habet ullam cunctationem apostolica illa sententia de geminis in Rebecca utero nondum agentibus aliquid boni aut mali, nec tamen frustra scriptum est nec infantem mundum esse a peccato cuius est unius dicti uita super terram. Et illud in psalmo. Ego in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea me in utero aluit. Et quod in Adam omnes moriuntur, in quo omnes peccauerunt. Nunc liquidum tenemus, quae libet parentum merita trajectur in prolem, quaeque gratia dei antequam nascatur quemque sanctificet, nec iniquitatem esse apud deum, nec boni mali ue agere quemquam quod ad ad propriam personam pertineat antequam natus est: illamque sententiam qua nonnulli putant sibi peccasse magis minusque animas, & pro diuersorum meritis peccatorum in diuersa corpora esse detrasas, apostolica non conuenire sententia, cum apertissime dictum sit nihil egisse nondum natos seu boni seu mali. Quis porro tam impie delipiat, ut dicat deum malas hominum uoluntates, quas uoluerit, quando uoluerit, ubi uoluerit, non posse in bonum conuertere? Sed cum facit per misericordiam facit. Cum autem non facit, per iudicium non facit, quoniam cuius uult miseretur, & quem uult obdurat. Quod ut diceret apostolus, gratiam commendabat, ad cuius commendationem de illis in Rebecca utero geminis iam fuerat locutus: quibus nondum natis, nec aliquid agentibus seu boni seu mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est, quia maior seruiet minori. Propter quod adhibuit aliud propheticum testimonium ubi scriptum est. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Sentiens autem quemadmodum posset hoc quod dictum est permouere eos qui penetrare intelligendo non possunt hanc altitudinem gratiae. Quid ergo dicemus ait? Nunquid iniquitas apud deum? Iniquum enim uidetur ut sine ullis honorum aut malorum meritis unum deus diligat, oderit alterum. Quia in re si futura opera uel bona huius uel mala illius, quae utique deus praescribat, uellet intelligi, nequaquam diceret non ex operibus, sed di-

Joan. 3.

Ex lib. de Gene si ad litera. 6.

Ex lib. enchiridionum

ceret ex futuris operibus eorum modo ista solueret questionem, immo nullam quam solui opus esset faceret mentionem. Nunc uero cum respondisset, Absit, id est absit ut sit iniquitas apud deum, mox ut probaret nulla hoc iniquitate dei fieri. Moyli enim dicit. Miserebor cui misertus ero, & misericordiam prestabo cui misericors fuero. Quis enim nisi insipiens deum iniquum putet, siue iudicium poenale ingerat digno, siue misericordiam praestet indigno? Denique infert & dicit. Igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est dei. Ambo itaque gemini natura filij irae nascebantur nullis quidem operibus proprijs, sed originaliter ex Adam uinculo damnationis obstricti. Sed qui dixit, Miserebor cui misertus ero, Iacob dilexit per misericordiam gratiam. Esau autem odio habuit per iudicium debitum. Quod cum deberetur ambobus, in altero alter agnouit non de suis distantibus meritis sibi esse gloriantum quod in eadem causa idem supplicium non incurrat, sed de diuinae gratiae largitate, quia non uolentis neque currentis sed miserentis est dei. Altissimo quippe ac saluberrimo sacramentum uniuersa facies, atque (ut ita dixerim) uultus sanctarum scripturarum bene intuentes id admonere inuenitur, ut qui gloriatur in domino gloriatur. Cum autem misericordiam dei commendasset in eo quod ait, Igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est dei, deinde ut etiam iudicium commendaret, quoniam in quo non fit misericordia non iniquitas fit sed iudicium, non est iniquitas quippe apud deum, continuo subiunxit atque ait. Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia ad hoc te excitaui ut ostendam in te fortitudinem meam, ut annunciem nomen meum in uniuersa terra. Quibus dictis ad utrumque concludens, id est ad misericordiam & ad iudicium. Ergo, inquit, cuius uult miseretur & quem uult obdurat. Miseretur scilicet magna bonitate, obdurat nulla iniquitate: ut nec liberatus de suis meritis gloriatur, nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia redemptos discernit a perditis, quos in una perditionis concreauerat massa, ab origine ducta causa communis. Hoc autem qui eo modo audit ut dicat, quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit? tanquam propterea malus non uideatur esse culpatus, quia deus cui uult miseretur & quem uult obdurat, absit ut pudeat hoc nos respondisse quod respondisse uidemus apostolum. O homo tu quis es qui respondas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus lutum ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud in contumeliam? Hoc loco enim quidam stulti putant apostolum in responsione defecisse, & inopia reddendae rationis repressisse contradictoris audaciam. Sed magnum habet pondus quod dictum est. O homo tu quis es? Et in talibus questionibus ad suae capacitatis considerationem

Exod. 3.

1. Cor. 1.

reuocare hominem, uerbo quidem breuis sed re ipsa magna est redditio rationis. Si enim hec non capit, quis est qui respondeat? Si autem capit, magis non inuenit quid respondeat. Videt enim si capit, uniuersum genus humanum tam iusto iudicio diuino in apostolica radice damnatum ut etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte posset dei uituperare iustitiam, & qui liberantur sic oportuisse liberari, ut ex pluribus non liberatis atq; in damnatione iustissima derelictis ostenderetur quid commersisset uniuersa conspersio, & quo etiam istos debitum iudicium dei duceret, nisi eius indebita misericordia subuenisset: ut uolentium de suis meritis gloriari omnes obstruatur, & q; gloriatur in domino gloriatur. Multi de isto profundo querentes reddere rationem, in fabulas uanitatis abierunt. Aliqui dicentes quia animæ sursum in celo peccant, & secundum sua peccata ad corpora pro meritis diriguntur, & dignis sibi quali carceribus includuntur, ierunt post cogitationes suas: uolentes disputare de dei profundo, meriti sunt in profundum. Occurrit enim cum eis Aposto. uolens gratiam commendare, & elegit illos geminos in utero Rebeccæ, & dicit. Nondum enim natis, nec qui aliquid egerint boni aut mali. Vide quemadmodum tulit uanis hominibus phantasias conuersationis animarum ante corpus in celo. Si enim iam ibi conuersati sunt, iam aliquid boni egerunt uel mali, & pro meritis suis ad corpora terrena detrusi sunt. Si placet contradicamus apostolo qui dixit. Nondum nati, nec qui aliquid egerint boni aut mali. Hoc autem quia propter apostoli euidenter sententiam respuit catholica fides, quod animæ in caelis prius uiuant & conuersentur, & illic recipiendorum corporum merita assumant, modo isti nouelli non audent dicere. Sed quid dicunt? Aliqui (sicut audiuimus) ipsorum uita disputant, prorsus inquirunt pro meritis suis omnes homines moriuntur, quia peccauerunt. Non enim esset mors nisi ueniens de peccato. Optime quidem & uerum dictum est. Non esset mors nisi ueniens de peccato. Sed ego cum hoc audio, ideo laudo quia illam primam mortem intuo, & illius primi hominis peccatum. Audio enim Aposto. Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Omnes enim unus fuerunt. Sic audio dicentem mortem hominis de peccato esse. Non inquit. Et quid dicis? Omnem hominem deus modo immortalē creat. Mirabilis nouitas. Quid dicis? Prorsus inquit, omnem hominem deus immortalē creat. Quare ergo moriuntur paruuli infantes? Nam si dicam, Quare moriuntur grandes homines? dicurus es mihi, peccauerunt. Ergo de maiorum aetate non disputabo: paruulorum infantiam contra te testem citabo. Non loquuntur & quod dico probant. Ecce infantes, in su-

is utiq; operibus innocetes sunt, nihil secum nisi quod de primo homine traxerunt habentes, quibus propterea est gratia Christi necessaria, ut in Christo uiuificentur qui in Adā mortui sunt: ut quia inquinati sunt generatione, purgentur regeneratione. Ipsos ergo testes citabo. Responde mihi quare moriuntur, si omnes homines immortales nascuntur, & quoniam peccant ideo moriuntur, quid putatis dici potuisse? Quæ aures serunt? peccauerunt & ipsi. Vbi peccarunt? Quomodo peccauerunt? Bonum & malum quid sit nesciunt. Peccatum accipiunt qui præceptum non capiunt. Sed aliud dico, isti qui nati sunt ut arbitraris peccauerunt. Nam si non peccarent, inquis, non morerentur. Quid de illis dicis qui in utero moriuntur? O angustia, & ipsi inquis, peccauerunt, & ideo moriuntur. Mentiris an falleris? Contradicit aposto. Nondum natis nec agentibus boni aliquid aut mali. Magis audio apostolum quam te, magis apostolo credo quam tibi. Nondum natis nec aliquid agentibus boni aut mali. Si autem hoc testimonium refellis, uade tunc potius ad illas uagationes, & dic quia in celo peccarunt & inde in corpora præcipitati sunt. Nō dico, inquit, Quare non dicis? Quia dicit apostolus, Nondum natis, nec aliquid agentibus boni uel mali. Si ergo non eos accusas in celo, quare accusas in utero? Ad utrumq; respondet Aposto. Et eis respondet qui dicunt, in celo peccauerunt: & eis respondet qui dicunt, in utero peccauerunt, quia ad utrumq; ualent uerba illa quæ dicuntur antequam nascerentur nihil egisse boni uel mali. Ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, quia maior seruiet minori. In eo quod dominus respondet Rebeccæ, Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi de utero tuo separabuntur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori, spiritali intelligentia carnales in populo dei significantur per maiorem filium, & spirituales per minorem. Quia sicut dicit Aposto. Nō prius quod spiritale est sed quod animale, postea spiritale. Solet & sic intelligi hoc quod dictum est, ut in Esau figuratus sit maior populus dei, hoc est Israeliticus secundum carnem. Per Iacob autem figuratus est ipse Iacob secundum spiritalem progeniem. Sed etiam historica proprietate hoc responsum inuenitur esse impletum: ubi populus Israel hoc est Iacob minor filius superauit Idumæos, hoc est gentem quam propagauit Esau, eosq; fecerunt tributarios per Dauid. Quod diu fuerunt, usq; ad regem scilicet Ioram, sub quo Idumæi rebellauerunt, & iugum Israelitarum à ceruice sua deposuerunt. Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Habes aperte scripturam dicentem dei uoce. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Istos duos genuit Rebecca, Iacob & Esau. Vnus inde eligitur, alius improbat. Vnus succedit in hereditatem, alter exheredatur. Non facit populum Iacob deus de Esau, sed facit de Iacob. Semen-

Ex serm. 7. de uerb. apostoli.

2. Cor. 15.

Ex lib. questio eccl. titu. 154. Ioan. 13.

Ex lib. questio eccl. titu. 154. Ioan. 13.

men unum, diuersi qui concepti sunt. Vterus unus, diuersi qui nati sunt. Nunquid non libera peperit Iacob quæ libera peperit Esau? Lutabantur in uentre matris suæ, & dictum est Rebecca cum ibi luctaretur, Duo populi sunt in utero tuo. Duo homines duo populi, bonus populus malus populus, sed tamē in uno uentre luctantur. Quanti mali sunt in ecclesia, & unus uterq; portat donec in fine discernatur, & boni aduersus malos clamant, & mali aduersus bonos reclamant & in unis uisceribus utrique luctantur. Nunquid semper simul erunt? In fine exitur ad lucē. Declaratur natiuitas quæ hic in sacramento figurabatur, & tunc apparuit: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dicit, Miserebor cui misereor, & misericordiam præstabo cuius misertus ero. Ille intelligitur loqui & dicere, transibo ante te, de quo dicit euangelium, Cum uenisset hora ut transiret Iesus de hoc mundo ad patrem. Qui transiit etiam patris interpretari perhibetur. Hec itaq; magna omnino prophetia est. Ipse enim ante omnes sanctos transiit ad patrem de hoc seculo parare illis mansiones regni caelorum, quas dabit eis in resurrectione mortuorum, quoniam transiturus ante omnes gentes primogenitus à mortuis factus est. Gratiam uero suam in eo ipse ualde commendat cum dicit, Et uocabo nomine domini in conspectu tuo, tanq; in conspectu populi Israel, cuius Moyses cum hæc audiret typum gerebat. In conspectu enim gentis ipsius ubiq; dispersæ uocatur dominus Christus in omnibus gentibus. Uocabo autem dicit non uocabo, actuum uerbum pro passiuo ponens genere locutionis inusitato, in quo nimirum magnus sensus latet. Sic enim fortasse significare uoluit seipsum hoc facere, id est gratia sua fieri, ut uocetur dominus in omnibus gentibus. Quod uero addidit, et miserebor cui misereor, & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero, ibi plane expressius ostendit uocationem qua nos uocauit in suum regnum & gloriam non pro meritis nostris, sed pro misericordia sua. Quoniam enim se Gentes introduciturum pollicebatur dicēs, Uocabo nomine domini in conspectu tuo, commendauit hoc se misericorditer facere, sicut Aposto. dicit. Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter ueritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordiam glorificare deum. Hoc ergo prædictum est, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero. Quibus uerbis prohibuit hominem uelut de propriarum uirtutum meritis gloriari, ut qui gloriatur in domo gloriatur. Non enim ait miserebor talibus uel talibus, sed cui misereor cuius meritis, misericordiam tæ uocationis meruisse demonstrat. Etenim Christus pro impijs mortuus est. Sed utrum hoc idem repetere uoluerit cum addidit, Misericordiam præ-

Ex lib. questio eccl. titu. 154. Ioan. 13.

Roma. 15.

Roma. 5.

stabo cui misericordiam præstitero: uel sicut alij interpretati sunt, cui misereor fui ero: an aliquid interlit, nescio, & tamen fortis ille ipse sibi sensus est, quod aut ipsius misericordiam suam firmitatem deus ista repetitione firmavit, sicut amen amen, sicut fiat fiat, sicut repetitio somnij Pharaonis, plurimq; similia. Aut in utrisq; populis, id est Gentibus & Hebrais, hoc modo deus prænucliauit misericordiam se esse facturum. Quod Aposto. ita dicit. Sicut enim uos aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis illorum incredulitate: sic & isti nunc non crediderunt in uestra misericordia, ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclufit enim deus omnes in incredulitate ut omnium misereatur. Ex prima enim transgressione primi hominis uniuersum genus humanum natum cum obligatione peccati uictor diabolus possidebat. Si enim sub captiuitate non teneremur, redemptore non indigeremus. Venit ad captiuos, non captus. Venit ad captiuos redimendos, nihil in se carniuitatis, hoc est iniquitatis habens, sed carne mortali precium nostrum portans. Si enim carnem mortalem non haberet, unde in uerbo sanguis quem pro captiuis funderet? Ille autem quia ad captiuitatem nostram uenit, cum similitudine carnis peccati, non cum carne uenit peccati. Similitudo enim erat illa carnis peccati. Vera caro, sed similis carnis peccati: uera caro, sed non peccati caro. Si ergo uniuersus mundus sub captiuitate tenebatur, bene dictum est, Miserebor cui misertus fui ero, & misericordiam præstabo cui misereor fui ero. Si enim totus mundus sub captiuitate, totus mundus in peccato, totus mundus iustissime supplicio destinatus, sed ex parte per misericordiam liberatus, quis dicat deo, Quare damnas mundum? Quomodo accusatur iudex deus, quado damnatur mundus reus? Reus es. Si quid debeas consideres, poena uocatur: nec cum a te debitum exigitur, exactor iuste reprehenditur. Reprehendatur exactor si indebitum exigit. Cum uero debitum exigit, quis reprehendat exactorem quamuis expectet donatur? Cuius uult misereatur, & quem uult obdurat: Dicis itaq; mihi. Quid adhuc cōqueritur? Nā uoluntati eius quis resistit? O homo tu quis es qui respondeas Deo? Qui sit ille attende, qui sis tu attende. Ille deus est, tu homo. Sed iustitiam loqui uideris tu, & fons ille, iustitiæ siccatus est. Si iustum loqueris, unde tibi? Aut iniustum loqueris, & debes tacere: aut iustum loqueris, & non habes nisi de fonte iustitiæ. Fons autem iustitiæ quis est nisi deus? Primum ergo fundamentum fidei pone. Nunquid iniquitas apud Deum? Latere te aequitas potest, esse ibi iniquitas non potest. Expectas à me fortasse ut dicā tibi quare cui uult misereatur & quæ uult obdurat. Expectas à me homo. Si & tu homo & ego homo, ambo audiuimus. O homo tu quis es qui respondeas Deo? Melior est enim fidelis ignorantia quam temeraria scientia.

Roma. 11.

Ex serm. de uer. apost. 20.

tia. Deus mihi dicit, per Apostolum Christus loquitur. O homo tu quis es qui respondeas deo? Et ego indignor quia non noui iustitiam Dei. Si homo sum, non indignor. Excedat hominem si possum & fontem attingam. Sed & si attingero, homini non dicam. Excedat & ipse & attingat mecum. Et quis est (inquis) qui hominem excedat? Ergo non quibusdam exprobrat apostolus & dicit, Cum enim dicitis, ego Pauli, ego Apollo, nonne homines estis? Quid eos facere uolebat, quibus exprobrat quod homines erant. Homo es, ad Adam pertines. Pertine ad filium hominis, & forte dicit tibi. Iam non uos seruos dicam sed amicos, quoniam quae a diuini a patre meo nota uobis feci.

10. ad. 15.

Ex lib. de pers. iu. ho. Matr. 6.

Igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est Dei. Dei gratiam uel misericordiam uolumus impetrare cum dicimus. Fiat uoluntas tua sicut in celo, & in terra, uel ne nos inferas in tentationem sed libera nos a malo. Ut quid enim ista orando tanto gemitu petimus, si uolentis hominis & currentis non miserentis est Dei? Non quia hoc sine uoluntate nostra agitur, sed quia uoluntas non implet quod agit nisi diuinitus adiuuetur. Haec est fidei sanitas quae nos facit orare, querere ut inueniamus, petere ut accipiamus. pulsare ut aperiat nobis. Contra istam qui disputat, contra seipsum claudit ostium misericordiae Dei. Nolo plura dicere de re tanta, quia melius eam committo fidelium gemitibus quam sermonibus meis.

Ex epi. ad uallem.

Ut in Deum credamus & pie uiuamus non uolentis neque currentis sed miserentis est dei, non quia uelle non debemus & currere, sed quia ipse in nobis & uelle operatur & currere. Unde & ipse dominus Iesus credentes ad non credentibus, id est ab ira uasis uasa misericordiae discernens. Nemo inquit, uenit ad me nisi ei fuerit datum a patre meo.

10. ad. 6.

Ex li. Enchir.

Ne quinquam est non de operibus de ipso gloriatur libero uoluntatis arbitrio, tanquam ab ipso incipiat meritum cui tanquam debetur reddatur praemium bene operandi ipsa libertas, audiat eundem gratiae praedilectionem dicentem. Deus enim est qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate, & alio loco. Igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est dei. cum proculdubio si homo eius gratias est ut ratione iam utatur. non possit credere, sperare, diligere, nisi uelit. nec peruenire ad palmam supernae uocationis Dei nisi uoluntate eucurrerit. Quomodo ergo non uolentis neque currentis. nisi quia ipsa uoluntas sicut scriptum est a domino preparatur? Alioquin si propterea dictum est, non uolentis neque currentis sed miserentis est dei, quia ex utroque fit, id est ex uoluntate hominis & misericordia dei: ut sic dicitur accipiamus. non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei, tanquam diceretur, non sufficit sola uoluntas hominis si non sit etiam misericordia dei: non ergo sufficit & sola misericordia dei, si non sit etiam uoluntas hominis. Ac per hoc si recte dictum est non uolentis

tis hominis sed miserentis est dei, quia id uoluntas hominis sola non implet, cur non a contrario recte dicitur, non miserentis est dei, sed uolentis hominis, quia id misericordia dei sola non implet? Porro si nullus dicere christianus audebit, non miserentis est dei sed uolentis est hominis, ne apostolo apertissime contradicat, restat ut propterea recte dicitur intelligatur, non uolentis neque currentis sed miserentis est dei, ut totum detur deo, qui hominis uoluntatem bonam & preparat adiuuandam & adiuuat preparatam. Praecedat enim bona uoluntas multa dei bona, sed non omnia. Quae autem non praecedat ipsa, in eis est & ipsa. Nam utriusque legitur in sanctis eloquijs, & Misericordia eius praueiniet me, & Misericordia eius subleuabit me. Nolentem praueiniet ut uelit, uolentem subsequitur ne frustra uelit.

Nisi dominus edificauerit domum, in uanum laborauerunt edificantes eam. Quomodo ergo Deus iubet quod sine adiutorio ipsius uel non, uel difficile impletur, cum si dominus non aedificet, in uanum aedificas laborasse dicatur, neque scriptum sit, est quidem uolentis atque currentis, facilius autem miserentis est dei: non quia nulla est hominis uoluntas atque cursum, sed quia nihil potest nisi ille misereatur. Nec Apostolus dixerit & ego, sed dixerit, Non ego autem, sed gratia dei mecum, non quia ipse nihil homini agebat, sed quia nihil ageret si illa non adiuuaret. Dicit enim scriptura Pharaoni, quia in hoc ipsum excitauit te, ut ostendam in te uirtutem meam, &c. Et propter hoc ipsum conseruatus es ut ostendam in te uirtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Haec scripturae uerba & apostolus posuit, cum in eodem loco perdifficili uersaretur. Ibi autem & hoc ait. Si autem uolens deus ostendere iram & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia uasa irae. Parcendo utique his quos malos futuros esse praesertat, quae uasa dicit perfecta in perditione. Ut notat, inquit, faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae. Unde uasorum misericordiae uox est in psalm. Deus meus misericordia eius praueiniet me: deus meus demonstrauit mihi inimicis meis. Nouit ergo deus bene uti malis, in quibus tamen naturam humanam non ad malitiam creat, sed perfert eos patiens quousque seipsum oportere, non inaniter, sed utens eis ad admonitionem uel exercitationem bonorum. Ecce enim ut annuncietur nomen dei in uniuersa terra uasis misericordiae utique prodest. Ad eorum itaque utilitatem Pharaon seruatus est sicut & scriptura testatur, & exitus docet. Nullum deus uel angelorum uel hominum crearet quem malum futurum esse praesertat, nisi pariter nosset quibus eos bonorum usus commodaret, atque ita ordinem saeculorum quali pulcherrimum carnem etiam ex quibusdam antichetis honestaret.

Psalm. 22. et 58. Ex epi. ad Paul. Nolum epist.

1. Cor. 15.

Ex li. quest. exod. tit. 23.

Ex lib. sen. Prosperi

Ex lib. de praed. sanct. cor

Ergo cuius uult miseretur, & quem uult obdurat.

Quando ergo pater intus auditur & docet ut ueniat ad filium, aufert cor lapideum & dat

cor carneum, sicut propheta praedicante promisit. Sic quippe facit filios promissionis & uasa misericordiae quae preparauit in gloriam. Cur ergo non omnes docet ut ueniat ad Christum, nisi quia omnes quos docet, misericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet: quoniam cuius uult miseretur & quem uult obdurat. Sed miseretur bona tribuens, obdurat digna retribuens. O homo tu quis es qui respondeas deo, &c. Quantum ad iustitiam spectat & gratiam, potest & de reo qui liberatur recte dici, & de reo qui damnatur. Tolle quod tuum est & uade, huic autem uolo quod non debetur donare. An non licet mihi facere quod uolo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Hic ille si dicit, cur non & mihi: merito audiet, homo tu quis es qui respondeas deo? Quem certe in uno uestrum benignissimum largitorem, in te uero exactorem iustissimum, in nullo tamen carnis iniustum. Cum iustus esset etiam si utrumque puniret qui liberatur habet unde gratias agat, qui damnatur non habet quod reprehendat. Sed si iam, inquit, hoc oportebat, ut damnatis non omnibus quid omnibus deberetur ostenderet, atque ita gratias suam gratiam uasis misericordiae commendaret, cur in eadem causa me quam illum potius puniret, aut illum quam me potius liberabit? Hoc non dico si quare quare, quia fateor me non inuenire quid dicam. Si & hoc quare quare, quia in hac re licet iusta est ira eius, sicut magna est misericordia eius, ita in scrutabilia iudicia eius.

Ex lib. de bono pers.

Matth. 20.

Ex lib. 84. questionum

10. ad. 1. et 15.

1. Cor. 11.

Non hoc loco Apostolus sanctos prohibuit a querendo, sed eos qui nondum sunt in charitate radicati & fundati ut possint comprehendere cum omnibus sanctis latitudinem, longitudinem, altitudinem & profundum, &c. quae in eodem loco exequitur. Non ergo prohibuit a querendo de quibus dicit. Spiritus autem omnia iudicat, ipse autem a nemine iudicatur. Et illud praecipue. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis. Quos ergo prohibuit nisi luteos atque terrenos & qui nondum regenerati intrinsecus atque nutriti imaginem illius hominis portant, qui primus factus est de terra terrenus, & quia ei a quo factus est noluit obtemperare, in id lapsus est unde factus, meruitque post peccatum audivere. Terra es & in terram ibis. Talibus igitur hominibus dicit apostolus. O homo tu quis es ut respondeas deo? Nunquid figmentum ei dicit qui se finxit, quare sic me fecisti? Quamdiu ergo figmentum es nondum perfectus filius, quia nondum habuisti plenissimam gratiam qua nobis data est potestas filios dei fieri, quo possis audire, Iam non uos dicam seruos sed amicos: tu quis es qui respondeas deo & uelis Dei nosse consilium? Qui si hominis tibi aequalis nosse uoluisses, impudenter faceres nisi prius in amicitiam recipereris. Sicut ergo portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem

coelestis, exuentes nos ueterem hominem & induentes nouum, ut non dicatur nobis quasi luteo figmento. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit. Quare sic me fecisti? Nam & ut manifestum sit non sanctificato spiritui sed carnali luto ista dici, uide quid sequitur.

An non habet potestatem figulus luti ex eadem conspersione facere aliud quidem uas in honorem, aliud in contumeliam?

Ex quo ergo in paradiso natura nostra peccauit, ab eadem diuina prouidentia non secundum caelum sed secundum terram, id est non secundum spiritum sed secundum carnem mortali generatione formamur, & omnes uasa massae luti faciamus quod est massa peccati. Cum ergo meritum peccando amiserimus, & misericordia dei remota nihil aliud peccantibus nisi aeterna damnatio debeatur, quid sibi uult homo de hac massa ut deo respondeat & dicat quare sic me fecisti? Si uis ista cognoscere non esse lutum, sed efficere filium dei per illius misericordiam, qui dedit potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius, non autem quod tu cupis antequam credant diuina nosse cupientibus. Merces enim cognitionis meritis redditur, credendo autem meritum comparatur, ipsa autem gratia quae datur per fidem uasis nostris meritis praecedentibus data est. Quod est enim meritum peccatoris & impij? Christus autem pro impijs & peccatoribus mortuus est, ut ad credendum non merito sed gratia uocaremur, credendo autem etiam meritum collocaremur. Peccatores autem credere iubentur, ut a peccatis credendo purgentur. Nesciunt enim quod recte uiuendo uiuunt. Quia propter cum uidere non possunt nisi recte uiuant, nec recte uiuere ualeant nisi credant, manifestum est a fide esse incipiendum ut praecipua quibus credentes a saeculo hoc auertuntur, cor mundum faciam ubi uideri deus possit. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Et per prophetam canitur. In simplicitate cordis quaerite illum. Quapropter recte dicitur hominibus in uetustate uitae manentibus, & propterea tenebrosum oculum animi gerentibus, o homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? Aut non habet potestatem figulus luti ex eadem conspersione facere aliud quidem uas in honorem, aliud in contumeliam? Expurgate uetus fermentum ut sitis noua conspersione, & in ea ipsa non adhuc paruulus in Christo ut lacte potandus sis, sed perfectus. Tunc demum recte & non praepostere audies si qua sunt de animarum occultissimis meritis, & de gratia uel iusticia secreta omnipotentis dei. Nam de Pharaone facile respondetur prioribus meritis quibus afflixit in regno suo peregrinos, dignum effectum cui obduraretur cor, ut nec manifestissimis signis iurentis Dei crederet. Ex eadem ergo massa, id est peccatorum, & uasa misericordiae protulit quibus

10. ad. 1.

Matth. 5.

1. Cor. 5. et 2.

q̄b̄ subueniret eū eū deprecaretur filij Israel, & uasa iræ quorum supplicio illos erudiret, id est Pharaonem & populum eius quia quamuis essent utriq̄ peccatores, & propterea ad unam massam pertinerent, aliter tamen tracta di erant qui uni deo ingemuerant ut eis subueniret, & aliter illi quorum iniustis oneribus ingemuerant. Pertulit ergo in multa patientia uasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem, & eo ipso quo ait in multa patientia, satis significauit priora eorū peccata in quibus eos pertulit, & opportune tunc iudicauit, quādo de illorum uindicta subueniendum erat his qui liberabantur, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam. Nunquid enim latebat Pharaonem quantum bonum consecuta fuerant illa terre per aduentum Ioseph; Illius ergo rei gestæ cognitio, eius uocatio fuit, ut populum Israel misericorditer tractas non esset ingratus. Quod aut huic uocationi obtempere noluit, & exierat crudelitatem in eis quibus humanitas & misericordia debebatur, meruit poenā ut induraretur illi cor, & tantam cæcitatē mentis pareretur ut tot & tantis, tamq̄ manifestis dei signis non crederet, quo posset eius supplicio siue obdurationis, siue ultimæ uisibilis submersiois eruditi populus cuius afflictione ille & occulte obtusionis, & manifeste submersiois meritum compararet. Hæc autem uocatio quæ siue in singulis hominibus siue in populis atq̄ in ipso genere humano per temporum opportunitates operatur, altæ & profundæ ordinationis est, & comprehendere non potest, nisi forte ab eis qui diligunt Deum ex toto corde & ex tota anima, & ex tota mente sua, & diligunt proximos sicut seipos. Tanta enim charitate fundati possunt iam fortasse cum sanctis comprehendere longitudinem, latitudinem, altitudinem, & profundum. Illud tamen constantissimam fide retinendum, neq̄ quicquam deū iniuste facere neq̄ ullā esse naturam quæ nō deo debeat id quod est. *An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam.* Figulus est cum fragiles, infirmos, & terrenos facit. Audi Apost. dicentē. *Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus.* Sed forte alius nobis fecit hæc uasa. Ipsum aut dicentem. *O homo tu quis es qui respondes deo; Nunquid dicit lignentum ei qui se finxit, quare sic me finxisti; An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliam; Videte ipsum Christum dominum quia ostendit se figulum. Nam quia hominem de limo fecerat, de limo inunxit cui minus in utero oculos fecerat. Sic ergo factus est homo rectus ut maneret in earectitudine posset non sine diuino adiutorio, & suo fieri peruersus arbitrio. Vtrumlibet horū eligisset, dei uoluntas fieret, aut etiā ab illo, aut certe de illo. Proinde quia suam maluit facere quam dei, de illo facta est est uoluntas dei, quia ex eadem massa perditio-*

Matth. 22.

Ex tractatu

Psal. 93.

2. Cor. 4.

Ex lib. enchir.

tionis quæ de illius stirpe profluxit, facit aliud uas in honorem, aliud in contumeliam. In honorem per misericordiam, in contumeliam per iudicium, ut nemo gloriatur in homine, ac per hoc nec in se.

Si de mundo, inquit, essetis, mundus quod suum erat diligeret. Vniuersa utique hoc dicit ecclesie, quam plerunq̄ etiam ipsam mundi nomine appellat. sicut illud est. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.* Itēq̄ illud. *Nō enim uenit filius hominis ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.* Et in epistola sua Ioan. ait. *Aduocatum habemus ad patrem Iesum Christum iustū, & ipse est propitiator peccatorum nostrorū. Nō tantum nostrorum, sed & totius mundi.* Totus ergo mundus ecclesia est, & totus mundus odit ecclesiam. *Mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus saluatur, inquinatum mundatum.* Sed iste mundus quem Deus in Christo reconciliat sibi, & qui per Christū saluatur, & cui per Christum peccatum omne donatur, de mūdo est electus inimico, damnato, contaminato. Ex eadem quippe massa quæ tota in Adam perijt, sunt uasa misericordiæ, in quibus est mundus pertinens ad reconciliationem, quem mundus odit ex eadem massa pertinēs ad uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionē. Deniq̄ cum dixisset, *Si de mundo essetis mundus quod suum erat diligeret, continuo subiecit, Quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus.* Ergo & ipsi inde erant unde ut non essent electi sunt inde nō meritis suis quorum nulla bona præcesserant opera, non natura quæ tota fuerat per liberum arbitrium in ipsa radice uitiata, sed gratuita hoc est uera gratia. Qui enim de mundo mundum elegit fecit quod eligeret non inuenit, *Quia reliquæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt.* Si autem gratia (inquit) iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Si qua igitur in Christo noua creatura lapsa est, uetus facta est noua. Vna erat massa perditionis ex Adam, cui non nisi supplicium debebatur. Facta sunt uasa inde in honorem ex eadem massa. Habet enim potestatem figulus luti ex eadem massa. *Qua massa? Certe iam perierat.* Certe iam illi massæ iusta damnatio debebatur. *Gratulare quia tu euasisti. Mortem quippe debitam euasisti, & uitam non debitā repperisti.* Habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliā. Sed dicis. *Me quare fecit in honorem, & alium in contumeliā? Quid responsurus sum? Audi, turus es Augustinum qui non audisti Apostolum dicentem, O homo tu quis es qui respondes deo? Duo paruuli nati sunt, si debitum quæras ambos tenet massa perditionis. Sed cur alium mater portat ad gratiam, alium mater dormiens suffocat? Ambo nihil mali meruerunt. Sed habet figulus luti potestatem ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud*

Ex tractatu eua. 2. Io. 87. Ioan. 15. C. 3.

Roma. 11.

Ex ser. de uer. Apost. 11.

in contumeliam. Sed mouet me (inquis) quod ille perit ille baptizat. Mouet me, mouet tanquam hominem. Si uerū uis audire, & me mouet quia homo sum. Sed & si tu homo & ego homo, ambo audiamus dicentem. *O homo. Vtiq̄ si ideo mouemur quia homines sumus, ipsam naturam humanam infirmam ac debilem alloquitur apostolus dicens. O homo tu quis es qui respondeas deo? nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, cur me sic fecisti? Si posset loqui pecus, & diceret deo, quare istum hominem fecisti & me pecudem? nō iuste succenses & dices, O pecus tu quis es qui respondeas deo? Et tu homo es, sed ad deum pecus es. Et utinam sis pecus eius & ouis pascuæ eius. Agnosce beneficia pastoris, & non sequeris lupos erroris. Lupi eramus. Fuimus & nos natura filij iræ sicut & ceteri. Sed mortua est ouis & fecit nos oues. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum, non huius aut illius, sed mundi. Non ad merita hominum sed ad dei misericordiam pertinet, cum ex illa massa primi hominis cui merito mors debetur quisque liberatur. Non est enim iniquitas apud deum, quia neque remittendo neque exigendo quod debetur iniustus est. Et tibi gratuita est indulgentia ubi iusta posset esse uindicta.*

Quod si Deus uolens ostendere iram & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia uasa iræ perfecta in interitum ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam.

Cur etiam aliquos creator uoluit ad damnationem non ad gratiam pertinere, beatus Apost. tanto succinctiore breuitate, quanto magis auctoritate cōmemorat. Deū enim dicit uolentem ostendere iram, & demonstrare potentiam suam attulisse in multa patientia uasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quem superius dixerat tanquam figulum luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliā. Merito aut uideretur iniustum quod sunt uasa iræ ad perditionem si non esset ipsa uniuersa ex Adam massa damnata. Quod ergo sunt inde nascendo uasa iræ, pertinet ad debitam poenā. Quod autem sunt renascendo uasa misericordiæ, pertinet ad indebitam gratiam. Ostendit ergo deus iram suam non utiq̄ animi perturbationē, sicut est quæ circa homines nuncupatur, sed iustam fixamq̄ uindictam, quod de stirpe inobedientiæ ducitur propago peccati atq̄ supplicij. Et homo natus ex muliere (sicut in libro Iob scriptum est) breuis est uita, & plenus iracundiæ. Eius enim rei uas est qua plenus est, unde iræ uasa dicuntur. Ostendit & potentiam suam, qua bene etiam utitur malis, multa illis naturalia & temporalia bona largiens, eorūq̄ malitiam ad exercēdos & comparatione admonendos bonos accommodans, ut in eis discant agere gratias Deo quod ab eis non suis meritis, quæ in eadem massa paria fuerunt, sed illius miseratione discreti sunt. Quod maxi-

Ioan. 1.

Ex lib. sent. Prosperii.

Ex epist. ad Opta. epif.

Iob. 15.

me apparet in paruulis, de quib. cū per Christi gratiam renascuntur, & istam uitam in illa tenera etate finientes in aeternam transeunt et beatam, dicinō potest quod libero discernuntur arbitrio ab alijs infantibus qui sine hac gratia in ipsius massæ damnatione moriuntur. Si autem hi soli crearentur ex Adam qui essent per gratiā recreandi, & præter illos qui in dei filios adoptantur, nulli alij homines renasceretur, lateret beneficium quod donaretur indignis, quia nullis ex eadem damnabili stirpe uenientibus debitum supplicium redderetur. Cum uero attulit in multa patientia uasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem non solum ostendit iram & demonstrauit potentiam suam reddendo uindictam & bene utendo malis, sed etiam notas fecit diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Ita enim quid sibi præstetur discit gratis iustificatus, dum non suo merito, sed gloria largiffimæ Dei misericordie discernitur a damnato, cum quo eadem iustitia fuerat & ipse damnatus. Tam multos autem creando nasci uoluit quos ad suam gratiā non pertinere præsciuit, ut multitudine incomparabili plures sint quam quos in sui regni gloriam filios promissionis prædestinare dignatus est: ut etiam ipsa reiectorum multitudine ostēderetur quam nullius momenti sit apud deum iustū quantalibet numerositas iustissimè damnatorum: atq̄ ut hinc quoque intelligant qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitū massæ illi uniuersæ quod tam magnæ parti eius redditum cernerent, non solum in eis quod originali peccato multa addunt malæ uoluntatis arbitrio, uerum etiam in tam multis paruulis qui tantummodo uinculo peccati originalis obstricti sine gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. Tota quippe ista massa iustę damnationis debitum reciperet, nisi ex ea faceret non solum iustus sed etiam misericors figulus alia uasa in honorem secundum gratiam non secundum debitum, dum & paruulis subuenit quorum nulla merita dici possunt, & maiores præuenit ut habere aliqua merita dici possint. Deus meus demonstrauit mihi inimicis meis. Quid ait? Quātam circa me exhiberit misericordiam inimicis meis mihi demonstrauit. Relictis comparet se collectus, & repullis electus. Comparet se uasis iræ uas misericordiæ, & uideat quia ex una massa fecit deus aliud uas in honorem, aliud in contumeliam. Quid est? Demonstrauit mihi inimicis meis? Si enim uolens deus ostendere iram & demonstrare potentiam suam attulit in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem, & propter quid hoc? Ut notas faceret diuitias suas in uasa misericordiæ: si ergo uasa iræ attulit in quibus notas faceret diuitias suas in uasa misericordiæ, rectissime dicitur est. Misericordia eius præueniet me. Deus meus demonstrauit mihi inimicis meis. Id est quātam circa me habuit misericordiam, in illis mihi demonstrauit circa quos non habuit.

Ex tractatu Psal. 58.

Psal. 58.

Nisi enim debitor suspendatur, minus agit gratias cui debitum relaxatur.

Ex tractatu Psal. 61.

Apud illum potestas, apud illum misericordia. Hunc humiliat, & hunc exaltat, hunc humiliat potestate, illi exaltat misericordia. Si enim deus uolens ostendere iram & demostrire potentiam suam attulit in multa patientia uasa ire quae perfecta sunt in perditionem. Audisti potestatem, quare misericordiam. Et ut notas faceret, inquit, diuitias suas in uasa misericordiae. Pertinet ergo ad eius potestatem damnare iniquos. Et quis illi dicat, quid fecisti? Tu enim homo quis es ut respondeas Deo? Time ergo & treme eius potestatem, sed spera misericordiam eius.

Ex epi. ad Six. presb.

Debita redditur poena damnato, in debita gratia liberato, ut nec ille se indignum quareatur, nec dignum se iste gloriatur, ubi una eademque massa damnationis & offensionis in uoluit: ut liberatus de non liberato discat quod etiam sibi supplicium conueniret nisi gratia subueniret. Si autem gratia, utique nullis meritis reddita, sed gratuita bonitate donata. Sed iniustum est, inquit, in una eademque mala causa hunc liberari, illum puniri, nempe ergo iustum est utrunque puniri. Quis hoc negauerit? Agamus ergo gratias saluatori, dum nobis non redditum cernimus quod in damnatione similitum etiam nobis debitum fuisse cognoscimus. Si enim utriusque liberarentur, lateret quod peccato per iustitiam deberetur: si nemo, quid gratia largiretur. Ut ergo in hac difficillima quaestione uerbis potius utamur apostoli, uolens deus ostendere iram & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia uasa irae quae perfecta sunt in perditionem, & ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae. Cui non potest figmentum dicere, quare sic me finxisti: cum habeat potestatem ex eadem massa facere aliud uas in honore, aliud in contumeliam. Si autem uolens deus ostendere iram & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia uasa irae perfecta in perditionem, subauditur, tu quis es qui respondeas deo: ut recurrere sententia ad uerba superiora, iste sit sensus. Si uolens deus ostendere iram attulit uasa irae, tu quis es qui respondeas deo? Non autem solum uolens ostendere potentiam suam, sed etiam quod sequitur, ut notas faciat diuitias gloriae suae in uasa misericordiae quae preparauit in gloria. Quid enim prodest ualis perfectus in perditionem, quod ea deus patienter sustinet ut ordinate disperdat, utaturque illis ad instrumentum salutis eorum quorum miseretur? Sed illis utique prodest ad quorum salutem sic illis utitur, sicut scriptum est. Iustus manus suas lauet in sanguine peccatoris, id est mundetur ab operibus malis per timorem dei cum uidet supplicia peccatorum. Dat quibus uult quoniam misericors est, quod & si non det, iustus est, & non dat quibus non uult ut notas faciat diuitias gloriae suae in uasa misericordiae. Dado enim quibusdam quod non meretur, pro-

Ex li. ad Simp. epi.

Psalm. 57.

Ex lib. de dono perse.

fecto gratuitam & per hoc ueram suam esse gratiam uoluit. Non omnibus dando, quid omnes mererentur ostendit. Bonus in beneficio certorum, iustus in supplicio certorum. Et bonus in omnibus, quoniam non bonum est cum debitum reddatur: & iustus in omnibus, quoniam iustum est cum debitum sine cuiusquam fraude donatur. Etenim etiam illud dici potest: cur omnino creati sunt quos deus ira peccato res ut aeterno igne essent damnandi sine dubitatione praesciuit? Quamuis enim peccata non fecerit, naturas tamen ipsas, quae per se ipsae sine dubio bonae sunt, quibus tamen ex arbitrio uolutatis futura essent uitia peccatorum, & in multis talia quibus esset aeterna poena reddenda, quis nisi deus creauit? Quare, nisi quia uoluit? Quare autem uoluerit, homo tu quis es qui respondeas deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare sic me finxisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem conspersione facere aliud quidem uas in honore, aliud in contumeliam? Atque utinam dicamus quod sequitur. Si autem uolens ostendere iram, & demonstrare potentiam suam sustinuit in multa patientia uasa irae quae perfecta sunt in perditionem, & ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae. Ecce etiam ratio reddita est homini, quanta debuit homini. Si tamen uel ista capit, qui pro sui arbitrii libertate in tanta infirmitatis seruitute contendit. Ecce dictae sunt causae. Tu ergo quis es qui respondeas deo? Si uolens deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, quod & malis bene ut optimus possit, malis dumtaxat non conditione diuina sed uitata uoluntatis iniquitate natura, quae a Deo conditore condita est bona, attulit in multa patientia uasa irae perfecta in interitum, non quod illi essent necessaria siue angelica siue humana peccata, cui nec iustitia creaturae cuiusquam est necessaria, sed ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, ne se in bonis operibus tantum de proprijs extolleret uiribus, sed humiliter intelligerent, nisi illis dei gratia non debita sed gratuita subueniret, id fuisse reddendum meritis suis, quod alijs in eadem massa redditum cernerent. Ceteri autem homines ad istam societatem non pertinentes, quorum tamen & animam & corpus dei bonitas operata est, & quicquid habet ipsa natura praeter uitium quod eidem infixit superbiens uolutatis audacia, propter hoc a deo praesciente creati sunt, ut in his ostenderet liberum defensoris arbitrium sine sua gratia quid ualere, & in eorum iustis & debitis poenis uasa misericordiae quae non suorum operum meritis sed gratuita dei gratia sunt ab illa creatione discreta, quid sibi collatum est addescerent, ut omnes obstruatur, & qui gloria tur in domino gloriatur. Quos et uocauit nos, non solum ex Iudaeis sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit. Vocauit non plebem meam, plebem meam, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.

Ex lib. ad Rom. nis. papam uerbis.

2. Cor. 10.

Ex lib. ad Simp. Epif.

Et

Vna est enim ex Adam, massa peccatorum & impiorum, in qua & Iudaei & gentes remota gratia dei ad unam pertinent conspersionem.

Ex li. de ciu. dei. 18.

Et erit in loco ubi dictum est eis, non plebs mea uos, ibi uocabuntur filij dei uiui. Hoc testimonium propheticum de uocatione populi gentium qui prius non pertinebat ad deum, apostoli intellexerunt. Et quia ipse quoque populus gentium spiritaliter est in filijs Abraham, ac per hoc recte dicitur Israel, propterea sequitur & dicit. Et congregabuntur filij Iuda & filij Israel in idipsum, & ponent sibi principatum unum, & ascendent a terra. Hoc si adhuc uelimus exponere, eloquij prophetici obtundetur sapor. Recollatur tamen lapis ille angularis & duo parietes, unus ex Iudaeis, alter ex gentibus, ille nomine filiorum Iuda, iste nomine filiorum Israel, eidem uni principatum suo in idipsum innitentes, & ascendentes agnoscatur a terra.

Ex li. aduer. sum in deos

Ex lib. co. Iulianum

Osee. 2.

Ex li. ad Simp. epi.

Esai. 10.

Matt. 11.

Esai. 1.

Ex li. co. Iulianum

Ex tractatu Psal. 103.

Esaias autem clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiae saluae fient. Verbum enim consummans & breuians in equitate, quia uerbum breuiatum facit dominus super terram. Neque enim quia fracti sunt infideles & superbi ac per hoc instructi uolunt ut inferretur oleaster Gethem, ideo perire potuit radix patriarcharum & prophetarum: quia & si fuerit, inquit Esaias, numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiae saluae fient. Ad misericordiam quippe gratuitam non debitam pertinet de massa damnationis uasa in gloria preparare. non solum ex Iudaeis sicut dicit, sed etiam ex gentibus. Propter quod posuit testimonium de Osee propheta. Vocauit non plebem meam plebem meam. Et de Esaias propheta propter Israel. Reliquiae saluae fient. Verbum enim, inquit, consummans & breuians faciet dominus super terram, id est ut compendio fidei per gratiam saluus faciat et edentes non per innumerabiles obseruationes quibus illa multitudo seruiliter onerata premebatur. Per gratiam nobis quippe uerbum consummans dicit lugum meum leue est, & sarcina mea leuis est. Vt autem essent istae reliquiae, gratia dei facti esse, testimonio sequenti docet.

Et sicut praedixit Esaias, inquit, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissetus.

Unde ostendit gentes ex fide apprehendisse iustitiam. Israel autem ideo non apprehendisse quia non ex fide sed tanquam ex operibus. Fides enim habet quod aliquanto post dicit. Quoniam omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Ad quam salutem pertinet ut opera nulla sint, & iustitia nobis ex deo sit non ex nobis. Propter quod de illis qui non ex fide sed tanquam ex operibus ostenderunt in lapidem offensionis, sequitur & dicit. Fratres quidem bona uoluntas cordis mei, & deprecatio ad deum sit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis quia zelum dei habent sed non secundum scientiam etc.] Ex persona enim eorum qui inde creditur dicitur. Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus & sicut Gomorra similes fuissetus. Sed ideo semen, quia sparsim per terras multiplicatum est. Accesserunt enim etiam de lapidibus suis

scitanti filij Abraham. Accesserunt onesque non erant de hoc ouili, ut fieret unus grex & unus pastor. Accessit fides omnium gentium, & creuit numerus non solum sapientium antistitum, sed & obedientium populorum.

Quid ergo dicemus? Quod gentes quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quae ex fide est. Israel uero sectando legem iustitiae, in legem iustitiae non peruenit. Quare? quia non ex fide sed quasi ex operibus.]

Gentes quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam. Iustitiam autem quae ex fide est impetrando eam ex deo, non ex ipsis praesumendo. Israel uero persequens legem iustitiae, in legem iustitiae non peruenit. Quare? Quia non ex fide sed quasi ex operibus, id est tanquam eam per semetipsos operantes non in se credentes operari deum. Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Ac per hoc ostenderunt in lapidem offensionis. Nam quid dixerit, Quia non ex fide sed tanquam ex operibus, apertissime exponit dicens. Ignorantes enim dei iustitiam & suam uolentes constituerent, iustitiae dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Quia ipsum Non concupisces, & cetera eiusmodi mandata sancta & bona sibi tribuebant, quae ut possit homo facere, deus operatur in homine per fidem Iesu Christi, qui finis est ad iustitiam omni credenti, id est cui per spiritum incorporatus, factusque membrum eius potest quilibet illo incrementum intrinsecus dante operari iustitiam. De cuius operibus etiam ipse dixit, quia sine me nihil potestis facere. Ideo quippe proponitur iustitia legis quod qui fecerit eam uiuet in illa, ut cum quisque infirmitatem suam cognouerit, non per suas uires neque per literam ipsius legis (quod fieri non potest) sed per fidem concilians iustificatorem perueniat, & faciat & uiuat in ea. Opus enim quod qui fecerit uiuet in eo, non fit nisi a iustificatione. Iustificatio autem ex fide impetratur, de qua scriptum est. Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in caelum? Hoc est Christum deducere, aut quis descendet in abyssum: hoc est Christum a mortuis reducere. Sed quid dicit: Prope est uerbum in ore tuo & in corde tuo. Hoc est, inquit, uerbum fidei quod praedicamus, quia si confitearis in ore tuo quia dominus est Iesus Christus, & credideris in corde tuo quia Deus suscitauit illum a mortuis, saluus eris. In quantum iustus, in tantum saluus. Per hanc enim fidem credimus quod etiam nos deus a mortuis excitet: interim spiritu ut in nouitate eius gratia temperanter & iuste & pie uiuamus in hoc seculo, post etiam carne nostra ad immortalitatem resurrectura. Consepulsi enim sumus Christo per baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriae patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. Fide ergo Iesu Christi impetramus salutem, & quantum nobis inchoatur in re, & quantum perficienda expectatur in spe.

Ex li. de 3. et lit.

Philipp. 2.

1. Tim. 15.

Rom. 6.

Omnis

Ex ser. de uer. aposto. 15.

Omnis enim qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Gentes quae non sectabatur iustitiam apprehenderunt iustitiam. Sed quae iustitia autem quae ex fide est. Gentes quae non sectabatur iustitiam quae in lege est, quasi propriam suam quae fit de timore poenae, non de amore iustitiae, quia non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quae ex fide est. Israel autem, inquit, persequens legem iustitiae in legem non peruenit. Quare. Quia non ex fide. Quid est, quia non ex fide? Non sperauit in deum, non illam petiuit a domino deo, non credidit in eum qui iustificat impium. Ergo persequens legem iustitiae in legem iustitiae non peruenit.

Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis.]

Christus humilis in terra facebat. In caelis quidem & ipse erat, leuata illi carne sua a mortuis resuscitata. Sed nisi & in terra Christus faceret, non Saulo clamaret. Quid me persequeris? Ergo ille facebat, quia humilitatem praeferebat. Ille offendebat, quia non uidebat. Et totum hoc uidere unde erat, de timore superbia. Illi autem qui offenderunt in lapidem offensionis, quid de illis dicit Apostolus? Quia non, inquit, ex fide sed tanquam ex operibus, quasi ipsi in sua iustitia offenderunt in lapidem offensionis.

Sicut scriptum est. Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali, & qui crediderit in eum non confundetur.]

Qui enim crediderit in eum non habebit suam iustitiam quae ex lege est, quamuis sit bona lex, sed implebit ipsam legem non sua iustitia sed data ex Deo. Ita enim non confundetur. Caritas enim legis est plenitudo. Et unde charitas ista diffusa est in cordibus nostris? Non utique a nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Offenderunt ergo illi in lapidem offensionis & petram scandali, & ait de illis.

CAPVT X.

Fratres, bona uoluntas quidem cordis mei & deprecatio ad deum fit pro ipsis in salutem.]

Deprecatur apostolus pro non credentibus ut credant, pro aueris ut conuertantur. Videtis quia nec ipsa conuersio sine dei adiutorio? Deprecatio (inquit) ad deum pro illis in salutem. Testimonium enim illis perhibeo quia zelum dei habent.] Sic zelum habebat & ipse zelum dei habebat.

Sed non secundum scientiam.]

Quid est hoc, non secundum scientiam? Ignorantes enim dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Vni enim legis & huius, ad iustitiam omni credenti.]

Vnde iste correctus non habens meam iustitiam. Illi uolunt suam constituere ego non habeo meam iustitiam, sed eaque est per fidem Christi. Iustitiam ex deo. Iustitia inquam ex deo qui iustificat impium. Tolle te, tolle inquam te a te impedis te. Si tu te edificas, ruina aedificas. Nisi dominus aedificauerit domum,

Psalm. 126.

in uanum laborauerunt qui aedificant eam. Noli ergo uelle habere tuam iustitiam.

Ignorantes enim dei iustitiam et suam uolentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti.]

Noli putare quia Christianus uocaris ideo te non posse offendere in lapidem offensionis. Cuius gratiam de ne gas, in ipsum offendis. Minus est offendere in Christum pendente quam in caelo sedente. In iustitia sit, sed ex gratia sit. A deo tibi sit, tua non sit. Sacerdotes tui, inquit, induantur iustitia.

Vestis accipitur, non cum capillis nascitur. Hanc praedicat Apostolus Paulus. A deo tibi sit. Geme ut impetres, plora ut impetres, crede ut impetres. Qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Quasi a febre, aut a peste, aut a podagra, aut aliquo corporis dolore, non sic, sed saluus erit, intus erit, quia non est opus sanis medicus sed male habentibus. Exposuit cum dixit, Non ueni uocare iustos sed peccatores. Fides Christi est credere in eum qui iustificat impium, credere in mediatorem sine quo nullus reconciliatur deo, credere in saluatorem qui uenit querere & saluare quod perierat, credere in eum qui dixit, Sine me nihil potestis facere. Sed hanc fidem non apprehendit qui ignoras dei iustitiam qua iustificatur impius, sua uult constituere qua conuincatur superbus. Talia enim sentientes sua elatione obdurantur & excruciantur, quia negando dei gratiam non adiuuantur. Ignorantes dei iustitiam, id est quam deus dat qui iustificat impium, et suam uolentes constituere tanquam sua uoluntatis uiribus factam, iustitiae dei non sunt subiecti. Quod omnino & uos facitis. Iustitiam quippe uestram uultis constituere cui deus secundum merita retribuatur gratiam, nec uultis gratiam Dei praecedere quae uos faciat habere iustitiam.

Item lectionis eiusdem expositio.

Offenderunt in lapidem offensionis &c.]

Christus sperabatur uenturus a populo Iudeorum, & quia humilis uenit non est agnitus. Quia lapis paruus erat, offenderunt in illum & fracti sunt. Et creuit lapis, & factus est mons magnus. Et quid ait scriptura? Quicumque offenderit in lapidem istum conuulsabitur, & super quem uenerit lapis iste conteret eum. Discernenda sunt uerba. Offendentem dixit conuulsari: super quem autem uenerit conteritur. Primo quia humilis, offenderunt in illum homines: quia excelsus uenturus est ad iudicium, super quem uenerit conteret eum. Sed illum non conteret uenturus quem non conuulsauit cum uenit. Qui in humilem non offendit non formidabit excelsum. Omnibus enim malis, lapis offensionis est Christus. Quicquid dicit Christus amarum est illis, & omnis qui credit in eum non confundetur.

Omnis, inquit, peccauerunt & egent gloria dei, ut qui crediderint in eum non confundantur. Sicut & Psalmus dicit. Accedite ad eum & illuminamini. & uultus uestri non confundentur. Qui ergo in se gloriatur confundetur. Non enim in ne peccatis inuenietur. Ille itaque tantummodo

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex ser. in epi. Ioan. 4.

Mat. 25.

Ex li. de pra. de san.

Ex li. ad Pat. li. Nolanum epi.

Ex ser. de uer. euang. 17.

Ex lib. con. Iulianum

Ex serm. de uer. euang. Rom. 3.

Rom. 3.

Rom. 3.

donon confundetur qui in domino gloriatur.

Quicumque illum fide expectant, cum uenerit gaudebunt. Qui sine fide sunt, cum uenerit quod nunc non uident erubescunt. Et confusio illa non erit unius diei, & transiet, quomodo solent confundi qui inueniuntur in aliqua culpa, & eis insultatur ab hominibus. Confusio illa tradet confusos ad sinistram ut audiant. Ite in ignem eternum qui preparatus est diabolo & angelis eius. Maneamus ergo in uerbis eius ne confundamur cum uenerit.

Fratres, bona uoluntas quidem cordis mei, & deprecatio ad deum fit pro illis in salutem.]

Quid ergo oramus pro nolentibus credere, nisi ut deus in illis operetur & uellet? De Iudaeis certe apostolus ait. Fratres bona uoluntas quidem cordis mei, & deprecatio ad deum pro illis in salutem. Orat pro non credentibus. Quid, nisi ut credant? Non enim aliter consequuntur salutem. Si ergo fides orantium dei praenit gratiam, nunquid eorum fides pro quibus oratur ut credant, dei praenit gratiam? Quandoquidem hoc pro eis oratur, ut non credentibus, id est fidem non habentibus fides ipsa donetur. Voluntas ut ad uera credenda moueatur, non sibi sufficit nisi per gratiam Deus opituletur, dicente ipso domino cum de non credentibus loqueretur. Nemo uenit ad me nisi ei datum fuerit a patre. Propter hoc & apostolus quamuis eis instanter euangelium praedicaret, parum tamen esse credebat nisi pro illis etiam oraret ut crederent. Ait enim. Fratres, bona uoluntas quidem cordis mei & deprecatio ad Deum pro illis in salutem.

Testimonium perhibeo illis quod emulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.]

Zelum, inquit, Dei habent, noui, scio. Apud illos fui, talis fui. Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Quid est hoc apostolus non secundum scientiam? Expone nobis quam commendes scientiam, quam doleas in illis non esse & in nobis uelis esse. Secutus adiunxit, & quod clausum posuerat aperuit. Quid est zelum Dei habent, sed non secundum scientiam? Ignorantes enim Dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti.

Apostolum audiuius eandem gratiam maxime commendantem, de cuius commendatione habebat Iudaeos inimicos uelut de legis litera praesumentes, & tanquam iustitiam suam diligentes atque iactantes. De quibus dicit. Testimonium perhibeo illis quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam. Et tanquam ei diceretur: Quid enim est habere zelum dei non secundum scientiam? subiecit continuo. Ignorantes enim Dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti. Gloriantes, inquit tanquam de operibus excludunt a se gratiam, & tanquam de sanitate sua falsa praesumentes, recipiunt medicinam. Contra tales enim & dominus dixerat. Non ueni uocare iustos sed peccatores in poenitentiam. Non est opus sanis medicus sed male ha-

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

dentibus. Haec est ergo tota scientia magna hominis, scire quia per se ipse nihil est, & quomodo quicquid est, ex deo est & per deum est. Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autem accepisti quid gloriaris quasi non accepisti? Iustitia dei est quam ut habeas deus dedit. Nam qui uoluerunt de sua iustitia gloriari, quid de illis dicit apostolus: Testimonium, inquit, eis perhibeo quia zelum dei habent. De Iudaeis loquens, zelum inquit, dei habent, sed non secundum scientiam. Quid est non secundum scientiam? Quam enim commendas utilem scientiam? Nunquid illam quae cum sola fuerit inflat? Quae nisi comitata fuerit charitate non aedificat? Non utique ipsam sed illam scientiam comitem charitatis, magistram humilitatis. Vide si ipsa est. Zelum, inquit, dei habent sed non secundum scientiam. Exponat quam dicat scientiam. Ignorantes, enim dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti.

Ignorantes enim dei iustitiam & suam uolentes statuere, iustitiae dei non sunt subiecti.]

Dicitur spiritus Heliae qui est spiritus dei, cuius particeps factus Helias illa potuit: sic dicitur & dei iustitia quae nostra est sed donata a deo. De qua loquens apostolus, Iudaeos arguens dicit. Ignorantes enim dei iustitiam & suam uolentes constituere, id est tanquam a se sibi paratam. Contra qua les dicit. Quid enim habes quod non accepisti? Ignorantes enim Dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti. De Iudaeis hoc dixit, qui de se praesumentes gratiam repellent, & in Christum propterea non credebant. Suam uero iustitiam dicit eos uolentes constituere, quae iustitia est ex lege, non quia lex ab ipsis est constituta, sed in lege quae ex deo est suam iustitiam constituerat quando eandem legem suis uiribus seimplere possederant. Ignorantes Dei iustitiam, non quia iustitia Deus iustus est, sed quae iustitia est homini ex Deo. Ignorantes enim Dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Quae sit autem iustitia Dei de qua hic loquitur, consequenter aperit adiungens. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Hanc itaque iustitiam dei non in praecocepto legis quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiae Christi, ad quam solum utiliter legis uelut pedagogi timor ducit, constituta esse qui intelligit ipse intelligit quare sit Christianus. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si autem non gratis mortuus est in illo solo iustificatur impius cui creditur in eum qui iustificat impium deputatur fides eius ad iustitiam. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei iustificati gratis per gratiam ipsius, quia non est opus sanis medicus, sed agrotantibus. Vnde non uenit ille uocare iustos sed peccatores. Ac per hoc natura hamani generis ex illius unius praerogativa carne peccata, si potest sibi sufficere ad implendam legem perficiendamque iustitiam, de premio debet

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

Ex lib. con. Iulianum

debet esse secura, hoc est de uita aeterna, etiam si in aliqua gente aut aliquo superiore tempore fides eam latuit sanguinis Christi. Non enim iniustus deus qui iustos fraudet mercede iustitiae, si eis non est annunciatum sacramentum diuinitatis & humanitatis Christi quod manifestatum est in carne. Quomodo enim crederent quod non audierunt? Aut quomodo audirent sine praedicante? Fides enim ex auditu, sicut scriptum est. Auditus autem per uerbum dei. Sed dico, inquit, Nunquid non audierunt? In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. Sed antequam inciperet hoc fieri, antequam denique usque ad fines totius orbis terre praedicatio ipsa perueniat, quoniam non desunt adhuc ultimae gentes licet (ut perhibetur) paucissimae quibus hoc nondum fuerit praedicatum, quid faciat humana natura, uel quid fecit, quae uel ante non audierat hoc futurum, uel adhuc non comperit factum nisi credendo in Deum qui fecit caelum & terram, a quo & se factam naturaliter sentit, & recte uiuendo eius impleat uoluntatem nulla fide passionis Christi & resurrectionis imbutar. Quod si fieri potuit, aut potest, hoc & ego dico quod de lege dicit apostolus. Ergo gratis Christus mortuus est. Si autem hoc ille dixit de lege quam accepit gens una Iudaeorum, quanto iustus dicitur de lege naturae quam accepit uniuersum genus humanum? Si per naturam iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Si autem non gratis Christus mortuus est, ergo omnis humana natura iustificari & redimi ab ira dei iustissima, hoc est a uindicta, nullo modo potest nisi per fidem & sacramentum sanguinis Christi. Carnales Israelitae, terrae Hierusalem ciues terrigenae, qui ut dicit apostolus, ignorantem dei iustitiam, id est quam dat homini deus qui solus est iustus atque iustificans, & suam uolentes constituere, id est uelut a se sibi partam non ab illo impertitam, iustitiae dei non sunt subiecti. Vtque quia superbi, de suo putantes non de dei posse placere se deo. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quam ipsi satianturabuntur. Iustitia uero nobis esse Christum, Paulus apostolus dicit, ac per hoc qui esurit hunc panem, esuriat iustitiam, sed iustitiam quae de caelo descendit, iustitiam quam dat deus, non quam sibi facit homo. Si enim nullam sibi homo faceret iustitiam, non diceret idem apostolus de Iudaeis. Ignorantes enim dei iustitiam & suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. Inde erant isti qui panem de caelo descendente non intelligebant, quia sua iustitia saturati, iustitiam dei non esuriebant. Quid est hoc iustitia dei, & iustitia hominis? Iustitia dei hic dicitur non qua iustus est deus sed quam dat deus homini ut iustus sit homo per deum. Quae autem erat illorum iustitia? Quae de suis uiribus praesumebant, & qualiter plerique legis seipsos ex sua uirtute dicebant. Nemo autem implet legem nisi quem adiuuere rit gratia, id est panis qui de caelo descendit. Le-

gis enim plenitudo (compendio ut ait apostolus) charitas est. Charitas non nummi sed dei, charitas non terrae, non caeli, sed eius qui fecit caelum & terram. Unde ista charitas homini. Ipsum audiamus. Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Est enim iustitia dei, quae & nostra fit cum donatur nobis. Ideo autem iustitia dei dicitur, ne homo se putet a seipso habere iustitiam. Sic enim dicit apostolus Paulus. Crediti in eum qui iustificat impium. Quid est qui iustificat impium? Qui ex impio facit iustum. Deputatur fides eius ad iustitiam. Iudaei uero quia suis uiribus se putabant implere posse iustitiam, offenderunt in lapidem offensionis, & gratiam Christi non agnouerunt. Acceperunt enim legem qua fierent rei non qua liberarentur a reatu. Denique quid de illis apostolus dicit? Testimonium illis perhibeo quia zelum dei habent sed non secundum scientiam. Quid est quod dixit, Zelum dei habent Iudaei sed non secundum scientiam? Audi quid sit non secundum scientiam. Ignorantes enim Dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Si ergo ideo non secundum scientiam zelum Dei habent quia ignorant dei iustitiam & uolunt suam constituere, quia se ex ipsis iustificanti deo gratiam non cognouerunt quia gratis saluari uoluerunt. Quis est qui saluatur gratis? In quo non inuenit Saluator quid coronet, sed quid damnet. Non inuenit merita bonorum, sed inuenit merita suppliciorum. Hoc ait apostolus. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Quid est egent gloria dei? ut ipse te liberet non tu. Quia tu te liberare non uales, in diges liberatore. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.

Discernitur quidem ab operibus fides, sicut apostolus dicit iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Et sunt opera quae uidentur bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dicit esse opus. Ipsa est enim fides quae per dilectionem operatur. Nec dixit, hoc est opus uestrum, sed hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille ut qui gloriatur in domino gloriatur.

Finis enim legis est Christus ad iustitiam omni credenti. Et quid est, finis Christus? Quia Christus Deus, & finis praeccepti charitas, & deus charitas, quia et pater et filius & spiritus sanctus unum sunt. Ibi tibi finis est, & alibi uia est. Noli haerere in uia, & non peruenire ad finem. Ad quicquid aliud ueneris transi, usque quo peruenias ad finem. Quis est finis? Mihi autem adherere deo bonum est. Adhaerere deo, finis uiam, permanebis in patria. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, sicut apostolus dicit. Illi credimus quando incipimus bonam uiam ingredi, ipsum uidebimus cum

Rom. 13.
Rom. 5.
Ex tractatu. psalm. 30.
Ex lib. sen. prosperi.
Roman. 4.
Ex tractatu euang. sec. Ioan. 22.
Ex ser. in epi. pi. 10. 10.
psalm. 52.
Ex titulo. psalm. 1.

Galat. 2.
Ex lib. de. ciu. dei. 17.
Ex tractatu euang. se. 10. 23.
Matt. 5.

cum peruenerimus, & ideo ipse finis. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Finis autem dicitur non quia consumit, sed quia perficit. Nam & finitum cibum dicimus qui manducabatur, & finitam tunicam quae texebatur. Illud ad consumptionem, hoc ad perfectionem. Quia ergo quo tendamus non habemus cum ad Christum peruenerimus, ipse cursus nostri finis dicitur.

Finis enim legis Christus est ad iustitiam omni credenti. Intentio enim dirigitur in finem, dirigitur in Christum. Quare finis dicitur? Quoniam quicquid agimus ad illum referimus, & cum ad eum peruenerimus ultra quid quaeramus non habemus. Dicitur enim finis qui consumit, & dicitur finis qui perficit. Aliter quippe intelligimus cum audimus, finitum est cibum cum manducabatur, & aliter intelligimus cum audimus, finitum est. Sed cibus ut iam non esset, uestis ut perfecta esset. Finis ergo non perfectio nostra debet esse. Perfectio nostra Christus. In illo enim perficimur quia ipsius capitis membra sumus. Et dicitur est finis legis, quia sine illo nemo perficit legem.

Initium est uetus testamentum, finis nouum. Timor enim praeualet in lege, & initium sapientiae timor Domini. Finis autem legis Christus ad iustitiam omni credenti: quo donante diffunditur charitas in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et consummata charitas foras mittit timorem.

Finis legis Christus est, in quo lex iustitiae non consumitur sed impletur. Omnis enim perfectio in ipso est, ultra quem non est quo se spes fidei & charitatis extendat. Finis fidelium Christus est, ad quem cum uenerit currentis intentio, non habet quod possit amplius inuenire, sed habet in quo debeat permanere.

Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam quae ex lege est qui fecerit homo, uiuet in ea. Quae autem ex fide est iustitia, sic dicit. Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in caelum? id est Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura?

Ex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea uiuet in illis. Non ait qui fecerit eam uiuet in illa, ut intelligas legem hoc loco pro ipsis operibus positam. Qui autem uiuebant in his operibus, timebant utique ne si non ea fecissent, lapidationem uel crucem uel aliquod huiusmodi paterentur. Ergo qui fecerit ea, inquit, uiuet in illis, id est habebit praemium ne ista morte puniatur. Non ergo apud Deum, cuius ex fide si quis in hac uita uixerit, cum hinc excefferit tunc eum magis habebit praesentissimum praemium. Non itaque ex fide uiuit quisquis praesentia quae uidentur uel cupit uel timet, quia fides Dei ad inuisibilia pertinet quae post dabuntur. Nam est & ista quaedam in operibus legis iustitia, quando sine suo praemio relicta non est, ut qui fecerit ea uiuat in eis. Unde & dicit. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed

non ad Deum. Aliud est ergo non iustificari apud Deum, aliud non iustificari. Qui omnino non iustificatur, nec illa seruat quem temporale habent praemium, nec illa quae aeternum. Qui autem in operibus legis iustificatur, non apud Deum iustificatur, quia temporalem inde expectat uisibilemque mercedem, sed tamen est etiam ista ut dixi quaedam (ut sic dicam) terrena carnalisque iustitia. Nam & ipse apostolus eam iustitiam uocat, cum alibi dicit. Secundum iustitiam quae in lege est, qui fuerim sine querela.

Prope est uerbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est uerbum fidei quod praedicamus, quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit a mortuis saluus eris.]

Iam uos mundi estis propter uerbum quod locutus sum uobis. Quare non ait mundi estis propter uerbum quod abluti estis, sed ait propter uerbum quod locutus sum uobis, nisi quia & in aqua uerbum mundatur. Detrahe uerbum & quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum etiam ipsum tanquam uisibile uerbum. Nam de hoc utique dixerat quando pedes discipulis lauit. Qui lotus est non indiget ut pedes lauet, sed est mundus rotus. Unde ista tanta uirtus aquae ut corpus tangat & cor abluat, nisi faciente uerbo, non quia dicitur sed quia creditur? Nam & in ipso uerbo aliquid est sonus transiens, aliud uirtus immanens. Hoc est uerbum fidei quod praedicamus ait apostolus, quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus est Iesus, & credideris in corde tuo quia Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Unde & in Actibus apostolorum legitur. Fide mundans corda eorum. Et in Epistola sua beatus Petrus. Sic & uos, inquit, baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio. Hoc est uerbum fidei quod praedicamus, quo sine dubio ut mundare possit consecratur & baptismus. Christus quippe nobiscum uitis cum patre agricola dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea. Lege apostolum, & uide quid adiungat. Ut eam sanctificaret, inquit, mundans eam lauacro aquae in uerbo. Mundatio igitur nequaquam fluxu & labili tribueretur elemento, nisi adderetur in uerbo. Hoc uerbum fidei tantum ualeat in ecclesia Dei, ut per ipsam credentem, offerentem, benedicientem, tingentem, etiam tantillum mundet infantem, quamuis nondum ualentem corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum excitauit a mortuis, saluus eris. Non enim laus fidei Christianorum est quia credunt mortuum Christum, sed quia credunt resurrexisse Christum. Nam & mortuum paganus credit. Hoc tibi pro crimine obijcit quia mortuum credidisti. Quae igitur

Ex tracta. euang. 2. Ioan. 77.
Ioan. 13.
Act. 15.
1. Pet. 3.
Galat. 5.
Ex tractatu psalm. 102.

laus tua? **Credere** resurrexisse Christum, & sperare te resurrecturum esse per Christum. Hæc est laus fidei. Si enim credideris in corde tuo quia Dominus est Iesus, & confessus fueris in ore tuo quia eum Deus suscitavit à mortuis, saluus eris. Non ait si confessus fueris quia eum deus tradidit occidendum, sed quia eum Deus suscitavit à mortuis si confessus fueris, tunc saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quare autem credimus & mortuum? Quia credere eum resurrexisse non possumus nisi prius mortuum fuisse credamus. Quis enim resurgit nisi mortuus fuerit? Quis expectatur nisi prius dormierit? Sed nunquid qui dormit non adjiciet ut resurgat? Hæc est iudæ Christianorum, hoc est verbū fidei quod prædicamus, quia si credideris, inquit, in corde tuo quia dominus est Iesus, & confessus fueris in ore tuo quia Deus illum suscitavit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Parū est ergo in corde habere Christum, & nolle confiteri dum timetur opprobrium, sed exprobrantibus respondendum est verbum. Vt autem hoc martyres possent, promissum est eis & dictum. Non enim estis vos qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in vobis. Sed dum peregrinamur à domino, & per fidē ambulamus non per spem, posteriora Christi, hoc est eius carnem per ipsam fidem videre debemus, id est in solido fidei fundamento stantes quod significat petra, & eam de tali tutissima specula intuētes, in catholica scilicet Ecclesia. De qua dictum est, Et super hæc petram ædificabo ecclesiam meam, Tanto enim certius diligimus quod videre desideramus faciē Christi, quanto in posterioribus eius agnoscimus, quantum nos prior dilexit Christus. Sed in ipsa carne fides resurrectionis eius saluos facit atque iustificat. Si enim credideris, inquit, in corde tuo quia deus suscitavit illum à mortuis saluus eris. Et iterū. Qui traditus est, inquit, propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Ideo quod meritum fidei nostre resurrectionis dominus est. Nam mortuam esse illam carnem in cruce passionis, etiam inimici eius credunt, sed resurrexisse non credunt. Quod firmissime credentes tanquam de petra soliditate contuemur. Vnde certa spe adoptionem expectamus redemptionem corporis nostri: quia hoc in membris Christi speramus quæ nos ipsi sumus, quod perfectum esse in ipso tanquam in capite nostro fidei sanitate cognoscimus. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.]

Psalmi. 40. Ex tractatu Psal. 118.

Matth. 17.

Ex lib. de Trinitate 2.

Matth. 16.

Rom. 4.

Ex tractatu euā. 2. Joā. 23.

tem. De radice cordis surgit ista confessio. Aliquando audis confitentem, & nescis credentem. Sed nec debes uocare confitentem, quæ iudicas non credentem. Hoc est enim confiteri, dicere quod habes in corde. Si autem aliud in corde habes, aliud dicis, loqueris, non confiteris. Incipe quicumque me audis uiuere quomodo Christianus, & uide si non tibi obijciatur & à Christianis, sed nomine, non uita, non moribus. Nemo sentit nisi qui expertus est. Ergo intende, intueri quod audis. Vis uiuere ut Christianus, uis sequi uestigia domini tui. Obijciatur tibi. Erubescis, & erubescendo dimittis. Videris tibi corde credidisse ad iustitiam, sed perdidisti, ore confessio fit ad salutem. Si ergo uis ambulare uiam dei, etiam in conspectu hominum spera in deum, id est noli erubescere de spe tua. Quomodo uiuit in corde tuo, sic habitat in ore tuo. Quia non sine causa lignum suum Christus in fronte nobis figi uoluit, tanquam in sede pudoris, ne Christi opprobrio Christianus erubescat.

Ex tracta. Psal. 30.

Ex lib. cōmendacium

Cum dictum esset, Corde creditur ad iustitiam, non incassum est additum, Ore autem confessio fit ad salutem. Nonne pene omnes qui Christum coram persecutoribus negauerunt, quod de illo corde credebant corde tuerunt? Et tamen ore ad salutem non confitendo, perierunt, nisi qui penitentia reuixerunt. Quis ita uanescat, ut existimet Apostolum Petrum hoc habuisse in corde quod in ore, quando Christum negauit? Nempe in illa negatione intus ueritatem tenebat, & foris mendacium proferebat. Cur ergo lachrymis diluit quod ore negauerat, si saluti sufficiebat quod corde tenebat? Cur loquens in corde suo ueritatem, tam amaro fletu puniuit mendacium quod ore deprompsit, nisi quia magna uidit esse perniciem quod corde quidem credit ad iustitiam, sed ore non confessus ad salutem? Quapropter illud quod scriptum est, Qui loquitur ueritatem in corde suo, non sic accipiendum est quasi retenta in corde ueritate loquendum sit in ore mendacium, sed ideo dictum est quia fieri potest ut loquatur quisquam ore ueritatem quæ nihil ei profit si eam in corde non teneat, id est si quod loquitur ipse non credat, sicut heretici faciunt cum catholice ueritatem non quidem credunt, sed tamen loquuntur ut nostri esse credantur. Loquuntur ergo ueritatem in ore suo, non corde suo. Propterea distinguendi erant ab illo de quo dictum est, Qui loquitur ueritatem in corde suo. Hanc autem ueritatem catholicus sicut in corde loquitur quia ita credit, ita & in ore suo debet ut ita prædicet. Contra istam uero nec in corde nec in ore habeat falsitatem, ut & corde credat ad iustitiam, & ore confessionem faciat ad salutem. Nam & in illo psalmo cum dictum esset, Qui loquitur ueritatem in corde suo, mox hoc additum est, Qui non egit dolum in ligna sua.

Psal. 4.

Ex ferm. de apost. Paul.

fit ad salutem. Multi credunt corde, & erubescunt confiteri ore. Sciatis fratres prope iam neminem esse paganorum qui non apud semetipsum miretur & sentiat impleri prophetias de Christo exaltato super caelos, quia uident super omnem terram gloriam eius. Sed cum se inuicem timent, sibimet inuicem erubescunt, faciunt à se longe salutem, quia ore confessio fit ad salutem. Quid prodest corde credisse ad iustitiam si os dubitauit proferre quod corde conceptum est? Intus fidem deus uidet, sed parum est. Ne confitearis humilem, times superbos, & ei præponis superbos qui pro te displicuit superbis. Humilem times confiteri filium dei, magnum uerbum dei, uirtutem dei, sapientiam dei, non erubescis confiteri natum, crucifixum mortuum, erubescis confiteri. Alitius, excelsus, æqualis patri, per quæ facta sunt omnia, per quæ factus es & tu, factus est quod tu, & propter te homo, propter te natus, propter te mortuus. Aegrote quomodo sanaberis, qui de medicamento tuo erubesceris? Eliget tempus. Nunc est tempus, postea contempit ille ueniet admirandus, iudicaturus, ille ueniet iudicaturus, occisus ille ueniet excitaturus, ex honoratus ueniet honoraturus. Modo & postea, modo in fide res est, postea in manifestatione erit. Elige hoc tempore quæ partem teneas in futuro. De Christi nomine erubescis habes erubesci modo hominibus ex eo quod erubescis: habes erubesci cum uenerit in gloria sua redditurus quod promisit bonis, quod minatus est malis. Vbi eris tunc quid facies si te attendat ille excelsus, & dicat tibi, erubuit de humilitate mea, non eris in claritate mea? Discedat ergo mala uerecundia, accedat salubris impudentia, si impudentia dicenda est. Sed tamen fratres extorli mihi ut hoc dicerem, nec time rem proferis. Nolo erubescam de Christi nomine, infultetur nobis quia credidimus in crucifixum, in occisum. Plane in occisum, sed de quo sanguis nisi manaret, adhuc chirographum peccatorum nostrorum maneret. Proferis in occisum credidi. Sed hoc in illo occisum est quod sumplit de me, non unde fecit me.

Ex ser. de Symbolo Roman. 1.

Ex lib. ser. prosperi. 2.

Scriptum est, & apostolica displicinae robustissima auctoritate firmatum, quia iustus ex fide uiuit. Ea quæ fidei deus officium à nobis exigit & cordis & lingue. Ait enim apostolus. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Oportet nos ergo esse & iustitiam memores & salutis, quando quidem in sempiternam iustitiam regnaturi à presensenti seculo maligno salui fieri non possumus nisi & nos ad salutem proximorum nitentes etiam ore profitemur quam corde gestamus. Querens à deo pacem sit tibi ipse placatus, ne aliud in professione oris, aliud sit in cordis arcano. Nihil enim prodest hoc esse in corde quod uerum est, si hoc dicitur uoce quod falsum est, quia ueritas & credenda est & loquenda. Dicit enim scriptura omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio iudæi & Græci, Nam idem

dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit.]

Ex li. Buchi.

Quia de peccato graui miseria præmebat genus humanum, & diuina indigebat misericordia, gratie dei tempus propheta prædicans ait. Erit, omnis quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit, propter hoc oratio. Sed Apostolus cum ad ipsam gratiam commendandam hoc propheticum commiserat testimonium, continuo subiicit. Quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt? Propter hoc symbolum in his duobus inuenire tria illa: fides credit, spes & charitas orant, sed sine fide esse non possunt, ac per hoc & fides orat. Propterea quippe dictum est.

Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo uero predicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.]

Ex li. cō. inimi cū legis et propheta.

De gentibus namque dixit non de iudeis sicut hic somniat. Eos enim uolebat reserere doctor gentium, qui putabant genti tantummodo iudæorum non etiam incircuncis gentibus Euangelium prædicandum. Quod uolens ostendere non ad iudæos tantum, sed ad omnes gentes pertinere, prius proposuit testimonium de propheta. Erit, omnis quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit. Ac deinde cum dixisset, Quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? continuo subiunxit. Quomodo autem audient sine predicante? aut quomodo predicabunt nisi mittantur? Ita resutans eos qui negabant ad incircumcisas gentes predicatorum Christi esse mittendos. Sed non omnes obediunt euangelio. Esaias enim dicit. Domine, quis credidit auditui nostro?]

Quidam inter se mussitant, & ubi possunt aliquando proclamant, & turbulenta disceptatione contendunt dicentes quid fecerunt iudæi, uel quæ culpa eorum fuit si necesse, erat ut sermo Esaiæ prophetae impleteretur quem dixit. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Quibus respondemus dominum præscium futurorum per prophetam prædixisse infidelitatem iudæorum, prædixisse tamen, non fecisse. Non enim propterea quemquam Deus ad peccatum cogit, quia futura hominum peccata iam nouit. Ipsorum enim præsciuit peccata, non sua. Non cuiusquam alterius, sed ipsorum. Quapropter si ea que ille præsciuit ipsorum, non sunt ipsorum, non uera ille præsciuit. Sed quia illius præscientia falli non potest, sine dubio non alius, sed ipsi peccant, quos deus peccaturos esse præsciuit, Fecerunt ergo peccatum iudæi quod eos facere non cōpulerit, cui peccatum non placet, sed facturos esse prædixit, quæ nihil latet. Et ideo si non malum sed bonum facere uoluerint, non prohiberentur, & hoc facturi præuiderentur ab eo qui nouit quid sit quisque facturus, & quid sit ei pro eius opere redditurus.

Ex tractatu euā. 2. Joā. 50

Sed ea que sequuntur euangelij uerba plus uer-
gent, & profundiorum faciunt quaestionem,
Adiungit enim & dicit. Propterea non pote-
rant credere quia iterum dixit Esaias. Excaca-
uit oculos eorum, & indurauit eorum cor, ut
non uideant oculis & intelligant corde, & co-
uertantur & sanem eos. Dicitur enim nobis.
Si non potuerunt credere, quod peccatum est
hominis non facientis quod non potest face-
re. Si autem non credendo peccauerunt, po-
tuerunt ergo credere & non fecerunt. Si ergo
potuerunt, quomodo dicit euangelium, Pro-
pterea non poterant credere quia iterum dixit
Esaias, Excacauit oculos eorum & indura-
uit eorum cor: ut quid est grauius, ad deum re-
feratur causa quia non crediderunt, quando
quidem ipse excacauit oculos eorum & indura-
uit eorum cor. Non enim hoc saltem de dia-
bolo dicitur, sed de deo, quod ipsa prophetica
scriptura testatur. Nam si arbitremur hoc di-
ctum de diabolo quod excacauit oculos eo-
rum & cor indurauit, laborandum est quomo-
do illorum culpam (quia non crediderunt)
possimus offendere de quibus dicitur, non po-
terant credere. Deinde quid respondebimus
& de alio ipsius prophetae testimonio quod
posuit Apostolus Paulus dicens: Quod qua-
rebat Israel hoc non est consecutus, electio au-
tem consecuta est, ceteri uero excacati sunt si-
cut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum con-
punctionis, oculos ut non uideant, & aures ut
non audiant usque in hodiernum diem. Audi-
stis fratres propositam quaestionem. Nempe
quam profunda sit cernitis. Sed respondeamus
ut possimus, Non poterant credere quia
hoc propheta Esaias praedixit, quia Deus hoc
futurum esse praesciuit. Quare autem non po-
terant, si a me queratur, cito respondeo quia
nolebant. Malam quippe eorum uoluntatem
prauidit Deus, & per prophetam praenuncia-
uit illi cui abscondi futura non possunt. Sed a-
liam causam, inquis, dicit propheta non uo-
luntatis eorum. Quam causam dicit propheta
non uoluntatis illorum. Quia dedit illis De-
us spiritum compunctionis, oculos ut non ui-
deant, & aures ut non audiant. Excacauit o-
culos eorum, & indurauit eorum cor. Etiam
hoc eorum uoluntatem meruisse respondeo.
Sic enim excacat, sic obdurat Deus, deserendo
& non adiuuando. Quod occulto iudicio
facere potest, in quo non potest. Hoc omnino
pietas religiosorum inconcussum debet in ui-
latumque seruare, sicut Apostolus cum ean-
dem ipsam tractaret difficillimam quaestionem.
Quid ergo dicemus, inquit. Nunquid iniqui-
tas apud Deum? Ab sit. Si ergo ablit ut sit iniqui-
tas apud Deum, siue quando adiuuat mi-
sericorditer facit, siue quando non adiuuat ius-
te facit: quia omnia non temeritate sed iudicio
facit. Porro si iudicia sanctorum iusta
sunt, quanto magis sanctificantis & iustifican-
tis Dei iusta ergo sunt, sed occulta. Ideo cum
quaestiones huiusmodi in medium uenerint,

quare alius sic, alius autem sic, quare ille Deo
deserente excacetur, ille Deo adiuuante illu-
minetur, non nobis iudicium de iudicio tanti
iudicis usurpemus, sed contremiscentes ex-
clamemus cum Apostolo. O altitudo diuitiarum
sapientiae & scientiae Dei quam inscrutabilia
sunt iudicia eius & inuestigabiles uiae eius.
Vnde dictum est & in psalmo. Iudicia tua
sicut multa abyssi. Non ergo me fratres ad
hanc penetrandam altitudinem, ad hanc aby-
ssum discutiendam, ad inscrutabilia scrutanda,
expectatio nostrae charitatis impingat. Agno-
sco modulum meum, sentire mihi uideor etiam
modulum uestrum. Altius est hoc incre-
mentis meis, & fortius uiribus meis. Puto quia
& uestris. Simul ergo audiamus ammonentem
scripturam atque dicentem. Altiora te ne quae-
ris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Non quia
ista negata sunt nobis, cum Deus magister di-
cat, Nihil est occultum quod non reuelabitur,
sed si in quod peruenimus in eo ambulemus,
sicut dicit Apostolus, non solum quod nescimus
& scire debemus, sed & si quid aliter sapi-
mus, id quoque nobis Deus reuelabit. Peruenimus
autem in uiam fidei, hanc persequerantissime
teneamus. Ipsa perducit ad cubiculum regis in
quo sunt omnes sapientiae & scientiae absconditi
thesauri. Non enim Dominus ipse Iesus Christus
suis illis magnis & praecipuis electis discipulis
inuidebat quando dicebat. Multa uobis habeo
dicere, sed non potestis ille portare modo. Ambulan-
dum, proficiendum est, crescendum est, ut sint
corda nostra capacia earum rerum, quas capere
modo non possumus. Quod si nos ultimus
dies proficientes inuenit, ibi discemus quod
hic non potuimus. Si quis autem istam quaestionem
liquidius & melius nouit se posse & confidit
exponere, absit ut non sim paratior discere
quam docere: tantum ne audeat quamlibet
quam liberum arbitrium sic defendere ut non
bis orationem qua dicimus, Ne nos inferas in
tentationem, conetur auferre. Rursus ne
quisquam neget uoluntatis arbitrium, & audeat
excusare peccatum, sed audiamus Dominum
& praecipientem & opitulantem & iubentem
quid facere debeamus, & adiuuantem ut implere
possimus. Nam & quosdam nimia suae uoluntatis
fiducia extulit in superbiam, & quosdam nimia
suae uoluntatis diffidentia defecit in negligentiam.
Illi dicunt, ut quid rogamus Deum ne uincamur
tentatione, quod in nostra est potestate? Isti dicunt
ut quid conamur bene uiuere, quod in Dei est
potestate? O Domine, O qui es in caelis, ne nos
inferas in quamlibet istarum tentationum, sed
libera nos a malo. Audiamus Dominum dicentem,
Rogauit pro te Petre, ne deficiat fides tua,
nec sic existimemus fidem nostram esse in libero
arbitrio, ut diuino non egeat adiutorio. Audiamus
& euangelistam dicentem Dedit eis potestatem
filios dei fieri, ne omnino existimemus in nostra
potestate non esse quod

Esaias. 6.
Ioan. 12.

Rom. 11.

Esaias. 6.

Rom. 9.

Rom. 11.

Psalm. 35.

Eccle. 3.

Matth. 10.

Philip. 3.

Ioan. 16.

Luc. 22.

Ioan. 3.

quod credimus. Veruntamen in utroque, illius
beneficia cognoscamus. Nam & agenda
sunt gratiae quia data est potestas, & orandum
ne succumbat infirmitas. Ipsa est fides quae
per dilectionem operatur sicut eius mensuram
dominus cuique partitus est, ut qui gloriatur
non in seipso, sed in Domino gloriatur. Non
itaque mirum est quia non poterant credere
quorum uoluntas sic superba erat, ut ignorantes
Dei iustitiam & suam uolentes constituere
sicut de illis dicit Apostolus, iustitiae Dei
non essent subiecti. Quia enim non ex fide, sed
tanquam ex operibus tumuerunt, ipso suo tu-
more caecati offenderunt in lapidem offensio-
nis. Sic autem dictum est, non poterant, ubi in-
telligendum est quod nolebant, quem admo-
dum dictum est de Domino Deo nostro, Si non
credimus ille fidelis permanere, negare seip-
sum non potest, de omnipotente dictum est,
non potest. Sicut ergo quod Deus negare se
ipsum non potest, laus est uoluntatis diuinae,
ita quod illi non poterant credere, culpa est uo-
luntatis humanae. Ecce dico & ego. Quotquot
tam superbe sapiunt, ut suae uoluntatis uiribus
tantum existiment esse tribuendum ut neget
sibi esse necessarium diuinum adiutorium ad
bene uiuendum, non possunt credere in Chris-
tum. Non quia mutari homines in melius non
possunt, sed quia diu talia sapiunt, non possunt
credere. Hinc excacantur & indurantur, quia
negando diuinum adiutorium non adiuuantur.
Hoc de Iudaeis qui excacati & indurati
sunt, Deus praesciuit, atque in eius spiritu pro-
pheta praedixit. Quod uero addidit, Et conuer-
tantur & sanem eos, utrum subaudiendum sit
non, id est non conuertantur, connexa desuper
sententia ubi dictum est, Ut non uideant
oculis & intelligant corde: quia & hic utique
dictum est, ut non intelligant? Et ipsa enim
conuersio de illius gratia est cui dicitur, Deus
uirtutum conuerte nos. An forte & hoc de super-
bae medicinae misericordia factum intelli-
gendum est, ut quoniam peruersae & superbe
uoluntatis erant, & sua iustitia constituere uo-
lebant, ad hoc desererent ut excacarent, & tam-
excacarentur ut offenderent in lapidem offensio-
nis, & impleretur factes eorum ignominia, atque
ita humiliati quaererent nomen Domini, &
non suam qua inflatur superbus, sed iustitiam
Dei qua iustificatur impius? Hoc enim mul-
tis eorum profecit in bonum, qui de suo sceler-
e compuncti in Christum postea crediderunt.
Pro quibus & ipse orauerat dicens. Pater ignosce
illis quia nesciunt quid faciunt. De qua
eorum ignorantia & Apostolus dicit. Testi-
monium illis perhibeo quia zelum Domini
habent, sed non secundum scientiam. Tunc
enim & hoc subiunxit, atque ait, Ignorantes
enim Dei iustitiam & suam uolentes constituere
iustitiam Dei non sunt subiecti.
Ergo fides ex auditu: auditum autem per uerbum Dei
Christi.]

Esaias. 6.
Ioan. 12.

Psalm. 78.

Luc. 23.

Quamuis enim Deus doceat intrinsecus, tamen
fides ex auditu est. Et quomodo audient sine
predicatore? Neque enim quia deus dat incrementum,
ideo non est plantandum neque rigandum. Fides
quam qui habent fideles uocantur, & qui non habent
infideles, si cut hi qui uenientem in propria dei
filium non receperunt, quamuis ex auditu in nobis
facta sit, non tamen ad eum sensum corporis pertinet
qui appellatur auditus, quoniam non est sonus,
nec ad oculos huius carnis, quoniam non est color,
aut corporis forma, nec ad eum qui dicitur tactus,
quoniam corpulentiae nihil habet, nec ad ullum
omnino sensum corporis, quoniam cordis est res
ista non corporis, nec foris est a nobis sed in
intimis nobis, nec eam quisquam hominum uidet
in alio, sed unusquisque in semetipso. Denique
potest & simularione confingi & putari esse in
quo non est. Sicut am quisque igitur fidem apud
seipsum uidet, in altero autem credit eam esse,
non uidet. Et tanto firmitus credit, quanto fructus
eius magis nouit, quos operari solet fides per
dilectionem. Sed dico, nunquid non audierunt? Et
quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in
fines orbis terra uerba eorum. Sed dico, nunquid
Israel non cognouit? Primus Moyses dicit. Ego ad
emulationem uos adducam in omnem gentem, in
gentem insipientem in iram uos mittam. Esaias
autem audit et dicit. Inuentus sum a non quaerentibus
me, palam apparui his qui me non interrogabant.
Quo pacto ab apostolis est praedicatio ista completa,
quando adhuc uisus sunt gentes (quod certissimum
est nobis) in quibus modo coepit & in quibus
nondum coepit impleri? Non itaque sic dicitur
est Apostolis, Eritis mihi testes in Hierusalem
& in tota Iudaea & Samaria & usque ad
extremam terram, tanquam ipsi soli quibus tunc lo-
quebatur, totum mundum fuerint impleturi:
sed sicut eis solis uidetur dixisse quod dixit. Ecce
uobiscum sum usque ad consummationem saeculi:
quod tamen eum uniuersae ecclesiae promississe,
quae alijs morientibus, alijs nascentibus, hinc usque
in saeculi consummationem futura est, quis non
intelligat? Sicut eis & illud ait, quod ad eos
omnino non pertinebat, & tam- sic dictum est
tanquam ad solos etiam pertineret. Cum uideritis
haec omnia scitote quia prope est in ianuis. Ad
quos enim hoc pertinet nisi ad eos qui in carne
tunc erunt cum omnia implebuntur: quanto magis
illud quod ex magna parte per eos agendum fuit,
quamuis ex posteris eorum eadem actio seruetur? Quod
autem dixit Apostolus, Nunquid non audierunt,
in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines
orbis terra uerba eorum, quamuis locutus sit
praeteriti temporis uerbis, tamen quod futuram
fuerat dixit, non quod iam factum atque completum.
Sicut & ipse propheta quo uisus est teste, non ait
in omnem terram exiturus, sed exiit inquit sonus
eorum, quod utique nondum erat factum. Quale est
etiam illud. Foderunt manus meas & pedes meos.
LI quod

Ex tractatu
Psalm. 118.

Ex lib. de tri-
nitat. 13.

Ex epist. ad
Ephesi. epist.

Act. 1.

Matth. 15.

Psalm. 22.

quod tam longe factum postea nouimus. Sed ne istas propheticas tantum locutiones nō & Apostolicas fuisse credamus, nonne idem Apostolus ait, Quae est ecclesia dei uiui, columna & firmamentum ueritatis; Sine dubio magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Nempe manifestum est hoc quod in extremo posuit, etiam nūc nōdū esse completū, quanto magis tunc quando ista dicebat; Ecclesia quippe tunc assumetur in gloria quando dicitur. Venite benedicti patris mei percipite regnum, & tamen tanquam factum fuisset est dictum quod certo sciebat futurum.

Multo minus mirandus est quod etiam uerbis praesentis temporis usus est in eo quod illum identidem dixisse manifestauit. Propter spem quae reposita est uobis quam ante audistis in uerbo ueritatis euangelij quod aduenit in uos, sicut & in omni mundo est fructificans & crescens: quamuis euangelij nondum mundum tenebat uniuersum. Sed fructificare illud in uniuerso mundo dixit & crescere, ut ita significaret quousque fuisset fructificando & crescendo uentrum.

1. Tim. 3.

Matth. 25.

Ex tractatu Psal. 87.

extentas manus tota die, continuationem bonorum operum intelligere possumus, a quorum nunquam intentione cessauit. Nam sicut hic ait, Tota die expandi manus meas ad te, quia omnia opera sua non nisi ad uoluntatem referat patris, sapissime contestans ideo se uenisse ut uoluntatem patris impleret, ita quia eadem opera etiam infidelis populus uidit, alius propheta dicit. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.

CAPVT XI.

Dico ergo. Nunquid repulit Deus populum suum? Absit. Nam ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Benjamin. Nō repulit Dominus plebem suam quam praesciuit.

Ex illo enim populo Israel quicumque in Christo crediderunt, quibus facta est Christi praesentatio & quodammodo promissi reditio salubris atque fructuosa, de quibus & ipse Dominus dicit, Nō sum missus nisi ad oues quae perierant domus Israel, ipsi ex illis sunt filij promissionis, ipsi deputantur in semine, & ipsi pertinent ad hereditatem Dei. Hinc sunt Ioseph homo iustus, & uirgo Maria quae peperit Christum. Hinc Ioānes Baptista amicus sponsi, & parentes eius zacharias & Elizabeth, hinc Symeon senex, & Anna uidua, qui Christum non loquentem sensu corporis audierunt, sed non loquentem adhuc infantem spiritu cognouerunt. Hinc beati Apostoli, hinc Nathanael in quo dolus non erat, hinc Ioseph qui & expectabat etiā ipse regnum Dei, hinc tanta illa multitudo quae praecedebat & sequebatur iumentum eius dicens. Benedictus qui uenit in nomine Domini. In qua erat congregatio puerorum, in quibus dixit impletum, Ex ore infantium & lactantium profecisti laudem. Hinc etiam illi post eius resurrectionem, quorū die uno tria, & alio quinque milia baptizati sunt in animam unam & cor unum charitatis igne conlatis, quorum nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia. Hinc sancti diaconi, quorum Stephanus ante Apostolos martyrio coronatus est, hinc tot Ecclesiae Iudaeae quae in Christo erant, quibus erat facie ignotus Paulus, notus autem seruitia famosissima, sed notior Christi misericordissima gratia. Hinc & ipse secundum praemissam de se Prophetiam, Lupus rapax mane rapiens, & ad uesperum diuidens escas, id est prius rapens persecutor ad mortem, postea pasceus praedicator ad uitam. Ibi erant ex illo populo hereditas Dei. Unde ait & ipse minimus Apostolorum doctor gentium.

Dico ergo nunquid deus repulit plebem suam? Absit. Nam ego Israelita sum ex semine Israel de tribu Benjamin. Non repulit Deus plebem suam quam praesciuit.

Haec ples quae illa gente Christi corpori accessit, hereditas Dei est. Nam quod ait Apostolus, Non repulit Deus plebem suam quam praesciuit, illi Psalmo utique respondet ubi scriptum

Psalm. 94.

Ex tract. 4. Psal. 78.

Matth. 25.

Matth. 23.

Actu. 4.

prum est. Quoniam non repellet dominus plebem suam. Ibi autem sequitur. Et hereditatem suam non derelinquet. Vbi euidenter apparet talem plebem esse hereditatem dei. Ut enim hoc diceret Apostolus, supra commemorauerat propheticum testimonium de praenunciata futura incredulitate populi Israel. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. Hic ergo ne quisquam male intelligens uniuersum illum populum crimine incredulitatis & contradictionis arbitraret esse damnatum, continuo subiecit. Dico ergo, Nunquid repulit Deus plebem suam? Absit. Nam ego Israelita sum ex genere Israel de tribu Benjamin. Hic ostendit quod plebem dixerit utique populi prioris: quam si tota dies reprobasset atque damnasset, non utique esset ipse Christi Apostolus Israelita ex semine Abraham de tribu Benjamin. Adhibet autem ualde necessarium testimoniū. An nescitis in Helia quid dicit scriptura? quem admodum interpellat Deum aduersus Israel: Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego derelictus sum solus, & quaerunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem milia uirorum qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Ista reliquiae sunt ex illa gente hereditas Dei, non illi de quibus paulo post dicit, Ceteri excacati sunt. Sic enim ait. Quid ergo? Quod quaerebat Israel, hoc nō est consecutus: electio autem consecuta est, ceteri uero excacati sunt.

Psalm. 94.

1. Reg. 9.

Ex lib. de dono perse.

Non repulit Deus plebem suam quam praesciuit. Aliquando praedestinatio significatur etiam nomine praescientiae, sicut ait Apostolus. Non repulit Deus plebem suam quam praesciuit. Hic quod ait praesciuit, non recte intelligitur nisi praedestinatum. Quod circumstantia ipsius lectionis ostendit. Loquebatur enim de reliquijs Iudaeorum quae saluae factae sunt per uentibus ceteris. Nam superius dixerat ad Israel dixisse prophetam, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. Et tanquam responderetur, ubi sunt ergo factae promissiones Dei ad Israel? continuo subiunxit. Dico ergo. Nunquid repulit Deus plebem suam? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Benjamin. Tanquam diceret. Nam & ego ex ipsa plebe sum. Deinde addidit, unde nunc argimus. Non repulit deus plebem suam quam praesciuit. Atque ut ostenderet dei gratia fuisse relictas reliquias non meritis operum eorum, secutus adiunxit.

An nescitis in Helia quid dicit scriptura? quem admodum interpellat Deum aduersus Israel? Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quaerunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia uirorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.

Non enim ait relictas sunt mihi, sed reliqui mihi: aut reliquerunt se mihi, sed reliqui mihi. Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Si autem gratia iam nō ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Et connectens quae iam supra interposuit, ait. Quid ergo? Et huic interrogatori respondens, Quod quaerebat, inquit, Israel hoc nō est consecutus, electio autem consecuta est, ceteri uero excacati sunt. In hac ergo electione & in his reliquijs quae per electionem gratiae saluae factae sunt, uoluit intelligi plebem, quam propterea deus non repulit quia praesciuit. Haec est illa electio qua eos uoluit eligi in Christo ante constitutionem mundi ut essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, praedestinans eos in adoptionem filiorum. Nullus ergo qui haec intelligit, negare uel dubitare permittitur, ubi ait Apostolus, Non repulit Deus plebem suam quam praesciuit, praedestinatione significare uoluisse. Praesciuit enim eorum reliquias, quas secundum electionem gratiae fuerat ipse facturus. Hoc est ergo praedestinatum. Sine dubio enim praesciuit si praedestinatum. Sed praedestinasse est hoc praescisse quod fuerat ipse facturus. Quia non repellet dominus plebem suam. Laus illi, iubilatio illi. Quam plebem nō repellat. Hic nobis interpretari aliquid non licet. Praescriptū habemus ab apostolo, exposuit hoc apostolus unde sit dictū. Erat enim plebs Iudaeae, plebs ubi fuerunt prophetae, plebs ubi fuerunt patriarchae, plebs etiam secundum carnem propagata de semine Abraham, plebs in qua praecesserunt omnia sacramenta saluatorem nostrum promittentia, plebs ubi institutum est templum, unctio, sacerdos ad figuram, ut cum omnes ipsae umbrae praeterirent ipsa lux adueniret. Erat ergo ista plebs Dei, ad eam prophetae missi, in illa nati qui missi, ei tradita & credita eloquia dei. Quid ergo? Totum illud damnatum est? Absit. Arbor oliuae ipsa dicta est ab apostolo. Coepit enim ista arbor a patriarchis. Sed fuerunt ibi rami aridi, quia nimis alti per superbiam. Praecisa ergo illa propter sterilitatem, insertus est oleaster propter humilitatem. Verum tamē charissimi ne superbiret oleaster insertus, quid ait apostolus? Si tu ex naturali incensus oleastro & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis qui secundum naturam sunt inserentur suae oliuae? Ut quōd tu non permanens in infidelitate, meruisti inseri in oliuam cum esses oleaster, sic isti correcti facilius suae oliuae naturaliter inserantur. Hoc de illis Apostolus. Ergo ipsa est arbor. Et si aliqui ex ramis fracti sunt, non omnes. Nam si omnes rami frangerentur, unde Petrus unde Ioannes, unde illi omnes apostoli? unde ipse Paulus apostolus loquebatur, & suo fructu oliuam testabatur: nōne isti omnes inder? Unde etiam quingenti illi fratres quibus dominus post resurrectionē apparuit, unde tot milia ad

Ex tract. 1. Psal. 94.

uocem Petri, quando spiritu sancto repleti a postoli omnium gentium linguis locuti sunt, tanta auiditate dei laudis & iustae accusationis conuersa sunt, ut qui primo sanguinem domini suderunt saeuientes, bibere discerent iam credentes. Sic autem omnia illa conuersa sunt milia hominum, ut res suas uenderent, & pretia rerum suarum ante pedes apostolorum ponerent. Quod diues unus non fecit quando hoc ore domini audiuit, & a domino tristis recessit, hoc fecerunt subito tot milia eorum hominum in quorum manibus Christus fuerat crucifixus. Quanto maius uulnus erat in corde ipsorum, tanto, auidius medicum quaesierunt. Cum ergo inde illi omnes fuerint, de ipsis modo psalmus. Quoniam non repellet dominus plebem suam. Nam hoc testimonio psalmi cum hinc loqueretur, usus est apostolus & dixit. Quid ergo dicemus fratres? Nunquid deus plebem suam repulit? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Benjamin. Non repulit deus plebem suam quam praesciuit. Vt quia repelleret dominus plebem suam, non esset unde ipse esset Apostolus. Vnde autem ipse, inde & alij. In his plebs domini. Non in omnibus, sed quemadmodum scriptum est reliquiae saluae erunt. Non in omnibus, sed area uentilata massa intronisa est, palea iacet. Totum quicquid uidet ludaeorum reproborum, paleam uidet. Vnde uides ista palea, iam inde exiit massa, iam in horreo recondita est. Verba apostoli. Attendite inquit quid dicit Helias. Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua euerterunt, et ego relictus sum solus, & quaerunt animam meam. Sed quid illi dicit responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia uirorum qui non curuauerunt genua ante Baal. Solum te putas esse seruum bene laborantem? Sunt & alij me timentes, & non pauci. Na septem milia ibi habeo. Et adiunxit. Sic ergo & in hoc tempore. Crediderunt aliqui Iudaei, & multi fuerant reprobati, sicut & ille qui uisum foueas gestabat in animo. Sic ergo, inquit, & in hoc in tempore reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt, ideo idem Christus est qui tunc & modo, & illi tunc Helias dixit, reliqui mihi. Quid est reliqui mihi? Ego illos elegi: quia uidi mentes eorum de me presumptas non de se nec de Baal, non sunt mutati. Sic sunt ut a me facti sunt. Et tu qui loqueris nisi de me praesumeres ubi esses? Nisi gratia mea plenus esses nonne ante Baal etiam ipse genua flecteres? Gratia autem plenus es, quia nihil de tua uirtute, sed totum de mea gratia praesumpsisti. Noli ergo in hoc gloriari ut putes te in seruitio tuo non habere conseruos. Sunt quos elegi sicut & te, de me scilicet presumptas, sicut ait apostolus. Et nunc reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Caue o Christiane, caue superbiam, licet enim imitator sanctorum sis, totum semper gratiae reputa, quia ut esset aliquid reli-

quum, gratia in te dei, non tuum meritum fecit. De ipsis denique reliquijs dixerat propheta Esaias commemorans. Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuisset. Sic ergo, inquit, in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, id est iam non de tuo merito extollaris. Alioquin gratia iam non est gratia. Si enim in tua opera praesumis, ergo merces tibi redditur non gratia condonatur. Si autem gratia est, gratis datur.

Si ergo in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiae saluae factae sunt.

Non uos me elegistis, inquit, sed ego elegi uos. Haec est illa ineffabilis gratia. Quid enim eramus quando Christum nondum elegeramus, & ideo non diligebamus? Nam qui non eum eligit, quomodo diligit? Nunquid iam in nobis erat quod in psalmo canitur. Elegi abiectus, esse in domo dei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum? Non utique. Quid ergo eramus nisi iniqui & perditii? Neque enim credideramus in eum ut eligeret nos. Nam si iam credentes elegit, electus elegit. Cur ergo diceret, Non uos me elegistis, nisi quia misericordia eius praue nit nos? Hic certe uacat uana illorum ratiocinatio qui praescientiam dei defendunt contra gratiam dei. Ideo nos dicunt electos ante mundi constitutionem, quia praesciuit nos deus futuros bonos, non seipsum nos facturum bonos. Non hoc dicit qui dicit, Non uos me elegistis, quoniam si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse praescierat, simul etiam praescisset quod eum nos fuisset prius electuri. Non enim aliter esse possemus boni, nisi forte dicendus est bonus non elegit bonum. Quid ergo elegit in non bonis? Non enim electi sunt quia boni fuerunt, qui boni non essent nisi electi essent. Alioquin gratia non est gratia, si praecessisse contendimus merita. Haec quippe electio gratia est, de qua dicit Apostolus. Sic ergo & in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Vnde subiunxit. Sic autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia, iam non est gratia. Audi ingrati. Non uos me elegistis sed ego elegi uos. Non est ut dicas, ideo electus sum, quia iam credebam. Si enim credebam in eum, iam elegeras eum. Sed audi. Non uos me elegistis. Non est ut dicas: antequam crederem iam bona operabar, ideo electus sum. Quid enim boni operis ante fidem? cum dicat apostolus. Omne quod non ex fide, peccatum est. Quid ergo dicuri sumus audiendo, Non uos me elegistis nisi quia mali eramus & electi sumus, ut boni per gratiam nos eligentis essemus? Non est enim gratia si praecesserunt merita. Est autem gratia. Haec igitur non inuenit, sed effecit merita.

Reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt, quia propheta praedixerat. Et si fuerit

Ex trad. encl. 2. Ioann. 83.

Psalm. 83.

Ioannis 15.

Ex lib. que. Genesi. tit. 148.

rit numerus filiorum Israel sicut arena maris reliquiae saluae fient. Ad hoc enim occisus est Christus a Iudaeis & traditus Gentibus tanquam Ioseph Aegyptijs a fratribus, ut & reliquiae Israel saluae fierent. Vnde dicit Apostolus. Nam & ego Israelita sum. Et ut plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, id est ex reliquijs Israel secundum carnem, & plenitudine gentium quae in fide Christi secundum spiritum sunt Israel. Aut si & gentili illi Israeliticae restat fidei plenitudo ex qua erant reliquiae, in quibus reliquijs tunc & Apostoli salui facti sunt, hoc significatur ex plenitudine liberationis Israel qua per Moysen ex Aegypto liberati sunt.

Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia.

Aduersus illos qui in operibus legis gloria bantur Apostolus loquitur, & multum arguit, qui fidem operibus sic uult anteponi ut ex illa pendeant opera bona atque ab ea pruenantur, non ut ipsa uelut meritis bonorum operum tribui uideatur. Illa enim ad gratiam pertinet. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin iam gratia non est gratia.

Iudaeos de opere suo gloriantes sic arguit quidam Apostolus ut eos diceret ad gratiam non pertinere qui meritis & operibus suis mercedem deberi arbitrabantur. Qui ergo ad gratiam se sciunt pertinere quod est Christus, & quod est Christi, norunt quia indigent gratia. Si gratia uocatur, gratis datur. Si gratis datur, nulla merita tua praecesserunt. Si praecesserunt merita tua, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si ergo dicis praecessisse merita tua te uis laudare non deum. Ideo non agnoscis Christum quia uenit cum gratia dei. Conuerte ergo te ad merita tua. Vnde de illa mala fuisse ut non tibi deberetur nisi supplicium. Et cum uideris quod tibi per meritum debeatur agnoscis quid per gratiam doneatur, & sacrificio laudis glorificas deum. Ibi enim est uia qua noaeris Christum salutare Dei.

Gratia pluuia uoluntaria, quia nullis praecedentibus operis meritis gratis datur. Si enim gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Non enim dignus sum uocari, inquit, Apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum. Haec est pluuia uoluntaria. Voluntarie quippe genuit nos uerbo ueritatis, haec est pluuia uoluntaria. Inde alibi dicitur. Scuto bonae uoluntatis tuae coronasti nos.

Quid ergo? Quod querebat Israel non est consecutus: electio autem consecuta est, ceteri uero excecati sunt, sicut scriptum est. Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem. Et Dauid dicit. Fiat mensa eorum in laqueum & in retributionem & in scandalum illis. Obseruentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua.]

Ex lib. de prede. san.

Ecce misericordia & iudicium. Misericordia in electione, quae consecuta est iusti-

riam Dei: iudicium uero in ceteris qui excecati sunt. Et tamen illi quia uoluerunt crediderunt, illi quia noluerunt non crediderunt. Misericordia igitur & iudicium in ipsis uoluntatibus facta sunt. Electio quippe ista gratia est, non utique meritorum. Superius enim dixerat. Sic ergo & in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Si autem gratia iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Gratis ergo consecuta est quod consecuta est electio. Non praecessit eorum aliquid quod priores darent, & retribuere illis: pro nihilo saluos fecit illos. Ceteris autem qui excecati sunt, sicut ibi non tacitum est, in retributionem factum est. Vniuersae uiae domini misericordia & ueritas. Inuestigabiles igitur sunt & misericordia qua gratis liberat, & ueritas qua iuste iudicat. Ad lucem domini uocat uos propheta cum dicit. Et nunc tu domus Iacob uenite ambulemus in lumine domini. Tu domus Iacob quam uocauit & elegit, non tu quam dimisit. Dimisit enim plebem suam domum Israel. Quicumque inde uenire uultis, ad hanc pertinebitis quam uocauit, illa carebitis quam dimisit. Lux quippe domini in qua ambulant gentes, illa est de qua idem propheta dicit. Dedit in lucem gentium, ut sis salus mea usque in fines terrae. Cui dictum est nisi Christo? De quo impletum est nisi de Christo? Non est ista lux in uobis, de quibus identidem dictum est. Dedit illis dominus spiritum compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant usque in hodiernum diem. Non est inquam in uobis haec lux, ideo nimia caecitate lapidem reprobatis qui factus est in caput anguli. Ergo accedite ad eum, & illuminamini. Quid est accedite nisi credite?

Sitiebam & acetum accepi, id est fidem illorum desideravi, & ueritatem inueni. Fiat mensa eorum coram ipsis in mucipulam. Qualem mucipulam mihi exhibuerunt dando mihi talem potum, talis mucipula illis sit. Quare ergo coram ipsis? Sufficeret, fiat mensa eorum in mucipulam. Sunt tales qui iniquitate suam nouerunt, & in ea pertinacissime perseverant. Coram ipsis fit mucipula eorum, sed tantum ualet animi presumptio ut coram ipsis mucipula sit, & incidant in eam. Obscurentur oculi eorum ne uideant. Sequitur hoc, ut quoniam sine causa uiderunt, fiat illis & non uiderent. Fiat ergo mensa eorum coram ipsis in mucipulam. Coram ipsis fiat in mucipulam, non optantis est, sed prophetantis, non ut fiat sed quia fiet. Fiat ergo. Nec potest aliter nisi ut talibus ista eueniant. Et quoniam per spiritum Dei dicunt talia euentura malis, ad hoc in illis intelligamus haec ut talia de uitemus. Hoc enim nobis prodest intelligere, & ex inimicis proficere. Fiat illis & in retributionem & in scandalum. Sed nunquid iniustum est hoc? Iustum est. Quare? Quoniam in retributionem. Non enim aliquid illis accidit, quod non habeatur in retributione.

Psalm. 55.

Psalm. 119.

Esa. 42.

Psalm. 33.

Ex tractatu

Psalm. 68.

Ex sermone de uer. euang. 10.

tributionem. Fit & in scandalum, quia ipsi sibi sunt scandalum. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum illorum semper incurua. Hoc consequens est. Nam quorum fuerint oculi obscurati ne uideant, sequitur ut & dorsum illorum incuruetur. Vnde hoc? Quia cessauerunt superna cognoscere, necesse est de inferioribus cogitare. Qui bene audiunt, sursum cor, curuum dorsum non habet. Erecta quoque statura est, qui expectat spem re promissam sibi in caelo, maxime si praemittat thesaurum suum quo sequatur cor eius. At uero qui futurae uitae spem non intelligunt, iam excacati de inferioribus cogitant. Et hoc est habere dorsum curuum. A quo morbo dominus mulierem illam liberauit. Alligauit eam satanas annis de cem & octo, & eam curuam crexit.

Luc. 13. Dico ergo. Numquid sic offenderunt ut caderent, absit. Sed illorum delictio salus gentibus, ut illos emulentur. Quod si delictum eorum diuitie sunt mundi & diminutio eorum diuitie gentium, quanto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico gentibus. Quandiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo.

Ex lib. de ciu. dei. 13. Vnde qui cum occiderunt, & in eum credere noluerunt quia oportebat cum mori & resurgere, uastati infeliciter a Romanis, fundi tunc a suo regno ubi iam eis alienigenae dominabantur, eradicati dispersique per terras, quandoquidem ubique non desunt, per scripturas suas testimonio nobis sunt prophetias non nos finxisse de Christo. Quas plurimi eorum considerantes, & ante passionem, & maxime post eius resurrectionem, crediderunt in eum. De quibus praedictum est. Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliqua salua fuerunt. Ceteri uero excacati sunt. De quibus praedictum est. Fiat mensa eorum in laqueum & in retributionem & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum illorum semper incurua. Proinde cum scripturas nostras non credunt, complentur in eis suae quas ceci legunt. Quos agnoscimus propter hoc testimonium quod nobis iuuat prohibet eisdem codices habendo atque seruando, per omnes gentes etiam ipsos esse dispersos, quaque uersum Christi Ecclesia dilaturatur. Nam propheta in psalmis quos legunt etiam de hac re promissa est ubi scriptum est. Deus meus misericordia eius praeniet me. Deus meus demonstrauit mihi inimicis meis, ne occideris eos nequando obliuiscantur legem tuam. Demonstrauit ergo Deus ecclesiae in eius inimicis iudeis gratiam misericordiae suae, quoniam sicut dicit apostolus. Delictum illorum salus gentibus. Fit ideo non eos occidit, id est non in eis perdidit quod sunt iudei, quamuis a Romanis fuerint deuicti & oppressi, ne obliuisceret ad hoc de quo agimus testimonium nisi uideret. Ideo paru sunt ut diceret. Ne occideris eos nequando obliuiscantur legem tuam, nisi adderet etiam, Disperge illos. Quonia si cum isto testimonio scripturarum in sua tantummodo terra non ubique es-

sent, profecto ecclesia quae ubique est, eos prophetiarum quae de Christo praemissae sunt testes in omnibus gentibus habere non posset.

Si quo modo ad emulandum prouocem carnem meam, et saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quae assumptio nisi uita ex mortuis? quod si delictio sancta est, & massa.]

Dilexit apostolus. Si quomodo emulari poteram carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Sed etiam tales medici quamuis non de suo curent, quia nec medici corporis curant de suo, tamen quantumlibet per fidei ministerium opitulentur saluti, uiuentes curare possunt non mortuos suscitare, de quibus dictum est. Nunquid mortuis facies mirabilis? Nihil enim occulta est dei gratia qua hominum mentes quodammodo reuiuiscunt ut possint a quibuslibet eius ministris praecipua sanctorum audire. Quam gratiam commendat in euangelio dicens. Nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Quantumlibet ergo excellentes uerbi praedicatores & ueritatis etiam per miracula suasores tanquam magni medici agant cum hominibus, si mortui sunt & tua gratia non reuixerint, nunquid mortuis facies mirabilis? Aut medici excusantur, & hi quos excusantur confitebuntur tibi. Haec enim confessio iudicat uiuos. Nam sicut alibi scriptum est, a mortuo uelut qui non sit perit confessio.

Et radix sancta, & rami.]

Prangantur superbi rami, humilis inferatur oleaster, maneat tamen radix illis praecisis, istis receptis. Vbi manet radix in patriarchis. Et enim patria Christi populus Israel, quae ex eis uenit secundum carnem. Sed huius arboris radix Abraham, Isaac, & Iacob, patriarchae sancti. Et ubi isti? In requie apud Deum in honore magno, ut in Abraham linum iustus ille pauper post corporis exitum leuaretur, & in Abraham linu de longinquo a superbo diuite uideretur. Ergo radix manet, radix laudatur, sed rami superbi & praecidi & arefcere meruerunt, oleaster autem humilis illorum praecisio ne inuenit locum. Audi ergo quemadmodum praecidantur rami naturales, quemadmodum inferatur oleaster, ex ipso centurione quem commemorandum putauit. Amen, inquit, dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Propterea dico uobis, quia multi ab oriente & occidente. Quam late terram occupauerat oleaster. Amara sylua hic mudus fuit. Sed propter humilitatem, propter non sum dignus ut sub tectum meum intres, multi ab oriente & occidente uenient. Et puta quia uenient, quid de illis fiet? Si enim uenient, iam praecili sunt de sylua: ubi inferendi sunt ne arefcant. Et recumbent, inquit, cum Abraham, Isaac, & Iacob. In quo conuiuio? Ne forte non inuites ad semper uiuendum, sed ad multum bibendum. Recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. Vbi? In regno (inquit) caelorum. Et quid erit de illis qui uenerunt de stirpe Abraham? Quid fide ramis

Ex tractatu psal. 87.

Ioan. 6.

Eccle. 7.

Ex tractatu eu. 1. Io. 16.

Math. 5.

ramis quibus arbor plena erat: Quid nisi quia praecidentur ut isti inferantur? Doce quia praecidentur. Filij autem regni ibunt in tenebras exteriores.

Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster eses insertus es in illis & socius radicis & pinguedinis oleae factus es, noli gloriari aduersus ramos, quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.]

Ex tractatu psal. 134.

Apostolus enim gentibus loquebatur, quibus dicebat. Si ergo uos Christi, ergo Abrahamae semen estis secundum promissionem haeredes. Benedicemus ergo omnes in Deo Abraham, Isaac, & Iacob. Arborem pinguedinis benedixit quandam, eamque oliuam creauit licet dixit apostolus, ipsos patriarchas sanctos unde effloruit populus Dei. Sed haec arbor oliuae putata est non amputata, & inde superbi rami fracti sunt. Ipse est blasphemus & impius populus iudeorum. Manserunt tamen rami boni & utiles. Nam inde apostoli. Et cum ibi rami utiles relictis essent, per dei misericordiam insertus est & oleaster gentium, cui dicit apostolus. Tu autem cum eses oleaster insertus es in illis, & particeps pinguedinis olivae factus es. Noli gloriari aduersus ramos: quod si gloriaris non tu radicem portas, sed radix te. Haec una arbor est pertinens ad Abraham, Isaac, & Iacob. Et quod plus est magis ad Abraham & Isaac & Iacob oleaster insertus pertinet, quam ramis fractis. Illi enim per fragmentum iam non ibi sunt. Oleaster non ibi erat & ibi est. Illi per superbiam frangi meruerunt, iste per humilitatem inferi meruit: illi a miseritiam radicem, iste tenuit eam. Gentes iam credentes in Christum & quasi superbiere cupientes contra iudaeos qui crucifixum Christum, cum de ipsis ueniret alius paries occurrens in angulo, id est in ipso Christo, de diuerso uenienti parietis praepitij id est gentium: cum ergo erigeret se gentes licillas reprimi. Si enim tu, inquit ex naturali incisis oleastro insertus es in illis, noli gloriari aduersus ramos. Nam si gloriaris non tu radicem portas sed radix te. Ergo de radice patriarcharum dici fractos quosdam ramos propter infidelitatem, & insertum ibi oleastrum ut esset particeps pinguedinis oliuae id est ecclesiam de gentibus uenientem. Et quis inserit oleastrum in oliuae? Oliua solet in oleastro, oleastrum in oliua nunquam uidimus. Nam quisquis fecerit non inueniet baccas nisi oleastri. Quod enim inseritur hoc crescit, & eius rei fructus inuenitur. Inuenitur non radicis fructus sed surculi. Hoc ostendens apostolus omnipotentia sua deum fecisse ut oleaster in radice oliuae insereretur, & non baccas syluestres sed oliuae daret, ad omnipotentiam Dei reuocans ait. Si tu ex naturali incisis es oleastro, & contra naturam insertus es in oliuam, noli gloriari, inquit, aduersus ramos.

Sed dicit, ait, fracti sunt rami: ut ego inferar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fide facta. Noli aliam sapere, sed time.]

Quid est enim, noli altum sapere? Noli superbiere quia insertus es, sed time ne frangaris per infidelitatem sicut illi fracti sunt.

Fractos ramos dicit qui ex ipso populo in Christo credere noluerunt, & in ipsa oleae radice, id est origine sanctorum Hebraeorum tanquam oleastrum gentes insertas ut fierent particeps pinguedinis oleae, quo se redditum gaudet apostolus, qui inter fractos ramos per infidelitatem fuit. Inde se quippe liberatum dicit cum se a iudaismo ad Christum transisse latetur, quia Christus semper in illa radice atque in illa arbore praedicatus est: in qua uenientem qui non crediderunt, fracti sunt inde, & qui crediderunt, inserti sunt ibi. Quibus ne superbiant dicitur. Noli altum sapere, sed time. Nam si deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parcat. Sed ne de ipsis fractis ramis desperetur, paulo post dicit. Et ipsi si non permanserint in infidelitate, inserentur. Potens est enim deus inserere illos. Nam si tu ex naturali oleastro incisis & contra naturam insertus es in bona oliuam, quanto magis illi qui secundum naturam sunt inserentur suae oliuae? Ecce unde etiam ipse gloriatur a fractura liberatus, & radicis pinguedinis redditus.

Iudaei olim uocati ex Aegypto, liberati in manu potentis, per rubrum mare traieci, per sic cum euadentes, hostibus insequentibus carceres, mana pastis de seruitute eruti, ad regnum perducti, tot beneficiis empti, in oliua erant, superbiendo fracti sunt. Oleaster contemptiuius per totum mundum erat, illo totus mundus horrebat syluestri oleastro, sed tamen per humilitatem ibi meruit inferi, unde oliua superbiendo praecidi. Audi oliuam superbiemem et frangi dignam. Nos de seruitute non sumus nati, patrem habemus Abraham. Respondeatur. Si filij Abraham essetis facta Abrahamae faceretis. Contra id quod dictum est, De seruitute non sumus nati, Si uos filij liberaterit uere liberi eritis. Liberos uos esse factatis? Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Quanto ergo mitius homo seruus esset hominis quam peruersa cupiditatis? Illi tamen superbiendo humilem non receperunt, uide oleastrum dignum inferi, centurionem illum non de Israeliticis sed de gentibus. Domine non sum dignus ut sub meum tectum intres. Et dominus. Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. In oliua non inueni quod inueni in oleastro. Ergo oliua superbiens praecidatur, oleaster humilis inferatur. Vide inferentem, uide praecidentem. Propterea dico uobis, quia multi ab oriente & occidente uenient. Multus ueniet oleaster inferendus in oliua. Et recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno caelorum. Audi uerbi quemadmodum humilis inferatur oleaster audi quemadmodum oliua superba praecidatur. Filij autem regni ibunt in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.

Haec siue gratanter siue indignanter audiunt Iudaei, nos tamen ubi possumus cum eorum dilectione

Ex li. 6. Eua.

Ex ser. de sacri scio uesperti.

Ioan. 8.

Math. 5.

Ex lib. cor. Iud. eos

nc

ne prædicemus, nec superbe gloriemur aduersus ramos fractos, sed potius cogitemus cuius gratia & quanta misericordia, & in qua radice inserti sumus, ut non alta sapiamus, sed humilibus consentientes ne his cum præsumptione insultando, sed cum timore exultando dicamus. Venite ambulemus in luce domini, quoniam magnum nomen eis in Gentibus, Si enim audierint & obaudierint, erunt inter eos de quibus dictum est. Accedite ad eum & illuminamini & uultus uestri non erubescunt. Si autem audiunt et non obaudiunt, uident & in uident, inter eos sunt de quibus dictum est. Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis frendet & tabescet. Ego autem (dicit Ecclesia Christo) uelut oliua fructifera in domo dei, speraui in misericordia dei in æternum & in seculum seculi. Dicis ergo fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide sta. Noli altum sapere sed time.

Psalm. 111.

Psalm. 57.

Ex li. de gratia noui testamenti.

Roma. 8.

Roma. 10.

1. Cor. 1.

Ephesi. 2.

stamentum pertinentibus dicat Apostolus, quod Paulo ante commemorauit. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater, id est ut fides in nobis sit, quæ per dilectionem operatur, non tam timendo poenam quam amando iustitiam: tamen quia non fit anima iusta nisi participatio ne melioris qui iustificat impium, quid enim habet quod non accepit non debet sibi tribuendo quod dei est ita gloriari quasi non accepit. Ob hoc ei dictum est, noli altum sapere, sed time. Et timor iste præcipitur etiam his, qui ex fide uiuentes hæredes sunt noui testamenti atque in libertatem uocati. Altum enim sapere dictum est superbire. Quod alio loco e contrario satis ostendit, ubi ait. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Ex hoc quod ait humilibus consentientes, utique apparuit nihil aliud se dixisse alta sapientes quam superbientes. Timor ergo non est in charitate, quia perfecta charitas foras mittit timorem, sed illum seruillem, illum quomodo cum se quisque ab opere malo abstinere, poena terretur, non iustitia delectatur. Hunc foras charitas mittit, quia non delectat iniquitas etiam si proponatur impunitas, non illi quo timet anima ne amittat ipsam gratiam, per quam in illa factus est: ut iam non peccare delectat, quo timet ne eam deus deserat etiam si nullis dolorum cruciatibus puniatur. Hic timor castus est, non cum eiicit charitas sed adsciscit. De illo quippe scriptum est. Timor domini castus permanens in seculum seculi. Nequaquam istum diceret permanens, nisi sciens alium qui non permaneret, Timore itaque casto permanenti in seculum seculi non alta sapiendo, sed humilibus consentiendo cum timore & tremore suam ipsorum salutem operentur. Deus est enim qui operatur in eis & uelle & operari pro bona uoluntate. Noli altum sapere, sed time. Qui enim altum sapit, & ideo non timet, utique perniciose non timet. Neque enim mitis & pius est qui seipsum in seipso laudat & amat, sed elatus & ferrox non nouit dicere, In domino laudabitur anima mea, audiant mites & latentur. Quid enim boni amat qui forte hoc ipsum propter hoc ipsum amat nihil timere? Potest enim hoc ipsum sibi persuadere non sanitate, sed immunitate. Verbi gratia, est aliquis audacissimus latro quanto peruerse fortior, tanto periculo se crudelior, qui propter ipsum amorem suum quo amat nihil timere, ingentia facinora molitur ut quod amat exerceat, & exercendo cor roborat: quanto eius fuerunt maiora commissa, tanto maior erit non timentis audacia. Non ergo hoc pro magno bono amandum est, quod & in homine pessimo inueniri potest. Quapropter timeat Christianus antequam perfecta charitas foras mittat timorem, credat & intelligat se peregrinari a deo quandiu uiuit in corpore quod corrumpitur & aggrauat animam. Tanto minor fit timor, quanto patria quo tendimus

Roma. 12.

Psalm. 18.

Ex ser. de timore dei

dimus propior. Maior enim timor debet esse peregrinantium, minor propinquantium, nullus peruenientium. Sic & timor perducit ad charitatem & perfecta charitas foras mittit timorem. Timeat autem Christianus non eos qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant, sed eum qui habet potestatem & corpus & animam in gehennam ignis occidere. Ille timor quem foras charitas mittit, propterea pungit animam ne amittatur aliquid quod in creatura diligitur, uel ipsa salus & requies corporalis, aut aliquid tale post mortem. Propterea enim timeatur & apud inferos poena, et dolores actorum gehennarum. Cum uero cauet anima, ne Deus illam deserat, timor est castus permanens in seculum seculi.

vide ergo bonitatem & seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem si permaneris in bonitate. Alioquin & tu excideris. Sed & illi si non manserint in incredulitate inferentur. Potens est enim deus iterum inserere illos. Nam sicut ex naturali oleastro excisus insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi secundum naturam inserentur sine oliuæ.]

Ex lib. con. iud. eos.

Matth. 8.

Beatus Apostolus doctor gentium in fide & ueritate exhortans nos ut in eadem fide cuius idoneus minister effectus est, stabiles firmique maneamus, præcepto admonet, terret exemplo. Vides, inquit, bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem si permaneris in bonitate. Hoc dixit utique de iudeis, qui tanquam rami ex illa olea quæ est in sanctis patriarchis tanquam in radice fructifera, propter infidelitatem fracti sunt, ut gentium propter infidelitatem infereretur oleaster, & hieret pariter pinguedinis oleæ, ramis naturalibus amputatis. Sed noli, inquit, gloriari aduersus ramos. Nam si gloriaris, non tu radicem portas sed radice te. Et quoniam saluatur aliqui ex illis, continuo subiungit. Alioquin & tu excideris. & illi si non manserint in infidelitate inferentur. Potens est enim deus iterum inserere eos. Illi ergo qui permanent in infidelitate, ad illam sententiam domini pertinent ubi ait. Filii autem regni iherusalem in tenebras exteriores, ibi erit stridor & stridor dentium. Gentes autem permanentes in bonitate ad illud quod superius ait. Multi ab oriente & occidente uenient & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno celorum. Itaque illis patriarchis in radicibus, & infidelis superbia naturalium ramorum iusta dei seueritate confringitur, & fidelis humilitas oleastri gratia diuinae bonitatis inseritur. Quia cuius culpa qualis & quanta poena debeat diuini iudicij est non humana, sicut scriptum est. O altitudo diuitiarum sapientie & scientie dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uitæ eius. Item quia bonitate dei donatur peccata conuersis, hoc ipsum quod Christus missus est satis ostendit, quia non in sua natura qua deus est, sed in nostra quam de femina assumpsit pro nobis mortuus est. Quam Dei bonitatem circa nos

& dilectionem sic prædicat Apostolus. Commendat, inquit, deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Quia uero etiam cum peccatoribus poena debita redditur, non est iniquitas apud deum, sic dicit. Quid dicemus? Nunquid iniquus est deus qui infert iram? Vno autem loco & bonitatem & seueritatem ab illo esse breuiter admonuit dicens. Vides ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem si permaneris in bonitate. Salubriter non solum bonitatem, uerum etiam seueritatem dei sancta scriptura commendat quoniam & amator deus utiliter & timetur. Vnde Apostolus eodem loco utrunque commemorat dicens. Vides ergo bonitatem & seueritatem Dei. Nam si ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, & cetera.] Dicit autem humano more contra naturam esse quod est contra naturam mortalibus notum, nec nos negamus, sicut est quod Apostolus ait. Si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam. Id enim contra naturam dixit, quod est contra consuetudinem naturæ quam notitia humana comprehendit, ut oleaster insertus in olea non oleastri baccas, sed oliuæ pinguedinem ferat. Deus autem creator & conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit. Id enim erit cuius rei naturale quod ille fecerit a quo est omnis modus, numerus, ordo naturæ. Sed contra naturam non incongrue dicimus aliquid deum facere, quod facit contra id quod nouimus in natura. Hanc enim etiam appellamus cognitum nobis cursum solitumque naturæ, contra quem deus cum aliquid facit, magnalia uel mirabilia nominatur. Contra uero illam summam naturam legem a notitia remotam siue impiorum siue adhuc infirmorum, tam deus nullo modo facit quam contra seipsum non facit.

Roma. 8.

Ex lib. con. iud. con. legem & prophetas.

Ex lib. con. Faustum.

Nolo enim uos ignorare fratres mysterium hoc, ut non stitis uobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel.] IN iudicium uenit in mundum ille iudex futurus uiuorum & mortuorum. Quare uenit? Ut qui non uident uideant, qui se non uidere confitentur illuminentur, & qui uident cæci fiant, id est qui cæcitate suam non confitentur grauius obdurentur. Denique impletur est. Qui uidet cæci fiant. Legis defensores, legis tractatores, legis doctores, legis intellectores, auctores legis crucifixerunt. Cæcitas, ipsa est quæ ex parte in Israel facta est ut crucifigeretur Christus, & plenitudo gentium intraret. Cæcitas ex parte Israel facta est. Quid est? Ut qui non uident uideant, ut plenitudo gentium intraret. Et cæcitas ex parte Israel facta est. Totus orbis cæcus iacebat. Sed uenit ille ut non uident

Ex serm. de illumin. cæci nati.

culorum amen.] Nolunt ut sit ipsi gloria in iustificandis impijs gratuita gratia, qui eius ignorantēs iustitiam, suam uolūt constituere ut sui præcedat aliquid meriti, quali priores uolentes dare ut retribuatur eis ab illo de quo dictū est, Quis prior dedit illi & retribuatur: & sua putantes præire merita ad illum de quo audiunt, aut potius audire nolunt, quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Quarum autem diuitiarum est altitudo sapientiæ & scientiæ eius? Ex his sunt diuitiæ gloriæ eius in uasa misericordiæ quæ uocat in adoptionem, quas diuitias notas uult facere per uasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem. Et quæ sunt uitæ inuestigabiles, nisi de quibus in psalmo canitur, Vniuersæ uitæ Domini misericordiæ & ueritas: Misericordiæ igitur & ueritas eius inuestigabiles sunt, quoniam cuius uult miseretur non in iustitiâ, sed misericordiæ gratia, & quæ uult obdurat non iniquitate sed ueritate uindictæ. Quæ tamen misericordiæ & ueritas ita sibi occurrunt, quia scriptum est, Misericordiæ & ueritas occurrerunt sibi, ut nec misericordiæ impediat ueritatem qua plebitur dignus, nec ueritas misericordiam qua liberatur indignus. Quæ igitur sua merita iactatus est liberatus, cum si digna suis meritis redderent non esset nisi damnatus: Nulla ne igitur sunt merita iustorum? Sunt plane quia iusti sunt, sed ut iusti fierent merita non fuerunt. Iusti enim facti sunt cum iustificati sunt, sed sicut dicit Apostolus, iustificati gratis per gratiam ipsius.

Roma. 4. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei quam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uitæ eius. Quantum itaque nobis iudicia sua manifestare dignatur gratias agamus: quantum uero abscondere, non aduersus consilium eius murmuremus, sed hoc quoque nobis saluberrimum esse credamus. Neque enim frustra dictum est, Iudicia tua sicut abyssus multa. Cuius abyssi altitudinem ueluti expauescens exclamat Apostolus. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Præmiserat quippe sententiam miræ profunditatis dicens. Conclulit enim Deus omnes in incredulitate ut omnibus miseretur. Cuius profunditatis ueluti horrore percussus. O altitudo, inquit, diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam inscrutabilia iudicia eius & inuestigabiles uitæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi ut retribuatur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum amen. Valde ergo paruum sensum habemus ad discutendam iustitiam iudiciorum Dei, ad discutendam gratiam gratuitam, nullis meritis præcedentibus, non iniquam, quæ non tam mouet cum præstatur indignis, quam cum æque indignis alijs dene-

psalm. 35. gatur. Scio quod sicut impossibilitas ita & iniquitas non est apud Deum, & quod superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, & scio

Ex lib. de spir. et liter. Petri. 7.

quod illi cuiue extolleretur datus erat stimulus carnis, angelus Satanæ qui eum colaphizaret, semel & iterum & tertio deprecanti dictum est, Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Aliquid ergo est in abdito & profundo iudiciorum Dei, ut etiam iustorum omne os obstruatur in laude sua, & non aperiatur nisi in laudem Dei. Hoc autem aliquid quis possit scrutari, quis inuestigare, quis nosse? Tam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uitæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuatur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum amen.

Dixit Apostolus. Vnus deus pater ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per ipsum. Nunquid non ex filio sunt omnia? quandoquidem ipse dicit. Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Si autem ita distinguis ut non sint per patrem omnia sed ex patre, nec omnia sint ex filio, sed per filium, quis eorum tibi uideretur esse ille de quodidem Apostolus dicit. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uitæ eius: quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuatur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum amen. Vtrum pater est intelligendus an filius? Deum namque prius nominauit dicēs. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, postea uero eum dominum appellauit. Nam siue pater sit iste, siue filius, ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Quomodo ergo ex patre omnia non ex filio, & per filium omnia non per patrem, quandoquidem quemlibet eorum Apostolus uoluerit hoc loco intelligi? Ex ipso, inquit, & per ipsum & in ipso sunt omnia. Si ergo siue de patre siue de filio uerissime tamen dicitur quod ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, sine dubio patris & filij demonstratur æqualitas. Si autem quoniam non nominauit patrem & filium & spiritum sanctum, sed Deum & dominum, quod & ipsa Trinitas dici potest, singula horum trium referri ad singulos uoluit, ex ipso dicens propter patrem, per ipsum propter filium, in ipso propter spiritum sanctum, cur hanc Trinitatem unum dominum Deum non uultis agnoscere, quandoquidem non ait ex ipsis, per ipsos, & in ipsis, sed ait ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, nec ait ipsis gloria, sed ipsi gloria in secula seculorum?

Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit.] Nec mirū est quod sanctis angelis suis in prima lucis conditione formatis prius deus ostendebat quod erat deinceps creaturus. Neque enim intellectum Dei nosset nisi quantum ipse monstrasset. Quis enim cognouit intellectum domini, aut quis consiliarius illi fuit, aut quis prior dedit illi & retribuatur ei? Quoniam

2. Cor. 12.

Ex lib. cont. Maxima. 2.

Ex li. de Gene. daliter. 2.

niam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso ergo discabant Angeli cum in eis fieret cognitio creaturæ deinceps faciendæ, ac deinceps fieret in genere proprio. Quapropter iam luce facta, in qua intelligimus ab æterna luce formatam rationalem creaturam cum in cæteris creandis rebus audimus. Et dixit Deus fiat, intelligamus ad æternitatem uerbi Dei recurrentem scripturæ intentionem. Cum uero audimus & sic est factum, intelligamus in creatura intellectualem factam cognitionem rationis quæ in uerbo Dei est condendæ creaturæ, ut in ea natura prius quodammodo facta sit quæ anteriore quodam motu in ipso dei uerbo prior faciendæ esse cognouit. Et postremo cum audimus repeti & dici quod fecit deus, iam intelligamus in suo genere fieri ipsam creaturam. Porro cum audimus, Et uidit deus quia bonum est, intelligamus benignitati dei placuisse quod factum est, ut pro modo sui generis maneret quod placuit ut fieret, cum spiritus dei referrebatur super aquam.

Aut quis prior dedit illi & retribuatur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum amen.] Et ipsum igitur initium fidei nostræ ex quo nisi ex ipso est: Neque enim hoc excepto ex ipso sunt cætera, sed ex ipso & per ipsum & in ipsum sunt omnia. Aliter enim dicimus homini, debes mihi quia dedi tibi, & aliter dicimus, debes mihi quia promisti mihi. Quando dicis, debes mihi quia dedi tibi, à te processit beneficium, sed mutuatum non donatum. Quando autem dicis debes mihi quia promisti, tu nihil dedisti & tamen exigit. Bonitas enim eius qui promisit dabit, ne in uanitiam fides conuertatur. Qui autem fallit, malus est. Deo autem nunquid dicimus, redde mihi quia dedi tibi? Quid dedimus deo, quando totum quod sumus & quod habemus boni, ab illo habemus? Nihil ergo ei dedimus. Non est quemadmodum uoce ista exigamus debito rem deum, maxime dicente nobis Apostolo. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis eius consiliarius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuatur ei? Illo ergo modo possumus exigere dominum deum nostrum, ut dicamus. Redde quod promisti, quia fecimus quod iussisti. Et hoc tu fecisti, qui laborantes iuuisti. Nemo ergo dicat, ideo me uocauit Deus quia colui deum. Quomodo coluisses si uocatus non fuisset? Si propterea te uocauit Deus quia coluisti Deum, ergo prior dedisti & retribuatur tibi. Nonne istam tibi uocem Apostolus tollit cum dicit, Aut quis prior dedit illi & retribuatur? Sed ecce quando uocatus es, nihil iam eras, ut prædestinareris quando non eras, quid Deo dedisti quando qui aliquid dares non eras? Quid ergo fecit deus quando prædestinauit qui non erat? Quod ait Apostolus. Qui uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Si iam esses, non prædestinareris. Nisi autem es eses non uocareris. Nisi impius esses non iustificareris, Nisi terrenus & abiectus esses non

Genesis 1. Ex li. de præd. sanctorum.

Ex ser. de uer. apost. 16.

Roma. 4.

glorificareris. Quis ergo prior dedit illi & retribuatur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Quid ergo reddimus? ipsi gloria, quia non eramus quando sumus prædestinati, quia auerli eramus quando sumus uocati, quia peccatores eramus quando sumus iustificati. Agamus Deo gratias, ne remaneamus ingrati. Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum amen.] Religiet ergo nos religio unius omnipotenti deo, quia inter mentem nostram qua illum intelligimus patrem & ueritatem, id est lucem interiorem per quam illum intelligimus, nulla interposita creatura est. Quare ipsam quoque ueritatem nulla ex parte dissimilem in ipso & cum ipso ueneremur, quæ forma est omnium quæ ab uero facta sunt & ad unum nituntur. Unde apparet spiritualibus animis per hanc formam facta esse omnia, quæ sola implet quod appetunt omnia, quæ tamen omnia neque fierent à patre per filium, neque suis finibus seruarent nisi Deus summe bonus esset, qui & nulli naturæ quæ ab ipso bona esse possent inuidit, & in bono ipso alia quantum uolent, alia quantum possent ut manerent uident.

Ex lib. de uera religione.

Quare ipsum donum Dei cum patre & filio æque incommutabile colere & tenere nos conuenit unius substantiæ trinitatem, unum deum à quo sumus, per quem sumus, in quo sumus, à quo discessimus, cui dissimiles facti sumus, à quo perire non permisi sumus. Principium ad quod recurrimus, & formam quam sequimur, & gratiam qua reconciliamur, unum quo auctore conditi sumus, & similitudinem eius per quam ad unitatem reformamur, & pacem qua unitati adheremus. Deum qui dixit fiat, & uerbum per quod factum est omne quod substantialiter & naturaliter factum est, & donum benignitatis eius qua placuit & concessum est auctori suo ut non interiret quicquid ab eo per uerbum factum est. Vnum Deum quo creatore uiuimus, per quem reformamur sapienter uiuimus, quem diligentes & quo fruente beate uiuimus. Vnum Deum ex quo omnia, per quæ omnia, in quo omnia, ipsi gloria in secula seculorum amen.

Res igitur quibus fruendum est pater & filius & spiritus sanctus eademque Trinitas, una quædam summa res communis, omnibus fruentibus ea, si tamen & res & non rerum omnium causa, si tamen & causa. Non enim facile nomen quod tantæ excellentiæ conueniat inueniri potest, nisi quod melius ita dicitur. Trinitas hæc unus Deus ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ita pater & filius & spiritus sanctus, & singulus quisque horum Deus, & simul omnes unus Deus, & singulus quisque horum plena substantia, & simul omnes una substantia. Pater, nec filius est, nec spiritus sanctus. Filius nec pater nec spiritus sanctus. Spiritus sanctus nec pater, nec filius. Sed pater tantum pater, & filius tantum filius, & spiritus sanctus tantum spiritus sanctus. Eadē

Ex li. de doctr. christi.

tribus aeternitas, eadem incommutabilitas eadem maiestas, eadem potestas. In patre unitas, in filio aequalitas, in spiritu sancto unitas aequalitatisque concordia. Et tria haec unum omnia propter patrem, aequalia omnia propter filium, connexa omnia propter spiritum sanctum.

Expi. ad Ma
nummum
Unum scilicet dominum esse solum, cui feruitus illa debetur quae latra Graeco uocabulo nuncupatur. Ipsum enim uerbum est in lege, ubi scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Quem si dominum patrem tantummodo dixerimus, respondetur nobis. Ergo latra Domino filio non debetur, quod nefas est dici. Si autem debetur, quomodo uni tantum debetur Deo, si & patri debetur & filio, nisi quia unus Deus, cui soli per latram seruire iussi sumus, ita dicitur Deus solus ut & pater intelligatur & filius. immo uero etiam ipse spiritus sanctus?

1. Cor. 6.
De illo quippe dicit Apostolus. Nescitis quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti quem habetis a deo, & non estis uestris? Empti enim estis precio magno, glorificate & portate Deum in corpore uestro. Quenam Deum nisi spiritum sanctum, cuius corpora nostra esse dixerat templum? Debetur ergo gloria spiritui sancto. Nam si templum eis face re sicut Salomon fecit de lignis & lapidibus iuberemur, utique faciendum templum latram exhiberemus: quanto magis latram debemus, cui templum non facimus, sed sumus?

Ac per hoc si & patri & filio & spiritui sancto latra debetur & exhibetur a nobis, de quo dictum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias, proculdubio Dominus Deus noster cui soli per latram seruire debemus, non est pater solus, nec solus filius, nec solus spiritus sanctus, sed ipsa trinitas unus solus deus, non quo ipse sit pater qui & filius, uel spiritus sanctus ipse sit aut pater, aut filius, cui sit in illa Trinitate pater filij solus, & filius patris solus, spiritus autem sanctus & patris & filij sit spiritus, sed propter unam eandemque naturam atque inseparabilem uitam ipsa Trinitas quantum ab homine potest fide praecedente intelligatur unus Dominus Deus noster, de quo scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

Ex tractatu
psalm. 5.
Non enim duos aut tres deos fides catholica praedicat, sed ipsam Trinitatem unum deum, non ut eadem Trinitas simul possit aliquando pater, aliquando filius, aliquando spiritus sanctus dici, sicut Sabellius credit, sed ut pater non nisi pater, & filius non nisi filius, & spiritus sanctus non nisi spiritus sanctus, & haec trinitas non nisi unus Deus. Quia & cum dixisset Apostolus. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, trinitatem ipsam inuisuasse creditur: nec tamen subiecit ipsis gloria, sed ipsi gloria.

Ex lib. de
Trinitate.
Pater non habet patrem de quo sit, filius autem de patre est ut ait, atque ut illi coaeternus sit.

nus sit. Imago enim si perfecte implet illud cuius imago est ipsa coaequatur ei, & non illud i magini iure. Vbi iam tanta est congruentia & prima aequalitas, & prima similitudo, nulla in re dissidens, & nullo modo inaequalis, & nulla ex parte dissimilis, sed ad identidem respondens ei cuius imago est, ubi prima est & summa uita, cui non est aliud uiuere & aliud esse, sed idem & esse & uiuere, & primus & supremus intellectus, cui non est aliud uiuere & aliud intelligere, sed id quod est intelligere, hoc uiuere est, hoc esse. Unum omnia tanquam uerbum perfectum cui non desit aliquid, & ars quaedam omnipotentis atque sapientis Dei, plena omnium rationum uiuentium incommutabilium, & omnes unum in ea sicut ipsa unum de uno, cum quo unum, ubi non uita omnia Deus quae fecit per ipsam. Et ideo cum decedant & succedant tempora, non decedit aliquid uel succedit scientiae dei. Non enim haec quae creata sunt ideo sciuntur a Deo quia facta sunt, ac non potius ideo facta sunt uel mutabilia quia immutabiliter a Deo sciuntur. Ille igitur ineffabilis quidam complexus patris & imaginis non est sine perfectione, sine charitate, sine gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, felicitas, uel beatitudo, sita in humana aliqua uoce digne dicitur, est in Trinitate spiritus sanctus, non genitus, sed genitoris genitque suauitas, ingenti largitate atque ubertate profundens omnes creaturas pro captu earum, ut ordinem suum teneant & locis suis acquiescant. Haec igitur omnia quae arte diuina facta sunt, & unitatem quandam in se ostendunt, & speciem & ordinem. Quicquid enim horum & unum aliquid est, sicut sunt naturae corporum, ingeniaque animarum, & aliqua specie formantur, sicut sunt figurae, uel qualitates corporum doctrinae uel artes animarum, & ordinem aliquem petit, aut tenet, sicut sunt pondera uel collocationes corporum atque amores aut delectationes animarum. Oportet igitur ut creatorem per ea quae facta sunt intellectum conspicientes trinitatem intelligamus, cuius in creatura quomodo dignum est, apparet uestrigium. In illa enim trinitate summa origo est rerum omnium, & perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio. Itaque illa tria & a se inuicem determinari uidentur, & in se infinita sunt. Et ita singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, et unum omnia. Qui uidet hoc uel ex parte uel per speculum & in aenigmate, gaudeat, cognoscens Deum sicut deum honoret, & gratias agat. Qui autem non uidet, tendat per pietatem ad uidentum, non per caritatem ad calumniantem, quoniam unus est deus sed tamen trinitas. Nec confuse accipiendum est. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, nec dijs multis, sed ipsi gloria in secula seculorum amen.

Quia ergo deus omnia quae non de se genunt sed per uerbum suum fecit, non de his rebus quae iam erant, sed de his quae omnino non erant,

Ex lib. de natura boni

2. Mac. 7.

Psalm. 32.

Rom. 2.

rant, hoc est de nihilo fecit, ita dicit apostolus. Qui uocat ea quae non sunt tanquam sint. Apertius autem in libro Maccabaeorum scriptum est. Oro te fili, repisce ad caelum & terram & omnia quae in eis sunt. Vide & scito quia non erant ex quibus fecit nos dominus Deus. Et illud quod in psalmo scriptum est. Ipse dixit & facta sunt. Manifestum est quod non de se ista genuerit, sed in uerbo atque imperio fecerit. Quod autem non de se, utique de nihilo. Non enim erat aliud unde faceret. De quo apertissime apostolus dicit. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso autem non hoc significat quod de se ipso. Quod enim de ipso est, potest dici ex ipso. Non autem omne quod ex ipso, recte dicitur de ipso. Ex ipso enim caelum & terra, quia ipse fecit ea, non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut homo aliquis si gignat filium & faciat domum, ex ipso filius, ex ipso domus, sed filius de se ipso, domus de terra & de ligno. Sed hoc quia homo est, qui non potest aliquid etiam de nihilo facere. Deus autem ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, non opus habebat aliqua materia quam ipse non fecerat, adiuuari omnipotentiam suam. Cum autem audiuimus omnia ex ipso, & per ipsum, & in ipso, oes utique naturas intelligere debemus quae naturaliter sunt. Neque enim ex ipso sunt peccata, quae naturam non seruant sed uoluntate esse peccantium multis modis sancta scriptura testatur, praecipue illo quod dicit apostolus. Exitimias autem hoc homo qui iudicas eos qui talia agunt & tacis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei. An diuitias benignitatis & patientiae eius & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas dei ad poenitentiam adducit. Secundum duritiam autem cordis tui & cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Nec tamen cum in Deo sint uniuersa quae condidit, inquit eum qui peccat, de cuius sapientia dicitur. Attingit autem oia propter suam munditiam, & nihil inquinatum in eam occurrit. Oportet enim ut sicut deum incorruptibilem & incommutabilem, ita consequenter etiam incoquinabilem credamus. Quia uero & minima bona hoc est terrena atque mortalia ipse fecit, illo apostoli loco sine dubitatione intelligitur, ubi loquens de membris carnis nostrae. Quia si glorificatur unum membrum congruet omnia membra, & si patitur unum membrum conpatitur omnia membra, etiam hoc ibi ait. Deus posuit membra singulum quodque eorum in corpore prout uoluit. Et Deus sperauit corpus, ei cui deerat maiorem honorem dans, ut non essent scissurae in corpore, sed idem ipsum ut pro inuicem sollicita sint membra.

CAP. XII.

Obsecro itaque fratres per misericordiam Dei ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placen-

tem. Rationabile obsequium uestrum. Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quae sit uoluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta.]

Ex lib. de ciu. dei. 10.

Verum sacrificium est omne opus quod agitur, ut sancta societate inhaeamus deo, relatum scilicet ad illum finem boni quo ueraciter beati esse possimus. Unde & ipsa misericordia qua homini subuenitur, si non propter deum sit, non est sacrificium. Et si enim ab homine sit, uel offertur, tamen sacrificium res diuina est, ita ut hoc quoque uocabulo id Latini ueteres appellauerint. Unde ipse homo Dei nomine consecratus & Deo uotus, in quantum mundo moritur ut Deo uiuat, sacrificium est. Nam & hoc ad misericordiam pertinet quam quisque in seipsum facit. Propterea scriptum est. Misere animae tuae placens Deo. Corpus etiam nostrum cum temperantia castigamus, si hoc quemadmodum debemus propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato sed arma iustitiae deo, sacrificium est. Ad quod exhortans apostolus ait. Obsecro itaque fratres per misericordiam Dei ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Si ergo corpus quo inferiore tanquam famulo uel tanquam instrumento utitur anima, cum eius bonus & rectus usus ad deum refertur sacrificium est, quanto magis anima ipsa cum se refert ad deum ut igne amoris eius accensa formam concupiscentiae secularis amittat, eis tanquam incommutabili formae subdita reformetur. Hinc ei placens quod ex eius pulchritudine acceptum sit sacrificium. Quod idem Apostolus consequenter adiungens, Et nolite, inquit, conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate mentis uestrae, ad probandum uos quae sit uoluntas dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum. Cum igitur uera sacrificia operantur misericordiae, siue in nos ipsos siue in proximos quae referuntur ad Deum, opera uero misericordiae non ob aliud fiunt nisi ut a miseria liberemur, ac per hoc ut beati simus: quod non sit nisi bono illo de quo dictum est, Mihi autem adherere Deo bonum est, profecto efficitur ut tota ipsa redempta ciuitas hoc est congregatio societasque sanctorum uniuersale sacrificium offeratur deo per sacerdotem magni, qui etiam seipsum obtulit in passione pro nobis ut tanti capitis corpus essemus secundum formam serui. Hanc enim obtulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est. In hac sacerdos, in hac sacrificium. Cum itaque nos exhortatus esset apostolus, ut exhibeamus corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium nostrum, & ut non conformemur huic seculo, sed reformemur in nouitate mentis nostrae, ad probandum quae sit uoluntas dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum, quod totum sacrificium nos ipsi sumus, Dico enim (inquit) per gratiam Dei quae data est mihi omnibus qui

Psalm. 72.

sunt in uobis, nō plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eodē actus habent, ita multi unum corpus sumus in Christo singuli autem alter alterius membra, habentes dona diuersa secundum gratiam que donata est nobis. Hoc est sacrificium Christianorū. Multi unum corpus in Christo.

Quod etiam sacramento altaris fidelibus noto, frequenter ecclesia, ubi ei demonstratur quod in ea re quam offert ipsa offeratur. Merito illi in cælestibus sedibus constituti immortales & beati, qui creatoris sui participatione congaudent, cuius aternitate firmi, cuius ueritate certi, cuius munere sancti sunt, quoniam nos mortales & miseros ut immortales beati que simus misericorditer diligunt, nolunt nos sibi sacrificari, sed ei cuius & ipsi nobiscum sacrificium se esse nouerunt. Cum ipsis enim sumus una ciuitas dei cui dicitur in psalmo. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Cuius pars in nobis peregrinatur, pars in illis opitulatur.

*Psal. 86.
Ex lib. retru-
sion. 1.*

Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestrī. Non ita est accipiendum quasi totū amisserit homo quod habebat imaginis Dei. Nā si oīo nō amisisset, non esset propter quod diceretur. Reformamini in nouitate mentis uestrę. Et in eandē imaginē transformamur. Sed rursus si totū amisisset, nihil maneret unde diceretur. Quāquā ad imaginē ambulet homo, tamē uane cōturbatur. Qui uero cōmemorati conuertuntur ad deū ab ea deformitate qua per cupiditates seculares conformabantur huic seculo, reformantur ex illo, audientes apostolū dicentē. Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate mentis uestrę, ut incipiat illa imago ab illo reformari a quo formata est. Non enim reformare seipsam potest sicut potuit deformare. Dñs q̄ uerbū cōsummās & breuiās fecit super terrā, in duobus præceptis dixit legem prophetasq̄ pendere, ut intelligeremus quicquid aliud diuinitus præceptū est, in his duob. habere finē, & ad hæc duo esse referendum. Diliges dominum deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & diliges proximum tuū tanquā teipsum. In his (inquit) duobus præceptis tota lex pendet & propheta. Quicquid ergo dei lege prohibemur & quicquid inuohemur facere, ad hoc prohibemur & inueniuntur duo ista compleamus. Et forte generalis prohibitio est. Non concupisces, & generalis iussio, diliges. Vnde breuiter & apostolus Paulus utriq̄ cōplexus est. Prohibitio est enim. Nolite conformari huic seculo, iussio autem. Sed reformamini in nouitate mentis uestrę. Illud pertinet ad non concupiscere, hoc ad diligere, illud ad continentiam, hoc ad iustitiam, illud ad declinandū a malo, hoc ad faciendum bonū. Nō concupiscēdo enim ueritate expoliāmur, & nouitate induimur diu-

*Ex lib. de tri-
nit. 4.*

*Ex lib. de perf.
uo. ho. 1. 1. 2.
ro. 9.*

Matth. 22.

gendo. Sed nec quisquā quidē potest esse cōtinēs nisi Deus det. Et charitas dei diffunditur in cordibus nostris non per nos ipsos, sed per spiritū sanctū qui datus est nobis. Hoc autē fit de die in diem, in his qui uolendo, & credendo, & inuocando proficiunt, & præterita obliuiscunt in ea quæ ante sunt extenduntur. Ad hoc enim lex ista præcepit, ut cum his implendis homo defecerit, non se extollat superbia tumidus, sed ad gratiam confugiat fatigatus, ac si cum lex terrendo ad Christum diligendū pædagogū perducatur officio. Quid est autē aliud iustitia cum in nobis est, uel quælibet uirtus qua recte sapienterq̄ uiuitur, q̄ interioris hominis pulchritudine magis quā corpus sumus ad imaginem dei. Vnde nobis dicitur. Nolite cōformari huic seculo sed reformamini in nouitate mentis uestrę, ad probandum uos quæ sit uoluntas dei, quod bonum, & beneplacitū, & perfectū. Si ergo nō in mole, neq̄ in distantibus per loca sua partibus sicut corpora siue cernuntur, siue cogitantur, sed in uirtute in telligibili qualis est iustitia, mentē dicimus, seu nouimus, seu uolumus pulchram, secundum hanc pulchritudinem reformamur ad imaginē dei.

10

20

30

40

50

Ex libro confessionum tertio decimo, cum de initio Genesis disputaretur, ubi animalia animantia iussa sunt fieri secundum genus, homo uero factus est ad imaginem Dei. Ecce enim domine Deus noster, creator noster, cū cohibita fuerint affectiones ab amore seculi quibus moriebamur male uiuendo, & cœperit esse anima uiuens bene uiuēdo, cōpletumq̄ fuerit uerbum tuū, quo per apostolū tuum dixisti, Nolite conformari huic seculo, cōsequitur & illud quod adiuxisti, statim atq̄ dixisti, Sed reformamini in nouitate mentis uestrę, non iā secundū genus tanquā imitantes præcedentē proximū, & ex hominis melioris auctoritate uiuētes. Neq̄ enim dixisti, fiat homo secundū genus, sed faciamus hominē ad imaginem & similitudinē nostram, ut nos probemus quæ sit uoluntas tua. Ad hoc enim dispensator ille tuus generās per euangeliū filios, ne semper paruulos haberet quos lacte nutrire & tanquā nutrix foueret. Reformamini inquit, in nouitate mentis uestrę ad probandū uos quæ sit uoluntas dei quod bonū, & beneplacitū, & perfectū est. Ideoq̄ non dicis fiat homo, sed faciamus, nec dicis secundū genus, sed ad imaginem & similitudinē nostrā, Mente quippe renouatus & cōspiciens intellectā ueritatē tuā homine demonstratore non indiget ut usum genus imitetur, sed te demonstrante probat ipse quæ sit uoluntas tua, quod bonum, & beneplacitū, & perfectū est.

Dico enim per gratiam que data est mihi, omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.]

Intelligamus quā sit apostolo obtemperandum præcipiente salubriter, ubi ait. Dico autem per gratiam Dei que data est mihi omnibus

*Ex epi. ad Cō
sentium detri
nitate*

Gene. 1.

*Ex li. de ciu.
dei. 12.*

bus qui sunt in uobis, non plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad temperantiam. Vnicuique sicut Deus partitus est mensuram fidei. Si enim pro uiribus suis alatur infans, fiet ut crescendo plus capiat. Si autē uires suæ capacitatē excedat, deficiet antequam crescat.

Et unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secundum gratiam que data est nobis differentes. Siue prophetiam secundum rationem fidei. Siue ministerium, in ministerio. Siue qui docet, in doctrina. Qui exhortatur, in exhortatione. Qui tribuit, in simplicitate. Qui præest, in sollicitudine.]

*Ex epi. ad Lu
lianum*

*Rom. 14.
Ex li. de gra.
et li. arbitrio*

*Ephes. 1.
Ex tractatu
eug. 2. Ioan.
71.*

Esai. 61.

Luce. 1.

Ecce apertam confessionem illius gratiæ quam uehemēter commendat apostolus. Qui etiam mensuram fidei line qua impossibile est placere deo, ex qua iustus uiuit, quæ per dilectionem operatur, ante quam & line qua omnino nulla cuiusquam bona opera existimanda sunt, quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, deum dicit unicuique partitum. De fide hoc est de uoluntate credentis superius disputauimus, usque adeo demonstrans ad gratiam pertinere, ut apostolus non diceret, Misericordiam consecutus sum quia fidelis eram, sed diceret Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem. Sunt & alia testimonia, in quibus est quod ait. Sapite ad temperantiam, sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei. Et quod iam commemorauimus. Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex uobis sed dei donum est. Et illud quod scriptum est ad Ephesios. Pax fratribus & charitas cum fide, a Deo patre & domino Iesu Christo.

Constat, sine spiritu sancto Christum nos diligere, & eius mandata seruare non posse, & id nos posse atq̄ agere tanto minus quanto illum percipimus minus, tanto autem amplius, quanto illum percipimus amplius. Proinde non solum non habenti uerum etiam habenti non incassum promittitur. Non habenti qui dem ut habeatur, habenti autem ut amplius habeatur. Nam nisi ab alio minus, ab alio amplius haberetur, sanctus Heliscus sancto Helice non diceret. Spiritus qui est in te, duplo sit in me. Quando autem ait Ioannes Baptista, Non enim ad mensuram dat deus spiritum, de ipso dei filio loquebatur, cui non est datus spiritus ad mensuram quia in illo habitabat omnis plenitudo diuinitatis. Neq̄ enim sine gratia spiritus sancti est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Nam & ipse dicit de se fuisse illud propheticum impletum. Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me. Quod enim est unigenitus filius aequalis patri, nō est gratiæ sed nature. Quod autem in unitate personæ unigeniti assumptus est homo, gratiæ est non nature. Confidente euangelio atq̄ dicente. Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gratia dei erat in eo. Cæteris autem ad mensuram datur, & datus additur,

donec unicuique pro modo super perfectionis propria mensura compleatur. Vnde monet apostolus non plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad temperantiam. Vnicuique sicut deus partitus est mensuram fidei. Neq̄ enim ipse diuiditur spiritus, sed dona per spiritum. Nam diuisiones donationum sunt, idem autem dominus. Ipsam fidem unde omnis ista stitia sumit initium, propter quod dicitur ad ecclesiam in Cantico canticorum, Venies & pertransies ab initio fidei, restat ut non humano. (quod isti extollunt) tribuamus arbitrio, nec ullis præcedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quæcunque sunt merita, sed grauitum dei donum esse fateamur, si gratiam ueram, id est sine meritis cogitamus: quia sicut ab apostolo dictum legitur, unicuique partitur secundum mensuram fidei. Opera quippe bona fiunt ab homine, fides autem fit in homine, sine qua illa a nullo fiunt homine. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Quapropter ne se uel ipsius rationis meritum extollat, etiam si ad uincendas temporalium rerum cupiditates & diligenda bona æterna atque ipsum fontem omnium bonorum deum, adiutorium datur oranti, fides orat quæ data est non oranti, quæ utique nisi data esset orare non posset. Quomodo enim inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent quem non audierunt? Quomodo audient sine prædicante? Igitur fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Proinde minister Christi huius fidei prædicator secundum gratiam que data est illi, plantator est & rigator, nec tamē plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, qui unicuique partitur secundum mensuram fidei.

*2. Corin. 12.
Ex epi. ad Six.
presb.*

Roma. 10.

Ephes. 4.

Vnde & alibi dicitur. Pax fratribus & charitas cum fide. Quæ ne sibi tribuerent, continuo subiunxit, A deo patre & domino Iesu Christo. Quia nec omnium est fides qui audiunt uerbum, sed quibus deus partitur mensuram fidei, sicut nec omnia germinant quæ plantantur & rigantur, sed quibus deus dat incrementum. Cur autem ille credat, ille non credat cū ambo idem audiant, cum miraculum in eorū conspectu fiat, ambo idem uideant, altitudo est diuitiarum sapientiæ & scientiæ eius, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & apud quem non est iniquitas, dum cuius uult miseretur & quem uult obdurat. Neque enim propterea sunt ista iniusta quia occulta.

Qui miseretur, in hilaritate. Dilectio, sine simulatio ne. Odientes malum, adherentes bono. Charitatem fratris, inuicem diligentes, honore inuicem præuidentes. Sollicitudine non pigri.]

Quoniam in multis offendimus omnes, suggerit dominicam tanquam quotidianam quotidianis & si leuioribus tamen uulneribus medicinam. Iudicium enim, inquit, sine misericordia, illi qui non fecerunt misericordiam. Hinc enim et dominus, Dimittite, inquit, & dimittetur uobis. Date & dabitur uobis.

*Ex lib. ad Hie
ronym. 2.
Iacobi. 4.
Iacob. 2.*

Beati

Luc. 6. Beati enim misericordes, quia ipsorum miseretur deus. Et hoc utique iustum est ut dimittatur eis quia dimiserunt, & detur eis quia dederunt. Inest quippe deo & misericordia iudicantis, & iudicium miseranti. Propter quod ei dicitur, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Nam quisquis uelut nimium iustus iudicium sine misericordia quasi securus expectat, iram iustissimam prouocat. Quam timens ille dicit. Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Vnde dicitur populo contumaci. Quid uultis mecum iudicio contendere? Cum enim rex iustus federit in throno, quis gloriabitur casum se habere cor, aut quis gloriabitur mendum se esse a peccator? Quae igitur spes est nisi super exaltet misericordiam iudicior? Sed erga illos qui misericordiam fecerunt ueraciter dicendo, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus, & sine murmuratione dando, Hilarem enim datorem diligit Deus.

Ex ser. de blasphem. spi. san. Matth. 3. Spiritu feruentes, domino feruentes.]

Matth. 6. 2. Cor. 9. **A**it Ioannes inter cetera quae locutus est ad eos qui uenerunt ut ab illo baptizarentur. Ego quidem uos baptizo aqua in penitentiam: qui autem post me uenturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calcamenta portare. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Quod autem dixit & igni, posset intelligi & tribulatio quam pro Christi nomine credentes fuerant perpassuri. Tamen non abs te est, eundem spiritum sanctum etiam nomine ignis significatum uideri. Propter quod & in aduentu eius dictum est. Vise sunt illis lingue diuise uelut ignis, qui & infedit super unumquemque eorum. Hinc & ipse dominus ait. Ignem ueni mittere in mundum. Hinc Apostolus dicit. Spiritu ferentes, quoniam hinc feruet charitas. Diffunditur quippe in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Cui feruori contrarium est quod dominus ait. Refrigescet charitas multorum. Eloquentiam do mini igniuit eum. Merito spiritus sanctus quando a domino missus est, uise sunt illis lingue diuise uelut ignis. Et apostolus dicit. Spiritu ferentes. A quo igne discedunt de quibus dicit. Refrigescet charitas multorum. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes, Benedicite persequentibus uos. Benedicite & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Id ipsum inuicem sentientes.]

Ex tractatu Psal. 87. **I**n magna uidetur esse tristitia cum dicit, Cupiscit & deficit anima mea in atria domini. Non enim habet quod desiderat, Sed nunquid sine gaudio est? Quo gaudior? Quod ait Apostolus. Spe gaudentes. Ibi iam re gaudebit, modo adhuc spe. Ideoque qui spe gaudet quia certi sunt se adepturos, tolerant in torculari omnes pressuras. Propterea et ipse apostolus cum dixisset spe gaudentes, quasi his loqueretur qui iam in torculari sunt, addidit statim, In tribulatione patientes. In tribulatione, inquit, patientes. Quid deinde? In oratione tolerant. Quid est tolerant? Quia, differimini.

Toleretur quod differtur, quia cum uenerit non auferetur. Quid sibi uult, Labores fructuum tuorum manducabis? Modo labores habemus, fructus postea erit. Sed quia & ipsi & labores non sunt sine gaudio propter spem, de qua Apostolus ait, Spe gaudentes, in tribulatione patientes, modo nos ipsi labores nostri iucundant, & legros nos faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iucundare, manducatus fructus ipsius laboris qualis erit? Manducant labores suos, qui euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Quanto iucundius manducabunt fructus laborum, qui uenientes uenient, cum exultatione portantes manipulos suos. Et ut noueritis fratres quia manducatur labor iste, in superiore psalmo audistis dictum, Qui manducatis panem doloris. Iste est labor fructuum, panis doloris. Nisi enim manducaretur, non diceretur panis. Nisi autem haberet aliquam suauitatem panis iste, nemo illum manducaret cum tanta suauitate. Plorat in gemitu qui orat, Dulciores sunt lacrymae orantium, quam gaudia theatrorum. Et audi flammam desiderii, quia manducatur ipse panis ab illis de quibus dicit, Qui manducatis panem doloris. Alio loco dicit amans iste, cuius uocem in psalmo plerumque agnoscimus. Facta sunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte. Vnde facta sunt lacrymae panes? Dicitur mihi quotidie ubi est deus tuus. Ex epistola ad Macedoniam, ubi sapientium mundi sententiam destruit in praesenti misera uita beatos se esse iactantium.

Onimium superba iactantia. Si beata uita est in cruciatibus corporis, cur non in ea manet sapiens ut fruatur? Si autem misera est, quid obsecro te nisi typhus impedit ne fateatur, ne oret deum, ne iusto & misericordiam supplicet, qui potest uitae huius mala uel auertere uel mitigare, uel ad ea toleranda fortitudinem armare, uel ab eis omnino liberare, & post haec uere beatam uitam dare, quo nullum malum admittatur, & ubi summum bonum nunquam amittatur? Hoc piorum premium est. Cuius adipiscendi spe uitam istam temporalem atque mortalem non tam delectabiliter quam tolerabiliter ducimus, & mala eius tunc bono consilio & diuino munere fortiter ferimus, cum honorum aeternorum fidei dei promissione, & fidei nostra expectatione gaudemus. Ad hoc nos exhortatus apostolus ait. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Ostendit enim quare in tribulatione patientes, praemittendo, Spe gaudentes. Ad hanc spem exhortatur, per Iesum Christum dominum nostrum. Hoc enim deus ipse magister latente maiestatis diuinitatis, & carnis infirmitate apparatus, non solum sermonis oraculo docuit, uerum etiam suae passionis & resurrectionis exemplo. In altera enim qualia tolerare, in altera qualia debemus sperare monstrauit. Istam beatam uitam solus deus ueraciter cultoribus suis post hanc uitam se largiturum esse promisit. Quare

Quare auesce obsecro te uir bone, beatus esse interim spe, ut sis etiam re, cum pietati perfeuerantissima retribuetur merces felicitatis aeternae. Hinc enim ausus sum haec ad te loqui, ut tibi sapientiam qualis esse debeat ostenderem. Haec est autem in praesenti seculo uerus ueri dei cultus, ut sit eius certus atque integer in futuro seculo fructus, hic constantissima pietas, ibi sempiterna felicitas.

Ex tractatu Psal. 118. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.]

Tunc enim erit humilitas uera, si non sola ostentetur in lingua, ut simus secundum apostolum, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Non ait colloquentes, sed consentientes, quod non fit ore. Sed tu hypocrita si dicis habere cum credas te non habere peccatum, foris fingis humilitatem, intus amplexeris uanitate. Ergo & in ore & in corde non habes ueritatem. Quid tibi prodest uideri ab hominibus humilis esse quod dicis, si deus uidet altum esse quod sapis? Certe si auribus diuinum insonaret oraculum, noli altum dicere, nec sic immerito damnareris, si humilis in ore coram hominibus, altum in corde coram domino loqueris. Cum uero audias, Noli altum sapere sed time, & tu intantum sapis altum ut te peccatum aestimes non habere: ac per hoc quia non uis timere, nihil tibi aliud remanet quam tumere. Qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Proinde cum apostolus nos admoneret ne simus alta sapientes, sed humilibus consentientes, cogit etiam potest in quantum superbiae praecipitium feratur homo si non consenserit humili deo, & quam sit perniciosum impatienter ferre hominem quod uoluerit dominus iustus, si patienter pertulit Deus quod uoluit inimicus iniustus.

Ex ser. de pass. domini Luc. 14. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.]

Ex tractatu Psal. 108. **S**ex sunt in isto genere differentiae, quae commemoratae animaduerti facillime possunt. Reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis, reddere bona pro bonis, reddere mala pro malis, non reddere bona pro bonis, sed reddere mala pro bonis. Horum duo prima bonorum sunt, & eorum duorum primum melius. Postrema duo malorum, & eorum posterius deterius. Duo media quodammodo mediocritas, sed eorum prius propinquat bonis, posterius propinquat malis. Haec in scripturis sanctis oportet attendere. Reddidit bona pro malis ipse dominus qui iustificat impiam, & pendens in cruce dixit. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Cuius uestigia secutus Stephanus fixo genu orauit pro lapidantibus dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Ad quam rem hoc praecipitum pertinet, Diligite inimicos uestros, bene facite his qui oderunt uos, & orate pro eis quos persequuntur. Mala pro malis non esse reddenda Paulus apostolus dicit. Nulli malum pro malo redderes. Et apostolus Petrus. Non reddetes malum pro ma-

lo uel maledictum pro maledicto. Vnde & in psalmo legitur. Si reddidi retribuendum mihi mala. Duorum postremorum illud mitius ad nouem leprosos pertinet, qui cum mundantia essent a domino, gratias non egerunt: illud uero ultimum quo nihil est peius, ad hospertinet de quibus in psalmo ipso legitur. Pro eo ut diligerent me detrahebant mihi. Dilectionem quippe debebant tantis domini beneficiis quam non solum minime reddebant, uerum etiam pro illo bono irrogabant malum. Duo uero media quae diximus hominum quodammodo esse mediorum, ita se habent, ut eorum prius quod est reddere bona pro bonis, habeant & boni, & mediocriter boni uel mediocriter mali. Ideo dominus hoc non reprehendit, sed non uult in eo solo suos discipulos promouere, quos uult ad maiora prouehere, quibus ait. Si dilexeritis eos qui uos diligunt, id est reddideritis bona pro bonis, quam mercedem habebitis, id est quid magnum facitis? Nonne & publica ni hoc faciunt? Vult autem illos & hoc facere & longe amplius, id est ut non solum amicos uerum etiam inimicos diligant. Post haec autem quod est reddere mala pro malis, habent & mali, & mediocriter mali uel mediocriter boni, usque adeo ut lex eis dederit ulciscendi modum, oculum pro oculo, dentem pro dente. Quae si dici potest iniustorum iustitia est, non quia iniquum est ut recipiat quisque quod fecerit, alioquin lex nequaquam ea constitueret, sed quia ulciscendi libido uitiosa est, magisque ad iudicium pertinet inter alios hoc discernere, quam bonum hominem sibi expectere.

Ex tractatu Psal. 78. Non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum ire. Scriptum est enim. Mihi uindictam, & ego retribuam dicit dominus.]

Quod scriptum est in Apocalypsi, sub ara dei martyres ad deum clamare & dicere, Quousque domine non uindicas sanguinem nostrum, non est praetercendum quemadmodum accipi oporteat, ne propter exsaturandum odium credantur sancti desiderare uindictam, quod ab eorum perfectione longe abest. Sed tamen scriptum est. Laetabitur iustus cum uiderit uindictam impiorum, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et apostolus ait. Non uosmetipsos uindicantes charissimi, sed date locum irae. Scriptum est enim. Mihi uindictam & ego retribuam, dicit dominus. Nec ipse itaque praecipit aut noluit uindicari, sed non ut se ipsi uindicantes dent locum irae Dei qui dixit. Mihi uindictam, ego retribuam. Et dominus in euangelio, uindictam proponit in similitudinem, quae uindicari desiderans iudicem interpellabat iniustum, qui eam tandem aliquando non iustitia ductus sed tedium uictus audiuit. hoc autem dominus proposuit, ut ostenderet multo magis deum iustum cito facturum iudicium electorum suorum qui ad illum clamant die ac nocte. Inde est & illud sub ara Dei martyrum clamor ut dei iudicio uindicetur. Vbi est ergo illud, Diligite inimicos uestros, benefacite

1. Pet. 3.

te his qui oderunt uos, et orate pro eis qui uos persequuntur. Vbi est illud, Non reddentes malum pro malo, uel maledictum pro maledicto, & nulli malū pro malo reddentes. Si enim malum pro malo non est cuiquam reddendum, non solum factum malum pro facto malo, sed nec uotum malum reddendum est pro facto uel uoto malo. Reddit autem uotum malum qui etiam si non ipse uindictam, tamen ut eius inimicū deus puniat expectat atq; optat. Quare propter cum & homo iustus & homo malus de inimicis suis uelintā domino uindicari, unde discernuntur nisi quia iustus magis cupit inimicum suum corrigi quam puniri. Et cum in eum uidet a domino uindicari, non eius delectatur poena quia non eum odit, sed diuina iustitia, quā Deum diligit. Denique si in hoc seculo in eum uindicatur, uel pro illo etiam latetur si corrigitur, uel certe pro alijs ut eum timeant imitari. Ipse quoq; fit melior non supplicio illius odia sua pacendo, sed errata emendando. Ac per hoc de beneuolentia nō de malitia est quod latatur iustus cum uidet uindictam, & manus suas lauat, id est opera mundiora efficit in sanguine, hoc est in extitio peccatoris, sumēs inde non mali alieni gaudium sed diuine admonitionis exemplum. Si autem in futuro seculo ultimo dei iudicio uindicatur, hoc ei placet quod domino, ne bene sit malis, ne piorum pramijs etiam impij perfruantur, quod utiq; iniustum est, & a regula ueritatis quam iustus diligit alienum. Cum enim nos ad diligendos inimicos dominus hortaretur, exemplum proposuit patris nostri qui in cælis est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nūquid tamen ideo uel te n̄poralibus correctio nibus non emendat, uel pertinaciter duos in fine non damnat? Sic ergo inimicus diligatur ut non displiceat dei iustitia qua punitur. Et sic placeat iustitia qua punitur, ut non de malo eius, sed de bono iudice gaudeatur. Maluolus uero animus contristatur si eius inimicus correptus euaserit poenam, & cum puniri eum uidet uindicari se ita gaudet, ut non iustitia dei quam non diligit, sed illius quem odit miseria delectetur. Et cum ideo dimittit iudicium, ut plus noceat deus quā ipse potest nocere exoptat. Et cum cibum dat inimico esurienti potumq; sitienti, malitiose sapit quod scriptū est. Hoc enim faciens carbonēs ignis congeres super caput eius. Agit enim ut amplius aggrauet, & ei excitet indignationē dei, quā carbonibus ignis significari putat, non intelligens illum ignem esse penitentia urentem dolore, quo cuiuscq; caput eorum superbia benehens inimici ad humilitatem salubrem deponitur. & in bono illius malum uincitur. Vnde apostolus uigilanter adiunxit. Noli uinci a malo, sed uince in bono malum. Quomodo autem potest uincere in bono malum, in superficie bonus, & in alto malus. Qui opere parcat & corde sciat, manu mitis, uoluntate

Psalm. 57.

Matth. 5.

crudelis. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum. Si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbonēs ignis congeres super caput eius.]

Seruabitur ergo in locutionibus figuratis regula huiusmodi, ut tandiu uerfetur diligentī consideratione quod legitur, donec ad regnum charitatis interpretatio perducatur. Si autem hoc iam prope sonat, nulla putetur figurata locutio. Si præceptiua locutio est, aut flagitium aut facinus uetans, aut utilitatē aut beneficentiā iubens, non est figurata. Si autē flagitium aut facinus uidetur iubere, aut utilitatē, aut beneficentiā uerare, figurata est. Ait scriptura. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Si sitit potum da illi. Hic nullo dubitante beneficentiam præcipit. Sed quod sequitur, Hoc enim faciens carbonēs ignis congeres super caput eius, maliuolentia facinus putes iuberi. Ne igitur dubitaueris figurate dictū. Et cum possit dupliciter interpretari, uno modo ad nocendū, altero ad præstandū, ad beneficentiam te potius charitas reuocet ut intelligas carbonēs ignis esse urētes penitentia gemitus, quibus superbia sanatur eius qui dolet se inimicū fuisse hominis a quo eius miseria subuenitur. Noli uinci a malo, sed uince in bono malum.]

Contende cum malo, sed de bonitate. Ipsa enim est uera contentio, uel certamen salubre, ut sit bonus contra malum, non ut sint duo mali. Si tu iam non es malus, opta malo ut sit bonus. Quid scis in malos? Quia mali sunt inquis. Addis te illis, seruiendo in illos. Cōsiliū do, displicet tibi malus, non sint duo. Reprehendis, sed adiungis, auges eius numerū quem condemnas. Malo uti uincere malū, de malitia uincere malitiam: erunt duæ malitiæ, ambæ uincendæ. Non audis consiliū domini tui per apostolū. Noli uinci a malo, sed uince in bono malum. Forte ille peior est quā tuus, duo tamen mali. Ego uellem ut uel unus esset bonus.

CAP. XIII.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.]

A parte superiore significatus est homo totus. Quid enim dixit, omnis anima, nisi omnis homo? Bonus si fuerit qui tibi præest, nutritor tuus est: malus si fuerit, tentator tuus est. Et nutrimenta libenter accipe, & in tentatione approbare. Esto aurum, attende mundum istum tāquam fornacem aurificis. In uno angusto loco tria sunt, aurum, palea, ignis, ad illa duo ignis apponitur, palea uritur, aurum purgatur. Cessit nescio quis minis, & adductus est ad idolum. Væ mihi quia paleā plango, cinerem uideo. Alius non cessit minis, non cessit terroribus. Adductus ad iudicem stetit in confessione sua, nō est flexus ad idolū. Quid facit flamma? Nonne aurum purgat? Stare in domino fratres, potentior est qui uocauit uos. Minas impiorum ne timueritis, inimicos patimini, habebitis pro quibus oretis, proflus non uos terreat. Hæc est sanitas, haurite hinc in isto conuiuio, hic bibite unde satieminī, non illic

Ex li. de doctr. christiana. 3.

Ex tractatu psalm. 36.

Ex ser. de uitali sancti Laurentij

Ex tractatu euang. 2. Ioan. 102. Ex ser. de uerbis euan. seu domini 6.

Sapient. 3.

11. q. 3. qui resistit

Ephes. 6.

lic unde insanitatis. State in domino. Argētei estis, aurum eritis. Ista similitudo non a nobis est, de diuina scriptura est, legistis, audistis. Sicut aurum in fornace probauit illos, & sicut holocaustum hostiam accepit illos. Ecce quid eritis. Ad thesauros Dei estote diuites de Deo non cum facturi diuitem, sed de illo futuri diuites. Impleat uos, aliud non admittatis ad cor uestrum. Nūquid in superbiam uos erigimus, aut dicimus uobis ut aduersus potestates ordinatas contemptores sitis? Non hoc dicimus. Qui & hinc agrotatis, tangite & hinc illam simbriam uestimenti. Ipse dicit Apostolus. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.]

Non enim est potestas nisi a deo. Quæ autem sunt a deo ordinatae sunt. Qui autem resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali.]

Sed quid si illud iubeat quod non debes facere? Hic sane contemne potestatem, timēdo potestatem. Ipsos humanarum rerum gradus aduertite. Si aliquid iusserit curator nonne faciendum est? Tamen si contra Proconsulem iubeat, non utiq; contemnis potestatem, sed eligis maiori seruire. Nec hinc debet minor irasci, si maior prælatus est. Rursum si aliquid ipse Proconsul iubeat, & aliud iubeat imperator, nunquid dubitatur isto contempro illi esse seruendum? Ergo si aliud imperator & aliud deus, quid iudicatis? Minor potestas da ueniam, Tu carcerem, ille gehennam minatur. Hinc iam tibi assumenda est fides tua tanquam scutum, in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere. Sed insidiatur contra te potens, & molitur contra te potens. Quid times hominem o homo? In dei sinu positus sta, de illius sinu noli cadere. Quicquid ibi passus fueris, ad salutē ualebit non ad perniciē. Lanatus membrorum martyres per tulerunt, & timent Christiani iniurias temporum Christianorum? Qui tibi facit iniuriam modo, timens facit. Non dicit aperte, ueni ad aras meas, ibi conuiuare. Non audet dicere, sed alia machinatur dolose. Ablaturus est superflua tua, rasurus quicquid relictus es, tollat quicquid permanebit tibi potest. Quid tulit potens nocens? Quid magnum tulit? Quod fur, quod effractor, ut multum seruiat, quod latro. Si & ad ipsum corpus occidēdum permisus fuerit, quod tollit nisi quod latro? Honorauit cū dixi latro, Nā qualiscunq; latro homo est. Quod febris, quod scorpius, quod fungus malus. Ista tota potētia seruitū est, facere quod fungus. Māducant homines fungum malum, & moriuntur. Ecce in qua fragilitate est uita humana quāquādoq; relicturus es, noli pro illa sic pugnare ut tu relinquaris, uita nostra Christus est, Christū attēde. Pati uenit, sed & glorificari: contemni, sed etiā exaltari: mori, sed etiā resurgere. Opus te terret, mercedē uide. Quare uis peruenire delicatus ad eam rem ad quam non perducit nisi labor? Ex epistola ad Macedonium de religiosa ecclesiastica consuetu

dinis humanitate interueniendi pro reis.

Prodest ergo & seueritas uestra, cuius ministerio quies adiuuatur & nostra: prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas temperatur & uestra. Non uobis displiceat quod rogaminī a bonis, quia nec nobis displicet quod timemini a malis. Nam hominū iniquitatē etiam Apostolus Paulus non tantum iudicio futuro, uerum etiam de presentibus nostris secularibus potestatibus teruit, asserens & ipsas ad dispensationem diuinā prouidentia pertinere. Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo. Quæ autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Quapropter qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt. Principes enim non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & laudem habebis ex illa. Dei enim minister est tibi in bonū. Quod si malū feceris, time. Non enim frustra gladium portat, dei enim minister est, uindex in iram ei qui malum agit. Ideoq; necessitate subditi estote, non solum propter iram, & sed propter cōscientiā. Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim dei sunt in hoc ipsum perseverantes. Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui uectigal uectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Nemini quicquam debeatis nisi ut inuicē diligatis. Hæc uerba apostoli, utilitatem uestræ seueritatis ostendunt. Proinde licet dilectionem iustis sunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem timentibus iustis sunt debere qui terrent. Nihil nocēdi cupiditate fiat, sed omnia consulendi charitate, & nihil fiat immaniter nihil inhumaniter. Ita formidabitur ultio cogitoris ut nec intercessoris religio contemnatur, quia & plectendo & ignoscendo hoc solum bene agitur ut uita hominum corrigatur. Quod si tanta est peruersitas & impietas ut ei corrigendæ nec disciplina nec uenia remedia suffragentur, a bonis tamen intētionē atq; conscientia quam deus cernit, siue seueritas, siue lenitate non nisi officium dilectionis impleatur.

Non est enim potestas nisi a deo. Quæ autem sunt a deo ordinatae sunt. Nocendi autem uoluntas potest esse a suo quoq; animo praua. Non est aut potestas nisi a Deo, & hoc abdita atq; iustitia, quoniam non est iniquitas apud deum. Malitia hominū cupiditatē nocēdi potest habere propriam, potestatem autē si ille non dat non habet. Non enim est potestas nisi a deo. Definitio uerba sententia apostoli est. Non dixit, non est cupiditas nisi a deo. Est enim mala cupiditas, quæ nō est a deo. Sed quia ipsa mala cupiditas nulli nocet si ille non permittat, Nō est inquit potestas nisi a deo. Vnde deus homo stans ante hominē. Nō haberes, inquit, potestatem nisi data tibi fuisset de super. Iste iudicabat, ille docebat. Cum iudicabatur docebat, ut iudicaret quos docuerat. Nō haberes, inquit, in me potestatem nisi data esset tibi de super. Quid est

Ex li. de Gen. ne, ad literam 40. Rom. 9. Ex tractatu psalm. 32.

Ioan. 19.

Nū hoc?

hoc: Homo tantum non habet potestatem, nisi cum acceperit desuper. Quid ipse diabolus? Ausus est uel unam ouiculam tollere uiro sancto Iob nisi prius diceret, Mitte manum tuam: hoc est da potestatem. Ille uolebat, sed ille non sinebat. Quando ille permisit, ille potuit. Non ergo ille potuit, sed qui permisit. Ideo bene eruditus ipse Iob, non ait, Dominus dedit & diabolus abstulit, sed Dominus dedit & dominus abstulit. Sicut domino placuit ita factum est. Non sicut diabolo placuit. Qui etiam nocentium potestas non est nisi a deo, sicut scriptum est loquentem sapientem. Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram. Dicit & Apostolus. Non est enim potestas nisi a deo. Digne autem fieri in libro Iob scriptum est. Qui regna refacit, inquit, hominem hypocritam propter peruersitatem populi. Et de populo Israel dicit Deus. Dedi eis regem in ira mea. Iniustum enim non est ut improbis accipientibus nocendi potestatem honorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Nam per potestatem diabolo data & Iob probatus est ut iustus appareret, & Petrus tentatus ne de se presumere, & Paulus colaphizatus ne se extolleret, & Iudas damnatus ut se suspenderet. Cum ergo per potestatem quam diabolo dedit omnia iuste ipse deus fecerit, non tamen pro his iustificatis sed pro iniqua nocendi uoluntate quae ipsius diaboli fuit, ei reddetur in fine supplicium, cum dicetur impijs qui eius nequitiae consentire perseverauerint, Ite in ignem aeternum quem parauit pater meus diabolo et angelis eius.

Job. 1.
Vbi supra.

Ex li. de natur. boni. Frouerb. 8. Iob. 13.

Osce. 13.

Matth. 25.

Ex ser. de natu. li. sancti Laurentij

Quid ergo (ait aliquis) sanctus Laurentius malum fecerat ut a potestate occideretur? Quomodo in illo impletum est, Bonum fac & habebis laudem ex illa, quando faciendo bonum tantos cruciatus habuit ex illa? Martyr sanctus Laurentius si non haberet laudem ex illa, hodie non honoraretur, non a nobis predicaretur, non tanto preconio laudaretur. Habet ergo laudem ex illa. Quid enim ait apostolus. Bonum fac, & laudabit te potestas ipsa. Bonum enim fecerunt omnes apostoli & martyres, & non eos laudauerunt, sed interfecerunt potius potestates. Ergo si diceret, bonum fac & laudabit te, de ceperat te. Modo autem temperauit uerba, circumspectus, appedit, moderatus est, circuncidit. Dicite quid audistis. Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Si enim iusta est potestas, habebis laudem ex illa, etiam ipsa laudante. Si autem iniqua est, mortuus pro fide, pro iustitia, pro ueritate habebis laudem ex illa, etiam illa fauente. Ex illa enim habebis non ipsa laudante sed ipsa tibi laudis occasionem praebente.

Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, uindex in ira ei qui male agit.

Ex epistola ad Apringium ubi pro Donatistis catholicorum insectatoribus uel etiam necatoribus intercedit.

DE uobis quidem dixisse apostolum legimus quod non sine causa gladium geratis, & ministri dei sitis, uindices in illos qui male agunt. Sed alia causa est prouinciae, alia causa est ecclesiae. Illius terribiliter gerenda est administratio, huius clementer commendanda est mansuetudo, ne passiones seruorum dei catholicorum quae prodesse debent ad exempla patientiae, inimicorum suorum sanguine scendantur. Cur non flectas in prouidentiore parte lenioremque sententiam, quod licet iudicibus facere etiam non in causis ecclesiae? Time ergo nobiscum iudicium dei patris, & commenda mansuetudinem matris. Cum enim tu facis ecclesia facit propter quam facis, & cuius filius facis. Contende bonitate cum malis. Illi scelerum immani membra de corpore uiuio uulserunt, tu opere misericordiae effice ut illa quae nefandis operibus exercebant, alicui utili operi integra eorum membra deseruiant. Illi non perceperunt correptionem sibi praedicantibus dei seruis, tu parce comprehensus, parce perductus, parce conuictus. Illi impio festo fuerunt sanguinem Christianorum, tu ab eorum sanguine etiam iudicium gladium cohibe propter Christum. Illi ministro ecclesiae occiso extorserunt spatium uiuendi, tu inimicis ecclesiae uiuentibus relaxa spatium poenitendi. Talem te oportet esse in causa ecclesiae iudicem Christianum petentibus, monentibus in tercedentibus nobis.

Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram sed propter conscientiam. Ideo enim et tributa praestatis. Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum tributum, cui uectigal uectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem.

IN fide Christi non est distantia Iudaei & Graeci, non serui neque liberi, non masculi & foeminae. In quantum enim omnes fideles sunt omnes, unum sunt in Christo Iesu. Et si hoc facit fides per quam in hac uita iuste ambulatur, quanto perfectius atque cumulatius id species ipsa factura est cum uidebimus facie ad faciem? Nam nunc quamuis primitias habentes spiritus, qui uita est propter iustitiam fidei, tamen quae adhuc mortuum est corpus propter peccatum, differentia ista uel gentium uel conditionis uel sexus iam quidem ablata est ab unitate fidei, sed manet in conuersatione mortali, eiusque ordinem in huius uitae itinere seruandum esse & apostoli praecipunt, qui etiam regulas saluberrimas tradunt quae admodum secum uoluant, & pro differentia gentis Iudaei & Graeci, & pro differentia conditionis Domini & serui, & pro differentia sexus Viri & uxoris, uel si qua talia caetera occurrant. Et ipse prior dominus qui ait. Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & deo quae dei sunt. Alia sunt enim quae seruamus in unitate fidei sine ulla distantia, & alia in ordine uitae huius tanquam in uia, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Et hoc non solum propter iram ut effugiamus offensionem hominum, sed etiam propter conscientiam, ut non simulate quasi ad oculos

In expositio. epi. ad Gal. Matth. 22.

1. Tim. 2.

Ex epi. ad Seuerum epi.

Ex epi. ad Celsinum diaconum

culos hominum ista faciamus, sed pura dilectione conscientia propter deum, qui omnes homines uult saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Nemini quicquam debeatis nisi ut inuicem diligatis. Charitatem tanto magis debemus, quanto amplius impenderit. Cuius nos perpe tuos debitores ostendit apostolus dicens. Nemini quicquam debeatis nisi ut inuicem diligatis. Quamquam si diligentius praeccepta dominum cogitemus, reddimus potius quam donamus, si nemini quicquam debendum est nisi ut inuicem diligamus. Ipsa quippe dilectio exigit debitum, ut fraternae charitati seruientes cum qui se adiuuari recte uelit in quo possumus adiuuemos, semper existentes debitores charitatis. Ipsa est enim quae semper redditur, & semper debetur. Sanctitati tuae salutationem debita reddo, semper autem debeo charitatem quae sola etiam reddita semper debitorem detinet. Redditur enim cum impenditur, debetur autem etiam si reddita fuerit, quia nullum tempus est quando impendenda iam non sit, nec cum redditur, amittitur, sed potius reddendo multiplicatur. Habendo enim redditur, non caretur. Et cum reddi non possit nisi habeatur, nec haberi potest nisi reddatur, immo etiam cum redditur ab homine crescit in homine, & tanto maior acquiritur quanto pluribus redditur. Quomodo autem negetur amicis quae debetur & inimicis? Sed inimicis cauta impenditur, amicis secunda rependitur. Agit tamen quantum potest ut ab his etiam quibus pro malis bona tribuit, id recipiat quod impedit. Optamus quippe fieri amicum quem ueraciter diligimus inimicum, quia non cum diligimus nisi uelimus bonum. Quod utique non erit, nisi amisit inimicitiarum malum. Non ergo sic impenditur charitas ut pecunia. Excepto enim quod illa impendendo minuitur, haec augetur, etiam illo inter se differunt, quod pecuniam cui dederimus tunc ei beniuolentiores erimus, si recipere non quaeramus. Non autem potest esse uerus charitatis impensor nisi fuerit benignus exactor. Quoniam pecunia cum recipitur accedit cui datur, sed recedit a quo datur. Charitas uero non solum apud eum crescit qui hanc ab eo quem diligit exigit, etiam si non recipit, sed etiam ille a quo eam recipit tunc incipit habere cum reddit. Proinde domine frater tuam tibi charitatem libens reddo, gaudensque recipio. Quam recipio adhuc repero, quare edo adhuc debeo. Vnum enim magistrum apud quem condiscipuli sumus, per eius apostolum dociles audire debemus praecipientem atque dicentem. Nemini quicquam debeatis nisi ut inuicem diligatis.

Qui enim diligit proximum, legem impleuit.

Ex lib. con. Augustini.

Ides enim sicut apostolus ait, per dilectionem operatur. Vnde item dicit. Qui enim diligit alterum, legem impleuit. Istam charitatem quia ueniens Christus per spiritum sanctum quem promissum misit, in manifestatione donauit, quae sola charitate iustitia legis posset imple-

ri, propterea dixi, Non ueni soluere legem sed adimplere. Hoc est nouum testamentum quod huic dilectioni hereditas regni caelorum promittitur, quod in figuris ueteris testamenti pro tempore distributione tegebatur. Vnde idem dicit. Mandatum nouum do uobis ut uos inuicem diligatis. Haec est autem uera dilectio, ut inherentes ueritati iuste uiuamus, & ideo contemnamus omnia mortalia praeter amorem minimum quo eos uolumus iuste uiuere. Ita enim & mori pro fratribus utiliter parati esse poterimus, quod nos dominus Iesus Christus exemplo suo docuit. Cum enim duo praeccepta sint in quibus tota lex pendet & propheta, dilectio dei, & dilectio proximi, non immerito plerumque scriptura pro utroque unum ponit, sicut tantum Dei, sicut est illud, Scimus quoniam diligebimus Deum omnia cooperantur in bonum. Et iterum. Quisquis autem diligit deum hic cognitus est ab illo. Et illud. Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. & alia multa. Quia & qui diligit deum consequens est ut faciat quod praecipit deus, & intantum diligit in quantum facit. Consequens ergo est ut proximum diligat quia hoc praecipit deus. Siue tantum proximi dilectionem scriptura commemorat, sicut est illud. Inuicem onera uestra portate, et sic adimplebitis legem Christi. Et illud. Omnis enim lex in uno sermone impletur in eo quod scriptum est, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Et in euangelio. Omnia quaecumque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite eis. Haec est enim lex & propheta. Et plerumque talia reperimus in literis sanctis, in quibus sola dilectio proximi ad perfectionem praecipit uidetur, & taceri de dilectione dei, cum in utroque praeccepto lex pendeat & propheta. Sed hoc ideo, quia & qui proximum diligit consequens est ut ipsam praecipue dilectionem diligat. Deus autem dilectio est, & qui manet in dilectione in Deo manet. Consequens ergo est ut praecipue Deum diligat. Queritur potest cur apostolus solum commemorauerit proximi dilectionem qua legem dixit impleri, Qui enim diligit alterum, inquit, legem impleuit. Nam Non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, & si quod aliud est mandatum, in hoc sermone recuperatur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo enim legis charitas. Cur apostolus solum proximi dilectionem commemorat, nisi quia dilectionem Dei possunt homines metiri, quia rariores tentationes eam probant: in dilectione autem proximi facilius conuincuntur eam non habere, dum inique cum hominibus agunt. Consequens est autem ut qui ex toto corde, extota anima, ex tota mente Deum diligit, diligat & proximum tanquam seipsum, quia hoc iubet ille quem ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente diligit. Item diligere proximum, id est omnem hominem tanquam seipsum,

Matth. 5.

1. Ioan. 13. Ex li. de tri. 8.

Rom. 8. 1. Cor. 8. Rom. 5.

Galat. 6. Galat. 5. Matth. 7.

1. Ioan. 4.

In expositio. epi. ad Galat. 1. 16.

pium, quis potest nisi deum diligat, cuius præcepto & dono dilectionem proximi possit implere. Cum ergo præceptum utriusque sit, ut neutrum sine altero possit teneri, etiam unum horum commemorare plerumque sufficit cum agitur de operibus iustitiæ, sed opportunius illud de quo facilius quisque convincitur. Vnde & Iohannes dicit. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? Mentiebantur enim quidam dilectionem Deise habere, & de odio fratris eam non habere convincebatur, de quo iudicare in quotidiana vita & moribus, per facile est. Nam non adulterabis: non occides: non suraberis: non falsum testimonium dices: non concupisces, & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tanquam teipsum.]

1. Ioh. 4.

Ex lib. ad Hebr. 7. 2.

Ex tractatu. 1. Ioh. 4. 2.

Cur ergo non dicimus qui hanc virtutem habet, habere omnes, cum plenitudo legis sit charitas? An quanto magis est in homine, tanto magis est virtute præditus: quanto autem minus, tanto minus inest virtus, quia ipsa est virtus: et quod minus inest virtus, tanto magis est vitium? Vbi illa plena & perfecta fuerit, nihil ex vitio remanebit. Nolite itaque putare fratres mei in hoc quod ait dominus, Mandatum novum do vobis ut vos invicem diligatis, illud maius prætermisum esse mandatum quo præcipitur ut diligamus Dominum Deum nostrum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente. Tanquam enim hoc prætermisum videtur dictum ut diligatis invicem velut hoc ad illud alterum pertineat quod dictum est, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his enim duobus præceptis, inquit, tota lex pendet & propheta. Sed bene intelligentibus utriusque invenitur in singulis. Nam & qui diligit deum, non potest eum contemnere præcipiente ut diligat proximum: & qui sancte ac spiritaliter diligit proximum, quid in eo diligit nisi Deum? Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta, quam distinguendo addidit dominus, Sicut dilexi vos. Quid enim nisi deum dilexit in nobis? Non quod habebamus, sed ut haberemus, ut perducatur nos ubi sit Deus omnia in omnibus. Sic etiam medicus recte dicitur agros diligere. Et quid in eis diligit nisi salutem, quam cupit utique revocare, non morbum quem venit expellere? Sic ergo & nos invicem diligamus ut quantum possimus invicem ad habendum in nobis Deum cura dilectionis attrahamus. Hanc dilectionem donat ipse nobis, qui ait. Sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem. Ad hoc ergo nos dilexit, ut & nos diligamus invicem, hoc nobis conferens diligendo nos, ut mutua dilectione constringamur inter nos, & tam dulci vinculo conexi membrum corpus tantum capitis simus.

1. Ioh. 13.

Ex lib. de doctr. christ. 1.

Tunc quippe est optimus homo, cum tota vita sua pergit in incommutabilem vitam, & toto affectu inhaeret illi. Si autem se propter se diligit, non se refert ad deum, sed ad seipsum commutabile aliquid conuer-

titur, & propterea iam cum defectu aliquo frustratur, quia melior est cum totus haeret atque constringitur incommutabili bono quam cum inde vel ad seipsum relaxatur. Si ergo teipsum non propter te debes diligere, sed propter illum, ubi dilectionis tuae rectissimus finis est, non succenseat alius homo si etiam ipsum propter deum diligis. Hec enim regula dilectionis divinitus constituta est. Diliges, inquit, proximum tuum tanquam teipsum. Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente. ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas a quo habes ea ipsa quae confers. Cum autem a toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ nostrae partem reliquit quae ualere debeat, & quasi locum dare ut re alia uelit frui, sed quicquid aliud diligendum uenerit in animum, illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Quisquis ergo recte diligit proximum, hoc cum eo debet agere, ut ipse etiam toto corde, tota anima, tota mente diligat deum. Sic enim eum diligens tanquam seipsum, totam dilectionem sui et illius refert in dilectionem Dei, quæ nullum a se rivulum duci extra patitur, cuius derivatione minuatur.

Matth. 22.

Ex ser. de decem chordis

Decalogus legis decem præcepta habet, quæ sic sunt distributa, ut tria pertineant ad deum, septem pertineant ad hominem. Est enim bellum quod secum agit homo dimicans contra concupiscentias malas, frenans avaritiam, elidens superbiam, suffocans ambitionem, trucidans libidinem. Has pugnas facit in occulto, & non uincaris in aperto. Ad hoc docentur manus uestræ ad prælium. Non est hoc in speculaculis uestris uenator quod citharista. Aliud agit uenator, aliud citharista. In spectaculo Dei unum est. Tangis eisdem decem chordas, & feras occidis, utrunque simul facis. Tangis primam chordam qua unus colitur Deus, cecidit bestia superstitionis. Tangis secundam qua non accipis nomen Domini Dei tui in uanum, cecidit bestia erroris nefandarum hæresum. Tangis tertiam chordam ubi pro spe futurae quietis facis quicquid facis, interficitur crudelior ceteris bestiis amor seculi huius. Propter amorem seculi huius laborant homines in omnibus negotiis: tu autem in omnibus operibus tuis labora non propter amorem seculi, sed pro sempiterna requie quam promittit Deus. Honora patrem tuum & matrem tuam. Tangis quartam chordam, ut honorem parentibus deferas, cecidit bestia impietatis. Non moechaberis. Tangis quintam chordam, cecidit bestia libidinis. Non occides. Tangis sextam chordam, cecidit bestia crudelitatis. Non furtum facies. Tangis septimam chordam, cecidit bestia rapacitatis. Non falsum testimonium dices. Tangis octavam chordam, cecidit bestia falsitatis. Non concupisces uxorem proximi tui. Tangis nonam chordam, cecidit bestia adulterinae cogitationis. Aliud est enim non facere aliquid ta-

le præter uxorem, aliud non appetere alienam uxorem. Ideo duo præcepta sunt, non moechaberis, & non concupisces uxorem proximi tui. Non concupisces rem proximi tui. Tangis decimam chordam, cecidit bestia cupiditatis. Ita cadentibus omnibus bestiis, securus & innocens in dei dilectione & humana societate uersaris. Charitatem habens quæ est de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, diligit deum & proximum sicut seipsum. Amator enim dei amator est sui. Et non diligens deum non diligit proximum, quia non diligit seipsum. Pro hac autem dilectione patienter etiam mundi odia toleranda sunt. Necessè est enim ut nos oderit quæ uidet odisse quod diligit. [Dilectio proximi malum non operatur.]

Ex lib. ser. Prosperi

Ex tractatu Psal. 11.

Psalm. 10. Ex ser. epi. Ioh. 10.

Psalm. 9.

Ex lib. ad Hieronym. 2.

Proximum omnem hominem oportet intelligi, quia nemo est cum quo sit operandum malum, & dilectio proximi malum non operatur. Qui ergo amat homines, aut quia iusti sunt, aut ut iusti fiant amare debet. Sic enim & seipsum amare debet, aut quia iustus est, aut iustus ut sit. Sic enim diligit proximum tanquam seipsum sine ullo periculo. Qui enim aliter se diligit, iniuste se diligit, quoniam ad hoc se diligit ut sit iniustus, ad hoc ergo ut sit malus, ac per hoc iam non se diligit. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Tenete ergo dilectionem, & securi estote. Quid times ne malefacias alicui? Quis malefacit ei quem diligit? Dilige, non potest fieri nisi si benefacias. Sed forte corripis. Amor hoc facit non seuitia. Sed forte caritas. Ad disciplinam facis, quia amor ipsius dilectionis non te permittit negligere in disciplinam. Et sit quodam modo quasi diuersus fructus & contrarius, ut aliquando odium blandiatur & charitas seuiat. Nescio quis odit inimicum suum, & fingit amicitiam. Videt illum aliquid facere mali, laudat, uult eum esse præcipitem, uult eum ire per abrupta cupiditatum suarum unde forte non redeat, laudat eum quoniam laudatur peccator in desiderijs anime sine, adhibet illi unctionem adulationis suæ. Ecce odit & laudat. Alter uidet amicum suum tale aliquid facere, reuocat si illum non audiat, profert etiam uerba castigationis, obiurgat, litigat. Aliquando uenitur ad hanc nec essitatem ut litiget. Ecce odium blanditur & charitas litigat. Noli attendere uerba blandientis, & quali seuitiam obiurgantis: uenam inspicere, radicem unde proccedat quære. Ille blanditur ut decipiat, iste litigat ut corrigat. [Plenitudo ergo legis est dilectio.]

ximi malum non operatur. Plenitudo autem legis charitas. Nemo autem diligit proximum suum nisi diligens deum, ut hoc quantum potest proximo impendat quod diligit tanquam seipsum, ut ille diligat Deum: quem si ipse non diligit, nec se nec proximum diligit. Mandatum nouum do uobis ut diligatis. Quod autem hic ita dixit, hoc est mandatum meum, uelut non sit aliud, quid putamus fratres mei? Nunquidnam solum eius de ista dilectione mandatum est qua diligimus in uicem? Nonne est aliud maius ut diligamus Deum? Aut uero de sola nobis Deus dilectione mandauit, ut alia non inquiramus? Tria certe commendat apostolus dicens, Manent autem fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem his est charitas. Et si in charitate hoc est in dilectione concluduntur duo illa, maior tamen dicta esse non sola. De fide ergo nobis quam multa mandata sunt: Quam multa de spe? Quis potest cuncta colligere? Quis enumerando sufficere? Sed intueamur quod idem ait Apostolus, Plenitudo legis charitas. Vbi ergo charitas est quid est quod possit deesse? Vbi autem non est quid est quod possit prodesse? Deum credit nec diligit. Nemo diligit qui non credit. Frustra quidem, sed tamen potest sperare ueniam qui non diligit. Nemo autem potest desperare qui diligit. Itaque ubi dilectio est proximi, ibi necessaria fides & spes. Et ubi dilectio proximi, ibi necessaria etiam dilectio dei. Qui enim non diligit Deum quomodo diligit proximum tanquam seipsum, quando quidem non diligit & seipsum? Est quippe impius & iniquus. Qui autem diligit iniquitatem, non plane diligit sed odit animam suam. Hoc ergo præceptum domini teneamus ut nos invicem diligamus, & quicquid aliud præcipit faciamus, quoniam quicquid est aliud hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio ab ea dilectione qua se invicem diligunt homines sicut homines. Nam ut discerneret adiectum est. Sicut dilexi uos. Ut quid enim nos dilexit Christus nisi ut possimus regnare cum Christo? Ad hoc ergo & nos invicem diligamus, ut dilectionem nostram discernamus à ceteris qui non ad hoc se invicem diligunt, quia nec diligunt. Qui autem se propter habendum Deum diligunt ipsi se diligunt. Ergo ut se diligat Deum diligunt. Non est hæc dilectio in omnibus hominibus. Pauci se propterea diligunt, ut sit Deus omnia in omnibus. Qui sedes super Cherubim. Cherubim sedes gloriæ Dei, & interpretatur plenitudo scientiæ. Ibi sedet Deus in plenitudine scientiæ. Licet intelligamus Cherubim sublimes esse caelorum potestates atque uirtutes, tamen si uis eris Cherubim. Si enim Cherubim sedes est Dei, audi quid dicat scriptura. Anima iusti sedes sapientiæ. Quomodo inquis ero plenitudo scientiæ? Quis hoc implet? Habes unde impleas, plenitudo legis charitas. Noli per mul-

Ex tractatu eu. sec. 10. 80. 13.

1. Cor. 13.

Psalm. 10.

1. Cor. 15. Ex tractatu Psalm. 79.

ra ire atque distendi. Terreret te ramorum dis-
futor: Radicem tene, & de magnitudine arboris
noli cogitare. Sit in te charitas, & necesse
est plenitudo scientiæ consequatur. Quid e-
nim nescit qui charitatem scit? Quandoquidē
dictum est: Deus charitas est.

1. Ioan. 4.

Et hoc scientes tempus quia hora est iam nos de somno sur-
gere. Nunc ergo propior est nostra salus quam cum credidi-
mus. Nox præcessit, dies autem appropinquavit.]

Ex tractatu
Ej. 87.

ET mane oratio mea præueniet te. Iam ma-
ne, posteaquam nox infidelitatis & tene-
brarum transierunt. Quod mane ut mihi esset, mi-
sericordia quidem tua præuenit me. Sed quia
restat illa clarificatio ubi illuminabuntur oc-
cultæ tenebrarum, & manifestabuntur cogita-
tiones cordis, & laus erit uicuique à te, nunc in
in ista uita, in ista peregrinatione, in hac luce
fidei quæ in comparatione tenebrarum infir-
mitatis iam dies est, sed in comparatione diei,
ubi uidebimus facie ad faciem, adhuc nox est,
adhuc oratio mea præueniet te. Ut autem ista
seruaretur & exerceatur oratio quæ nobis quan-
tum expedit nullis (ut opinor) uerbis expli-
cari potest, differatur bonum quod in æternum
dabitur, & mala transitura crebescunt, & se-
pe amici & noti periclitantes secundum secu-
lum sanctos formidine deserunt. De quibus di-
cit apostolus. Omnes me dereliquerunt, non
illis imputetur. Sed ut quid hæc omnia nisi ut
oratio huius sancti corporis mane, id est post
noctem infidelitatis in luce fidei præueniat de-
um donec ueniat salus illa, in cuius nondum
re sed iam spe salui facti sumus, eamque cum pa-
tentiâ fideliter expectamus?

Ex li. de Gene.
ad literam 4.
Ephes. 5.

Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lu-
cis. sic ut in die honeste ambulemus.]
Vita fidelium quæ in hac carne atque in hoc
seculo ducitur, in comparatione uitæ infi-
delis atque impie non irrationabiliter lux &
dies appellatur, dicente Apostolo. Fuitis ali-
quando tenebræ, nunc autem lux in domino.
Et illud. Abijciamus ergo opera tenebrarum
& induamus nos arma lucis. sic ut in die hone-
ste ambulemus. Qui tamen dies nisi rursus in
comparatione illius diei quo cœquales ange-
lis facti uidebimus Deum licuiti est, ipse quoque
nox esset, non hic prophetiæ lucerna indigere-
mus. Vnde Apostolus Petrus dicit. Habemus
certiorem propheticum sermonem, cui bene-
facitis intendentes sicut lucernæ in obscuro lo-
co donec dies luceat, & lucifer oriatur in
cordibus uestris.

Ex tracta.
Ej. 76.

Vita fidelium in comparatione uitæ infide-
lium dies est. Abijciamus, inquit, opera tene-
brarum & induamur arma lucis. sic ut in die
honeste ambulemus. Ergo honeste uiuentes,
in comparatione uitæ impiorum in die sumus
Sed iste dies uitæ fidelium non sufficit. Iste enim
quamuis dies sit uitæ fidelium, tæntatio est
uita humana super terram. Nox & dies. Dies
in comparatione infidelium, nox in compara-
tione angelorum. Habent enim diem angeli
quem nos nondum habemus, iam nos habet-

mus, quem non habent infideles. Sed nōdum
habent fideles quem angeli habent. Tunc au-
tem habebunt cum erūt æquales angelis Dei,
quod illis in resurrectione promissum est.

Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus
& impudicijs, non in contentione & emulatione, sed indui-
mini dominum Iesum Christum.]

CVm Apostolus tria breuiter genera uitio-
rum detestanda & uitanda uno in loco po-
suerit, de quibus innumerabilium peccatorū
exurgit seges, unum horum quod secundo lo-
co posuit, acerrime in ecclesia uindicatur. duo
autem reliqua, id est primum & ultimum tole-
rabilia uidentur hominibus, atque ita paula-
tim fieri potest ut nec uitia iam putentur. At
enim uas electionis. Non in comessationi-
bus & ebrietatibus, non in cubilibus & impu-
dicijs, non in contentione & dolo, sed indui-
te uos Dominum Iesum Christum, & carnis
curam ne feceritis in concupiscentijs. Horum
ergo trium cubilia & impudiciæ ita magnū
crimen putatur, ut nemo dignus non modo
Ecclesiastico ministerio sed ipsa etiam sacra-
mentorū communione uideatur qui se isto
peccato maculauerit. Et recte omnino. Sed
quare solum? Comessationes enim & ebrie-
tates ita concessæ & licitæ putantur, ut in ho-
nore etiam beatissimorum martyrum non so-
lum per dies solennes (quod ipsum quis non
lugendum uideat qui hæc non carnis oculis
inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur.
Quæ foeditas si tantum flagitiosa & non eti-
am sacrilega esset, quibuscunque tolerantiam
uiribus sustentandam putarem, quanquam
ubi est illud, quod cum multa uitia enumeras-
set idem Apostolus, inter que posuit ebriosos,
ita conclusit ut diceret, Cum talibus nec pa-
nem edere? Sed seramus hæc in luxu & labe
domestica, & eorum conuiuiorum quæ priua-
tis parietibus continentur, accipiamusque cum
eis corpus Christi cum quibus panem edere
prohibemur: saltem de sanctorum corporum
sepulchris, saltem de locis sacramentorum, de
domibus orationum, tantum dedecus arceat-
tur. De cōtentione autem & dolo quid ad me
attinet dicere, quando ista uitia non in plebe
sed in nostro numero grauiora sunt? Horum
autem morhorum superbia mater est, & hu-
manæ laudis auditas, quæ etiam hypocritarum
sepe generat. Huic non resistitur nisi cre-
bris diuinorum librorum testimonijs incutia-
tur timor & charitas Dei. Si tamen ille qui
hoc agit seipsum præbeat patientiæ atque hu-
militatis exemplum, minus sibi assumendo
quàm offertur, sed tamen ab eis qui se hono-
rant nec totum nec nihil accipiendo, & id
quod accipitur laudis atque honoris non pro-
pter se, qui totus coram Deo esse debet & hu-
mana contemnere, sed propter illos accipia-
tur quibus consulere non potest si nimia deie-
ctione uilescat. Ad hoc enim pertinet quod di-
ctum est. Nemo iuuentutem tuam cōtemnat.
cum ille hoc dixerit qui alio loco ait. Si homi-
nibus

Ex epi. ad Au-
relium episc.

Galat. 1.

nibus placere uellē, Christi seruus non essem.
Magnum est de honoribus & laudibus homi-
num nō latari, sed omnem eminentem pom-
pam præcidere, & si quid inde necessarium re-
tinetur id totum ad utilitatem honorantium
salutemque conferre. Non enim frustra dictum
est, Deus confringet ossa hominū placere uo-
lentium. Quid enim languidiūs, quid tam sine
stabilitate ac fortitudine (quod ossa significat)
quàm homo quem male loquentium lingua
debilitat, cum sciat falsa esse quæ dicuntur? Cu-
ius rei dolor nullo modo animæ uiscera dila-
taret, si nō amor laudis eius ossa cōfringeret.
Et carnis curam ne feceritis in desiderijs.]

Psal. 52.

Ex li. de ser.
domi. in mō
te

CRassinus enim dies (inquit) sollicitus erit
sibi ipsi. id est ut cum oportuerit sumas ci-
bum, uel potum, uel indumentum cum ipsa sci-
licet necessitas urgere cōperit. Aderunt enim
hæc, quia nouit pater uester quod horum om-
nium indigetis. Sufficit enim diei, inquit mali-
tia sua, id est sufficit quod ista sumere urgebit
necessitas ipsa. Fluic ergo pœnæ temporali
necessitatis noli addere aliquid grauius. Quæ-
rentibus primum regnum & iustitiam Dei, id
est hoc præponentibus ceteris rebus ut pro-
ter hoc cetera quæramus, non debet subesse
sollicitudo ne illa desint quæ huic uitæ propter
regnum Dei sunt necessaria.

Matth. 9.

Ex li. confess.
10.

Fames & sitis quidem dolores sunt, urunt
& sicut febres necant, nisi alimenterum medi-
cina succurrat. Quæ quoniam præsto est ex
consolatione munerum tuorum in quibus no-
stra infirmitati terra & aqua & calum serui-
unt, calamitas delicti uocantur. Hoc me do-
cuisse ut quemadmodum medicamenta sic ali-
menta sumpturus accedam. Sed dum ad quie-
tem satietatis ex indigentia molestia transeo,
in ipso transitu insidiatur mihi laqueus concu-
piscentiæ. Ipse enim transitus uoluptas est, &
non est alius quo transeat quàm quo transire
cogit nec essitas. Et cum salus sit causa eden-
di & bibendi, adiungit se tiquam pedisse qua
periculosa iucunditas, & perierunt præire co-
natur, ut eius cautia fiat quod salutis causa me
facere uel dico uel uolo. Nec idem modus u-
triusque est. Nā quod saluti satis est, delectatio
ni parū est, & sepe incertum fit utrum adhuc
necessaria corporis cura subleuiā petat, an uo-
luptaria cupiditas fallaciæ ministerium suppe-
rat. Ad hoc incertum hilaris est infelix anima,
& in eo præparat excusationis patrocinium,
gaudens non apparere quod satis sit modera-
tioni ualitudinis, ut obtentu salutis sobumbret
negotium uoluptatis. His tentationibus quo-
tidie conor resistere, & inuoco dextrā tuam.
Nemo enim potest esse continens nisi tu des.

Ex li. de bea-
ta uita

Proue. 24.

Nec nos terrent quedam more sapientium
corpori necessaria Non enim eis eget ipse ani-
mus, in quo posita est beata uita. Ipse enim per-
fectus est, nullus autem perfectus aliquo eget.
Et quod uidetur corpori necessarium sumet si
affuerit. Si non affuerit, non eum istarum re-
rum frangat inopia. Omnis namque sapiens for-

tis est. Nullus autem fortis aliquid metuit. Nō
igitur metuit sapiens ad mortem corporis aut
dolores, quibus pellendis uel euitandis uel dis-
ferendis sunt necessaria illa quorum ei potest
contingere inopia, sed tamen non desinit eis
bene uti, si ipsa non desunt. Carnis inquit pro-
uidentiā ne feceritis in concupiscentijs, quia
gerimus curam carnis ad necessitatem salutis.
Nemo enim unquam carnem suam odio ha-
buit, sicut ipse itidem dicit. Hinc est quod etiā
Timotheū nimium (sicut apparet) corporis
castigatorē admonet ut modico uino utatur, p-
pter stomachū & frequētes suas infirmitates.

Ex li. ad Probā
de ordinatione
Ephes. 5.

CAP. XIII.

Infirmum autem in fide assumite. non in disceptationibus co-
gitationum Alius credit manducare se omnia, qui autem in-
firmus est olus manducet.]

Ex ser. de apo.
Paulo in con-
uers. cuiusdam
Fauisti.

Cor hominis nec uidere possumus nec or-
stendere. Deus dicit. Quæ palam sunt uobis,
quæ occulta sunt mihi? Paulus dicit apostolus.
Fratres nolite ante tempus iudicare quicquā
donec ueniat dominus & illuminet abscondi-
ta tenebrarum & manifestabit cogitationes
cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo.
Non potes inspicere cor noui Christiani.
Quid? Cor ueteris Christiani potes? Dicunt
eis, sed ex necessitate credidit. Possit & de il-
lo dici de quo Paulo ante loquebamur, qui pri-
mo fuit blasphemus, & persecutor, & iniurio-
sus. Et ipsi enim quardam necessitas impacta
est. cælesti uoce prostratus est. Ut lumen habe-
ret lumen perdidit, Minare quod uolueris: &
quantum uolueris, da cui libet homini. Quid
dulcius ista luce? Quam tamē Paulus nisi per-
didisset, æternam non accepisset. De necessita-
te credidit. Quid timuit? Dicatur mihi quid
timuit. Clamantes oues? Oues clamare pos-
sunt, mordere non possunt. Porci & in ipso
clamore ouium aduerrere gloriam Dei, & ti-
mere iudicium Dei. Excitatus est à somno
quodammodo ut cōsideraret impleri de Chri-
sto quæ sunt prædicta de Christo. tantum pos-
se nomen Christi, tantum præualere gloriam
Dei. Itaque breuiter dico charitati uestræ. Ec-
clesiam Dei alloquor, populum Dei allo-
quor. Si credidit, tu inuenisti: si timuit, tu uici-
sti Interim fratres ad quod possunt homines,
ultra nobis non usurpemus quod concessum
non est. Apostolus dicit. Infirmum autem in
fide recipite nō in dijudicationibus cogitationū.
Non nobis usurpemus dijudicare cogitatio-
nes aliorum, sed Deo præbeamus cogitatio-
nes nostras etiam pro illis de quibus torte ali-
quid dubitamus. Forte dubitat aliquid noui-
tas ipsius. Amate abundantius dubitantem: a-
more uestro curate de corde infirmi dubita-
tionem. Interiorem faciem uideate de qua gau-
deatis, cor Deo committite pro quo oretis.
Sciatis cum deserit à malis, suscipiatur à nobis,
Plus amate hominem quàm prius oderatis er-
rorem. Sic uenit Christus egros sanare: de quo
per euangelistā audiimus, Quia non est opus
sanis medico sed male habentibus. Et quis est

Matth. 9
Luc. 15.

homo qui cum perdiderit unam ouem, nonne relinquit eam in montibus, & ita querere unam qua perierat, & cum inuenit gaudet de illa? Sic gaudet pater meus de uno poenitente magis quam de nonaginta nouis iustis quibus non est opus poenitentia. Sic prorsus uenit Christus agros sanare, sic se nouit de inimicis suis misericors uindicare. Quibus forte animus dolet confortibus eius erroris ad horam irascuntur, postea fortassis imitabuntur. Itaque fratres commendamus eum & orationibus uestris, & dilectioni uestra, & amicitie fidelissimae, & susceptioni infirmitatis eius. Quomodo praeritis, sic sequitur. Bonam uiam docete, bonam in uobis inueniat. Iam factus Christianus, discernat quid inter sit inter id quod dimisit, & id quod inuenit. Vitam ipsius & studium circa fidem Christi posteriora tempora comprobant: nunc autem fratres mei non fuit necesse, non fuit consilij pastorum repelere pulsantem, differre quarentem: de occultis cordis uelle iudicare, & uocem manifestam non acceptare, nec consilij fuit, nec propositi nostri. Nouimus enim quemadmodum minetur misericors illa Dei auaritia undique lucra querentis de pecunia sua, & dicentis pigro seruo iudicare uolenti quod non uidebat, & circa lucra colligenda domini torpescenti, Serue nequam ex ore tuo te conderno. Tu me dixisti hominem molestum, metereubi non seminavi, colligere ubi non sparsi. Noueras ergo auaritiam meam. Tu dares pecuniam meam nummularijs, ego ueniens cum usuris exigerem. Nos ergo non potuimus nisi erogare pecuniam dominicam. Exactor ille erit non tantum ipsius, sed & omnium nostrum. Impleamus ergo officium prerogatoris, non usurpemus locum exactoris. Itaque fratres opus Dei in animo habete, aliud quarebatis, aliud disponebatis, aliud inuenistis. Opus Domini commendamus, serui conseruis. Plus in eo diligimus quod dominus noster fecit, quam id quod facere uolebamus. Meliora enim sunt opera ipsius. Et magnam & deuotam uocem eius audiuimus. Maioratum nolo, Christianus esse uolo. Latamini, exultate amplius quam oderatis amate. Opus suum Christo orationibus commendate: animum fidelem, piuum, amicum rudimentis seruis exhibete. Quid inter est enim quia uidetis iam prouentam uocem? Hora nona uenit ad uineam mercedem aequalem accepturus.

Is qui manducat non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicat. Deus enim illum assumpsit.]
FA facta quae dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est, Ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est, quae non possunt bono animo fieri, sicuti sunt supra uel blasphemiae, uel furta, uel ebrietates, & si qua sunt alia, de quibus nobis iudicare permittitur, dicente apostolo. Quid enim mihi de his quae foris sunt iudicare? Nonne de his quae in-

tus sunt uos iudicatis? De genere autem ciborum quia possunt bono animo & simplici corde sine uitio concupiscentiae quicumque humani cibi indifferenter sumi, prohibet idem apostolus iudicari eos qui carnibus uesciebantur & uinum bibebant, ab eis qui se ab huiusmodi alimentis temperabant. Qui manducat inquit manducantem non spernat, & qui non manducat manducantem non iudicat. Ibi etiam ait. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? domino suo stat aut cadit. De talibus enim rebus quae possunt bono animo & simplici fieri, quantum etiam possint non bono uolebant illi cum homines essent in occulta cordis ferre sententiam, de quibus solus deus iudicat. Ad hoc pertinet etiam illud quod alio loco dicit, Nolite ante tempus quicumque iudicare quousque ueniat dominus & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique a deo. Sicut ergo quadam facta media quae ignoramus quo animo fiant, quia & bono & malo fieri possunt de quibus temerarium est iudicare, maxime ut condemnemus. Horum autem ueniet tempus ut iudicentur, cum dominus illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit cogitationes cordis. Cum audimus, qui credit in Christum non ueniet in iudicium, intelligamus quia non ueniet ad damnationem. Dicitur enim iudicium pro damnatione, sicut dicit apostolus. Qui non manducat manducantem non iudicat. id est non de illo male existimet. Et dominus dicit. Nolite iudicare ne iudicetur de uobis. Non enim uobis tollit indulgentiam iudicandi, cum & propheta dicat. Si uere iustitiam diligitis, recte iudicate filij hominum. Et ipse dominus dicat. Nolite iudicare personam, sed iustum iudicium iudicate. Sed illo loco ubi uetat iudicare, illud admonet ne damnemus aliquem cuius uel cogitatio nobis non aperta est, uel nescimus qualis postea sit futurus.

Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem, Potens est enim Deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. Unusquisque in suo sensu abundet.]

Quamuis de omnibus regeneratis, & pie uiuentibus loqueretur apostolus dicens, Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit, continuo tamen respexit ad predestinatos & ait. Stabit autem. Et ne hoc sibi arrogarent, Potest enim Deus inquit statuere illum. Ipse itaque dat perseverantiam qui statuere potens est eos qui stant ut perseverantissimè stent, uel restituere qui ceciderint. Dominus enim erigit elisos.

Quid sapit diem domino sapit.]
NEc isti ecclesiae deuoti sunt qui uidentur esse intus, & contra Christum uiuunt, id est contra mandata Christi faciunt. Nec omnino ad illam ecclesiam pertinere iudicandi sunt, quam sic ipse mundat lauacro aquae in uerbo, ut exhibeat sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi.

Cantic. 6.

iustmodi. Quod si in ista ecclesia non sunt, ad cuius membra non pertinent, non sunt in ecclesia de qua dicitur, Una est columba mea, una est matris suae. Ipsa est enim sine macula & ruga. Aut afferat qui potest, huius columbae membra esse qui seculo uerbis non factis renunciant, interim ad quod uidemus. Vnde dictum arbitror, Qui sapit diem, domino sapit. Deus enim iudicat omnem diem. Secundum autem praesentiam qua nouit quos praedestinauerit ante mundi constitutionem conformes imaginis filij sui, multi etiam qui aperte foris sunt & haeretici appellantur, multis & bonis catholicis meliores sunt. Quid enim sint horum uidemus, quid cras futuri sint ignoramus. Et deo quidem apud quem sunt praesentia quae uentura sunt, etiam quod futuri sunt iam sunt: nos autem secundum id quod in praesenti est quisque hominum, quaerimus utrum in illius ecclesiae membris quae una columba dicta est & sponsa Christi sine macula & ruga, hodie deputandi sunt. Et qui manducat domino manducat, Gratias enim agit deo. Et qui non manducat domino non manducat. Gratias enim agit deo.]

Ita dictum est, annuntiabitur domino generatio uentura, ac si diceretur domino placebunt qui annuntiabunt non sibi, ut ita sit domino annunciare sicut est domino uiuere. Sic dictum est, Qui manducat domino manducat, & qui non manducat Domino non manducat. Ad hoc quippe addidit, & gratias agit deo, ut ostenderetur quid esset domino facit, id est in eius laudem facit. Tunc enim recte, tunc iuste, tunc pie sit, cum opus bonum in eius sit laudem cuius gratia donatur ut fiat. In quo affectu proficietis quicquid boni facit domino facit. hoc est in eius laudem cuius gratiam perceperit ut faciat. Vnde est actio gratiarum, quae intimo fidelium mysterio celebratur.

Nemo enim nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Si uic enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, domini sumus.]

Sicut domini magnitudinis non est finis, sic tuae laudis non erit finis. Non enim cum mortuus fueris in hac carne, defines laudare deum. Dictum est quidem. Non mortui laudant te domine. Sed illi de quibus dicitur, A mortuo uelut qui non sit perijt confessio: non illi de quibus ait. Qui credit in me, licet moriatur uiuet. Quia & Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, non est mortuorum sed uiuorum. Si enim nunquam ipsius non eris, nunquam a laude ipsius tacebis. Timere poteris ne dum uiuis hic, non ipsius sis, & cum mortuus fueris non sis ipsius? Audi apostolum promittentem tibi securitatem. Siue uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo morimur siue uiuimus, domini sumus. Et unde factum est ut eius sis mortuus? Quia precio sui sanguinis te redemit. Et mortuus quomodo perdit seruum mortuum cuius mors est precium tuum? Ideo cum dixisset, Siue uiuimus siue morimur domini sumus, ut

ostenderet ipsum precium, Ad hoc enim inquit, Christus mortuus est & resurrexit ut & mortuorum & uiuorum dominetur.

In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, ut & uiuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei. Scriptum est enim. Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.]

Ideo Christus mortuus est & resurrexit ut & uiuorum & mortuorum dominetur. Nec tenebit regnum mortis eum, pro quo mortuus est ille liber in mortuis. Regnant itaque cum illo etiam nunc sancti eius, aliter quidem quam tunc regnabunt, nec tamen cum illo regnant zizania, quamuis in ecclesia cum tritico crescant. Regnant enim cum illo qui faciunt quod ait apostolus. Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quae sursum sunt quaerite, non quae super terram. De qualibus item dicit quod eorum conuersatio sit in caelis. Postremo regnant cum illo qui eo modo sunt in regno eius ut sint etiam ipsi regnum eius.

Quomodo autem sunt regnum Christi, qui ut alia taceam, quamuis ibi sint donec colligantur in fine seculi de regno eius omnia scandala, tamen illic sua quaerunt non Iesu Christi? Et anima inquit occisorum propter testimonium Iesu, & propter uerbum Dei, subauditur regnauerunt cum Iesu, animae scilicet martyrum nondum sibi corporibus suis redditis. Neque enim impiorum animae mortuorum separantur ab ecclesia, quae nunc est etiam regnum Christi. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi, nec aliquid prodesset ad eius baptismum in periculis currere ne sine illo finiatur haec uita, nec ad reconciliationem si forte poenitentiam malam conscientiam quisquam ab eodem corpore separatus est. Cur enim fiunt ista nisi quia fideles etiam defuncti membra sunt eius? Quamuis ergo cum suis corporibus nondum, iam tamen eorum animae regnant cum illo. Vnde & alibi legitur. Beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Nam opera eorum sequuntur illos. Regnat itaque cum Christo nunc primum ecclesia in uiuis & mortuis, Propterea enim sicut dicit apostolus, mortuus est Christus ut & uiuorum & mortuorum dominetur. Sed ideo tantummodo martyrum animas commemorauit quia ipsi praecipue regnant mortui, qui usque ad mortem pro ueritate certauerunt. Sed a parte totum, etiam ceteros mortuos intelligimus pertinere ad ecclesiam, quod est regnum Christi.

Non ergo amplius inuicem iudicemus sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Scio & confido in deo Iesu, quia nihil commune per ipsum nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulat. Noli cibo

Ex libro Enchiridi.

Ex lib. de ci. dei. 20.

Coloss. 3.

Philipp. 3.

Apoc. 20.

Apoc. 14.

1. Cor. 4.

Ex lib. de ego. christiana

Matth. 7.

Psal. 58.

Ex lib. de cor. & gra.

Psal. 144.

Ex lib. 4. de baptis. par.

In expositio. Psal. 21.

Ex li. de gra. nouitate.

Ex tractatu Psal. 144.

Psal. 113. Eccle. 17. Ioan. 11.

10

20

30

40

50

60

cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.]

Vo sunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cum incertum est quo animo quid factum sit, uel cum incertum est qualis futurus sit qui nunc uel bonus uel malus apparet. Si ergo quispiam (uerbi gratia) conquiescit de stomacho ieiunare noluit, & tu id non credens edacitatis id uitio tribueris, temere iudicabis. Item si manifestam edacitatem ebrietatis cognoueris, & ita reprehenderis quia si nunquam illa possit corrigi atque mutari, nihilominus temere iudicabis. Non ergo reprehendamus ea quae nescimus quo animo fiant, neque ita reprehendamus quae manifesta sunt ut desperemus sanctitatem, & uitabimus iudicium, de quo nunc dicitur. Nolite iudicare ne iudicetur de uobis. Maxime autem hi temere iudicant de incertis & facile reprehendunt, qui magis amant uituperare & damnare quam emendare & corrigere. Quod uitium uel superbia est, uel inuidia.

Non est enim regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo placet deo, & probatus est hominibus. Itaque quae pacis sunt sectentur, & quae aedificationis sunt inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei.]

Quod autem subiunxit, Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis, ostendit filios sapientiae intelligere de usu ciborum, nec in abstinentia, nec in manducatione esse iustitiam, sed in aequanimitate tolerandi inopiam, & temperantiam per abundantiam non se corrumpendi, atque opportune sumendi uel non sumendi ea quorum non usus sed concupiscentia refrenanda est. Non enim interest omnino quod alimentorum sumas ut succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his cum quibus tibi uiuendum est, neque quantum sumas multum interest, cum uideamus aliorum stomachum citius satiari, & eos tamen illi ipsi quo paruo satiantur ardenter & intoleranter & omnino turpiter inhiare, alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam perpeti, & uel ante ora positas epulas si in tempore aut opus sit aut necesse sit cum tranquillitate aspicere neque tangere. Magis ergo interest non quid uel quantum alimentorum pro congruentia hominum atque personarum suarum, & pro suae uoluntatis necessitate quis capiat, sed quanta facilitate ac serenitate animi careat, cum his uel oportet, uel etiam necesse est carere. ut illud in animo Christiano compleatur quod Apostolus dicit. Scio & minus habere, & scio abundare ubique. In omnibus & in omni imbutus sum. Et satiari, & esuri re, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Et illud. Neque si manducauerimus abundabimus, neque si non manducauerimus egebimus. Et illud. Non est enim regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium. Et quia solent homines multum gaudere carnalibus epulis, addidit. In

spiritu sancto. Iustificatur ergo sapientia ab omnibus filiis suis, qui intelligunt utendis terrenis opportuna tempora esse debere, facilitate uero carenti talibus, & amorem fruendi eternis, non uariari oportere per tempora, sed perpetuo retinere.

Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offendit aut scandalizatur aut infirmatur. Tu fidem habes penes te metipsum, habe coram Deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducauerit damnatus est, quia non ex fide.]

Non uidemus Israelitas malo suo impetrasse quod culpabili concupiscentia petierunt. Concupierant enim carnibus uesci, quibus pluebatur manna de caelo. Fastidiebant quippe quod habebant, & quod non habebant impudenter petebant, quasi non melius peterent non ut cibus qui deerat indecenti delirio praestaretur, sed ut ille qui aderat sanato fastidio sumeretur.

Quando enim nos delectant mala, & non delectant bona, rogare potius debemus deum ut delectent bona, quam ut concedantur mala. Non quia malum est carne uesci, cum de hac re loquens Apostolus dicat, Omnis creatura dei bona est, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione suscipitur, sed quia sicut ipse item ait, Malum est homini qui per offendiculum manducat. Et si per hominis offensio-

nem, quanto magis dei? Cuius in Israelitis non parua erat offensio repudiare quod dabat sapientia, & petere id cui inhiabat, concupiscentia, quam uis illi nec peterent, sed quia deerat murmurarent. Sed ut sciremus non Dei creaturam esse culpabilem, sed inobedientiam contumacem & inordinatam cupiditatem, non propter porcum, sed propter pomum mortem homo primus inuenit. Et Esau primatus suos non propter gallinam, sed propter lenticulam perdidit. Audiuisti aliam uocem tuam. Post concupiscentias tuas non eas, & a uoluntate tua uertare. Audiui & illam ex munere tuo quam multum amaui. Neque si manducauerimus abundabimus, neque si non manducauerimus deerit nobis. Hoc cere. Nec illa res copiosum me faciet, nec illa aerumnosum. Audiui & alteram. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Et abundare noui, & penuriam pati noui. Omnia possum in eo qui me confortat. Ecce miles castrorum caelestium, non puluis quod sumus. Sed memento domine quia puluis sumus, & de puluere fecisti hominem, & perierat & inuentus est. Nec ille in se potuit, quia idem puluis fuit, quem talia dicentem affectu tuae inspirationis adamaui. Omnia enim possum, inquit, in eo qui me confortat. Conforta me ut possim. Da quod iubes, & iube quod uis. Ille se accepisse confitetur, et quod gloriatur in domino gloriatur. Alium audiui rogantem ut accipiat. Aufer a me concupiscentias uentris. Unde apparet sancte de-

Ex lib. 2. de ser. domini in monte

Ex lib. quae. 2. 2.

Philipp. 4.

1. Cor. 8.

Ex tractatu eu. 2. 10. 70.

1. Tim. 4.

Gen. 25. Ex lib. con. fessionum. 10. Eccle. 18.

Job. 7.

Philipp. 4.

us meus te dare, cum sit quod imperas fieri. Docuisti me pater bone omnia munda mundis, sed malum esse homini quod per offendiculum manducat, & omnem creaturam tuam bonam esse, nihilque abijciendum quod cum gratia rum actione percipitur, & quia esca nos non commendat deo, & ut nemo nos iudicet in cibo aut in potu, & ut qui manducat non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet. Didici hoc. Gratias tibi, laudes tibi. Eripe me ab omni tentatione. Non ego immunditiam obsonij timeo, sed immunditiam cupiditatis. Scio Noe omne carnis genus quod cibo esset usui, manducare permisissum, Heliam cibo carnis refectum, Ioannem mirabili abstinentia praeditum, animalibus hoc est locustis in escam cedentibus non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticulae concupiscentia deceptum, & Dauid propter aquae desiderium a seipso reprehensum, & regem nostrum non de carne sed de pane tentatum. Ideoque populus in eremo non quia carnes desiderauit, sed quia escae desiderio aduersus dominum murmurauit, meruit improbari. Itaque freni gutturis temperata relaxatione & constrictione tenendi sunt. Et quis est domine quod non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis? Quis quis est, magnus es, magnificet nomen tuum. Ego autem non sum, quia peccator homo sum. Sed ego magnifico nomen tuum, & interpellat te pro peccatis meis qui uicit seculum, numeras me inter infirma membra corporis sui: quia & imperfectum eius uiderunt oculi tui, & in libro omnes scribentur.

Omne autem quod non est ex fide peccatum.]

Omnis infidelium uita peccatum est, & nihil bonum sine summo bono. Vbi enim deest agnitio aeternae & incommutabilis ueritatis, falsa uirtus est etiam in optimis moribus.

CAP. XV.

Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vniuersique uestrum proximo suo placeat in bonum ad aedificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.]

Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Hoc testimonio usus est & Paulus Apostolus, & ait. Quaecumque autem scripta sunt, ut nos doceremur scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Dixit ergo Christi hanc uultisse uocem, Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Quare tibi? Nunquid patri exprobrati sunt & non ipsi Christo? Quare opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me? Quia qui me odit odit & patrem. Quia nemo exprobrauit Christo nisi deo exprobrans. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me, quia me inuenerunt.

Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiae & solacii det uobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut una

nimes uno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit uos in honorem dei.]

Nos ergo & ad commemorationem fidei nostrae, & ad consolationem spei nostrae, & ad exhortationem charitatis nostrae libros propheticos et apostolicos legimus alterutris uocibus sibi met concinentes, & ea concinentia tanquam caelesti tuba a torpore mortalis uitae nos excitantes, & tanquam ad palmas supernae uocationis extendentes. De libris enim prophetis quiddam cum commemorasset apostolus, sicut scriptum est, Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me, continuo subiunxit utilitatem diuinae lectionis. Quaecumque enim ante scripta sunt, inquit, ut nos doceremur scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus ad Deum.

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcissionis propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordiam glorificare Deum, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cum plebe eius. Et iterum Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait. Erit radix Iese, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti. Certus sum autem fratres mei & ego ipse de uobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi uobis fratres ex parte, tanquam in memoria uos reducens, propter gratiam quae data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Iesu in gentibus sanctificans euangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quae per me non efficit Christus in obedientiam gentium uerbo & factis, & in uirtute signorum & prodigiorum in uirtute spiritus sancti, ita ut ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum repleuerim euangelium Christi. Sic autem praedicaui euangelium hoc ubi non nominatus est Christus ne super alienum fundamentum edificare, sed sicut scriptum est. Quoniam quibus non est annuntiatum de eo uidebunt, & qui non audierunt de eo intelliget. Propter quod impediabar plurimum uenire ad uos, & prohibitus sum usque adhuc. Nunc uero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habes ueniendi ad uos ex multis iam praecedentibus annis cum in Hispaniam proficisci ceperem spero quod praeteriens uideam uos, & a uobis deducar illuc, si uobis primum ex parte fructus fuero.]

Secundum speciem corporis quam Iudaei uiderunt & contempserunt, non apud nos fuit Christus: quia & hoc de illo dictum erat, sicut dicit apostolus. Dico enim Christum ministrum fuisse circumcissionis propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum. Ad illos debuit uenire quorum patribus est promissus. Ideo & ipse sic ait. Non sum missus nisi ad oues quae perierat domus Israel. Sed quod ait Apostolus in sequenti. Gentes autem super misericordiam glorificare deum. Quid & ipse dominus? Habeo alias oues quae non sunt ex hoc ouili. Qui dixerat, Non sum missus nisi ad oues quae perierat domus Israel, quomodo habet

Ex lib. con. Fau. sum Manichae.

Ex tractatu eu. 2. 10. 28.

Matth. 15.

Psal. 138.

Ex lib. fen. Prosperi

Ex tractatu psalm. 67.

2. Tim. 15.

habet alias oues ad quas non est missus nisi ga-
 significauit presentiam corporalem non se mis-
 sum exhibere nisi iudaeis qui uiderunt &
 occiderunt: Et tamen inde multi et ante & po-
 stea crediderunt ut esset semē unde alia mes-
 sis confurgeret. Nunc uero cum fama euange-
 lij & bono eius odore excitati credunt fideles
 eius per omnes gentes, erit expectatio gentium
 quando ueniat qui iam uenit, quando ab omni-
 bus uideatur qui tunc a quibusdam est uisus, a
 quibusdam non est uisus, quando ueniat iudi-
 caturus qui uenit iudicandus, quando ueniat
 discreturus qui uenit ut non discernatur. Non
 enim ab impijs Christus est discretus, sed cum
 impijs iudicatus. De illo enim dictum est, Et in-
 ter iniuos deputatus est. Latio euasit, Chris-
 tus damnatus est. Accepit indulgentiam cri-
 minosus, damnatus est qui omnium crimina
 confitentium relaxauit. Propterea confitebor
 tibi in gentibus domine, propterea tibi per me
 confitebuntur gentes domine. Et nomini tuo
 psallam, & laus innotescet bonis operibus
 meis. Quod ait, confitebor tibi, in eis utiq; qui
 confitebuntur, in quibus & loquitur. Confes-
 sio autem non tantum peccatorum est sed &
 laus dei, sicut ipse in euangelio. Confitebor ti-
 bi inquit domine pater caeli & terrae. Quod au-
 tem ait, Cantabo, hoc est illud canticum no-
 uum de quo in alio psalmo dicitur. Cantate do-
 mino canticum nouum, cantate domino om-
 nis terra. Ipse quippe cantat in nobis cuius gra-
 tia cantamus, sicut dicit apostolus. An uultis
 experimentum eius accipere qui in meloqui-
 tur Christus? Neq; enim omnis qui labijs per-
 sonat cantat canticum nouum, sed qui eo mo-
 do cantat ut apostolus admonet dicens. Can-
 tantes & psallentes in cordibus uestris domi-
 no. Intus enim est hoc gaudium ubi uox lau-
 dis & canitur & auditur, qua uocelaudatur
 qui gratis amandus est toto corde, tota anima,
 tota mente: amatoremq; suum accendit in se
 gratia sancti spiritus sui. Ut inhabitet gloria in
 terra nostra, id est in ea terra in qua natus erat,
 quia inde cepit predicare Christus, inde apo-
 stoli, & illuc missi prius, inde prophetae, ibi pa-
 triarchae. Ipse etiam uenit de semine Abrahae.
 Ibi manifestatus, ibi mirabilia fecit. Postremo
 tantum honorem illi genti detulit, ut cum eum
 interpellaret quaedam muliercula Chanaanaea
 salutem querens filie suae, dixerit ei, Non sum
 missus nisi ad oues quae perierunt domus Isra-
 el. Hoc ergo uidens propheta ait. Veruntamen
 prope timētes eum salutare ipsius, ut inhabitet
 gloria in terra nostra. Misericordia & ueritas
 occurrerunt sibi. Veritas in terra nostra ex-
 sona Iudaeorum, misericordia in terra gen-
 tium. Veritas enim ubi? Vbi erat eloquia dei.
 Misericordia ubi? In illis qui dimiserunt domi-
 num suum, & conuerterunt se ad daemona.
 Nunquid & ipsos disperdit? Quomodo si dice-
 re uoce ad istos, longe fugio eos qui multum
 a me recesserunt. Voca, inueniant me queren-
 tem se, quia ipsi nolēbāt querere me. Ergo mi-

sericordia & ueritas occurrerunt sibi. Quoni-
 am populo Israel etiam secundum carnem ue-
 nienti de semine Abrahae promissa praeant mul-
 ta propheticę, & ita ille populus propagatus
 est in quo implerentur promissa dei, non autē
 deus clausit fontē bonitatis suę etiā in alieni-
 genas gētes quas sub angelis cōstituerat, por-
 tionem sibi faciens populum Israel, in hęc duo
 & Apostolus distincte distribuit misericordiā
 domini & ueritatē. Ait enim Christum mini-
 strum fuisse circūcisionis propter ueritatem
 dei ad confirmandas promissiones patrū. Ec-
 ce quia non fefellit deus, ecce quia non repū-
 lit plebem suam quam praesciuit. Etenim cū de
 casu Iudaeorum ageretur, ne quis putaret sic il-
 los improbatos ut nihil frum entis illa uenti-
 latione in horreum mitteretur, ait apostolus.
 Non repulit deus plebem suam quam praesci-
 uit. Nam & ego Israelita sum. Si totum illa spi-
 ritus fuerunt, unde hoc granum uobis loquor?
 Ergo impleta est ueritas dei in his qui ex Isra-
 elitis crediderunt, & uenit unus paries ex cir-
 cūcisione applicans se ad lapidem angularem.
 Sed ille lapis angulum non faceret nisi alium
 parietem ex gentibus susciperet. Ille itaq; pa-
 rietes tanquam proprie pertinet ad ueritatem,
 iste autē alius ad misericordiā. Dico enim, in-
 quit, Christum ministrum fuisse circūcisio-
 nis propter ueritatem Dei, ad confirmandas
 promissiones patrum.

Gentes autem super misericordia glorificare deum.]
 Rex ergo Iudaeorum Christus, sub cuius le-
 ue iugum etiam gentes meruerunt salutem.
 Quia eis misericordia maiori concessum est
 hoc, apertius ipse ostendit apostolus ubi ait.
 Dico enim ministrum fuisse circūcisionis ad
 confirmandas promissiones patrum. Gentes
 autem super misericordia glorificare Deum.
 Neq; enim debitum erat pacem filiorum tol-
 lere & mittere canibus, nisi canes humiliati
 ad colligendas micas quas de mensa domini
 rum cadere cernerēt, per ipsam humilitatem
 exaltati atq; homines facti ad ipsam mensam
 mererentur accedere.

Dominus qui dixit, Non sum missus nisi
 ad oues quae perierunt domus Israel, ostendēs
 illis redditam presentie ipsius promissionem,
 ait tamen alio loco. Habeo alias oues quae non
 sunt ex hoc ouili, & cetera. Hinc Apostolus
 ait. Dico ergo Christum ministrum fuisse cir-
 cūcisionis propter ueritatem dei ad confir-
 mandas promissiones patrum. Ecce quid est,
 Non sum missus nisi ad oues quae perierunt do-
 mus Israel. Deinde subiungit apostolus dicens.
 Gentes autem super misericordia glorificare
 deū. Ecce quid est. Habeo alias oues quae non
 sunt de hoc ouili, oportet me & ipsas adduce-
 re ut lit unus grex & unus pastor. Quod utrum
 que breuiter dictum est in eo quod de prophe-
 tia Apostolus idem commemorat, Laetamini
 gentes cum plebe eius.

Ex tractatu
psal. 87.

Ex sermo de
pass. domini.

Ex eodem

Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis.
Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquā
facere

facere in pauperes sancto rui qui sunt in Hierusalem. Placuit ei-
 nim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum par-
 ticipes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis.
 Hoc igitur cum consummauerit et assignauerit eis fructum hunc,
 per uos proficiscar in Hispaniam. Scio autem quoniam ueniens
 ad uos in abundantia benedictionis Christi ueniam. Obsecro er-
 go uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum & per
 charitatem sancti spiritus ut adiuuetis me in orationibus ad de-
 um, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudaea & obsequij mei
 oblatio accepta fiat in Hierusalem sanctis, ut ueniam ad uos in
 gaudio per uoluntatem dei ut refrigerer uobiscum. Deus autē
 pacis sit cum omnibus uobis Amen.

In exposit. epi. ad Gal.
 Communis cura erat omnibus apostolis de
 pauperibus sanctorum qui erant in Iudaea,
 qui rerum suarum uenditarum praecia ad pe-
 des apostolorum posuerant. Sic ergo ad gen-
 tes missi sunt Paulus & Barnabas, ut ecclesiae
 gentium quae hoc non fecerant ministrarent
 in oratione ipsorum eis qui hoc fecerant. Et
 idcirco ait.

Nunc autem pergam Hierusalem ministrare sanctis. placuit enim Macedonia & Achaia communionem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem. Placuit enim illis & debitores eorum sunt. Si enim spiritualibus eorum communicauerunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis.]
 Qui quia prope inuenti sunt, & utiles fue-
 runt gentibus quae ab idolorum cultu exlon-
 gino uocabantur, secundum illud quod dixi-
 tum. Ex Sion prodiet lex, & uerbum Domi-
 ni ex Hierusalem: debitores eorum dixit apo-
 stolus ex gentibus Christianos. Debitores, in-
 quit, eorum sunt. & addidit quare. Si enim spi-
 ritualibus eorum communicauerunt Gentes,
 debent & in carnalibus ministrare eis.

Cum uiderent Iudaei tanta signa fieri in ei-
 us nomine, quem partim per inuidiam, partim
 per errorem crucifixerant, alij incitati sunt ad
 persequēdos praedicatores eius apostolos. A-
 lij uero ad ipsum amplius admirantes, quod in
 eius nemine quem ueluti a se oppressum & ui-
 ctum riserant, tanta miracula fierent, poeniten-
 do conuersi crediderunt eum milia Iudaeorum.
 Non erant iam illi temporalia beneficia terre-
 numq; regnum desiderantes a Deo, nec pro-
 missum regem Christum carnaliter expectan-
 tes, sed immortaliter intelligentes, & diligen-
 tes eum qui pro ipsis ab ipsis tanta mortaliter
 pertulit, & eis usq; ad sui sanguinis effusionem
 peccata donauit, & immortalitatem a se spe-
 randam & desiderandam exemplo suae resur-
 rectionis ostendit. Itaque iam ueteris hominis
 terrena desideria mortificantes, & spiritualis ui-
 tae nouitate flagrantes, sicut praeeperat in e-
 uangelio dominus, uendebant omnia quae ha-
 bebant, & praecia rerum suarum ante pedes a-
 postolorum ponebant, ut ipsi distribuere u-
 nique sicut uoluit opus erat, uiuentesq; in
 Christiana dilectione concorditer non dice-
 bant aliquid esse suū sed erant illis omnia com-
 munita, & anima & cor unum in Deum. Dein-
 de etiam ipsi a Iudaeis carnalibus ciuibus car-
 nis suae persecutionē passi atq; perpeSSI sunt,
 ut latius Christus eorum dispersione praedica-

In exposit. epi. ad Gal.

Ex li. de ope
re mona. Esai-
ia 2.

Ex lib. de cate-
chizandis ru-
dibus

Act. 4.

retur, & imitarentur etiam ipsi patientiam do-
 mini sui, quia qui propter eos mansuetos pas-
 sus fuerat mansuetos pro se pati iubebat. Ex
 ipsis sanctorum persecutoribus fuerat etiam
 apostolus Paulus, & in Christianos maxime
 saeuiebat, sed postea credens & Apostolus
 factus missus est ad Gentes ut Gentibus euan-
 gelium praedicaret grauiora perpeSSus pro no-
 mine Christi, quam fecerat contra nomē Chri-
 sti. Ecclesias autem cōstituens per omnes gen-
 tes qua euangelium seminabat, impēnsē pre-
 cipiebat ut quoniam ipsi ex idolorum cultu ue-
 nientes & ad unum Deum colendum rudes,
 non facile poterant rebus suis uenditis & di-
 stributis seruire deo oblationes facerēt in pau-
 peres sanctorum qui erant in Ecclesiis Iudaeae
 quae Christo crediderant. Itaq; illos tanquam
 milites, illos autem tanquam stipendiarios pro-
 uinciales apostolica doctrina constituit, inse-
 rens eis Christum uelut lapidem angularem,
 sicut per prophetam praenunciatus erat: in quo
 ambo quasi parietes de diuerso ueniētes, de
 Iudaeis uidelicet atque gentibus, germana cha-
 ritate copularentur.

CAPVT XVI.

Commendo autem uobis Phœben sororē nostram quae est
 in ministerio ecclesiae quae est Cenchrus, ut eam suscipiatis
 in domino dignē sanctis, & assistatis ei in quocumq; negotio ue-
 stri indiguerit. Etenim ipsa quodq; assistit multis & mihi ipsi.
 Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu,
 qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non so-
 lus ego gratias ago, sed & cunctae ecclesiae gentium, & dome-
 sticam ecclesiam eorum. Salutate Ephenetum dilectū mihi, qui
 est primitiuus Asiae in Christo Iesu. Salutate Mariam, quae mul-
 tum laborauit in uobis. Salutate Andronicum & Iuliam cogna-
 tos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui
 ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliatum dilectissimum
 mihi in domino. Salutate Urbanū adiutorem nostrum in Chri-
 sto Iesu, & Stachin dilectum meum. Salutate Appellem pro-
 bum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo. Salu-
 tate Herodionem cognatū meum. Salutate eos qui sunt ex Nar-
 cissi domo, qui sunt in domino. Salutate Triphenam & Tri-
 phosam quae laborant in domino. Salutate Perfidam charissi-
 mam, quae multum laborauit in domino. Salutate Rufinum ele-
 ctum domino & matrem eius & meam. Salutate Asmeretum,
 Phlegontam, Hermen, Patrobam, Hermam, & qui cum eis sunt
 fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem
 eius & Olympiadem, & omnes qui cum eis sunt, sanctos. Salu-
 tate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes ecclesiae Chri-
 sti. Rogo autem uos fratres ut obseruetis eos qui dissensiones
 & offendentia praeter doctrinam quam uos didicistis faciunt,
 & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro
 non seruiunt sed suo uentri, & per dulces sermones & benedi-
 ctiones seducunt corda innocentium. uestra enim obedientia in
 omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in uobis, sed uolo uos
 sapientes esse in bono, & simplices in malo.]

Ex tractatu
psal. 64.

Captiuatus est populus Israel ex ciuitate
 Hierusalem & ductus in seruitutem Baby-
 loniae. Expectabat autem ille populus donec
 implerentur tempora septuaginta annorum
 secundum prophetiam Hieremiae. Factum est
 autem completis septuaginta annis, restitutum
 est templum quod deiectum erat, & regressa
 est de

1. Corin. 10.

est de captiuitate magna pars illius populi. Sed quoniam dicit Apostolus: Hæc in figura con-
tingebat illis, scripta sunt autem propter nos
in quos finis seculorum obuenit, debemus &
nos nosse prius captiuitatem nostram, deinde
liberationem nostram: debemus nosse Baby-
loniam in qua captiui sumus, & Hierusalẽ ad
cuius reditum suspiramus. Ciuitas ergo illa quæ-
dam terrena, cuiusdam ciuitatis æternæ in ce-
lis umbram gerebat. At ubi cœpit illa quæ li-
gnificabatur euidentius prædicari, umbra qua
significabatur euidentius deiecta est. Propte-
rea modo sibi templum non est quod fabricatũ
fuerat in imaginẽ futuri corporis domini. Te-
nemus lucem, umbra transiuit. Tamen adhuc
in quadam captiuitate sumus. Quamdiu su-
mus, inquit, in corpore peregrinamur à domi-
no. Et uidete nomina istarum duarum ciuita-
rum, Babylon & Hierusalem. Babylon confu-
sio interpretatur. Hierusalem uisio pacis. Du-
as istas ciuitates faciunt duo amores. Hierusa-
lem facit amor Dei, Babyloniam amor seculi.
Interroget ergo se unusquisque quid amet, & in-
ueniet unde sit ciuis. Et si se inuenit ciuem
Babyloniam, extirpet cupiditatem, & plantet
charitatem. Si autem se inuenit ciuem Hie-
rusalem, toleret captiuitatem, speret liberta-
rem. Incipit exire qui incipit amare. Exeunt
enim multi latenter, & exeuntium pedes sunt
cordis affectus. Exeunt autem de Babylonia,
de confusione. Quomodo exitur de Babylonia,
id est de confusione? Qui primo confusi e-
rant similibus cupiditatibus, incipiunt chari-
tate distingui. Iam distincti non sunt confusi. Et
si adhuc corpore permixti sunt, desiderio ta-
men sancto discernuntur. Et propter commix-
tionem corporalem nondum exierunt, prop-
ter affectum cordis cœperunt exire.

Ex tractatu
Psal. 136.

Omnis eruditus in sancta ecclesia nosse de-
bet unde ciues simus, & unde peregrinemur,
& peregrinationis nostræ causam esse pecca-
tum, reuersionis autem munus remissionem
peccatorum, & iustificationem gratiæ dei. Du-
as ciuitates permixtas sibi interim corpore, et
corde separatas, currere per ista uolumina se-
culorum usque in finem. Vna, cui finis est pax æ-
terna, & uocatur Hierusalem: altera cui gau-
dium est pax temporalis, & uocatur Babylonia.
Hierusalem interpretari uisionem pacis,
Babyloniam confusionem. Hierusalem in Ba-
bylonia captiua tenetur non tota, ciues enim
eius angeli sunt, sed quod attinet ad homines
prædestinatos in gloriam dei, futuros per ado-
ptionem cohæredes Christi, quos de ipsa ca-
ptiuitate redemit sanguine suo. Particulam er-
go istam ciuitatis Hierusalem captiuam tene-
ri in Babylonia pro peccato, incipere autem
inde exire prius corde per confessionem ini-
quitatis, & charitatem iustitiæ, deinde postea
in finem seculi etiam corpore separandam.

Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus uestris ue-
lociter. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Salutat uos
Timotheus adiutor meus, & Lucius & Iason & Sosipater co-

gnati mei. Saluto uos ego Tertius qui scripsit epistolam in do-
mino. Salutat uos Caius hospes meus, & uniuersæ ecclesiæ. Sa-
lutat uos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Gra-
tia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis amen. Et au-
tem qui potens est uos confirmare iuxta euangelium meum et
predicationis Iesu Christi.

Dicitur est mulieri uel potius serpenti cum
puniret Deus peccatum primi hominis.
Ipsa tuum obseruabit caput, tu autem obser-
uabis eius calcaneum. In magno mysterio est
dictum, in figura dictum ecclesiæ futuræ factæ
de latere uiri sui & hoc dormientis. Erat autem
Adam forma hominis futuri. Hoc apostolus di-
cit, Qui est forma futuri. Præfiguratum est quod
futurum erat, facta est ecclesia de latere domi-
ni dormientis in cruce. Nam de latere crucifi-
xi percusso, sacramenta ecclesiæ profluxerunt.
Quid ergo dictum est ecclesiæ? Iam modo au-
dite, intelligite, caute. Ipsa tuum obseruabit
caput, & tu eius calcaneum. O ecclesia, caput
serpentis observa. Quid est caput serpentis?
Prima peccati suggestio. Venit tibi in mentem
nescio quid illicitum, noli ibi tenere mentem
tuam, noli consentire, hoc quod uenit in men-
tem caput serpentis est. Caput calca, & eua-
des cæteros motus eius. Quid est caput eius
calca? Ipsam suggestionem cõtemne. Sed lu-
crum suggessit. Magnum ibi lucrum est, si hæc
fraudem feceris, diues eris. Caput serpentis
est, calca. Quid est calca? Cõtemne quod sug-
gessit. Sed magnum aurum suggessit. Et quid
prodest homini si totum mundum lucretur, a-
nimæ autem suæ detrimentum patiat? Pere-
at mundi lucrum ne fiat animæ damnus. Hæc
dicens obseruasti caput serpentis & calcasti. Il-
le autem diabolus calcaneum tuum obseruat.
Quid est, obseruat calcaneum tuum? Quando
laberis à uia dei, tu obseruas primam suggestio-
nem, ille obseruat lapsum tuum. Si enim lap-
sus fueris cadis. Si cecideris, possidebit. Ut au-
tem non cadas, noli exire de uia. Angustam tibi
semitam strauit Deus: quicquid est extra il-
lam, lubricum est. Propterea lumen est Chri-
stus, & uia est Christus. Erat lumen uerum quod
illuminat omnem hominem uenientem in hunc
mundum. Et ego sum uia & ueritas & uita. Si
ergo ipse est lumen, ipse est uia, si ab illo recesseris,
nec in lumine eris, nec in uia. Et quid te
sequitur? Quod dicit impijs quidam psalmus.
Fiat uia illorum tenebræ & lubricum. Hic er-
go draco antiquus hostis noster ita feruidus,
insidijs astutus, in mari magno est. Draco hic
quem finxisti ad illudendum ei. Iam tu illud
draconi. Ad hoc enim hic factus est draco: iste
cadens peccato suo de sublimi habitatione ce-
lorum ex angelo factus est diabolus.

Secundum reuelationem mysterij temporibus æternis tar-
citi, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum se-
cundum præceptum æterni dei ad obediendum fidei in cunctis
gentibus, cognitum soli sapienti deo per Iesum Christum, cui ho-
nor & gloria in secula seculorum. Amen.]

Æternus autem ignis non sicut Deus æter-
nus. Quod sine fine sit, non est tamen sine
initio.

Ex tractatu
Psal. 103.

Rom. 5.

Luc. 9.

10. 1. & 24.

Psal. 124.
et 103.

Ex li. de nat.
iur. boni.

1. Tim. 6.

Ex lib. cont.
Maximi. 2.

Apo. 19.

Matth. 4.

initio. Deus autem etiam sine initio est. De-
inde quia licet perpetuus peccatorum suppli-
ciji adhibeatur, mutabilis tamen natura est.
Illa est autem uera æternitas, quæ uera immor-
talitas, hoc est illa summa incommutabilitas
quam solus Deus habet, qui mutari omnino
non potest. Aliud est enim non mutari cum
possit mutari: aliud autem prorsus non posse
mutari. Sicut ergo dicitur homo bonus, non
tamen sicut Deus, de quo dictum est, Nemo
bonus nisi unus Deus: & sicut dictum anima
immortalis, non tamen sicut Deus, de quo di-
ctum est, Solus habet immortalitatem & sicut
dicitur homo sapiens, non tamen sicut Deus,
de quo dictum est, Soli sapienti Deo: sic dici-
tur ignis æternus non tamen sicut Deus, cuius
soli immortalitas ipsa est uera æternitas.

In illo etiam testimonio ubi ait Apostolus,
Soli sapienti Deo, non dissimilis est error ue-
ster. Sed quod uobis respondimus de poten-
tia, hoc etiam de sapientia respondemus. Si e-
nim dixisset Apostolus soli sapienti patri, nec
sic inde filium separaret. Non enim quia in A-
pocalypsi de filio legitur. Habens nomen scri-
ptum quod nemo scit nisi ipse, ideo pater ne-
scit hoc nomen à quo est inseparabilis filius. Si
cut ergo scit & pater quod nemo scire dictus
est nisi filius, quia inseparabiles sunt, sic etiam
si dictum esset soli sapienti patri simul intelli-
gi deberet & filius, quia inseparabiles sunt.

Cum uero non sit dictum soli sapienti patri, sed
soli sapienti Deo & Deus unus sit ipsa Trini-
tas, multo est facilior nobis huius solutio que-
stionis, ut sic intelligamus solum Deum sapi-
entem, sicut intelleximus solum potentem, id
est patrem & filium & spiritum sanctum, qui
est unus & solus Deus, cui soli seruire iussi su-
mus, ne male intelligentes uel potius non in-
telligentes contra hoc præceptum facere ui-
deamur, quia & Domino nostro Iesu Christo
ea quæ Deo debetur seruitute seruimus. Non

enim dictum est Dominum Deum patrem a-
dorabis & illi plus seruius ut seruire permitte-
remur & filio, plus tamen patri tanquam ma-
iori, minus autem filio tanquam minori Deo,
sed dictum est, Dominum Deum tuum adora-
bis, & illi soli seruius. Soli scilicet omnipoten-
ti, soli sapienti Deo, ut uos repelleremini qui
nolentes accipere unum solum Deum patrem
& filium & spiritum sanctum, & dicentes u-
num Dominum Deum cui soli seruiendũ est,
non esse nisi Deum patrem, & tamen etiam et
filium Deum & Dominum confitentem, aper-
tissime duos Deos & Dominos maiorem u-
num, minorem alterum dicitis, & reos uos se-
cundum errorem uestrum præcepti huius uisio-
lari esse monstratis, quia non solum maiori ue-
rum etiam minori ea quæ Domino Deo debe-
tur seruitute seruitis. Vbi autem dixit A-
postolus soli sapienti deo, cum scriberet ad Ro-
manos in fine epistolæ sic loquitur. Et autem

qui potens est inquit uos confirmare secun-
dum Euangelium meum & præconium Iesu
Christi secundum reuelationem mysterij tem-
poribus æternis taciti, manifestati autem nunc
per scripturas prophetarum secundum præ-
ceptum æterni Dei in obedientiam fidei in o-
nes gentes cognitum soli sapienti Deo per Ie-
sum Christum cui gloria in secula seculorum,
hoc est ei qui potens est nos confirmare, soli sa-
pienti Deo in secula seculorum. Quod autem
interpositum est per Iesum Christum, utrum
soli sapienti Deo per Iesum Christum accipi
debeat, ut scilicet solus Deus sapiens per Ie-
sum Christum sapiens esse intelligatur non
participando, sed gignendo sapientiam, quod
est Christus Iesus, an uero non per Iesum Chri-
stum sapienti, sed per Christum gloria soli deo
sapienti, uidetur ambiguum. Sed quis audeat
dicere per Iesum Christum fieri ut sit sapiens
Deus pater, cum secundum substantiam suam
non dubitandum sit eum esse sapientem, potius
usque sit substantia filij per gignentem patrem
quem substantia patris per genitum filium?
Restat ergo ut soli sapienti Deo gloria sit per
Iesum Christum, hoc est clara cum laude noti-
tia qua innotuit gentibus Deus Trinitas per
ipsum. Ideo per Iesum Christum, quia ut alia
taceam, ipse præcepit baptizari gentes in no-
mine patris & filij & spiritus sancti, ubi præci-
pue commendata est huius indiuiduæ gloria
trinitatis. Deus itaque quod est ipsa Trini-
tas, propterea solus sapiens recte dicitur, quia
solus secundum substantiam suam sapiens est,
non secundum accidentem, uel accidentem
participationem sapientiæ, sicut est sapiens
rationalis quæcunque creatura. Quod uero
additum est, cui, ut diceretur, cui gloria, cum
sufficeret si dictum esset, ei autem gloria, inuli-
taram nostræ linguæ indicat locutionem, non
sensum quem requiramus uel de quo ambiga-
mus, insinuat. Quid enim sensui deperit si dica-
tur ei gloria, cui per Iesum Christum gloria?
Hoc est nanque ei per Iesum Christum gloria,
quod est cui per Iesum Christum gloria. Sed
horum alter inusitatus, alter uisitatus est ordo
uerborum. Etiam hoc inseruisti uerbis tuis ut
diceres, sed uere solus sapiens pater, quasi A-
postolus dixerit soli sapienti patri. Sed dixit
soli sapienti Deo, quia Deus est & filius, quod
& uos uultis: Deus est & spiritus sanctus, & si
non uultis: & ista Trinitas est solus sapiens de-
us, qui nec potuit unquam esse insapiens om-
nino, nec poterit, non per gratiam sapientiæ
particeps, sed sapiens immobilitate
atque immobilitate na-
turæ.

FINIS EPISTOLAE AD
ROMANOS.

INCIPIT

INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM ad Corinthios.

Corinthij sunt Achaici, & hi similiter ab Apostolo audierunt uerbum ueritatis, & subuersi sunt multifarie a falsis apostolis, quidam a philosophia uerbosa eloquentia, alij secta legis Iudaicae inducti sunt. Hos reuocat Apostolus ad ueram fidem & euangelicam sapientiam, scribens eis ab Epheso per Timotheum.

EXPOSITIO EPISTOLAE PRIMAE AD CORINTHIOS.

CAPVT PRIMVM.



PAVLVS uocatus Apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei, & Sophoclenes frater Ecclesiae Dei quae est Corinthi, sanctificatus in Christo Iesu uocatus sanctis. Paulus primo Saulus, hoc est primo superbus, post humilis. Nam quando Saulus, a Saule nomen deriuatum erat. Saul autem rex superbus, in regno autem Dauid humilem persequebatur. Quando ergo Saulus, qui postea Paulus, tunc utique superbus, tunc persecutor innocentium, tunc uisitor ecclesiae. Acceperat enim literas (ueluti zelo synagoga ardens, & insequens Christianorum nomen) a sacerdotibus, ut exhiberet quoscunque inuenisset Christianos ad luenda supplicia. Cum pergit, cum anhelat caedes, cum sit sanguinem, caelesti Christi uoce prostratus est persecutor, erectus est predicator. Prostratus ergo Christus una uoce Saulus, crexit Paulus: hoc est prostratus superbum, crexit humilem. Nam quae fuit ratio mutandi tibi nominis, ut cum Saulus antea uocaretur, Postea se Paulum dici uellet, nisi quia Sauli nomen in se agnouit, cum persequeretur, fuisse superbiae. Elegit ergo humile nomen, ut Paulus, hoc est minimus uocaretur. Paulum enim minimum est. Paulum, nihil est aliud quam paruum. De quo nomine iam glorians humilitatemque commendans, Ego enim inquit, sum minimus Apostolorum. Ille Paulus Apostolus missus est. Minimus ille factus magnus non per se sed per eum quem persequebatur, missus est ad gentes, ex latrone pastor, ex lupo ovis. Missus est ad gentes ille Apostolus minimus, & multum laborauit in Gentibus, & per eum gentes crederunt. Testes sunt eius epistole. Habes hoc & in euangelio sacratissime figuratum. Filia archisynagogi quadam defuncta erat, pater

eius rogabat Dominum ut iret ad eam: egram reliquerat & in periculo constitutam. Ibat dominus ad uisitandam & sanandam egram. Interea mortua nunciata est, & dictum est patri, puella mortua est, noli iam uexare magistrum. Dominus autem qui sciebat se mortuos posse suscitare, non abstulit spem desperato, & ait patri. Noli timere. Tantum crede. Pergebat ad puellam, atque in itinere inter turbas quomodo potuit coarctauit se quadam muliere quae fluxum sanguinis patiebatur, & diuturno illa languore in medicos frustra omnia quae habebat impenderat. Vbi fimbriam uestimenti eius tetigit, sana facta est. Aliquid est, quod nobis significante mysterio loquitur Christus. Filia illa archisynagogi significabat populum Iudeorum, propter quem uenerat Christus qui dixit, Non sum missus nisi ad oues quae perierant domus Israel. Illa uero mulier, quae fluxum sanguinis patiebatur ecclesiam figurabat ex gentibus: ad quam Christus per praesentiam corporis non erat missus. Ad illam ibat, illius salutem intendebat: haec intercurrit, tangit fimbriam quasi nescientis, id est sanatur tanquam ab absente. Dicit ille. Quis me tetigit? Quasi diceret. Non noui hunc populum. Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Tetigit me aliquis. Ego enim sensi uirtutem de me exisse, id est euangelium emissum totum orbem implese. Tangitur autem fimbria, exigua pars uestimenti & extrema. Fac uestem Christi quasi Apostolos. Ibi fimbria Paulus erat, hoc est extremus & minimus. Nam utrunque de se dixit. Ego sum minimus Apostolorum, nam post omnes uocatus est, post omnes credidit, plus omnibus sanauit. Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro. Gratia uobis & pax a deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Qui deuorant populum meum ut cibum panis, Deum non inuocauerunt. Nonne quotidie tales rogant deum? Non rogant deum. Attendite si possimus hoc dicere adiuuante ipso deo. Deus gratis se uult colli, gratis se uult diligi, hoc est caste amari, non propterea amari quia dat aliquid praeter se, sed quia dat se. Qui ergo inuocat deum ut diues fiat, deum non inuocat. Hoc inuocat quod uult ad se uenire. Quid enim est inuocare, nisi uocare in se? In se uocare, hoc dicitur inuocare. Nam cum dicis, Deus da mihi diuitias, non uis ut ipse deus ad te ueniat, sed uis ut diuitiae ueniant ad te. Quod uis ut ad te ueniat, hoc inuocas. Si autem des inuocares, ipse ad te ueniret, ipse esset diuitiarum. Nunc autem uis habere arcam plenam, & inanem conscientiam. Deus non implet domum, sed pedus. Quid tibi profunt exteriora diuitiarum, si te interior praemit egestas? Ergo isti qui propter secularia commoda, qui propter terrena bona, qui propter uitam praesentem & terrenam foelicitatem inuocant deum, non inuocant Deum. Et multum misericors omnibus inuocantibus te. Et quid est quod dicit multis in locis scriptura, Quia inuocabunt, & non

Matth. 19.

Psal. 119.

Ex tractatu Psal. 52.

Ex tractatu Psal. 80.

Ex ser. euang. de muliere Chan. Act. 13. Galat. 1. Actuum 9. Act. 22.

1. Cor. 15.

Act. 22. Galat. 1.

Matth. 9. Luc. 8.

Prouerb. 1. Psal. 85. & 13.

& non exaudiam eos. Certe misericors est omnibus inuocantibus se, nisi quia quidam inuocantes non ipsum inuocant. De quibus dicitur. Dominum non inuocauerunt. Inuocant, sed non dominum inuocant. Inuocas quicquid amas. Inuocas quicquid in te uocas. Inuocas quicquid uis ut ueniat ad te. Porro si deum propterea inuocas, ut ad te ueniat pecunia, ut ueniat ad te hereditas, ut ueniat ad te secularis dignitas, illa inuocas quae uis ut ueniant ad te. Quid ergo, inquis, faciam? Quid orem? Quid ores? Quod te docuit dominus, quod te docuit caelestis magister. Inuoca deum tanquam deum, ama deum tanquam deum. Illo melius nihil est. Ipsum desiderata, ipsum concupisce. Vide inuocantem deum in alio Psal. Vnam petij a domino, hanc requiram. Quid est quod petit? Ut inhabitem in domo domini per omnes dies uitae meae. Ut quid hoc? ut contempler delectationem Domini. Si ergo amator dei esse uis, sincerissimis medullis castisque suspirijs ipsum dilige, ipsum ama, illum flagra, illum inha, quod iucundius nihil inuenis, quo melius, quo letius, quo diuturnius. Quid enim tam diuturnum quam id quod est sempiternum? Non times ne aliquando a te pereat, qui facit ne tu pereas. Si ergo tu inuocas Deum tanquam deum, securus esto, exaudiris, pertinesque ad istum uersum, Et multum misericors omnibus inuocantibus te. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum. Vide quod sequitur. Omnibus qui inuocant eum in ueritate. Nam multi eum inuocant non in ueritate, aliud ab illo querunt. Quare amas deum? Quia dedit mihi sanitatem, quia dedit mihi uxorem diuitem, dedit, inquit, filios, dedit familiam. Ideo amas? Ideo nihil amplius quaeris? Esto esuriens, adhuc pulsa ad ianuam patrisfamilias, habet adhuc quod det. In mendicitate es cum omnibus his quae accepisti, & nescis. Pannosam carnem mortalitatis adhuc portas, stolam illam gloriae immortalitatis nondum accepisti, & quasi iam satiatum non rongas. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Ergo si bonus est Deus, quia ista tibi dedit, quanto beator eris cum seipsum tibi dederit? Desiderasti tara ab illo, rogo te, desidera & ipsum. Neque enim uere dulciora ista, quam illa: aut aliqua ex parte comparanda sunt illi. Ergo qui deum ipsum, a quo accepit de quibus gaudet, praepone his omnibus rebus quas accepit, ipse inuocat deum in ueritate. Inuocat te domine fides mea, quam dedisti mihi, quam inspirasti mihi per humanitatem filij tui, per ministerium predicatoris tui. Et quomodo inuocabo deum meum & dominum meum? Quoniam utique in me ipsum eum uocabo, cum inuocabo eum. Gratias ago Deo meo semper pro uobis, in gratia dei quae data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo, & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis, ita ut nihil uobis desit in ulla gratia, expectantibus reuelatione domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit uos usque in fine sine crimine in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.]

Ex tractatu Psal. 52.

Ex li. cofessio. 1

Ex tractatu Psal. 55.

Ex tractatu Psal. 109.

Ex lib. de past.

1. Cor. 10.

10. 11. 10.

IN quacunque die inuocauero te, ecce sciui quoniam Deus meus es tu. Magna scientia. Non ait, sciui quia deus es, sed quia Deus meus es. Tuus est enim cum tibi subuenit. Tuus est cum tu ab illo alienus non es. Vnde dicitur. Beatus populus cuius est Dominus, Deus ipsius. Quare cuius est? Cuius enim non est? Omnium quidem Deus est, sed eorum proprie deus dicitur, qui eum diligunt, qui eum tenent, qui illum possident, qui illum colunt, qui tanquam de domo magna ipsius, sunt familia eius, redempti magno sanguine unici filij. Quantum dedit nobis Deus ut ipsius essemus, & ipse sit noster. Fidelis Deus per quem uocati estis in societate filij eius Iesu Christi domini nostri.] Fidelis Deus, qui se nostrum debitorem fecit, non aliquid a nobis accipiendo, sed tantum nobis promittendo. Parum erat promissio, etiam scripto se teneri uoluit, ueluti faciens nobiscum chirographum promissorum suorum, ut cum ea quae promisit soluere inciperet, in scriptura promissorum considerarem ordinem soluendorum. Tempus itaque prophetiae, praedictio erat, ut saepe iam diximus, promissionum. Promisit salutem aeternam & beatam uitam cum angelis sine fine, & hereditatem immarcescibilem, gloriam sempiternam, dulcedinem uultus sui, domum sanctificationis suae in caelis, ex resurrectione a mortuis, nullum deinceps moriendi metum. Hoc est promissum eius tanquam finale, ex quo decurrit omnis nostra intentio. Quo cum uenerimus, nihil amplius requiramus, nihil amplius exigamus. Sed ad illud quod erit in fine, quo ordine ueniat, neque hoc tacuit promittendo & praenunciando. Promisit enim hominibus diuinitatem, mortalibus, immortalitatem. Peccatoribus, iustificationem. Abiectionis glorificationem. Quicquid promisit, indignis promisit, ut non quali operibus merces promitteretur, sed gratia a nomine suo gratis daretur. Obsecro autem uos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia.] Multi erant Apostoli, & uni dicitur. Pascite oues meas. Absit ut desint modo boni pastores. Absit a nobis ut desint. Absit a misericordia ipsius ut non eos gignat, atque constituat. Utique si sunt bonae oues, sint & boni pastores. Nam de bonis ouibus fiunt boni pastores. Sed omnes boni pastores in uno sunt. Vnum sunt. Illi pascunt, Christus pascit. Non enim uocem suam dicunt amici sponsi, sed gaudio gaudent propter uocem sponsi. Ille ergo pascit, unus in his, & hi in uno. Gloriantur pastores, Sed qui gloriatur in Domino gloriatur. Hoc est Christum pascere, hoc est Christo pascere, hoc est in Christo pascere, praeter Christum sibi non pascere. Sint ergo omnes in pastore uno, & dicant uocem pastoris unam, quam audiant oues, & sequantur pastorem suum. Non illum, aut illum, sed unum, & omnes in illo unam uocem dicant, diuersas uoces non habent.

beant. Obscuro uos fratres, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Hanc uocem eliquatam ab omni schismate, purgatam ab omni haeresi, audiant oues, & sequantur pastorem suum, dicentem. Quae sunt oues meae, uocem meam audiunt, & sequuntur me. Sunt enim & montes boni. Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Et uide quia non tibi in montibus spes es. Auxilium meum a Domino qui fecit caelum & terram. Noli putare te iniuriam facere montibus sanctis, quando dixeris. Auxilium meum non a montibus, sed a domino qui fecit caelum & terram. Ipsi montes hoc tibi clamant. Mons erat qui clamabat. Audio in uobis schismata fieri, & unusquisque uestrum dicit. Ego sum Pauli. Ego Apollo. Ego Cepha. Ego autem Christi. Leua oculos in istum montem, audi quid dicat: & ne in ipso monte remaneas, audi etiam quid sequatur. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? Ergo posteaquam leua ueris oculos tuos in montes unde ueniet auxilium tibi, id est in autores diuinarum scripturarum, attende, omnibus medullis suis, omnibus ossibus, clamantem. Domine quis similis tibi? ut securus sine ulla iniuria montium dicas. Auxilium meum a domino, qui fecit caelum & terram. Non solum tunc tibi non succensibunt montes, sed tunc amabunt, tunc magis fauentur. Si in ipsis spem tuam posueris, contristabuntur. *Significatum est enim mihi de uobis fratres mei, ab his qui sunt Cloes, quia contentiones inter uos sunt. Hoc autem dico, quod unusquisque uestrum dicit. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cepha, ego autem Christi.*

A Gebat Apostolus, ne quisque gloriaretur in homine: quoniam dissensiones exortae fuerant inter Corinthios Christianos, ita ut unusquisque diceret. Ego quidem sum Pauli. Alius autem. Ego Apollo. Alius uero. Ego Cepha. Et inde uentum est ut diceret. Stulta mundi elegit Deus ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia, & ignobilia & contemptibilia mundi elegit Deus & ea quae non sunt, tanquam sunt, ut quae sunt euacuet, ut non gloriatur coram Deo omnis caro. Hic certe contra humanam superbiam, satis clara est Apostoli intentio, ne in homine quisquam gloriatur, ac per hoc nec in se ipso. Denique cum dixisset, Ut non gloriatur omnis caro coram Deo, ut ostenderet in quo debeat homo gloriari, mox addidit. Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio & redemptio, ut quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in domino gloriatur. Inde peruenit ista eius intentio, ut postea increpans dicat. Adhuc enim estis carnales. Cum enim sint inter uos amulatio & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat. Ego sum quidem Pauli, alius autem, ego Apollo, nonne homines estis? Quid ergo est Apollo? Quid autem Paulus? Ministri per quos credidistis, &

Ex lib. de praed. sanc.

unicuique sicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Videtis ne nihil aliud agere Apostolum, nisi ut humilietur homo, & exaltetur Deus solus? quando quidem in eis qui plantantur & rigantur, nec ipsum plantatorem & rigatorem dicit esse aliquid, sed qui incrementum dat Deum. Quamuis & hoc ipsum quod ille plantat, hic rigat, non ipsis, sed Domino tribuat, dicens. Unicuique sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit. Hinc ergo in eadem intentione persistens, ad hoc uenit ut diceret. Itaque nemo gloriatur in homine. Iam enim dixerat. Qui gloriatur, in domino gloriatur. Post haec & alia nonnulla quae his connectuntur, perducitur eadem ipsa eius intentio, ut dicat. Hec autem fratres transfigurauit in me, & Apollo propter uos, ut in nobis discatis, ne supra quae scriptum est unus pro altero inflatur aduersus alterum. Vae illis qui oderunt unitatem, & partes sibi faciunt in hominibus. Audiant illi qui uolebat eos facere unum in uno ad unum. Audiant illi dicentem. Nolite uos facere multos. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Illi dicebant. Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cepha. Et ille. Diuisus est Christus: In uno estote, unum estote, unus estote. Nemo ascendit in caelum nisi qui de celo descendit. Ecce uolumus esse tui, dicebat Paulo. Et ille. Nolite sitis Pauli. Sed eius estote cuius est uobiscum Paulus. Nemo nouit filium nisi pater. Neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filium reuelare. Sicut ergo ipse per se nouit patrem, nos autem per ipsum nouimus patrem, sic intrat in ouilem seipsum, & nos per ipsum. Ostium dicebamus per Christum nos habere ad uos. Quare? Quia Christum praedicamus. Nos Christum praedicamus, & ideo per ostium intramus: Christus autem Christum praedicat: quia seipsum praedicat, & ideo pastor per seipsum intrat. Tenete ergo quomodo dominus Iesus Christus & ostium sit & pastor: ostium, pandendo se: pastor, intrando per se. Et quidem fratres mei, quod pastor est, dedit & membris suis. Nam & Petrus pastor, & Paulus pastor, & ceteri Apostoli pastores, & boni episcopi pastores. Ostium uero nemo uestrum se dicit, hoc sibi ipse proprie tenuit, qua intrarent oues. Denique Apostolus Paulus boni pastoris implebat officium quando Christum praedicabat, quia per ostium intrabat. At ubi oues indisciplinatae ceperunt facere schismata, & alia ostia sibi ponere, non qua intrarent ut congregarentur, sed qua errarent ut diuiderentur, dicentes alij, ego sum Pauli, alij ego Cephae, alij ego Apollo, alij ego Christi. expauescent ad eos qui dixerunt. ego sum Pauli, tanquam clamans ad oues. Misere, qua itis? Non sum ostium. Nunquid Paulus, inquit, pro uobis

1. Cor. 1.

Ex tractatu euā. sec. 10. 12.

Ex tractatu euā. sec. 10. 47. Matth. 11. Ioan. 10.

Ex tractatu Psal. 35. Hier. 17.

Ioannis. 1.

Ioannis. 3. 1. Cor. 4.

Ex tractatu Psal. 44.

Deute. 25. Psal. 21.

1. Cor. 4.

Psal. 44.

Deut. 25.

bis crucifixus est: aut in nomine Pauli baptizati estis: Qui autem dicebant, Ego sum Christi, inuenerant ostium. Discite, quantum praesumatis de deo, & quantum tribuatis hominibus, quia maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Modestissime & humiliter sanctus Apostolus Paulus zelans uere ecclesiam, sed sponso, non sibi, & horrens illis quando uoluerunt dicere, Ego sum Pauli, ego Apollo, sum am personam potius assumpsit, quam calcaret & contemneret ut Christus glorificaret. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Repellit se, sed ut mittat ad Christum. Non uult a sponsa amari pro sponso, nec amicos sponsi. Amici enim Ioannes, qui putabatur Christus, zelabat. Vnde ait. Non sum ego Christus. Sed qui post me uenit maior me est, cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. Vere quia tantum se humiliat, ostendit se non esse sponsum, sed amicum sponsi, & ideo ait. Qui habet sponfam, sponsus est. Amicus autem sponsi stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter uocem sponsi. Haec ergo dicebat ecclesiam & Apostolus, dicens. Sic nos amemus homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Ecclesiae filiae Apostolorum, filiae regum sunt. Ille enim rex regum. Illi autem reges, de quibus dictum est, Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Praedicauerunt uerbum ueritatis, & genuerunt Ecclesias, non tibi sed sibi. Ad hoc pertinet sacramentum quod scriptum est in lege. Si mortuus fuerit frater, accipiat uxorem eius frater eius, & suscitabit semen fratri suo. Accipiat uxorem eius, & suscitabit semen, non sibi, sed fratri suo. Dixit Christus. Dic fratribus meis. Dixit in Psalmo. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Mortuus est Christus, resurrexit, ascendit, absentauit se corpore. Susceperunt fratres eius uxorem eius (praedicationem euangelij) generauerunt filios, non per seipsos, sed per euangelium, propter nomen fratris: Ego uos genui. Itaque suscitantes, propter nomen fratris semen fratri suo, quotquot genuerunt, non Paulianos aut Petrianos, sed Christianos nominauerunt. Vide te, si non iste sensus uigilat & in his uerbis. Cum enim Dauid diceret, A domibus eburneis (dixi de regalibus, amplis, pulchris, lenibus, qualia sunt corda sanctorum) subiecit. Ex quibus delectauerunt te filiae Regum in honore tuo. Filiae quidem regum, filiae Apostolorum tuorum, sed in honore tuo, quia semen illi suscitauerunt fratri suo. Ideo ipsos quos suscitauerat fratri suo Paulus, cum uideret currere ad nomen suum, exclamauit. Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis? Quid enim ait lex? Et habeat natus nomen defuncti. Defuncto nascatur, defuncti nomine appellatur. Ad hoc legitimum Paulus uolentes appellari ex nomine suo reuocat. Nunquid Paulus pro uobis cruci-

fixus est? Ad defunctum aspiciate. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? Quid ergo? Quando illos generasti, quid si nomen tuum illis imposuisti? Aut in nomine Pauli baptizati estis? Delectauerunt te filiae Regum in honore tuo. Tenete, seruate. In honore tuo. Hoc est habere uestem nuptialem, illius honorem, illius gloriam querere. Excellentes quippe in ecclesia, pauci debent uigilanti intentione consulere, ne propter suos honores superbe agendo schismata faciant unitatis compage dirupta. Colles autem ita eos imitando & obediendo subsequantur, ut eis Christum anteponant, ne malorum montium (quonia uidentur excellere) uana autoritate seducti, se a Christi unitate dirumpant. Ideo dictum est. Suscipiant montes pacem populo. Dicant quidem, imitatores mei estote sicut & ego Christi, sed rursum dicant. Licet simos, aut angelus de caelo annunciauerit uobis praeterquam quod accepistis, anathema sit. Dicant etiam. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis? Ita suscipiant pacem populo dei, id est pauperibus dei, non illis, sed cum illis regnare cupientes. Illi quoque non dicant, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cepha: sed omnes dicant, ego sum Christi. Haec est iustitia, non antepondere seruos domino, nec aquare: ita leuare oculos in montes unde auxilium ueniat sibi, ut tamen auxilium non sperent a montibus, sed a domino qui fecit caelum & terram. Et ego dico tibi. Tu es Petrus. Simon quippe antea uocabatur, hoc autem ei nomen ut Petrus appellaretur a domino impositum est, & hoc in ea figura, ut significaret ecclesiam. Quia enim Christus petra, petrus populus Christianus. Petra enim principale nomen est, ideo Petrus a petra, non petra a Petro, quomodo non a Christiano Christus, sed a Christo Christianus uocatur. Tu ergo, inquit, Petrus, & super hanc Petram, quam confessus es, super hanc petram quam cognouisti, dicens, Tu es Christus filius dei uiui, aedificabo ecclesiam meam, id est super me ipsum filium dei uiui aedificabo ecclesiam meam. Super me aedificabo te, non me super te. Nam uolentes homines aedificari super homines dicebant. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephae. Ipse est Petrus. Alij uero qui uolebant aedificari super Petrum, sed super petram, dicebant ego autem sum Christi. Apostolus autem Paulus, ubi cognouit se eligi, & Christum contemni, diuisus est, inquit, Christus. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Quomodo non in Pauli, sic nec in Petri, sed in nomine Christi, ut Petrus aedificaretur super petram, non petra super petram. Fuit enim, inquit, aliquando tenebrae, nunc autem lux, sed in domino. Quod nemo potest in Paulo, nemo in Petro, nemo in alio ullo apostolorum, hoc potest in domino. Ideo bene Paulus utiliter se contemnens, illum commendans, nunquid Paulus pro uobis, inquit, crucifixus est? aut

Ex tractatu Psal. 71.

Psal. 71. 1. Cor. 4. Galat. 1.

1. Cor. 1.

Psal. 120. Ex ser. euā. 3. Matt. 16.

Ephesi. 5.

in nomine Pauli baptizati estis? Non ergo in me, sed mecum, non sub me, sed sub illo.

Diuisus est ergo Christus: Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

Ex tractatu euang. sec. 10. 5

Baptismus domini diuinus, quia dominus Deus. Potuit autem Iesus Christus si uellet dare potestatem alicui seruo suo, ut daret baptismum suum, tanquam uice sua, & transferre a se potestatem baptizandi, & constituere in aliquo seruo suo, & tantam uim dare baptismi translato in seruum, quantam uim haberet baptismus datus a domino. Hoc noluit iudeo, ut in illo spes esset baptizatorum, a quo se baptizatos agnoscerent. Noluisset ergo seruum spem ponere in seruo. Ideoque clamabat Apostolus cum uideret homines uolentes ponere spem in illo. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Baptizauit ergo Paulus tanquam minister, non tanquam ipsa potestas. Baptizauit autem dominus tanquam potestas. Intendite. Et potuit hanc potestatem seruo dare, sed noluit. Si enim daret hanc potestatem seruis, id est ut ipsorum esset quod domini erat, tot essent baptismi, quot essent serui: ut quomodo diuisus est baptismus Ioannis, sic diceretur baptismus Petri, baptismus Pauli, baptismus Iacobi, Thomae, Bartholomaei, Matthaei. Ille enim baptismus Ioannis dictus est. Sed forte aliquis existet & dicit. Proba nobis, quod ille baptismus Ioannis dictus est. Probabo ipsa ueritate dicente, quando interrogauit Iudaeos. Baptismus Ioannis unde est? de caelo an ex hominibus? Ergo ne tot baptismi dicerentur quot essent serui qui baptizabant accepta potestate a domino, sibi tenuit dominus baptizandi potestatem, seruis ministerium dedit. Dicit se seruus baptizare, recte dicit, sicut Apostolus dicit. Baptizauit autem & Stephanus domini, sed tanquam minister. Ideo filius & malus, & contringat illi habere ministerium, & si eum homines non norunt, & deus eum nouit, permittit deus baptizari per eum qui sibi tenuit potestatem, ut siue baptizaret in ministerio seruus bonus, siue baptizaret in ministerio seruus malus, non sciret se ille qui baptizaretur. baptizari nisi ab illo qui sibi tenuit baptizandi potestatem. Ergo boues illi, dominum magnificabant non se. Videte bouem magnificantem dominum suum, quia agnouit bos possessorem suum. Attendite bouem timentem, ne deseratur possessor bouis, & in bouem praesumatur, quomodo ex parte eos qui uolunt in eo spem ponere. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Quod dedi, non ego dedi. Gratis accepistis. Columba de caelo descendit. Ego, inquit, plantauit, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

Ex tractatu euang. sec. 10. 10. Esai. 1.

Ex ser. in epi. 10. 1. 3. 1. 7.

remittuntur peccata? Nunquid Augustinus? Ergo nec per nomen Donati. Videris quis Augustinus, aut quis Donatus. Nec per nomen Petri. Nam diuidentibus sibi ecclesiam, & partes facere de unitate conantibus, partu riens paruulos mater charitas, in apostolo exponit uiscera sua, descendit quodammodo uerbis ubera sua, plorat filios quos uidet efferr. Reuocat ad unum nomen eos qui multa nomina sibi facere uolebant. Repellit ab amore suo, ut Christus ametur, & dicit, Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Quiddidicistis? Nolo me sitis. Ut mecum sitis, mecum estote. Omnes illius sumus, qui pro nobis mortuus est, qui pro nobis crucifixus est. Vnde & hic dimittuntur uobis peccata per nomen eius, non per nomen hominis alicuius. Temporibus Apostolorum qui dicebant, Ego quidam sum Pauli, ego quidem Apollo, ego autem sum Cephe, quamuis non per impiorum, sed sanctorum nomina, ipsi tamen impia schismata faciebant. Hoc ipsum forum erat proprium detestabile uitium. Quod uero sciebant Christum pro se crucifixum, & se in eius nomine baptizatos, non erroris eorum, sed diuini apud eos muneris erat. Hac dei ueritatem in iniquitate schismatum suorum detinebant. Hac approbans beatissimus Paulus, non per illa uitia destructa etiam istam destruit, sed per hanc confirmatam illa emendanda conuincit. Nunquid Paulus, inquit, pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? ut per uerum dei quod tenebant de suo falso erubescerent quod agebant. Proferri fieri potest ut aliqui uerum habeant baptismum, & non habeant ueram fidem, sicut fieri potest ut uerum habeant euangelium, quod non recte intelligendo falsi aliquid de deo credant. Nunquid propter ipsam fidei falsitatem, etiam Euangelium (quod apud eos uerum inuenitur) detestandum aut emendandum putabimus? Nec illos Corinthios arbitror (quos in schismata dissiluisse redarguit) uera fidem habuisse in eo quod dicebant. Ego sum Pauli. Hoc enim falsum erat. Verumtamen baptismum habebant: ex cuius ueritate ut istam corrigerent falsitatem, ab eo ipso audiunt. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Erant illi etiam qui mortuos resurgere non credebant, & in eo utique non ueram tenebant, atque habebant fidem. Ex eo tamen quod uerum habebant (quoniam credebant Christum resurrexisse, in quo fuerant baptizati) dat operam Apostolus, etiam illud curare in quo eis fides sana non erat, dicens Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Ut quoniam Christum resurrexisse se crediderant, & hoc in eis sanum erat, illud etiam sanaretur, quod resurgere mortuos, errore perniciosissimo non credebant.

Ex lib. de unitate baptismi

Ex tractatu euang. sec. 10. 10. 1.

Vide quemadmodum magnus ille miles Christi in se curam paruulorum factari noluit. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine

Psal. 54.

Ex tractatu Psal. 75.

nomine Pauli baptizati estis? Quid eis dixit aliud, nisi iactate in dominum curam uestram, & ipse uos enutriet. Modo autem uult paruulos iactare curam suam in dominum, & occurrit nescio quis, & dicit. Ego excipio. Responde & tu, portum quaero, non sexum. Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis. Magnifice, cum pondere dictum est tu, ne putet aliquis quod eum montes illuminent. Multi enim putantes quod ab ipsis montibus illuminarentur fecerunt sibi partes de montibus, & ipsi montes ceciderunt, & ipsi contracti sunt. Nescio qui sibi fecerunt Donatum. Nescio qui sibi fecerunt Maximinum. Nescio qui fecerunt illum, & illum. Quare computant sibi salutem suam in hominibus esse, non in Deo? O homo. Venit ad te lux per montes, sed deus te illuminat, non mons. Illuminans tu, inquit, Tu non montes. Tu illuminans a montibus quidem aeternis, sed tu illuminans. Ergo fratres ad hoc dictum est, ne quisquam uestrum uelit suam spem ponere in hominem. Tandiu est aliquid homo, quandiu illi heret a quo factus est homo.

Nam recedens ab illo, nihil est homo & cum haeret illis. Tu sic accipe consilium per hominem, ut illum consideres qui illuminat hominem. Etenim & tu potes accedere ad illum qui tibi per hominem loquitur. Non enim fecit illum accedere ad se, & te repellit. Et qui uere sic accessit ad deum, ut in illo habitet Deus, displicent illi omnes qui in illo non ponunt spem suam. Propterea datum est quoddam exemplum. Cum ipsos Apostolos sibi diuiserunt, & in schismata ierunt, quid dicebant? Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephe, id est Petri. Hos plangit apostolus, & dicit eis, Diuisus est Christus & se elegit quem apud ipsos contemneret. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Vide bonum montem, quarentem gloriam non sibi, sed a quo montes illuminantur.

Nolebat de se praesumi, sed de illo de quo ipse praesumpserat. Quisquis ergo ita se commendare uoluerit populis, ut si forte contigerit ei aliquis tumultus, frangat populos post se, & diuidat Ecclesiam catholicam propter se, non est de illis montibus quos illuminat altissimus. Sed quis est iste? contenebratus a se, non illuminatus a domino.

Gratias ago deo meo quod neminem uestrum baptizauit nisi Christum & Caium. Ne quis dicat quod in nomine meo baptizati sitis. Baptizauit autem & Stephanus domum, ceterum nescio si quem alium uestrum baptizauerim.

Ex lib. de baptis. 5.

Num. 17.

Poterat si uoluisset dominus Iesus, baptismi sui potestatem dare alicui, uel aliquibus praecipuis seruis suis, quos iam fecisset amicos suos qualibus ait, iam non uos dico seruos, sed amicos. Ut quemadmodum per uirgam florentem demonstratus est Aaron sacerdos, ita in eius ecclesia, ubi plura & maiora miracula facta sunt, per aliquod signum demonstrarentur excellentioris sanctitatis ministri, & dispensatores mysteriorum, qui soli baptizare

deberent. Sed si hoc fieret, quamuis eis a domino attributus tamen ipsorum iam baptismus diceretur, sicut baptismus Ioannis fuit. Ideo Paulus gratias agit Deo, quod neminem ipsorum baptizauerat, qui tanquam obliti in cuius nomine baptizati essent, per hominum nomina diuidebant. Cum enim tantum ualeat baptismus per hominem contemptibilis, quantum per Apostolum datus, ita nec illius, sed Christi esse cognoscitur. Quod in ipso domino Ioannes, per illam columbae speciem se didicisse testatur. Nam secundum quid aliud dixerit, Et ego nesciebam eum, non plane uideo, nisi quia secundum aliquid eum sciebat, secundum aliquid adhuc nesciebat. Sciebat uidelicet ipsum filium dei de cuius plenitudine omnes acciperent. Sed quia sic ex eius plenitudine ipse acceperat baptizandi potestatem ut Ioannis baptismus diceretur, nesciebat utrum sic datus esset & ceteris, an uero proprium baptismum sic habiturus, ut per quemlibet daretur, siue excellentioris gratiae ministrum, siue inferioris, siue per centeni fructus hominem, siue sexageni, siue triceni, siue per frumentum, siue per paleam, non nisi illius unius esse cognosceretur, & hoc per spiritum didicit uelut columbam descendentem & manentem super eum. Itaque inuenimus dictum ab Apostolis, & gloriam meam, & euangelium meum, quamuis utique a domino impartitum atque donatum. Baptismus autem meus, nemo eorum dixit omnino. Neque enim omnium aequalis est gloria, nec ministrant omnes aequaliter, nec aequali prudentia sunt omnes praediti. Et in euangelizando alius alio melius operatur, & ideo dici potest alius alio doctor ex ipsa doctrina spiritali. Alius autem alio magis, minusue baptizatus dici non potest, siue ab inferiore, siue a superiore & maiore baptizetur.

2. Cor. 1. 2. Thess. 3.

Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Non in sapientia uerbi, ut non euacuatur crux Christi.]

Ex lib. de mat. 7. 1. 2.

Qui scit quemadmodum debeat leonem domare, & nescit quemadmodum debeat uiuere. An & hoc ut sciat, sufficit ei liberum arbitrium, lexque naturalis? Haec est sapientia uerbi, qua euacuatur crux Christi. Sed qui dixit, Perdam sapientiam sapientium, quia ista crux non potest euacuari, profecto istam sapientiam, per stultitiam praedicationis, qua credentes sanantur, euertit. Si enim possibilitas naturalis per liberum arbitrium, & ad cognoscendum quomodo uiuere debeat, & ad bene uiuendum sufficit sibi, ergo Christus gratis mortuus est, ergo euacuatum est scandalum crucis. Cur non etiam ego hic exclamem? Immo exclamabo, & istis increpabo dolore Christiano. Euacuati estis a Christo qui in natura iustificamini, a gratia excidistis. Ignorantes enim dei iustitiam & uestra uolentes constituit, iustitiam dei non estis subiecti. Sicut enim finis legis, ita etiam humanae naturae uisio saluator Christus est.

2. 3. 19.

est, ad iustitiam omni credenti.

Non usque adeo (inquam) duci me putes laudibus meis, ut iniuriam faciam praecedentibus sanctis. Nec praesumam unquam in sapientia uerbi, ne euacuetur crux Christi, sed scripturarum autoritate contentus, simplicitati obedire potius studeo quam tu mori. Sed melius, inquis, ratione quis, quam testimonijs edocetur. Quid ergo? Quam rationem afferre potes, si partum praedices uirginis, si redditos oculos non neges caecis, si sepultos reddisse ostendas a mortuis? Si horum ergo & incomprehensibilis ratio, & ueritas prompta est, facilius in negotijs fidei, testimonijs creditur, quam ratio uestigatur.

Verbum enim crucis percipientibus quidem stultitia est: ijs autem qui salui fiunt, id est nobis, uirtus Dei est. Sicut scriptum est, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.]

Secundum scripturas sapiamus, non cogimur contra Christianam gratiam disputare, & ea dicere quibus demonstrare conemur naturam humanam neque in paruulis medico egere, quia sana est, & in maioribus sibi ipsam ad iustitiam si uelit posse sufficere. Acute quippe uidentur haec dici, sed in sapientia uerbi, qua euacuatur crux Christi. Non est ista sapientia desursum descendens: multo ardentiore zelo nos oportet accendi, ne euacuetur crux Christi. Euacuatur autem si aliquo modo praeter illius sacramentum, ad iustitiam uitamque aeternam perueniri posse dicatur.

Perdam sapientiam, sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Non enim suam in eis perdit & reprobat quam ipse donauit, sed quam sibi arrogat qui non habent ipsius. Vnde commemorato isto prophetico testimonio sequitur & dicit Apostolus. Vbi sapiens: ubi scriba: ubi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quoniam in sapientia dei non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. Quoniam quidem Iudaei signa perunt, & Graeci sapientiam quaerunt. Nos autem, inquit, praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ipsis uero uocatis Iudaeis & Graecis, Christum dei uirtutem & dei sapientiam, quoniam stultum Dei, sapientius est hominibus. & infirmum dei fortius est hominibus. Hoc quasi stultum & infirmum, tanquam sua uirtute sapientes fortesque contemnunt. Sed haec est gratia quae sanat infirmos, non superbe factantes suam beatitudinem suam, sed humiliter potius ueram miseriam conitentes.

Vbi sapiens: ubi scriba: ubi conquisitor huius seculi? Vdiuimus filium dei dicentem, Coniteor tibi pater, domine caeli & terra. Quid ei conhtetur? In quo eum laudat? Quia abscondisti, inquit, haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Qui sunt sapientes & prudentes? Qui paruuli? Quae ille

occultauit sapientibus & prudentibus, & reuelauit paruulis? Sapientes & prudentes illos significat, de quibus Paulus dicit. Vbi sapiens: ubi scriba: ubi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Etiam nunc ad huc fortasse quaeris. Qui sunt isti? Forte illi sunt, qui multum de deo disputantes falsa dixerunt. Inflatu doctrinis suis, deum inuenire & cognoscere minime potuerunt, & pro deo (cuius est incomprehensibilis, inuisibilisque substantia) putauerunt deum esse aerem, aetherem, Deum esse solem, deum esse aliquid quod sublimeret eminet in creatura. Attendentes enim magnitudines, & pulchritudines, & fortitudines creaturarum, ibi remanserunt, creatorem non inuenierunt. Arguit illos liber sapientiae, dicitur. Si enim tantum potuerunt ualere, ut possent aestimare seculum, quomodo eius dominum non facilius inuenierunt? Accusati sunt consumentes tempora sua & occupationes disputationum suarum in perferenda & quodammodo metienda creatura, quaesierunt meatus siderum, interualla stellarum, itinera caelestium corporum, ita ut computationibus quibusdam ad eam scientiam peruenirent, ut praedicerent defectum solis, defectum lunae, & quando praedicerent eueniret, eo die, & ea hora, tantum, & tanta parte ex quanta parte illi praedixerat. Magna industria, magna solertia. Sed ibi creatorem scrutati sunt positum non longe a se, & non inuenierunt. Quem si inuenissent, haberent apud se. Optime itaque & rectissime accusati sunt, qui potuerunt inuestigare numeros siderum, interualla temporum, defectum luminum cognoscere & praedecere. Recte acusati sunt, quoniam a quo ista facta atque ordinata sunt, non inuenierunt, quia quaerere neglexerunt. Tu autem non ualde curagros siderum, & caelestium, terrenorum ue corporum numeros ignores. Vide pulchritudinem mundi, & lauda consilium creatoris. Vide quod fecit, ama qui fecit, tene hoc maxime. Ama qui fecit, quia & te ipsum amatorem suum, ad imaginem suam fecit. Ergo quia est mirum quia talibus sapientibus occupatis circa creaturas qui creatorem negligenter quaerere uoluerunt, nec inuenire potuerunt, abscondita illa, de quibus dixit Christus, Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus: mirabilius est sapientes & prudentes deprehensos, etiam qui cognoscere potuerunt. Reuelatur, inquit, ira Dei de caelo super omnem impietatem & iniustitiam hominum qui ueritatem in iniquitate detinent. Quaris fortasse quaeritatem in iniquitate? Quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Vnde manifestum est: Sequitur & dicit. Deus enim illis manifestauit. Adhuc quaeris quomodo manifestauerit eis quibus legem non dedit? Quomodo ergo? Inuisibilia enim eius, a constitutione mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, fuerunt ergo quidam, non sicut Moyse

Ex lib. con. Teo. kicium

Ex lib. de nat. & gra.

Ex lib. de ciui. dei. 10.

1. Cor. 1.

Ex ser. de l. euang.

Matt. 11.

ROMA. 1.

Moyse famulus dei, non sicut multi prophetae ista intuentes & intelligentes, adiuti spiritu Dei, quem spiritum fide hauserunt, faucibus pietatis biberunt, ore interioris hominis ructauerunt. Non ergo tales ignorauerunt: sed fuerunt alij dissimiles, qui per istam creaturam potuerunt peruenire ad intelligendum creatorem, & dicere de his quae fecit deus. Ecce quae fecit gubernat & continet. Ille ipse qui se cit impleret sua praesentia ista quae fecit. Potuerunt hoc dicere. Nam & ipsos in actibus Apostolorum commemorauit Paulus. Vbi cum dixisset de deo, In illo uiuimus & mouemur & sumus, quonia apud Athenienses loquebatur ubi isti doctissimi exiterat, adiunxit continuo, Sicut & quidam secundum uos dixerunt. Non est leue quod dixerunt. Quoniam in deo uiuimus et mouemur & sumus. Vnde ergo dissimiles unde uituperati unde recte accusati? Audi apostoli uerba quae dicere coeperam. Reuelatur, inquit, ira dei de caelo super omnem impietatem, & eorum scilicet qui legem non acceperunt. Super omnem impietatem & iniustitiam hominum, qui ueritatem in iniquitate detinent. Quam ueritatem? Quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Quo manifestate? Deus enim eis manifestauit. Quomodo manifestauit? Inuisibilia enim eius a constitutione mundi per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque uirtus eius ac diuinitas. Quare manifestauit? Ut sint inexcusabiles. Si manifestauit ut sint inexcusabiles, unde ergo culpabiles? Quia cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt. Quid est quod dicis, Non sicut deum glorificauerunt? Neque gratias egerunt. Hoc est ergo glorificare deum, gratias agere deo: Hoc sane. Quid enim peius, si ad imaginem creatus, cognito deo, in gratus eris? Hoc est prorsus, hoc est glorificare deum, gratias agere deo. Norunt fideles ubi, & quando dicatur. Gratias agamus domino deo nostro. Quis autem gratias agit deo, nisi qui sursum cor habet ad dominum? Ergo illi culpabiles qui sunt inexcusabiles, quia cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt, nec gratias egerunt. Sed quid? Sed euauerunt in cogitationibus suis. Vnde euauerunt nisi quia superbi fuerunt? Euaneuit & fumus in altum surgendo, & magis ignis lucet & roboratur, humiliter apprehendo. Euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Etiam fumus cum sit igne altior, obscurus est. Denique attende quod sequitur, & uide unde tota causa pendat. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Sibi arrogando quod praestiterat deus, tulit quod dederat deus. Ergo superbis ipse abscondit se, qui per creaturam diligenter scrutantibus creatorem insinauerat non nisi se. Bene ergo dominus. Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, siue ab illis qui multiplicibus disputationibus & solertissima inquisitione, ad inuestigationem creaturae peruenire

runt, sed creatorem minime cognouerunt, siue ab illis, qui cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt & gratias egerunt, & uidere perfecte aut salubriter non potuerunt, quia superbi fuerunt. Abscondisti ergo haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quibus paruulis? Humilibus. Dicit super quem requiescit spiritus meus? Super humilem & quietum & tementem uerba mea. Haec uerba Petrus tremuit, Plato non tremuit. Teneat piscator, quod perdidit nobilissimus disputator. Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Abscondisti superbis, & reuelasti humilibus. Quae sunt ipsa? Non enim cum hoc diceret caelum & terram attendebat, & quasi manu demonstrabat cum diceret haec. Quis enim non uidet haec? Vident boni, uident mali, quia facit solem suum oriri super bonos & malos. Quae sunt ergo ista? Omnia mihi tradita sunt a patre meo.

Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Dicitur aliquando in scripturis sapientia pro astutia, abusione uerbi, non proprietate. Vnde dicitur. Vbi sapiens: ubi scriba: ubi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Quod uero dicitur sapientia abusione uerbi & in malo, consuetudine quidem scripturarum nostrarum: nam quemadmodum legantur autores mundi, quid ad nos habes in Genesis libro. Erat ibi serpens sapientior omnibus bestiis. Ille sapientior omnibus bestiis, acutus & astutus ad decipiendum agnoscitur. Pereant argumenta philosophorum, qui negant in sapientem cadere perturbationes animorum. Stultam fecit deus sapientiam huius mundi. Et Dominus cognouit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt.

Turbetur plane animus Christianus, non miseria, sed misericordia: timeat ne pereant homines Christo, laetetur cum acquiruntur homines Christo: timeat & sibi ne pereat Christo, contristetur peregrinari se a Christo, concupiscat regnare cum Christo. Ictetur dum sperat se regnaturum esse cum Christo. Ista sunt quippe quatuor quas perturbationes uocant. Timor & tristitia, Amor & letitia. Habeant eas iustis de causis animi Christiani, ne philosophorum Stoicorum uel quorumcumque similitium consentiatur errori. Qui profecto quemadmodum uanitatem existimant ueritatem, sicut ueritatem deputant sanitate, ignorantes sic hominis animum, quemadmodum corporis membrum desperatius agrotare, quando & doloris amiserit sensum.

Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes.]

CVm in carne manifestatus est, filius Dei in hunc mundum missus est, in plenitudine temporis factus ex foemina. Quia enim in sapientia Dei non poterat mundus cognoscere per

Esai. 66.

Ex li. de pasto ribus

Gen. 3.

Ex tractatu euang. sec. Ioan. 60.

Ex lib. de Trinit.

per sapientiam Deum, quoniam lux lucet in tenebris, & tenebrae cum non comprehendunt, placuit deo per stultitiam praedicationis saluos nos facere credentes, ut uerbum caro fieret, & habitaret in nobis.

Quoniam Iudaei signa petunt, & Graeci sapientiam quaerunt, nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitia: ipsis autem uocatis Iudaeis atque Graecis Christum dei uirtutem & dei sapientiam.]

DE domino nostro dixerunt Iudaei. Vnde huic sapientia haec, & uirtutes: Sapientia, in his quae loquebatur: uirtutes, in his quae operabatur. Ideo & Apostolus dicit Christum Dei uirtutem & dei sapientiam. Virtutem, ad signa retulit propter Iudaeos. Sapientiam autem ad doctrinam propter Graecos, id est gentes.

Omnia domine in sapientia fecisti. Ergo omnia in sapientia, id est in Christo fecisti. Ille contemptus, ille expalmatus, ille consputus, ille spinis coronatus, ille crucifixus. Omnia in illo fecisti. Audi quid ex illo tuo milite nuncies hominibus, quid ex illo praecone sancto praedices gentibus. Christum dei uirtutem, & dei sapientiam. Irrideant Iudaei crucifixum Christum quia scandalum est eis. Irrideant Pagani crucifixum Christum, quia stultitia est eis. Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis uero uocatis Iudaeis & Graecis Christum Dei uirtutem & dei sapientiam. Deus uerbo fecit omnia. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod autem ad manus Dei attinet, & de caelis dictum est. Et opera manuum tuarum sunt caeli. Et de terra hoc idem dictum est. Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud, & aridam manus eius fundauerunt. Ergo si & caelos manibus, & terram manibus, non solum hominem manibus. & si caelos uerbo, & terram uerbo, ergo & hominem uerbo. Quod uerbo, hoc manu: & quod manu hoc uerbo. Non enim humanis membris statuta Dei distincta est, qui ubique totus est, & nullo continetur loco. Quod ergo uerbo fecit, sapientia fecit: quod manifeste, uirtute fecit. Christus est autem Dei uirtus & Dei sapientia. Omnia autem per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Si enim solus ibi filius intelligit & sibi & patri & spiritui sancto, ad illam reditur absurditatem ut pater non sit sapiens de seipso, sed de filio: nec sapientia sapientiam genuerit, sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse, qua genuit. Vbi enim non est intelligentia, nec sapientia esse potest. Ac per hoc si pater non intelligit ipse sibi sed filius intelligit patri, profecto filius patrem sapientem facit. Et si hoc est deo esse quod sapere, & ea illi est essentia quae sapientia, non filius a patre (quod uerum est) sed a filio potius pater habet essentiam, quod absurdissimum & falsissimum est. Est ergo deus pater sapiens ea qua ipse est sua sapientia: & filius sapientia patris, de sapientia quod est pater, de quo genitus est filius. Quocirca consequenter est &

intelligens pater ea qua ipse sua est intelligentia, neque enim esset sapiens qui non esset intelligens. Filius autem intelligentia patris, de intelligentia genitus quod est pater. Vocat enim deus praedestinos multos filios suos, ut eos faceret membra praedestinati unici filii sui, non ea uocatione qua uocati sunt & qui noluerunt uenire ad nuptias. Illa quippe uocatione & Iudaei uocati sunt, quibus Christus crucifixus scandalum est, & gentes quibus Christus crucifixus stultitia: sed ea uocatione praedestinos uocet quam distinxit Apostolus, dicens ipsis autem uocatis Iudaeis & Graecis praedicare se Christum Dei uirtutem & dei sapientiam. Sic enim ait. Ipsi autem uocatis, ut ostenderet illos non uocatos, sciens esse quandam certam uocationem eorum qui secundum propositum uocati sunt, quos ante praesciuit & praedestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Quam uocationem significans ait. Non ex operibus sed ex uocatione dictum est, quia maior seruiet minori. Nunquid dixit, non ex operibus, sed ex credente: Prorsus etiam hoc abstulit homini, ut totum daret deo. Dixit ergo, sed ex uocatione. Non quacumque uocatione, sed qua uocatione fit credens. Hanc intuebatur etiam cum diceret. Sine penitentia sunt dona & uocatio dei.

Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus.]

Non enim ad eum qui ubique praesens est, locis mouemur, sed bono studio, bonisque moribus. Quod non possemus, nisi ipsa sapientia tantae etiam nostrae infirmitati congruere dignaretur, & uiuendi nobis praerberet exemplum, non aliter quam in homine, quoniam & nos homines sumus. Sed quia nos cum ad illam uenimus, sapienter facimus, ipsa cum ad nos uenit, ab hominibus superbis quasi stultitiae fecisse putata est. Et quoniam nos cum ad illam uenimus conualescimus, ipsa cum ad nos uenit quasi infirma aestimata est. Sed quod stultum est dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Cui ergo ipsa sic patria, uiam se quoque nobis fecit ad patriam: & cum sano & puro interiori oculo ubique sit praesens, eorum qui oculum illum infirmum immundumque habent, oculis etiam carnis apparere dignata est. Quia enim in sapientia dei non poterat mundus per sapientiam cognoscere Deum, placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. Non igitur per locorum spatia ueniendo, sed in carne mortali, mortalibus apparendo uenisse ad nos dicitur. Illuc ergo uenit ubi erat, quia in mundo erat, & mundus per eum factus est. Sed quoniam cupiditate fruendi, pro ipso creatore creatura homines configurati huic mundo, & mundi nomine congruentissime uocati, non eam cognouerunt, propterea dixit euangelista. Et mundus eum non cognouit. Itaque in sapientia dei, non poterat mundus per sapientiam cognoscere deum. Cur ergo uenit cum hic esset, nisi quia placuit deo per stultitiam praedicationis

Ex libro quae euang. 1.

Ex tractatu Psal. 103.

Ex tractatu Psal. 118. Ioan. 1.

Psal. 101. Psal. 94.

Ex lib. de tri. ni. 15. j

Ex lib. de praesanc.

Roma. 8.

Rom. 9.

Roma. 11.

Ex lib. de doctr. christi.

Ioan. 1.

Ex tractatu Psal. 68.

do uenit, nisi quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: Sicut autem curatio uia est ad sanitatem, sic ista curatio peccatores sanandos reficiendosque suscepit. Et quemadmodum medici cum alligant uulnera non incompositis, sed apte id faciunt, ut uinculi utilitatem quaedam pulchritudo etiam consequatur: sic medicina sapientiae, per hominis susceptionem nostris est accommodata uulneribus, de quibusdam contrariis curans, & de quibusdam similibus. Sic etiam ille qui medetur uulneri corporis, adhibet quaedam contraria, sicut frigidum calido, uel humido siccum uel si quid aliud eiusmodi, adhibet etiam quaedam similia, sicut lintheolum, uel rotundo uulneri rotundum, uel oblongum oblongo: ligaturamque ipsam non eandem membris omnibus, sed similem similibus coaptat: Sic sapientia Dei hominem curans, seipsam exhibuit ad sanandum, ipsa medicus, ipsa medicina. Quia ergo per superbiam homo lapsus est humilitatem adhibuit ad sanandum. Serpentis sapientia decepti sumus, Dei stultitia liberamur. Quemadmodum autem illa sapientia uocabatur, erat autem stultitia contemptibus Deum, sic ista quae uocatur stultitia, sapientia est uincens diabolum. Nos immortalitate male usi sumus ut moremur, Christus mortalitate bene usus est ut uiueremus. Corrupto animo foeminae, ingressus est morbus. Integro corpore foeminae, processit salus. Ad eadem contraria pertinet, quod etiam exemplo uirtutum eius, uirtus nostra curantur. Iam uero similia quasi ligamenta membris & uulneribus nostris adhibita, illa sunt, quod per foeminam deceptos, per foeminam natus homo homines, mortalis mortales, morte mortuos liberauit. deus tu scis imprudentiam meam. Quae imprudentia in Christo: Nonne ipse est dei uirtus, & dei sapientia? An illam dicit imprudentiam suam, de qua dicit Apostolus, Stultum Dei, sapientius est hominibus: Imprudentiam (inquam) meam. Hoc ipsum quod in me irriserunt qui sibi uidentur esse sapientes, tu scis quare fieret, tu scis imprudentiam meam. Quid enim tam simile imprudentiae, quam cum haberet in potestate una uoce suos persecutores prosternere, ut patere tur se teneri, flagellari, conspuui, colaphizari, spinis coronari, ligno affigi: Imprudentiae simile est, & stultum uidetur. Sed stultum hoc superat omnes sapientes, Stultum quidem est, sed & granum quando cadit in terram, si nemo sciat: at consuetudinem agricolatum, stultum uidetur. Labore magno metitur, portatur ad areae, tritatur, uentilatur: post tanta pericula caeli & tempestatum, & labores rusticorum, curamque dominorum, mittitur in horreum frumentum purgatum. Venit hyems, & quod purgatum erat profertur & proficitur. Imprudentie uidetur, sed ut non sit imprudentia spes facit. Non ergo ille pepercit sibi, quia & pater illi non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Et de ipso. Qui dilexit me (inquit Apostolus) & tradidit semetipsum pro me. Quia granum nisi ceciderit in terram ut moriatur, fructum non reddet. Haec est imprudentia. Sed tu illam nostri. Isti autem si cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Infirmus carne Iesus. Sed noli tu infirmari. In illi infirmitate tu fortis esto, quia quod infirmus est dei, fortius est hominibus. Sub hac rerum imagine, Adam qui erat forma futuri, praebuit nobis magnum indicium sacramenti. Imo deus in illo praebuit. Nam & dormiens meruit accipere uxorem, & de costa eius facta est ei uxor, quoniam de Christo in cruce dormiente, futura erat ecclesia de latere eius. De latere scilicet dormientis, quia & de latere in cruce pendentis latera percussio, sacramenta ecclesiae profluxerunt. Sed quare hoc uolui dicere fratres: Quia infirmitas Christi nos facit fortes. Magna ibi imago praecessit. Potuit Deus carnem detrahere homini unde faceret foeminam, & magis uideatur quasi congruere potuisse: Fiebat enim sexus infirmior, & magis de carne infirmitas fieri debuit quam de osse. Ossa enim carne firmiora sunt. Non detraxit carnem, unde faceret mulierem, sed detraxit os. Et detracto osse, formata est mulier, & in loco ossis caro adimpleta est. Poterat pro osse, os reddere. Poterat ad faciendam mulierem, non costam, sed carnem detrahere. Quid igitur significauit facta mulier in costa tanquam fortis, factus Adam in carne tanquam infirmus: Christus est & ecclesia. Illius infirmitas, nostra est fortitudo.

Videte enim uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, et quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret.]

Humiliatus est Dominus Christus ut esse humiles nosceremus, conceptus est continentis omnia, natus est gignens omnia, mortuus est uiuificans omnia, sed post triduum resurrexit & ascendit in caelum, & humanam quam susceperat carnem, ad patris dexteram collocauit. Mirabile est fratres, & hoc est quod impij credere nolunt. Mirabile est hominem resurrexisse in carne, & in caelum ascendisse cum carne. Sed multo est mirabilius, totum mundum rem tam incredibilem credidisse. Quid est incredibile? Deum talia fecisse, aut mundum credere potuisse: Quid si & ipse modus? Etiam ipse uere diuinus aduertitur & ualde mirabilis inuenitur. Ineruditos liberalibus disciplinis, & omnino quantum ad seculi doctrinas pertinet impollos, non peritos grammatica, non armatos dialectica, piscatores Christus cum retibus fidei ad mare seculi paucissimos misit. Quid dico paucissimos? Duo decim misit, & tamen per eos sic omni genere piscium impleuit ecclesias, ut plurimi etiam ex ipsis sapientibus seculi (quibus uidebatur

Rom. 8.

Galat. 2.

Ioan. 12.

1. Cor. 2.

Ex tractatu euang. sec. Ioan. 19

Rom. 5.

Ex serm. de quinquage. resurrectione.

Ex serm. de tribus uirg.

ignominiosa crux Christi) ea in fronte signentur. Et de qua erubescendum putabant, nobisq; insultabant, eam in pudoris arce constituant. Quare autem primo ignobiles, paucos, imperitos & impolitos elegerit dominus cum haberet ante oculos suos turbam magnam in comparatione quidem illorum pauperum, sed in genere suo multos diuites, nobiles, doctos, sapientes, quos postea etiam collegit, exponit Apostolus sacramentum. Infirma mundi huius elegit deus ut confundat fortia, & stultitia eius mundi elegit deus ut confundat sapientes, & ignobilia huius mundi elegit deus, & ea quae non sunt, id est non computantur ut quae sunt euacuentur. Venerat enim docere humilitatem, & expugnare superbiam. Venerat humilis Deus, ut nullo modo hic prius altos quareret, qui tam humilis uenerat. Primo, quia elegit nasci de illa femina quae desponsata erat fabro. Non ergo elegit amplos natales, ne in hac terra nobilitas superbiat. Non elegit saltem nasci in amplissima ciuitate, sed natus est in Bethleem Iudae, ea quae nec ciuitatis nomine nuncupatur. Hodieq; illam incolae loci illius uillam appellant: tam parua tam exigua, prope nulla est, nisi pristina domini Christi na ciuitate nobilitaret. Elegit ergo infirmos, pauperes, indoctos non quia reliquit firmos, diuites, sapientes, nobiles, sed si ipsos primos eligeret, merito diuitiarum suarum, merito substantiarum suarum, merito natalium suorum sibi eligi uiderentur, atque inflati de his rebus, salutem humilitatis non reciperent, sine qua ne mo redire potest ad illam uitam unde non laberemur nisi per superbiam.

Sed forsitan diceret aliquis, & si ipse humiliter natus est, in discipulorum nobilitate facta se uoluit. Non elegit Reges, aut Senatores aut philosophos, aut oratores, imo uero elegit plebeios, pauperes, indoctos, piscatores. Petrus piscator, Cyprianus orator. Nisi fideliter praecederet piscator, non humiliter sequeretur orator. Non de se quisquam desperet abiectus, teneat Christum, & spes eius falsa non erit.

Ex tractatu Psal. 65.

Descendit dominus deus noster Iesus Christus reparare genus humanum, & dare gratiam suam omnibus intelligentibus, quia gratia illius est non merita eorum. Et ne quilibet persona glorietur in carne, infirmos elegit. Nam inde non est electus etiam ille Nathanael. Quid enim tibi uidetur ut publicanum in Teloneo sedentem eligeret Matthaeum, & non eligeret Nathanaelem, cui perhibuit testimonium ipse, dicens, Ecce uere Israelita, in quo dolus non est? Intelligitur ergo iste Nathanael doctus fuisse lege, non quia doctos non erat electurus, sed si ipsos primos elegeret, doctrinae suae merito se electos putarent. Ita eorum teiuentia laudaretur, & laus Christi gratiae minueretur. Idiotas elegit unde confunderet mundum. Si doctus eligeret, fortassis ideo diceret se electum, quia doctrina eius meruit eligi. Dominus noster Iesus Christus uolens superbo-

Ex tractatu sec. 104. 7.

rum frangere ceruices, non quaesuit per oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est imperatorem. Magnus Cyprianus orator, sed prior Petrus piscator, per quem postea crederet non tantum orator, sed etiam imperator. Nullus nobilis primo electus est. Nullus doctus, quia infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia. Quanta Christi dignatio.

Petrus iste qui sic loquitur piscator fuit, & modo magnam laudem habet orator, si potuerit ab illo intelligi piscator. Si enim eligeret Christus primitus oratorem, diceret orator, eloquentiae meae merito electus sum. Si eligeret senatorem, diceret senator. Dignitatis meae merito electus sum. Postremo si prius eligeret imperatorem, diceret imperator. Potestatis meae merito electus sum. Quiescant & differantur isti paululum. Quiescant non omittantur, non contemnantur, sed paululum differantur, qui possunt gloriari de semetipsis in se metipsis. Da mihi, inquit, illum piscatorem, Da mihi idiotam. Da mihi imperitum. Da mihi eum cum quo non dignatur loqui senator, nec quando emit piscem. Ipsum, inquit, da. Hunc si impleuero, manifestatum erit quod ego facio, quamquam & senatorem & oratorem & imperatorem ego sum facturus, quandoque tamen facturus sum ergo & senatorem, sed certius ego piscatorem. potest senator gloriari de semetipso, potest imperator, non potest nisi de Christo piscator. Veniat propter docendam salubrem humilitatem, ueniat prius piscator, per ipsum melius adducitur imperator. Elegit ergo dominus & oratores, sed illi superbiunt si non prius elegeret piscator. Elegit diuites sed dicerent merito diuitiarum suarum se electos esse, nisi primo elegeret pauperes. Elegit imperatores postea, sed melius est ut Romam cum uenerit imperator, de polito diademate ploret ad memoriam piscatoris, quam ut piscator ploret ad memoriam imperatoris. Infirma enim mundi elegit Deus ut confundat fortia. Ignobilia mundi elegit, & ea quae non sunt tanquam sint, ut ea quae sunt euacuentur.

Ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius.]

Uideate quemadmodum nobis abstulit gloriam, ut daret gloriam. Abstulit nostram, ut daret suam: abstulit inanem, ut daret plenam: abstulit mutantem, ut daret solidam. Quanto ergo gloria nostra fortior est, & firmior, quia in deo est. Non ergo in te debes gloriari. Quod & prohibuit ueritas. Sed quod ait Apostolus, hoc praecipit ueritas. Qui gloriatur in domino gloriatur. Placuit enim deo, quo maxime humanae superbiam praesumptionis extingueret, ut non gloriatur omnis caro coram ipso, id est omnis homo. Unde autem non gloriatur caro coram ipso, nisi de meritis suis? Quae quidem potuit habere, sed perdidit, & per quod habere potuit per hoc perdidit, hoc est per liberum arbitrium. Propter quod non restat liberandis nisi gratia liberantis. Ita ergo non gloriatur

Ex lib. de cor. 2. gra.

2. Cor. 10.

Ex colib.

Ex lib. de Trinit. 7.

Ex epi. ad Co. sent. de trinit.

Ex li. de Gene si ad litera. 11. Ex lib. de bo. no perse.

Ex tractatu Psal. 104.

rietur omnis caro coram ipso. Non enim gloriatur iniustus, quia non habet unde. Nec iustus, quia ex ipso habent unde: nec habent gloriam suam, nisi ipsum cui dicunt, Gloria mea & exaltans caput meum. Ac per hoc ad omnem hominem pertinet quod scriptum est, Ut non gloriatur omnis caro coram ipso. Ad iustos autem illud. Qui gloriatur in domino gloriatur. Hoc enim Apostolus apertissime ostendit. Qui cum dixisset, Ut non gloriatur omnis caro coram ipso, ne putarent sancti sine gloria se mansisse, mox addidit. Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu qui factus est nobis sapientia a deo & iusticia & sanctificatio & redemptio, ut quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in domino gloriatur. Hinc est quod in hoc loco miseriarum (ubi tentatio est uita humana super terram) uictus in infirmitate perficitur. Quae uirtus nisi uis qui gloriatur in Domino gloriatur. Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a deo & iusticia & sanctificatio, quia temporaliter nos ad illum conuertimur, id est ex aliquo tempore, ut cum illo maneamus in aeternum: & ipse ex quodam tempore uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Propterea igitur cum pronunciat in scripturis, aut enarratur aliquid de sapientia, siue dicente ipsa, siue cum de illa dicitur, filius nobis potissimum insinuat. Ea poro iusticia, quae uiuit in seipsa, Deus est procul dubio, atq; incommutabiliter uiuit. Sicut autem cum sit in seipsa uita, etiam nobis sit uita, cum eius efficiamur ut unumque participes, ita cum in seipsa sit iusticia, etiam nobis sit iusticia, cum ei coherentes iuste uiuimus. Et tanto magis mirari iusti sumus, quanto illi magis minus iue coherentes. Unde scriptum est de unigenito filio Dei (cum sit utriusque patris sapientia atque iusticia, & semper in seipsa sit) quod factus sit nobis a deo sapientia & iusticia & sanctificatio & redemptio, ut quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in domino gloriatur. Est plane ille summus Deus uera iusticia, uel ille uerus Deus summa iusticia, quam profecto esurire & sitire debemus, ea nostra est in hac peregrinatione iusticia, & qua postea saturari speramus, ea nostra est in aeternitate plena iusticia.

Ut quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in dno gloriatur.

Sic enim qui gloriatur non nisi in domino gloriatur, cum cognoscit non suum, sed illius esse non solum ut sit, uerum etiam ut non nisi ab illo bene sit sibi, a quo habet ut sit, & hoc Dei praecipuum est. Et hoc praecipuum obedienter audire, id est ut qui gloriatur in domino gloriatur, similiter & cetera, Dei donum est. Quod donum qui non habet, non dubito dicere, alia quacunque habet inaniter habet. Cum dixisset, Laudamini (quod utique bene operantes merito possunt) addidit. In nomine sancto eius ut qui gloriatur in domino gloriatur. Qui ergo non sibi sed ei uolunt psallere, caueant facere iusticiam suam coram hominibus ut uide-

antur ab eis: alioquin mercedem non habebunt apud patrem qui est in caelis. Sed luceant opera eorum coram hominibus, non eo sine ut ipsi uideantur ab eis, sed ut uideant bona opera ipsorum, & glorificent patrem eorum qui in caelis est. Hoc est laudari in nomine sancto eius. Unde & alio psal. legitur. In domino laudabit anima mea, audiant mansueti & letentur.

Matth. 5.

Psal. 33.

CAPVT SECVNDVM

Ego cum uenissem ad uos fratres, ueni non in sublimitate sermonis aut sapientiae annuncians uobis testimonium Christi. Non enim iudicauit seire aliquid inter uos nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos, & sermo meus & praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra non sit in sapientia hominum sed in uirtute dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam uero non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruantur.

Uide amatores ueritatis, non accipientes in uanum nomen Domini dei sui, loqui sapientiam inter perfectos, etiam imperfectis non quidem loqui quod sapere non possint, non tamen recedere a ueritate & pergere in uanitatem. Quamuis enim imperfecti non capiunt, si quid paulo excelsius fuerit disputatum de uerbo dei deo apud deum, per quod facta sunt omnia, possint capere quod inter eos loquitur Paulus tanquam inter paruulos Christi, Iesum Christum & hunc crucifixum: non tamen illa est ueritas & ista uanitas. Vanitas autem esset, si Christum mortem non impleuisse, sed finxisse dicerem, si uulnera ista in pharasmae fuisse, si sanguinem non uerum sed simulatum de uulneribus emanasse, si falsas cicatrices (tanquam post falsa uulnera) esse demonstrasse. Cum uero ista omnia uera dicimus, facta dicimus, certa, expressa, impleta credimus & praedicamus, quamuis de sublimi illius & de incommutabili ueritate non loquamur, non tamen in uanitatem. Qui autem omnia ista in Christo falsa & simulata dicunt, ranae sunt clamantes in palude, strepitum uocis habere possunt, doctrinam sapientiae insinuare non possunt. Denique in ecclesia loquuntur haerentes ueritati ueritatem, per quam facta sunt omnia ueritatem uerbum carnem factum, & habitantem in nobis, ueritatem Christum de deo natum, unum de uno unigenitum & coeternum. Veritatem, accepta forma serui, natum ex uirgine Maria, passum, crucifixum, resurgentem ascendentem, ubique ueritatem, & quam perfecti capiant, & quam capere paruulus non potest. Veritatem & in pane & in lacte. In pane magnorum, in lacte paruulorum. Idem quippe panis, ut lac fiat, per carnem traicitur. Qui autem huic ueritati contradicunt, & sua uanitate decepti decipiunt, ranae sunt, tedium affequentes auribus, non cibum mentibus.

Ex ser. decalogi ad populū.

Necessaria est purgatio mentis nostrae, quae illud ineffabile, ineffabiliter uideri possit, quae nondum praediti fide nutrimur, & per quamdam tolerabiliora, ut ad illud capiendum apti

Ex li. de trin.

& habiles efficiamur, itinera ducimur. Vnde Apostolus in Christo quidem dicit esse omnes thesauros sapientiae & scientiae absconditos: eum tamen quamuis iam gratia eius renatis, sed adhuc carnalibus & animalibus, tanquam paruulis in Christo, non ex diuina uirtute, in qua aequalis est patri, sed ex humana infirmitate, ex qua crucifixus est, commendauit. Ait namque. Neque enim iudicauit me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Deinde secutus ait, Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos. et paulopost eis dicit. Et ego fratres, non potui loqui uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Quasi paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec quidem adhuc potestis. Neque enim iudicauit me, inquit, scire aliquid in uobis nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.

1. Cor. 3.

Ex eodem.

Eis autem loquebatur qui capere altiora de Christi deitate non poterant. Quibus etiam paulopost dicit. Non potui loqui uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Hoc ergo inter illos nesciebat, quod per illum scire non poterant, & hoc solum se scire dicebat, quod eos per illum scire oportebat. Denique sciebat inter perfectos, quod inter paruulos nesciebat. Ibi quippe ait. Sapientiam loquimur inter perfectos. Eo namque genere locutionis nescire quisque dicitur quod occultat, quo dicitur fossa caeca quae occulta est. Neque enim aliquo genere loquuntur scripturae, quod in consuetudine humana non inueniatur, quia utique hominibus loquuntur.

libr. de fide
ope.

Hoc est enim euangelizare Christum, non tantum dicere quae sunt credenda de Christo, sed etiam quae obseruanda ei qui accedit ad compagem corporis Christi: immo uero cum etiam dicere quae sunt credenda de Christo, non solum cuius sit filius, unde secundum diuinitatem, & unde secundum carnem genitus, quae perpeffus, & quare, quae sit uirtus resurrectionis eius, quod donum spiritus promiserit, de deritque fidelibus, sed etiam qualia membra, quibus caput sit, quos quarat, instituat, diligat, liberet, atque ad aeternam uitam honoremque perducatur. Haec cum dicuntur, aliquando breuius atque constrictius, aliquando dolatius atque uberius, Christus euangelizatur, quando non solum quod ad fidem, uerum etiam quod ad mores fidelium pertinet, non praetermittitur: Hoc intelligi potest etiam in eo quod commemorat dixisse Apostolum Paulum. Nihil me dixi scire in uobis nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Quod illi putant ita dictum, tanquam nihil aliud eis insinuatum esset, ut primitus crederent, ac deinde baptizati, quicquid ad uitam moresque pertinet discerent. Hoc, inquit, Apostolo satis superque sufficit. Qui eis dixit, quod & si multos paedagogos haberent in Christo, sed non multos patres, quia eos in Christo Iesu per Euangelium ipse genuisset. Si ergo ille qui per Euangeli-

um genuit, quamuis gratias agat quod neminem ipsorum baptizauerat nisi Crispum & Caium & Stephanam domum, nihil eos amplius docuit quam Christum crucifixum: quid si dicat aliquis, nec resurrexisset Christum eos audisse, quando per Euangelium geniti sunt? Vnde est igitur quod eis dixit, Tradidi enim uobis in primis, quia Christus mortuus est secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, si nihil nisi crucifixum docuerat? Si autem non ita intelligunt, sed hoc quoque ad Christum crucifixum pertinere contendunt, sciant in Christo crucifixo multa homines discere, & maxime quod uetus homo noster simul crucifixus est, ut euacuetur corpus peccati & ultra non seruiamus peccato. Vnde etiam de seipso dicit. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Proinde attendant, & uideant quemadmodum doceatur atque discatur Christus crucifixus, & ad eius crucem nouerint pertinere, quod etiam nos in eius corpore crucifigimur mundo. Vbi intelligitur omnis coercio malarum concupiscentiarum. Ac per hoc fieri non potest, ut eis qui cruce Christi informantur, professa adulteria permittantur. Nam & Apostolus Petrus, de sacramento ipsius crucis (hoc est passionis Christi) admonet, ut qui ea confitentur peccare desistant, ita loquens. Christo ergo passo per carnem & uos eadem cogitatione armamini, quia qui mortuus est carne, desinit peccare, ut iam non hominum desiderijs, sed uoluntate Domini dei reliquum in carne uiuat, &c. Quibus consequenter ostendit eum pertinere ad Christum crucifixum, hoc est per carnem passum, qui in eius corpore crucifixis carnalibus desiderijs bene uiuit per Euangelium.

Sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam praedestinauit deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent.

Gratia ista Christiana (quia omnia sunt tradita Christo a patre eius) omnes latuit sapientes huius mundi. Nec solum illi qui circa creaturas uel terrestres uel caelestes, nimia & intentissima curiositate occupati, neglexerunt querere nec ualuerunt inuenire creatorem, sed etiam nec illi qui ex creatura & ex eis que uidebantur inuisibilia eius a quo facta sunt in cognitione peruenire potuerunt, agnouerunt quod dictum est. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Haec Moyses uidit, Prophetae uiderunt, Patriarchae uiderunt. Sapientes illi magni arguti disputatores, inquisitores eloquij, quasi tonantes profusores, omnino ignorauerunt hoc mysterium quod absconditum fuit a seculis in deum, nunc autem manifestum est sanctis eius, paruulis eius. Ergo humilibus eius super quos requiescit spiritus eius, quietis & tremantibus uerba eius.

Ex ser. de lect. euang. Ioannis

Nisi

Ex li. de trin.

Nisi ipse esset et filius hominis, propter formam serui quam accepit, qui est filius dei propter formam dei in qua est, non diceret Apostolus de principibus huius seculi. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Ex forma enim serui crucifixus est, & tamen gloriae dominus crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio, quae Deum hominem faceret, & hominem deum. Quid tamen, propter quid, & quid secundum quid dicatur, adiutante domino, prudens & diligens & pius lector intelligit. Nam ecce diximus quia secundum id quod Deus est glorificat suos, secundum hoc utique quod dominus gloriae est, & tamen dominus gloriae crucifixus, non ex uirtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis. Vna persona est Christus deus & homo. Propter hoc etiam nemo, inquit, ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit filius hominis qui est in caelo. Si ergo attendas distinctionem substantiarum, filius dei de caelo descendit, filius hominis crucifixus est. Si unitatem personae, & filius hominis descendit de caelo, & filius dei est crucifixus. Ipse est enim dominus gloriae, de quo ait Apostolus. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Propter hanc ergo unitatem personae non solum filium hominis dixit descendisse de caelo, sed esse dixit in caelo, cum loqueretur in terra.

Ex lib. cont. Maximia. 2. Ioannis. 3.

Sicut scriptum est, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus ijs qui diligunt eum.

Ex ser. de cisse aer. apost.

Spes nostra non de isto tempore, neque de hoc mundo est, neque in ea felicitate qua excedunt homines qui obliuiscuntur deum. Hoc nosse primitus & Christiano corde tenere debemus, ut ad praesentis temporis bona nos factos esse Christianos, sed nescio ad quid aliud quam quod deus iam promittit & homo nondum capit. De hoc enim bono dictum est. Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quae preparauit deus diligentibus se. Ergo quia hoc bonum, tam magnum, tam praclarum, tam ineffabile non inuenit hominem perceptorem, tenuit deum promissorem, Magnum est quod promittatur, & non uideatur, & erigitur fides qua creditur quod non uideamus, ut mereamur uidere quod credimus. Quisquam irridet hanc fidem, ut ideo putet non sibi esse credendum quia non uidet, quando uenerit quod non credebatur, erubescet. Cofusus separatur, separatus damnatur. Qui autem crediderit, segregatur ad dexteram, & stabit cum magna fiducia & letitia inter illos quibus dicitur. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi.

Matth. 23.

Ex ser. in uale tali mar.

Dedit nobis naturam ut essemus, dedit animam ut uiueremus, dedit mentem ut intelligeremus, dedit alimenta ut mortalem uitam sustineremus. Dedit lucem de caelo, dedit fontes de terra. Sed haec omnia communia dona

sunt bonorum & malorum. Si haec dedit & malis, nihil ne proprium seruat bonis? Seruat plane. Et quid est illud quod seruat bonis? Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quod enim in cor hominis ascendit, infra cor hominis erat: ideo in cor ascendit, quia supra illud est cor quo ascendit. Quod seruat bonis, cor illuc ascendit. Non quod ascendit in cor tuum, sed quod ascendit cor tuum, hoc seruat bonis. Noli surdus audire, sursum cor. Quod ergo oculus non uidit, nec auris audiuit. Oculus non uidit, quia non est color. Auris non audiuit, quia non est sonus. In cor hominis non ascendit, quia non est terrena cogitatio. Sic intelligite. Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quae preparauit deus diligentibus se. Adhuc quid hoc sit quarris a me? Illum interroga qui habitare coepit in te. Dico tamen & ego. Hoc enim quarrimus, quid deus proprium seruet bonis, si bona tanta largitur & malis & bonis. Et quod dicerem, quod oculus non uidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, non desunt qui dicant. Putas quid est? Ecce quid est quod seruat Deus solis bonis, quos tamen ipse fecerit bonos. Ecce quod est breuiter precium nostrum, definitum est per prophetam. Ero illorum deus, & ipsi erunt mihi plebs. Ero illorum deus, precium nobis seipsum promissit. Quare aliud si inuenieris melius. Si dicerem, promissit aurum, gauderes. Se promissit, & tristis es? Si diues Deum non habet, quid habet? Nolite aliquid a Deo querere nisi Deum. Gratis amate. Gratis amabitis, si solum deum ab illo desiderabitis. Nolite timere inopiam. Datis nobis, & sufficit nobis. Det seipsum nobis, & sufficit nobis. Philippum Apostolum audi in Euangelio. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

Ioan. 14.

Qui autem susceperunt pacem nunciandam populo, contemplati sunt ipsam sapientiam, quantum potuerit humanis cordibus conspici, quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Si in cor hominis non ascendit, quomodo tunc ascendit in cor Ioannis? An non erat homo Ioannes? An forte nec in cor hominis ascendit, sed cor Ioannis in illum ascendit? Quod enim ascendit in cor hominis, de imo est ad hominem. Quod uero ascendit cor hominis, sursum est ab homine. Etiam sic fratres dici potest, quia si ascendit in cor Ioannis, si aliquo modo dici potest, intantum ascendit in cor Ioannis, in quantum ipse Ioannes non erat homo. Quid est non erat homo? In quantum coeperat esse angelus, quia omnes sancti angeli, quia annuntiatores dei. Ideo carnalibus & animalibus non ualentibus percipere quae sunt dei, quid ait Apostolus? Cum enim dicitis, Ego sum Paulus, ego Apollo, nonne homines estis? Quid eos uolebat facere, quibus exprobrabat quia homines erant? Vultis nosse quid eos facere uolebat? Audite in psalms ego dixi, Dij estis & filij altissimi omnes.

Ex tractata eu. sec. ioh. 1.

Pp 3 Ad

Ad hoc ergo nos uocat deus, ne simus homi- nes: sed tunc in melius non erimus homines, si prius nos esse homines agnoscamus, id est ut ad illam celsitudinē ab humilitate surgamus, ne cum putamus nos aliquid esse cum nihil si- mus, non solum non accipiamus quod non su- mus, sed & amittamus quod sumus.

Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Spiritus e- nim omnia scrutatur, etiam profunda dei.]

Ex tractatu Epistol. 108. **D**E spiritu dei dictum est, quod omnia scru- tetur etiam altitudines Dei. Non utique ut quod sciat non inueniat, sed quia nihil relin- quit omnino quod nesciat.

Ex tractatu Psal. 52. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alti- tudines Dei. Non quia ille scrutatur qui nouit omnia, sed qui tibi donatus est spiritus, te scru- tari facit. Et quod dono ipsius tu facis, ille face- re dicitur, quia sine illo tu non faceres.

Quis enim scit hominum quae sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et quae dei sunt nemo cognouit nisi spiritus Dei.]

Ex lib. 1. quae. Numeri tit. 18. **H**umana natura constat ex corpore & spi- ritu, quam etiam animam dicunt. De quo & Apost. dicit. Quis enim scit hominum, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic & quae dei sunt, nemo scit nisi spiritus dei. Et quod adiungit ac dicit, Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est: ostendit utique esse alium spiri- tum Dei cuius particeps sit spiritus hominis p-

Ex li. quae. Num. tit. 73. gratiam Dei. Cum quisq; uenerit ad eam e- ratem ut iam possit capax esse rationis, si ueri- tatem statim comprehendere potuerit, non iam illis sensibus rectoribus utetur, sed habebit ui- rum, spiritum rationalem, cui sensus illos in fa- mulatum redigat, seruitu u subijciens corpus suum. Cum & ipse spiritus hominis haerit Christo (quia caput uiri est Christus) ample- xus spiritalia, aeterna uita sine ullo separatio- nis timore perfruitur. Quis enim nos separa-

Rom. 8. re poterit a charitate Christi? Est enim anima quasi maritus quodammodo spiritus homi- nis, quia animalem affectionem tanquam con- iugem regit. Non ille spiritus sanctus qui cum patre & filio incommutabilis manet, & dig- nis animis incommutabiliter datur, sed spiri- tus hominis, de quo Apostolus dicit. Nemo scit quid est in homine, nisi spiritus hominis. Nam & ille spiritus sanctus, spiritus dei est. de quo iterum dicit. Sic & quae dei sunt nemo scit nisi spiritus Dei. Hic ergo spiritus hominis cu- praesens est, id est intentus est & se pietate su- bijicit Deo, intelligit homo quae spiritaliter di- cuntur. Cum autem diaboli error, tanquam ab- sente intellectu, in anima dominatur, adulter est. Voca ergo, inquit, uirum tuum, id est spiri- tum qui est in t. Quomodo potest homo in- telligere spiritalia, si non cum lux ueritatis il- lufret? Ipse adsit cum loquor tibi, ut spirita- lem aquam possis accipere.

Ex tractatu Mat. sec. 102. **V**nusquisq; homo non habet in se proprium spiritum. Animus enim cuiusq; proprius est eius spiritus, de quo dicit Paulus Apost. Quis

enim scit hominum quae sunt hominis nisi spi- ritus hominis qui in ipso est? Deinde adiunxit. Sic & quae dei sunt nemo scit nisi spiritus dei. Nostra nemo scit nisi spiritus noster. Non enim noui quid cogitas, aut tu quid cogito. Ipsa e- nim sunt propria nostra quae in internis cogi- tamus, & cogitationum uniuscuiusq; hominis ipsius spiritus testis est. Sic & quae dei sunt, ne- mo scit nisi spiritus Dei. Nos cum spiritu no- stro, deus cum suo. Ita tamen ut deus cum suo spiritu sciat etiam quid agatur in nobis: nos au- tem sine eius spiritu scire non possumus quid agatur in deo. Deus autem scit in nobis, & id quod ipse nescimus in nobis. Nam infirmita- tem suam Petrus nesciebat, quando a domino quod ter esset negaturus, audiebat: & ager, se ignorabat, medicus agrum sciebat. Sunt ergo quaedam quae deus nouit in nobis, nescientib9 nobis. Tamē quantum ad homines pertinet, nemo sic nouit, quomodo ipse homo. Alius ne scit quid in illo agatur, sed spiritus eius nouit.

Ex li. ad Pau- lina de uiden- do deo. **A**ccepto ergo spiritu Dei, discimus & quid a- gatur in Deo, non quidem totum, quia non ac- cepimus totum. De pignore multa nouimus. Pignus enim accepimus: & huius pignoris po- stea plenitudo dabitur. Interim in hac peregr- natione pignus non consoletur, quia qui nos dignatus est oppignerare, multum paratus est dare. Si talis est arra, qualis est cuius est ar- ra: Quis enim scit hominum quae sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic & quae Dei sunt nemo scit nisi spiritus Dei. Nos autē, inquit, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui a deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis. Et admonet ut dicam.

Ex li. cōfess. 8. Certe nemo scit quae Dei sunt nisi spiritus dei. Quomodo ergo scimus & nos quae a deo dona- nata sunt nobis? Respondetur mihi. Quoni- am quae per eius spiritum scimus, etiam sic ne- mo scit nisi spiritus dei. Sicut enim recte dictū est, Non enim uos estis qui loquimini, eis qui in Dei spiritu loquerentur, sic recte dicitur, non uos estis qui scitis, eis qui in spiritu Dei sciunt. Spiritus autem hominis in scripturis dicitur animae ipsius potentia rationalis, qua distat a pecoribus, & eis naturae lege dominatur. De quo dicit apostolus. Nemo scit quae sunt homi- nis nisi spiritus hominis qui in ipso est.

Ex li. de trin. 5. **Q**uod enim de patre natum est, ad patrem solum refertur, cum dicitur, Filius. Spiritus ue- ro sanctus patris & filij est, nec non & noster. Quod autem datum est, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Itaque spiri- tus sanctus non tantum patris & filij qui dede- runt, sed etiam noster dicitur qui accepimus. Sicut dicitur, Domini est salus, quia dat salu- tem. Eadem etiam nostra salus est, quia accipi- mus. Spiritus ergo & dei qui dedit, & noster qui accepimus. Non ille spiritus noster quo su- mus, quia ipse est spiritus hominis qui in ipso est, sed alio modo iste noster, & dicimus & pa- nem nostrum da nobis. Quamquam & illum spi- ritum qui hominis dicitur, utique accepimus.

Psalm. 5. **Q**uid

1. Cor. 4. **Q**uid enim habes, inquit, quod non accepisti? Sed aliud est quod accepimus ut essemus, aliud quod accepimus ut sancti essemus. Vn- de scriptum est de Ioanne, quod in spiritu & uirtute Heliae uenerit. Dicitur est & Heliae spi- ritus, scilicet spiritus sanctus quē accepit Heli- as. Hoc & de Moysē intelligendum est, cum ait ei dñs, Tollā de spiritu tuo, et dabo eis. Hoc est, dabo illis de spiritu sancto quē iā tibi dedi.

Ex li. ad Pau- lina de uiden- do deo. **N**emo enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est, donec ue- niat dominus, & illuminet abscondita tene- brarum, & manifestabit cogitationes cordis, ut eas non solum quisq; suas uideat, sed & alio- rum. Secundum hoc enim dixit apostolus, ne- minem scire quid agatur in homine, nisi spiri- tum hominis qui in ipso est, secundum quod ui- demus in nobis. Nam secundum id quod credi- mus nec uidemus, & multos fideles esse noui- mus, & multis noti sumus.

Ex lib. con- Maximini 2. Ioan. 17. **H**aec est autē uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quē misisti Iesum Chri- stum. Quia pater & filius non duo dii, sed unus est Deus, sine dubio & filius uerus est deus, & adiuncto spiritu sancto, solus est Deus. Neq; enim nos mouere debet, quod nominatus hoc loco non est spiritus sanctus, tanquam non sit deus, aut non sit uerus deus. Tale est enim qua- lesi quis dicat nescire Christū ea quae dei sunt, quoniam dixit apostolus, Sic & quae dei sunt nemo scit nisi spiritus dei. Hoc est enim, nemo scit nisi spiritus dei, quod est, solus ea scit spiri- tus dei. Sicut ergo ab hac scientia, quam non habere nisi spiritus Dei dicitur est, non exclu- ditur Christus, sic ab eo quod pater & Chri- stus dicitur est solus uerus deus, non excluditur spiritus sanctus. Si- & nomē illud quod in A- pocalypsin nemo nosse dicitur est nisi ipse q; hoc habebat scriptum (id est Christus) nouerat uti que & pater quod negare non potestis. Noue- rat & spiritus sanctus, etiam in negetis. Spiri- tus enim omnia scrutatur, etiam altitudines dei. Nisi forte, quia scrutari dicitur est, negatur apprehendere. Negetur ergo deus apprehen- dere corda et renes hominum. Scriptum est e- nim. Scrutans corda & renes Deus.

Psalm. 7. **N**os autem spiritum non huius mundi accepimus, sed spiri- tum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis.]

Ex tractatu euang. sec. Ioan. 85. Ioan. 15. **A**lt dominus, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Nos autem charissimi ut a- micis domini esse possimus, quid noster domi- nus faciat, sciamus. Non solum enim homines uerum etiam iustos ipse facit nos, & non ipsi nos. Et ut hoc sciamus, quis nisi ipse facit? Non enim spiritum huius mundi accepimus, sed spi- ritum qui ex deo est, ut sciamus quae a deo do- nata sunt nobis. Ab ipso quicquid boni est, do- natum. Ergo quia & hoc bonum est, ab ipso uti que donatur, ut sciatur a quo bonum omne do- netur, ut omnino de omnibus bonis qui glo- riatur in domino gloriatur.

Ex li. de san- ctitate **H**aec dona dei esse quanto magis nostri, tan- to magis eis eisdē bonis beatus. Imò aliter non

es, nisi quod habes, noris a quo habeas. Atten- de enim quid de hac re apostolus dixerit. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quae a deo donata sunt nobis. Multi quippe habent multa dona dei, & nesciendo a quo habeant impia uanitate factantur. Nemo est autem do- nis dei beatus q; donati existit ingratus. Quia & illud quod inter sacra mysteria cor habere sursum iubemur, ipso adiuuante id ualemus quo iubente admonemur, & ideo sequitur, ut de hoc tanto bono sursum leuati cordis, non nobis gloriam, quasi nostrarum uirium tribua- mus, sed domino deo nostro gratias agamus. Hoc enim continuo commonemur, quia hoc dignum est, hoc iustum est. Recordaris haec uer- ba unde sunt: inter quas actiones & quanta san- ctitate commendentur agnoscis. Qui enim ha- bet dabitur ei. Quid est plane habere? Scire un- de habeat? & quod non habet (id est nescit unde habeat) & quod habet auferetur ab eo.

Ex tractatu de natali m- tyri Massylli- norum Deniq; sicut ipse ait, Hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum: sic & Apostolus Paulus cum commendaret nobis gratiam dei, in spiritu sancto ait. Nos autem non huius mū- di spiritum accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Et quasi diceretur illi, unde discernis? Secutus adiunxit. Ut sciamus quae a Deo do- nata sunt nobis. Ergo spiritus dei, spiritus est charitatis. Spiritus huius mundi, spiritus est elationis. Qui habent spiritum huius mun- di superbi sunt ingrati sunt Deo. Multa dona eius habet, sed non colunt eum a quo habent, ideo sunt infelices.

Ex tractatu euang. sec. Ioan. 102. **Q**uae loquimur non in doctis humane sapientiae uerbis, sed in doctrina spiritus spiritalia comparantes.]

Intelligitur Iesus discipulos suos de carnali- bus uel animalibus, se spiritalia promississe facturum, quamuis nondum tales quales eri- mus, quando spiritale etiam corpus habebi- mus, sed qualis erat qui dicebat, Sapientiam lo- quimur inter perfectos, & Non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus, & Non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis, quae & loquimur, non in sa- pientiae humane doctis uerbis, sed in doctrina spiritus, spiritalia spiritalia comparantes. Ani- malis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Non itaq; percipiens quae sunt spi- ritus dei homo animalis, sic audit quaeunque audit de Dei natura, ut aliud quam corpus co- gitare non possit, quamlibet amplissimum, uel immensum, quamlibet lucidum ac speciosum, corpus tamen. Ideo prouerbia illi sunt quae- que dicta sapientiae, de incorporea immutabi- lique substantia. Non quod ea tanquam pro- uerbia deputat, sed quia sic cogitat, quomo- do qui prouerbia solent audire neq; intellige- re. Cum uero spiritalis coeperit omnia dijudi- care, ipse autē a nemine dijudicari, etiam si in hac uita adhuc uelut per speculū & ex parte p- spicit, tamen non ullo corporis sensu, non ulla

imaginaria cogitatione, quae capit aut fingit qualescunq; similitudines corporum, sed mentis certissima intelligentia, deum non corpus esse sed spiritum perspicit: ita palam de patre annunciante filio, ut eiusdem substantiae conspiciatur & ipse qui annunciat. Tunc in eius nomine petunt qui petunt, quia in sono eius nominis non aliud quam res ipsa est, quae hoc nomine uocatur, intelligunt, nec animi uanitate uel infirmitate confingunt tanquam in alio loco patrem, in alio filium ante patrem stantem & pro nobis rogantem, spatia sua queque amborum occupantibus mollibus, & uerbum ad eum cuius est uerbum facere uerba pro nobis, inter uallo interposito inter os loquentis & auriculas audientis, & alia talia quae sibi animales istemq; carnales in cordibus fabricantur. Quicquid enim tale spiritualibus de deo cogitantibus ex corporum consuetudine, occurrit, negando, atq; respuendo, tanquam importunas mullas ab inferioribus oculis abigunt, & synceritati eius lucis acquiescunt qua teste ac iudice has ipsas imagines corporum suis internis aspectibus irruentes, falsas omnino esse conuincunt.

Tuus est dies. Qui sunt istius spirituales. Et tua est nox. Qui sunt istius Carnales. Tuus est dies, & tua est nox. Loquatur spirituales spiritualibus spiritualia. Dicitur enim. Spirituales spiritualia comparantes. Sapientiam loquuntur inter perfectos. Nondum capiunt istam sapientiam carnales. Non potui loqui uobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Ergo cum spirituales spiritualibus loquuntur, dies diei cruciat uerbum. Cum uero & ipsi carnales non tacent fidem crucifixi Christi, quam possunt capere paruus, nox uero non annunciat scientiam. Tuus est dies & tua est nox. Ad te pertinent spirituales, ad te pertinent carnales. Illos illustras incommutabili scientia & ueritate, illos consolaris carnis mansuetatione, tanquam luna consolans noctem.

Animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Sicut illi enim est illi, & non potest intelligere quia spiritus liter examinatur.]

In ipsa forte mortalitatis nostrae ex qua de Adam nascimur, non est prius quod spirituale, sed quod animale, postea spirituale, ex ipso autem animali sensu (quia homo animalis non percipit quae sunt spiritus dei) omnes dissensiones & schismata generantur. In quo sensu perseverantes, apostolus dicit ad uetus testamentum pertinere, id est ad terrenorum promissorum cupiditatem: in quibus quidem spiritualia figurantur, sed animalis homo non percipit quae sunt spiritus dei. Quocumq; ergo tempore tales homines esse ceperint in hac uita iam diuinitis pro seculorum distributione sacramentis imbuti, si adhuc tamen carnaliter sapiant, & carnalia de deo, siue in hac uita, siue post hanc uitam sperent atq; desideret, animales sunt. Ecclesia uero (quod est populus dei) etiam in istius uitae peregrinatione antiqua res est, in alijs hominibus habens animalis portionem, in alijs autem spiritalem. Ad animales pertinet uetus testa-

mentum; ad spirituales nouum. Sed primis temporibus utrunq; occultum fuit ab Adam usq; ad Moysen. A Moysen autem manifestatum est uetus, & in eo ipso occultabatur nouum, quia occulte significabatur. Postea uero quam in carne uenit dominus, reuelatum est nouum; ueteris autem sacramenta cessauerunt, sed concupiscentiae tales non cessauerunt. In illis enim sunt quos apostolus iam per sacramentum noui testamenti natos, adhuc tamen dicit animales, non posse percipere quae sunt spiritus dei. Sicut enim in sacramentis ueteris testamenti uiuebant quidam spirituales, ad nouum scilicet testamentum (quod tunc occultabatur) occulte pertinentes sic & nunc in noui testamenti sacramento quod iam reuelatum est, plerique uiuunt & animales: qui proficere si nolunt, ad percipienda quae sunt spiritus dei quo eos hortatur sermo apostolicus, ad uetus testamentum pertinent. Si autem proficiunt & antequam capiant, ipso profectu & accessu ad nouum pertinent. Et si priusquam spirituales fiant ex hac uita rapiuntur, custoditi per sacramentum sanctitatem, in terra uiuentium computantur, ubi spes nostra & portio dominus. Nec inuenio quid uerius intelligatur in eo quod scriptum est, Imperfectum meum uiderunt oculi tui. Quae do quidem sequitur. Et in libro tuo omnes scribentur. Quis autem carnalis & animalis homo non per phantasmata sui cordis euagetur, & constituat sibi deum, qualis ei pro suo carnali sensu placuerit, atq; ita credat, tantum longe aliter quam deus est, quantum aueritate uanitas differt. Verissimam quippe sententiam dixit Apostolus, plenus lumine ueritatis. Animalis, inquit, homo non percipit quae sunt spiritus Dei. Et tamen de ihs haec dicebat, quos iam fuisse baptizatos ipse manifestat. Eis enim dicit. Numquid Paulus crucifixus est pro uobis: aut in nomine Pauli baptizati estis? Haebeant ergo isti baptismi sacramentum, & tamen carnaliter sapiendo quid peterant de Deo credere nisi secundum sensum carnis suae, ubi animalis homo non percipit quae sunt spiritus dei. Talibus dicit. Non potui loqui uobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Quali paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc enim estis carnales. Tales etiam circumferuntur omni uento doctrinae, de quibus dicit. Ut ultra non simus paruuli facti & circumlati omni uento doctrinae. Qui ergo uiuit ex corpore, carnalis homo uel animalis uocatur. Carnalis, quia carnalia sectatur. Animalis autem, quia fertur dissoluta lasciuia animae suae, quam non regit spiritus neque coeret intra metas naturalis ordinis, quia ipse se non subdit regendum Deo. Qui autem spiritu animam regit, & per animam corpus (quod facere non potest nisi Deum habeat & ipse rectorem, quoniam sicut caput mulieris uir, ita caput uiri Christus est) uocatur spiritualis. Quae uita cum aliqua molestia nunc

Extr. statutu
Psal. 73.

Psal. 13.

Ex lib. 1. de
baptismo
1. Cor. 15.

Psal. 113.
Ex lib. de ba.

1. Cor. 3.

Ex lib. que.
83.
Eph. 3.

nunc agitur: post autem nullam patietur. Hunc spiritum quod illi non habeant qui sunt ab ecclesia separati, Iudas Apostolus aperissime declarauit, dicens. Qui seipsum segregant, animales, spiritum non habentes. Unde in ipsa ecclesia etiam illos qui per nomina hominum quamuis in eius unitate constitutorum quaedam schismata moliebantur, Paulus apostolus arguens inter cetera ait. Animalis autem homo, non percipit quae sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & non potest scire quoniam spiritualiter iudicatur. Ostendit quid dixerit, non percipit, id est scientia non capit uerbum. Hos in ecclesia constitutos, paruulos dicit, nondum spirituales, sed adhuc carnales, & lacte alidos, non esca. In libro qui inscribitur contra Donatistas, commemorato Iudae apostoli testimonio, ubi ait, Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes, adiunxit etiam dicens. De quibus apostolus Paulus dicit. Animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Non sunt isti illis cogitandi, quos omnino ab ecclesia schisma praecidit. Istos quippe idem apostolus Paulus paruulos dicit esse in Christo, quos nondum escam ualentes capere, lacte nutrit tamen. Illi autem non in filiis paruulis, sed in mortuis & perditis computandi sunt: ut si quis eorum correctus, ecclesiae fuerit copulatus, recte de illo dici possit. Mortuus erat & reuixit: perierat & inuentus est.

Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur, sicut scriptum est. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.]

Ut enim nos & omnes animae rationales secundum ueritatem de inferioribus recte iudicamus, sic de nobis, quando eidem cohaeremus, sola ipsa ueritas iudicat. De ipsa uero nec pater. Non enim minus est quam ipse: & ideo quae pater iudicat, per ipsum iudicat. Omnia enim quae appetunt unitatem, haec habent regulam uel formam uel exemplum uel si quo alio uerbo dici se sinit, quoniam sola eius similitudinem a quo sunt implent: sic illa a quo esse accepit impleuit. Si tamen accepit, non incongrue dicitur pro ea significatione qua filius appellatur, quia non de seipso est, sed de primo summoq; principio qui pater dicitur, ex quo omnis paternitas in caelo est, & in terra nominatur. Pater ergo non iudicat quaequam, sed omne iudicium dedit filio. Et spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur, id est a nullo homine, sed a sola ipsa lege, secundum quam iudicat omnia. Quoniam & illud uerissime dictum est. Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Omnia ergo iudicat quia super omnia est quando cum Deo est. Cum illo est autem quando purissime intelligit, & tota charitate quod intelligit diligit. Ita etiam quantum potest lex ipsa etiam ipse fit, secundum quam iudicat omnia, & de qua iudicare nullus potest. Sicut in istis temporalibus legibus quanquam de his homines iudicent cum eas instituit, tamen cum fuerint instituta

Ex lib. de
blasph. spiri
tus sancti.
Iudae. 1.

Ex. 2. lib. re-
tractati

Luce. 15.

Ex lib. de ue-
ra relig.

2. Cor. 5.

tae atq; firmatae, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Conditor tamen legum temporalium, si uir bonus est & sapiens illam ipsam consulit aeternam de qua nulli animae iudicare datum est, ut secundum eius incommutabiles regulas quid sit pro tempore iubendum, uetandumq; discernat. Aeternam igitur legem mundis animis fas est cognoscere, iudicare non fas est. Spirituales ergo siue qui praesunt, siue qui obtemperant, spiritalem iudicant, non de cognitionibus spiritualibus qui lucet in firmamento. Non enim oportet de tam sublimi autoritate iudicare, neq; de ipso libro tuo, etiam si quid tibi non lucet: quoniam submittuimus ei nostrum intellectum, certumq; habemus etiam quod clausum est aspectibus nostris, recte ueraciterq; dictum esse. Sic enim homo, licet etiam spiritualis & renouatus in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit est, tamen legem debet esse, non iudex, neq; de illa distinctione iudicare, spiritualium uidelicet atq; carnalium hominum, qui tuis Deus noster oculis notati sunt, & nullis adhuc nobis apparuerunt operibus, ut ex fructibus eorum cognoscamus eos: sed tu domine iam scis eos, & diuisti, & uocasti in occulto antequam fieret firmamentum. Neque in turbidis huius seculi populis quenquam spiritualis homo iudicat. Quid enim ei de ihs qui foris sunt iudicare, ignorantia quis in de uenturus sit in dulcedinem gratiae suae, & quis in perpetua impietatis amaritudine remansurus? Iudicat enim & approbat quod recte, improbat autem quod perperam inuenierit in operibus, moribusue fidelium, in eleemosynis, in castitate, in ieiunijs, in cogitationibus pijs, de his quae per sensum corporis percipiuntur. De ihs enim iudicare nunc dicitur, in quibus & potestatem corrigendi habet.

CAP. III.

Et ego fratres non potui loqui uobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.]

Est autem quaestio, utrum spirituales homines habeant aliquid in doctrina quod carnalibus taceat & spiritualibus dicant. Quia si dixerimus, non habent, respondebitur nobis. Quid est ergo quod dicebat apostolus, scribens ad Corinthios, Non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quali paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis, adhuc enim estis carnales? Si uero dixerimus, habet: timendum & cauendum est, ne sub hac occasione in occultis nefaria doceantur, & spiritualium nomine uelut ea quae carnales capere non possunt, non solum excusatione dealbanda, uerum etiam praecatione laudanda uideantur. Primum ergo scire debet charitas uestra, quod ipse Christus crucifixus (quod uelut lacte paruulos aluisse se dicit apostolus) ipsa uera caro eius in qua facta est uera mors eius et uulnera uera, clauis confixus, sanguineq; perfusus, non eo modo a carnalibus, quod ab spiritualibus cogitatur. Etenim illis est lac, istis est cibus, quia et si non audiat amplius, intel-

Ex li. cōfess. 25.

Ex tracta.
euang. sec.
10. an. 98.

intelligunt amplius. Non enim aequaliter mēte percipitur etiam quod in fide pariter ab utriusque recipitur. Ita fit ut predicatus ab Apostolis Christus crucifixus, & Iudaeis esset scandalum, & gentibus stultitia, & ipsis uocatis Iudaeis & Graecis dei uirtus & dei sapientia: sed carnalibus paruulis, id tantum credendo tenentibus: spiritualibus autem capacioribus, id etiam intelligendo cernentibus. Illis ergo tanquam lacteus potus, istis tanquam solidus cibus. Non quia hoc illi aliter in populis, isti aliter in cubiculis cognouerunt, sed quod eodem modo utriusque cum palam diceretur audiebant, & pro suo modo quique capiebant. Cū enim Christus propterea sit crucifixus, ut in remissionem peccatorum sanguinem funderet, quae eius unigeniti passione diuina gratia cōmendematur, ut nemo in homine glorietur, quomodo intelligebant. Christū crucifixum, qui adhuc dicebant. Ego sum Paulus. Nūquid quomodo ipse Paulus? Qui dicebat. Mihi autem abiit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. De ipso itaque Christo crucifixo, & ipse cibum profusa capacitate sumebat, & illos lacte pro eorum infirmitate nutrebat. Hoc ergo primitus cognito, quod ea ipsa quae simul audiuntur spirituales atque carnales, pro suo quique modo capiunt, isti ut paruuli, isti ut maiores, isti ut lactis alimentum, isti ut cibi solidamentum, nulla uideretur esse necessitas ut aliqua secreta doctrinae tacentur & abscondantur fidelibus paruulis, seorsum dicenda maioribus (hoc est intelligentioribus) & hoc ideo faciendum putetur quia dixit Apostolus. Nō potui loqui uobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Hoc ipsum eū quod nō indicauit se scire in eis nisi Iesum Christum et hūc crucifixum, ipsis non potuit loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quia id sicut spirituales capere non ualebant. Quicumque autem spirituales inter eos erant, idem quod illi tanquam carnales audiebant, spirituali intellectu ipsi capiebant, ut sic intelligatur quod ait. Non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. ac si diceret. Non potuistis quasi spirituales sed quasi carnales sapere quod loquebar. Animalis enim homo (id est qui secundum hominem sapit. Animalis enim dicitur est ab anima, carnalis a carne, quia ex anima & carne constat totus homo) non percipit quae sunt spiritus dei, (id est quid gratiae credentibus crux conferat Christi) & putat hoc illa cruce actū esse tantūmodo, ut nobis usque ad mortem pro ueritate certantibus imitandum praeberetur exemplum. Nam si scirent huiusmodi homines, qui nolunt esse nisi homines, quemadmodum Christus crucifixus factus sit nobis sapientia à deo & iustitia & sanctificatio & redemptio (ut quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in domino gloriatur) proculdubio non gloriarentur in homine, nec carnaliter dicerent. Ego quidem sum Paulus, ego autē Apollō, ego uero Cepha, sed spiritualiter, ego sum

Christi. Filium hominis, id est hominē nouū, poenitentia ueteris parturit cum dolore & gemitu, iste quamuis nouus, tamen adhuc carnalis dicitur cum lacte nutritur. Nō potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, inquit apostolus. Et ut ostenderet iam regeneratos, Tanquam paruulis, ait, in Christo lac uobis potum dedi, non escam. Idem cum relabitur (quod saepe accidit) ad ueterem uitam, cum exprobratione audit quod homo sit. Nōne homines estis, inquit, & secundum hominē ambulatis? Ipsi libenter audientibus, discere cupientibus, ueritatis cibo inhiantibus, dominus ait. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Et apostolus. Non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Non tamen desperandis, sed nutriendis. Sequitur enim. Tanquam paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escā, nōdum enim poteratis. Ergo uel nūc dic. Sed nec adhuc quidem potestis. Noli ergo festinare audire quod non capis, sed cresce ut capias. Audistis cum apostolus legeret, Nō potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Ergo spiritualibus in excelsis loquitur, carnalibus autem ut loquatur descendit. Nam ut sciatis quia descendit, de illo qui descendit loquitur. Ecce Ioannes manentem in se loquitur. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Cape si potes. Arripe. Cibus est. Sed dicitur est mihi. Ille quidem cibus est, sed ego infans sum. Lactandus sum, ut idoneus fieri possim ad manducandum cibum. Ergo quia tu lacte nutriendus es, ille autē cibus est ipse cibus per carnem tibi traiectus est ad fauces. Quomodo ergo cibus mater comedit ut per carnem traiciat ad infantem lac factum, sic cibus angelorum dominus, uerbum caro factus est, & factus est lac, & dicit apostolus. Lac uobis potū dedi, non escā. Nōdū enim poteratis, sed nec adhuc quidē potestis. Ergo dando lac, descendit ad paruulos: & quia descendit, descendentem dedit. Ait enim. Nunquid dixi me aliquid inter uos scire nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum? Quia si diceret tantū Iesum Christum, est Iesus Christus etiam secundum diuinitatem, secundum id quod erat uerbum apud deum filius dei Iesus Christus: sed hunc id est hoc modo dictum, paruuli non capiunt. Quomodo ergo capiunt qui lac capiunt? Iesum CHRISTVM, inquit, & hunc crucifixum, Suge quod pro te factus est, & cresces ad id quod est. Tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis, adhuc enim estis carnales.

Ex tractatu P'salm. 8.

Ex tractatu P'salm. 39. Ioan. 16.

Ex tractatu P'salm. 118.

Ioannis 1.

Ex ser. de blasp. sp'iti. sun. 11.

les, inquit. Cum enim sit inter uos amulatio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Atque id ipsum planius aperiens. Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Paulus, alius autem, Ego Apollō, nonne homines estis? Quid ergo est Apollō? Quid autem Paulus? Ministri per quos credidistis. Hi ergo (id est Paulus & Apollō) concordēs erant in unitate spiritus & uinculo pacis, & tamen quia eos isti inter se diuidere, & pro altero infari aduersus alterum coeperant, dicuntur & homines, & carnales, & animales, non ualentes percipere quae sunt spiritus dei. Et tamen quia nō sunt ab ecclesia segregati, paruuli appellantur in Christo: quos utique uel angelos uel deos esse cupiebat: quos arguebat, quia homines erant. In his itaque contentionibus, non quae dei sunt, sed quae hominis, sapiebant. De illis uero qui sunt ab ecclesia segregati, non dictum est. Ea quae sunt spiritus dei non percipiunt, ne ad scientiae perceptionem reuertantur, sed dictum est. Spiritum non habentes. Non est autem consequens, ut qui habet, etiam sciendo percipiat quod habet. Habent ergo istū spiritum in ecclesia constituti paruuli in Christo, adhuc animales atque carnales, qui habeant percipere nō ualentes, id est intelligere & nosse. Nam quomodo essent paruuli in Christo nisi renati ex spiritu sancto? Nec mirum uideri debet, quod quisque aliquid habeat, & quod habeat ignorat. Ut enim taceam de omnipotentis diuinitate, atque incommutabilis trinitatis unitate, quis facile scientia percipit quid sit anima? Postremo, ut certissime nouerimus quid paruuli in Christo non percipientes quae sunt spiritus dei, habent tamen spiritum dei, apostolus paulo post intueamur quemadmodum eos ipsos increpans ait, Ne scitis quia templū dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Hoc utique nullo modo diceret ab ecclesia separatis, qui dicitur spiritum non habentes. Sed nec ille dicens est esse in ecclesia, & ad istam societatem spiritus pertinere, qui omnibus Christi corporali tantum commixtione sic commiscetur. Sanctus enim spiritus disciplinae fugiet fictum. Non omnes quos ecclesia generat, ad eius pertinent unitatem, quae usque in finem perseverantes, saluabit. Nec enim hi soli ad eam non pertinent qui separationis a pertō sacrilegio manifesti sunt, sed etiam illi qui in eius unitate corporaliter mixti, per uitam pessimam separantur. Etenim Simonem magum per baptismum ipsa pepererat, cui tamen dictum est, quod non haberet partem in hereditate Christi. Nunquid ei baptismus: nunquid euangelium: nunquid sacramēta defuerūt? Sed quia charitas defuit, frustra natus est, & ei expediebat fortassis non nasci. Nunquid non erāt nati quibus dicit Apostolus, Tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam? Eos tamen à sacrilegio schismatis reuocat. In quō ideo irruerat quia carnales erāt. Quasi paruulis, inquit, in Christo lac potum

Ex lib. de hap. par. 1.

bis potum dedi, nō escam. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc enim estis carnales. Cum enim sint inter uos amulatio & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? Cū em̄ quis dicat, Ego quidē sum Paulus, alius autē, ego Apollō, nonne homines estis? Isti ergo si in hac obstinatione & perueritate remanerent, certe quidem nati erant, nec tamen ad ipsam ecclesiam, de qua nati erant, per pacis atque unitatis uinculum pertinerent. Hoc à magnis & spiritualibus uiris ecclesiae catholicae aluminis, uideo cautissime pro uideri, ne quid populariter agant, quod nondum esse temporis ut cum populo agatur intelligunt. Alimenta lactea, large audis infirmioribus pluribus, atque instanter infundunt: ualidioribus autem cibis cum sapientibus paucis uescuntur. Sapientiam enim loquuntur inter perfectos: carnalibus autem & animalibus & quamuis nouis hominibus adhuc tamē paruulis, nonnulla obtegunt, sed nulla mentiuntur. Non enim uanis honoribus suis consulūt, & inanibus laudibus, sed utilitati eorum cum quibus societatem uitae huius inire meruerūt. Haec enim lex est diuināe prouidentiae, ut nemo à superioribus adiuuetur ad cognoscendā & percipiendam gratiam dei, qui non ad eandem puro affectu inferiores adiuerit. Aetas corporis non est in uoluntate. Ita nullus secundum carnem crescit quando uult, sicut nullus quando uult nascitur. Vbi autem natiuitas in uoluntate est, incrementum in uoluntate est. Nemo ex aqua & spiritu nascitur nisi uolens, ergo si uult crescit, si non uult decrescit. Quid est crescere? Proficere. Quid est decrescere? Deficere. Quisquis nouit natum se esse audiat quia puer est & infans, uide inhiat uberibus matris, & cito crescit. Est autem mater ecclesia, & ubera eius duo testamenta scripturarum diuinarum. Hinc fugatur lac omnium sacramentorum, temporaliter pro aeterna nostra salute gestorum, ut nutritus atque roboratus perueniat ad manducandū cibū. Quid est in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Lac nostrum Christus humilis est. Cibus noster idem ipse Christus, aequalis patri. Lacte te nutrit ut pane pascat. Quibusdā infirmis dicit apostolus. Lac uobis potū dedi nō escā, nōdū enim poteratis, sed nec adhuc quidē potestis. Sūt em̄ infirmi qui nō sunt idonei ualido cibo, uolūt se tenere ad id quod capere non possunt: & si aliquid utcumque ceperint, aut uili sibi fuerint capere, quod nondū ceperunt, extolluntur inde et superbiunt inde, uidentur sibi quasi sapientes. Hoc autem contigit omnibus: hereticis qui essent animales & carnales defendendo sententias suas prauas, quas falsas esse, non poterunt uidere, exclusi sunt de catholica ecclesia. Dicam charitati uestrae quod possum. Dominus noster Iesus Christus, noster quia uerbum Dei est, secundum illud Ioannis. In principio erat

Ex lib. de relig.

Ex tractatu epi. Ioan. 3.

Ex tractatu P'salm. 130.

erat uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Panis ergo est unde uiuunt angeli. Ecce panis paratus est tibi, sed cresce de lacte ut ad panem peruenias. Et quomodo, in quis, cresce de lacte? Quod tibi factus est Christus ad infirmitatē tuā, hoc primo crede & fortiter tene. Quomodo ergo mater cum uiderit filium minus idoneum ad capiendum cibum, ipsos cibos ei dat sed traiectos per carnem suam: nā ipse est panis quo infans pascitur, quo & mater eius pascitur, sed ad mensam infans minus idoneus est, ad mamillā idoneus est: panis ergo de mensa traicitur per matris mamillam ut sic perueniat idem alimentum ad paruum infantem: sic dominus noster Iesus Christus cum esset uerbum apud patrem, per quod facta sunt omnia, qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo, qualem caperent pro modo suo angeli, & unde in caelo potestates & uirtutes intellectuales pascerentur: homo autem infirmus & carne inuolutus, iaceret in terra, nec posset ad eū peruenire panis caelestis, ut panem angelorū manducaret homo & manna descenderet ad uberiorem populū Israel, uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Quapropter ipsis infirmis Paulus Apostolus hoc dicit, quos dicit animales & carnales. Nunquid dixi me scire aliquid in uobis, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum? Nam Christus erat & non crucifixus, in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum dominus ergo noster Iesus Christus panem nobis fecit lac, incarnatus & apparens mortalibus: ut in eo finiretur mors, & non aberraret a uerbo credentes in carnem. Quod factum est uerbum credamus, hinc crescemus, ipso lacte nutriamur. Antequam ualidi simus ad capiendum uerbum, non recedamus a fide lactis nostri. *Cum enim sit inter uos zelus & contentio, nonne carnales estis & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicit, ego quidem sum Pauli, alius autem ego Apollo, nonne homines estis?*

Ex lib. de ciu. dei. 14.

Quod ergo est ambulare secundum hominem, hoc est esse carnalem, quod a carne (id est a parte hominis intelligitur homo) Eodem quippe ipsos superius dixit animales, quos postea carnales, ita loquens. Animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi. Talibus igitur (id est animalibus) paulo post dicit. Et ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Et illud ex hoc eodem loquendi modo (id est a parte totum) intelligitur. Et ab anima quippe & carne, quae sunt partes hominis, potest totum significari, quod est homo. Atque ita non est aliud animalis homo, aliud carnalis, sed idem ipsum est, utrunque id est secundum hominem, uiuens homo: sicut non aliud quam homines significantur, siue ubi legitur. *Ex operibus legis nō iustificatur omnis*

Galat. 2.

caro, siue quod scriptū est, Septuaginta quinque animae descenderunt cum Iacob in Aegyptum. Etenim ibi per omnem carnem, omnis homo, & ibi per septuaginta quinque animas, septuaginta quinque homines intelliguntur. Et quod dictum est, Non in sapientie humanae doctis uerbis, potuit dici, non in sapientie carnalis, sicut quod dictum est, Secundum hominem ambulatis, potuit dici, secundum carnem. Magis autem hoc apparuit in his quae subiuuunt. Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius autem, ego Apollo, nonne homines estis? Quod dicebat, animales estis & carnales estis, expressius dixit. Homines estis. Quid est secundum hominem uiuere, non secundum deum, secundum quem si uixeritis, dii estis.

Quid igitur est Apollo? quid uero Paulus? ministri eius cui credidistis. Et unicuique sicut dominus dedit. Ego plantauit, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit.

Ego sum (inquit dominus) uitis uera & pater meus agricola est. Omne palmitem, in me non ferentem fructum, tollit eū. Et omnem qui fert fructum, purgabit eum ut fructus plus afferat. Nunquid unum sunt agricola & uitis? Secundum hoc ergo uitis Christus, secundum quod ait, Pater maior me est. Secundum autē id quod ait, Ego & pater unum sumus, & ipse agricola est. Nec talis quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium, sed talis ut det etiam intrinsecus incrementum.

Nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Sed utique deus est Christus, quia deus erat uerbum. Unde ipse & pater unum sunt. Et si uerbum caro factum est, assumpsit quod non erat, manet quod erat. Denique, cum de patre tanquam de agricola dixisset, quod infructuosos palmitem tollat, infructuosos autem purget ut plus afferant fructum, continuo etiam seipsum mundatorem palmitum ostendens. Iam uos, inquit, mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Ecce & ipse mundator est palmitum, quod est agricola, non uitis officium, qui etiam palmitem operarios suos fecit. Nā & si nō dant incrementum, impendunt tamē aliquod adiumentum, sed non de suo, quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Audi etiam ipsos confitētes. Quid autem est Apollo? Quid autem Paulus? Ministri per quos credidistis, & unicuique sicut dominus dedit. Ego plantauit, Apollo rigauit. Et hoc ergo sicut unicuique dominus dedit. Non itaque de suo. Iam uero quod sequitur, Sed deus incrementum dedit, non per illos, sed per ipsum facit. Excedit hoc humanam humilitatem, excedit angelicam sublimitatem, nec omnino pertinet nisi ad agricolam trinitatem. Interior ergo magister est qui docet. Christus docet. Inspiratio ipsius docet. Vbi illius inspiratio & illius unctio nō est, forinsecus inaniter perstreperunt uerba. Sic sunt ista uerba fratres, quae forinsecus dicimus, quomodo est agricola ad arborem. Forinsecus operatur, adhibet aquam, & diligentiam culturae

Ex tractatu euā. sec. iohā. 80. c. 15.

iohā. 14.

Ex li. de trin. 3

Ex tractatu euā. sec. iohā. 5.

Ex tractatu epi. iohā. 1.

Ex ser. de Kal. lanu.

re quamlibet forinsecus adhibet. Nunquid poema format? Nunquid nuditatem lignorum uel sit umbra foliorum? Nunquid tale aliquid intrinsecus agit? Sed quis agit hoc? Audite agricolam apostolum, & uidete quid sumus, & audite magistrum interiore. Ego plantauit, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Hoc ergo uobis dicimus, siue plantemus siue rigemus, loquendo nō sumus aliquid, sed ille qui incrementum dat deus, id est unctio illius quae docet nos de omnibus. Nos qui forinsecus loquimur ad aures uestras, ita sumus quasi operarij adhibētes culturam forinsecus ad arborem, sed incrementum dare non possumus, nec fructus formare. Ille autem qui nos creauit & redemit & uocauit per fidem, & per spiritum suum habitans in nobis, nisi loquatur uobis intus, sine causa nos perstreperimus. Unde hoc apparet? Quia cum multi audiant, non omnibus persuadetur quod dicitur, sed illis solis quibus intus loquitur deus. Illis autem intus loquitur, qui ei locum praebent. Illi autem Deo locum praebent qui diabolo non praebent.

Apostolus discernens interius deum creatorem atque formatorem ab operibus creaturae quae ad mouentur extrinsecus, & de agricultura similitudinem assumens ait. Ego plantauit, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Ergo in ipsa uita nostra, mentem iustificando formare non potest nisi deus. Praedicare autē extrinsecus euangelium, & homines possunt, nō solum boni per ueritatem, sed etiam mali per occasionem. Ita creationem rerum uisibilibus deus interius operatur. Exteriores autem operationes, siue bonorum, siue malorum, uel angelorum uel hominum, siue etiā quorumcumque animalium, ita rerum naturae adhibet (in qua creat omnia) quemadmodum terra agricolaturam. Si fuerit iustus minister, computo illum cum Paulo, computo illum cum Petro. Cū istis computo iustos ministros, quia iusti ministri gloriam suam non querunt. Ministri enim sunt, pro iudicibus haberi nolunt, spem in se ponit exhorrescunt. Ergo computo cum Paulo iustum ministrum. Quid enim dicit Paulus? Ego plantauit, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Qui uero fuerit superbus minister, cum Zabulo computatur, sed non contaminatur donum Christi, quod per illum fuit purum, quod per illum transit liquidum, uenit ad fertilem terram, puta quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest. Et per lapideum canalem tranlit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generat, sed hortus plurimum fructum affert. Spiritus enim uirtus sacramenti ita est ut lux, & ab illuminandis pura excipitur: & si per immundos transeat, non tamen inquinat.

Quid uolebat Simon, nisi laudari in miraculis, extolli superbia? Ipsa enim eum computur

lit, ut pecunia emendum putaret donum spiritus sancti. Cui superbiae contrarius apostolus, in humilitate manendo, meridie feruens spiritus, fulgens prudentia, dicit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Quia dixerat. Ego plantauit, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Et iterum. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis? Vide ergo modo se coli respuit pro Christo, & nō uult se fornicanti animae ostentare pro sponso. Nonne magnā uidetur plantare & rigare? Sed neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat. Quomodo tumuit? Non se dicit aliquid ad salutem eorum quos in Christo adiacare cupiebat.

Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.

Omnes regni illius homines docibiles Dei erunt, non ab hominibus audient. Et si ab hominibus audiunt, tamen quod intelligunt intus datur, intus coruscant, intus reuelatur.

Quid faciunt homines forinsecus annuntiantes? Quid facio ego homo cum loquor? Strepitum uerborum ingero auribus uestris. Nisi ergo reuelet ille qui intus est, quid dico, aut quid loquor? Exterior, cultor arboris. Interior, est creator. Qui plantat & qui rigat, extrinsecus operantur. Hoc facimus nos. Sed neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.

Quidam putant, cum aliquos ad iustitiam pietatemque exhortantur, exhortationem suā uires non habituram nisi totum illud quod ut agat homo, agunt cum homine, in hominis constituant potestate, non adiuta dei munere, sed solo arbitrio liberae uoluntatis exerta: quasi possit esse ad perficiendum bonum opus uoluntas libera, nisi Dei munere liberata, nec attendunt id ipsum etiam se ipsos dono Dei habere, quod ea facultate exhortantur ut ad capeffendam uitam bonam hominum uoluntates pigras excitent, accendant frigiditas, corrigant prauas, auersas conuertant, repugnantes pacificent. Sic enim possunt persuadere quod suadent. Aut si haec in uoluntatibus non agant hominum, quid agunt? Ut quid loquantur? Dimittant eos potius arbitrio suo. Si autem in eis haec agunt, ita ne tandem homo in hominis uoluntate tanta agit loquendo, & deus non agit aliquid adiuuando? Immo uero quantalibet homo sermonis facultate prepolleat, ut solertia disputandi & suauitate dicendi in hominis uoluntate inserat ueritatem, nutriat charitatem, docendo tollat errorem, exhortando torporem, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Frustra quippe operariis cuncta moliretur extrinsecus, nisi creator intrinsecus latenter operaretur.

Qui plantat autem & qui rigat, unum sunt. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

Nescio utrum inueniatur in scripturis dictum, ut unum sint quorum est diuersa natura.

Ex tractatu euā. sec. iohā. 25

Ex li. de san. uisitat.

Ex li. de trin. 6

tura. Si autem & aliqua plura eiusdem nature sint, & diuersa sentiant, nō sunt unum in quantum diuersa sentiunt. Nam si iam unum essent ex eo quod homines erant, non diceret dominus, ut sint unum sicut & nos unum sumus, cū suos discipulos patri commendaret. At uero Paulus & Apollo, quia ambo homines & idē sentiebant, Qui plantat, inquit, & qui rigat, unum sunt. Cum ergo sic dicitur unum, ut non addatur quid unum, & plura unum dicantur, eadem natura atque essentia non dissidens, neque dissentiens, significatur. Cum uero additur quid unū, potest aliquid significari ex pluribus unum factum: quamuis diuersa natura, sicut anima & corpus non sunt utique unum. Quid enim tā diuersum? Nisi addatur aut subintelligatur quid unum, id est unus homo aut unum animal. Inde Apostolus. Qui adharet meretrici, inquit, unum corpus est. Non dixit unum sunt, aut unum est, sed addidit corpus, tanquam ex duobus diuersis, masculino & feminino, unum corpus adiunctione compolitum. Et qui adharet, inquit, domino, unus spiritus est. Non dixit, Qui adharet Domino, unus est, aut unum sunt, sed addidit spiritus. Diuersum enim natura spiritus hominis & spiritus dei: sed inhaerendo fit unus spiritus, ex duobus diuersis. Ita ut sine humano spiritu beatus sit spiritus Dei atque perfectus: beatus autē spiritus hominis non nisi cum Deo. Nec frustra (ut existimo) cum tanta in euangelio secundum Ioannem & toties diceret Dominus de ipsa unitate, uel sua cū patre, uel nostra in uicem nobis cum, nusquam dixit, ut nos & ipsi unum, sed ut sint unum sicut & nos unum.

Dei enim spiritus adiutores, Dei agricultura estis. Dei edificatio estis.

A Peitissime Deus pater dicitur agricola. Apostolus dicit, Dei agricultura, Dei edificatio estis. In rebus huiusmodi uisibilibus, uitis non est aedificium, & aedificium non est uinea. Nos autem uinea domini sumus, quia colit nos ad fructum aedificium Dei sumus, quia qui colit nos, habitat in nobis. Et quid ait idem Apostolus? Ego plantauit, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Ergo neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Ille ergo incrementum dat. Nunquid forte isti sunt agricolae? Agricola enim dicitur qui plantat, qui rigat. Dixit autē idem Apostolus. Ego plantauit, Apollo rigauit. Querimus unde ipse iam fecerit? Respondet apostolus. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Ergo quocumque te uerteris, siue per angelos, deum inuenies agricolam tuum, siue per prophetas, ipse est agricola tuus. Siue per Apostolos, eundem ipsum cognosce agricolam tuum. Quid ergo nos? Fortassis operari sumus agricolae illius. & hoc ipsum ab hoc ipso impartitis uiribus. & ab ipso donata gratia. Ipse ergo colit & incrementum dat. Agricola enim homo uineam colit hac tenus ut aret & putet, adhibeat cetera quae pertinent ad agri-

colarum diligentiam, pluere uinea suae nō potest. Quod si forte irrigare potest, de cuius potest, ipse quidem ducit irriguum, sed deus implet fontē. Postremo in uinea sua incrementū dare sarmentis non potest, formare fructus nō potest, modificare semina non potest, tempora gignendi temperare non potest. Deus autē qui omnia potest, agricola noster est.

Secundū gratiam quae data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui. Alius autem super aedificat. Unusquisque autem uideat quomodo super aedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est quod est Christus Iesus.

Certum propriumque catholice fidei fundamentum Christus est. Fundamentū enim aliud (ait Apostolus) nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Neque hoc ideo negandum est proprium fundamentum esse fidei catholicae, quia putari potest aliquibus haereticis hoc nobiscum esse commune. Si enim diligenter quae ad Christum pertinent cogitentur, nominis tenus inuenitur Christus apud quoslibet haereticos, quae se Christianos uocari uolunt: re ipsa uero non esse apud eos. Quos ostendere nimis longum est, quoniam commemoranda sunt omnes haereses, siue quae fuerunt, siue quae sunt, siue quae potuerunt esse sub uocabulo Christiano. Et si hoc uerum, per singulas quasque monstrandum est. Fundamentum quando ponitur in terra, desuper aedificantur parietes: & pondus parietum ad ima tendit quia in imo positū est fundamentum. Si autem fundamentū nostrū in caelo est, ad caelum aedificamur. Fundamentum nostrum in summo positum est. Illuc ergo curramus ubi aedificemur. Sicut fundamentū corporeae fabricae in imo est ita fundamentum fabricae spiritalis in summo est. Terrena aedificatio à terra incipit: caelestis instructio superno crescit exordio.

Si quis autem super aedificat supra fundamentū hoc, aurū, argentū, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus permiserit quod super aedificat, mercedē accipiet.

Beatus Petrus Apostolus, sciens de Apostoli Pauli quibusdā subobscuris sententijs, nō nullos iniquos accepisse occasionem, ut tanquam securi de salute quae in fide est, bene uerere non curarent, commemorauit quaedam ad intelligendum difficultia esse in epistolis eius, quae homines peruerterent, licet & alias scripturas, ad propriū suum interitum. Cum tamē & ipse Apostolus de salute aeterna, quae nisi bene uiuentibus non daretur, eadem sentiret quae ceteri Apostoli. Sic itaque Petrus. His ergo, inquit, omnibus pereuntibus, quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes ad praesentiam diei domini, per quam caeli ardentis soluentur, & elementa ignis ardore decoquentur. No uos uero caelos & terram nouam secundum praemissa ipsius expectamus, in quibus iustitia inhabitat.

10. 17.

1. Cor. 6.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Ex li. enchi.

Ex tra. 121. Ex lib. ser. prosperi.

Ex li. de fide & ope.

2. Pet. 3.

habitat. Quae propter charissimam haec expectantes fatagite inuolati & immaculati apud eum reperiri in pace: & domini nostri patientiam, salutem existimate, sicut & dilectissimus frater noster Paulus, secundum eam quae data est illi sapientiam scripsit uobis, ut & in omnibus epistolis loquens in eis de ijs in quibus sunt difficultia intellectu, quae indocti & instabiles peruertunt sicut & caeteras scripturas ad propriū suum interitum. Vos igitur amantissimi praescientes, caute ne in saulorum errore seducti, decidatis à corroboratiōe uestra. Crescite uero in gratiam & in intellectum domini & saluatoris Iesu Christi. Ipsi gratia & nunc & in diem aeternitatis. Iacobus autem tam uementer insensus est eis, qui sapiunt fidem sine operibus ualere ad salutem, ut illos etiam conparet demonibus, dicens. Tu credis quoniam unus est Deus, bene facis. Et demones credunt & contremiscunt. Quid breuius, uerius, uel uerius dici potuit? Cum & in euangelio legamus hoc dixisse daemones, cum Christum filium dei confiterentur, & ab illo corripentur, quod in Petri confessione laudatum est. Quid proderit (ait Iacobus) fratres mei, si fide dicat se quis habere, opera autem non habeat. Nunquid poterit fides saluare eum? Dicit etiam quia fides sine operibus mortua est. Quousque igitur falluntur qui de fide mortua sibi uitam perpetuam pollicentur. Quapropter diligenter oportet attendere quomodo accipienda sit Apostoli Pauli illa sententia, plane ad intelligendum difficultis, ubi ait. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem super aedificat supra fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestabitur. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus permanserit quod super aedificauit, mercedem accipiet. Si cuius operis arserit, damnus patietur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod ita intelligendum putant, ut illi uideantur aedificare supra hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, qui fidei quae in Christo Iesu est, bona opera adijciunt. Illi autem lignum foenum, stipulam, qui cum eadem fidem habeant, male operantur. Unde arbitrantur per quasdam poenas ignis eos posse purgari ad salutem percipiendam, merito fundamenti. Hoc sita est, falsa ergo erunt illa quae obscuritatem ambiguitatemque non habent. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. & Quid proderit fratres mei si fidem dicat se quis habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Falsum erit & illud. Nolite errare. Neque enim fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque furres, neque auari, neque ebriosi, neque maledi-

ci, neque raptores, regnum Dei possidebunt. Falsum est & illud. Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, immundiciae, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimitia, contentiones, emulationes, animositates, dissentiones, haereses, inuidia, ebrietas, comestiones, & his similia, quae praedico uobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Item falsa erant haec. Si enim tantummodo credant & baptizentur, quamuis in malis talibus perseuerent salui erunt, per ignem tamen, atque ideo in Christo baptizati etiam qui talia agunt regnum Dei possidebunt. Frustra dicitur. Haec quidem iustis, sed abluti estis. Quando & abluti haec sunt. Inaniter etiam à Petro illud dicitur uidebitur. Sic & uos simili forma baptismi saluos fecit, nō carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio. Si quidem & habentes pessimas conscientias, omnium flagitiorum & scelerum plenas, nec eorum malorum poenitentiam mutatas, tamen baptismi saluos facit. Illud quoque non uideo cur dominus dixerit. Si uis uenire ad uitam, serua mandata & commemora uitae quae ad bonos mores pertinent, si etiam ihs non seruat, ad uitam ueniri potest per solam fidem, quae sine operibus mortua est. Illud deinde quomodo uerū erit, quod eis quos ad sinistram positurus est, dicit. Ite in ignem aeternū, qui paratus est diabolo & angelis eius? Quibus non increpat quia in eum non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt. Nam profecto ne sibi quisquam de fide (quae sine operibus mortua est) uitam promittat aeternam, propterea omnes gentes legaturum se dixit, quae permixtae eidem patris utebantur: ut appareat eos illi dicuros. Domine quando te uidimus illa & illa patientem & non ministrauimus tibi quia in eum crediderant, sed bona operari non curauerant. Tāquam de ipsa fide mortua, ad uitam perueniretur aeternam. An forte ibunt in ignem aeternū, qui opera misericordiae non fecerunt, & non habent qui aliena rapuerunt, uel corrupendo in se templum Dei, in seipos in misericordes fuerunt? Quali opera misericordiae aliquid profuerit sine dilectione. Dicente Apostolo. Si distribuam omnia mea pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Aut diligat quisquā proximum sicut seipsum, qui non diligit seipsum. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Neque illud esse poterit in quo nonnulli seipos seducunt, ignem aeternum dictum, non ipsam poenam aeternam. Per ignem quippe qui aeternus erit, transitorios arbitrantur eos quibus propter fidem mortuam per ignem promittunt salutem: ut uidelicet ipse ignis aeternus sit, combustio uero eorum, hoc est operatio ignis, non fit in eis aeterna. Cum & hoc prauidens dominus, tanquam dominus, sententiam suam ita concluderet dicens. Sic ibunt illi in combustionem aeternam, iusti autem in uitam aeternam.

Qq 2. Erit

Galat. 5.

1. Cor. 5.

1. Pet. 3.

1. Cor. 15.

1. Cor. 13.

Psalm. 10.

Erit ergo aeterna combustio, sicut ignis aternus. Et eos in illam ituros ueritas dicit, Quorum non fidem, sed bona opera defuisse declarauit. Proculdubio igitur in illa apostoli sententia, alius requirendus est intellectus, atque in his deputanda est, quae Petrus dixit esse in scriptis eius quaedam difficilia intellectu: quae non debent homines peruertere ad proprium suum intentum, ut contra euidentissima testimonia scripturarum securos faciant de percipienda salute nequissimos nequitiae suae pertinacissime coherentes, nec emendando, aut poenitendo mutatos.

Hic me fortassis quaeratur de ipsa Pauli apostoli sententia quid ego sentiam, & quonam modo intelligendam putem. Fateor malle hinc me audire intelligentiores atque doctiores. Dicam tamen quam breuissime potero etiam ipse quid sentiam. Fundamentum Christus est in structura architecti sapientis. Hoc expositione non indiget. Aperte enim dictum est. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si autem Christus, proculdubio fides Christi. Per fidem quippe habitat Christus in cordibus nostris, sicut idem Apostolus dicit. Porro fides Christi, illa utique quam definiuit Apostolus, quae per dilectionem operatur. Non enim fides illa daemonum, cum & credant, & contemiscant, & filium dei confiteantur Iesum, potest accipi in fundamentum. Quare? Nisi quia non est fides quae operatur per dilectionem, sed quae exprimitur per timorem. Fides itaque Christi, fides gratiae Christianae, id est ea fides quae per dilectionem operatur, posita in fundamento, neminem perire permittit. Sed quid sit aedificare super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos: & ligna, foenum, stipulam: si subtilius differere coner, uereor, ne ad intelligendum difficilior sit ea ipsa expositio. Enitar tamen quantum dominus adiuuat, & breuiter & quantum potero de lucide expedire quod sentio. Ecce ille qui quesiuit a magistro bono quid boni faceret ut haberet uitam aeternam: Et audiuit, si ad uitam uenire uellet, seruanda sibi esse mandata. Et cum quaereret: Quae mandata? Dicitum est ei, Non occides. Non moechaberis. Non furtum facies. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam. Et diliges proximum tuum tanquam teipsum. Haec faciens in fide Christi, proculdubio teneret utique fidem quae per dilectionem operatur. Neque enim diligeret proximum tanquam seipsum, nisi recepta dilectione Dei, sine qua non diligeret seipsum. Porro si faceret etiam quod dominus addidit, dicens: Si uis perfectus esse uade & uende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & ueni sequere me: aedificaret super illud fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos. Non enim cogitaret nisi quae sunt dei, quomodo placeret deo. Et haec cogitationes sunt quantum existimo,

Galat. 5.

aurum, argentum, lapides preciosi. Porro si circa diuitias suas carnali quodam teneretur affectu, quamuis ex eis multas eleemosynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid, rapinaeque moliretur, aut earum minuendarum, uel amittendarum metu, in aliquod facinus flagitium uelaberetur: alioquin iam se isto modo ab illius fundamenti stabilitate subtraheret, sed propter carnalem ut dixi quem in eis habebat affectum, quo talibus bonis sine dolore carere non posset, aedificaret super fundamentum illud ligna, foenum, stipulam: maxime si & uxorem sic haberet ut etiam propter ipsam cogitaret ea quae sunt mundi, quomodo placeret uxori. Haec igitur quoniam affectu dilecta carnali, non sine dolore amittuntur: propterea qui ea sic habent, cum habeant in fundamento fidem quae per dilectionem operatur, neque huic ista ulla ratione uel cupiditate praepoant, in eorum amissione passi detrimentum, per quendam ignem doloris perueniunt ad salutem. A quo dolore atque detrimento, tanto est quisque securior, quanto ea uel minus amauerit, uel tanquam non habens, habuerit. Qui uero propter illa uel tenenda uel adipiscenda, homicidium, adulterium, fornicationem, idololatriam, & similia quaeque commiserit, non propter fundamentum per ignem saluabitur, sed amisso fundamento, aeterno igne torquetur.

Antequam ueniat dies dedicationis domus, uideamus quia iam dedicatum est caput nostrum. Iam facta est dedicatio domus in capite, tanquam dedicatio, fundamenti. Caput sursum est, fundamentum deorsum. Ne forte propterea male dixerim, fundamentum esse Christum. Culmen est potius, ascendit in caelum, sedet ad dexteram patris. Sed puto nos non errasse. Apostolus enim dixit. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem aedificauerit super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos. Qui bene uiuunt, qui Deum honorant & laudant, qui patientes sunt in tribulationibus qui desiderant patriam, ipsi aedificant aurum, argentum, lapides preciosos. Qui autem amant adhuc secularia, & negotijs terrenis implicati sunt, & dediti sunt uinculis quibusdam et affectibus carnis, domibus suis, coniugibus, possessionibus, & tamen Christiani sunt, ita ut non cor eorum recedat a Christo, & nihil praepoant Christo, quomodo in aedificando nihil praepoantur fundamento, aedificant quidem ipsi ligna, foenum, stipulam. Sed quid secutus est? Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Ignis tribulationis & tentationis. Iste ignis multos martyres hic probauit. Omne autem genus humanum probatur in fine. Inuenti sunt martyres qui haberent ista secularia, & multi diuites & senatores passi sunt, aedificabant tamen quidam eorum ligna, foenum, stipulam in affectibus carnalium & secularium

Ex tractatu Psal. 26.

larium curarum. Sed tamen quia fundamentum habebant, super quod aedificabant, arsit foenum. Et ipsi manserunt in fundamento. Sicut dicit Apostolus. Si cuius opus permanserit, mercedem accipiet. Et nihil perdet, quia quod amauit hoc inuenit. Quid ergo ille fecit ignis? Probauit. Si cuius opus permanserit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, damnatum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Sed aliud est, igne non laedi. Aliud est per ignem probari. Et unde? Propter fundamentum. Non recedat ergo de corde fundamentum: noli super foenum ponere fundamentum. Hoc est, noli anteponere foenum fundamento, ut scilicet foenum habeat primum locum in corde tuo, & secundum Christum. Sed si iam non potest nisi esse ibi foenum, uel primum locum ibi habeat Christus, & foenum secundum. Ergo fundamentum est Christus, quo modo dixi, dedicatum est caput nostrum. Ipsum caput est fundamentum. Sed fundamentum deorsum solet esse, caput autem sursum. Intelligat sanctitas uestra quid dicam. Fortassis explicabo in nomine Christi Iesu. Pondera gemina sunt. Pondus enim est impetus quidam cuiusque rei uelut conantis ad locum suum. Hoc est pondus, fers lapidem manu, pateris podus, premit manum tuam, quia locum suum quaerit. Et uis uidere quid quaeratur? Subtrahere manum, uenit ad terram, quiescit in terra, peruenit quo tendebat, inuenit locum suum. Pondus ergo illud, motus erat quasi si spontaneus sine anima, sine sensu. Sunt & alia quae uersus sursum petunt locum. Namque si aquam mittas supra oleum, pondere suo in ima tendit. Locum enim suum quaerit ordinari quaerit, quia praeter ordinem est aqua super oleum. Donec ergo ueniat ad ordinem suum, inquietus motus est donec teneat locum suum. Contra. Funde oleum sub aqua (uerbi gratia, quae admodum si uas olei cadat in aquam, in abyssum, in mare, et frangatur) non se patitur oleum subter. Quomodo itaque aqua supra oleum missa, pondere suo ad ima locum quaerit suum, sic oleum subter aquam sursum, pondere suo ad summa locum suum quaerit. Si ergo ita est fratres, quo tendit aqua & ignis? Ignis sursum tendit, locum suum quaerit. Et aqua locum suum quaerit pondere suo. Lapis ima petit & lignum, & columna, & terra unde aedificatur ipsa domus. De illo ergo genere rerum sunt quae pondere suo deorsum teruntur. Manifestum est ergo id eo deorsum accipere fundamentum, quia pondere suo deorsum uersus feruntur. Et nisi sit quod sustineat, totum cadit, quia totum ad terram uergit. Rebus ergo ad ima tendentibus, in imo ponitur fundamentum. Ecclesia uero dei in imo posita tendit in caelum. Fundamentum ergo nostrum ibi positum, est dominus noster Iesus Christus sedens ad dextram patris.

Ex. li. enchir.

Ligna quippe, & foenum, & stipula non absurde accipi possunt rerum secularium (quaerit

uis licite concessari) tales cupiditates, ut miti sine animi dolore non possint. Cum autem iste dolor urit, si Christus in corde fundamentum habet locum, id est ut nihil ei praepoantur, & mauult homo quae tali dolore uritur, rebus quas ita diligit, magis carere quam Christo, per disceptamen rationis uiuendo passiones, per ignem fit saluus. Si autem res huiusmodi temporales & seculares tempore tentationis maluerit tenere quam Christum, eum in fundamento non habuit, quia haec priori loco habuit, cum in aedificio aliquid non sit prius fundamentum. Ignis enim de quo eo loco locutus est apostolus, talis debet intelligi, ut ambo per eum transiant id est & qui aedificat supra hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, & qui aedificat ligna, foenum, & stipulam. Cum enim dixisset, adiunxit. Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si enim opus manserit, quod super aedificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus exustum fuerit, damnatum patietur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Non ergo unius eorum, sed utriusque opus ignis probabit. Est quidem ignis tentatio tribulationis, de quo aperte alio loco scriptum est. Vasa figuli probat fornax; & homines iustos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim uita facit quod Apostolus dixit, si accidat duobus fidelibus, uni scilicet cogitanti quae sunt Dei, quomodo placeat Deo, hoc est aedificanti super Christi fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos: alteri autem cogitanti ea quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, id est aedificanti super idem fundamentum, ligna, foenum, stipulam. Illius enim opus non exurit, quia non ea dilexit quorum amissione ne crucietur: exurit autem huius, quoniam sine dolore non pereunt quae cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra conditione proposita, eis potius mauult carere quam Christo, nec timore amittendi talia deserit Christum, quamuis doleat cum amittit, saluus erit quidem, sic tamen quasi per ignem, quia urit eum dolor rerum quas dilexerat amissarum, sed non subuertit neque consumit, fundamenti stabilitate atque incorruptione munitum.

Tale etiam aliquid post hanc uitam fieri, incredibile non est, & utrum ita sit quaeri potest, & aut inueniri aut latere, non nullos fidelium per ignem quaedam purgatorium, quanto magis minusue bona percuntia dilexerunt, tanto tardius citiusue transituros saluari: non tamen tales de quibus dictum est quod regnum Dei non possidebunt, nisi conuenter poenitentibus eadem crimina remittantur. Conuenienter autem dixi, ut steriles in eleemosynis non sint, quibus tantum tributum scripturae diuina, ut earum tantummodo fructum se imputaturum pronunciet Dominus dexteris, & earum tantummodo sterilitatem sinistris, quando ihs diciturus est. Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Illis autem: Ite in ignem aeternum.

Galat. 5.

Qq Non

Ex 1^a ad Cor. Non sibi polliceatur unusquisque habens facta nefaria, quæ regnum Dei non possidebunt. Et dicat sibi, quoniam habeo signum Christi, & sacramenta Christi, non mouebo in æternum. Et si purgor per ignem, saluus ero. Nam quid est quod ait apostolus de ijs qui habent fundamentum? Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quid est, inquit, quod sequitur? Unusquisque autem super fundamentum uideat quomodo superædificet. Alius enim superædificat aurum, argentum, lapides preciosos. Alius ligna, fœnum, stipulam. Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Si cuius opus permanerit, quod superædificauit, mercedem accipiet, hoc est si super fundamentum iusta opera ædificat, aurum, argentum, lapides preciosos. Si autem peccata, ligna, fœnum, stipulam, tamen propter fundamentum ipse saluus erit, sic tamen tanquam per ignem.

Galat. 5. Fratres, nimis timidus esse uolo. Melius est enim non uobis dare securitatem malam. Nō dabo quod non accipio, timens terreo. Securos uos facerem, si securus fierem. Ego ignem æternum timeo, & erit tempus eorum in æternum. Nō accipio nisi ignem æternum. De quo alio loco scriptura dicit. Ignis eorum non extinguetur, & uermis eorum non morietur. Sed de impijs dixit, ait aliquis. Non dixit de me: quia quamuis peccator sum, quamuis adulter, quamuis fraudator, quamuis raptor, quamuis periturus, habeo tamen fundamentum Christum, Christianus sum, baptizatus sum, ego per ignem purgor, & propter fundamentum non pereō. Dic mihi iterum. Quid est Christianus sum inquis. Interim transi. Quid aliud. Raptor, adulter, &c. de quibus Apostolus dixit. Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Certe ergo à talibus non correctus, de talibus commissis poenitentiam non agens, regnum cœlorum speras? Non opinor, quia qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.

Rom. 2. Et ignoras si patientia Dei ad poenitentiam te adducet? Tu (nescio quid tibi pollicens) secundum duritiam tuam & cor impoenitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddit unicuique secundum opera sua. Attende ergo ipsum iudicem uenientem. Bene (Deo gratias) non tacuit sententiam de iustitiam. Non misit foras reos & dixit uelut, ante enim uoluit prænunciare quod disposuit facere. Nempe congregabuntur ante eum omnes gentes. Quid de illis faciet? Separabit eas, & alios ponet ad dexteram, alios ad sinistram. Nūquid medius locus seruetur? Quid dextris dicitur est? Venite benedicti patris mei percipite regnum. Quid sinistris? Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Si itaque non times mitti quod uide cum quo.

Si ergo omnia illa opera regnum Dei non

possidebunt: imò non opera, sed qui talia operantur: nam opera talia in igne non erunt: nō enim illo igne ardentibus furaturi sunt, & adulteraturi, sed qui talia agunt regnum dei nō possidebunt: non ergo erunt à dextris cū illis quibus dicitur. Venite benedicti patris &c. Quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. Si ergo à dextris non erunt, non restat ut sint nisi à sinistris. Sinistris quid dicit? Ite in ignem æternum. Quia erit tempus eorum in æternum. Expone ergo, inquis nobis: Ligna, fœnum, stipulam, qui ædificant super fundamentum, quomodo non pereant sed salui fiant. Sic tamen tanquam per ignem. Obscura quidem questio illa. Sed ut possum breuiter dicam fratres. Sunt homines omnino contemptores huius seculi, quibus non est notum quidquid temporaliter fluit: nō herent aliqua dilectione terrenis operibus, sanctis, castis, continentibus, iustis & fortassis omnia sua uidentes, & pauperibus distribuentes, aut possidentes tanquam non possidentes, & utentes hoc in mundo tanquam non utentes. Sunt & alij, qui rebus infirmitati concessis inharēt aliqua dilectione. Ille non rapit uillam alienam, sed tamē sic amat suam ut si perdidit conturbetur. Non rapit nec appetit uxorem alienam, sed sic amat suam, sic in heret suæ, sic miscetur suæ, ut modum ibi non teneat tabulis per scriptum liberorum procreandorum causa. Non tollit aliena, sed repetit sua & habet iudicium cum fratre suo. Talibus enim dicitur. Iam quidē omnino delictum est in uobis, quia iudicium habetis uobiscum. Verū ipsa iudicia in ecclesia iubet agi, nō ad forum trahi. Tamen delicta esse dicit. Contendit enim Christianus pro reb. terrenis amplius q̄ decet eum, cui promissum est regnum cœlorū. Non rotum cor sursum leuat, sed aliquam eius partem trahit in terram. Denique si ueniat tentatio ducendi martyrij, illi qui habent in fundamento Christum, & ædificant aurum, argentum, lapides preciosos, quid dicūt ex hac oportunitate? Bonum est mihi dissolui, & esse cum Christo. Alacres currūt, aut nihil aut modicè de terrena fragilitate contristantur. Illi autem amantes res proprias, domos proprias, grauiter conturbantur, fœnum, & stipula, & ligna ardent. Habent ergo ligna, fœnum, stipulam super fundamentum, sed tamen rerū concessarum, non illicitarum. Dico enim fratres. Possides fundamentū, hære cęlo, calca terram. Si talis es, non ædificas nisi aurum, argentum, & lapides preciosos. Cum autem dixeris, amo possessionem istam, timeo ne pereat, & imminet damnium, tu contristaris: nō quidem præponens eam Christo. Nam si sic amas possessionem istam, ut si dicatur tibi, ipsam uis, an Christum? & si tristis eam perdis, plus tamen amplecteris Christum quem posuisti in fundamento, saluus eris tanquam per ignem. Audi aliud. Non poteris tenere istam possessionem nisi dixeris falsum testimonium. Hoc tamen non facere, Christum in fundamento ponere est.

Sapient. 1. est. Veritas enim dicit. Os quod mentitur, occidit animam. Ergo si possessionem tuam diligis, non tamen propter illam facis rapinam, non propter illam facis falsum testimonium, non propter illam facis homicidium, non propter illam falsum iuras, non propter illam Christum negas, eo quod non propter illam facis hæc, Christum habes in fundamento.

Sed tamen quia diligis eam & contristaris si perdas illam, super fundamentum posuisti non aurum non argentum, aut lapides preciosos, sed ligna fœnum, & stipulam. Saluus ergo eris cum ardere cœperit quod ædificasti, sic tamen tanquam per ignem. Nemo ergo super fundamentum hoc ædificet adulteria, blasphemias, sacrilegia, idololatriam, periuuria, & putet se saluum futurum per ignem, quasi ista sint ligna, fœnum, & stipula. Sed qui ædificat amorem terrenorum super fundamentum regni cœlorum, id est super Christum, ardebit amorum temporalium, & ipse saluus erit per idoneum fundamentum.

Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sicut tamen quasi per ignem.]

Ex li. de ciuit. dei 21. **H**abent (inquit Christiani) catholici in fundamento Christum, à cuius unitate nō recesserunt, tamen si huic fundamento super ædificauerint quamlibet pessimam uitam, uelut ligna, fœnum, stipulam. Recta itaque fides, per quam Christus est fundamentum, quamuis cum damno, quoniam illa quæ superædificata sunt exurentur, tamen poterit (ut dicunt) eos quandoque ab illius ignis perpetuitate saluare. Respondeat eis Apostolus Iacobus breuiter. Si quis dicat fidem se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Et quis est (inquit) de quo dicit apostolus Paulus: Ipse autem saluus erit, sicut tamen quasi per ignem? Simul quis iste sit inquiramus. Hunc tamen non esse certissimum est: ne duorum Apostolorum sententias mittamus in rixam, si unus dicat: etiam si mala opera quis habuerit, saluabit eum per ignem fides: alius autem: si opera non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Inueniemus ergo qui possit saluari per ignem, si prius inueniremus quid sit habere in fundamento Christum. Quod ut de ipsa similitudine quanto ocys aduertamus, nihil in ædificio præponitur fundamento. Quisquis itaque sic habet in corde Christum, ut ei terrena & temporalia, nec ea quæ licita sunt atque concessa, præponat, fundamentum habet Christum. Si autem præponit, & si uideatur habere fidem Christi, non est in eo tamen fundamentum Christi, cui talia præponuntur. Quanto magis si salutaria præcepta contemnens, committat illicita, non præposuisse Christum, sed postposuisse conuincitur, quem primo habuit imperantem siue concedentem, dum circa eius imperata siue concessa, suam per flagitia delegit explere libidinem.

Si quis itaque Christianus diligit meretri-

cem, eique adhærens unum corpus efficitur, iam in fundamento non habet Christum. Si quis autem diligit uxorem suam secundum Christum, quis ei dubitet fundamentum esse Christum? Si uero secundum hoc seculum, si carnaliter, si in morbo concupiscentiarum, sicut & gentes quæ ignorant Deum, etiam hoc Apostolus secundum ueniam concedit, immo per Apostolum Christus. Potest ergo & iste in fundamento habere in Christum.

Si enim nihil ei talis affectionis uoluptatisque præponat, quamuis superædificet ligna, fœnum, stipulam, Christus tamen est fundamentum: propter hoc saluus erit per ignem. Delicias quippe huius mundi amorumque terrenos, propter conjugalem quidem copulam non damnabiles, tribulationibus ignis exuret. Ad quem pertinent ignem, & orbitates, & quæcunque calamitates quæ hæc auferunt. Ac per hoc ei qui ædificauit, erit ædificatio ista damnosa, quia non habebit quod superædificauit: & eorum amissione cruciabitur quibus fruendo utique lababatur. Sed per hunc ignem saluus erit merito fundamenti, quia & si utrum id habere mallet, an Christum, à persecutore proponeret, illud Christo non præponeret. Vide nunc in Apostoli uerbis hominem ædificantem super fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos. Qui sine uxore est, inquit, cogitat quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo. Vide alium ædificantem ligna, fœnum, stipulam. Qui autem matrimonio iunctus est, inquit, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. *Uniuscuiusque opus manifestabitur. Dies enim Domini declarabit: dies utique tribulationis.]*

Quoniam in igne, inquit, reuelabitur. Eandem tribulationem ignem uocat, sicut alibi legitur. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanerit, (Permanet quod unusquisque cogitat quæ sunt domini, quomodo placeat deo) quod superædificauit, mercedem accipiet, id est unde cogitauit hoc sumet. Si cuius autem opus arserit, damnium patietur, quoniam quod dilexit non habebit. Ipse autem saluus erit: quia nulla eum tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit. Sic tamē quasi per ignem. Quod enim sine illicente amore non habuit, sine uerente dolore non perdet. Ecce quantum mihi uidetur inuentus est ignis qui nullum eorum damnet: sed unum ditet, alterum damnificet, ambos probet. Si autem ignem illum loco isto uoluerimus accipere, de quo dominus dicit sinistris: Discedite à me maledicti in ignem æternum: ut in eis etiam illi credatur qui ædificant super fundamentum ligna, fœnum, stipulam, eosque ex illo igne post tempus pro malis meritis impartitum, liberet boni fundamenti meritum: quid arbitramur dextros, quibus dicitur, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum, nisi eos qui ædificauerunt super

fundamentum aurum, & argentum, lapides preciosos: Sed in illum ignem, de quo dictum est, Sic tamen quali per ignem, si hoc modo est intelligendus, utriusque mittendi sunt: & dextri scilicet & sinistri. Illo quoque igne utriusque probandi sunt, de quo dictum est. Dies enim declarabit: quia in igne reuelabitur: & uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit: si ergo utriusque probabit ignis, ut si cuius opus permanferit, id est non fuerit igne consumptum, quod superedificauit mercedem accipiat: si cuius autem opus arserit, damnatum patiat: profectio non est ille ipse aeternus ignis. In illum enim soli sinistri nouissima & perpetua damnatione mittentur. Iste autem dextros probat. Sed alios eorum sic probat, ut aedificium, quod super Christum fundamentum ab eis inuenit esse constructum, non exurat atque consumat: alios autem alter, id est ut quod superedificauerunt ardeat: damnanturque patiantur inde, salui fiant autem quoniam Christum in fundamento stabiliter positum, precellenti charitate tenuerunt. Si autem salui fuerint, profecto & ad dextram stabunt, & cum ceteris audient, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum: & non ad sinistram, ubi illi erunt qui salui non erunt, & ideo audient. Discedite a maledicti in ignem aeternum. Nemo quippe ab illo igne saluabitur, quia in supplicium aeternum ibunt illi omnes, ubi uermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, quo cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Post istius sane corporis mortem donec ad illum ueniat, qui post resurrectionem corporum futurus est damnationis & remunerationis ultimus dies, si hoc temporis interuallo, spiritus defunctorum eius in modo diuini dicuntur perpeti, quem non sentiant illi qui non habuerunt tales mores & amores in huius corporis uita, ut eorum ligna, & foenum, & stipula consumantur: alij uero sentiant qui eiusmodi seculi aedificia portauerunt, siue ibi tantum, siue & hic & hic & ibi, siue ideo hic, ut non ibi, & secularia quantum a damnatione uenialia, concremantem ignem transitorie tribulationis inueniant, non redarguo, quia forsitan uerum est. Domine, ne in indignatione arguas me, neque in ira tua emendes me. Futurum est enim, ut quidam in ira dei emendentur, & in indignatione arguantur, & forte non oēs qui arguentur emendentur. Nam utique arguet eos quibus dicit. Esuriui, & non dedisti mihi manducare. Sitiui, & non potastis me &c. Quia ibi prosequens, quandam inhumanitatem & sterilitatem increpat malis, quibus ad sinistram constitutus dicit. Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Hec iste grauiora formidans, excepta uita ista in cuius malis plangit & gemit, rogat & dicit: Domine, ne in indignatione tua arguas me. Non sum inter illos quibus dicitur es. Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Neque in ira tua emendes me. Ut in hac uita purges me, & aeternam me reddas, cui iam emendato prius igne

non opus sit, propter eos qui salui erunt, sic tamen quasi per ignem. Quare: nisi quia hic aedificant supra fundamentum ligna, foenum, stipulam: secus si aedificarent aurum, argentum, lapides preciosos, & de utroque igne securi essent, non solum de illo igne aeterno, qui in eternum cruciaturus est impios, sed etiam de illo qui emendabit eos qui per ignem salui erunt. Dicitur enim, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Et quia dicitur saluus erit, cōtemnitur ille ignis. Ita plane, quauis salui per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quam quicquid potest homo pati in hac uita. Et nostris quanta hic passi sunt mali, quanta potuerunt pati et boni. Quid enim quisque maleficus, latro, adulter, sceleratus, sacrilegus, pertulit legibus, quod non pertulit martyr in confessione Christi: ista ergo quae hic sunt, multo faciliora sunt, & tamē uide te quae admodum ea homines ne patiatur quicquid iusseris faciunt. Quanto melius faciant quod iubet Deus, ne illa grauiora patiantur.

Aues autem non diuisit. Spirituales non habent diuisionem, nec cogitant schismata. Pax est in eis, custodiunt eam in ceteris quantum possunt: ubi autem in alijs deficiunt, in se tenent. Si erit ibi, inquit, filius pacis, requiescet, super eum pax uestra. Si quo minus ad uos reuertetur. Non est ille filius pacis, diuidi uoluit, reuertetur ad te pax tua, quia aues non diuisit.

Venit & caminus. Nam confedit ibi Abraham usque ad uesperam, & uenit magnus terror diei iudicij. Vespera enim illa finis seculi, & caminus ille, ueniens dies iudicij diuisit inter media illa, quae diuisa erant etiam caminus. Si inter medium transiit caminus, alia in dextram, alia in sinistram separauit. Sunt ergo quidam carnales, & tamen in ecclesie gremio continentur, uiuentes secundum quendam modum suum, quibus timentur ne seducantur ab hereticis. Quando enim carnales sunt diuisibiles sunt. Aues quippe non diuisit. Carnales diuiduntur. Non potest uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Et quomodo probatur quia carnales diuiduntur? Adiungit cum enim dicat unusquisque uestrum. Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego uere Cephe, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis: Rogo uos fratres, audite & proficite, excutite uos de loco carnali, pergite in turturam & columbam.

Aues enim non diuisit. Sed quicumque talis permanferit, & secundum quendam modum uirtutum carnalibus non uixerit, & de gremio ecclesie non recesserit, & non fuerit seductus ab hereticis ut ex contraria parte diuidatur, ueniet caminus, & ad dextram ponetur.

Sine camino diuidi non potest. Sed si caminum patinon uult, pergat in turturam & columbam. Qui potest capere capiat. Si autem non sic erit, & aedificauerit super fundamentum ligna, foenum, stipulam, id est amores seculares fundamento fidei superaedificauerit, tamen si in fundamento sit Christus, ut primum locum ipse habeat in corde, & ei nihil

Esa. 56.

Ex tractatu psalm. 36.

Ex tractatu psalm. 103.

Genes. 15.

nihil omnino anteponatur, portantur, & tales, tolerantur & tales, ueniet caminus, incendet ligna, foenum, stipulam: ipse autem, inquit, saluus erit, sic tamē tanquam per ignem. Hoc arguet caminus. Alios in sinistram separabit. Alios in dextram quodammodo eliquabit.

Nescitis quia templum dei estis, et spiritus dei habitat in uobis. Omnes adhuc infirmi, & secundum fidem ambulantes, secundum fidem templum dei sunt, & templum dei erunt aliquando secundum speciem. Tanti enim sunt templum secundum fidem, quantum in ipsis Christus per fidem habitat, sicut dicit apostolus. Habitat Christum per fidem in cordibus uestris. Sunt autem iam caeli in quibus iam per speciem habitat Christus, uidentes eum facie ad faciem, omnes sancti angeli, omnes sanctae uirtutes, potestates, sedes, dominationes. Hierusalem illa caelestis unde peregrinando ingemiscimus: & quam desiderando oramus. Ibi habitat deus. Illuc leuauit iste fides. Illuc ascendit, affectu desiderando: & ipsum desiderium facit animam deferere sordes peccatorum, & mundare ab omni labe ut fiat & ipsa caelum, quia leuauit oculos ad eum qui habitat in caelis. Nam si caelum sit quod oculis uidemus, si intellexerimus istud corporeum esse habitationem dei, transitura est habitatio dei, quia caelum & terra transiet. Deinde antequam faceret deus caelum & terram, ubi habitabat? Sed dicit aliquis, & antequam faceret sanctos, ubi habitabat? In se habitat deus, apud se habitat, et apud se est deus: et quando dignatur habitare in sanctis, non sic sunt sancti domus dei, ut ipsa subtracta cadat deus. Aliter enim nos habitamus in domo, aliter deus in sanctis. Tu habitas in domo, quae si subtracta fuerit, cadis. Deus autem sic habitat in sanctis, ut si ipse discesserit cadat. Quicumque ergo sic portat deum ut sit templum dei, non putet licet se portare deum, ut terrat deum si se subducat. Vixit si se subtraxerit deus, quia ipse cadet: nam deus in se semper manet. In quibus uero nos habitamus, ipsa nos continent. In quibus autem deus habitat, ipse illos continet. Suscipere te dicis quod protuli. Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis: Quod potuisti dicere ideo dictum esse, quia in nemine habitat deus, quem non ante spiritus sanctus sanctificauerit atque purgauerit, quasi templum deo habitaturum, non sibi sanctificet & purget spiritus sanctus: cum apostolus hinc ostenderit ipsum esse deum, cuius nos dixerat templum, quia non ait, & spiritus dei sanctificet & purget uos ut deus habitet in uobis, sed ait, Spiritus dei habitat in uobis. Utique in templo suo deus habitat. Nam quid est templum dei nisi habitaculum dei? Vidisti autem tu etiam consequenter esse deum nostrum, cuius sumus templum, & noluisse aliud testimonium commemorare quod protuli, Nescitis quia corpus uestrum, templum in uobis spiritus sancti est quem habetis a deo: la ergo contere deum esse spiritum sanctum. Neque enim nisi esset deus, haberet templum, et templum non manu factum, sed aedificatum de mem-

Ex tractatu psalm. 122.

Ex lib. cont. Maximinum

1. Cor. 6.

bris dei. Christus enim super omnia est Deus benedictus in secula, cuius membra sunt nostra corpora. Qui enim dixit, Nescitis quia corpus uestrum templum in uobis spiritus sancti est? Ipse dixit. Nescitis quia corpora uestra membra sunt Christi. Ita ne uero cui de lignis & lapidibus Salomō aedificauit templum, deus est, & cui templum aedificatur de membris Christi (hoc est de membris dei) deus non est? Cum loquens de deo beatissimus martyr Stephanus dixerit. Salomō aedificauit ei domum: sed summus non in manu factis templis inhabitat. Et tamen Christi membra quorum caput est super omnes caelos, templum sunt spiritus sancti, quem constat uenisse de caelo. Iste negare Deum quid est, nisi non esse & nolle esse templum eius? Alloquitur nos apostolus dicens. Obsecro autem uos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo placentem. Corpora itaque fidelium hostia sunt deo, membra Christi templum spiritus sancti. Et deus non est spiritus sanctus? Quis hoc dicit nisi in quo non inhabitat? Quoniam in quo habitat, utique templum eius est. Denique cum dixisset apostolus, Nescitis quia corpus uestrum templum in uobis spiritus sancti est, quem habetis a deo & non estis uestri? Empti enim estis precio magno, continuo secutus adiunxit. Glorificate ergo deum in corpore uestro. Vbi dilucide ostendit deum esse spiritum sanctum, glorificandū scilicet in corpore uestro, tanquam in templo suo. Et quod Ananiae dixit apostolus Petrus. Ausus es mentiri spiritui sancto? Atque ostendens deum esse spiritum sanctum, Non es, inquit, hominibus mentitus, sed deo. Vbique adest spiritus sanctus, ad homines in aeternam uitam regenerandos, & non est eis deus: Immo uere est, & deus uerus est, quia ueri dei membra, templum eius sunt. Et utique subiectum est templum illi cuius est templum. Quomodo ergo deus non est cui sunt membra dei subiecta? Ac per hoc & dominus est templi sui. Quis enim hoc negat? Quis ita despiciat ut dicat non aliquem esse dominum domus suae? Quomodo ergo spiritus sanctus non est dominus, qui dominus est membrorum domini? Ipse est quippe spiritus domini, de quo uno eodemque loco dictum est. Cum autem conuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamē. Dominus autem spiritus est: ubi autem spiritus Domini, ibi libertas. Quomodo autem rex non est cui templum est quae membra sunt regis? Quomodo non considerat patri & filio qui repleuit filium, qui membra filij ut suam possidet domum? Deinde cum de patre procedat, quomodo cum patre non sedet, cum ipsa sessio non sit utique cogitanda carnaliter? Postremo qualis uobis persuasit spiritus ut sancto spiritui de negatis quod sanctis hominibus sancta scriptura concedit, uos uideritis. Ait enim apostolus. Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti, & simul excitauit, & simul sedere fecit in caelestibus in Christo Iesu. Sancti ergo quos sanctificat

Rom. 12.

1. Cor. 6.

Act. 5.

2. Cor. 3.

Eph. 3.

cat spiritus sanctus conuiuificati Christo, ita
 simul sessuri predestinati sunt, ut iam factum
 dicat apostolus quod certus est esse affuturū,
 & ipsi spiritui sancto subtrahitur a nobis quis
 quis est ille confessus: tanquam sedere cum
 patre & filio sit indignus, qui eadem sede effi-
 cit dignos. Deum esse spiritum sanctum, scri-
 ptura clamat apud Apostolum, quæ dicit. Ne
 scitis quia templum dei estis? Statimq; subie-
 cit. Et spiritus dei habitat in uobis; Deus enim
 habitat in templo suo. Non enim tanquam mi-
 nister habitat spiritus dei in templo dei. Cum
 alio loco euidentius dicat ipse apostolus. Ne-
 scitis quia corpora uestra templum in uobis
 sunt spiritus sancti, quem habetis a deo, & nō
 estis uestri? Empti enim estis precio magno
 Glorificate ergo deum in corpore uestro.

Ex li. detri. 7.

Ex lib. sen. Prosper.

Ex epi. ad Dardanum de presentia dei

Rom. 8.

Qui supplicaturus deo locum sanctum &
 aptum requirit, interiora tua munda, & omni
 inde mala cupiditate depulsa, præpara tibi in
 cordis tui pace secretum. Volens in templo
 dei sis. Vbi enim deus exaudit, ibi habitat. Si
 anima in corpore constituta non solum nullas
 angustias uerum etiam quandam latitudinem
 inuenit non corporalium locorum, sed spirita-
 lium gaudiorum, cum sit quod ait apostolus:
 Nescitis quoniam corpora uestra templum in
 uobis sunt spiritus sancti quem habetis a deo?
 Nec dici nisi stultissime potest, non habere
 locum in nostro corpore spiritum sanctum,
 quod totū nostra anima impleuit: quanto stul-
 tius dicitur ullis angustijs impediri alicubi Tri-
 nitatem, ut pater & filius et spiritus sanctus ubi-
 que simul esse non possint? Verum illud est
 multo mirabilius, quod cum Deus ubique sit
 totus, non tamen in omnibus habitat. Non enim
 omnibus dici potest, quod ait Apostolus,
 uel quod iam dixi, uel etiā illud. Nescitis quia
 templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in
 uobis? Vnde e contrario de quibusdam dicit
 idem. Quisquis autem spiritum Christi non
 habet, hic non est eius. Quis porro audeat opi-
 nari (nisi quisquis inseparabilitatem trinitatis
 penitus ignorat) quod in aliquo possit habita-
 re pater aut filius in quo non habitat spiritus san-
 ctus? Aut in aliquo spiritus sanctus, in quo nō
 & pater & filius? Vnde sciendum est ubique
 Deum esse per diuinitatis presentiam, sed non
 ubique per inhabitationis gratiam. Propter
 hanc enim inhabitationem (ubi proculdubio
 gratia dilectionis eius agnoscitur) non dicitur
 Pater noster qui es ubique, cum & hoc
 uerum sit: sed Pater noster qui es in caelis, ut
 templum eius potius in oratione commemo-
 remus, quod & nos ipsi esse debemus: & in-
 quantum sumus, in tantum ad eius societatem
 & adoptionis familiam pertinemus. Si enim
 populus Dei nondum factus æqualis angelis
 eius adhuc in ista peregrinatione dicitur tem-
 plum eius, quanto magis est templum eius in
 caelis, ubi est populus angelorum, quibus ag-
 gregandi & coæquandi sumus, cum finita pe-

regrinatione quod promissum est sumpteri-
 mus? Multum mirabilis res est, quemad-
 modum quorundam nondum cognoscenti-
 um deum, sit inhabitator deus, & quorundam
 cognoscentium non sit. Nec illi enim ad tem-
 plum dei pertinent, qui cognoscentes deum
 non sicut deum glorificauerunt aut gratias e-
 gerunt. Et ad templum dei pertinent paruuli,
 sanctificati sacramento Christi, spiritu sancto
 regenerati, qui certe per gratiam nondum pos-
 sunt cognoscere deum. Vnde quem potuerūt
 illi nosse, nec habere, isti potuerūt habere, an-
 tequam nosse. Beatissimi autem sunt in qui-
 bus hoc est deū habere quod nosse. Ipsa quip-
 pe notitia plenissima, uerissima, ac felicissima
 est. Neque hoc in paruulis mirum debet uide-
 ri, cum apostolus quibusdam maioribus etiā
 dicat. Nescitis quia templum dei estis, & spiri-
 tus dei habitat in uobis? De qualibus paulo an-
 te dixerat. Animalis autem homo non perci-
 pit quæ sunt spiritus Dei. Quos enim paru-
 los uocat non carnis ætate, sed mentis. Non ita-
 que percipiebant cognitionem spiritus san-
 cti qui habitabat in eis, & habitante in se spiri-
 tu sancto, adhuc animales, nondum spirituales
 erant: quia nondum poterant habitorem su-
 um spiritum cognitione percipere. Habitare
 autem ideo & in talibus dicitur, quia in eis oc-
 culte agit ut sint templum eius, id est in profici-
 entibus, & proficiendo perseverantibus per-
 ficat. Spe enim salui facti sumus, sicut Apo-
 stolus dicit. Cum alio loco dicat. Saluos nos fe-
 cit per lauacrum regenerationis. Cum ergo
 hic dicat saluos nos fecit, tanquam salus ipsa
 iam data sit, quemadmodum accipiendum sit,
 illie exponit ubi ait. Spe enim salui facti su-
 mus. Agit ergo in quibus adhuc mortalibus ha-
 bitat, ipsam adificationem habitaculi sui: quā
 non in ista, sed in alia post hanc uitam perfici-
 et, quando absorbebit mors in uictoria, dice-
 turq; illi. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est
 mors aculeus tuus? Cum itaq; proficientes in
 quibus mortalibus habitat, dū de die in diem
 renouantur, magis magisque iustificet, exaudi-
 at orantes, mundet confitentes, ut exhibeat
 sibi templum immaculatum in æternum: meri-
 to dicitur non habitare in eis, qui cognosce-
 res deum, non sicut deum glorificauerunt, aut
 gratias egerunt. Colendo enim & seruido
 creaturæ potius quam creatori, non unius ue-
 ri dei templum se esse uoluerunt. Atq; ita dum
 uolunt eum habere cum multis, facilius esse ce-
 runt ut eum non haberent, quam ut dijs mul-
 tis fallis ue miserent. Et merito dicitur habita-
 re in eis quos secundum propositum uocatos
 iustificandos, glorificandosq; suscipit, etiam
 antequam in corpoream (quæ ubiq; tota est)
 ualeant eius nosse naturam, quantum noscī
 ex parte & per speculum & in ænigmate ab
 homine in hac uita (cum plurimum profice-
 rit) potest. Hos tales etiā si antequā perueniāt
 ad spiritalem mentis ætatem ubi non lacte alā-
 tur sed solido cibo, dies uite huius extremus in-
 uenit.

In cod. lib.

Rom. 4.

1. Cor. 2.

1. Cor. 15.

uenerit, perficiet in eis habitator illorum quic
 quid hic intelligentiæ minus habuerunt, quo-
 niā ab unitate corporis Christi, qui nobis uita
 factus est, & a templi dei societate nō recesserunt.
 Vnde ut non recedant, regulam fidei, pu-
 sillis magnisq; communem, in ecclesia perse-
 ueranter tenent, & in quo peruenerunt in eo
 ambulant: & donec eis deus reuelet, si quid a-
 liter sapiunt, cogitationes suas carnales non
 dogmatizant, quia nō obdurāt cōtentiosis de-
 fensionibus immanēdo, sed quodammodo am-
 bulādo (id est proficiēdo) desudant, intelligen-
 tiæ perspicuitatē impetrātes per fidei pietatē.

*Si quis autem templum Dei uiolauerit, disperdet illum do-
 minus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos.*

Ex ser. de de- cem chor.

Apostolus audite. Nescitis quia templum
 dei estis, & spiritus dei habitat in uobis?
 Hoc dicit Christianis, hoc dicit fidelibus.
 Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei
 habitat in uobis? Si quis templum dei corrup-
 perit, corrumpet illum deus. Videte quomo-
 do minatur. Non uis corumpi domum tuam,
 quare corrumpis domū dei? Omnia ergo pec-
 cata hominū ad corruptelā pertinet flagitio-
 rū, aut ad facinora nocendi, quia deo nocere
 nō potes: in facinorib; in flagitijs eā offendis,
 in corruptelis eum offendis, in te illi iniuriam
 facis, facis enim iniuriam gratiæ ipsius, dono
 ipsius. Iam nostri precium tuum, iam nostri quo
 accedis, quid manduces, quid bibas, immo
 quem manduces, quem bibas. Nemo dicat in
 corde suo. Peccata carnis non curat deus. Ne-
 scitis, inquit, quia templum dei estis, & spiri-
 tus dei habitat in uobis? Quisquis templum
 Dei corrupperit, corrumpet illum deus. Nemo
 se fallat. Sed forsitan dicet aliquis, Templum
 dei animus meus est non corpus meum. Dicit
 etiam testimonium. Omnis caro scenum, &
 omnis claritas eius quasi flos sceni. Inflexit in-
 terpretatio, puniēda cogitatio. Fœnum dicta
 est caro, quia moritur. Sed quod ad tempus
 moritur non resurgat cum crimine. Vis nullē
 apertam etiam inde sententiam? Nescitis, in-
 quit idem apostolus, quia corpora uestra tem-
 plum sunt spiritus sancti quem habetis a deo:
 lam non contemnatis corporalia peccata: ec-
 ce quia & corpora uestra templum in uobis
 sunt spiritus sancti quem habetis a deo. Con-
 temnebas corporale peccatum, contemnis q;
 peccas in templum ipsum. Corpus tuum tem-
 plum est spiritus sancti. Quid facias de tem-
 plo Dei iam uide. Si eligeres in ecclesia dei fa-
 cere adulteriā intra istos parietes quid te ef-
 fet sceleratius? Modo autem tu ipse es tem-
 plum dei, templum intras, templum exis, tem-
 plum in domo tua manes, templum surgis. Vi-
 de quid agas, uide ne offendas templi habita-
 torem, ne deferat te, & in ruinam uertaris. Ne
 scitis, inquit, quia corpora uestra (& hoc de
 fornicatione loquebatur apostolus, ne contē-
 nerent corporalia peccata) templum in uobis
 sunt spiritus sancti quem habetis a deo, & non
 estis uestri, empti enim estis precio magno. Si

Ex ser. de uer. domini in monte, 10.

1. Pet. 1.

contemnis corpus tuum, considera precium
 tuum. Scio ego, & mecū omnis homo qui pau-
 lo attentius considerauerit, neminem deum ti-
 mentem sub uerbis eius nō se corrigere, nisi q;
 putat quia plus habet uiuere. Ipsa res est quæ
 multos occidit cum dicunt, cras, cras: & subito
 ostium clauditur, et remanet foris cum uoce
 coruina, quia non habuit gemitum columbi-
 num. Apostolus dicit. Templum enim dei san-
 ctum est, quod estis uos. Quisquis templum ei-
 nim dei uiolauerit, disperdet illum deus. Tem-
 plum enim dei uiolat qui uiolat unitatē. Non
 enim tenet caput (ex quo totum corpus con-
 nexum & compactum per omnē textū submi-
 nistrationis secundum operationē in mensu-
 ram uniuscuiusq; partis incrementū corporis
 facit) in adificationē sui in charitate. In hoc tē-
 plo sancto suo dominus est, quod cōstat mul-
 tis membris sua quibusq; officia gerētibus, in
 unam adificationem charitatis constructis.
 Quod uiolat quisquis causa principatus sui à
 catholica societate disiungitur. Duo sunt præ-
 cepta & duo genera peccatorum. Aut enim
 in Deum peccat homo, aut in hominem. Pec-
 catur autem in deum etiam corruppendo tē-
 plum eius. In te etenim habitat deus, redemit
 te sanguine filij sui, quāquam & antequam re-
 dimereris cuius seruus eras nisi eius qui condi-
 dit omnia? Peculiariter quodammodo te ha-
 bere uoluit redemptū sanguine filij sui. Et non
 estis uestri, inquit apostolus. Empti enim estis
 precio magno. Glorificate & portate Deum
 in corpore uestro. Ergo ille à quo redemptus
 es fecit te domum suā. Nunquid tu uis euer-
 ti domum tuam? Sic profecto nec Deus suā, hoc
 est te ipsum. Si tibi nō parcis propterea ipsum,
 parce tibi propter Deum, qui te fecit templū
 suum. Templum enim dei sanctum est, inquit,
 quod estis uos: & qui templū dei corrupperit,
 corrumpet illū deus. Quæ peccata homines
 quando faciūt, putāt se non peccare, quia nul-
 li homini nocēt. Sed quomodo est innocens
 qui non parcit sibi? Ille enim innocens
 est qui nulli nocet, quia dilectionis proximi re-
 gula ab ipso est. Hoc enim dicit deus. Diliges
 proximum tuum tanquam te ipsum. Quomo-
 do ergo in te salua est dilectio pximi tui, quā-
 do dilectio tui per intemperantiā uulneratur?
 Verum templum dei agnoscimus. Templum
 enim dei sanctum est, inquit, quod estis uos. Si
 ergo nos sumus templum Dei, ara dei anima
 nostra est. Sacrificium dei quid est? Forte hoc
 facimus modo. Imponimus in aram sacrificiū
 quādo deum laudamus. docet enim Psalmus
 dicens. Sacrificium laudis glorificabit me, &
 ibi uita est ubi ostendam illi salutare dei. At ue-
 ro sacerdotem si requiras, super cælos est, in-
 terpellat pro te qui in te mortuus est pro te.

Ex tractatu Psalm. 10.

Ex ser. de con- uersione cap.

Matth. 22.

Ex tractatu Psalm. 74.

*Nemo se seducat. Si quis uidetur inter uos sapiens esse in
 hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Sapiencia enim huius mun-
 di stultitia est apud deum. Scriptum est enim. Comprehendam
 sapientes in astutias eorum, & iterum. Dominus nouit cogita-
 tiones sapientium quoniam uane sunt.*

Tu

Ex tractatu
Psalm. 93.

TV necis cogitationes Dei quoniam iuste sunt. Ille scit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt. Et homines cognouerunt cogitationes dei. Sed quibus iam amicus factus est prodit consilium suum. Et uos fratres mei nolite uos contemnere: si cum fide acceditis ad dominum, auditis cogitationes dei, eas modo discitis, hoc uobis dicitur, & ad hoc instrui mini. Relinquit ergo cogitationes hominum quae uanae sunt, ut comprehendatis cogitationes dei quae sapientes sunt.

Ex li. de ciuit.
dei. 18.

Psalm. 93.

Qui hic beati esse, & a seipso beati fieri mira uanitate uoluerunt, irriserunt hos ueritas prophetam dicentem. Dominus nouit cogitationes hominum quoniam uanae sunt. Vel sicut hoc testimonium posuit apostolus Paulus. Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam uanae sunt. Pereant argumenta philosophorum. Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Et dominus nouit cogitationes hominum quoniam uanae sunt. Dicitur aliquando in scripturis sapientia pro astutia, abulione uerbi non proprietate rei. Vnde etiam dicitur. Vbi sapiens ubi scribar ubi conuulsor huius mundi? Nolite gloriari, & nolite loqui exalta, neque exeat magniloquium de ore uestro, quoniam deus scientiarum Dominus. Ipse uos scit, & ubi nemo scit: quoniam qui putat se aliquid esse, cum nihil sit, seipsum seducit. Haec dicuntur aduersariis ciuitatis Dei ad

Ex tractatu
euang. sec.
Io. m. 60.

Ex lib. de pastoribus.

1. Cor. 11.

Ex li. de ciuit.
dei. 17.

Babyloniam pertinentibus, de sua uirtute presumuntibus, in se non in domino gloriantibus. Deus scientiarum est, atque ideo & arbiter conscientiarum, ubi uidet cogitationes hominum quoniam uanae sunt, si hominum sunt, & ab illo non sunt. Nemo itaque gloriatur in hominibus, omnia enim uestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive uita, sive mors, sive praesentia, sive futura. Omnia enim uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem dei.

Ex li. quest. 83

1. Cor. 11.

Ex ad Eph. 5.

Si a capite numerentur, inueniuntur unum duo tres quatuor. Item caput mulieris uir, caput uiri Christus, caput autem Christi Deus. Si eodem modo numerentur, inueniuntur similiter unum & duo & tres & quatuor. Porro unum & duo & tres & quatuor simul ducti fiunt decem. Quapropter disciplinae quae insinuat conditorem deum, & conditam creaturam, recte significat denarius numerus. Et cum corpus perfectum atque inextimabile subditur animae perfecte atque inextimabili, rursusque ipsa subditur Christo, & Christus deo, non tanquam dissimilis aut alterius naturae, sed tanquam patri filius, hoc totum eodem numero denario recte significatur, quod post resurrectionem corporis speratur futurum in aeternum. Et fortassis propterea qui conduntur ad uincam, denarium accipiunt mercedis nomine.

Ex ser. de serm
bolo

Cum dictum est, Quoniam deus spiritus est, animaduertendum est non deum quoniam spiritus Deus est, sed quoniam deus spiritus est, ut ipsa dicitur patris & filii hoc loco dicitur Deus quod est spiritus sanctus. Hinc accedit aliud testimonium quod dicit Ioannes apostolus. Quoniam deus dilectio est, ut ipsa dicitur dilectio intelligatur. Et quod in illa enumeratione connexarum sibi rerum (ubi dicitur. Omnia uestra sunt, uos autem Christi. Christus autem Dei & caput mulieris uir, caput uiri Christus, caput autem Christi Deus) nulla sit commemoratio spiritus sancti, quia non ferre in ipsis quae sibi connexa sunt, numerari solet ipsa connexio.

1. Ioan. 4.

CAP. III.

Sic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur.

Ex epi. ad
Audacem

Dispensator plane salutis aeternae cum ceteris innumerabilibus conferuis meis sum: quod si uolens facio, mercedem habeo. Si autem inuitus, tantum mihi dispensatio credita est. Neque enim esse salutis illius dispensatorem per uerbum & sacramentum, iam hoc est etiam esse participem. Nam si per bonos non dispensaretur, non recte apostolus diceret. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Rursus si per malos dispensaretur, non de quibusdam dominus diceret. Quae dicuntur facite, quae autem faciunt facere nolite, dicunt enim & non faciunt. Multi ergo dispensatores sunt, per quorum ministerium peruenit ad aeternam salutem. Sed queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur: & inter ipsos fideles, in quorum me numero ille qui non fallitur computet, alius est sic, alius autem sic, sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei.

Matth. 23.

Mihi autem pro minimo est ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque me ipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me dominus est.

Ex li. quest.
83.

Nusquisque enim pro se rationem reddet, nec alieno testimonio quisquam adiuuatur apud Deum cui secreta cordis apparent. Et uix sibi quisque sufficit ut ei testimonium perhibeat conscientia sua. Quis enim gloriatur mundum se habere cor? Inde est quod apostolus dicit. Mihi minimum est ut a uobis iudicer aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. Quapropter cum de se quisque aut non omnino aut uix possit ueram proferre sententiam, quomodo potest de alio iudicare? Cum sciat nemo quid agatur in homine, nisi spiritus hominis. Mihi autem minimum est ut a uobis iudicer aut ab humano die (ait apostolus) sed neque me ipsum iudico. Melius enim me ego noui quam illi, sed melius deus quam ego.

1. Cor. 2.
Ex tractatu
Psalm. 36.

Ex tractatu
Psalm. 41.

Sancti praedicatores uerbi dei & ipsi abyssus, ut noueritis quia abyssus & ipse apostolus. Ait enim. Minimum est ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Quanta autem abyssus sit, audite amplius. Neque enim me ipsum iudico. Tantam autem profunditatem credit esse in homine quae lateat ipsam hominem in quo est, quanta profunditas latebat infirmitatis in Petro, quando quid in se intus ageret nesciebat, & se cum domino uel pro domino

Ex tractatu
Psalm. 117.

mino moriturum temere promittebat, Quanta abyssus erat, quae tamen abyssus nuda erat oculis dei. Nam hoc illi Christus praenunciabat, quod in se ipse ignorabat.

Ex ser. de uer.
euang. 50.

Mihi minimum est ut a uobis iudicer. Quando enim potestis diiudicare conscientiam meam? Quando examinare quo animo facio quicquid facio? Quantum possunt homines de alio iudicare? Plus homo utique ipse de se, sed Deus plus de homine quam homo de se.

Si uult ipse qui nos uocauit pastores sumus, non mercenarii. Sed quid ait Apostolus? Mihi minimum est ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque me ipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me dominus est. Non ideo bona est conscientia mea, quia uos eam laudatis. Quid enim laudatis quod non uidetis? Ille laudet qui uidet. Ille etiam corrigat si quid ibi uidet quod eius oculos offendit. Quia & nos non dicimus perfecte nos sanos, sed tunc dicitur peccatum nostrum & dicimus deo. Propitius esto ne peccem tibi. Tamen puto (coram illo enim loquor) nihil aliud a uobis quarentes nisi salutem uestram.

Ex tractatu
euang. sec. 107.

Itaque nolite ante tempus iudicare quoad usque ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo. Haec autem fratres transfigurauit in me & Apollo propter uos, ut in uobis discatis ne supra quam scriptum est unus aduersus alterum instetur pro alio.

Plerumque in his nostra credulitas fallitur, quia non nunquam & historia & multo magis fama mentitur. Pertinet autem ad nos (ne perniciosa opinione fallamur) ut quae non possumus hominum indagare conscientiam, de ipsis rebus habeamus ueram certamque scientiam. Hoc est, ut si ille uel ille homo utrum sit impudicus pudicusue nescimus, oderimus tamen impudicitiam, & pudicitiam diligamus. Et si illum uel illum iniustum esse iustumue nescimus, amemus tamen iustitiam & iniustitiam detestemur non quas nobis ipsis errando constringimus, sed quas fideliter (hanc scilicet appetendam, illamque uitandam) in Dei ueritate conspiciamus: ut cum de ipsis rebus quod appetendum est appetimus, quod deuitandum deuitamus: ignoscatur nobis quod de occultis hominum aliquando immo assidue non uera sentimur. Hoc enim ad humanam tentationem pertinere arbitror, sine qua duci non potest uita ista. Ita ut Apostolus diceret. Tentatio uos non apprehendat nisi humana. Quid enim tam humanum, quam non posse inspicere cor humanum, & ideo non eius latebras perscrutari, sed plerumque aliud quam id quod ibi agit suspicari? Quamquam & in his rerum tenebris humanarum, hoc est cogitationum alienarum, et si suspensiones intelligere non possumus quia homines sumus, iudicia tamen, id est definitas, firmasque sententias, continere debemus, nec ante tempus quicquam iudicare, donec ueniat Dominus & illuminet abscondita tenebra

1. Cor. 10.

rum, & manifestet cogitationes cordis. Et tunc laus erit unicuique a Deo. Quando ergo non erratur in rebus ut recta sit improbatio uitiorum uirtutumque probatio, profectio si erratur in hominibus uenialis est humana tentatio.

Ex tractatu
Psalm. 100.

Nondum reuelatum est iudicium. Nox est, apparebit dies, apparebit iudicium. Audi Apostolum. Itaque nolite ante tempus iudicare quicquam. Quid est ante tempus? Ante diem. Audi quia ante diem dixit. Donec ueniat dominus & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis: & tunc laus erit unicuique a Deo. Nam modo quam diu non uidet cor meum, & non uideo cor tuum, nox est. Non enim scimus mortales corda mortalium. Tunc autem illuminabit Dominus abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & laus erit tunc unicuique a Deo. Quia id laudabitur & diligetur a proximo in proximo, quod ne lateat, ab ipso illuminabitur Deo.

Ex lib. enchir.

Notitia nostri certior intus est, ubi nemo scit quae sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Sed cum uenerit Dominus, & illuminauerit abscondita tenebrarum, & manifestauerit cogitationes cordis, tunc nihil latebit proximum in proximo. Nec erit quod suis quisque aperiat, abscondat alienis, ubi nullus erit alienus. Lux uero ipsa, qua illuminabuntur haec omnia quae modo absconduntur, qualis aut quanta sit quis lingua proferat? quis saltem infirma mente contingat? Profectio lux illa ipse est deus, quoniam deus lux est, & tenebrae in eo non sunt ullae, sed lux mentium purgatarum, non istorum corporis oculorum. Erat ergo tunc mens idonea quae illam lucem uideat, quod nunc nondum est. Hoc autem oculus corporis neque nunc potest, neque tunc poterit.

Ex li. ad italicam.

Ita deus nobis erit notus atque conspicuus ut uideatur spiritui a nobis singulis in singulis uobis, uideatur ab altero in altero, uideatur in se ipso, uideatur in caelo nouo & terra noua, atque in omni quae tunc fuerit creatura, uideatur & per corpora in omni corpore quocumque fuerint spiritualis corporis oculi acie perueniente directi. Patebunt etiam cogitationes nostrae in uicem nobis. Tunc enim implebitur quod ait Apostolus. Nolite ante tempus quicquam iudicare, & mox addidit. Donec ueniat dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis. Et tunc laus erit unicuique a deo. Quanta erit illa felicitas ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, uocabitur dei laudibus qui erit omnia in omnibus: Nam quid aliud agatur, ubi neque ulla deficiat cessabitur, neque ulla indigentia laborabitur, nescio. Admoneor etiam sancto cantico, ubi lego uel audio. Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te.

Ex li. de ciuit.
dei

Psalm. 83.

Quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et uti nam regnetis ut et nos uobiscum regnemus. Puto enim quod de-

us nos Apostolos nouissimos ostendit tãquam morti destinatos. **P**rohibet apostolus dicẽs. Nemo gloriatur in homine. Et alio loco. Qui gloriatur, inquit, in domino gloriatur. Illi uero heretici se ipsos à seipsis iustos fieri putantes, quasi hoc eis deus non dederit, sed ipsi sibi, non utiq; in domino, sed in semetipsis gloriantur. Talibus dicit apostolus. Quis enim te discernit? Quod ideo dicit, quia de massa illius perditionis que facta est ex Adam, non discernit hominem, ut eum faciat uas in honorem, aut in contumeliam, nisi deus. Sed quoniam homo carnalis & inaniter inflatus cum audisset, quis enim te discernit? posset respondere uel uoce uel cogitatione & dicere, discernit me fides mea, discernit me oratio mea, discernit me iustitia mea: mox apostolus occurrit cogitationibus eius & dixit. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Sic enim gloriantur quasi non acceperint, qui se à seipsis iustificari putant, ac per hoc in seipsis non in domino gloriantur.

Ex lib. decor. & grat.

Euntibus omnibus ex uno in condemnationem, discernuntur non meritis suis sed per gratiam mediatoris: hoc est in sanguine secundi Adam iustificati gratis. Itaq; cum audimus: Quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti? si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? ab illa perditionis massa que facta est per primum Adam, debemus intelligere neminem posse discerni, nisi quod hoc donum habet quisquis habet quod gratia saluatoris accepit. Hoc autem apostolicum testimonium tam magnum est, ut beatus Cyprianus ad Cyrinum scribens, ipsum subiiceret illi titulo in quo ait, in nullo esse gloriandũ quanto nostrum nihil sit. Propterea dixi uobis, inquit, quia nemo potest uenire ad me nisi fuerit ei datum à patre meo. Ergo & credere datur nobis. Non enim nihil est credere. Si autem aliquid magnum est, gaude quia credidisti, sed noli extolli. Quid enim habes quod non accepisti? Misericordia eius proueniet me. Cogitate quod dictum est, proueniet me. Si aliquid tuum primum attulisti, & ex tuo aliquo bono primo misericordiam dei meruisti, non te prouenit. Quando autem non intelliges quia prouentus es, nisi intelligas quod ait Apostolus: Quid enim habes quod non accepisti? hoc est, misericordia eius proueniet me. Deniq; attendens omnia bona quacũq; habere possumus, siue in natura, siue in instituto, siue in ipsa conuersatione, in fide, in spe, in charitate, in bonis moribus, in iustitia, in timore Dei, totum non essentia ex illius donis ita clauit. Deus meus misericordia mea. Non inuenit impletus bonis dei, quid appellaret Deum suum nisi misericordiam suam. O nomen sub quo nemini desperandum est. Deus meus, inquit, misericordia mea? Quid est misericordia mea? Si dicas, salus mea, intelligo quia dat salutem. Si dicas, refugium meum, intelligo quia confugis ad eum. Si dicas, fortitudo mea, intelligo quia dat

Ex tractatu euãg. sec. 10ã. 27

Ex tractatu Psalm. 58.

tibi fortitudinem. Misericordia mea quid est? Totum quicquid sum, de misericordia tua est. Sed promerui te inuocando te. Ut essem, quid feci? ut essem qui te inuocarem, quid egi? Si enim egi aliquid ut essem, iam eram antequam essem. Porro si omnino nihil eram antequam essem, nihil te promerui ut essem. Fecisti ut essem, & tu non fecisti ut bonus essem? Dedisti mihi ut sim, & non potuit mihi alius dare ut bonus sim. Si tu dedisti mihi ut sim, & alius mihi dedit ut bonus sim, melior ille qui mihi dedit ut bonus sim, quã ille qui dedit mihi ut sim. Porro quia nemo te in misericordia largior, à quo accepi ut essem accepi ab illo ut bonus essem. Deus meus misericordia mea. Arguens enim superbiam Apostolus, non ait, non habes: sed ait. Quid enim habes quod non accepisti? Non arguebaris quia dicebas te habere quod non habebas, sed quia ex te tibi uolebas esse quod habebas. Immo & habere te agnosce, & ex te nihil habere, ut nec superbis nec ingratis. Quia spectaculum facti sumus mundo & angelis & hominibus. Nos stulti propter Christum, uos autem prudentes in Christo. Nos infirmi, uos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Usq; in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimus, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimur. Persecutionem patimur & sustinemus, Blasphemamur, & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi, facti omnium perisema usque adhuc.]

Ex tractatu Psalm. 85.

Ex tractatu Psalm. 38.

Opprobrium, inquit, insipienti dedisti me. Inter eos me uisere uoluisti, inter eos predicare ueritatẽ, qui amant uanitatẽ, & nõ possum nisi irrideri ab eis: quia spectaculum facti sumus huic mudo & Angelis & hominibus. Angelis laudatib; hominibus opprobriantibus: imò & angelis & hominibus laudatibus & uituperantibus. A dextris & à sinistris habemus arma quibus militamus p̄ gloriã & ignobilitatẽ, per infamiam & bonam famã, ut seductores & ueraces. Hæc apud angelos, hæc apud homines: quia & apud angelos sunt sancti angeli, quibus bene uiuendo placeamus, & sunt prauaricatorum res angeli, quibus bene uiuendo displiceamus. Et inter homines sunt sancti uiri quibus placeat uita nostra: & sunt nequissimi homines, qui irrideant uitam bonam nostram. Et hæc arma sunt illa dextra, illa sinistra, utraque tamẽ uitor, & laudantibus & uituperantibus, & honorem deferentibus & ignominiam irrogantibus. In ijs utrisq; armis confugo cum diabolo, utrisq; eum ferio: Prosperis si non corrumpor: aduersis si non frangor.

Non ut confundam uos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangeliũ ego uos genui. Rogo ergo uos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timotheum qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui uos commonefaciat uias meas que sunt in Christo Iesu, sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tanquam non uenturus sum ad uos, sic inflati sunt quidam. Veniam autẽ ad uos cito si Dominus uoluerit, et cognoscam

sciam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum dei, sed in ueritate.] **Q**uod psalmista dicit. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti in cãpo Taphneos, accommodatius accipimus patres, Moysen & Aaron, aliosq; seniores, qui commemorantur in eadem scriptura, etiam spiritum accepisse unde acceperat et Moyses, ut eum adiuuarent ad eundem populum regẽdum ac ferendum. Cur enim non appellarentur patres? Non sicut deus pater unus est qui regenerat spiritu sancto quos facit filios ad æternam hereditatem, sed honoris gratia propter ætatem, curamq; pietatis. sicut Paulus senior dicit, Non ut confundam uos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Cum sciret utiq; à domino dictũ. Ne uobis dicatis patrem in terra, unus enim est pater uester deus. Quod non ideo dictum est ut hoc uocabulum honoris humani de loquendi cõsuetudine tolleretur, sed ne gratia dei (qua in æternam uitã regeneramur) natura uel potestati uel etiam sanctitati cuiusquã hominis tribueretur. Ideo cum diceret, Ego uos genui, prædixit in Christo, & per Euangeliũ, ne ipsius putaretur esse quod dei est.

Ex tractatu Psalm. 77.

Ex tractatu Psalm. 88.

Ex lib. con. Faustum cap. 22.

Exod. 32.

Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?] **V**ilitabo in uirga iniquitates eorum. Sic & Apostolus comminatur. Quid uultis? In uirga ueniam ad uos: Absit ut dicerent pij filij. Si cum uirga uenturus es, noli uenire. Melius est enim erudiri in uirga patris, quam in blandimento perire prædonis.

CAP. QVINTVM. **O**mnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicauit ut præsens eũ qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.]

Quid crudele Moyses aut madauit, aut fecit, cum commissum sibi populum sancte zelans, & uniuero deo subditum cupiens, potestatem cognouit ad fabricandum & colendum idolum destruxisse, mentemque impudicam prostituisse demonibus, in paucos eorum uindicaret gladio, quos deus ipse quem offenderat alto & secreto iudicio feriendo uoluerat inferri, & in presenti salubriter terruit, & disciplinã in posterũ sanxit? Nã eũ nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse quod fecit, quis non in uerbis eius agnoscat orantis pro peccatis eorum & dicentis? Si dimittis illis peccatum, dimitte. Sin autem, dele me de libro tuo. Comparans ergo uniuersisq; pie prudens illam eadem & hanc precem, uidet profecto apertissime, uidet inquam quantum malum sit animã, per simulacra demonum fornicari, quando sic sauit qui sic amat. Sic plane &

apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit hominem Satanæ in interitum carnis ut spiritus saluus sit in die domini Iesu, tradidit & alios ut discerent non blasphemare. Magni & sancti uiri qui iam optime scirent mortem istã quã animam dissoluit à corpore, non esse formidandam, secundum eorum tamen animam qui illam timent, nonnulla peccata morte punierunt, quo & uiuentibus metus incuteretur, & illis qui morte puniebantur non ipsa mors noceret, sed peccatũ, quod augeri posset si uiuerent. Non temere illi iudicabant, qui bus tale iudiciũ donauerat deus. Inde est quod Helias multos morte afficit, & propria manu, & igne diuinitus impetrato. Quod & alij multi magni & diuini uiri, eodem spiritu consulendo rebus humanis non temere fecerunt. De quo Helia cum exemplum dedissent discipuli domino, commemorantes quid ab eo factum sit, ut etiam ipsis daret potestatem petendi de celo ignem ad consumendum eos qui sibi hospitium non præberent, reprehendit in eis dominus non exemplum prophetæ sancti, sed ignorantiam uindicandã, quã adhuc erat in rudibus: animaduertens eos nõ amare correctionem, sed odio desiderare uindictã. Itaque postquam eos docuit quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiam spiritu sancto, quem decem diebus cõpletis post ascensionem suam, desuper ut promiserat misit, non desuerunt tamen tales uindictã, quam uis multo rarius quam in ueteri testamento. Ibi enim ex maiori parte seruientes timore premebantur: hic autem maxime dilectione liberi nutriebantur. Nam & uerbis apostoli Petri: Ananias & uxor eius (sicut in Actibus apostolorum legimus) exanimis ceciderunt: nec resuscitati sunt sed sepulti.

Ex li. de ser. domini in monte

Actuum. 5.

Et si huic libro heretici, qui aduersantur ueteri testamento, nolunt credere, Paulum apostolum, quem nobiscum legunt, intueantur dicentem de quodam peccatore. Quem tradidit Satanæ in interitum carnis, ut anima salua sit. Et si nolunt hic mortem intelligere (fortassis enim incertum est) quamlibet uindictã per fatanam factam ab Apostolo fateantur. Quod non eum odio sed amore fecisse, manifestat illud adiectum. Ut anima salua sit.

Non est bona gloriatio uestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?]

Quid sibi uult tantus furor separationis istorum ab unitate corporis Christi: quã (sicut prophetatũ legitur) in plerisq; iam cernitur toto orbe terrarum, atque in omnibus gentibus dilatatur? Hic certe, sicut scriptum est, filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluat. hoc est non excusat, non diluit, non defendit, quod furore schismatico, in hæreticam pestem de domo dei exire non timuit. Quia si uere iustus esset, sicut Paulus Apostolus cum fratribus fallis (de quibus in suis epistolis ingemit) ita in ecclesia Christi cum eis quos iniustos uel nouerat uel putabat,

Ex lib. de uni. co bap.

tabat, sine ulla sui contaminatione peristeret, nec bonos propter malos desereret, sed malos propter bonos potius toleraret, tanquam granum cum palea pondere charitatis trituram ferens, non tanquam leuissimum puluis etiam ante uentilationem flatibus cedens. Eo quippe modo etiam cum iniquis, quos necesse est usque ad litus retia ista contineant, in unitate catholica perseverans, non tamen cum fure concurreret, non peccatis communicaret alienis, non cuiusquam immunditiae contaminatione macularetur, nec pollueretur tan- gendo pollutum, nec cuiusquam fermēto cor- rumperetur. Hæc enim fiunt consensione pec- catorum, qua per foeminam serpens homi- nem primum, etiam in paradisi felicitate de- cepit: non communionem sacramentorum, in qua discipulos Iudas mundos, immundus contaminare non potuit. A malis autem cum quibus sacramenta Dei communicant etiam nunc in area nondum in horreo, iam tamen boni dii cedunt. & separantur morum dissimi- litudine non corporum segregatione, aliter scilicet uiuendo, non ad alia conuenticula ue- niendo. Sic nec cum malis unum fiunt, nec ab ecclesie unitate discedunt.

Expurgate uetus fermentum ut sitis noua conspersio sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus.

Ex tractatu euā. sec. 10. 55.

Pascha fratres non sicut quidam existimant Græcum nomen est, sed Hebraicum. Op- portunissime tamen occurrit in hoc nomine quedam congruentia utrarumque lingua- rum. Quia enim passio Græce pasche dicitur, ideo pascha passio putata est, uelut hoc no- men à pasche (hoc est passione) sic appella- tum sit. In sua ergo lingua, hoc est in Hebræa, pascha transitus dicitur, propterea quia tunc primum pascha celebrauit populus Dei, quan- do ex Aegypto fugientes, rubrum mare tran- sierunt. Nunc ergo figura illa prophetica in ueritate completa est, cum sicut ovis ad im- molandum ducitur Christus. Cuius sanguine illitis postibus nostris (id est cuius signo cru- cis signatis frontibus nostris) à perditione hu- ius seculi tanquam à captiuitate uel interem- ptione Aegyptia liberamur, & agimus salu- berrimum transitum, cum à diabolo transi- mus ad Christum, & ab isto instabili regno ad eius fundatissimum regnum. Ideo quippe ad Deum permanentem transimus, ne cum mun- do transiente transeamus. De hac nobis colla- ta gratia Deum laudans apostolus dicit. Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transiit in regnum filij charitatis sue. Hoc itaque nomen, id est pascha, quod latine, ut dixi, tran- situs nuncupatur, uelut interpretas nobis bea- tus euangelista. Ante diem inquit festum pas- chæ sciens Iesus quia uenit eius hora ut tran- seat ex hoc mundo ad patrem. Ecce pascha. Ecce transitus. Vnde et quor. De hoc transitu mundo ad patrem. Spes membrum in capite est data, quod essent illo transiente, sine du- bio secutura. Quid ergo infideles, & ab hoc

Coloss. 1.

1o 27. 13.

capite atque ab eius corpore alieni? Nonne & ipsi transeunt, quia non permanent; Tran- seunt plane & ipsi. Sed aliud est transire de mundo: aliud transire cum mundo. Aliud ad patrem, aliud ad hostem. Nam & Aegyptij transferunt. Non enim persequendo manserunt. Non tamen transferunt per mare ad re- gnum, sed in mari ad interitum. Sciens ergo Iesus, quia uenit eius hora ut transiret ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos: utique ut & ipsi de hoc mundo ubi erant, ad suum ca- put, quod hinc transisset, eius dilectione tran- sissent. Quid est enim in finem, nisi in Christu? Finis enim legis, Christus (ait Apostolus) ad iustitiam omni credenti. Finis perficiens, non interficiens. Finis quousque eamus, non ubi pereamus. Sic omnino intelligendum est. Pas- cha nostrum immolatus est Christus. Ipse est finis noster. In illum est transitus noster. Inno- uatio est uitæ nostræ. Et est quidam transitus de morte ad uitam, qui fit primo per fidem, ut in spe gaudeamus, & in tribulatione pati- entes simus, dum adhuc exterior homo nos- ter corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Propter ipsum initiu nouæ uitæ, pro- pter nouum hominem quem iubemus indue- re, & exuere ueterem expurgantes uetus fer- mentum, ut simus noua conspersio, quoniam pascha nostrum immolatus est Christus: pro- pter hæc uitæ nouitatem, primus mensis in an- ni mensibus celebrationi huic attributus est. Nam ipse dicitur mensis nouorum. Quia uero in toto tempore seculi, nunc tertium tempus apparuit, ideo resurrectio Domini triduana est. Primum enim tempus est ante legem. Secundum sub lege. Tertium sub gratia: ubi iam manifestatio est sacramenti, prius oc- culti in prophetico anigmate. Hoc ergo & in lunari numero significatur. Quia enim septe- narius numerus solet in scripturis ad quan- dam perfectionem mysticus apparere, tertia hebdomade lunæ pascha celebratur, id est, qui- dies occurrit à quartadecima in uicesimam primam. Ita que epulemur, non in fermento ueteri, ne- que in fermento malitie & nequitiæ, sed in azymis sincerita- tis & ueritatis.]

Quid quod & pascha à nobis obijcit cele- brari, nec quod ita ut Iudei celebramus in- sultat, cum ouem magis nos habeamus in re- presentis euangelij, non in umbra futuri, eius que occisionem, tum quotidie, tum maxime in anniuersaria solennitate non ueteram præ- signemus, sed factam commemoremus? Ideo sane dies paschæ solennitatis nostræ ad diem celebrationis umbraticæ Iudæorum non oc- currit, ut & dominicum diem quo Christus re- surrexit complecteremur. Azyma uero qui re- ste fidei christiani sunt, non in fermēto ueteris uitæ (hoc est malitiæ) sed in ipsius fidei ueritate & sinceritate custodiunt, non septem die- bus, sed omni die. Quod significatum est nu- mero dierum septenario, quo quotidie omnis uoluitur

Rom. 10.

Ex lib. ad 14. mularium 2.

Ex li. co. 1. caput 32.

uoluitur dies. Quod & si aliquantum laborio- sum est in hoc seculo, quoniam angusta & ar- cta uia est quæ ducit ad uitam, merces tamen certa seruatur. Nam ipse labor significatus est illis Picridijs, quod aliquantulum subamara sunt. Si uultis ergo nosse quare celebramus pas- cha, quia tunc pro nobis immolatus est Chri- stus. Si uultis nosse quare illud non ritu iudaico celebremus, quia illud erat ueteri ueri præ- figuratio. *Scripti uobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs. Nō utiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapa- cibus, aut idolis seruentibus. Alioquin debueratis de hoc mun- do exisse. Nunc autem scripti uobis non commisceri. Si is qui frater nominatur inter uos est fornicator, aut auarus, aut ido- lis seruiens, aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax, cum huius- modi nec cibum sumere.*

Ioannes dicit, alienæ doctrine hominibus a- ue non esse dicendum. Paulus autem Apo- stolus uehementius dixit. Si quis frater nomi- natur aut auarus, aut ebriofus, &c. cum eius- modi nec cibum sumere. Et tamen cum colle- gis foeneratoribus, insidiosis, fraudatoribus, raptoribus, non priuatam mensam, sed dei al- tare habebat commune Cyprianus. Quomo- do autem hoc defendatur, iam satis dictum est.

Multi Christiani catholici uocantur, & sunt adulteri, raptores, auari, ebriofis, & quicquid aliud sanæ doctrine aduersatur. Nec ideo de- rogandum sanæ doctrine (quæ sola catholi- ca est) quia multi eius nomine censerit uolunt, & per illam sanari uolunt. Agnoscenda est e- nim paucitas illa, quam dominus precipue com- mendat in ingenti atq; in innumerabili multitu- dine toto orbe diffusa. Quæ tamen paucitas f. n. eorum atq; fidelium (quod sepe commen- dandum est) tanquam granorum, in compa- ratione multitudinis palearum paucitas dicitur: per se autem ipsa innumerabilem massam frumenti facit. Pleriq; autem boni Christia- ni propterea tacent, & sufferunt aliorum pec- cata quæ nouerunt, quia documentis sepe de- seruntur, & ea quæ ipsi sciunt, iudicij ecclesia- sticis probare non possunt. Quamuis enim ue- ra sint quædam, nō tamen iudici facile creden- da sunt, nisi certis indicij demōstrentur. Nos uero à communionem quæquam prohibere non possumus, quamuis hæc prohibitio nō sit mor- talis, sed medicinalis, nisi aut sponte cōfessum aut in aliquo siue seculari siue ecclesiastico iu- dicio nominatum atque conuictum. Quis e- nim sibi utrunq; audeat assumere, ut cuiquam ipse sit & accusator & iudex? Cuiusmodi regu- lam etiam Paulus Apost. in eadem ad Corin- thios epistola breuiter insinuasce intelligitur, cum quibusdam talibus enumeratis crimini- bus, ecclesiastici iudicij formam ad omnia si- milia ex quibusdam daret. Ait enim Scripti uobis in epistola non commisceri fornicarijs. Non utiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruentibus. Alio- quin debueratis de hoc mundo exisse. Nō em- possunt homines in hoc mūdo uiuētes nisi est talib. uiuere, nec eos lucrī possunt facere Chi

Ex lib. 7. de baptis.

Ex lib. con. Faustū ca. 20.

Ex li. de pœ- nitentiā.

sto, si eorum colloquium conuictumque uita- uerint. Vnde & Dominus cum publicanis & peccatoribus comedens, Non est opus, in- quit, sanis medicus, sed male habentibus. Nō ueni uocare iustos, sed peccatores. Et ideo se- quitur Apostolus, & adiungit. Nunc autem scripsi uobis, non commisceri. Si is qui frater nominatur inter uos, est aut fornicator, aut i- dolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum quidem sumere simul. Quid enim mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Nonne de ijs qui in- tus sunt uos iudicatis? De ijs autem qui fo- ris sunt, Deus iudicabit. Auferte à uobis ip- sis malum. Quibus uerbis satis ostendit Pau- lus, non temere & quomodolibet, sed per iu- diciū auferendos esse malos ab ecclesiæ com- munionem: ut si per iudiciū auferri non pos- sunt, tolerantur potius, ne peruerse malos cui- tando quisque ab ecclesia ipse discedens, eos quos sugere uideretur uinciat ad gehennam. Quia & ad hoc nobis sunt in scripturis exem- pia proposita, uel in messe, ut palea sufferatur usque ad ultimum uentilabrum, uel infra illa retia, ubi pisces boni cum malis usque ad se- gregationem, quæ futura est in litore, hoc est in fine seculi, æquo animo tolerantur. Non e- nim contrarium est huic loco id quod alio lo- co dicit Apostolus. Tu quis es qui iudicas alie- num seruum? Suo Domino stat, aut cadit. No- luit enim hominem ab homine iudicari ex ar- bitrio suspicionis, uel etiam extraordinario u- surpato iudicio, sed potius ex lege dei secun- dum ordinem ecclesiæ, siue ulro confessum, siue accusatum atq; conuictum. Alioquin cur illud dixit, Si quis frater nominatur aut forni- cator, aut idolis seruiens & cetera, nisi quia e- am nominationem intelligi uoluit quæ sit in- quenquam cum sententia ordine iudicari at- que integritate profertur? Nam si nominatio sufficit, multi damnandi sunt innocentes, quia sepe falso iniquoq; crimine nominantur.

Quid enim mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Nonne de ijs qui intus sunt uos iudicatis? Nam eos qui foris sunt Deus iudicabit.]

Fratres ad nos pertinet, uobis dicere: ad nos pertinet, Christianis loqui. Quid enim mihi de eis qui foris sunt iudicare: ipse Apo- stolus ait. Illos aliter alloquimur tanquam in- firmos. Blandiendum est illis ut audiant ueri- tatem, In uobis secunda putredo est.

Auferte malum ex uobis ipsis.]

Aliqui id quod dictum est, Ex uobis ipsis, ita intelligunt, ut ex seipso unusquisque aufe- rat malum, hoc est ut ipse sit bonus. Sed utroli- bet modo intelligatur, siue ut seueritate eccle- siae mali excommunicationibus corripiatur, siue ut se quisq; corripiendo et corrigendo à seipso au- ferat malū, illud tamē quod supra dictū est nō habet ambiguitatē: ubi præcipit non commi- sceri eis fratribus qui in aliquo supradicto ui- tio nominantur, id est notū, famosiq; sunt. Quo- autem animo & qua charitate misericors ista

Luca 9.

Ex lib. de uer- bis euang.

Ex lib. de fide & ope.

seueritas adhibenda sit, non solum eo loco ubi ait. Ut spiritus saluus sit in die domini Iesu, sed alibi quoque euidenter ostendit dicens.

Si quis non obaudit uerbo nostro per epistolam: hunc norate, et nolite commiseri cum eo ut erubescat. Et non ut inimicum cum existimetis, sed corripite ut fratrem.

Ex lib. retr. 2.

Quod ait Apostolus, Auferite malum ex uobis ipsis: ut ex seipso quisque auferat malum, non sic esse intelligendum, sed sic potius ut homo malus auferatur ex hominibus bonis: quod fit per ecclesiasticam disciplinam, satis graeca lingua indicat: ubi sine ambiguitate scriptum est, ut intelligatur hunc malum, non hoc malum.

CAP. VI.

Udet aliquis uestrum habens negotium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in uobis iudicatur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad uerecundiam uestram dico, sic non est inter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre, iudicio contendit, & hoc apud infideles? iam quidem omnino delictum est in uobis, quod iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus.]

Ex libr. enchiridi.

Hic posset putari iudicium habere aduersus alterum non esse peccatum, sed tantummodo id extra ecclesiam uelle iudicari, nisi secutus adiungeret. Iam quidem omnino delictum est quia iudicia habetis uobiscum. Et ne quisquam ita hoc excusaret, ut diceret iustum se habere negotium, sed iniquitatem se pati, quam uellet a se iudicium sententia remoueri: continuo talibus cogitationibus uel excusationibus occurrit, atque ait. Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Ut ad illud redeatur quod dominus ait. Si quis uoluerit tunicam tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi et palium. Et alio loco. Qui abstulerit, inquit, tua, noli repetere. Prohibuit itaque suos de secularibus rebus cum alijs habere iudicium: ex qua doctrina Apostolus dicit esse delictum. Tamē cum finit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres fratribus iudicantibus: extra ecclesiam uero terribiliter uetat: manifestum est quod secundum uentiam concedatur infirmis. An nescitis quoniam sancti de mundo iudicabunt? Et si in uobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis. Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia?

Matth. 5.

Luc. 6.

Sacramentum magnum est duodenarij numeri. Sedebitis, inquit, super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Si duodecim sella ubi sunt, non est ubi sedeat tertiusdecimus Paulus apostolus: & non erit quomodo iudicet: & ipse se iudicaturum dixit non homines tantum, sed & Angelos. Quos angelos nisi apostaras angelos? Nescitis, inquit, quia

Ex tractatu psalm. 56.

Angelos iudicabimus? Respondet ergo turba. Quid te factas iudicaturum? Vbi sedebis? Duodecim sedes dixit dominus duodecim Apostolos. Vnus cecidit, in locum ipsius sanctus Matthias ordinatus est, impletus est duodenarius numerus sedium. Primo locum inueni ubi sedeas, & sic te minare iudicaturum. Duo, decim ergo sedes quid sibi uelint uideamus. Sacramentum est cuiusdam uniuersitatis, quia per totum orbem terrarum futura erat ecclesia. Non solum ergo illi duodecim, & apostolus Paulus, sed quotquot iudicaturi sunt, propter significationem uniuersitatis ad sedes duodecim pertinent. Partes enim mundi quatuor sunt. Oriens, occidens, aquilo, & meridies. Iste quatuor partes assidue nominantur in scripturis. Ab omnibus istis quatuor uentis, sicut dicit dominus in Euangelio, a quatuor uentis se collecturum electos suos. Ab omnibus ergo istis quatuor uentis uocatur Ecclesia. Quo modo uocatur undique? In trinitate uocatur. Non uocatur nisi in baptismo, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quatuor ergo ter ducta, duodecim inueniuntur. Et post aliquanta. Quomodo ergo in quinq; fratribus illius torquebatur apud inferos, milia populi Iudeorum: quomodo in numero centum quinquaginta trium piscium, milia milium sanctorum: sic profecto in duodecim sedibus non duodecim homines, sed magnus numerus intelligitur perfectorum. Opera manuū eius ueritas & iudiciū. Teneatur ueritas ab ijs qui iudicatur hic. Iudicatur hic martyres & ad iudicium perducuntur, qui non solum eos a quibus iudicati sunt, sed etiam angelos iudicabunt, aduersus quos eis erat colluctatio etiam cum ab hominibus iudicari uiderentur, nec separaret eos a Christo tribulatio, angustia, fames, nuditas, gladius.

Matth. 19.

Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum, &c.]

Ex tractatu psalm. 110.

Dominum Iesum (in cuius nomine securus haec dico) testem inuoco super animam meam, quoniam quantum ad meum quidem attinet commodam, multo malle per singulos dies certis horis aliquid manibus operari, & ceteras horas habere ad legendum, & orandum, aut aliquid de diuinis literis agendum, liberas, quam tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati de negotijs secularibus, uel iudicando dirimendis, uel interueniendo praecidendis. Quibus nos molestissimam afflixit Apostolus, non utique suo, sed eius qui per eum loquebatur arbitrio: quas tamen ipsum perpeffum non legimus. Aliter enim se habebat Apostolatus eius discursus. Nec dixit: secularia igitur iudicia si habueritis ad nos deserte, aut nos constituite ad iudicandum: sed eos qui contemptibiles sunt in ecclesia, hos, inquit, constituite ad iudicandum.

Ex libr. de ope. monac.

Ad reuerentiam uestram ad iudicandum. Ad reuerentiam uestram dico. Sic non est inter uos quisquam sapiens qui possit inter fratrem suum iudicare, sed frater cum fratre iudicatur, &

& hoc apud infideles? Sapientes ergo qui in locis consistebant fideles & sancti, non qui hac atque illac propter Euangelium discurrebant, talium negotiorum examinatores esse uoluit. Vnde nusquam de illo scriptum est quod aliquando talibus uacauit: a quibus nos excusare non possumus etiam si contemptibiles fuissent, potius quam ut negotia Christianorum deferrentur in forum. Quem tamen laborem non sine consolatione domini suscepimus pro spe uitae aeternae, ut fructum seramus cum tolerantia. Serui enim sumus eius ecclesiae, & maxime infirmioribus membris, qualia libet in eodem corpore membra simus.

Ex tractatu psalm. 145.

Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis, & fraudatis & hoc fratribus.]

Faciens iudicium iniuriam accipientibus. Vindicat iniuriam accipientes, facit illis iudicium. Quibus? Qui accipiunt iniuriam, puniens omnes iniuriosos. Si ergo fauchit iniuriam accipientibus, et puniet iniuriosos, uide modo de quoru numero esse uis. Vide, attende utrum in eis uelis esse qui iniuriam accipiunt, an in eis qui iniuriam faciunt. Statim enim ad te procedit uox apostolica, & dicit tibi. Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis uobiscum. Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non magis iniuriam patimini? Corripit homines quia non patiuntur iniuriam. Non ut patiaris molestiam te hortatur, sed ut patiaris iniuriam. Non enim omnis molestia iniuria est. Quicquid enim iure pateris, non est iniuria. Ne forte diceret, & ego inter iniuriam passos numeror. Nam illud in illo loco, & illud in illa causa passus sum. Vide si iniuriam passus es. Latrones multa patiuntur, sed non est iniuria. Seclerati, malefici, effraectores, adulteri, corruptores, omnes patiuntur multa mala, sed nulla est iniuria. Aliud est enim pati iniuriam, aliud est pati tribulationem, aut penam, aut molestiam, aut supplicium. Considera ubi sis, quid egeris uide, quare patiaris uide, & ibi uides quid patiaris. Ius et iniuria contraria sunt. Ius enim est quod iustum est. Neque enim omne quod ius dicitur, ius est. Quid si aliquis condat ius iniquum? Nec ius dicendum est si iniustum est. Illud ergo uerum ius, quod etiam iustum est. Vide quid feceris, non quid patiaris. Si ius fecisti, iniuriam pateris. Si iniuriam fecisti, ius pateris.

An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque uiros, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores, regnum dei possidebunt.]

Ex lib. de poenitentia

Illud quale est in quo sibi blandiuntur qui sua se uanitate seducunt? Perseuerantes enim in malitijs, atque in luxurijs suis, cum audiunt apostolum dicentem, Quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt, audent sibi praeter regnum dei, salutem quam desiderant pollice

ri, atque ita inter se loquuntur dum recusant agere poenitentiam pro peccatis suis, & perditos mores aliquando in melius commutare. Regnare nolo, sufficit mihi saluum me esse. In quo primum eos fallit, quia eorum nec salus est ulla, quorum iniquitas perseuerat. Quod enim ait dominus. Quoniam abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum, qui autem perseuerauerit in fine, hic saluus erit: salutem utique promissit perseuerantibus in charitate, non in iniquitate. Vbi autem charitas est, opera illa mala a regno dei separantia, esse non possunt. Omnis enim lex in uno sermone impleta est in eo quod scriptum est. Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Deinde si est aliqua differentia inter regnantes & non regnantes, oportet tamen ut in uno regno sint omnes ne in hostium, aut in alienoru numero deputentur. Omnes enim Romani, Romanum regnum possident, quamuis non omnes in eo regnent, sed ceteris regnantibus pareant. Non autem ait Apostolus, qui talia agunt non regnabunt cum deo, sed regnum dei non possidebunt. Quod etiam de carne & sanguine dictum est. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Quia corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Vt iam non caro & sanguis, sed ex animali corpore spiritalis corporis habitum naturamque mereatur.

Matth. 24.

Galat. 5.

1. Cor. 15.

Et haec quidem fuisstis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri.]

Sanctus sum cum audio, Vocem domini agnosco, & hic separo me. Certe inseparabiliter loquitur a corpore suo, cum sic loquitur: & audebo ego dicere quoniam sanctus sum? Si sanctus tanquam sanctificans, & nullo sanctificatione indigens, superbus & mendax. Si autem sanctus sanctificatus (secundum id quod dictum est.) Sancti estote, quia & ego sanctus sum audeat & corpus Christi, audeat & unus ille homo, clamans a finibus terrae, cum capite suo & sub capite suo dicere, quoniam sanctus sum. Accepit enim gratiam sanctitatis gratiam baptismi, & remissionis peccatorum. Et haec qui de fuisstis, ait apostolus, enumerans multa peccata, & leuia & grauias, & usitata & horribilia. Et haec quidem fuisstis, sed abluti estis, sed sanctificati estis. Si ergo sanctificatos dicit, dicat & unusquisque fidelium, sanctus sum. Non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati. Si enim dixeris te ex te esse sanctum, superbus es. Rursus fidelis in Christo & membrum Christi, si te dixeris non esse sanctum, ingratus es. Et enim ex alio latere incipis iniuriam facere ipsi domino nostro Iesu Christo. Si enim Christiani omnes et fideles, baptizati in illo, ipsum induerunt (sicut dicit apostolus) Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis si membra sunt facti corporis eius et dicunt se sanctos non esse, capiti ipsi faciunt iniuriam cuius membra sancta non sunt. Iam uide ubi sis, & de

Matth. 24.

Galat. 5.

1. Cor. 15.

Ex tractatu psalm. 85.

Leui. 19.

Galat. 3.

capite tuo dignitatem cape. Etenim eras in te tenebræ, nunc autem lux in domino. Fuistis aliquando tenebræ, sed nunquid tenebræ mansistis? Ad hoc illuminator uenit ut tenebræ remaneretis, aut ut in illo lux fieretis.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigâr potestate.]

Ex lib. ad Pollentiam

DE quibusdam quæ ad escam pertinent, Omnia (inquit Apostolus) mihi licita sunt sed ego sub nullius redigâr potestate. Esca uentri, & uenter escis. Deus autem & hunc & has euacuat. Item alibi de hoc ipso. Omnia licita sunt, sed non omnia expediunt. Omnia licita sunt, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est querat, sed id quod alterius est. Atq; ut ostenderet unde loqueretur. Omne, inquit, quod in macello uenit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam & tamen alibi dicit. Non manducabo carnem in æternû, ne fratrem meum scâdalizem. Item alibi. Omnia quidem munda, sed malum est homini qui per offensionem manducat. Quod est, omnia quidem munda, hoc est, omnia licita sunt: & quod est, sed non omnia expediunt, ipsum est, sed malum est homini qui per offensionem manducat. Ita ostendit ea quæ licita sunt (id est nullo præcepto domini prohibentur) sicut expedit potius esse tractanda non præscripto legis, sed consilio charitatis. Hæc sunt quæ amplius erogantur faucio, qui curandus ad stabulum Samaritani illius miseratione perductus est. Et ideo dicuntur non à domino præcipi quamuis domino moneantur offerri, ut tanto intelligantur esse gratiora, quanto magis ostendantur indebita. Sed ea quæ in his talia sunt, ut quamuis sint licita, nõ expediât, nõ in eis dici potest, bonum est hoc, sed illud melius, sicut dictum est, Qui dat nuptam, benefacit, & qui non dat nuptam, melius facit. Ibi enim utriusque licet, & hoc aliquando, aliquando illud expedit. Nam illis qui se non continent, utique expedit nubere, et quod licet, expedit. Quæ autem uouerint continentiam, nec licet nec expedit. Porro licet discedere ab infideli cõiuge, sed non expedit. Manere autem cum illo, si cohabitare consentit, & licet & expedit. Quia si non liceret, expedit non posset. Potest ergo aliquid licere & non expedit: expedit autem quod non licet, non potest. Ac per hoc non omnia quæ licita sunt expediunt, omnia illicita non expediunt. Sicut enim omnis qui Christi sanguine redemptus est, homo est, nõ tamen omnis qui homo est, etiam Christi sanguine redemptus est: ita omne quod non licet non expedit, nec tamen omne quod non expedit, etiam non licet. Sunt quippe licita quæ non expediunt, sicut Apostolo teste discimus. Sed inter id quod illicitum est, & ideo nõ expedit, atq; id quod licitum est, nec tam expedit, quid inter sit: aliqua uniuersali regula definire difficile est. Citius enim quisq; dixerit, omne quod fieri nõ expedit, peccatum est: omne autem peccatum illicitum est. Omne

1. Cor. 10.

ergo quod non expedit, illicitum est. Et ubi erunt illa, quæ licita esse, sed non expedire apostolus dixit, si omne quod non expedit licitum non est. Quapropter quia uerum dixisse apostolum dubitare non possumus, & aliqua peccata esse licita dicere non audemus, restat ut dicamus aliquid fieri quod nõ expedit, & tamen illicitum est, non esse peccatum, quamuis quoniam non expedit, non sit utiq; faciendum. Quod si absurdum uideretur, ut aliquid fiat quod non expedit, & dicatur non peccasse qui fecerit, intelligendum est hoc ex consuetudine rationis esse absurdum. Quæ ita late patet, ut etiam iumenta quamuis rationis expertia, tamen plerumq; dicimus debere uapulare cum peccant. Peccare autem proprie non est nisi eius qui utitur rationali uoluntatis arbitrio. Quod in omnibus mortalibus animantibus non nisi homini est diuinitus attributum. Sed aliud est, cum proprie loquimur, aliud cum uerba ex alijs rebus transferendo uel abutendo mutuamur. Ut igitur si possumus enitiamur inter id quod licet, et quod non licet, atq; ideo nõ expedit, aliquo certo sine distinguere, ea mihi uidentur licere & non expedire, quæ per iustitiam quidem, quæ coram deo est, permittuntur, sed propter offensionem hominum, ne ob hoc impediatur à salute, uitanda sunt. Ea uero non licere & ideo non expedire, quæ sic ipsa iustitia uerantur, ut facienda non sint, etiam si ab eis quibus in notitiâ fuerint perlata, laudentur. Quod si ita est, ideo non nisi illicita prohibentur à domino, ut ea quæ licita sunt, & nõ expediunt: non legis uinculo, sed libera dilectionis beneficentia caueantur.

Esca uentri & uenter escis, deus autem & hunc & hanc destruet. Corpus autem non fornicationi sed domino, & dominus corpori. Deus uero & dominum suscitauit, & nos suscitabit per uirtutem suam.]

Ex lib. confessionum

Est alia malitia dici, quæ utinam sufficiat ei. Resicimus enim quotidianas ruinas corporis edendo & bibendo priusquam uentrem & escas destruas: cum occideris indigentiam famietate mirifica, & corruptibile hoc indueris in corruptione sempiterna. Cũ fuerit salus perfecta in isto corpore, corruptio nõ erit, que intelligitur nomine carnis & sanguinis. Ipsa est enim perfecta sanitas corporis. Nã modo, quomodo sanũ est quod labitur, quid indiget, quod habet quandã perpetuã ægitudine famis & sitis. Hæc tunc non erunt quia esca uentri, & uenter escis. Deus autem & hunc & has destruet. Erit forma corporis perfecta ex deo, ab sorpta morte in uictoria, nulla remanente corruptione, nulla subrepente defectione, nullis mutata etatibus, nullo labore lassata ut cibo succiatur, & aliqua esca reficiatur. Sed nõ erimus sine esca & potu. Ipse erit cibus deus noster, & potus noster: solus ille cibus reficiet nec deficiet.

Ex tractatu psalm. 50.

Nescitis quoniam corpora uestra membra Christi sunt? Tollis ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne una.]

Corpora

Ex ser. de uerb. apo.

Corpora nostra membra esse Christi, dixit, quoniam Christus caput nostrum est, eo quod homo factus est propter nos. Caput de quo dictum est Ipse, Saluator corporis. Corpus autem eius ecclesia est. Si ergo dominus noster Iesus Christus tantummodo animam humanam susciperet, membra eius non essent nisi animæ nostræ. Quia uero corpus suscepit, per quod etiam caput est nobis, qui ex anima & corpore cõstamus: profecto illius membra sunt & corpora nostra. Si ergo unusquisq; cupiens fornicari, uilescat sibi, & in seipso contemnat seipsum, saltem non in se contemnat Christum, non dicat, faciam. Nihil sum. Omnis caro scenum. Sed corpus tuum membrum est Christi. Quo ibas? Redi. Quo te tanquam præcipitare cupiebas? Parce in te Christo: agnosce in te Christum. Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? Meretrix est enim quæ tibi adulterium consentit, & forte ipsa Christiana: tollit membra Christi, & facit membra adulteri. Inuicem in uobis contemnit Christum, nec agnoscitis dominum uestrum, nec cogitatis precium uestrum. Quia enim ille dominus qui seruos suos fecit fratres suos: Sed parum erat fratres suos, nisi faceret membra sua. Ita ne tanta dignitas uiluit quia tam benigne præstita est? Honor ei tribuatur. Si nõ præstaretur, desideraretur. Quia præstita est, contemnitur. Hęc autem corpora nostra, quæ dicit Apostolus esse membra Christi, propter corpus Christi quod ex genere corporis nostri suscepit. Hæc ergo corpora nostra, inquam, dicit idem Apostolus templum esse in nobis spiritus sancti quem habemus à Deo. Propter corpus Christi corpora nostra membra sunt Christi. Propter inhabitantem spiritum Christi, corpora nostra templum spiritus sancti. Quid horum in te contemnis? Christum cuius membrum es? An spiritum sanctum cuius templum es? Nec isti ergo dicendi sunt manducare corpus Christi, quoniam nec in membris computandi sunt Christi. Ut enim alia taceã, nõ possunt simul esse & membra Christi et membra meretricis. Deniq; ipse dicit. Qui manducat carnem meã, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo. Ostendit quid sit non sacramento tenus, sed reuera corpus Christi manducare, & eius sanguinem bibere. Hoc est enim in Christo manere, ut in illo maneat & Christus. Sic enim hoc dixit tanquam diceret. Qui non in me manet, & in quo ego non maneo, non se dicat aut existimet manducare corpus meum, aut bibere sanguinem meum. Non itaq; manent in Christo, qui non sunt membra eius. Non sunt autem membra Christi, illi se faciunt membra meretricis, nisi malum illud pœnitendo, esse destiterint, & ad hoc bonũ reconciliatione redierint.

Ex lib. de trinitate 6.

Qui autem adheret domino, unus spiritus est.] Corporalia adiunctione sui crescunt. Quãuis enim qui adheret uxori suæ, unum corpus sit: maius tamen corpus fit, quam si solius

uiri esset, aut solius uxoris. In rebus tamen spiritalibus cum minor maiori adheret, sicut creatura creatori, illa fit maior quam erat, non ille. In his enim quæ non mole magna sunt, hoc est maius esse, quod est melius esse. Melior fit autem spiritus alicuius creaturæ cum adheret creatori, quam si non adhæreat. Et ideo etiam maior, quia melior. Qui ergo adheret domino, unus spiritus est. Sed tamen Dominus nõ ideo fit maior, quamuis fiat ille qui Domino adheret. Mens diligere seipsam non posset si se omnino nesciret (id est sui non meminisset) nec se intelligeret: quia in se imagine dei tam potens est, ut ei cuius imago est ualeat inhærere. Sic enim ordinata est naturarum ordine non locorum, ut supra illam nõ sit nisi ille. Denique cum illi penitus adhæserit, unus erit spiritus. Cui rei attestatur Apostolus dicens. Qui autem adheret domino, unus spiritus est. Accedente quidem isto ad participationem nature ueritatis, et beatitudinis illius, non tamen crescente illo in natura, ueritate, & beatitudine sua. In illa itaq; natura, cum ei fideliter adhæserit, immutabile uidebit omne quod uidebit. Tunc (sicut ei diuina scriptura promittit) satiabitur in bonis desiderium eius, bonis inquam immutabilibus, ipsa trinitate de suo, cuius imago est. Et ne usquam deinceps uioletur, erit in abscondito uultus eius tanta ubertate eius impleta, ut eam nunquam peccare delectet. Commemorans apostolicum testimonium quod à me positum est, ubi ait. Qui adheret domino, unus spiritus est: dic & tu. Cũ adheret patri filius, unus est Deus. Nõ enim ait Apostolus, Qui adheret domino unum sunt (sicut dictum est, Ego & pater unum sumus) sed ait, unus spiritus est. Cum unum tu non dicas, cum adheret patri filius, unus deus est: ut quid & tu adhibes hoc apostoli testimonium ubi ait, Qui adheret domino, unus spiritus est, nisi ut te etiam à te producto teste conuincam? Nunc saltem distingue duo ista quæ non potuisti cum simul essemus in nostra disputatione distinguere. Diligenter itaq; attende quod dico. Quando de rebus duabus aut pluribus dicitur unus est uel una est, & additur quid unus uel quid una, & de his quæ diuersæ, & de his quæ sunt unius substantiæ dici potest. Diuersæ sunt enim substantiæ spiritus hominis, & spiritus domini, & tamen dictum est. Qui adheret domino, unus spiritus est. Unius autem substantiæ sunt animæ hominum & corda hominum de quibus dictum est. Erat illis anima una & cor unum. Vbi autem dicitur de duobus aut pluribus unum sunt, nec additur quid unum, non diuersè intelliguntur, sed unius esse substantiæ, sicut dictum est. Qui plantat & qui rigat unum sunt. & Ego & pater unum sumus. Tu autem qui patrem & filium diuersas uis esse substantias, inuenire non potuisti ubi de diuersis substantijs dictum fuerit, unũ sunt: & q nõ uis dicere, cũ filius patri adheret unus deus est, adhibuisti & tu Apostolicũ testimonium

Ex lib. de trinitate. 14.

Psalm. 102.

Ex lib. cont. Maximi. 2.

Ioan. 10.

Actuum. 4.

1. Cor. 3.

nium quod & ego adhibueram. Sed adhibui-
sti contra teipsum, ubi ait. Qui adharet domi-
no, unus spiritus est. Si enim de his qui diuerse
sunt substantiæ recte dici potuit, unus spiritus
est, quanto magis de his qui unius substantiæ
sunt recte dicitur, unus deus est.

Ex eo lib.

Nunquid Apostolus diceret, Qui autem
adharet domino, unum sunt? Quid enim ali-
ud diceret, nisi homo sanctus & Deus unum
sunt? Sed ablit ab illa sapientia ista sententia.
Et tamen dixit. Qui autem adharet domino
unus spiritus est. Ut noueris de his dicere, u-
num sunt, quæ unius sunt eiusdemque substan-
tiæ, sicut quibusdã hominibus dictum est. Om-
nes enim uos unum estis in Christo Iesu. Et si-
cut ait ipse Christus. Ego & pater unum su-
mus. Cum autem unus dicitur, & quid unus
adiicitur, & de diuersis substantijs dici potest,
sicut dictum est. Qui adharet domino, unus
spiritus est: & de rebus unius substantiæ, sicut
dictum est. Erat eis anima & cor unum. Erat
dixit. non dixit erant, quoniam dixit & qui e-
rat, id est anima & cor. Sic etiam de patre & fi-
lio, & unum sunt dicimus, quia unius substan-
tiæ duo sunt. & unus est dicimus, sed addimus
quid unus, id est unus deus, unus dominus, u-
nus omnipotens, & si quid huiusmodi est.

Galat. 3.

Ex lib. sent.
Prosperi.

Adhærens deo, & semper dei faciens uolun-
tatem, nunquam à suo habitatore deseritur. Et
si quædam dura atque diuersa patitur, non re-
linquitur, sed probatur.

Ex li. que. I. e
uit. titu. 8.

*Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo,
extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.*
Hic nihil uidetur prætermisisse peccati, quã
do quidem ait. Omne peccatum quodcum-
que fecerit homo. Postea tamen excepit for-
nicationem, cum intulit. Qui autem fornicat-
ur, in corpus proprium peccat. Quod secun-
dum consuetudinem nostræ locutionis ita di-
ceretur. Omne peccatum quodcumque fecerit
homo, excepta fornicatione, extra corpus
est: qui autem fornicatur, in corpus propri-
um peccat. Quem modum locutionis, non est
alibi reperire, sed in scripturis sanctis. Totum
istum locum apostolus propter ipsum corpus
iam emptum precio magno, id est Christi san-
guine precioso, templumque spiritus sancti fa-
ctum à domino, ne talibus flagitijs pollueretur
sed potius inuolatum tanquam Dei habitacu-
lum seruari, agebat & defendebat. Quare
ergo subiungere uoluit hoc, unde difficilis que-
stio nasceretur, id est ut diceret, Omne pecca-
tum quodcumque fecerit homo, extra corpus est:
qui autem fornicatur, in corpus proprium pec-
cat: cum siue ipsa fornicatio, siue alia huiusmo-
di, quæ non nisi per corpus sunt peccata, tur-
pitudini & fornicationi simillima, non nisi per
ipsum corpus gerantur atque exercentur. Quid
enim? Poterit ne esse quisquam ut cetera super-
ius memorata taceam) tur uel ebrius uel
maledicus uel rapax, extra operationem cor-
poris huius: quamuis nec ipsa idololatria, nec
ipsa auaritia præter seruitium corporis huius

Ex ser. de ca-
dem re.

poterit ad usum fructumque suum peruenire.
Quid est ergo, Omne peccatum quodcumque
fecerit homo, extra corpus est: qui autem for-
nicatur, in corpus proprium peccat? Primum
quia in corpore isto homo constitutus, quic-
quid solo tantum animo poterit concupiscere
iniquè, dici non potest extra corpus hoc homi-
nem facere, cum cõstet eum carnali sensu & car-
nali prudentia hoc agere, isto adhuc circumscri-
ptum corpore. Nã & quod in psalmo scriptum
est, Dixit impius in corde suo, nõ est Deus: idẽ
beatus Paulus apostolus non potuit utique sepa-
rare à corporali opere, illo loco ubi ait. Om-
nes stabimus ante tribunal Christi, ut recipiat
unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit,
siue bonum siue malum. Quia uidelicet non nisi in
corpore constitutus impius potuit dicere, Nõ
est deus: ut taceam quod in alia epistola posuit, &
mulationes, animolitates, dissensiones, inuidi-
dias, hæreses: & tamen operibus carnis ista at-
tribuit doctor gentium in fide & ueritate.

10

20

30

40

50

60

Psalm. 13.

2. Cor. 5.

non

Psalm. 87. non rediens. Sic ergo possumus intelligere,
quia omne peccatum quodcumque fecerit ho-
mo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in
corpus proprium peccat, ut uideatur (ut dixi)
Apostolus intantum exaggerare uoluisse for-
nicationis malum, ut in comparatione huius
fornicationis cetera extra corpus habenda es-
se dixerit quæcumque peccata, solo hoc tantum-
modo fornicationis malo in corpus proprium
peccari dixerit, quia maiore libidinis ardore,
quo superior nullus est, uoluptas ipsius corpo-
ris tenet seruum, efficitque captiuum. Hæc dicta
sunt de speciali fornicatione huius corporis.
Verum quia non solum fornicatio in sacris li-
teris specialiter, sed etiam generaliter argui-
tur & nominatur: conemur (Deo adiuuante)
& hinc aliter dicere probabiliter. Generalis igitur
fornicatio aperte manifestatur in psal-
mo ubi dicitur. Quoniam ecce qui longe se fa-
ciunt à te, peribunt, perdidisti omnem qui for-
nicatur abs te. Vbi subsequenter, qualiter ista
generalis fornicatio euadi & effugi possit, ad-
iunxit dicens. Mihi autem adhærens Deo bo-
num est. Ut exinde facile aduertamus illam
esse generalem fornicationem animæ huma-
næ, quæ non adhærens quisque deo, adhæret
mundo. Vnde beatus Ioannes Apostolus di-
cit. Si quis dilexerit mundum, dilectio patris
non est in eo. Et Apostolus Iacobus dicit. Ad-
ulteri, nescitis quia amicitia huius mundi, ini-
mica est deo: Breuiter ergo definitum est, non
posse habere dilectionem dei qui habuerit di-
lectionem mundi, & inimicum Dei esse, qui a-
micos esse uoluerit mundi. Ad hoc etiam per-
tinet, quod dominus in Euangelio dicit. Ne-
mo potest duobus dominis seruire: aut enim
unum odio habebit & alterum diliget, aut unum
patietur & alterum contemnet. Et concludit.
Non potestis deo seruire & mammonæ. Ista
ergo est generalis fornicatio anime ut dictum
est, omnia omnino in se continens, quia non
adhæretur deo dum adhæretur mundo. Vt et-
iam sic intelligere ualeamus secundum istam
generalem fornicationem, quod ait apostolus.
Omne peccatum quodcumque fecerit homo, ex-
tra corpus est. Qui autem fornicatur, in cor-
pus proprium peccat. Quia si non fornicetur
anima humana, adhærendo deo, nec adhæren-
do mundo, quæcumque alia peccata à concupi-
scentia carnali prorsus aliena poterit pro ipsa
fragilitate mortalitatis uel ignorando, uel ne-
gligendo, uel obliuiscendo, uel non intelligen-
do, homo incurrere, hoc sit quod dictum est.
Omne peccatum quod fecerit homo, extra cor-
pus est, quia nullum hic corporalis uel tempo-
ralis concupiscentiæ peccatum poterit reperiri.
Vnde merito extra corpus esse quodlibet
tale peccatum dici uidetur. Quod si adhærens
mundo mundanus homo longe se faciat à deo,
fornicando ab ipso deo, in corpus proprium pec-
cat, quia corporali concupiscentia in quæcum-
que temporalia & carnalia carnali sensu &
prudentia humanus animus trahitur atque di-

Psalm. 72.

Iaco. 4.

Matth. 6.

strahitur, creaturæ potius seruiens quam crea-
tori, qui est benedictus in secula. Sic ergo quã-
tum mihi uidetur salua fide intelligi potest u-
triusque fornicationis malum tam specialis quã
uniuersalis in hoc uno capitulo tanti & tam
magni doctoris, ubi ait: Omne peccatum quod-
cumque fecerit homo, extra corpus est, qui au-
tem fornicatur, in corpus proprium peccat: ut
aut exaggeratio facta sit ab Apostolo huius
specialis fornicationis, quæ in corpus propri-
um peccare recte intelligitur, quia nusquam
sic totus homo corporis ipsius uoluptati ad-
dicitur, & ineffabiliter uel inenitabiliter affici-
tur: ut in comparatione huius tanti mali cete-
ra peccata extra corpus esse uideantur etiam
si per corpus exercentur. Si autem etiam ge-
neralem significare uoluit Apostolus fornicationem,
propter quam dixisse uideatur: Om-
ne peccatum quodcumque fecerit homo, extra
corpus est: qui autem fornicatur, in corpus pro-
prium peccat: sic accipiendum est & intelli-
gendum, ut quisque dum non adhæret deo, quia
adhæret mundo omnia temporalia diligens
& concupiscens merito in corpus proprium
peccare dicatur, id est uniuersè concupiscen-
tiæ carnali deditus & subditus factus, tan-
quam totus creaturæ seruus, ab ipso creatore
alienus, per illam in initium omnis peccati super-
biam, cuius superbiæ initium est (ut scriptum
est) apostatare à Deo. A quo generali fornicationis
malo quisque alienus, quodcumque aliud pec-
catum potuerit, ut homo corruptibilis adhuc
& mortalis incurrere, hoc intelligatur extra
corpus esse, id est extra corporeæ & temporalis
omnis concupiscentiæ malum alienum, esse ex-
tra corpus, ut sepe dictum est. Quod generalis for-
nicationis malum cauendum, beatus Ioannes
admonet, dicens. Nolite diligere mundum,
neque ea quæ in mundo sunt, quoniam omnia
quæ sunt in mundo, concupiscentia carnis est,
& concupiscentia oculorum, & ambitio uite secu-
li, quæ nõ est ex patre, sed ex mundo est, & ma-
gnus transit & concupiscentia eius. Qui autem
fecerit uoluntatem dei, manet in æternum, si-
cut & ipse manet in æternam. Ista ergo dilectio
mundi, quæ uniuersalem in se concupiscentiam
continet mundi generalis est fornicatio, quæ
peccatur in corpus proprium. eo quod omni-
bus corporalibus & uisibilibus, & temporalibus
desiderijs & uoluptatibus, humanus indefinè-
ter seruit animus, ab ipso creatore uniuersorè
desolatus atque derelictus. Cum mens humana
bona uoluntate ad interiora ac superiora per-
cipienda quæ nõ priuatim, sed cõmuniter ab
omnibus qui talia diligunt sine ulla angustia
uel inuidia casto possidentur amplexu, uel sibi
uel alijs cõsultat, & si fallatur in aliquo per igno-
rantiam temporalium, quia & hoc temporaliter
agit, & modum agendi nõ teneat quæ debe-
bat, humana tẽtatio est. Et magnus est, hanc ui-
tam sic degere, quam uelut uitam redeuntes car-
pinus, ut tentatio nos non apprehendat nisi
humana. Hoc enim peccatum, extra corpus
est.

Eccle. 10.

1. Jo. 2.

Ex li. de tri.

1. Cor. 10.

est, nec fornicationi deputatur, & propterea facillime ignoscitur. Cum uero propter adipiscenda ea quae per corpus sentiuntur propter experiendi uel excellendi uel conrectandi cupiditatem, ut in his finem boni sui ponat, aliquid agit, quicquid agit turpiter agit, & fornicatur, in corpus proprium peccans, & corporum rerum fallacia simulacra introrsum rapiens, & uana meditatione componens, ut ei nec diuinum aliquid nisi tale uideatur. Priuatim auara, foetatur erroribus: & priuatim prodiga inanitur uiribus.

An nescitis quia membra uestra templum sunt spiritus sancti qui in uobis est, quem habetis a Deo?

Ex epi. ad Maximinum Deute. 6. Luc. 4.

Num dominum nouimus esse solum, cui seruitus illa debetur quae latria Graeco uocabulo nuncupatur. Ipsum enim uerbum est in lege, ubi scriptum est. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Quem si dominum patrem tantum modo dixerimus, respondebitur nobis. Ergo latria domino filio non debetur, quod tamen nefas est dicere. Si autem debetur, quomodo uni tantum debetur deo, si & patri debetur & filio, nisi quia unus deus, cui soli per latriam seruire iussi sumus, ita dicitur deus solus, ut & pater intelligatur, & filius: Immo uero etiam spiritus sanctus. De illo quippe dicit apostolus. Nescitis quia corpora uestra templum est spiritus sancti, quem habetis a deo, & non estis uestri: Empti enim estis precio magno: glorificate, & portate deum in corpore uestro. Quemnam Deum nisi spiritum Sanctum, cuius corpora nostra esse dixerat templum? Debetur ergo gloria spiritui sancto. Nisi templum Dei ei facere sicut Salomon fecit de lignis & lapidibus iuberemur utique faciendo templum, ei latriam exhiberemus: quanto magis latriam debemus, cui templum non facimus, sed sumus.

Ex libr. enchi.

Spiritus sanctus si creatura non creator esset, profecto creatura rationalis esset. Ipsa est enim summa creaturarum. Et ideo in regula si dei non poneretur ante ecclesiam, quia & ipse ad ecclesiam pertineret in illa eius parte quae in caelis est, nec haberet templum, sed etiam ipse templum esset. Templum autem habet, de quo dicit Apostolus. Nescitis quia corpora uestra templum est spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis a deo? De quibus alio loco dicit. Nescitis quia corpora uestra membra sunt Christi? Quomodo ergo Deus non est qui templum habet? Aut quomodo minor Christo est, cuius membra templum habet? Neque enim aliud templum eius, aliud templum Dei est. Cum idem dicat Apostolus. Nescitis quia templum Dei estis? Quod ut probaret, adiecit. Et spiritus dei habitat in uobis. Deus ergo habitat in templo suo, non solum spiritus sanctus, sed & pater & filius. Qui etiam de corpore suo per quod factus est caput ecclesiae quae in hominibus est, ut sit in omnibus ipse primatum tenens, ait. Solute templum hoc, & post triduum suscitabo illud. Templum ergo Dei, hoc est totius sum

10an. 2.

mae Trinitatis, sancta est ecclesia, scilicet uniuersa in caelo & in terra. Si deus, spiritus sanctus non esset, templum utique nos ipsos non haberet. Scriptum est quippe in Apostolo. Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Et iterum. Nescitis quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti quem habetis a deo? Nonne si templum alicui sancto angelo & excellentissimo de lignis & lapidibus faceremus, anathemati zaremur a ueritate Christi & ab ecclesia dei, quoniam creaturae exhiberemus eam seruitutem quae uni tantum debetur deo? Si ergo sacrilegi essemus, faciendo templum cuiuscumque creaturae, quomodo non est uerus deus, cui templum non facimus, sed nos ipsi templum sumus? Quales autem homines estis, quam religiosae humilitatis, qui spiritum sanctum adorare non uultis, cum legatis, Litera occidit, spiritus autem uiuificat? Non uultis ergo adorare, quem uiuificare animas non negatis? Vos autem spiritum sanctum non permittitis adorari, ut ipsi dei gratiae remaneatis ingrati. Sed da (inquit) testimonia ubi adoratur spiritus sanctus, quasi non ex his quae legimus intelligamus. Si autem religionem qua colitur deus, sicut dignum est, cogitares, multo plus esse cereres quod habet spiritus sanctus templum, quam si eum legeres adoratum. Et homines enim a sanctis nouimus adoratos: templum uero non est factum ab hominibus nisi aut uero Deo, sicut Salomon fecit, aut eis quod pro dijs habentur, sicut Gentes quae ignorant deum. Spiritus autem sanctus (quod cum magno honore de deo dictum est) non in manufactis templis habitat, sed corpus nostrum templum est spiritus sancti. Et ne corpora nostra contemnas, membra sunt Christi. Qualis ergo Deus cui templum edificatur & a deo, & de membris Dei? Et non estis uestri. Empti enim estis precio magno, glorificate & portate dominum in corpore uestro.

Ex lib. con. Maximinum

Ex libr. con. Maximinu. 2. 2. Cor. 3.

Duo sunt peccata, & duo genera peccatorum. Aut enim in deum peccat homo, aut in hominem. Peccatur autem in Deum, etiam corrumpendo templum eius in te. Et enim deus redemit te sanguine filij sui. Quamquam & antequam redimereris, cuius eras nisi eius quod condidit omnia? Peculiariter quodammodo te uoluit habere redemptum sanguine filij sui. Non estis, inquit uestri. Empti enim estis precio magno, glorificate & portate dominum in corpore uestro. Ergo ille a quo redemptus es, fecit te domum suam. Nunquid tu uis euertere domum tuam? Sic nec deus suam, hoc est templum suum. Si tibi non parcis propter te ipsum, parce tibi uel propter deum, qui te fecit templum suum. Templum enim Dei sanctum est, quod & uos estis. Et qui templum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus.

Ex lib. de duobus generibus peccatorum

1. Cor. 3.

CAP. SEPTIMUM

De quibus autem scripsisti mihi, bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaqueque suum uirum habeat, uxor uiri debitum reddat, similiter autem & uxor uiro. Fratres

Ex ser. ad cogatos Psalm. 4.

Fratres mei. Audiunt me uiri, audiunt me foeminae. Quid ad me irascimini? Vtinam faciat quod scriptum est. Irascimini, & nolite peccare. Timere debeo ne contingat mihi quod contingit tanto apostolo Paulo, quod modo cum legeretur (si intenti fuisset) audiuisset. Ergo inimicus factus sum uobis uerum praedicans? Et si ita est, fiat. Si necesse est ut inimicus sim, melius uobis opto esse quam iustitia. Commendo uos custodiendos etiam uxoribus uestris. Filiae meae sunt, sicut & uos filij mei estis. Audiant me, zelent uiros suos. Non sibi seruiant uanam gloriam, qua solent a maritis impudicis matronae laudari, quia impudicitiam uirosum suorum aequo animo serunt. Nolo autem talem patientiam habeant Christianae mulieres. Prorsus zelent uiros suos, non propter carnem suam, sed propter animas illorum. Omnino ego moneo, ego commoneo, ego precipio, ego iubeo, Episcopus iubet, Christus in me iubet. Nouit ille in cuius conspectu ardet cor meum. Ego, inquam, iubeo. Nolite uiros uestros permittite fornicari. Interpellate contra illos Ecclesiam, non dico iudices publicos, non proconsulem, non uicarium, non comitem, non imperatorem, sed Christum. In ceteris omnibus ancillae estote uirosum uestrorum. Subdite obsequimini, nulla sit in uobis proteruitas, nulla superbia, nulla contumeliosa ceruix, non aliqua inobedientia. Prorsus tanquam ancillae seruite. Sed ubi peruentum fuerit ad illud negotium ubi uos beatus apostolus aquauit, dicens. Uxori uiri debitum reddat. Similiter & uxor uiro. Uxor non habet potestatem sui corporis, sed uiri. Quid te extollis? Audi quod sequitur. Similiter & uir non habet potestatem sui corporis, sed uxor. Vbi ad hoc fuerit uentum, clamate pro re uestra. Aurum tuum pro necessitate sua uendit maritus, fert foemina, fert ancilla, noli litigare, noli contradicere: contemptus auri tui, dilectio est uiri tui. Si uilium tuam uendit pro necessitate sua quae est & tua (non enim potest esse ipsius quae non sit tua, si est charitas in te quae debet esse in uxore) seruo patienter: & si dubitat, tu offero. Contemne omnia pro amore uiri tui. Sed castus opta, pro castitate litiga. Patienter percat uilla tua, non anima ipsius te patienter percat. Non dico uiris ut in hac causa zelent uxores suas. Scio quia faciunt noui. Quis ferat adulteram uxorem? & imperatur foeminae ut ferat adulterum uirum? O iustitia. Quare rogo te, quare? Quia ego uir sum. Vir es? in fortitudine tua probem quia uir es. Vir es? Vinc libidinem. Quomodo uir, quo uxor est fortior? Tu es caput mulieris uiri. Verum est. Si caput est, ducat, uxor sequatur. Si caput es, duc, sequatur illa caput suum. Sed uide quo eas. Noli ire quo non uis ut sequatur. Noli ire quo times pedisse qua, ne in foueam simul ruatis: ne cum tu facis, doceas quod tu facis. Doleat tibi anima, si in foueam adulterij ambo ruatis. Doleat tibi anima si tu solus ruas. zelo non uis ut ruat illa timore, noli ruere

tu. Nolite autem pudicissimae foeminae imitari in pudicos uiros uestros. Absit a uobis. Aut uobi seui uiuant, aut soli pereant. Impudico marito non debet mulier pudicitiam, sed deo illa debet, Christo illam debet. Non propter illum faciat qui non timetur, sed propter Christum faciat. Pretium suum attendat, tabulas legat. Vehementer dolui, sic te uoluisse agere cum marito, ut adificium continentiae, quod in eo iam constructum coeperat, amissa perseverantia, in adulterij ruinam miserabiliter laberetur. Cum enim lugendus esset, si post continentiam uotam deo, iamque actu ipso moribus suscepta, reuerteretur ad coniugis carnem, quanto magis nunc demersus in interitu profundiore, lugendus est, qui tam abrupta dissolutione mechatur, iratus tibi, perniciosus sibi, tanquam in te acerbius seruiat, ipse pereat. Hoc autem tantum malum accidit, dum tu eius animum, non qua debuisti, moderatione tractasti. Quia & si carnali consortio iam ex consensu uobis non miscbamini, in ceteris tamen rebus coniugali obsequio, uiro tuo mulier seruire debuisti: praesertim cum ambo essetis membra corporis Christi. Et utique si maritum infidelium habuisses, agere te conuersationem subditam oportuit, ut eum domino lucrareris, sicut Apostoli monuerunt. Omitto enim quod ipsam continentiam illo nondum uolente, non secundum sanam doctrinam te suscepisse cognoui. Neque enim corporis tui debito fraudandus fuit: priusquam ad illud bonum quod superat pudicitiam conjugalem, tuae uoluntati uoluntas quoque eius accederet. Nisi forte non legeras, nec audieras, uel non attenderas Apostolum dicentem. Bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationes autem unusquisque suam uxorem habeat, & una quaeque suum uirum habeat. Uxori uiri debitum reddat, similiter autem & uxor uiro. Uxor non habet potestatem corporis sui, sed uiri. Similiter & uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi: & iterum ad id ipsum esto te, ne uos tentet Satanas propter incontinentiam uestram. Secundum haec uerba Apostoli ca. etiam si ipse continere uoluisset & tu noluisse, debitum tibi reddere cogeretur, & illi deus imputaret continentiam si non sita, sed tuae infirmitati accedens, ne in adulterij damnabile flagitium caderes, maritali tibi concubitu non negaret. Quanto magis te (quam magis subiectam esse decuerat) ne ipse quoque in adulterij diabolica tentatione traheretur, in reddendo huiusmodi debito uoluntati eius obtemperare conueniat, cum tibi uoluntatem continentiae acceptaret deus, quia propterea non faceres, ne periret maritus: Sed hoc (ut dixi) omitto, quoniam postea tibi nolenti sibi ad reddenda coniugalia debita consentire, ad eadem continentiae pacta ipse consensit, & tecum continentissime diu uiuit, suoque consensu a peccato illo, quo ei debitum carnis negabas, ipse te

Ex epi. ad Egdigium

Ss absol.

absoluit. Non ergo in tua causa ista uertitur quaestio, utrum redire debeas ad concubitum uiri. Quod enim deo pari consensu ambo uoueratis, perseveranter usque in finem reddere ambo debuistis. A quo proposito si lapsus est ille, tu saltem constantissime persevera. Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si nunquam tenuisses eius assensum, numerus te nullus defendisset annorum: sed post quantum liber tempus me consulisses, nihil tibi aliud responderem, nisi quod ait Apostolus. Vxor non habet potestatem corporis sui sed uiri. De qua potestate sic tibi iam promiserat continentiam, ut tecum ipse eam susciperet. Sed illud est, quod minus te obseruasse contristat, quia tanto humiliter & obediens ei obsequi in domestica conuersatione debuisti, quanto ille religiosius tibi rem magnam etiam imitando concesserat. Neque enim quia pariter temperabatis a carnali commixtione, ideo tuus maritus esse desiterat. Immo uero sanctius inter uos coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. Nihil ergo de tua ueste, nihil de auro uel argento, uel qualicumque pecunia, rebus uellulis terrenis, sine arbitrio eius facere debuisti, ne scandalizares hominem qui deo tecum maiora uouerat, & ab eo quod de tua carne licita potestate posset exigere, se continenter abstulerat. Denique factum est ut uinculum continentiae quo se dilectus innexuerat, contemptus abrumperet, & iratus tibi, non parceret tibi. Sicut enim retulit perlator epistola tuae, cum cognouisset quod omnia, aut pene omnia quae habebas, nescio quibus duobus transeuntibus monachis tanquam pauperibus eroganda donaueris, tunc ille detestans eos tecum, & non dei seruos, sed domus alienae penetratores, & suos captiuatores, & depraedatores putans, tam sanctam sarcinam quam tecum subierat indignam abiiecit. Infirmus enim erat: & ideo tibi (quae in communi proposito fortior uidebaris) non erat praesumptione turbandus, sed dilectione portandus. Quia etiam si ad ipsas eleemosynas, largius faciendas forte pigrius mouebatur, posset & ista condiscere, si tuis inopinatatis non feriretur expensis, sed expectatis inuitaretur obsequiis, ut etiam hoc quod temere sola fecisti, multo consultius dilectione concordes, multoque ordinatius & honestius ambo faceretis, ne blasphemarentur serui dei (si tamen hoc fuerunt, qui marito absente atque nesciente, ab ignota muliere & aliena uxore tanta sumptuerunt) & laudaretur deus in operibus uestris, quorum esset tam fida societas, ut a uobis communiter teneretur non solum summa charitas, uerum etiam gloriosa paupertas. Nunc autem inconsiderata festinatione attende quid feceris. Nunquid tantum bonum est, quod pauperum carnem largioribus eleemosynis refecisti: quantum malum quod uiri tui mentem a tam bono proposito subruisti? An cuiusquam tibi temporalis salus charior esse debuerat, quam

huius aeternae? Nonne si ampliore misericordiam cogitans, ideo pauperibus res tuas erogare differres, ne scandalizatus maritus tuus Deo periret, ubi superiores tibi eleemosynas Deus computaret? Proinde si recolis quid acquisieras quando lucrata fueras uirum tuum, ut tecum Iesu Christo sanctiore castitate seruiret, intellige per illas eleemosynas tuas, quibus cor eius euersum est, quanto grauiore damno percussa fueris, quam sunt illa lucra quae caelestia cogitabas. Si enim habet ibi magnum locum, panis fractus esurienti, quantum locum ibi habere credenda est misericordia, qua homo eripitur diabolo, tanquam leoni rugienti, & quem deuoret inquitenti. Neque hoc ita dicimus, ut si quisquam scandalizatus fuerit de bonis operibus nostris, ab eis desistendum putemus: sed alia causa est alienorum, alia necessitatum in societate aliqua personarum. Alia fidelis alia infidelis, alia parentum erga filios, alia filiorum erga parentes. Alia postremo ea quae in his rebus uel maxime intuenda est uiri & uxoris: ubi mulierem coniugatam non licet dicere facio quod uolo de meo, cum & ipsa non sit sua, sed capitis sui, hoc est uiri sui. Nam sic quaedam (ut commemorat apostolus Petrus) mulieres sanctae, quae in deum sperabant, ornabant se subiectae uiris suis, sicut Sara obsequabatur Abraham, dominum eum uocans, cuius uos factae estis filiae, cum ad christianas, non ad ludaeas feminas loqueretur. Pariter ergo de omnibus consilium habere, pariter moderaremini quid thesaurizandum esset in caelo, quid ad uitae huius sufficientiam uobis & uestris, uestroque filio relinquendum, ne alijs esset refectio, uobis autem angustia. Et in his disponendis atque faciendis, si quid tibi forte melius uideretur, suggereres uiro reuerenter: eiusdemque auctoritatem tanquam tui capitis, sequeris obedienter, ut omnes qui sane sapiunt, ad quos posset hoc bonum uestrum fama perferre, de domus uestra fructu ac pace gauderent, & ad uersarius reuereretur, nihil habes de uobis dicere praui. Porro si de faciendis eleemosynis, & in pauperes impendendis rebus tuis, de quo bono opere & magno tam euidentia praecipita sunt Domini, cum uiro tuo fideli, & tecum sancta continentiae pacta seruante, consilium communicare deberes, eiusdemque non sperne re uoluntatem: quanto magis de habitu atque uestitu, nihil tibi praeter eius arbitrium mutandum uel usurpandum fuisse. Vnde de hoc nihil diuinitus legimus imperatum. Scriptum est equidem, mulieres esse debere in habitu ordinato. Auri uero circumpolitio, & crinium intortio, & cetera huiusmodi, quae uel ad inanem pompam uel ad illecebras formae adhiberi solent, merito reprehensa sunt. Sed est quidam pro modulo personae habitus matronalis, a uiduali ueste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis, salua religionis obseruantia, conuenire. Hunc te maritus si deponere noluit, ne te uelut uiduam illo uiuente iactares, puto quia non

1. Pet. 3.

non fuerat in hac re usque ad dissensionis scandalum perducendus, magis inobedientiae malo, quam illius abstinentiae bono. Quid est enim absurdius, quam mulierem de humili ueste uiro superbire? Cui te potius expediret obtemperare candidis moribus, quam nigellis uestibus repugnare. Quia & sic indumentum monachae delectabat, etiam hoc posset gratius marito obseruato, exoratoque praesumi. Quod si omnino non sineret, quid tuo proposito deperiret? Ablit ut hinc displiceres deo, quod coniuge tuonondum defuncto, non indueretis sicut Anna, sed sicut Susanna. Neque enim & ille qui tecum iam coeperat custodire tam magnum continentiae bonum, etiam si coniugale non uiduali uoluisset ut acciperes indumentum, ad indecentem quoque te compulisset ornatum. Quo est aliqua dura conditione cogereris, posses habere in superbo cultu cor humile: Nempe apud patres Hester illa regina deum timens, deum colens, subdita deo, marito regi alienigenae non eundem secum colentem deum tamen subdita seruebat. Quae cum extremo periculo non suo tantum, sed etiam gentis suae, qui tunc erat populus dei, domino prosterneretur orando, in ipsa oratione dixit ita sibi esse ornatum regium sicut pannum menstruaem. Et ita orantem, confestim exaudiuit qui cordis inspector eam uerum dicere sciuit. Et utique maritum habebat multarum mulierum uirum, & decorum alienorum, falsorumque cultorem. Tu autem & si ille in proposito quod tecum susceperat perduraret, nec a te offensus in flagitium corruisset, maritum habebas non solum fidelem, & uerum deum tecum colentem, sed & continentem, qui proculdubio propositi uestri non immemor, est te ad coniugalia cogere indumentata, ad superba tamen ornamenta non cogere. Haec tibi scripsi, quoniam me consulendum putasti, non ut tuum rectum institutum, sermone meo frangerem, sed quod te inordinate & incaute agente, uiri tui factum dolerem. De cuius reparatione debes uehementissime cogitare, si uere ad Christum uis peruenire. In due itaque humilitate mentis: ut & deus te conseruet perseverantem, noli maritum contemnerere percontem. Funde pro illo pias & assiduas orationes. Sacrifica lachrymas, tanquam uulnerati sanguinem cordis. Et scribe ad eum satisfactionem, petens ueniam: quia in eum peccasti, quod praeter eius consilium & uoluntatem de rebus tuis fecisti quod faciendum putasti, non ut te poeniteat tribuisse pauperibus, sed eum boni tui operis participem & moderatorem habere noluisse. Promitte de cetero in adiutorio domini, si & illum suae turpitudinis poenituerit, & continentiam quam deseruit reperit, te illi sicut decet, in omnibus seruituram, ne forte (ut ait Apostolus) det illi deus poenitentiam ut resipiscat a diaboli laqueis, a quo captiuus tenetur secundum ipsius uoluntatem.

Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir. Similiter autem et uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.

Manifestum est, ita uoluisse legem feminam esse sub uiro, ut nulla uota eius que abstinentionis causa uouerit, reddantur ab ea, nisi auctor uir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum eiusdem uiri pertinere uoluerit, nisi prius permiserit, & postea prohibuerit, etiam hinc tamen non dixit ut faciat mulier quod uouerat, quia permissa prius a uiro fuerat, sed uiri dixit esse peccatum, quia abnuuit quod prius concesserat. Non tamen mulieri uel ex hoc permissum dedit, ut cum prius ei uir concesserit, propterea si prohibuerit contemnatur. Vtrum autem ista etiam ad uota continentiae & a concubitu abstinentiae permaneant, merito quaeritur: ne forte ea tantum intelligenda sint aduersus animam uouerit, quae sunt in cibis & potibus. Quod uidetur & illud significare ibi de minus ait. Nonne anima plus est quam esca? Et cum de ieiunio praecipitur, ita praecipitur. Affligetis animas uestras. Maxime, quia cum lex auctoritatem tribuat, non mulieri quae uiro subdita est, ut tunc persolueda sint uota mulieris si uir approbauerit: si autem reuerit, non debeantur. Apostolus tamen cum de concubitu coniugatorum loqueretur, non ibi maiorem auctoritatem uiro quam feminae dedit, sed uxori (inquit) uir debitum reddat, similiter uxor uiro. Vxor non habet potestatem corporis sui, sed uir. Similiter autem & uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Quando in hac re parem utriusque esse uoluit potestatem, puto quod nobis intelligendum insinuet, istam de concumbendo uel non concumbendo regulam non pertinere ad ea uota, ubi non habent parem uir & mulier potestatem, sed uiri maior est, ac prope eius solius est. Non enim a illex uirum non debere reddere uota sua si uxor prohibuerit, sed uxorem si uir prohibuerit. Quis enim nescit uxorem marito tanquam domino debere seruire. Sed quod ad membra corporis attinet, quibus sexus ipse distinguitur, apostolus dicit. Similiter & uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Ut cum in ceteris actibus ad humanam pacem pertinentibus mulier uiro debeat seruituram, huius uero rei quae sexus utriusque carnali sorte discernitur, & carnali commixtione concernitur, similem in se habeant potestatem, uir in uxorem, & uxor in uirum. Fratres mei, filij mei, sufficient uobis uxores uestrae, quoniam sufficere uos uultis uxori bus uestris. Non uis ab illa fiat aliquid praeter te: noli facere aliquid praeter ipsam. Tu dominus es, illa ancilla. Deus fecit, Sara (inquit scriptura) obsequabatur Abraham, dominum eum uocans. Verum istas tabulas subscribit episcopus. Ancillae uestrae sunt uxores uestrae. Domini estis uxorum uestrarum. Sed quando uenit ad illud negocium, quo sexus discernitur, & sexus sibi uterque miscetur, Vxor non habet potestatem corporis sui, sed uir: gaudebas, erigebas te, iactabas te. Bene dixit Apostolus. Optime dixit uas electionis, uxor non habet potestatem corporis sui, sed uir, quia ego sum dominus.

Ex lib. q. 2. tit. 52.

Matth. 6.

Ex lib. com. Faust. cap. 22.

Ex ferm. de natali mar.

Genesi. 18. 1. Pet. 3.

dominus. Laudastis. Audi quod sequitur. Audi re non uis. Rogo ut uelis. Quid est hoc? Audi. Similiter & uir. Dominus iller. Similiter & uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Hoc libenter audi. Vitium tibi tollitur, non dominium. Adulteria tua prohibentur, non foeminae subrogantur. Tu uir es, ostende. Vir a uirtute, uel uirtus a uiro. Habes ergo uirtute, uincere libidinem. Caput mulieris uir. Si caput es, duc ut sequatur. Sed uide qua ducas. Caput es. Duc. Sequatur. Sed noli ire quo non uis ut sequatur. Sic uos parate intrare ad nouam illam nuptam, ad illam pulchram ornatam uiro suo non monilibus, sed uirtutibus. Si enim casti, et sancti, & boni intraueritis, membra ipsius nouae nuptae uos eritis.

Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus ut uacatis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet uos Satanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.

Ex lib. enchir. **V** Encrabilis Paulus coniugibus ait. Nolite fraudare inuicem nisi ex consensu ad tempus ut uacatis orationi, & iterum ad idipsum estote, ne uos tentet Satanas propter incontinentiam uestram. Quod putari posset non esse peccatum, miseri scilicet coniugi non filiorum procreandorum causa, quod bonum est nuptiale, sed carnalis etiam uoluptatis, ut fornicationis, siue adulterij, siue cuiusquam alterius immunditiae, ut est mortiferum malum, quod etiam turpe est dicere, quo potest tentante Satana libido pertrahere, incontinentium deuiter infirmitas. Posset ergo (ut dixi) hoc putari non esse peccatum, nisi addidisset. Hoc ergo dico secundum ueniam, non secundum imperium. Quis autem neget non esse peccatum, cum dari ueniam facientibus, Apostolica auctoritate fateatur? Propter haec atque huiusmodi peccata, & alia, licet his minora, quae sunt uerborum & cogitationum offensionibus, Apostolo Iacobo confitente ac dicente, In multis enim offendimus omnes, oportet quotidie crebroque oramus dominum, atque dicamus: Dimitte nobis debita nostra: ne in eo quod sequitur mentiamur, Sicut & nos dimittimus debitori bus nostris.

Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Sed unusquisque proprium habet donum ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic.

Ex li. de gra. et libro arbit. **D** E ipsa quoque pudicitia coniugali nempe Apostolus ait. Quod uult faciat, non peccat si nubat, & tamen hoc etiam Dei donum est, dicente scriptura. A Domino iungitur mulier uiro. Ideo doctor gentium & pudicitiam coniugalem, per quam non fiunt adulteria, & perfectiorem continentiam, per quam nullus concubitus quaritur, suo sermone commendans, & hoc, & illud, donum dei esse demonstrauit, admonens coniuges, ne se inuicem fraudent. Quod cum admonuisset, adiecit. Vellem autem omnes homines esse sicut meipsum. Quia utique ipse ab omni concubitu continentebat. Et continuo subiunxit. Sed unusquisque

proprium habet donum a Deo, alius quidem sic, alius autem sic.

Ex li. de bono perse. **V**ellem, inquit, omnes homines sicut meipsum. Sed unusquisque proprium donum habet a Deo, alius quidem sic, alius autem sic. Vbi satis ostendit non tantum continentiam donum dei esse, sed coniugatorum etiam castitatem. Quae cum uera sint, hortamur tamen ad haec quantum cuique nostrum datum est ut possit hortari: quia & hoc eius donum est, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri. Vnde et *1. Cor. 3.* Apostolus. Secundum gratiam, inquit, quae data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui. Et alio loco. Vnicuique, inquit, sicut dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Ac per hoc, si cut exhortatur & praedicat recte, sed ille qui accepit hoc donum: ita exhortantem recte atque praedicantem profecto ille obediens audit, qui accepit hoc donum. Hinc est quod dominus cum eis loqueretur qui carnis aures pertas haberent, dicebat tamen. Qui habet aures audiendi audiat. Quas non omnes habere proculdubio nouerat. A quo autem habeant quicumque habent, ipse Dominus ostendit, ubi ait. Dabo eis cor cognoscendi me, & aures audientes. Aures ergo audiendi ipsum est donum obediendi.

Luc. 8. **V**irgo Christi, quae pie intelligit propriam paupertatem cordis humani, & ideo nisi spon si sui donis nescit ornari, audiat apostolum dicentem. Desponsaui uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem, ne sicut serpens Euam seduxit in uerluta sua, sic & uestrae mentes corrumpantur a castitate quae est in Christo Iesu. Et propterea de his quoque spiritalibus diuitijs non istum qui dicit, nullus ubi eas praeter te conferre potest, & nisi ex te & in te esse non possunt, sed illum audiat, qui dicit. Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus, ut eminentia uirtutis sit Dei, & non ex uobis. De ipsa quoque sacra continentia uirginali, quod non sit tibi ex se ipsa, sed sit dei donum, quamuis credenti uolentique collatum, eundem audiat ueracem, piumpque doctorem. Qui cum hinc ageret, ait. Vellem omnes esse sicut meipsum. Sed unusquisque proprium donum habet a deo, alius quidem sic, alius autem sic. Audiat etiam ipsum, non tantum suum, sed uniuersae ecclesiae unicum sponsum, de tali castitate atque integritate dicentem. Non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est. Ut intelligat ex eo quod habet tam magnum donum atque praclarum, se potius deo & domino gratias agere debere, quam cuiusquam uerba, quod uelut ex e ipsa id habeat, ut non dicamus asser tantis adulatoris, ne de occultis hominum temere iudicare uideamur, certe nec erratis laudatoris audire. Omne quippe datum optimi, & omne donum perfectum (sicut dicit etiam *Iacobus Apost.*) desursum est descendens a patre

1. Cor. 7.

tre luminum. Hinc ergo & sancta uirginitas, haec Dei dona sunt, & uestra quidem sunt, sed non ex uobis. Habetis enim thesaurum istum in terrenis corporibus, & adhuc fragilibus, tanquam in uasis fictilibus, ut eminentia uirtutis sit dei, & non ex uobis. Nec miremini quia dicimus & uestra esse, & ex uobis non esse. Nam & panem quotidianum dicimus nostrum, sed tamen addimus, da nobis, ne putetur ex nobis.

Dico autem non nuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego.

Ex lib. de sanc. uidui. **S**ancta scriptura nostra doctrinae regulam figit, ne audeamus sapere plus quam oportet sapere, sed sapiamus (ut ipsa ait) ad temperantiam, sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei. Non sit ergo mihi aliud te docere nisi uerba tibi doctoris exponere, & de his quae dominus dederit disputare. Ait itaque Apostolus doctor gentium, uas electionis. Dico autem innuptis, & uiduis, bonum esse illis si sic permanserint sicut & ego. Haec uerba ita intelligenda sunt, ut non existimemus uiduas non oportere innuptas dici, quia nuptias uidentur expetere. Innuptarum enim nomine illas significat, quae non sunt nuptijs alligatae, siue fuerint siue non fuerint. Quod alio loco aperit, ubi dicit. Diuisa est mulier innupta & uirgo. Quando utique uirginem adiungit, quid mulierem innuptam nisi uiduam uult intelligi? Vnde etiam deinceps, uno innuptae nomine professionem utramque complectitur dicens. Quae innupta est sollicita est ea quae sunt Domini, quomodo placeat domino: quae autem nupta est, sollicita est ea quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. Innuptam certe, non eam tantum intelligi uoluit quae nunquam nupsit, sed & eam quae nuptiarum uinculo per uiduitatem liberata nupta esse destitit. Nam ideo & nuptam non dicit nisi eam quae uirum habet, non etiam eam quae habuit & non habet. Quapropter, uel duo omnis innupta est: sed quia non omnis innupta uidua est (sunt enim uirgines) ideo hic utrumque posuit, ubi ait. Dico autem innuptis et uiduis. Tanquam diceret. Quod dico innuptis, non eis solis dico quae uirgines sunt, sed & eis quae uiduae sunt, bonum esse illis, si sic permanserint sicut & ego. Ecce est bonum tuum, ei bono comparatum quod dicit Apostolus suum, si fides adest, imò quae fides adest. Breuis est ista doctrina, nec ideo contemnenda quia breuis sed ideo facilius & charius tenenda, quia in breuitate non uilis. Non enim qualecunque bonum hic commendaret Apostolus, quod fidei nuptiarum sine ulla ambiguitate praeposuit. Quantum autem bonum habeat nuptiarum fides, id est christianarum & religiosarum coniugarum, hinc intelligi potest quod cum de fugienda fornicatione praeciperet, ibi utique & coniugatos alloquebatur. Nescitis, inquit, quia corpora uestra membra sunt Christi? Tantum ergo bonum est fidelis coniugij, ut etiam ipsa membra sint Christi. Hoc autem bono, quoniam melius est bonum continentiae uidualis, non hac professio

ne id agitur, ut aliquid plus sit catholica uidua quam membrum Christi: sed ut meliorem quam coniugata, locum habeat inter membra Christi. Dicit quippe idem Apostolus. Sicut enim *Rom. 12.* in uno corpore multa membra habemus, omnia autem in membra non eosdem actus habent, ita multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra, habentes autem dona diuersa secundum gratiam quae data est nobis. Ideo etiam cum commoneret coniugatos ne debito carnalis commixtionis fraudarent inuicem, & per hoc alter eorum negato sibi debito coniugali, per intemperantiam suam tentatus a Satana, in fornicationem prolaberetur. Hoc autem dico, inquit, secundum ueniam, non secundum imperium. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Sed unusquisque proprium donum habet a deo, alius quidem sic alius autem sic. Vides etiam coniugalem pudicitiam, & thori christianam matrimonialem fidem esse donum, & hoc a deo, ut illud quod ultra liberorum procreandorum necessitatem, modum concumbendi aliquatenus concupiscentia carnalis excedit, non nuptiarum sit hoc malum, sed ueniale sit, propter nuptiarum bonum. Non enim de coniugio, quod copulatur liberorum procreandorum causa, & fide pudicitiae coniugalis, & indissolubili qua diu uiuunt ambo matrimonij sacramento, quae omnia bona sunt, sed de illo immodico carnis usu, qui in infirmitate coniugum agnoscitur, & interuentu boni nuptialis agnoscitur, ait Apostolus. Secundum ueniam dico, non secundum imperium. *Quod si se non continent, nubant. Melius est enim nubere quam uri.*

Ex li. de Gene si ad litteram 9. **V**triusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, recte excipitur honestate nuptiarum, ut quod sanis posset esse officium, sit aegrotis remedium. Neque enim, quia incontinentia malum est, ideo coniugium uel quo incontinentes copulantur non est bonum. Imò uero non propter illud malum culpabile est hoc bonum, sed propter hoc bonum, ueniale est illud malum: quoniam id quod bonum habent nuptiae, & quod bonum sunt nuptiae, peccatum esse nunquam potest. Hoc autem tripartitum est. Fides, Proles, Sacramentum. In fide attenditur ne praeter uinculum coniugale cum altera uel altera concumbatur. In prole, ut a maner suscipiatur, benigne nutriatur, religio se educetur. In sacramento, ut coniugium non separet, & dimissus uel dimissa, nec causa proli alteri coniugatur. Haec est tanquam regula nuptiarum, qua uel haturae decoratur foecunditas, uel incontinentium regitur prauitas.

Ex serm. de bono nupt. **Q**ui potest capere capiat. Sed non possum, inquit. Non potes? Non possum. Suscipiat te nutritoria quadam Apostoli autoritas, ut si se non continent, nubant. Fia aliquid unde perueniatur ad ueniam: pertinet ad ueniam, ne irruatur in aeternam poenam. Fia quod licet, unde ignoscatur quod non licet. Hoc indicat quod sequitur. Mallem eos nubere, quam uri. Con-

ss 3 cessit

cessit (inquam) aliquid incontinentia, quia magis timuit poenas aternas. Timuit quod expe- rat & manet adulteros. Etiam hoc, quod con- iugati uicti concupiscentia utuntur inuicem, ultra necessitatem liberos procreandi, po- nam in his pro quibus quotidie dicitur. Dimit- te nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

His autem qui matrimonio iuncti sunt, praeceptio non e- go, sed Dominus uxorem a uiro non discedere. Quod si disces- serit, manere inuuptam, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem ne dimittat.

Ex li. de serm. dom. in moite.

His qui sunt in coniugio praecipit per Apo- stolum Dominus, uxorem a uiro non dis- cedere: quod si discesserit, manere inuuptam, aut uiro suo reconciliari. Potest enim fieri ut discedat, ea causa qua Dominus permisit. Aut si foemina licet uiro dimittere, etiam praeter causam fornicationis, & non licet uiro, quid re- spondebimus de hoc, quod dixit posterius. Et uir uxorem ne dimittat? Quare non addidit, excepta causa fornicationis, quod & Domi- nus permittit, nisi quia similem formam uult in- telligi, ut si dimiserit, quod causa fornicationis permittitur, maneat sine uxore, aut reconcilie- tur uxori: Non enim male reconciliatur uir il- li mulieri, quam cum lapidare nemo ausus es- set, dicit ei Dominus. Vade, uide deinceps ne pecces. Quia & qui dicit, Non licet dimittere uxorem nisi causa fornicationis, cogit retine- re uxorem si causa fornicationis non fuerit. Si autem fuerit, non cogit dimittere, sed permit- tit, sicut dicitur. Non liceat mulieri nubere al- teri, nisi uiro mortuo. Si ante uiri mortem nu- pserit, rea est. Si post uiri mortem nupserit, non est rea. Non enim iussa est nubere, sed permis- sa.

1041. 9.

Ex co. lib. p. 1. rum post

Dominus ergo ad illud confirmandum, ut non facile uxor dimittatur, solam causam for- nicationis excepit, ceteras uero uniuersas mo- lestias, si quae forte existerint, iubet pro fide co- iugali & pro castitate fortiter sustineri, & mo- chum dicit etiam uirum qui eam duxerit quae soluta est a uiro. Cuius rei Paulus Apostolus terminum ostendit. Quia tamdiu obseruan- dum dicit: quamdiu uir eius uiuit. Illo autem mortuo, dat nubendi licentiam. Hanc enim e- tiam regulam ipse tenuit, & in ea non fuit con- silium, sicut in nonnullis monitis, sed praep- tum domini iubentis ostendit, cum ait. Eis au- tem quae nuptae sunt praecipio non ego sed do- minus, mulierem a uiro non discedere: quod si discesserit, manere inuuptam, aut uiro suo re- conciliari. Et uir uxorem ne dimittat. Credo si- mili forma, ut si dimiserit, non ducat aliam, aut reconcilietur uxori. Fieri enim potest ut dimit- tat uxorem causa fornicationis, quam Domi- nus exceptam esse uoluit. Iam uero si nec illi nubere conceditur uiro a quo recessit, ne- que huic alteram ducere uiua uxore quam dimisit, multo minus fas est, illicita eum cum quibuslibet supra committere.

Ex li. qu. est. 3.

Si dominus dimittenda coeugis solam cau- sam fornicationis admittit, & paganum con-

iugium dimitti prohibet, consequens est ut pa- ganismus fornicationi non deputetur. Solam autem fornicationis causam exceptam facere dominum, cum de dimittenda coniuge loquitur in euangelio, manifestum est. Paganum ue- ro coniugium hinc non prohibetur dimitti, quia cum Apostolus consilium de hac re da- ret, ut fidelis uolentem secum esse coniugem infidelem, non dimittat, ait. Ego dico non do- minus, ut intelligatur Dominus non quidem iubere ut dimittatur: ne contra iussum eius, co- silium dare uideatur Apostolus: sed tamē per- mittere, ut nemo in ea re iussionis necessitate teneatur, sed consilij uoluntate libere faciat.

Verumtamē si quisquam asserat solam illam fornicationem Dominum admittere ad cau- sam relinquendae coniugis, quae uulgo forni- catio dicitur, id est quae concubitu illicito per- peratur, hoc potest dicere, dominum cum de hac re loqueretur de utroque fideli dixisse & ma- rito & uxore: ut si ambo fideles sunt, neutri li- ceat alterum dimittere nisi causa fornicationis. Vbi non potest paganismus intelligi, quia u- terque fidelis est. Sic enim & apostolus uide- tur distinguere cum ait. His autem qui sunt in coniugio praecipio non ego, sed dominus, uxo- rem a uiro non discedere: quod si discesserit, ma- nere inuuptam, aut uiro suo reconciliari. Vbi intelligitur, quia etiam si una illa causa qua so- la relictio coniugij permittitur mulier a uiro suo recesserit, inuupta perseuerare debet: aut si se non continet, uiro potius reconciliari, uel correcto uel certe tolerando, quam alteri nu- bere. Sequitur autem & dicit, Et uir uxorem ne dimittat. Breuiter eandem formam intimans in uiro, quam praecipiebat in foemina. Quib. ex praep- to Domini insinuatis, ita sequitur. Ceteris autem ego dico, non dominus. Si quis frater habet uxorem infidelem, & hac consen- tit habitare cum illo, non dimittat illam. Vbi dat intelligi dominum de his locutum, ut neu- ter alterum dimitteret, si fideles ambo essent.

Quod a Domino in euangelio dictum est, Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta cau- sa fornicationis, facit eam moechari: prohibitu- est homini dimittere uxorem si nulla causa for- nicationis exiterit, & dictum est quare, ne sci- licet faciat eam moechari. Vtiq; ideo, quia eti- am si non ipsa dimiserit, sed missa fuerit, erit moecha si nupserit. Propter hoc ergo tam ma- gnum malum, uon licet homini dimittere uxo- rem, nisi excepta causa fornicationis, tunc e- nim non ipse dimittendo facit adulteram, sed dimittit adulteram. Quid si ergo dicat: dimit- to quidem uxorem meam sine ulla causa for- nicationis sed continens permanebo: ideo ne dicemus eum impune fecisse quod fecit? Quis hoc dicere audebit, qui uoluntatem Domini hac dicentis intelligit? Quoniam nec conti- nentiae causa dimitti coniugem uoluit, qui so- lam causam fornicationis excepit. Redeamus igitur ad ipsa apostoli uerba, & cum uelut in- terrogemus, & tanquam praesentem eum quo- dammodo

Ex lib. ad Pol- lentium 1. Matth. 5.

dammodo consulamus. Cur dixisti Apostole, Quod si discesserit, manere inuuptam? Licet ne discedere, an non licet? si omnino non licet, cur praecipis discedenti ut maneat inuupta? Si autem licet, profecto est aliqua causa quali- ceat. Haec autem inquisita non inuenitur ni- si quam solam saluator excipit, id est causa for- nicationis. Ac per hoc non praecipit Apосто- lus, mulierem si discesserit manere inuuptam, nisi quae illa causa discedit a uiro qua sola ei li- citum est discedere a uiro. Nisi ergo illa intelli- gatur cui licet discedere, non autem licet nisi uiro fornicante, quo modo iubetur inuupta si discesserit permanere. Quis est qui dicat, si dis- cesserit mulier a uiro non fornicante inuupta permaneat, cum ei nisi a uiro fornicante disce- dere omnino non liceat? Sed rem ipsam pau- lo apertius proloquamur, & quasi constitua- mus ante oculos. Ecce placuit continentia mu- lieri, uiro non placet. Discessit ab eo mulier, & coepit uiuere continenter. Ipsa scilicet casta mansura, sed factura, quod dominus non uult, adulterum uirum. Qui cum se non continerit, alteram quaret. Quid sumus dicturi mulie- ri, nisi quod dicit ecclesiae sana doctrina? Red- de debitum uiro. Ne dum tu quæraris unde am- plius honoreris, ille unde damnetur inueniat. Hoc utiq; & illi diceremus, si te nolente, conti- nere uoluisset. Non enim habes potestatem cor- poris tui, sed ille: sicut nec ille habet potestatem corporis sui, sed tu. Cum haec atque huiusmo- di plura quae ad hoc pertinent, dixerimus, pla- cet ne tibi, ut mulier nobis respondeat? Ego apostolum audio dicentem. Praecipio, mulie- rem a uiro non discedere: quod si discesserit, manere inuuptam, aut uiro suo reconciliari. Ecce discessi. Nolo reconciliari uiro, sed inu- pta permaneo. Non enim ait, si discesserit ma- nere inuuptam donec uiro suo reconcilietur, sed manere, inquit, inuuptam, aut uiro suo re- conciliari. Hoc, inquit, faciat, aut illud. Vnum è duobus eligendum permisit, non autem in horum alterum compulit. Manere inuupta e- ligo, ac sic praep- tum impleo. Corripe, argue, increpa, utere qua uolueris seueritate si nup- sero. Quid huic contradicam, nisi Apostolum non bene intelligis? Neque enim praecipis- set, si a uiro discesserit, inuuptam manere mu- lierem, nisi eam cui discedere licuisset, illa una uidelicet causa, quae ibi propterea tacita est, quia notissima est, hoc est fornicationis. Hanc enim solam Deus magister excepit cum de di- mittenda loqueretur uxore, deditq; intelligi ta- lem formam etiam a uiro esse seruandam. Quo- niam non solum mulier non habet potestatem corporis sui, sed uir: similiter & uir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Cum er- go tuum maritum arguere de fornicatione non possis, quomodo te putas quod ab eo discedis non nubendo excusare, a quo tibi non licet om- nino discedere? Dominus itaq; praecipit mu- lierem a uiro non discedere: quod si discesserit: ea utiq; causa qua discedere licitum est, mane-

re inuuptam, aut uiro suo reconciliari. Mulier enim sub uiro uiuo marito iuncta est legi: & ui- uente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum al- tero uiro, quoniam mulier alligata est quam- diu uir eius uiuit. Vnde si uxor dimiserit uirum suum & alij nupserit, moechatur: & qui dimis- sam a uiro duxerit, moechatur. Ideoq; ex eodē praep- to domini ait, & uir uxorem ne dimit- tat, quoniam qui dimiserit uxorem suam pre- ter causam fornicationis facit eam moechari. Sed si propter hanc causam dimiserit, etiā ipse sic permaneat. Omnis enim qui dimittit uxo- rem suam & ducit alteram, moechatur. Haec co- stituta domini, sine ulla retractatione seruanda sunt. Habet enim haec iustitia quae coram illo est, siue probent siue improbent homines.

Nam ceteris ego dico, non dominus. Si quis frater uxore habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem, & hic consen- tit habitare cum illo, non dimittat uirum.

Ceteris autē ego dico, non dominus. Hic primo uidentum est quibus ceteris. Dicit enim superius ex domini persona, his qui sunt in coniugio, sed non hoc sequitur. Ita em- subiunxit. Si quis frater habet uxorem infide- lem, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Ergo etiam nunc dicit his qui sunt in coniugio. Quid sibi uult ergo quod ait, ceteris? Nisi quia superius eis loquebatur qui sic copulati erant, ut pariter in fide Christi es- sent. Ceteris autem nunc dicit, id est eis qui sic copulati sunt, ut non ambo fideles sint. Sed quid eis dicit? Si quis frater habeat uxorem infidelem, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier habet uirum infidelem & hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum. Si ergo non praecipit ex domini persona, sed ex sua persona monet, ita est hoc bonum, ut si quis aliter fecerit, non sit praep- ti transgressor, sicut de uirginibus pau- lopost dicit praep- tum Domini se non habe- re, consilium autem dare: atque ita laudat uir- ginitatem ut arripiat eam qui uoluerit, non ta- men ut si non fecerit, contra praep- tum fecisse iudicetur. Aliud est enim quod iubetur, ali- ud quod monetur, aliud quod ignoscitur. Iu- betur mulier a uiro non discedere: quod si dis- cesserit, manere inuupta, aut uiro suo recon- ciliari. Aliter ergo non licet facere. Monetur au- tem uir fidelis si habet uxorem infidelem, con- sentientem secum habitare, non eam dimitte- re. Licet ergo & dimittere, quia non est praep- tum domini ne dimittat, sed consilium aposto- li. Sicut monetur uirgo non nubere. Sed si nu- pserit, consilium quidem non tenebit, sed con- tra praep- tum non faciet. Ignoscitur tamen cum dicitur. Hoc autem dico secundum ueni- am, non secundum imperium. Quapropter sili- cet ut dimittatur coniunx infidelis, quamuis melius sit non dimittere, & tamen non licet se- cundum praep- tum domini ut dimittatur co- iunx, nisi causa fornicationis, fornicatio est etiā ipsa infidelitas. Quid enim tu dicis Aposto-

Rom. 7.

Ex li. de serm. domini in moite.

Ier. Certent uir fidelis consentientem secū habitare mulierem infidelem non dimittat, ita inquit. Cum ergo hoc & dominus præcipiat, ne dimittat uir uxorem nisi causa fornicationis: quare hic dicitis, Ego dico, non dominus?

Quia scilicet idolatria quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Deus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, non iussit, dedit locum apostolo monendi, ut qui uoluerit non dimittat uxorem infidelem, quo sic fortassis possit fieri fidelis. Quia enim coniugis fidelis relinquere coniugem licite potuit infidelem, ideo fieri hoc non dominus, sed apostolus prohibet. Quod enim dominus prohibet fieri, omnino non licet. Monet ergo apostolus, quod & possit esse multorum lucratorum occasio, ut fideles coniuges in relinquendis infidelibus, permissa licentia non utantur. Si enim dimittere infidelem uxorem non liceret, hoc fieri dominus prohiberet, neque apostolus prohibens diceret, Ego dico, non dominus. Nam si propter fornicationem carnis permittitur homini a coniuge separari, quanto magis in coniugementis fornicatio detestanda est, id est infidelitas? De qua scriptum est. Quonia ecce, qui se longe faciunt a te, peribunt. Perdidisti omnem qui fornicatur abs te. Sed quia ita licitum est ut non expediat, ne propter coniugum separationes offensi homines, ipsam doctrinam salutis qua illicita prohibentur exhorreant, ac sic peiores atque perituri in eadem infidelitate remaneant, intercedit Apostolus, & monendo fieri uetat, quod ita licitum est ut non expediat. Sic enim recedere ab infidelibus uxoribus uel maritis, fideles uiri uel feminae non prohibentur a domino, ut neque iubentur. Nam si dimittere tales coniuges iuberentur, nullus locus esset consilio monentis apostoli, ne hoc fieret. Nullo modo enim quod dominus iubet, feruus bonus fieri prohiberet. Nam quia aliquando hoc dominus per Esdram prophetam iussit, & factum est, dimiserunt Israhelitarum uxores alienigenas, quicunque tunc habere potuerunt, per quas fiebat ut & ipsi ad alienos seducerentur deos, non ut illa per maritos uero acquirerentur deo. Non dum enim tanta gratia saluatoris illuxerat, & promissis temporalibus ueteris testamenti adhuc inhæbat illius populi multitudo. Et propterea cum bona terrena, que pro magno expectabant a domino, uiderent etiam his abundare qui multos falsos colebant deos, blanditijs uxoribus prius eos uerebantur offendere, deinde inducebantur & colere. Vnde iusserat dominus per sanctum Moysen, ne quis uxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant domino prohibente, domino iubente dimiserunt. Cum uero cepisset gentibus euangelium prædicari iam coniunctos gentes gentilibus cōperit coniuges. Ex quibus si non ambo crederent, sed unus aut una, & infidelis cum fidele consentiret habitare, nec prohiberi a domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo scilicet non prohiberi, quia iustitia permittit a fornicante discedere: & infidelis hominis fornicatio, est maior in corde: nec uera eius pudicitia cum cōiuge dici potest, quia omne quod non est ex fide, peccatum est, quamuis uerā fidelis habeat pudicitiam etiam cum infideli coniuge qui non habet ueram. Ideo autem nec iubere debuerunt fideles ab infidelibus separari, quia non contra iussionem domini gentiles fuerunt ambo coniuncti. Quoniam ergo fidelem ab infideli discedere, nec prohibet, nec iubet dominus, ideo ut non discedat, apostolus dicit non dominus, habes utique spiritum sanctum in quo dare posset utile & fidele consilium. Quod utique ideo monendum, non iubendum iuit, quia non tanto pondere prohibendi sunt homines facere licita, quamuis non expediant: quanto pondere prohibentur illicita. Si autem alicubi apostolus etiam illa quæ iubenda sunt, monere dignatur, hoc fecit parcendo infirmitati, non præiudicando iussioni. Vnde si dixit, Non ut confundam uos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo, quid habet quæstionis ubi non ait, ego dico, non dominus? Item ubi ait, Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini Christus uobis nihil proderit: numquid etiam hic dixit, Ego dico, non dominus? Non sunt itaque ista similia: quia etiam illa quæ iubet dominus, non est indignum neque contrarium, si eadem monet apostolus. Monemus enim quos charos habemus, ut faciant domini præcepta uel iussa. Cum uero ait, Ego dico, non dominus, satis ostendit dominum non prohibere quod ipse prohibebat. Prohibuit autem Dominus si esset illicitum. Ergo secundum ea quæ diu supra diximus, multumque uersauimus, licitum erat per iustitiam, sed etiam licitum non erat faciendum propter liberam beneuolentiam.

Ex lib. ad Pollentium

Psal. 72.

3. Esdr. 9.

Sanctificatus est enim uir infidelis in muliere fidele, & sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem. Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Sanctificatus est enim, inquit, uir infidelis in uxore, & sanctificata est mulier infidelis in fratre. Credo, iam prouenerat, ut non nullæ feminae per uiros fideles, & uiri per uxores fideles in fidem ueniret. Et quauis non dicens nomina, exemplis tamē hortatus est ad confirmandum consiliū suum. Denique sequitur. Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Iam enim erant paruuli Christiani, qui siue auctore uno ex parentibus, siue utroque consentiente sanctificati erant. Quod non fieret, si uirino credente dissociaretur coniugium, & non toleraretur infidelitas coniugis usque ad opportunitatem credendi. Hoc est ergo consilium eius, cui credo dictum esse, Si quid supereroga ueris, rediens reddam tibi. Quod ait Apostolus cum fideles moneret ut se ab infidelibus coniugibus non disiungerent, Sanctificatus est enim uir infidelis in uxore, & sanctificata est mulier infidelis in fratre, alioquin filij uestri immundi

1. Cor. 4.

Galat. 5.

Sanctificatus est enim uir infidelis in muliere fidele, & sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem. Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

Ex lib. de ser. dom. in morte.

Luce. 10.

Ex lib. ad Marcell. 3.

mundi essent, nunc autem sancti sunt: aut sic accipiendum est, quod exempla iam præcesserant & uirorum quos uxores, & foeminarum quas mariti lucrificerant Christo, & paruulorum ad quos faciendos Christianos uoluntas Christiana etiam unius parentis euererat: aut si (quod & magis apostoli uerba uidentur sonare, & quodammodo cogere) aliqua illic intelligenda est sanctificatio, qua sanctificabatur uir uel mulier infidelis in coniuge fidele, & qua sancti nascebantur filij fidelium, siue quia in menstruo cruore mulieris à concubitu continebat quicunque uir uel foemina id in lege didicerat (nam hoc Hiezechiel inter illa præcepta ponit, quæ non figurate accipienda sunt) siue propter aliam quamlibet, quæ ibi aperte proposita non est, ex ipsa necessitudine coniugiorum atque ad filiorum sanctitatis asperginē, illud tamē sine dubitatione tenendum est, quæcumque illa sanctificatio sit, ualere ad christianos faciendos atque ad dimittenda peccata, nisi Christiani & ecclesiastici institutione sacramenti efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles, quælibet sanctis & iustis coniugibus adhareant, ab iniquitate mundantur, quæ à regno dei separatos, in damnationem uenire compellit, nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisque procreati, originalis peccati reatu absoluntur nisi in Christo fuerint baptizati. Pro quibus tanto impensius loqui debemus, quanto pro se ipsis minus possunt.

Ex lib. de bapt. paru.

Ex lib. ad Marcell. 3.

Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Non uniusmodi est sanctificatio. Nam & cathecumini os secundum quendam modum suum per signum Christi, & orationem manus impositionis, putro sanctificari: & quod accipiunt quamuis non sit corpus Christi, sanctum est tamen, & sanctius quam cibi quibus alimur, quoniam sacramentum est. Verum & ipsos cibos, quibus ad necessitatem sustentandæ uitæ huius alimur, sanctificari idem apostolus dixit per uerbum Dei & orationem qua oramus utique nostra corpuscula refecturi. Si cut ergo ista ciborum sanctificatio non efficit ut quod in os intrauerit non in uentrem uadat, & in secessum mittatur per corruptionē, quæ omnia terrena soluuntur: unde & ad aliam escam, quæ non corrumpitur nos dominus exhortatur. Ita sanctificatio catechumini, si non fuerit baptizatus, non ei ualet ad intrandum regnum caelorum, aut ad peccatorum remissionem. Ac per hoc & illa sanctificatio cuiuscumque modi, quam in filiis fidelium esse dixit apostolus, ad istam de baptismo & de peccati origine uel remissione quæstionem omnino non pertinet. Nam & coniuges infideles, in coniugibus fidelibus sanctificari dicit, eo ipso loco ita loquens. Sanctificatur enim uir infidelis in uxore, & sanctificatur mulier infidelis in fratre. Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Non opinor, quod quisquam tam infideliter intelligat, quomodo libet in his uerbis intelligat, ut ob hoc existimet etiam maritum

non Christianum, Christianum, quia uxor eius fuerit Christiana, neque iam baptizari oportere, & ad peccatorum remissionem peruenisse, & in regnum caelorum esse intraturum, quia sanctificatus dicitur esse in uxore. Quod si infidelis dicitur, discedat: non est enim seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi, in pace autem uocauit uos deus.]

Id est ut propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitima societate coniuncta, sine ulla culpa relinquatur, si cum uiro Christiano propter hoc quia Christianus est permanere noluerit. Eo autem modo illam rectissime dimitti, si uiro suo dicat, Non ero uxor tua nisi mihi de laetrocinio diuitias congeras, aut nisi lenocinia solita quibus nostram domum transigebas, etiam Christianus exerceas, aut si quid aliud uel facinorosum uel flagitiosum in uiro noverat, quo delectata, uel libidine explebat, uel facilius uitium habebat, uel etiam incedebat ornator. Tunc enim ille cui uxor hoc dicit, si ueraciter egit poenitentiam ab operibus mortuis quando accessit ad baptismum, habet in fundamento fidem quæ per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ quam carnis uxoriæ, & membrum quod eum scandalizat fortiter amputat.

Quod si infidelis dicitur, discedat. Non est enim seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi. Id est, si infidelis noluerit esse cum coniuge fidele, hic agnoscat fidelis suam libertatem, ne ita se subiectum putet seruituti, ut ipsam dimittat fidem ne coniugem amittat infidelem.

Diuisi a nobis, nobiscum caput consuetes, & a corpore separati, doleamus illos fratres tanquam nostros. Velint nolint fratres nostri sunt. Tunc esse desinent fratres nostri, si destiterint dicere. Pater noster. Dixit de quibusdam propheta. His qui dicunt uobis, non estis fratres nostri, dicite, fratres nostri estis. Circumspicite de quibus hoc dicere potuerit. Numquid de paganis? Non. Neque enim eos dicimus fratres nostros secundum scripturas & ecclesiasticum morem loquendi. Numquid de Iudeis qui in Christum non crediderunt? Legite apostolum, & uidete quia fratres quando dicit Apostolus sine aliquo additamento, non uult intelligi nisi Christianos. Non est autem subiectus (inquit) frater aut soror in huiusmodi. Cum diceret de coniugio fratrem & sororem, dixit Christianum uel Christianam. Item dicit. Tu autem, quid iudicas fratrem tuum? Aut. Tu quid spernis fratrem tuum? Et alio loco. Vos autem, inquit, iniquitatem facitis, & fraudatis, & hoc fratres. Isti ergo qui dicunt, Non estis fratres nostri, Paganos nos dicunt. Ideo enim & rebaptizare nos uolunt, dicentes nos non habere quod dant. Vnde consequens est error ipsorum, ut negent nos fratres suos esse. Sed quare nobis dixit propheta, Vos dicite illis, fratres nostri estis? Nisi quia nos in eis agnoscerimus quod non repetimus. Illi ergo non agnoscendo baptismum nostrum negant se fratres: nos autem non repetendo ipsorum, sed agnoscendo non

Ex lib. de ser. dom.

Ex lib. ad c. 7. Hilarij

Ex tractatu Psal. 33.

non ipsorum, dicimus eis, fratres nostri estis.

Vnde enim scis mulier si uirum saluum facies? aut unde scis uir si mulierem saluam facies? nisi sicut unicuique diuisit dominus. Vnumquemque sicut uocauit Deus ita ambulet.]

Ex lib. ad Pollentiu. 1.

Redit enim rationem cur fieri non expediat, quauis liceat. Vnde enim scis (inquit) mulier si uirum saluum facies, aut unde scis uir, si uxorem saluam facies? Cum enim superius dixisset: Sanctificatus est enim uir infidelis in uxore, & sanctificata est mulier infidelis in fratre, id est in Christiano: Alioquin filij uestri (inquit) immundi essent, nunc autem sancti sunt: sic ad lucrandos coniuges & filios Christo, etiam exemplis quae iam prouenerant, uidetur hortatus. Cur ergo non expediat etiam infideles coniuges dimitti a fidelibus, causa euidenter expressa est. Non enim propter uinculum cum talibus coniugale seruandum, sed ut acquirantur Christo, recedi ab infidelibus coniugibus Apostolus uetat. Multa sunt autem facienda, non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officijs gratiora, quae cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impeditimus. Vnde prior ipse dominus cum se tributum non debere demonstrasset, soluit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad aeternam salutem gerens hominem consulebat. Iam uero Apostolus quemadmodum ista commendat, eius uerba testatur, ubi dicit. Cum enim liber sum ex omnibus, omnium seruum me feci, ut plures lucrificerem. Cum paulo superius dixisset. Nunquid non habemus licentiam manducandi & bibendi? Nunquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & frater domini, & Cephas? An ego solo? & Barnabas non habemus potestatem non operandi? Quis militat suis stipendijs unquam?

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

Quis plantat uineam, & de fructu eius non comedit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Et paulo post. Si alij, inquit, potestatis uestrae participant, non magis nos? Sed non sumus uili hac potestate, sed omnia toleramus, ne quod impedimentum demus euangelio Christi. Deinde post pauca. Quae igitur, inquit, mihi merces erit, ut euangelizans sine sumptu ponam euangelium, ut non abutar potestate mea in euangelio? Continuoque subiungit, quod paulo ante commemorauit. Cum enim liber sum ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrificerem.

Et sicut in omnibus ecclesijs doceo, circumcisus aliquis uocatus est, non adducat praeputium. In praeputio aliquis uocatus est, non circumcidatur. Circumcisio nihil est, & praeputium nihil est, sed observatio mandatorum Dei.]

In exposit. q. 1. ad Gal.

Seruabat utique quod congruere uidebat hae ecclesijs gentium, siue Iudaeorum, ut nusquam auferret consuetudinem, quae seruata non impediebat ad obtinendum regnum dei: tantum admones, ne quis in superfluis poneret spem salutis, etiam si consuetudinem in eis propter offensionem infirmorum custodire uellet. Hinc enim dicit. Circumcisus quis uo-

catus est, non adducat praeputium. In praeputio quis uocatus est, non circumcidatur. Circumcisio nihil est, & praeputium nihil est, sed observatio mandatorum Dei.

Vnusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Seruus uocatus es, non sit tibi cura. Sed & si potes fieri liber, magis utere. Qui enim in domino uocatus est seruus, libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Procio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo uocatus est frater, in hoc permaneat apud Deum.]

Item in eadē

Hoc enim ad eas consuetudines uel conditiones uitae retulit quae nihil obsunt fidei bonisque moribus. Non enim si etiam latro erat quisque cum uocatus est, debet in latrocinio permanere. De uirginibus autem praeputium domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a domino ut sum fidelis.]

Ex lib. ad Pollentiu.

Non ut consilium alienum existimemus a Domino. Cum continuo sequatur & dicit, Tanquam misericordiam consecutus a domino, ut fidelis essem. Secundum ergo Deum dat consilium fidele, in eo spiritu de quo ait. Puto autem quod & ego spiritum dei habeo. Verumtamen aliud est domini iubentis imperium, aliud conferui secundum misericordiam charitatis quae illi est a Domino inspirata atque donata, fidele consilium. Ibi aliud facere non licet, hic autem licet: ita sane, ut ipsum licitum partim quidem expediat, partim uero non expediat. Expedit tunc, quando non solum per iustitiam quae coram deo est, permittitur, sed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis inferitur. Velut cum dat consilium non nubendi apostolus uirginibus, unde praepotum domini se non habere testatur: licet aliud facere, id est nubere, & minus quidem continentiae bonum tamen tenere nuptiarum: ipsumque licitum etiam expedit, quoniam in uetita & illicita ruituram carnis infirmitate licet excipit honestate nubendi, ut neminem cogar: quauis expediret, magisque honestum esset, si uirgo consilium, quo praepotum eam non compellit, arripere. Tunc autem non expedit id quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis alij inferit impedimentum salutis, sicut est discessio coniugis fidelis ab infideli: quam non prohibet dominus praepotum legis, quia coram illo iniusta non est, sed prohibet apostolus consilio charitatis, quia infidelibus adest impedimentum salutis, non solum quia perniciosissime scandalizatur offensus, uerum etiam quia in alia coniugia cum ceciderint uiuentibus eis a quibus dimittuntur, adulterinis nexibus colligati, difficillime resoluuntur. Maior amor, imposuit maius onus uirginibus. Quod licebat noluerunt, ut plus placerent ei cui se deuouerunt. Ambierunt illam maiorem pulchritudinem cordis sui. Quid iubes tanquam dicerent, quid iubes? Ne adultere simus, hoc praepotum. Amado te, plus facimus quam iubes. De uirginibus, ait apostolus praepotum domini non habeo. Ergo hoc quare faciunt? Consilium autem do, ille autem amantem,

Ex ser. de uir. apost. 52.

mantem, quibus terrena nuptia uiluerunt, quae terrenos amplexus non desiderauerunt, usque adeo acceptauerunt praepotum, ut non recusarent consilium: ut plus placerent, plus se ornauerunt. Corporis enim huius, id est exterioris hominis ornamenta, quanto amplius appetuntur, tanto sunt interioris maiora detrimenta: quanto autem minus appetuntur, ornamenta exterioris hominis, tanto magis moribus pulchris homo interior adornatur. Vnde dicit apostolus. Ornantes se, non in tortis crinibus. Cum enim dixisset, Ornantes se, ne quid aliud a carnalibus, quam uisibilia ista ornamenta putarentur, continuo tulit cogitationi, quod cupiditas inquirebat. Non, inquit, in tortis crinibus, neque auro, uel margaritis, uel ueste preciosa, sed ille absconditus cordis homo, qui est ante deum diues. Neque enim deus diuitias daret exteriori homini, & inopem relinqueret interiore. Dedit inuisibili diuitias inuisibiles, & inuisibilem ornauit inuisibiliter. His ornamentis studentes Dei puellae sanctae uirgines, nec quod licebat appetuerunt, nec quod cogebantur consenserunt. Multae enim etiam parentum suorum contrarios conatus ignita superno amore, superauerunt. Iratus est pater, plorauit mater. Non curauit illa cui ante oculos uersabatur speciosus forma praepotum filij hominum. Ei quippe se ornari desiderauit, ut tota eius curam gereret. Quia quae nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. Quae autem innupta est, cogitat quae sunt Dei quomodo placeat Deo. Videte quid sit amare. Non dixit, cogitat ne damnetur a Deo. Adhuc enim iste timor seruilis est, custos quidem malorum, ut abstineant a malis & abstinentes digni sint ad se admittere charitatem. Sed ille non cogitat quemadmodum non puniatur a Deo, sed quomodo placeant Deo pulchritudine interiore, decore occulti hominis, decore cordis, ubi illius oculis nuda sunt. Nuda intus, non foris. Integra & intus & foris. Vel uirgines doceant coniugatos & coniugatas non ire in adulterium. Illi faciunt plus quam licet: istae non faciunt quod licet. Misericordiam, inquit, consecutus sum ut fidelis essem. Non ait, Quia fidelis eram. Fidelis ergo datur quidem, sed data est etiam ut esset fidelis.

1. Tim. 2.

Psal. 44.

Ex lib. de praed. san.

Extractu Psal. 118.

Quattuor enim retributiones sunt. Aut mala pro malis retribuuntur, sicut Deus ignem aeternum retribuaturus est impijs: aut bona pro bonis, sicut regnum aeternum retribuaturus est iustis: aut bona pro malis, sicut Christus per gratiam iustificat impium: aut mala pro bonis sicut Iudas per malitiam persecutus est Christum. Harum quatuor retributionum, duae priorae pertinent ad iustitiam, ut retribuatur mala pro malis, bona pro bonis: tertia pertinet ad misericordiam, ut retribuatur bona pro malis: quarta deus nescit. Nulli enim malum pro bono retribuit. Haec autem, quam tertio loco posui, in primis est necessaria. Nisi enim deus retribuere bona pro malis, nullo modo es-

sens quibus retribuere bona pro bonis. Vide illum Saulum postea Paulum. Non ex operibus, inquit, iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Et iterum. Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & iniurius: sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea. Et iterum. Consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a domino, ut fidelis essem.

Titum. 3.

Hoc est, ut uiuere, Quia iustus ex fide uiuit. Mortuus ergo erat prius per suam iniustitiam, antequam uiueret per Dei gratiam. Ipsam porro suam mortem sic confitetur. Adueniente autem, inquit, mandato, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum: & inuentum est mihi mandatum quod erat in uitam, hoc esse in mortem. Retribuit ergo illi Deus bonum pro malo, hoc est uitam pro morte.

1. Tim. 2.

Rom. 1.

Rom. 7.

Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.]

Extractu Psal. 147.

Dicit nobis euangelium. Obseruare nouissimum diem uenturum. Diem aduentus filij hominis. Quia illos male inuenturus est, qui modo securi sunt, ideo quia peruerse securi sunt. Securi sunt enim in uoluptatibus seculi, cum deberent esse securi domitis cupiditatis seculi. Iam utique illi uitae nos praeparauit Apostolus in his uerbis.

Ex lib. de Gene. ad iterum. 9.

Vnde enim magnum, magnique honoris meritum apud Deum fidelis & pia uirginitas habet, nisi quia isto iam tempore continendi ab amplexu, cum omnibus gentibus ad implendum sanctorum numerum largissima superpetat copia percipiendae fordidae uoluptatis libido non sibi uindicat, quod iam sufficiens prolis nec essitudo non postulat.

Ex lib. de Gene. ad iterum. 9.

Alligatus es uxori, noli querere solutionem. Solutus es ab uxore, noli querere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccabis: si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco.]

Nihil ergo expedit quod illicitum est, & nihil quod prohibet Dominus licitum est. Quae autem nullo constringentis domini imperio in potestate dimissa sunt, in his audiat Apostolus in spiritu sancto monens & consulens, ut uel meliora capiantur, uel ea quae non expediunt caueantur. Ibi audiat, dicens. Praepotum domini non habeo, consilium autem do. Et ego dico non dominus. Ibi si meliora elegerit, qui audit. Solutus es ab uxore, non querat uxorem. Quia & si acceperit uxorem, non peccat. Ibi uirgo non nubat. Qui autem non dat nuptum melius facit, & qui dat nuptum benefacit. Ibi beator sit mulier licet permanendo, quae mortuo uiro suo in potestate habet cui uult nubere in domino.

Ex lib. ad Pollentium

Hoc itaque dico fratres, tempus breue est. Reliquum est ut & qui habent uxores tanquam non habentes sint: & qui sicut, tanquam non sicutes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur.]

Qui

Ex tracta. Psalm. 147

Qui gaudium totum suum, totam foelicitatem suam constituit in manducando & bibendo, uxorem ducendo, emendo, uendendo, utendo mundo isto, sine sollicitudine est et talis, sed prater arcam, uae illi a diluuiio. Quisquis autem siue manducat, siue bibit, siue aliquid quid agit, omnia in gloriam Dei facit, & si aliqua tristitia est de rebus secularibus, sic flet ut intus spe gaudeat, & si aliqua letitia est in rebus secularibus, sic gaudet ut & intus spiritaliter timeat, nec donat se corrupendum foelicitati, nec se dat aduersitati frangendum. Hoc est enim flere tanquam non fletem, & gaudere tanquam non gauderem. Quisquis & si habet uxorem, eiusque infirmitati compatiens reddit non exigit debitum, aut si propter propria infirmitatem duxit uxorem, plangens potius quia sine uxore esse non potuit, quam gaudens quia duxit: quisquis uedit quod nouit quia & si maneret, beatum non faceret: quisquis quod emit nouit quia transiet, & de ijs omnibus & si abundantibus, & si circumfluentibus, non praesumit, facitque ex eo quod habet, misericordiam cum eo qui non habet, ut & ipse accipiat ab illo qui omnia habet: quisquis talis est, securus expectat diem nouissimum. Non ergo timeat uenturum diem, sed speret & desideret. Non enim ueniet illi ad inferendas poenas, sed ad finiendas molestias.

Ex li. de fern. d. m. in m. d. c.

Beatiora sane coniugia iudicanda sunt, quae siue filijs procreatis, siue etiam ista terrena prole contempta continentiam inter se pari consensu seruare potuerint: quia neque contra illud praecceptum sit, quo Dominus dimitti coniugem uerat: non enim dimittit qui cum ea non carnaliter, sed spiritaliter uiuit: & illud seruatur quod per Apostolum dicitur, Reliquum est ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint. Si uir fortis es, uince cupiditates, quibus iste diligitur mundus. Ora fortiter, & dic Deo quod habes in Psalm. De necessitatibus meis erue me. Ipse te exaudiet, ut interioris & inuisibiles hostes, id est ipsas cupiditates inuisibiliter & spiritaliter uincas, & sic utaris hoc mundo tanquam non utens, ut ex bonis eius bona facias, non malus fias. Quia & ipsa bona sunt, nec dantur hominibus nisi ab illo qui habet omnium caelestium & terrestrium potestatem. Sed ne putentur mala, dantur & bonis: ne putentur magna uel summa bona, dantur & malis. Itemque auferuntur ista & bonis ut probentur, & malis ut crucientur. Quis enim nesciat? Quis ita sit stultus ut non uideat, quod salus huius mortalis corporis, & in eorum corruptibilitatem uirtus, & uictoria de hominibus inimicis, & honor atque potentia temporaria, & cetera istiusmodi bona terrena, & bonis dantur & malis, & bonis auferantur & malis: Salus uero animae cum immortalitate corporis, uirtus, & uictoria de cupiditatibus inuisibilibus, & gloria & honor & pax in aeternum, non dantur nisi bonis: ista ergo dilige, ista concupisce, ista modis omnibus quaere.

Ex li. de fern. d. m. in m. d. c.

Propter haec acquirenda & obtinenda fac eleemosynas, funde orationes, exerce ieiunia quantum sine lesione tui corporis potes. Bona uero ista terrena noli diligere: quantalibet tibi abundant, sic eis utere, ut bona multa ex illis, nullum autem malum facias propter illa. Oia quippe talia peribunt, sed bona opera non pereunt, etiam quae de bonis pereuntibus fiunt.

Praterijt enim figura huius mundi. Volo autem uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est.

Præfacto quippe iudicio, tunc esse desinet hoc caelum & haec terra, quando incipiet esse caelum nouum & terra noua. Mutatione namque rerum non omnimodo interitu transibit hic mundus. Vnde & Apostolus dicit. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem uos sine sollicitudine esse. Figura ergo præterit non natura. Iudicatis quippe ijs, qui non sunt scripti in libro uitae, & in aeternum ignem missis, tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione præteribit, sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluuii. Illa utique (ut dixi) conflagratione mundana, elementorum corruptibilium qualitates, quae corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt, atque ipsa substantia eas qualitates habebit quae corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniat, ut scilicet mundus in melius innouatus, apte accommodetur hominibus etiam in melius carne innouatis.

Et mulier innupta & uirgo cogitat quae Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu. Quae autem nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uiro.

Quod de innuptis dixit, ut sit sancta corpore & spiritu, non sic accipiendum est quasi nupta fidelis & casta & secundum scripturas subdita uiro non sit sancta & corpore sed tantummodo spiritu. Fieri enim non potest ut sanctificato spiritu non sanctum sit etiam corpus & sanctificatus utitur spiritus. Sed ne cuiquam nos potius argumentari, quam hoc diuino eloquio probare uideamur, quoniam Petrus Saram commemoraturus. Sanctae inquit mulieres tantummodo, non ait & corpore, illud eiusdem Pauli consideremus, ubi prohibens fornicationes ait. Nescitis quia corpora uestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam meretricis? Absit. Ergo autem aliquis dicere membra Christi sancta non esse? Aut uero audeat a membris Christi fidelium conjugatarum corpora separare? Vnde etiam paulo post ait. Corpus uestrum templum in uobis est spiritus sancti quem habetis a deo & non estis uestri. Empti enim estis pretio magno. Corpus fidelium, & membra Christi esse dixit. & sancti spiritus templum: ubi profecto utriusque sexus fideles intelliguntur. Ibi ergo sunt nuptae, ibi & innuptae, sed distincte meritis, & tanquam membris membra praelata: quorum tamen neutra a corpore separata. De innuptis

Ex li. de ciuit. dei 20. Apoc. 21.

Ex li. de sancta uid. ad Iulianum

1. Pet. 3. 1. Cor. 6.

Genes. 1.

Ex cod. lib.

Psalm. 44.

104th. 14.

innuptis itaque loquens (ut sit sancta corpore & spiritu) ampliores innuptarum & in corpore & in spiritu sanctificationem intelligi uoluit, non corpus nuptiarum omni sanctificatione priuauit. Disce itaque bonum tuum. Imò memento quod didicisti bonum tuum plus laudari, quia est aliud bonum quo sit hoc melius: quam si aliter hoc bonum esse non posset, nisi illud malum esset, aut omnino non esset. Habent oculi in corpore magnum honorem, sed minoris membra non essent. In caelo ipso, sua luce sol lunam superat, non uituperat: & stella à stella differt in gloria, non diffidet in superbia. Ideo fecit deus omnia, & ecce bona ualde. Non ob aliud, nisi quia omnia. Nam & per singula opera dicebatur. Vidit Deus quia bonum est. Vbi autem omnia nominata sunt, additum est ualde, & dictum est, Vidit Deus omnia quae fecit, & ecce bona ualde. Membra enim quaedam meliora singula, quam alia singula, sed meliora simul omnia quam quaelibet singula. Christitutaque doctrina sana in eius corpore sanam te faciat per eius gratiam: ut id quod alijs melius habes in corpore & spiritu, idem ipse spiritus tuus qui corpori dominatur, nec extollat insolenter, nec discernat inscientur.

Quae innupta est, inquit, sollicita est ea quae sunt domini, ut sit sancta & corpore & spiritu: quae autem nupta est, sollicita est quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. Non ait sollicita est quae sunt mundi ut sancta non sit: sed certe minor est diuina sanctitas ex ea parte curarum qua mundana cogitatur uoluptas. Quicquid itaque intentionis animi etiam in his rebus impenderetur quibus placendum esset uiro, colligere quodammodo & redigere debet innupta christiana in eam intentionem qua placendum est Domino. Et uide cui placeat, quae Domino placet: & utique tanto est beatorum quanto ei plus placet. Quanto autem magis cogitet ea quae sunt mundi, tanto minus placet. Placeat itaque tota intentione specioso forma filijs hominum. Eius enim gratia illi placetis, quae diffusa est in labijs eius. Placete illi ea quae parte cogitationis, quae occuparetur mundo ut placeretur uiro. Placete illi qui displicent mundo, ut placentes ei liberemini ex mundo. Hunc enim speciosum formam praefilijs hominum, uiderunt homines in cruce passionis, & non habuit speciem neque decorem, sed factus est eius abiectione, & deformis positio eius. Ex hac tamen deformitate redemptoris nostri manauit pretium decoris uestri, sed decoris interioris. Omnis enim pulchritudo filiae regis, intrinsecus. Hac pulchritudine illi placete, hanc pulchritudinem studiosa cura & sollicita cogitatione componite. Non amat ille fallaciarum suorum, ueris ueritas delectatur, & ille (si quod legistis cognoscitis) ueritas uocatur. Ego sum, inquit, uia & ueritas & uita. Currite ad illum per illum. Placete illi ex illo. Uiuite in illo, cum illo, de illo. Affectibus ueris & sanctissima ca-

stitate, à uiro tali amate amari. Porro hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam, sed in id quod honestum est, & quod facultatem praebet sine impedimento dominum obsecrandi.

Non quia innuptarum bonum honestum dicitur ideo putare debemus turpe esse uinculum conjugale. Alioquin etiam primas nuptias condemnabimus, quas nec Cataphryges, nec Nouatiani, nec disertissimus cori astipulator Tertullianus, turpes ausus est dicere: sed quemadmodum cum ait, dico autem innuptis & uiduis bonum esse illis si sic permanerint: utique bonum pro meliore posuit: quoniam omne quod bono comparatum melius dicitur, etiam hoc proculdubio bonum est. Nam quid est aliud quod ita dicitur melius, nisi quod magis bonum est? Nec ideo consequenter eum sensisse arbitramur malum esse si nupserit, quoniam dixit bonum esse illis si sic permanerint. Ita etiam cum ait, Sed ad id quod honestum est, non matrimonium turpe esse monstrauit, sed quod honesto erat honestius generalis honesti nomine commendauit. Quia honestius quid est nisi quod magis honestum est? Magis autem honestum utique honestum est. A parte quippe declarauit hoc esse illo bono melius ubi ait. Qui dat nuptam bene facit: & qui non dat, melius facit. Et hoc illo beato beatus, ubi ait. Beatior autem erit si sic permanerit. Sicut ergo bono melius, & beato beatus, sic honesto honestius est, quod honestum uoluit appellare. Absit enim ut turpe sit. Vnde loquens beatus Petrus Apost. ait, Viri uxoribus uestris tanquam uas si infirmiori & subiecto tribuite honorem quasi cohaeredibus gratiae. Et illas alloquens subditas esse uiris suis exemplo Sarae adhortatur. Nam sic quaedam, inquit, sanctae mulieres quae in deum sperabant, ornabant se obsequentes uiris suis, quomodo Sarae obediebat Abrahae, dominum illum uocans. Cuius factae estis filiae benefacientes, & non timetes ullam perturbationem. Si quis autem turpem se uideri existimat super uirgine sua quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod uult faciat, non peccat si nubat.]

Si se non continet, nubat. Hac itaque conditio ne non continere permittitur, ut tamen nubat. Si ergo elegerit nubere, cogi non potest continere. Sic ergo ista incontinens compellitur nubere, ut possit quod non continet non esse damnabile. Nuptiarum igitur bonum, semper est quidem bonum: sed in populo Dei fuit aliquando legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium, in quibusdam humanitatis solatium. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more per usum promiscuum foeminarum, sed honesto ordine coniugali, non est in homine improbandus affectus etiam, ipsum tamen laudabilius transcendit & uincit, celestia cogitans animus Christianus. Sed quoniam, sicut ait Dominus, non omnes capiunt uerbum hoc, quae potest capere capiat, quae se non continet nubat, quae non cepit, delibere, quae aggressa est perseveret, nulla aduersario

Ex li. de sancta uid. ad Iulianum

1. Pet. 3.

Ex li. ad Polle.

Ex li. ad Iulianum de sancta uid.

Matth. 23.

detur occasio, nulla Christo subtrahatur oblatio. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habet suae uoluntatis, et hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam, bene facit.]

Ex li. quae. m. meri tit. 58.

Videtur apostolus de patre loqui cum dicit, Seruet uirginem suam, & det nuptum uirginem suam, & cetera hoc modo. Vbi non nulli intellexerunt uirginem suam uirginitatem suam. Nulla tamen hoc simili scripturarum locutione demonstrant, cum sit inusitatissima.

Ex lib. de doct. christ.

Sape autem accidit ut quisquis in meliore gradu spiritalis uitae uel esse se putat, figurate dicta esse arbitretur quae in inferioribus gradibus praecipuntur, ut (uerbi gratia) si ceterum libem amplexus est uitam, & se castrauit propter regnum caelorum, quicquid de uxore diligenda & regenda sancti libri praecipunt, non proprie, sed translate accipi oportere contentat. Et quisquis statuit seruare innuptam uirginem suam, tanquam figuratam locutionem conetur interpretari, quia dictum est. Trade filiam tuam, & grande opus perfeceris. Erit igitur etiam hoc in obseruationibus intelligentiarum scripturarum, ut sciamus alia omnibus communiter praecipere, alia singulis quibusque generibus personarum, ut non solum ad uniuersum statum ualeudinis, sed ad suam cuiusque membri propriam infirmitatem medicina pertineat. In suo quippe genere curandum est quod ad melius genus non potest erigi.

Eccles. 7.

Igitur et qui matrimonio iungit uirginem suam bene facit, et qui non iungit melius facit.]

Ex lib. ad Pollentium

In his duabus causis una de nubendo uel non nubendo, altera de infideli coniuge dimittendo uel non dimittendo, aliquid simile est in uerbis apostoli, aliquid dissimile. Simile quidem illud: quod & ibi dicit. Praeceptum domini non habeo, consilium autem do. Et hic dicit. Ego dico, non dominus. Quale est enim, Praeceptum domini non habeo, tale est, Non dicit dominus. Et quale est consilium do, tale est. Ego dico. Illud autem dissimile est, quia de nubendo, & non nubendo potest dici hoc bene fieri, illud melius: quoniam utrumque expedit: minus hoc, maius illud. At uero de coniuge infideli dimittendo, uel non dimittendo, quoniam unum horum non expedit, aliud expedit, dici non oportet, qui dimittit, bene facit, & qui non dimittit, melius facit, sed dici oportet. Non dimittat & non dimittat. Quia & si licet, non expedit. Sic ergo possumus dicere, melius esse infidelem coniugem non dimittere, quam uis liceat & dimittere: quem admodum recte dicimus, melius esse quod et licet et expedit quam id quod licet nec expedit.

Ex lib. de bapt. parus.

Sicut autem bono male uti malum est, sic malo bene uti bonum est. Duo igitur haec bonum & malum, & alio duo usus bonus & usus malus, sibi met adiuncta quatuor differentias faciunt. Bene utitur bono continentiam dedicans Deo. Male utitur bono continentiam dedicans idolo. Male utitur malo concupiscentiam relaxans adulterio, Bene utitur malo con-

cupiscentiam restringens contubio. Sicut ergo melius est bene uti bono, quam bene uti malo, cum sit utrumque bonum: ita qui dat nuptum uirginem suam benefacit, & qui non dat nuptum melius facit.

Mulier alligata est quanto tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit uir eius, liberata est, cui uult nubat tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum mecum consilium.]

Ex lib. de sancta uirgine.

Statim ostendit beatam esse in domino etiam post mortem uiri iterum nubentem fidelem, sed in eodem domino uiduam beatior. Hoc est, ut scripturarum non tantum uerbis uerum etiam exemplis loquar, beatam esse Ruth, sed Annam beatior. Quapropter hoc primum oportet ut noueris, bono quod eligisti non dari secundas nuptias, sed inferius honorari. Nam sicut bonum sanctae uirginitatis quod elegit filia tua, non damnat unas nuptias tuas, sic nec uiduitas tua cuiusquam secundas.

Ex lib. de sancta uirgine.

Hinc enim maxime Cataphrygarum & No- uatianorum haereses tumuerunt, quas buccis sonantibus non sapientibus etiam Tertulianus inflauit, dum secundas nuptias tanquam illicitas maledico dente concidit, quas omnino licitas Apostolus sobria mente concedit.

Ab hac sanitate doctrinae nullius indocti, nullius docti disputatione mouearis, nec ita extollas bonum tuum, ut quod malum non est, tanquam malum crimineris alienum: sed tanto magis gaude tuo bono, quanto magis uides non tantum illo denitari mala, sed quadam etiam bona superari. Mala sunt enim adulterium uel fornicatio. Ab his autem illicitis ualde longe est, quae uoti libertate se obstrinxit, & si bi etiam licita ne liceret non imperio legis, sed consilio castitatis effecit. Et bonum est pudicitia conjugalis, sed melius bonum est continentia uidualis. Hoc ergo bonum boni illius summisione honoratur, non illud bonum melioris huius laude damnatur. Nec quia dixi Ruth beatam, Annam beatior (cui illa bis nupserit, haec uniuira cito uiduata diu uixerit) continuo etiam te meliorem putes esse quam Ruth. Alia quippe propheticis temporibus sanctarum foeminarum dispensatio fuit, quas nubere obedientia non concupiscentia compellebat, ut propaga-

Ex lib. de sancta uirgine.

retur populus Dei, in quo promitteretur prophetae Christi: cum ipse populus per ea quae in figura contingebant illis, siue in his qui scirent, siue in illis qui illa nescirent, nihil aliud esset quam propheta Christi, ex quo nasceretur etiam caro Christi. Proinde sancta Ruth cum semen, quale illo tempore necessarium fuit in Israel non haberet mortuo uiro, quaesuit alterum de quo haberet. Haec itaque bis coniugata ideo Anna uniuira beatior fuit, quia & prophetissa Christi esse meruit. Quam credendum est etiam si filios nullos habuit (quod quidem scriptura reticendo reliquit incertum) eo spiritu prauidisse Christum ex uirgine proxime esse uenturum, quo potuit agnoscere & paruulum. Unde merito etiam sine filijs, si tamen eos non habuit,

Ex lib. de sancta uirgine.

buit, secundas nuptias recusauit, quia nouerat iam tempus esse, quo Christo non officio pariendi, sed studio continendi, nec conjugali- bus foetandis uisceribus, sed castificandis uidualibus melius seruiretur.

Ex lib. de sancta uirgine.

Si uero etiam sciebat Ruth per suam carnem propagari semen unde Christus fuerat carne habiturus, & huic scientiae nubendo exhibuit ministerium, non audeo iam dicere beatior fuisse Annae uiduitatem quam illius foecunditatem. Quia enim Christi coniugium dicitur eligere, quae Christiana sanctitate non nubuit, ablit ut sanctarum uiduuarum iste sit sensus, ut Christus eis uideatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant & antea quando uiris suis subdita seruiebant, non carnaliter sed spiritaliter uirum, cui ecclesia ipsa, cuius membra sunt, coniunx est, quae fidei, spei, & charitatis integritate, non in solis uirginibus sanctis, sed & in uiduis & coniugatis fidelibus tota uirgo est. Vniuersae quippe ecclesiae (cuius illa omnia membra sunt) apostolus dicit. Aptauit uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Nouit autem ille uirginem coniugem sine corruptione foetare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. Quapropter a proposito meliori lapsas si nupserint foeminas, plane non dubitauerim dicere, lapsus & ruinas a castitate sanctiore qua uouetur deo, adulterijs esse peiores. Si enim (quod nullo modo dubitandum est) ad offensionem Christi pertinet cum membrum eius fidem non feruat marito, quanto grauius offenditur cum illi ipsi non seruatur fides in eo quod exigit oblatum qui non exegerat offerendum: Cum enim quis non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commotus uouit, tanto magis fraudatio uoti auget iniquitatem, quanto minus habuit uouendi necessitatem.

Ex lib. de sancta uirgine.

De tertijs, & de quartis, & de ultra pluribus nuptijs solent homines mouere quaestiones. Unde ut breuiter respondeam, nec ulla nuptias debeo damnare, nec eis uerecundiam numerositatis auferre. Sed ne cuiquam breuitas huius responsionis meae forte displiceat, uberior disputantem reprehensorem meum audire paratus sum. Fortassis enim afferat aliquis rationem, quare secundae nuptiae non damnentur, tertiae dantur. Nam ego (sicut in exordio sermonis huius admonui) non audeo plus sapere quam oportet sapere. Quis enim sum qui putem definiendum, quod nec apostolus uideo definit? Ait enim. Mulier alligata est quamdiu uir eius uiuit. Non dixit primus, aut secundus, aut tertius, aut quotuslibet, sed mulier, inquit, alligata est quamdiu uir eius uiuit. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est, cui uult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanserit. Quid huic sententiae (quantum ad hanc rem attinet) addi uel detrahi possit ignoro. Deinde ipsum quoque apostoli ac nostrum magistrum & dominum audio Sadduceis respondentem, cum proposuissent mulierem non

buit, secundas nuptias recusauit, quia nouerat iam tempus esse, quo Christo non officio pariendi, sed studio continendi, nec conjugali- bus foetandis uisceribus, sed castificandis uidualibus melius seruiretur.

Ex li. de sancta uirgine.

Si uero etiam sciebat Ruth per suam carnem propagari semen unde Christus fuerat carne habiturus, & huic scientiae nubendo exhibuit ministerium, non audeo iam dicere beatior fuisse Annae uiduitatem quam illius foecunditatem. Quia enim Christi coniugium dicitur eligere, quae Christiana sanctitate non nubuit, ablit ut sanctarum uiduuarum iste sit sensus, ut Christus eis uideatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant & antea quando uiris suis subdita seruiebant, non carnaliter sed spiritaliter uirum, cui ecclesia ipsa, cuius membra sunt, coniunx est, quae fidei, spei, & charitatis integritate, non in solis uirginibus sanctis, sed & in uiduis & coniugatis fidelibus tota uirgo est. Vniuersae quippe ecclesiae (cuius illa omnia membra sunt) apostolus dicit. Aptauit uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Nouit autem ille uirginem coniugem sine corruptione foetare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. Quapropter a proposito meliori lapsas si nupserint foeminas, plane non dubitauerim dicere, lapsus & ruinas a castitate sanctiore qua uouetur deo, adulterijs esse peiores. Si enim (quod nullo modo dubitandum est) ad offensionem Christi pertinet cum membrum eius fidem non feruat marito, quanto grauius offenditur cum illi ipsi non seruatur fides in eo quod exigit oblatum qui non exegerat offerendum: Cum enim quis non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commotus uouit, tanto magis fraudatio uoti auget iniquitatem, quanto minus habuit uouendi necessitatem.

a. Cor. 11.

De tertijs, & de quartis, & de ultra pluribus nuptijs solent homines mouere quaestiones. Unde ut breuiter respondeam, nec ulla nuptias debeo damnare, nec eis uerecundiam numerositatis auferre. Sed ne cuiquam breuitas huius responsionis meae forte displiceat, uberior disputantem reprehensorem meum audire paratus sum. Fortassis enim afferat aliquis rationem, quare secundae nuptiae non damnentur, tertiae dantur. Nam ego (sicut in exordio sermonis huius admonui) non audeo plus sapere quam oportet sapere. Quis enim sum qui putem definiendum, quod nec apostolus uideo definit? Ait enim. Mulier alligata est quamdiu uir eius uiuit. Non dixit primus, aut secundus, aut tertius, aut quotuslibet, sed mulier, inquit, alligata est quamdiu uir eius uiuit. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est, cui uult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanserit. Quid huic sententiae (quantum ad hanc rem attinet) addi uel detrahi possit ignoro. Deinde ipsum quoque apostoli ac nostrum magistrum & dominum audio Sadduceis respondentem, cum proposuissent mulierem non

Ex lib. de sancta uirgine.

uniuiram uel biuiram, sed dici potest septiuiram, in resurrectione cuius futura esset uxor. Increpans enim eos ait. Erratis nescientes scripturas neque uirtutem Dei. In resurrectione enim nec nubent nec uxores ducent. Non enim incipient mori, sed erunt aequales angelis Dei. Eorum itaque resurrectionem memorauit qui resurgent ad uitam, non qui resurgent ad penam. Potuit ergo dicere. Erratis nescientes scripturas neque uirtutem Dei. In illa enim resurrectione ne multinubet esse non possunt. Deinde addere, nec aliqua ibi nubit. Sed nec ipsam (ut uidemus) tot maritorum mulierem ulla sua sententiae significatione damnauit. Quapropter nec contra humanae uerecundiae sensum audeo dicere, ut quotiens uoluerit uiris mortuus nubat foemina, nec ex meo corde (praeter scripturae sacrae auctoritatem) quotaslibet nuptias audeo condemnare. Quod autem dico uniuiram uiduae, hoc dico omnia uiduae. Beatior erit si sic permanserit.

Ex lib. de sancta uirgine.

Puto autem quod et ego spiritum Dei habeo. Cum dixisset de muliere cuius uir mortuus fuerat, Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium: ne quis hoc consilium tanquam humanum & non diuinum contemnendum putaret, adiecit. Puto autem quod et ego spiritum dei habeo. Proinde intelligendum est etiam ipsa quae non a domino iubentur, sed a sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem domino inspirante suaderi. Absit enim ut quisquam fidelium dixerit, quando suadet spiritus sanctus, non dominum suadere, cum & ipse Dominus sit, & inseparabilia sint opera trinitatis. Si enim me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Ille qui omnia scit, quando dicit, forsitan, non dubitat, sed increpat. Attende enim quomodo increpatiuè dicatur ipsum forsitan, quod uidetur esse uerbum dubitationis. Sed dubitationis uerbum est quando dicitur ab homine ideo dubitante quia nesciente. Cum uero dicitur a Deo uerbum dubitationis, cum Deum nihil utique lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Homines de istis rebus quas certas habent aliquid quando increpatiuè dubitant (id est uerbum dubitationis ponunt) cum corde non dubitent. Velut si indignis seruo tuo, & dicas. Contemnis me, considera, forsitan dominus tuus sum. Hinc & Apostolus ad quosdam contemptores suos loquens ait. Puto autem quod et ego spiritum Dei habeo. Qui dicit puto, dubitare uidetur. Sed ille increpabat non dubitabat. Et ipse dominus Christus alio loco infidelitatem futuram generis humani increpans. Cum uenerit (inquit) filius hominis putas inueniet fidem in terra?

Ex lib. de sancta uirgine.

CAPVT OCTAVVM. De istis autem quae idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus.] Humilium uirtus est de scientia non gloriari, quia est communis omnibus sicut usus lucis, ita participatio ueritatis.

Ex lib. de sancta uirgine.

uniuiram uel biuiram, sed dici potest septiuiram, in resurrectione cuius futura esset uxor. Increpans enim eos ait. Erratis nescientes scripturas neque uirtutem Dei. In resurrectione enim nec nubent nec uxores ducent. Non enim incipient mori, sed erunt aequales angelis Dei. Eorum itaque resurrectionem memorauit qui resurgent ad uitam, non qui resurgent ad penam. Potuit ergo dicere. Erratis nescientes scripturas neque uirtutem Dei. In illa enim resurrectione ne multinubet esse non possunt. Deinde addere, nec aliqua ibi nubit. Sed nec ipsam (ut uidemus) tot maritorum mulierem ulla sua sententiae significatione damnauit. Quapropter nec contra humanae uerecundiae sensum audeo dicere, ut quotiens uoluerit uiris mortuus nubat foemina, nec ex meo corde (praeter scripturae sacrae auctoritatem) quotaslibet nuptias audeo condemnare. Quod autem dico uniuiram uiduae, hoc dico omnia uiduae. Beatior erit si sic permanserit.

Matth. 22.

Puto autem quod et ego spiritum Dei habeo. Cum dixisset de muliere cuius uir mortuus fuerat, Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium: ne quis hoc consilium tanquam humanum & non diuinum contemnendum putaret, adiecit. Puto autem quod et ego spiritum dei habeo. Proinde intelligendum est etiam ipsa quae non a domino iubentur, sed a sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem domino inspirante suaderi. Absit enim ut quisquam fidelium dixerit, quando suadet spiritus sanctus, non dominum suadere, cum & ipse Dominus sit, & inseparabilia sint opera trinitatis. Si enim me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Ille qui omnia scit, quando dicit, forsitan, non dubitat, sed increpat. Attende enim quomodo increpatiuè dicatur ipsum forsitan, quod uidetur esse uerbum dubitationis. Sed dubitationis uerbum est quando dicitur ab homine ideo dubitante quia nesciente. Cum uero dicitur a Deo uerbum dubitationis, cum Deum nihil utique lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Homines de istis rebus quas certas habent aliquid quando increpatiuè dubitant (id est uerbum dubitationis ponunt) cum corde non dubitent. Velut si indignis seruo tuo, & dicas. Contemnis me, considera, forsitan dominus tuus sum. Hinc & Apostolus ad quosdam contemptores suos loquens ait. Puto autem quod et ego spiritum Dei habeo. Qui dicit puto, dubitare uidetur. Sed ille increpabat non dubitabat. Et ipse dominus Christus alio loco infidelitatem futuram generis humani increpans. Cum uenerit (inquit) filius hominis putas inueniet fidem in terra?

Ex li. ad Poll.

Cum dixisset de muliere cuius uir mortuus fuerat, Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium: ne quis hoc consilium tanquam humanum & non diuinum contemnendum putaret, adiecit. Puto autem quod et ego spiritum dei habeo. Proinde intelligendum est etiam ipsa quae non a domino iubentur, sed a sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem domino inspirante suaderi. Absit enim ut quisquam fidelium dixerit, quando suadet spiritus sanctus, non dominum suadere, cum & ipse Dominus sit, & inseparabilia sint opera trinitatis. Si enim me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Ille qui omnia scit, quando dicit, forsitan, non dubitat, sed increpat. Attende enim quomodo increpatiuè dicatur ipsum forsitan, quod uidetur esse uerbum dubitationis. Sed dubitationis uerbum est quando dicitur ab homine ideo dubitante quia nesciente. Cum uero dicitur a Deo uerbum dubitationis, cum Deum nihil utique lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Homines de istis rebus quas certas habent aliquid quando increpatiuè dubitant (id est uerbum dubitationis ponunt) cum corde non dubitent. Velut si indignis seruo tuo, & dicas. Contemnis me, considera, forsitan dominus tuus sum. Hinc & Apostolus ad quosdam contemptores suos loquens ait. Puto autem quod et ego spiritum Dei habeo. Qui dicit puto, dubitare uidetur. Sed ille increpabat non dubitabat. Et ipse dominus Christus alio loco infidelitatem futuram generis humani increpans. Cum uenerit (inquit) filius hominis putas inueniet fidem in terra?

Ex tractatu eius, sec. 107. 37 Ioannis 24.

Humilium uirtus est de scientia non gloriari, quia est communis omnibus sicut usus lucis, ita participatio ueritatis.

Ex lib. de sancta uirgine.

Humilium uirtus est de scientia non gloriari, quia est communis omnibus sicut usus lucis, ita participatio ueritatis.

Ex lib. de sancta uirgine.

Humilium uirtus est de scientia non gloriari, quia est communis omnibus sicut usus lucis, ita participatio ueritatis.

Ex lib. de sancta uirgine.

Humilium uirtus est de scientia non gloriari, quia est communis omnibus sicut usus lucis, ita participatio ueritatis.

Scientia inflat, charitas uero edificat.]
Non est mirum si lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehendunt. In Ioanne lux dicit. Ecce qualem dilectionem dedit nobis pater ut filij dei uocemur & simus. Et in Pelagianis tenebræ dicunt. Dilectio nobis ex nobis est. Quam si ueram (id est Christianam) dilectionem haberent, scirent & unde haberent, sicut & Apostolus sciebat qui dicebat. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Ioannes dicit. Deus dilectio est. Et Pelagianus ni tamen ipsum deum non ex deo, sed à semet ipsis habere se dicunt. Et cum scientiam legis ex Deo nobis esse fateantur, charitatē ex nobis ipsis uolunt. Nec audiunt apostolum dicentem. Scientia inflat, charitas autem edificat. Quid est inceptus? Imò uero quid est amentius, & ab ipsa sanctitate charitatis alienius, quæ confiteri ex Deo esse scientiam, quæ sine charitate inflat, & ex nobis esse charitatem, quæ facit ut scientia inflare non possit? Item cum dicit apostolus. Supereminentem scientiæ charitatem Christi, quid est infanians quàm putare ex Deo esse scientiam quæ subdita est charitati, & ex hominibus esse charitatem quæ supereminet scientiæ? Fidem autem ueram & doctrinam sanam ambas dicit esse ex deo, quia scriptum est. A facie eius scientia & intellectus procedit. Et scriptum est. Charitas autem ex Deo est. Et legimus spiritum scientiæ & pietatis: legimus spiritum ueritatis & charitatis & continentiam: sed maius est donum charitatis quæ scientia. Nam scientia quando est in homine, charitas est necessaria ne inflatur. Charitas autem non amulatur, non agit perperam, non inflatur. Quid autem est pietas nisi dei cultus: & unde ille colitur, nisi charitate? Charitas enim de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, magna & uera uirtus est: quia ipsa est & finis præcepti. Merito dicta est fortis ut mors, siue quia nemo eam uincit sicut mortem, siue quia in hac uita usque ad mortem est mensura charitatis, sicut dominus ait. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Siue potius, quia sicut mors animam euellit à sensibus carnis, sic charitas à concupiscentijs carnalibus. Huic subseruit scientia cum est utilis, nam sine illa inflat. Quod uero illa edificando impleuerit, nihil ibi illa inane quod inflat inueniet. Vult porro scientia definiendo monstrauit, ubi cum dixisset, Ecce pietas est sapientia, continuo adiunxit. Abstinere uero à malis, scientia est. Scientia inflat, ita ergo debemus odisse scientiam absque charitate. Charitas uero edificat. Adde ergo scientiam charitatem, & utilis erit scientia, non per se, sed per charitatem. Ipsa origo nominis demonum si diuinos intueamur libros, aliquid affert cognitione dignissimum. Dæmones enim dicuntur (quoniam uocabulum Græcum est) à scientia nominati. Apostolus autem spiritu sancto locutus ait. Scientia inflat, charitas uero edificat. Quod recte aliter non intelligitur, nisi scientiam tunc prodesse cum charitas inest: sine hac autem inflare, id est in superbiam inanissimam quasi uentositatis extollere. Est ergo in dæmonibus scientia sine charitate: & ideo tam inflati, hoc est tam superbi sunt. Scientia, inquit Apostolus, inflat. Quid ergo? Scientiam fugere debetis, & electuri estis nihil scire potius quam inflari? Vt quid uobis loquimur, si melior est ignorantia quàm scientia? Vt quid uobis disputamus, ut quid ista distinguimus, ut quid quod nostis admonemus, quod non nostris inferimus, si scientia cauenda est ne inflat? Ergo amate scientiam, sed antepone charitatem. Scientia si sola sit inflat. Quia uero charitas edificat, non permittit scientiam inflari. Ibi ergo inflat scientia, ubi charitas non edificat: ubi autem edificat, solidata est. Non est ibi inflatio, ubi petra est fundamentum. Quantum autem tentat inflatio (hoc esse elatio) ut propter hoc uitium etiam tantus ille apostolus appositum sibi esse diceret stimulum carnis angelum Satanae à quo colaphizaretur. Qui colaphizatur, caput eius tunditur ne erigatur, et ibi de scientia metus erat inflationis, hoc est elationis. Ait enim. In magnitudine reuelationum mearum ne extollar. Ibi ergo metuenda est elatio, ubi erat rerum magnarum reuelatio. Scientiam terrestrium, cælestiumque rerum magni estimare solet genus humanum, in quo profecto meliores sunt qui huic scientiæ præponunt nosse semetipsos. Laudabiliorque est animus cui nota est uel infirmitas sua, quàm qui ea non respecta, uitas siderum scrutatur etiam cogniturus, aut qui iam cognitas tenet, ignorans ipse qua ingrediatur ad salutem ac firmitatem suam. Qui uero iam euigilauit in deum, spiritus sancti calore excitatus, atque in eius amore coram se uoluit, ad eumque intrare uolens, nec ualens, eoque sibi lucente attendit in se, inuenitque se, suamque egritudinem illius munditiæ contemperari non posse cognouit, flere dulce habet, & cum precari, ut etiam atque etiam miseretur donec exuat totam miseriam, & precari cum fiducia iam gratuito pignore salutis accepto per eius unicum Saluatorem hominis & illuminatorem: Hunc ita agentem ac dolentem scientia non inflat, quia charitas edificat. Præposuit enim scientiam scientiæ. Præposuit scire infirmitatem suam magis, quàm scire mundi meenia, fundamenta terrarum, & fastigia cælorum. Et hanc apponendo scientiam, apposuit dolorem. Dolorem peregrinationis suæ ex desiderio patriæ suæ, & conditoris eius beati Dei sui. Hac omnia fratres, quia cognouimus id quod à principio est, quia fortes sumus, quia cognouimus patrem, omnia ista quasi cognitionem commendant, charitatem non commendant. Si cognouimus, amemus. Nam cognitio sine charitate non saluos facit. Scientia inflat, charitas edificat. Si confiteri uultis &

Ex lib. de gra. & libero arbitrio 1. 107. 2.
 1. Cor. 2.
 1. Ioan. 4.
 Ex ser. de uer. euang. 55.
 2. Cor. 12.
 Ex li. de tri. 4.
 Ex tractatu cont. Euseb. 18.
 Ex tractatu 2. epist. 10.
 Ex lib. de gra. & libero arbitrio 1. 107. 2.
 Ex tractatu 2. epist. 10.
 Ex lib. de gra. & libero arbitrio 1. 107. 2.
 Ex tractatu 2. epist. 10.

& non amare, incipitis dæmonibus similes esse. Confitebatur dæmones filium dei, & dicebat, Quid nobis & tibi? & repellebantur. Confitemini & amplectimini. Illi enim timebant de iniquitatibus suis, uos amate dimissorem iniquitatum uestrarum. Scientia inflat, charitas autem non amulatur, non inflatur. Sicut itaque adhibeatur scientia tanquam machina quædam per quam structura charitatis assurgat, quæ manet in æternum cum scientia destruetur: quæ ad finem charitatis adhibita, multum est utilis: per se autem ipsa sine tali fine non modo superflua est, sed etiam perniciose probata est. Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognouit quem admodum oporteat cum scire. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.]
Nescientes unde habeant quod sunt, stultæ uirgines sunt, meritoque foris erunt, quia interne affectu gratiæ non secum ferunt. Quando ergo tales repereris, non tibi persuadeant inanitatem uerborum suorum, sed tu eis potius plenitudinem. Vnde ait apostolus. Quisquis se putat aliquid scire, nondum scit quem admodum oportet scire. Et mox ostendens quid dixerit. Quisquis autem, inquit, diligit deum, hic cognitus est ab eo. Nec sic dicere uoluit cognouit illum, sed dicendo cognitus est ab illo, expressius uoluit commendare etiam hoc ab illo nobis esse, ut eum diligamus. Charitas enim Dei diffunditur in cordibus nostris, non per nos ipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Necessè est autem ut parum diligat Deum, qui non ab illo, sed à seipso bonum arbitratu se effectum. Vnde autem fieri potest, ut talis non in seipso, sed in domino gloriatur? De eis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo.]
Neq; enim uos Paganos dicimus, aut schisma Paganorum, sed habere cum eis quandam similitudinem, eo quod multos colatis deos: uerum uos eis esse longe deteriores quod illi ea colunt quæ sunt, sed pro dijs colenda non sunt. Sunt enim & idola, sed ad salutem nihil sunt: & qui colit arborem, non quidem arado sed adorando, non id colit quod nusquam est, sed quæ ita colendum non est. Ipsa etiam dæmonia (unde dicit apostolus. Quæ immolant gentes, dæmonijs immolant & non deo) utique sunt. Quibus illos immolare dicit, & quorum nos socios esse non uult. Iam uero cælum, & terra, & mare, & aer, & sol, & luna, & cætera sidera, omnia hæc manifesta oculis apparent, atque ipsis sensibus præsto sunt. Quæ cum pagani tanquam deos colant uel tanquam partes unius magni dei (Nam uniuersum mundum, quidam eorum putant maximum deum) ea colunt quæ sunt. Cum quibus quando agimus ut ea non colant, non eis dicimus quia nulla sunt, sed quæ colenda non sunt: eisque colendum horum omnium conditor deum inuisibilem suademus, cuius solius participatio ne beatus homo fieri potest: quod omnes uel se nemo ambigit. Sed quia nonnulli eorum inuisibilem & in corpoream creaturam colunt (quod

est & anima mensque humana) tamen quia nec eiusmodi creature participatio fit homo beatus, ille non solum inuisibilis uerum etiam incōmutabilis deus (id est deus uerus) colendus est. Quia solus ille colendus est, & solo fruens beatus fit cultor eius, & quo solo non fruens omnis mens misera est, qualibet re alia perfruatur. Vos autem cum ea colitis quæ omnino non sunt, sed uestrarum fallaciarum fabularum uanitate finguntur, propinquiores effectis ueræ pietatis ac religioni, si saltem pagani essetis, uel in eorum genere qui corpora colunt, & si non colenda, sed tamen uera. Solent multi male intelligentes, sine ipso factum est nihil, putare aliquid nihil esse. Peccatum quidem non per ipsum factum est, & manifestum est quia peccatum nihil est, & nihil sunt homines cum peccant: & idolum non per uerbum factum est, sed ipse homo per uerbum factus est. Nam forma hominis in idolo non per uerbum facta est, & scriptum est. Scimus quia nihil est idolum. Ergo ista non sunt facta per uerbum, sed quæcumque facta sunt naturaliter, quæcumque in creaturis sunt. Et quod nullus Deus nisi unus.]
Nulla sit partium in deitatis unitate diuisio. Unus est Deus pater & filius & spiritus sanctus: hoc est, ipsa trinitas unus deus est. De quo dictum est, quia nullus Deus nisi unus. Et qui dixit. Audi Israel, dominus deus tuus Deus unus est. Cui uni & soli deo seruire nos sine ullo scrupulo agnoscimus, quando audimus & legimus. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Ne forte propter hæc uerba Christo cuius membra sumus, uel spiritui sancto cuius templum sumus, seruire nollemus, sed quod dictum est, domino deo tuo soli seruias, sic acciperemus tanquam de solo patre & non de ipsa trinitate sit dictum. Vos autem cum quaeritur à uobis quem credatis esse de quo scriptum est, dominus deus tuus deus unus est: respondetis. Deus pater est. Item cum quaeritur de quo domino dictum sit, dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruias: rursus respondetis de Deo patre. Tunc uobis dicitur, si dominus Deus noster Deus unus est, & hic pater est, quare uos facitis duos dominos deos dicendo etiam Christum esse dominum deum? Item si pater est cui uni Domino deo ac soli seruiendum est, quomodo obtemperatis huic præcepto qui tanquam domino deo seruitis & Christo? Neque enim illi seruit soli, qui seruit & huic. Secundum fidem autem rectam quicumque ipsam trinitatem unum dominum deum nostrum esse didicimus, profecto cum ei soli ea quæ deo debetur seruitute seruimus, domino Deo soli seruire nos confidemus. Ergo, inquis, deus pater pars est dei. Absit, Tres enim personæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus. Et hi tres quia unius substantiæ sunt, unum sunt, & summe unum sunt: ubi nulla naturarum, nulla est diuersitas uoluntatum. Si autem natura unum essent, & confessione non essent, non summe unum essent. Si

uero natura dispares essent, unum non essent. Hi ergo tres quia unum sunt, propter ineffabilem coniunctionem deitatis, qua ineffabiliter copulantur, unus deus est. Porro autem Christus una persona est geminae substantiae, quia & deus & homo est, nec tamen deus pars huius personae dici potest: alioquin filius dei deus antequam susciperet formam serui non erat totus: & creuit, cum homo diuinitati eius accessit. Quod si in una persona absurdissime dicitur, quia pars rei uilius esse non potest deus, quanto magis pars trinitatis esse non potest quicumque unus in tribus?

1. Cor. 6. Deinde ubi ait apostolus. Qui adheret domino unus spiritus est, nunquid huius unius pars est dominus? Si enim hoc dicimus, quid aliud dicere deprehendimur, nisi quod augeatur adherente homine, & recedente minuatur? In trinitate igitur quae deus est, & pater deus est, & filius deus est, & spiritus sanctus deus est, & similes tres unus Deus. Nec huius trinitatis tertia pars est unus, nec maior pars duo quam unus ibi est, nec maius aliquid sunt omnes quam singuli, quia spiritalis non corporalis est magnitudo.

Matth. 19. Qui potest capere capiat: qui autem non potest, credat, & oretur quod credit intelligat. Verum est enim, quod dicitur per prophetam. Nisi credideritis non intelligetis. Tu nepe dixisti unum deum non ex partibus esse compositum. Et quia de patre hoc uis intelligi, ille inquit, quod est, uirtus est ingenita, simplex. Et tamen in hac simplici uirtute nunquid bonitas, & sapientia, & clementia, & potentia, partes sunt unius uirtutis quam simplicem esse dixisti? Si dixeris, partes sunt, simplex ergo uirtus ex partibus constat, & simplex ista uirtus te definierte unus est Deus, ergo deum ex partibus esse compositum dicis. Non dico, inquit, non sunt ergo partes, & tamen quatuor sunt, & una uirtus est eademque simplex est. Si ergo in una patris persona, & plura inuenis, & partes non inuenis, quanto magis pater & filius & spiritus sanctus, & propter indiuiduam deitatem unus est deus, & propter uniuscuiusque proprietatem tres personae sunt, & propter singulorum perfectionem partes unius dei non sunt. Virtus est pater, uirtus filius, uirtus spiritus sanctus. Hoc uerum dicis. Sed quod uirtutem de uirtute genitam, & uirtutem de uirtute procedentem non uis eandem habere naturam, hoc falsum dicis, hoc contra fidem rectam & catholicam dicis.

Nam & si sunt qui dicuntur dii sive in caelo, sive in terra (siquidem sunt dii multi & domini multi) nobis tamen unus Deus pater ex quo omnia, & nos in illo, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, quasi idolothitum manducant, & conscientia ipsorum cum sit infirma pollutur.

Ex lib. qu. est. 1. x. d. ut. 87. Addeudo sicuti sunt, eos intelligi uoluit, qui digne etiam dicuntur. Ita sane ut patria quae dicitur Graece, & interpretatur Latine seruitus, sed ea quae ad religionem pertinere intelligitur, non debeatur nisi uni uero deo, qui nobis est Deus. Illi autem qui dicuntur dii, etiam si

qui sunt ubi merito dicuntur, prohibiti sunt maledici, non iusti sunt sacrificijs uel ullis laetitia obsequijs honorari. Quonia deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos. Sunt ergo dii super quos sit magnus Deus noster, cui iubilamus, cui exultamus, cui laudes cantici dicimus. Sunt, sed non nobis. Apostolus enim ait. Nam & si sunt qui dicuntur dii, sive in caelo, sive terra, quemadmodum sunt dii & domini multi, nobis tamen unus deus, ex quo omnia, & nos in ipso, & unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Si ergo non nobis, quibus? Audi ex alio Psal. Quonia dii gentium Dæmonia. Gentes omnes sub dæmonibus erant, dæmonibus tepla fabricata sunt, Dæmonibus afa constructae, Dæmonibus oblata sacrificia, Dæmonibus arreptiti, tanquam uates instituti. Hac omnia dæmonibus gentes exhibuerunt. Hec omnia uera non nisi uni magno Deo debentur. Etenim illi uolentes uideri dii, non sibi ista exigerent ut fallerent, nisi quia sciunt id deberi uero Deo quod sibi exigit falsus Deus. Ergo Deus magnus est dominus, & rex magnus super omnes Deos. Hic accipe homines Deos. Non enim rex dominus super dæmonia. Et hinc habemus scripturam testimonium. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat. Deos dixit, participatione non natura, gratia qua uoluit facere Deos. Quanta Deus est qui facit deos? Aut quales dii sunt quos facit homo? Quam magnus ille deos faciendo, tam nihil isti qui ab homine facti sunt.

Deus uerus facit Deos credentes in se. quibus dedit potestatem filios Dei fieri. Et ideo ipse uerus Deus quia Deus non factus est. Nos autem facti non ueri dii, meliores tamen illis quos homo facit.

Confitemini domino dominorum, quonia in aeternum misericordia eius. Qui nam sunt dii & domini, quorum deorum & dominorum sit deus & dominus qui est uerus deus, merito queri solet. Et scriptum esse inuenimus in alio Psal. deos etiam homines appellatos. Sicut est. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dii scernit, & paulo post. Ego dixi, dii estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines mortuini: & sicut unus de principibus cadetis. Non ergo quia boni sunt omnes. Nam si propterea quia boni essent omnes, non sic eos diiudicaret. Cum uero dixisset, deus stetit in synagoga deorum, non ait, in medio deos & homines discernit, tamen quam ostendens quid intersit inter deos & homines, sed in medio (inquit) deos discernit. Deinde sequitur. Usque quo iudicatis iniquitatem & c. Quae utique non omnibus dicit, sed quibusdam, quia quidam dei est factus dii uocantur, utrum & angeli uocandi sunt dii, cum hominibus sanctis maximam premium promittatur equalitas angelorum. Et in scripturis quidem nescio utrum uel possit uel facile possit reperiri apte dictos angelos Deos. Sed cum de Domino Deo dicuntur

Ex tractatu Psal. 94.

Psalm. 95.

Ex tractatu Psal. 135.

atum esset, Terribilis super omnes deos, cur hoc dixerit continuo uelut exponendo subiit. Quonia dii gentium dæmonia. Super tales deos dixit dominum terribilem in sanctis suis, quos caelos fecit, a quibus dæmonia terrenatur. Sic enim sequitur. Dominus autem caelos fecit. Non ergo dii sine additamento, sed dii gentium dæmonia. Superius tamen. Terribilis, inquit, super omnes deos. Non ait super deos gentium: quamuis hoc intelligi uoluerit, addendo quod sequitur. Quonia dii gentium dæmonia. Operate spiritu etiam hoc dici oportuit quod dictum est. Dii gentium dæmonia, ut intelligeremus sic etiam in Hebraeo positum, dii gentium simulacra, ut dæmonia potius quae sunt in simulacris significarentur. Nam quod attinet ad ipsa simulacra, quae Graece appellantur idola, & nomine iam utimur pro Latino, oculos habent et non uident & c. quae de ipsis ideo dicuntur quia omni sensu carent: quocirca nec terreri possunt: quia nisi ea quae sentiunt terreri utique non possunt. Quomodo ergo dictum est de domino, Terribilis super omnes deos, quonia dii gentium simulacra, nisi per simulacra intelligantur dæmonia quae terreri possunt? Vnde ait apostolus. Scimus quia nihil est idolum. Hoc enim reuertit ad materiam terrenam sensu carentem. Itene quisquam putaret non esse aliquam uiuentem, sentientemque naturam, quae gentium sacrificijs delectetur, adiunxit. Sed quae immolat gentes, dæmonijs immolant non deo. Nolo uos fieri socios dæmoniorum. Si ergo nusquam in diuinis eloquijs reperit sanctos angelos deos appellatos, ea mihi causa potissimum occurrit ne isto nomine homines ad hoc adificarentur, ut ministerium uel seruitium religionis (quae Graece Liturgia uel latraria dicitur) sanctis angelis exhiberent: quod nec ipsi exhiberi ab hominibus uolunt, sed illi Deo qui & ipsorum & hominum Deus est. Vnde multo utilius angeli uocantur, qui Latine nuncij nuncupantur: ut per nomen non substantiam sed officij, satis intelligamus illum deum a nobis coli eos uelle quae nunciant. Toram ergo istam questionem breuiter apostolus soluit ubi ait. Nam & si sunt qui dicuntur dii, sive in caelo, sive in terra, quemadmodum sunt dii multi, & domini multi, sed nobis unus deus pater ex quo omnia, & nos in ipso, et unus dominus Iesus Christus per quem omnia, et nos per ipsum. Illud uero ubi dicitur, Deus deorum, non potest intelligi Deus dæmoniorum. Et rex magnus super omnes deos, absit ut dicatur rex magnus super omnia dæmonia. Sed homines quoque in populo Dei eadem scriptura deos appellat. Ego (inquit) dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Potest itaque intelligi horum deorum deus, qui dictus est Deus deorum: & super hos deos rex magnus, qui dictus Rex magnus super omnes deos. Verum tamen cum a nobis queritur: si homines dicti sunt dii, quod in populo Dei sunt quos per angelos uel per homines alloquitur Deus, quanto magis immortales eo nomine digni sunt quam

Ex li. de ciu. dei. 5.

ea fruuntur beatitudine ad quam Deum colendo cupiunt homines peruenire? Quid respondebimus, nisi non frustra in scripturis sanctis expressius homines nuncupatos deos quam illos immortales & beatos quibus nos aequales futuros in resurrectione promittitur? Ne scilicet propter illorum excellentiam aliquem illorum nobis constituere deum infidelis auderet infirmitas, quod in homine facile est euitare. Et euidentiis dici debuerunt homines dii in populo dei, ut certi ac fidentes fierent eum esse Deum suum qui dictus est deus deorum. Quia & si appellantur dii immortales illi beati qui in caelis sunt, non tamen dicti sunt dii deorum, id est dii hominum in populo Dei constitutorum: quibus est dictum, Ego dixi, Dii estis, & filij excelsi omnes. Hinc est quod ait apostolus. Et si sunt qui dicuntur dii sive in caelo, sive in terra, sicut sunt dii multi, & domini multi, nobis tamen unus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso, & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

Vnus, inquit, Deus pater ex quo omnia, & nos in ipso: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Quis dubitet eum omnia quae creata sunt dicere, sicut ait Ioannes, Omnia per ipsum facta sunt: Quero itaque de quo dicat alio loco, Quonia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum? Si enim de patre & filio & spiritu sancto, ut singulis personis singula tribuantur: Ex ipso, ex patre: per ipsum, per filium: in ipso, in spiritu sancto: manentem tunc quod pater & filius et spiritus sanctus unus deus est quando singulariter intulit. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen. Vnde enim cepit hunc sensum, non ait, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae patris aut filij aut spiritus sancti, sed sapientiae & scientiae dei, quae inderutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiae eius. Quis enim cognouit mentem domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quonia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Amen. Si autem hoc de patre tantummodo intelligi uolunt, quomodo ergo per patrem omnia sunt, sicut hic dicitur? & omnia per filium, sicut ad Corinthios ubi ait, Et unus dominus noster Iesus Christus per quem omnia: & sicut in euangelio Ioannis, Omnia per ipsum facta sunt: Si enim alia per patrem, alia per filium, iam non omnia per patrem, nec omnia per filium. Si autem omnia per patrem, & omnia per filium, eadem per patrem quae per filium. Aequalis ergo est patri filius, & inseparabilis operatio est patris & filij. Quaquam nec ab ipso uerbo tacuerit apostolus, & apertissime omnino dixerit, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo, hic Deum proprie patrem appellans, sicut alibi. Caput autem Christi deus est.

Ex li. de tri. 1.

Ioan. 1. Rom. 11.

Etsi aut nos non commendat Deo. Neque enim si manducauerimus abundabimus, neque si non manducauerimus deficiemus.]
T t 4 Audiui

Ex lib. con
fessionū. 10
Eccle. 18.

Philip. 4.

Ex ser. de
verb. eua. 9.

AVdiui domine Deus uocem tuā. Post con-
cupiscentias tuas non eas; & a uoluptate
tua auertere. Audiui & illam ex munere tuo
quam multum amaui. Neq; si manducaueri-
mus abundabimus. Neq; si non manducaueri-
mus deerit nobis. Hoc est dicere. Nec illa res
me copiosum faciet, nec illa arumnosum. Au-
diui & alterā. Ego enim didici in quibus sum,
sufficiens esse; & abundare noui, & penuriam
pati noui. Omnia possum in eo qui me confor-
tat. Ecce miles castrorum caelestium, non pul-
uis quod sumus. Sed memento domine quia
pulis sumus, & de puluere fecisti hominem
& perierat, & inuentus est. Nec ille in se potu-
it, quia idem puluis fuit quem talia dicentem
afflatu tuę inspirationis adamaui. Omnia pos-
sum, inquit, in eo qui me confortat. Conforta
me ut possim. Da quod iubes, et iube quod uis.
Iste se accepisse confitetur, ut quod gloriatur
in domino gloriatur.

*Videte autem ne forte hæc licentia uestra offendiculum
fit infirmis. Si enim quis uiderit eum qui habet scientiam in
idolio recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma &
dificabitur ad manducandum idolothyta, & peribit infirmus
in tua scientia frater propter quem Christus mortuus est. Sic
autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eo-
rum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scan-
dalizat fratrem meum, non manducabo carniem in æternum, ne
fratrem meum scandalizem.]*

At tendite fratres. Hoc enim estis, ex hoc
populo estis, iam tunc predictio, nunc pre-
sentatio. De ijs itaq; estis qui uocati sunt ab O-
riente & Occidente recumbere in regno celo-
rum, nō in templis idolorum. Estote ergo Cor-
pus Christi, non pressores corporis Christi.
Habetis uestimenti fimbriam quam tangatis,
ut a profluio sanguinis (id est a carnalium uo-
luptatum fluxu) sanemini. Habetis (inquam)
uestimenti fimbriam quam tangatis. Vestem
putate Apostolos sub textura unitatis adha-
rentes lateribus Christi. In ijs apostolis erat
tanquam fimbria minimus & nouissimus Pau-
lus, ipso dicente. Ego sum minimus apostolo-
rum. In ueste minimum & nouissimū fimbria
est. Fimbria cum contemptu aspicitur, sed cū
salute tangitur. Usque ad hanc horam & e-
surimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphi-
zamus. Quid tam extremum? Quid tam
contemptibile? Tange si fluxum sanguinis
pateris. Exiet uirtus de illo, cuius uestis est, &
sanabit te. Fimbria tibi modo tangenda pro-
ponebatur quando ex eodem apostolo lege-
batur. Si enim quis uiderit eum, qui habet sci-
entiam in idolio recumbentem, nonne consci-
entia eius, cum sit infirma, edificabitur ad man-
ducandum idolothyta, & peribit infirmus in
tua scientia frater propter quem Christus mor-
tuus est: Quomodo putatis decipi posse simu-
lacrīs homines que a Christianis honorari pu-
tantur. Nouit (inquit) Deus cor meum, sed ira-
te tuus non nouit cur tuum. Si infirmus es, ca-
ue maiorem aegritudinem. Si firmus es, cura
fratris infirmitatem. Qui uident ista, edifican-

tur ad alia, ut non tantum sibi manducare, sed
& sacrificare desiderent, Ecce perit infirmus
in tua scientia frater. Audi frater. Si contem-
nebas infirmum, etiam fratrem cōtemnis. Ex-
pergiscere. Quid si in ipsum Christū peccas?
Attende enim quod nullo pacto possis con-
temnere. Sic autem, inquit, peccantes in fra-
tres, & percutientes conscientiam eorum in-
firmam, in Christum peccatis. Eant nunc qui
ista contemunt, et recumbant in idolio. Non
ne erunt prementes non tangentes? & cum
recuberint in idolio ueniant & impleant ec-
clesiam, non salutem accepturi, sed pressuram
facturi. Sed timeo (inquit) ne offendam ma-
iorem. Times prorsus ne offendas maiorem,
& nō times ne offendas Deū. Quid plura fra-
tres? Christiani audistis, quia peccantes in fra-
tres, & percutientes conscientiam eorum in-
firmam, in Christum peccatis. Nolite contem-
nere, si non uultis deleri de libro uitæ, quan-
diu conamur luculente & delectabiliter uobis
dicere, & tacere non permittit. Quicumque
uoluerint ista contemnere, in Christum pec-
cant, uideant quid agant. Paganos reliquos
colligi uolumus. Lapides isti sunt in uia.
Venire uolentes offendunt, & redeunt. Di-
cunt enim in cordibus suis. Quare nos re-
linquamus deos quos Christiani ipsi nobis
cum colant? Abiit a me (inquit) ut ego de-
os Gentium colam. Noui, intelligo, credo.
Quid facis de conscientia infirmam quam per-
cutis? Quid facis de precio, si contemnis quod
emptum est? Vide quanti emptum est. Peri-
bit (inquit) infirmus in tua scientia, quam te di-
cis habere ut scias quia nihil est idolum, & a-
nimo cogites Deum, & sic recumbas in idolio
in hac scientia peribit infirmus. Et ne contem-
nas infirmum addidit. Propter quem Christus
mortuus est. Quem uis contemnere, precium
ipsum attēde, & cum morte Christi totū mun-
dum appende. Et ne adhuc te putares in infir-
mum peccare, & leue duceres peccatū ac par-
uipenderes. In Christum, inquit, peccatis. So-
lent enim homines dicere, in hominem pec-
co. Nunquid in Deum? Nega Christum de-
um. Audes negare Christum Deum? An aliud
in idolio cum recumberes didicisti? Non ad-
mittit istam doctrinam Christi doctrina. Que-
re ubi didiceris, non esse Christum Deum. Pa-
gani hoc solent dicere. Vide quid faciant mē-
se male, uides quoniam corrumpunt mores
bonos colloquia mala. Tu ubi de euangelio lo-
qui non potes, & de idolis loquētes audis? A-
mittis ibi quod Christus deus noster est: & qd
ibi bibis, in ecclesia uomis. Forte hic audes lo-
qui, forte inter turbas audes murmurare. Nun-
quid Christus non homo fuit? Nonne crucifi-
xus est a paganis? Hoc didicisti, salutem perdi-
disti, fimbriam non tetigisti. Tange & in hoc
fimbriam, & recipe salutem, sicut eam te tan-
gere docuimus in eo quod scriptum est, Qui
uiderit in idolio recumbentem, Tange illam
&

1. Cor. 15.

& de diuinitate Christi. De Iudæis dicebat ea-
dem fimbria. Quorū patres & ex quibus Chri-
stus secundum carnem, qui est super omnia de-
us benedictus in secula. Ecce in quem uerum
deum peccas, dū discumbis apud Deos falsos.
Non est, inquit, deus, quia genium est Cartha-
ginis. Qualis Mars aut Mercurius esset, deus
esset. Sed quomodo ab ipsis habeatur attēde,
non quid sit. Nam & ego tecū scio, quia lapis
est. Si genium ornamentum aliquod est, ciues
Carthagini bene uiuant, & ipsi erunt geniū
Carthagini. Si autem genium dæmoniū est,
audistis & ibi. Quæ immolant gentes, dæmo-
nibus immolant, et non Deo. Nolo uos socios
fieri dæmoniorum. Nouimus quia non est de-
us. Utinam & ipsi sic norint. Sed propter eos
qui hoc non norunt infirmos, non debet per-
cuti cōscientia eorum. Hoc monet apostolus:
nam & illi, quod numen habeant, & pro numi-
ne accipiant illam statuam, ara testatur. Quid
illic facit ara si illud non habetur pro numine?
Nemo mihi dicat, non est numen, non est de-
us. Iam dixi, utinam sic ipsi norint hoc quomo-
do nouimus omnes nos. Sed quid habeant,
pro qua re habeant, quid ibi faciant, ara illa te-
statur, conuincit hominum, colentium men-
tes, non conuincat recumbentes. Sed non pre-
mantur Christiani, si prementur pagani. Cor-
pus Christi est. Nōne hoc dicebamus quia cor-
pus Christi premebatur, & non tangebatur?
Tolerabat ille prementes, quærebat tangen-
tes. Atq; utinam fratres a paganis prementur
corpus Christi a quibus premi solet, Christiani
non premant corpus Christi. Si quaritis un-
de uincantur pagani, unde illuminentur, un-
de ad salutem uocentur. Deserite solennitates
eorum, deserite nugas ipsorum: & si non con-
sentiant ueritati nostræ erubescat fallitati sue.
Ipsa est ergo lex Christi, ut inuicem onera nō
stra portemus. Christum autem diligendo, fa-
cile sustinemus infirmitatem alterius etiam
quem nondum propter sua bona diligimus.
Cogitamus enim, quia ille quem diligimus,
dominus propter eum mortuus est. Quæ cha-
ritatem nobis apostolus Paulus ingessit cum
diceret. Et peribit infirmus in tua scientia fra-
ter propter quē Christus mortuus est: ut si illū
infirmum propter uitium, in quo infirmus est,
minus diligimus, illum in illo consideremus
qui mortuus est propter ipsum, Christum autē
non diligere, nō infirmitas sed mors est. Qua-
propter ingenti cura & implorata Dei mis-
ericordia cogitandum est ne Christum negligamus
propter infirmum, cum infirmum de bea-
mus diligere propter Christum.

Ex li. que, 83.

Ex ser. de
verb. do. 15.

si non perieras, quomodo lucratus es? Nemo
ergo cōtemnat quando peccat in fratrem. Ait
enim apostolus. Sic autem peccantes in fra-
tres, & percutientes conscientiam eorum in-
firmam, in Christum peccatis. Ideo membra
Christi omnes facti sumus. Quomodo nō pec-
cas in Christum qui peccas in membrū Chri-
sti? Nemo ergo dicat quia non peccaui in De-
um, sed peccaui in fratrem. In hominem pec-
caui, leue peccatum est, uel nullum peccatum
est. Forte inde debes dicere leuius, quia cito
curatur. Peccasti in fratrem: fac factis, & sanus
es. Cito fecisti rem mortiferam, sed remedi-
um cito inuenisti.

CAPVT IX.

Non sum liber? Non sum apostolus? Nonne Christum te-
sum dominum nostrum uidi? Nonne opus meum uos estis
in domino? Si alij non sum apostolus, sed tamen uobis sum.
Nam signaculum apostolatus mei uos estis in domino. Mea
defensio apud eos qui me interrogant hæc est. Nunquid non
habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non
habemus potestatem sororem mulierem circumducendi si-
cut & ceteri apostoli et fratres domini & Cephas?

Vide quemadmodū primo ostendat quid
sibi liceat, & ideo liceat quoniam apo-
stolus est. Inde enim cœpit. Non sum li-
ber? Non sum Apostolus? Et probat se a-
postolum dicens. Nonne Iesum Christum do-
minum nostrum uidi? Nonne opus meum
uos estis in Domino? Quo probato ostendit
sibi licere quod ceteris apostolis, id est ut non
operetur manibus suis, sed ex euangelio ui-
uat, sicut dominus eis constituit. Quod in con-
sequentibus apertissime demonstrauit. Ad
hoc enim & fideles mulieres, habentes terre-
nam substantiam, ibant cum eis, & ministra-
bant eis de substantia sua, ut nullius indige-
rent horum quæ ad necessaria uitæ huius per-
tinent. Quod beatus Paulus licere quidem si-
bi demonstrat, sicut & ceteri apostoli facie-
bant, sed ea potestate uti se noluisse postea cō-
memorat. Hoc quidam non intelligentes, non
sororem mulierem, cum ille diceret, Nun-
quid non habemus potestatem sororem mu-
lierem circumducendi, sed uxorem interpre-
tati sunt. Fefellit eos uerbi Græci ambiguitas,
quod scilicet & uxor & mulier eodem uerbo
Græce dicitur: quanquam hoc ita posterit apo-
stolus, ut falli non debuerint, quia neque mu-
lierem tantummodo ait, sed sororem mulie-
rem, neque ducendi, sed circumducendi. Ve-
rum tamen alios interpretes non fefellit hæc
ambiguitas, & mulierem non uxorem inter-
pretati sunt. Quod quisquis putat non potuisse
se ab Apostolis fieri, ut cum eis sanctæ conuer-
sationis mulieres irent quacumque euange-
lium prædicarent, ut eis de sua substantia mi-
nistrarent necessaria, euangelium audiat, &
cognoscat quemadmodum hoc ipsius domini
exemplo faciebant. Dominus enim noster
more misericordiæ suæ infirmioribus compa-
tiens, cum ei possent ministrare angeli, & lo-
culos habebat quo mitteretur pecunia, quæ
confere

Ex li. de opere
Monachorum.

conferebatur utique à bonis fidelibus eorum
uicium necessaria: quos loculos Iudæ comenda
uit, ut etiam fures si euitare non possemus, to
lerare in ecclesia disceremus: ille enim ea quæ
mittebantur (sicut de illo scriptum est) auferer
bat: & mulieres uoluit ut se ad præparanda &
ministranda necessaria sequerentur: ostendens
quid euangelistis & ministris dei tanquam mi
nistribus à plebibus Dei tanquam prouinciali
bus deberetur, & ut quisquis eo quod sibi de
beretur uti nollet, sicut Paulus apostolus no
luit, amplius impenderet ecclesie, non exigē
do stipendium debitum, sed quotidianum ui
ctum de suis laboribus transigendo. Audierat
enim stabularius ad quem uulneratus ille per
ductus est. Si quid amplius erogaueris, in re
deundo reddam tibi. Amplius ergo erogabat
apostolus Paulus qui suis (ut ipse testatur) sti
pendijs militabat. In euangelio enim scriptum
est. Et factum est deinceps, ut ipse iter faciebat
per ciuitatem & castellum, prædicans & euan
gelizans regnum Dei, & duodecim cum illo,
& mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiriti
bus immundis & infirmitatibus, Maria quæ
uocatur Magdalena de qua septem dæmonia
exierant, Ioanna uxor Chuzæ procuratoris
Herodis, & Susanna, & alitæ multæ, quæ mini
strabāt eis de facultatibus suis. Hoc exemplū
domini imitabantur apostoli ad accipiendum
debitum sibi cibum. De quo idem dominus a
pertissime loquitur. Euntes, inquit, prædicatē,
dicentes quia appropinquauit regnum celo
rum. Infirmos curate, mortuos suscite, lepro
fos mundate, dæmonia eiicite. Gratis accipi
tis, gratis date. Nolite possidere aurum neque
argentum, neque pecuniam in zonis uestris, nō
perā in uia, neque duas tunicas, neque calceamen
ta, neque uirgam. Dignus est enim operarius ci
bo suo. Ecce ubi constituit dominus quod idē
apostolus commemorat. Ad hoc enim dixit il
la omnia ne portarēt, ut ubi opus essent ab eis
acciperent quibus annunciabāt regnum dei.
Ne quis autem arbitretur solis duodecim hoc
fuisse permissum, uide etiam quid Lucas nar
rat. Post hæc, inquit, designauit dominus & a
lios septuaginta duos, & misit illos binos ante
faciem suam in omnem ciuitatem & locū quo
erat ipse uenturus, & dicebat illis. Messis qui
dem multa, operarij autem pauci. Rogate au
tem dominum messis, ut mittat operarios in
messē suam. Ecce ego mitto uos sicut agnos
in medio luporum. Nolite portare sacculum,
neque peram, neque calceamenta, & neminem
per uiam salutaueritis. In quamcunque domū
intraueritis, primum dicite. Pax huic domui.
Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illā
pax uestra. Sin autem, ad uos reuertetur. In ea
dem autem domo manete edentes & biben
tes quæ apud illos sunt. Dignus est enim ope
rarius mercede sua. Hic apparet non esse illa
iussa, sed permissa, ut quisquis uti uellet, eo ute
retur quod sibi liceret ex domini constitutio
ne: si quis autem uti nollet, non contra iussum

faceret, sed de suo iure cederet, misericordius
& laboriosius conuersatus in euangelio, in quo
& debitam mercedem nollet accipere. Alio
quin cōtra iussum domini fecit apostolus, qui
posteaquam ostēdit sibi licere, statim adiecit.
Sed tamen ego non sum usus hac potestate.
Sed ad ordinem redeamus, ac totum ipsū e
pistolæ locum diligenter consideremus. Nun
quid non habemus, inquit, licentiam mandu
candi & bibendi? Nunquid non habemus li
centiam sororem mulierem circumducendi
&c. Quam licentiam dixit, nisi quam dedit do
minus eis quos ad prædicandum regnum cæ
lorum misit dicens, Ea quæ apud ipsos sunt
manducate: dignus est enim operarius merce
de sua: & se ipsum proponens ad eiusdem po
testatis exemplum, cui fidelissime mulieres ta
& necessaria de suis facultatibus ministrabāt.
Amplius autem fecit apostolus Paulus, cum
de coapostolis suis documētum adhiberet hu
ius licentiæ à domino permissæ. Neque enim re
prehensum subiicit, sicut & ceteri apostoli,
& frater domini, & Cephas: sed ut hinc ostē
deret hoc se accipere noluisse, quod ei liceret
accipere, cæterorum etiam commilitonum
eius more probaretur.

*Aut ego solus aut Barnabas non habemus potestatem
hoc operandi?*

Quia omnes euangelistæ & ministri uer
bi Dei habebant potestatem à domino acce
ptam, ut nō operarentur manibus suis, sed ex
euangelio uiuerent, operantes tantummodo
spiritalia in prædicatione regni cælorum, &
edificatione pacis ecclesie. Omnes pariter ha
bebant hanc potestatem: qua tamen isti non
utebantur amplius impendentes ecclesie, si
cut in illis locis ubi euangelizabant, infirmis
congruere iudicabant. Et ideo ne coaposto
los suos reprehendisse uideretur, subiunxit &
dixit ut sequitur.

*Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat ui
neam & fructum eius non edit? Quis pascit gregem & de la
cte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem dico?*
An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi.
*Non alligabis os boni trituranti. Nunquid de bobus cura est
Deo? An propter nos utique dicit? Nam propter nos scri
pta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, et qui triturat in
spe fructus percipiendi.]*

His uerbis satis indicat apostolus Paulus,
non sibi aliquid usurpasse ultra debitum coa
postolos suos, quia non operabantur corpora
liter unde haberent uitæ huius necessaria, sed
sicut dominus constituit, ex euangelio uiuen
tes panem gratuitum manducarēt ab eis qui
bus gratuitam gratiam prædicabant: stipendi
um enim suum tanquam milites accipiebant,
& de uinæ per eos plātata fructu, quod opus
erat libere decerpebant, & de gregis quæ par
cebant, lacte potabant, & ex arca quam tri
turabant, cibum sumebant.

*Si nos uobis spiritualia seminamus, magnum est si uestra
carnalia metamus?]*

Quæ sunt spiritualia quæ seminauit, nisi uer
bum

bum & ministerium sacramenti regni cælorū.
Quæ autem carnalia, quæ sibi metere licere di
cit, nisi hæc temporalia, quæ uitæ atque indigen
tiæ carnis indulta sunt?

*Si alij potestatis uestræ participes sunt, non potius nos? Sed
non usus sumus hac potestate, uerum omnia sustinemus, ne quod
offendiculum demus euangelio Christi.]*

Qua potestate dicit se non usum, nisi quam
habebat in eos à domino acceptam, ut eorum
carnalia mereret ad uictum uitæ huius quæ in
carne agitur: Cuius potestatis participes erāt
etiam alij, qui non eis primo euangelium an
nunciauerāt, sed ad eorum ecclesiam idipsum
prædicantes postea uenerant. Ideo cum dixit
set, Si nos uobis spiritualia seminauimus, ma
gnum est si uestra carnalia metamus: subiicit.
Si alij potestatis uestræ participes, non ma
gis nos: Et redit rursus, modisq; omnibus eti
am atque etiam commendat quid sibi liceat, &
tamen non faciat.

*Nescitis quoniam qui in sacrario operantur quæ de sacra
rio sunt edunt? Qui altario deseruiunt cum altario participāt.
Ita & dominus ijs ordinauit qui annunciant euangelium, de
euangelio uiuere. Ego autem nullo horum usus sum.]*

Dixit dominum ordinasse his qui euange
lium annunciant de euangelio uiuere, id est ui
tam istam cui opus est uictu & tegumento, de
euangelio transigere, sicut superius de suis co
apostolis dixit. Vnde ipse dominus ait. Di
gnus est operarius cibo suo, & dignus est ope
rarius mercede sua. Hunc itaque cibum & hanc
mercedem sustentandæ huius uitæ debitum
euangelistis ab eis quibus euangelizant, non
accepit apostolus, uerum dicens, Ego autē nul
lius horum usus sum, & sequitur & adiungit, ne
forte quisquam arbitretur ideo cum non acce
pisse, quia illi non dederant.

*Non autem scripsi hæc ut ita fiant in me. Bonum est enim
mihimagis mori quam ut gloriam meam quæ euacuet.]*

Quam gloriam, nisi quam habere uoluit a
pud Deum in Christo compatiens infirmis:
sicut mox aperissime diciturus est.

*Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria. Necessitas
enim mihi incumbit.]*

Id est sustentandæ huius uitæ.
Ve enim mihi si non euangelizauero.]
Id est malo meo non euangelizabo, quia fa
me cruciabor, & unde uiuam non habebō.
Nam sequitur & dicit.

Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo.]
Volentem se dicit facere sine ulla uitæ hu
ius fulciendæ necessitate: & ob hoc habere
mercedē utique apud Deū gloriæ sempiternæ.

Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est.]
Id est si necessitate transigendæ huius ui
tæ inuitus cogor euangelizare, dispensatio
mihi credita est, ut scilicet ex dispensatione
mea, quia Christum, quia ueritatem prædi
co, quamuis ex occasione, quamuis mea quæ
rens, quamuis terreni emolumentum necessita
te compulsus, alij proficiant, ego autem merce
dem apud Deum gloriosam illam sempiter
namque non habeam.

Quæ est ergo merces mea?]

Interrogans dixit. Propterea suspensa est
pronunciatio. Vide quid respondeat.

Vt euangelium prædicans sine sumptu ponam euangelium.]
Id est, ut sit credentibus sumptuosum euan
gelium, ne putent sibi ad hoc euangelizari, ut
id euangelistæ quasi uendere uideantur. Et ta
men restit etiam atque etiam ut ostendat quid
sibi iure dominico liceat, & ipse non faciat.

Vt non abutar potestate mea in euangelio.]
Iam uero, quia infirmitati hominum com
patiens id faciebat, audiamus sequentia.

*Nam cum liber sim ex omnibus, omnium me seruum feci
ut plures lucrificarem. Et factus sum iudeis tanquam iudeus
ut iudeos lucrarer. His qui sub lege sunt tanquam sub lege es
sem, cum ipse sub lege non essem, ut eos qui sub lege erant lucrifi
carem. His qui sine lege erant tanquam sine lege essem, cum
sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifica
rem eos qui sine lege erant.]*

Quod non simulandi uersutia faciebat,
sed compatiendi misericordia, id est non
quali ut se fingeret Iudæum, sicut nonnulli pu
tauerunt, quia legitima uetera Hierosolymis
obseruauit. Fecit enim hoc secundum libe
ram manifestamque sententiam suam, in qua di
cit. Circumcisus quis uocatus est, non addu
cat præputium, id est non sic uiuat quasi præpu
tium adduxerit, sicut alio loco dicit. Circum
cisio tua præputium facta est. Secundum hanc
ergo sententiam suam qua dicit, Circumcisus
quis uocatus est, non adducat præputium: in
preputio quis uocatus est, non circumcidatur:
fecit illa quæ non intelligentibus & parum at
tendentibus finxisse putatus est. Iudæus enim
erat, & circumcisus uocatus, noluit adducere
præputium. id est noluit ita uiuere ac si circun
cisus non esset. Hoc enim iam in potestate ha
bebat. Et sub lege quidem non erat, sicut illi
qui eam seruiliter operabantur, sed tamen in
lege Dei & Christi. Non enim alia erat lex il
la, & alia lex Dei, sicut perdit Manichæi so
lent dicere. Alioquin si cum illa fecit, finxisse
putandus est, finxit & paganum, & sacrificia
uit idolis, quia dicit factum se fuisse ijs qui sine
lege sunt quasi sine lege: quos utique non nisi
gentiles (quos paganos dicimus) uoluit in
relligi. Aliud ergo est esse sub lege, aliud in le
ge, aliud sine lege. Sub lege, carnales Iudæi. In
lege, spirituales Iudæi & Christiani. Vnde
illi seruauerunt morem illum patrium, sed or
nera insolita, credentibus gentibus non im
posuerunt. Et ideo nec illi circumcisi ad
duxerunt præputium, nec isti præputiati cir
cumcisi sunt. Sine lege autem gentes quæ non
dum crediderunt. Quibus tamen se Apo
stolus congruissime testatur per misericordem
compassionē non per uersipellem simulatio
nem, id est ut eo modo subueniret & carnali
Iudæo uel pagano, quomodo sibi ipse si hoc es
set, subueniri uoluisset: portans utique eorum
infirmitatem in compassionis similitudine, nō
fallens in mendacij fictione, sicut continuo se
quitur & dicit.

Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacere. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos. Omnia autem facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar. **H**inc enim loquebatur, ut etiam illa omnia diceret. Sicut ergo quod factus est infirmis infirmus, non erat mendacium, sic & cetera illa superius. Quam enim dicit infirmitatem suam erga infirmos fuisse, nisi compatienti eis? In tantum, ut ne uideretur uenditor euangelij, & uerbi Dei cursum apud imperitos in malam suspicionem decidens impediret, nollet accipere quod ei iure dominico debebatur. Quod si uellet non utiq; metiretur quare uere debebatur. Et quia noluit, non utiq; metitus est. Neq; enim dixit non sibi deberi, sed deberi ostendit, & debito se usum non esse nec omnino uti uelle professus est, eo ipso factus est infirmus quo potestate sua uti noluit, tam misericorditer scilicet in ducis affectu, ut cogitaret quem admotum secum agi uellet, si & ipse ita infirmaretur, ut posset de illis per quos sibi euangelium predicaretur, si eos uideret sumptus accipere, quasi mercimoniorum uindictas suscipere. Hic fortassis aliquis dicat, si corporale opus operabatur Apostolus, unde uitam istam sustentaret, quod erat illud opus? Et quando ei uacabat & operari, & euangelium predicare? Cui respondeo. Puta me nescire. Corporaliter tamen operatum esse, & inde in carne uixisse, non utentem potestate quam dominus apostolis dederat, ut euangelium annuncias, de euangelio uideret, ea quae supra dicta sunt sine ulla dubitatione testantur. Vnum scio, quia nec furta faciebat, nec effractor, aut latro erat, nec auriga, aut uenator, nec histrio, nec turpiliucrius, sed innocenter & honeste quae apta sunt humanis uisibus operabatur, sicut sese habent opera fabricorum, sutorum, structorum rusticorum, & his similia. Neque enim honestas ipsa reprehendit, quod reprehendit superbia eorum qui honesti uocari amant, sed esse non amant. Non igitur dedignaretur apostolus siue rusticorum aliquod opus aggredi, siue in opificum labore uersari. Qui enim ait, sine offensione estote Iudaeis & Graecis, & ecclesiae dei, quos in hac causa reuereri posset, ignoro. Si Iudaeos dixerint patriarchae peccora paueant. Si Graecos (quos etiam paganos dicimus) etiam philosophos multum sibi honorabiles sutores habuerunt. Si ecclesiam Dei, homo ille iustus, & ad testimonium coniugalis semper mansurae uirginitatis electus, cui desponsata erat uirgo Maria, quae peperit Christum, faber fuit. Quicquid eorum ergo cum innocentia, & sine fraude homines operantur, bonum est. Nam praecauet hoc & ipse Apostolus ne quisquam ex necessitate sustentandae uitae in mala opera delabatur. Qui iurabatur, inquit, iam non furetur: magis autem laboret manibus suis bonum, ut habeat unde tribuat cui opus est. Hoc ergo scire sufficit, quia & in ipso opere corporali id quod bonum est operabatur apostolus. Quando autem soleret operari,

id est quibus temporum spatij, ne ab euangelizando impediretur, quis possit comprehendere? Sane quia & diurnis & nocturnis horis operabatur, ipse non tacuit. Mirandam itaque rem fecit Apostolus, qui reuera in tanta sollicitudine omnium ecclesiarum & propagandarum & propagandarum ad eius curam laborumq; pertinentiam, etiam manibus operabatur. Quomodo autem ei uacaret operari manibus suis, nisi ad erogandum uerbum dei, certa tempora constitueret? Neq; enim et hoc deus latere non uoluit. Nam & cuius artis opifex fuerit, & quibus temporibus uacaret dispensando euangelio, sancta scriptura non tacuit. Nam cum dies profectiois urgeret in Troade constitutum, & iam mane sabbati congregatis fratribus ad frangendum panem, tanta fuit intentio, & tam necessaria disputatio, ut sermo produceretur usq; ad mediam noctem, tanquam excidisset eis quod eo die non esset ieiunium. Quando autem in alio loco immoraturus quotidie disputabat, quis dubitauerit horas eum dierum habuisse ad hoc officium deputatas. Namq; Athenas cum esset, quia studiosissimos rerum inquisitores inuenerat, ita de illo scriptum est. Disputabat igitur cum Iudeis in synagoga, & Gentibus, & incolis, & in foro per omnem diem ad eos qui aderant. Non enim in synagoga per omnem diem, ubi mos erat sabbato sermocinari, sed in foro (inquit) per omnem diem, propter studia utique Atheniensium. Sic enim sequitur. Quidam uero Epicureorum & Stoicorum Philosophorum contrebant cum illo. Et paulo post dicit. Athenienses autem & aduenae hospites, ad nihil aliud uacabant, quam dicere aliquid noui, aut audire. Putemus apostolum illis omnibus diebus quibus fuit Athenis, non fuisse operatum. Propter hoc enim & ex Macedonia supplebatur eius indigentia, sicut dicit in secunda epistola ad Corinthios. Quanquam & alijs horis & noctibus poterat, quia ita ualebat & animo & corpore. Sed cum ab Athenis exisset, uideamus quid dicit scriptura. Disputabat, inquit, in synagoga per omnem sabbatum. Hoc apud Corinthum. In Troade ergo, ubi necessitate imminentis profectiois usque ad medium noctis sermo protractus est, una sabbati erat, qui dies Dominicus dicitur. Vnde intelligimus eum non fuisse cum Iudeis, sed cum Christianis, quando etiam dicit ipse narrator ad frangendum panem fuisse collectos. Et ipsa est optima gubernatio, ut omnia suis temporibus distributa ex ordine gerantur, ne animam humanam turbulentis implicationibus inuolutam perturbent. Ibi etiam dicitur quid operabatur apostolus. Post haec (inquit) egressus ab Athenis, uenit Corinthum. Et cum inuenisset quendam Iudaeum, nomine Aquilam, Ponticum genere, recens aduenientem ab Italia, & Priscillam uxorem ipsius, propterea quod edixisset Claudio, discedere omnes Iudaeos a Roma, accersit ad eos, & propter artis similitudinem

litudinem mansit apud illos opus faciens. Erant enim tabernaculorum artifices. **Q**uis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uinam & fructum eius non edit? Quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat? Inuenimus ergo esse lac gregis, quicquid a plebe distribuitur praepositis ad sustentandam uitam temporalem. Inde enim loquebatur apostolus cum haec diceret. Equidem Apostolus quamquam elegerit manibus suis transigere, & nec ipsum lac quarere ab ouibus, tamen lactis percipiendi potestatem habere se dixit: & sic dominum disposuisse, ut qui euangelium annunciant, de euangelio uiuant. Et dicit alios coapostolos suos fuisse hac potestate non usurpata, sed data. Plus ille fecit, ut nec quod debebatur acciperet. Ipse ergo donauit & debitum, sed alius non exegit indebitum. Ille plus fecit. Fortassis enim ipsum significabat, cui cum aegrum adduceret ad stabulum, dixit. Si quid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. De his ergo qui non indigent lacte gregis, quid plura dicamus? Misericordiores sunt, uel potius ipsius misericordiae officium largius impendunt. Possunt, & quod possunt faciunt. Laudantur ij, nec damnantur illi. Nam & Apostolus ipse datum non querebat, fructuosas tamen oues suas esse cupiebat, non steriles sine lactis ubertate. Itaque cum esset quodam tempore in magna indigentia uinctus in confessione ueritatis, missum est illi a fratribus unde necessitati & indigentiae eius ministraretur. Respondet autem illis gratias agens, & dicens. Bene fecistis communicare necessitatibus meis. Ergo enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio, & abundare noui, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Veruntamen uos bene fecistis uisibus meis mittere. Sed ut ostenderet, in eo quod illi benefecerunt quod ipse quareret, ne inter illos esset qui seipso pascent non oues non tam sua gaudet subuentum esse necessitati, quam illorum gratulatur fecunditati. Quid ergo ibi querebat? Non quareo, inquit, datum, sed requiro fructum. Non ut ego, inquit, explear, sed ne uos inanes remaneatis. Qui igitur non possunt facere quod Paulus, ut manibus suis se transigant, accipiant de lacte ouium, sustentent suam necessitatem, sed non negligant ouium infirmitatem. Non hoc ibi quarant tanquam commodum suum, ut ex necessitate penuriae suae uideantur annunciare Euangelium, sed hominibus illuminandis parent lucem uerbi ueritatis. Sunt enim tanquam lucernae, sicut dictum est. Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes. Et nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lumen uestrum coram hominibus ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Si ergo tibi lucerna accenderetur in domo, nonne adijceres oleum ne extingueretur? Porro, lucerna si accepto oleo non luceret, non erat pla-

ne digna quae in candelabro poneretur, sed quae continuo frangeretur. Vnde ergo uiuitur est necessitatis accipere, est charitatis praebere, non tanquam uenale sit euangelium, ut illud sit precium eius quod sumunt qui annunciant unde uiuant. Si enim sic uendunt, magnam rem uili uendunt. Accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a domino. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis qui sibi in charitate euangelij seruiunt. Non expectant illi mercedem, nisi unde & isti salutem. **S**criptum est enim in lege Moysi. Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est deo? Quod attinet ad praeccepta quae hominibus data sunt, de bobus non est cura deo. Quod non sic intelligitur, tanquam ipse non pascat ea quae nec seminant nec metunt neque congregant in horreum: sed quia ei cura non est, praecipto monere hominem quomodo boui suo consulat. Fecit enim coelum, & terram, & mare, & omnia quae in eis sunt. Si ergo omnia quae in eis sunt, & te. Parum dico & te. Passerem, Locustam, uermiculam, nihil horum non ille fecit. Et cura est illi de omnibus. Non ad praecceptum cura est. Nam praecceptum soli homini dedit. Dicit enim psalmista. Homines & iumenta saluos facies domine secundum multitudinem misericordiae tuae deus. Multitudinem (inquit) misericordiae tuae. Secundum hanc saluos facies homines & iumenta. Et Apostolus. Nunquid de bobus cura est deo, ac homines & iumenta saluos facies domine. Nunquid contraria sunt ista? Nunquid ergo, ait Apostolus, de bobus pertinet ad deum? Vbi praecceptum dedit, boui trituranti os non infrenabis ibi de bobus non cogitauit deus. Itaque quosnam boues uoluit significare? Non enim hoc curat deus monere quod agatur cum bobus, habet hoc natura ipsa humana. Sic factus est homo, ut norit consulere iumentis suis. Nec inde praecceptum a deo accepit, sed insinratum est illi in mente a deo, ut possit & sine praeccepto facere. Fecit illum talem deus, sed quomodo regit pecus, regendus ab alio, ab eo a quo regitur praecceptum accepit. Ad praeccepti ergo tenorem, non est de bobus cura deo. Ad prouidentiam uniuersitatis, quae creauit omnia & mundum regit, homines & iumenta saluos facies domine. Audiamus ipsam Deum, principem & magistrum apostolorum. Respicite, inquit, uolatilia caeli, quia non seminant neque metunt, neque congregant in horrea & pater uester coelestis pascit illa. Ergo & praeter hominem animalia ista pertinent ad curam Dei ut pascantur, non ut legem accipiant. Quod ergo ad dandam legem attinet, de bobus cura deo non est. Quod autem ad creanda, pascenda, gubernanda, & regenda, omnia ad Deum pertinent. Nonne duo passeressae ueneunt, dominus Iesus Christus dicit. Et unus ex eis non cadit in terram sine uoluntate patris uestri? Ut haec animae quae habent uoluntatem nocendi & rationem cogitandi, sub

Ex lib. de pastoribus

Actu. 17.

Philip. 4.

Luc. 12. Matth. 5.

Ex lib. quae Exod. iii. 8.

Ex tractatu psalm. 145.

Psalm. 35.

Matth. 10. Ex lib. de agone christi.

diuinis legibus ordinata sunt, ne aliquid iniustum quiquam patiat: ita & omnia anima- lia, & corporalia in genere suo & in ordine suo diuina prouidentia legibus subdita admistrantur. Ideo dominus dicit. Nonne duo passeres affe ueneunt? Et unus eorum non cadit in terra sine uoluntate patris uestri. Hoc enim dixit uolens ostendere, quidquid uilissimum homines putant, omnipotentia domini gubernari. Sic enim & uolatilia coeli ab eo pasci, & lilia agri ab eo uestiri, ueritas loquitur: quae capillos etiam nostros, numeratos esse dicit. Sed quoniam mundas animas rationales per se ipse Deus curat, siue in optimis & magnis angelis, siue in hominibus tota sibi uoluntate seruentibus, caetera uero per ipsos gubernat, uerisime dicit potuit etiam illud ab Apostolo, Non enim de bobus cura est Deo. In scripturis enim sanctis Deus homines docet, quomodo cum hominibus agant, & ipsi Deo seruiant. Quomodo autem agant cum pecoribus ipsi sciunt, id est quomodo salutem pecorum suorum gubernent, usu & peritia & ratione naturali. Quae quidem omnia, magnis sui creatoris opibus acceperunt. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamusur.]

Ex tractatu
Psal. 112.

Quis sicut dominus deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in caelo & in terra: Coelos nunc arbitror significare eos qui sedebunt super duodecim sedes, & cum domino iudicabunt. Terrae autem nomine, caeteram multitudinem benedictorum qui constituntur ad dexteram, ut per opera misericordiae collaudati, recipiantur ab eis in aeterna tabernacula, quos amicos sibi de mammona iniquitatis in huius uitae mortalitate fecerunt. Eis quippe dicit Apostolus. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamusur. Quod etiam his uerbis dicit potuit. Si nos uobis caelestia seminauimus, magnum est si terrena uestra metamusur. In caelo ergo respicit caelestia seminantes, in terra autem terrena reddentes, tamen humiles & hos & illos. Humilia enim respicit in caelo & in terra: quia meminerunt utriusque quid fuerint per suam malitiam, quid facti sunt per domini gratiam. Bona sunt ministeria circa pauperes, & maxime circa sanctos Dei, seruitia debita, obsequia religiosa. Redduntur enim, non dantur, dicente Apostolo. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si carnalia uestra metamusur. Bona sunt, exhortamur ad haec, & in uerbo Domini edificamus uos. Nolite pigri esse ad suscipiendos sanctos. Aliquando nescientes suscipiendo quos nesciunt, angelos susceperunt.

Ex ser. de uer.
euang. 26.

Nescitis, quoniam qui in sacario operantur quae de sacario sunt edunt? Qui altario deseruiunt, cum altario participantur, & caetera.]

Ex li. de serm.
domini in mo-

Altare spiritualiter in interiore dei templo, ipsam fidem accipere possumus, cuius signum est altare uisibile. Quodlibet enim munus offerimus Deo, siue prophetiam, siue doctrinam,

siue orationem, siue hymnum, siue Psalmum, & si quid tale aliquid spiritualium donorum animo occurrit, acceptum esse non potest Deo nisi fidei sinceritate fulciatur, & ei fixa atque immobili tanquam altari imponatur, ut possit integrum atque illibatum esse quod loquimur. Nam multi haeretici, non habentes altare, id est ueram fidem, blasphemias pro laude dixerunt, terrenis uidelicet opinionibus aggrauati, uotum suum tanquam in terra proficiens. Sed debet esse sana etiam offerentis intentio, cum tale aliquid oblaturi sumus in corde nostro, id est in interiore dei templo.

Templum enim dei sanctum est, inquit, quod estis uos. Et in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris. 1. Cor. 3.

Et illis immortalibus ac beatis, & nobis mortalibus ac miseris, ut immortales ac beati esse possimus, Deum deorum colendum, qui & noster est & illorum. Huic nos seruitutem, quae latria Graeca dicitur, siue in quibusque sacramentis, siue in nobis ipsis debemus. Huius enim templum simul omnes, & singuli templum sumus, quia & omnium concordiam, & singulos inhabitare dignatur, non in omnibus quam in singulis maior: quoniam nec mole distenditur, nec partitione minuitur. Cum ad illum sursum est, eius est altare cor nostrum. Eius unigenito eum sacerdote placamus. Et cruentitas uictimas caedimus, quando usque ad sanguinem pro eius ueritate certamus. Eum suauissimo adolemus incenso, cum in eius conspectu pio sanctoque amore flagramus. Et dona eius in nobis, nosque ipsos uouemus & reddimus. Et beneficiorum eius solennibus festis & diebus statutis dicamus, sacramusque memoriam, ne uolumine temporum ingrata surreat obliuio. Et sacrificamus hostiam humilitatis & laudis in ara cordis, igne feruidam charitatis. Ad hunc uidendum licet uideri poterit, eique coherendum, ab omni peccatorum cupiditatumque malarum labe mundamur, & eius nomine consecramur. Ipse enim fons nostrae beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes, uel potius reeligentes, amiseramus enim negligentes, hunc ergo reeligentes, unde & religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, ut perueniendo quiescamus. Ideo beati, quia illo fine perfecti.

Quid intersit inter bonum quod appetendum est, & necessarium quod sumendum est, hac sententia dominus declarauit, cum ait. Quarite primum regnum Dei & iustitiam eius: & haec omnia adijcientur uobis. Regnum ergo & iustitia Dei, bonum nostrum est, & hoc appetendum. Et ibi finis constituitur propter quod omnia faciamus quaecumque facimus. Sed quia in hac uita militamus, ut ad illud regnum peruenire possimus, quae uita sine iis necessarijs agi non potest, apponuntur haec uobis, inquit, sed uos regnum dei & iustitiam eius primum querite. Cum enim dixit

Ex lib. de ciui.
dei. 20.

Ex li. de serm.
domini in monte.
Matth. 6.

dixit illud primum, significauit quia hoc posterius querendum est, non quidem tempore sed dignitate. Illud tanquam bonum nostrum, hoc tanquam necessarium nostrum. Necessarium autem propter illud bonum. Neque enim uerbi gratia, ideo debemus euangelizare ut manducemus, sed ideo manducare ut euangelizemus. Nam si propterea euangelizamus ut manducemus, uilius habemus euangelium quam cibum: & erit iam bonum nostrum in manducando, necessarium autem in euangelizando.

Quod etiam Apostolus prohibet, cum dicit licere sibi quidem & permissum esse a domino, ut qui euangelium annunciant, de euangelio uiuant, id est de euangelio habeant ea quae huic uitae sunt necessaria, sed tamen se non esse ab usum hac potestate. Erant enim multi, qui occasione habere cupiebant acquirendi & uendendi euangelium. Quibus eam uolens amputare apostolus, manibus suis uictum suum tolerauit. De his enim alio loco dicit. Ut amputem occasionem, ijs qui quaerunt occasionem. Quamquam etiam, sicut & caeteri boni Apostoli, permissu domini de euangelio uiueret, & non eo uictu constitueret finem euangelizandi, sed magis ipsius uictus sui finem in euangelio collocaret, id est (ut superius dixi) non ideo euangelizaret ut perueniret ad cibum, & si qua alia sunt necessaria, sed ideo ista sumeret ut illud impleret, ne non uolens, sed necessitate euangelizaret. Hoc enim improbat, cum dicit.

Nescitis quoniam qui in templo operantur quae de templo sunt edunt? Qui altario deseruiunt, cum altario compartuntur. Sic & dominus ordinauit ijs qui euangelium annunciant de euangelio uiuere. Ego autem nullo horum usus sum.]

Hinc ostendens permissum esse non iustum. Alioquin contra praecipitum domini fecisset nebitur. Deinde sequitur & dicit.

Non autem scripsi haec ut ita fiant in me. Bonum est mihi magis mori quam gloriam meam quicquam inane faciat.

Hoc dixit, quia iam statuerat propter quosdam occasionem querentes, manibus suis uictum transigere.

Si enim euangelizauero, inquit, non est mihi gloria.

Id est si ita euangelizauero ut ita fiant in me, id est si propterea euangelizauero ut ad illa perueniam, & finem euangelizandi in cibo & potu & uestitu collocauero. Sed quare non est ei gloria.

Necessitas enim, inquit, mihi incumbit.]

Id est ut ideo euangelizarem, quia unde uiuam non habeo: aut ut acquiram temporalem fructum de praedicatione aeternorum. Sic enim iam erat necessitas in Euangelio non uoluntas. Vt enim mihi erit, inquit, si non euangelizauero.]

Sed quomodo debet euangelizare? Scilicet ut in ipso euangelio & in regno dei ponat mercedem. Ita enim potest non coactus euangelizare, sed uolens.

Si enim uolens, inquit, hoc facio, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est.]

Id est si coactus inopia earum rerum quae tem-

porali uitae sunt necessariae praedico euangelium, alij per me habebunt mercedem Euangelij: qui euangelium ipsum me praedicante diligent. Ego autem non habeo, quia non ipsum euangelium diligo, sed eius precium in illis temporalibus constitutum. Quod nefas est fieri, ut non tanquam filius administret quisque euangelium, sed tanquam seruus, cui dispensatio credita est, ut tanquam alienum erogans nihil inde ipse capiat praeter cibaria, quae non de participatione regni, sed ad sustentaculum miserae seruitutis dantur extrinsecus, quamquam alio loco & dispensatorem se dicat. Potest enim & seruus in filiorum numero adoptatus, eandem rem in qua cohaeredit sortem meruit, fideliter dispensare participibus suis. Sed nunc ubi ait, Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est, talem dispensatorem uoluit intelligi qui alienum dispensat, unde ipse nihil accipiat. Hoc est ergo primum querere cibum, & deinde de regnum Dei, hoc priore loco ponere, illud posteriore. Si autem ideo quaeramus cibum ut habeamus regnum Dei: faciamus quod dicitur est, Quarite primum regnum dei & iustitiam eius. Et ita querentibus primum regnum Dei & iustitiam eius, id est hoc praepositibus caeteris rebus ut propter hoc caetera quaeramus, non debet subesse sollicitudo ne illa desint, quae huic uitae propter regnum dei sunt necessaria. Dixerat enim superius. Scit pater uester quia horum omnium indigetis. Et ideo cum dixisset, Quarite primum regnum dei & iustitiam eius: non dixit, deinde quaerite ista, quamuis sint necessaria: sed ait. Haec omnia apponentur uobis, id est consequentur, si illa quaeratis, sine ullo uestro impedito: ne cum ista quaeritis, illinc auertamini, aut ne duos fines constitutatis, ut & regnum Dei propter ista necessaria appetatis, sed haec potius propter illud. Ista uobis non deerunt, quia duobus dominis seruire non potestis. Duobus autem dominis seruire conatur, qui & regnum Dei pro magno bono appetit, & haec temporalia. Sicut enim omnes militantes annonam & stipendium accipiunt, sic omnes euangelizantes accipiunt uictum & tegumentum. Sed non omnes propter reipublicae salutem militant, sed propter illa quae accipiunt. Sic non omnes propter salutem ecclesiae ministrant Deo, sed propter haec temporalia, quae tanquam annonam & stipendium consequuntur, aut etiam & propter hoc, & propter illud. Sed supra iam dictum est. Non potestis duobus dominis seruire. Ergo simpliciter tantummodo propter regnum dei debemus operari bonum ad omnes: non autem in hac operatione uel sola, uel cum regno Dei mercedem temporalium cogitare.

Ita & dominus ordinauit ijs qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere. Ego autem nullo horum usus sum.]

Video & alia iumenta domini quae significantur cum dicitur. Bovi trituranti os non infrenabis. Dicit enim ipsum iumentum. Nunquid de bobus pertinet ad deum? Propter nos

Ex tractatu
Psal. 104.

ergo dicit scriptura. Modo ergo producit terra iocum iumentis: quia dominus constituit ut qui euangelium annunciant, de euangelio uiuant. Misit praeatores, & ait illis. Omnia quae ab ipsis apponuntur uobis, manducate. dignus est enim operarius mercede sua. Cum enim dixisset, quae apponuntur uobis manducate, ne illi dicerent. Improbii erimus ad mentes alienas. Cum indigebimus, uis nos ita esse frontofos? Non inquit. Non est illa donatio eorum, sed uestra merces. Sed cuius rei merces? Quid dicit? Quid accipit? Dant spiritalia, accipiunt carnalia. Dant aurum, accipiunt foenum, ois enim caro foenum & claritas carnis ut flos foeni, oia temporalia quae tibi superfluit & abundat, foenum iumentorum est. Quare? Quia carnalia sunt. Audi quorum iumentorum sit foenum. Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est li carnalia uestra metamus. Hoc apostolus. talis annunciator, tam laboriosus, tam impiger tam exercitatus, ut id ipsum foenum donaret terra. Ego inquit, nullo horum usus sum. Ostendit sibi debere, & non accepit. Nec condemnauit eos qui acceperunt quod debebatur. Condemnandi enim erant exigentes indebita, non accipientes mercedem suam. Ille tamen & ipse mercedem donauit. Non quia tibi alius donauit, non debes alteri. Alioquin non eris irrita terra quae producit foenum iumentis. De fructu operum tuorum, inquit, satiabitur terra, producat foenum iumentis. Tu noli esse sterilis, producat foenum iumentis. Sed si nolunt iumentis foenum tuum, non te tamen sterilem inueniant. Accipis spiritalia, redde carnalia. Debita sunt militi, militi reddas. Prouincialis Christi es. Nam cum liber sim ex omnibus, omnium me seruus feci, ut plures lucrificarem.]

Ex tractatu psalm. 103.

Producat, inquit propheta, foenum iumentis. Et quasi hoc exponens addidit, Et herbam seruituti hominum. Ne non intelligeres quod dictum est. Producat foenum iumentis, repetitione exposuit quod praemittit. Quod enim dixit supra foenum, postea herbam nominauit. Quod autem dixerat iumentis, seruituti hominum dixit. Ergo seruituti, & non libertati. Vbi ergo est, Vos in libertatem uocati estis? Sed audi eundem ipsum. Cum enim liber sim ex omnibus, omnium me seruus feci, ut plures lucrificarem. Et quibus dixit, In libertatem uocati estis, quid adiunxit? Tantum ne libertatem in occasione carnis detis: sed per charitatem seruite inuicem. Quos liberos fecerat, seruos fecit non conditione, sed charitate. Per charitatem (inquit) seruite inuicem. Sed Christo seruiimus (ait) non populis, non carnalibus, non infirmis. Bene Christo seruis, si seruis quibus Christus seruiuit. Nonne de illo dictum est. Bene seruientem plurimis. In propheta legitur, de nullo nisi de Christo accipi solet. Audiamus tamen proprie & in euangelio uocem eius. Quicumque, inquit, in uobis maior uoluerit esse, erit uester seruus. Seruum me tibi fecit

Matth. 20.

qui te suo sanguine liberum fecit. Dicite hoc nobis, quia uerum dicetis. Audi illum alio loco. Nos autem seruos uestros per Iesum. Bene diligite seruos uestros, sed in domino uestro. Et factus sum Iudaeis tanquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrificarem, & cetera. ubi supra usque omnibus omnia factus sum ut omnes saluos facerem.]

2. Cor. 4.

Hoc totum dixit, non ut fallaciter se fingere esse quod non erat, sed ut misericorditer eis ita subueniendum esse sentiret ac si ipse in eodem errore laboraret, non scilicet mentientis astu, sed compatiens affectu, sicut generaliter intulit, Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrificarem. Vti sequens conclusio, Omnibus omnia factus sum ut omnes lucrificarem, ad hoc referenda intelligatur, ut cuiusque infirmitatem tanquam in seipso miseratus appareat. Non enim & cum diceret, Quis infirmatur & ego non infirmor? infirmitatem alterius simulasse potius quam doluisse uolebat intelligi. Factus sum, inquit, Iudaeis tanquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrificarem, & cetera ubi supra. Compassione scilicet misericordiae, non simulatione fallaciae. Fit enim tanquam agrotus qui ministrat agrotis, non cum se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis cogitat, quemadmodum sibi uellet seruari si ipse agrotaret.

Ex epi. ad Hierony.

2. Cor. 11.

Quod autem dixi factum Iudaeis tanquam Iudaeum, & tanquam gentilem gentibus, non mentientis astu, sed compatiens affectu: non hoc ideo dixi, quod misericorditer illa simulauerit, sed quia sic ea non simulauit quae faciebat similia Iudaeis, quemadmodum nec illa quae faciebat similia gentibus. Quae quoque commemorasti, atque in eo me, quod non ingratis fateor, adiunxisti. Cum enim abs te qualissem in epistola mea quomodo putetur ideo factus Iudaeis tanquam Iudaeus, quia fallaciter suscepit sacramenta Iudaeorum, cum & gentibus tanquam gentilis factus sit, nec tamen suscepit fallaciter sacramenta gentium: Turispondisti in eo factum gentibus tanquam gentilem, quod praepitium receperit, quod indifferenter per miserit uel ei cibis quos damnant Iudaei. Vbi ego quero utrum & hoc simulate fecerit. Quasi sicut absurdissimum atque falsissimum est, sic ergo & illa in quibus Iudaeorum consuetudini congruebat libertate prudenti, non necessitate seculi, aut quod est indignius, dispensatione fallaci potius quam fideli. Fidelibus enim & ijs qui cognouerunt ueritatem, sicut ipse testatur. Nisi forte & hic fallit. Omnis creatura dei bona est, & nihil est abijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Ergo & ipse si Paulo, non solum uero, uerum etiam dispensatori maxime fideli. Nec solum cognitori, uerum etiam doctori ueritatis, omnis utique in creatura Dei non simulate, sed uere bona erat. Cur igitur nihil simulate accipiendo factorum, caeremoniarumque gentilium, sed de ceteris & praepitio uerum sentiendo ac docendo, tamen tanquam gentilis factus est gentibus, &

Ex 64. epi.

Ex li. qu. est. 83.

& non potuit fieri tanquam Iudaeus Iudaeus, nisi fallaciter suscipiendo sacramentum Iudaeorum: Cur oleastro inserto seruauit dispensationis ueracem fidem: & naturalibus ramis, non extra sed in arbore constitutis, nescio quid dispensatorium simulationis uelamen obtendit? Cur factus tanquam gentilis gentibus, quod sentit docet, quod agit sentit: factus autem Iudaeus Iudaeis, aliud claudit in pectore, aliud promittit in uerbis, in factis, in scriptis? Sed ablit hoc sapere. Vtrisque enim debebat charitatem de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Ac per hoc omnibus omnia factus est, ut omnes lucrificeret: non mentientis astu, sed compatiens affectu. Id est non omnia mala hominum fallaciter agendo, sed aliorum omnium malis omnibus tanquam si sua essent, misericorditer medicinam diligentiam procurando. Cum itaque illa testamenti ueteris sacramenta etiam sibi agenda minime recusabat, non im misericorditer fallebat, sed omnino non fallens, atque hoc modo a Domino Deo illa usque ad certi temporis dispensationem iussa esse commendans, a sacris legis sacris gentium distinguebatur. Tunc autem non mentientis astutia, sed compatiens affectu, Iudaeis tanquam Iudaeus fiebat, quando eos ab illo errore, quo uel in Christum credere uolebant, uel per uetera caeremonia sua, caeremoniarumque obseruationes se a peccatis posse mandari fierique saluos existimabant, sic liberari cupiebat, tanquam ipse illo errore teneretur, diligens utique proximum licet seipsum, & hoc alijs faciens, quae sibi ab alijs fieri uellet, si hoc illi opus esset. Quod cum Dominus monuisset, adiunxit. Haec est enim lex & propheta. Hunc compatiens affectum in epistola ad Galatas praecipit dicens. Si praecupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intendens te ipsum, ne & tu teneris. Vide si non dixit fieri tanquam ille, ut illum lucrificas, non utique ut ipsum delictum fallaciter ageret aut se id habere simularet, sed ut in alterius delicto, quod etiam sibi accidere possit, attenderet, atque ita alteri, tanquam sibi ab altero uellet, misericorditer subueniret. Hoc est, non mentientis astu, sed compatiens affectu. Sic Iudaeo, sic Gentili sic cui libet homini, Paulus in errore uel peccato aliquo constituto, non simulando quod non erat, sed compatiendo quia esse potuisset, tanquam qui se hominem cogitaret, omnibus omnia factus est, ut omnes lucrificeret.

Matth. 22.

Galat. 6.

Hoc ergo exhibeamus ei cuius infirmitate portare uolumus, quod ab illo nobis uellemus exhiberi, si forte nos in ea esse uisum. & ipse non esset. Ad hoc pertinet quod ipse Apostolus ait. Omnibus omnia factus sum ut omnes lucrificarem. Cogitando scilicet in eo uitio etiam se esse potuisse, unde cupiebat alterum liberari. Compatiendo enim potius id agebat, non mentiendo, sicut quidam suspicantur, & si maxime qui mendacis suis defendendis, quae ne

gare non possunt, alicuius magni exempli patrocinium quaerunt.

Iusto lex posita non est, ut dicit Apostolus. Sed aliud esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege secundum legem agit. Qui est sub lege, secundum legem agit. Ille ergo liber est, iste seruus. Deinde, aliud est lex quae scribitur & imponitur seruienti. Aliud lex quae mente conspicitur ab eo qui non indiget literis.

Ex tractatu psalm. 71.

Nescitis quod ij qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? Sic currite, ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.]

Ex tractatu psalm. 32.

Omnis quidem currunt dixit in illo stadio, in illo spectaculo: unus tamen accipit brauium: ceteri uicti discedunt, & si perseverauerint in currando. Sed cum acceperit unus, remanebant ceteri, qui similiter laborauerunt. Hoc non est ita. Si quotquot currunt perseveranter currant, omnes accipiunt. Et qui prior uenerit expectat ut cum posteriore coronetur. Agonem quippe istum, non cupiditas, sed charitas facit. Omnes currentes amant se, & ipse amor cursus est.

Ego igitur sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem uerberans.]

Ex tractatu psalm. 57.

Non undecunque datur similitudo a scripturis, laudatur ipsa res, sed tantum similitudo inde trahitur. Non enim laudauit iniquum iudicem, qui nolebat audire illam uictuam, & nec Deum timebat, nec homines reuerbatur. Et tamen inde similitudinem dominus traxit. Nec illum lapidauit pigrum, qui tres panes non propter amicitiam dedit petenti, sed tadio uictus. Et tamen & inde similitudinem dedit. Et de rebus ergo non laudandis, trahuntur secundum modum quandam nonnullae similitudines. Aut si propterea putatis eundem esse ad Marfos, quia hoc audistis in scriptura Dei, eundem est ad spectaculum theatri, quia dicit apostolus. Non sic pugilior quasi aerem cadens. Pugilari enim est encreatum facere, pancratium facere, spectaculum facere. Iam quia hinc ducta est similitudo, spectacula ista nos delectare debent. Aut quia dixit, Qui in agone contendit, ab omnibus abstinentes est, propterea agonistica ista uana & ludicra debet affectare christianus? Attende quid tibi dicatur ad similitudinem, quid moneatur ad prohibitionem. Ita ergo & hic data est quaedam similitudo de Marfo qui incantat ut educat aspidem de tenebrosa cauerna.

Sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs praedicauerim ipse reprobus efficiar.]

Suo timore nos terruit, Quid enim faciet agnus, ubi aries tremuit?

CAPVT X.

Nolo enim uos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysse baptizati sunt in nube et in mari, et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebat autem de spiritali consequen-

Ex ser. de uer. Apost.

Ex li. cor. I. cap. I. Iuan. 6.

te eos petra. Petra autem erat Christus.
EXponendo unum, in cetera introduxit intellectum. Si enim petra Christus propter firmitatem, cur non & manna Christus, tanquam panis uiuus qui de caelo descendit, quo uere qui uescuntur spiritaliter uiuunt? Nam illi uerem figuram carnaliter accipientes, mortui sunt. Sed cum dicit Apostolus, Eundem cibum spiritalem manducauerunt ostendit & illud spiritaliter intelligi in Christo: sicut & potum cur spiritalem dixisset apperuit, cum subiunxit. Petra autem erat Christus. Quo aperto, cuncta fulserunt. Cur ergo non & nubes & columna Christus, quia rectus & firmus & fulciens infirmitatem nostram, per noctem lucens, per diem non lucens, ut qui non uident uideant, & qui uident ceci fiant? Rubet & mare rubrum, baptismus utique Christi sanguine consecratus. Hostes sequentes a tergo moriuntur, peccata praterita. Ducitur populus per desertum. Baptizati omnes nondum perfruentes promissa patria, sed quod non uident sperando, & per patientiam expectando, tanquam in deserto sunt. Et illic laboriosa & periculosa tentationes, ne reuertantur corde in aegyptum. Nec ibi tamen Christus deserit. Nam & illa columna non recedit, & morsus mortiferi serpentum, exaltato & respecto a neo serpente sanantur. Quod uerbis ipsius domini declaratur. Sicut exaltauit, inquit, Moyses serpente in cremo, sic exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui crediderit in eum non pereat, sed habeat uitam aeternam. Aegyptus autem quoniam interpretatur afflictionem uel afflictionem, uel comprimementem, sepe in imagine ponitur seculi huius, a quo spiritaliter recedendum est, ne simus iugum ducentes cum infidelibus. Sic enim quisque Hierusalem celestis fit ciuis idoneus, cum primo huic seculo renunciauerit: quemadmodum ille populus in terram promissionis induci non potuit, nisi prius ab aegypto recederet. Sed sicut ille non inde discessit nisi diuino presidio, ita nemo corde ab hoc seculo auertitur, nisi dominice misericordiae munere adiutus. Quod enim illic semel praefiguratum est, hoc in isto fine seculi, in hac (sicut beatus Iohannes scribit) hora nouissima, quotidianis ecclesie foetibus in unoquoque credente completur. Audite apostolum doctorem gentium docentem & instructentem.

Hec autem figurae nostrae factae sunt.]

Certe manifestum est, non humana suspitione, sed apostolico, id est diuino, & domini magisterio. Deus enim loquebatur in eis. Et quamuis de carnis nubibus, tamen dominus intonabat. Certe ergo tanto testimonio manifestum est, illa omnia figurate gesta, nunc in nostra salute compleri, quia tunc futura praenunciabantur, nunc praeterita leguntur. & praesentia cognoscuntur. Quid est charissimè? Qui uos cognoscitis Israelitas secundum Abraham, qui estis domus Iacob secundum promissionem haeredes, cognoscite uos etiam me

xiste de Aegypto qui huic seculo renuncia-
 stis: exisse de populo barbaro, qui confessione pietatis uos a blasphemis gentium seiuinxistis. Non est enim lingua uestra, sed barbara, quae Deum laudare non nouit, cui uos cantatis alleluia. Facta est enim Iudaea sanctificatio eius in uobis. Non enim qui in manifesto Iudaeus est, neque quae in manifesto in carne est circumcisio cordis. Interrogate ergo corda uestra. Si ea circumcidit fides, si purgauit confessio, in uobis facta est Iudaea sanctificatio eius, in uobis Israel potestas eius. Dedit enim uobis potestatem filios dei fieri.

Et omnes per mare transferunt, & omnes in Moyses baptizati sunt in nube & mari, & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt.

Quando autem manducauit manna populus Israel: Cum transisset mare rubrum. Mare rubrum autem quid significat? Audi apostolum. Nolo autem uos ignorare fratres, quia omnes patres nostri sub nube fuerunt: & omnes per mare transferunt. Quid est per mare transferunt? Quali querereres ab illo, secutus ait. Et omnes per Moysen baptizati sunt in nube & in mari. Si ergo figura maris tantum ualuit, species baptismi quantum ualebit? Si quod gestum est in figura, traiecit populum ad manna perduxit, quid exhibebit Christus in ueritate baptismi sui, traiecit per eum populo suorum

Per baptismum suum traiecit credentes occisus omnibus peccatis, tanquam hostibus consequentibus: sicut in illo mari omnes aegypti perierunt. Quo traiecit fratres mei, quo traiecit per baptismum Iesus, cuius figuram tunc gerebat Moyses qui per mare traiecitbat.

Quo traiecit? Ad manna. Quid est manna? Ego sum, inquit, panis uiuus qui de caelo descendit. Manna accipiunt fideles, iam traiecit per mare rubrum. Quare mare rubrum? Iam mare, quare & rubrum? Si significabat mare illud rubrum, baptismum Christi, unde rubet baptismus Christi, nisi Christi sanguine consecratus? Quo ergo perducit credentes & baptizatos? Ad manna. Ecce dico manna. Notum est quid acceperint Iudaei, populus ille Israel. Notum est quid illis pluisset Deus de caelo, & nesciunt catechumini quid accipiant Christiani. Erubescant ergo quia nesciunt. Transcant per mare rubrum, manducant manna, ut quomodo crediderunt in nomine Iesu, sic se ipsis credat Iesus.

Patres uestri, inquit, manducauerunt manna, & mortui sunt. Quid est unde superbitis? Manducauerunt manna & mortui sunt.

Quare manducauerunt & mortui sunt? Quia quod uidebant credebant, quod non uidebant non intelligebant. Ideo patres uestri, quia similes estis illorum, & infidelium filiorum, infideles patres. Nam quantum pertinet fratres mei ad mortem istam uisibilem & corporalem, nunquid nos non moriamur qui manducamus panem de caelo descendentem? Sic sunt mortui

Ex tractatu eu. sec. Ioa. 15.

Ioa. 6.

Ex tractatu eu. sec. Ioa. 25.

Exo. 17.

Ex tractatu eu. sec. Ioa. 45.

tui & illi, quemadmodum & nos sumus mortui ri, quantum attinet (ut dixi) ad mortem huius corporis uisibilem atque carnalem. Quantum autem pertinet ad illam mortem, de qua terret dominus, quia mortui sunt patres istorum, manducauit manna & Aaron, manducauit manna & Moyses, manducauit manna & Phinees, manducauerunt ibi multi qui domino placuerunt, & mortui non sunt. Quare? Quia uisibilem cibum spiritaliter intellexerunt, spiritaliter esurierunt, spiritaliter gustauerunt, ut spiritaliter satiarentur. Nam & nos hodie accipimus uisibilem cibum: sed aliud est sacramentum, aliud uirtus sacramenti. Patres nostri manna manducauerunt & mortui sunt. Non quia malum erat manna, sed quia male manducauerunt. Hic est panis qui de caelo descendit. Hunc panem significauit manna, huic panem significauit altare dei. Sacramenta illa fuerunt, in lignis diuersa sunt, in re que significatur paria sunt. Apostolum audi. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt. Spiritalem utique eandem. Nam corporalem, alteram. Quia illi manna, nos aliud. Spiritalem uero, quam nos. Sed patres nostri, non patres istorum, quibus nos similes sumus, non quibus illis similes fuerunt. Et adiungit. Et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Aliud illi, aliud nos, sed specie uisibile, quod tamen idem significaret uirtute spiritali. Quomodo enim eundem potum biberunt, inquit, de spiritali sequenti petra. Petra autem erat Christus. Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, uerus Christus in uerbo, & in carne. Et quomodo biberunt? Percussa est de uirga bis petra. Gemina percussio, duo ligna crucis significat. Hic est ergo panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur, sed quod pertinet ad uirtutem sacramenti, non quod pertinet ad uisibilem sacramentum: qui manducat intus, non foris: qui manducat in corde, non qui prae mit dente. Et omnes per mare transferunt, & omnes in Moyses baptizati sunt in nube & in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Mare rubrum significat baptismum. Moyses, ductor per mare rubrum, significat Christum. Populus transiens, significat fideles. Mors aegyptiorum, significat abolitionem peccatorum. In lignis diuersis, eadem fides. Si significata ergo sunt omnia: non eadem credebant per quos haec signa ministrabantur, per quos ea que credimus prophetata praenunciabantur: Vtique credebant. Sed illi uertura esse, nos autem uenisse. Ideo & sic ait. Eundem potum spiritalem biberunt. Sed spiritalem eundem, nam corporalem non eundem. Quid enim illi biberunt? Biberant enim de spiritali sequenti petra. Petra autem erat Christus. Videret autem fide manentem, signa uariata. Bipe tra Christus. Nobis Christus, quod in altare dei ponitur. Et illi pro magno sacramento eiusdem Christi biberunt aquam profluentem de Petra. Nos quid bibamus, norunt fideles.

Si speciem uisibilem intendas, aliud est. Si intelligibilem significationem, eundem potum spiritalem biberunt. Profecto erant etiam in illo populo qui intelligerent habentes fidem quae postea reuelata est, non ad legis literam, sed ad gratiam spiritus pertinentem. Non enim sine ipsa fide fuerant, qui etiam in Christo futuram reuelationem prauidere & praenunciare poterunt, cum & illa uetera sacramenta, significancia fuerint futurorum. An soli prophetae habebant hanc fidem, non & populus? Immo uero etiam qui prophetas fideliter audiebant, eadem adiuuabantur gratia, ut intelligerent quod audiebant. Sed utique Sacramentum regni caelorum uelabatur in ueteri testamento, quod plenitudine temporis reuelaretur in nouo. Ait apostolus. Et omnes eundem cibum spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Biberant autem de spiritali, sequenti eos petra. Petra autem erat Christus. Idem itaque in mysterio cibum & potus illorum, qui & noster. Sed significatio ne idem, non specie. Quia idem ipse Christus illis in petra figuratus, nobis in carne manifestatus. Sed non, inquit, in omnibus illis beneplacitum est deo. Omnes quidem eundem cibum spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt, id est spiritale aliquid significantes.

Biberant autem de spiritali sequenti eos petra. Petra autem erat Christus.]

Sicut enim mos est diuinorum in scripturis sanctis mysteriorum, ut idem homo alias aliam atque aliam pro re aliqua significanda, personam gerat, tunc Moyses populi Iudaeorum sub lege positi personam gerebat, eumque in prophetica praenunciatione figurabat. Sicut ergo Moyses petram uirga percussit, de dei uirtute dubitauit: ita ille populus qui sub lege per Moysen data tenebatur, Christum ligno crucis affligens, eum uirtutem dei esse non credidit. Sed sicut percussa petra, manauit unda sitiētibus, sic plaga dominice passionis, effecta est uita credentibus. Habemus enim de hac re praclarissimam ac fidelissimam uocem Apostoli cum inde loqueretur dicētis Petra autem erat Christus.

Quod de petra, aqua educa est, apostolus Paulus quid esset exposuit, ubi ait. Et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Biberant autem de spiritali sequenti petra. Petra autem erat Christus. Significata est ergo de Christo profluens gratia spiritalis, qua interior sitis irrigaretur. Sed & quod uirga petra percussit, crux Christi figuratur. Ligno enim accedente ad petram, gratia ista manauit. Et quod bis percussit, euidentius significat crucem. Duo quippe signa sunt crucis.

Non quod dirupit mare, & traiecit eos, & statuit aquas quasi in utres, ut sic staret unda quasi fuisset inclusa, potest per suam gratiam cohibere fluida & labentia concupiscentiarum carnalium, cum fideliter huic seculo renuncietur, ut tanquam inimicis peccatis omnibus perde

Ex tractatu Psalm. 77.

Ex libro cont. Faustii cap. 10.

Ex li. quae numeri tit. 35.

Ex tractatu Psalm. 77.

letis, fidelium populus per sacramentum baptis-
matis traiciatur. Qui deduxit eos in nube
dei, et tota nocte in illuminatione ignis, potest
etiam spiritualiter dirigere itinera, si ad eum cla-
met fides. Itinera mea dirige secundum uer-
bum tuum. De quo & alibi dicitur. Ipse enim
rectos faciet gressus tuos, & itinera tua in pa-
ce producet, per Iesum Christum dominum
nostrum, cuius in hoc seculo tanquam in die
sacramentum manifestatum est in carne, ue-
lut in nube. In iudicio uero tanquam nitore
nocturno, quia tunc erit magna tribulatio se-
culi tanquam ignis, & lucebit iustus, & arde-
bit iniustus. Qui dirupit in deserto petram, &
adaquauit eos sicut in abyssu multa, potest ut-
riusque sitienti fidei donum spiritus sancti, quod
sua res gesta spiritualiter significabat, infunde-
re de spiritali sequenti petra, quod est Chri-
stus, qui stabat & clamabat. Si quis sitit, ueniat
ad me & bibat. Qui biberit de aqua, quam ego
dabo ei, flumina aquae uiuae fluent de uentre
eius. Hoc enim dicebat, sicut in euangelio le-
gitur, de spiritu quem accepturi erant & eden-
tes in eum. Ad quem uelut uirga, lignum pas-
sionis accessit, ut emanaret credentibus gratia.
Non est dictum, Petra significabat Christum,
sed petra erat Christus. Nec dictum est, bonum
semen significat filios regni: aut zizania signi-
ficat filios maligni: sed dictum est, Bonum se-
men, hi sunt filii Regni: zizania autem filii
maligni. Sic ergo solet loqui scriptura, res signi-
ficantes tanquam eas quae significantur appel-
lans. Multum haec locutio notanda est, ubi
aliqua significantia, earum rerum quas signi-
ficant nomine appellantur. Inde est quod ait
apostolus Petra autem erat Christus. Non ait,
Petra significabat Christum. Solet res quae
significat, eius rei nomine quam significat na-
cupari, sicut scriptum est septem annis sunt.
Non enim dixit septem annos signi-
ficant. Ergo septem boues, septem anni sunt, &
multa huiusmodi. Hinc est quod dictum est. Pe-
tra autem Christus. Non enim dixit, petra si-
gnificabat Christum, sed tanquam hoc esset
quod utique per substantiam non hoc erat, sed
per significationem.

Psalm. 104.

Ioan. 7.

Ex tractatu
euā. sec. 102. 63

Ex li. quae Ge-
no. tit. 59.

Ex li. quae
Leu. tit. 59.

Ex lib. de ciui.
dei. 12.

Ex tractatu
Psalm. 77.

Omnia significantia uidentur quodammo-
do earum rerum quas significant sustinere per-
sonas, sicut dictum est ab apostolo. Petra erat
Christus. quoniam petra illa de qua hoc di-
ctum est, significabat utique Christum.

Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Nam
prostrati sunt in deserto. Hoc autem in figuram facti sunt no-
stri, ut non sicut concupiscentes malorum sicut & illi concu-
piscerunt, neque idololatras efficiamus sicut quidam ex ipsis, quem
admodum scriptum est. Sedit populus manducare & bibere, &
surrexerunt ludere. Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis for-
nicati sunt. Et ceciderunt una die uiginti tria milia. Neque tene-
mus deum, sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus
perierunt. Neque murmurauerunt sicut quidam eorum murmu-
rauerunt, & perierunt ab exterminatore.]

Ubi dicit, Non in pluribus eorum: erant
ergo ibi aliqui in quibus beneplacitum est

deo. Et cum essent omnia communia sacramen-
ta, non communis erat omnibus gratia, quae
sacramentorum uirtus est: sicut & nunc iam re-
uelata fide, quae tunc uelabatur, omnibus in no-
mine patris & filii & spiritus sancti baptizatis
commune est lauacrum regenerationis, sed ip-
sa gratia, cuius ipsa sunt sacramenta, qua me-
bra corporis Christi cum suo capite regnatura
sunt, non communis est omnibus. Nam &
haeretici habent eundem baptismum, & falsi
fratres in communione catholici nominis. Er-
go & hic recte dicit. Sed non in omnibus illis be-
neplacitum est deo. Cum enim dixisset Apo-
stolus, Sed non in omnibus illis beneplacitum
est deo, ita ostendens fuisse ibi etiam illos in
quibus beneplacitum est deo, continuo subie-
cit Prostrati enim sunt in deserto. Deinde ad-
iunxit. Haec autem figura nostrae factae sunt, ut
non simus concupiscentes mala, sicut & illi con-
cupierunt, neque idolis seruientes, sicut quidam
eorum, sicut scriptum est. Sedit populus man-
ducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neque
fornicemur sicut quidam eorum fornicati sunt,
& ceciderunt una die uiginti tria milia. Neque
tentemus Christum, sicut quidam eorum ten-
tauerunt, & a serpentibus perierunt. Neque
murmurauerunt sicut quidam eorum murmu-
rauerunt, & perierunt ab exterminatore. Om-
nia autem haec in figura contingebant illis.

Scripta sunt autem ad correptionem nostram,
in quos fines seculorum d. uenerunt. Nobis
ergo ista potius cātata sunt. Vnde in hoc Psal-
mo inter cetera dictum est, Ut cognoscat ge-
neratio altera, filii qui nascuntur & exurgent.
Porro si ille interitus a serpentibus, & ab ex-
terminatore illa perditio, & gladii trucidatio
figura fuerunt, sicut euidenter dicit Apосто-
lus, cum illa omnia contigit manifestum sit,
non enim ait in figura dicebantur, uel in figu-
ra sunt scripta, sed in figura inquit, continge-
bant illis, quanto maiore diligentia pietatis,
cauenda sunt praenae quarum figurae illae fue-
runt. Proculdubio quippe, sicut in bonis rebus
multo amplius bonum est in eo quod per figu-
ram significatur, qui in ipsa figura, ita & in ma-
lis longe utique peiora sunt quae significantur
figuris, cum tanta mala sint etiam significan-
tes figurae. Nam sicut terra illa promissionis,
quo ille populus ducebatur, in comparatione
regni caelorum nihil est, quo Christianus po-
pulus ducitur, ita & poenae illae quae figurae fue-
runt, quantumlibet sint atroces, in compara-
tione poenarum quas significant, nihil sunt.

Euangelium legi ueteri comparans domi-
nus, & non illud malum quod homines ante
didicerant, sed quod ipse docebat perfectius
esse contestans, Audistis, inquit, quia dictum
est. Non occides. Qui autem occiderit, reus erit
iudicio. Ego autem dico uobis. Quicumque
iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio. Qui
autem dixerit Racha, reus erit concilio. Qui
autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis.
Quid tam paruorum in peccatis, quam fratri di-
cere

Psalm. 77.

Ex lib. con.
inimicum legi
et propheta.

cere fatue? Quid tam magnum in supplicijs,
quam gehenna ignis? Si in lege uel prophetis
iste iuuenisset aliquem dicentem fratri suo fa-
tue, lapidari iustum fuisse diuinitus, quantae de-
um crudelitatis argueret? Quis autem non di-
co lapidari, sed per singulos artus, immo per
singula corporis frustra, paulatim atque mi-
nutatim uiuens & sentiens, dilaniari consumi
que maluisset, quam gehennae ignibus manci-
pari? Absit tamen ut crudeliores quisquam
dicat euangelij dominum, quam legis deum,
intelligens utriusque esse unum & eundem de-
um, in lege terrenam carnalibus, in euange-
lio spiritalibus poenis, & ibi & hic fidelē, nul-
quam crudelem. Ita est in omnium hominum
qui puniuntur uel corripiuntur in ueteri testa-
mento, longe mitioribus quam leguntur in eu-
angelio corporalibus poenis. Quod enim di-
luuium, comparari potest eternis poenis? Que
caedes? Quae uulnera? Quae corporum mortes
cruciatibus sempiternis? Viginti quatuor mi-
lia cadentium tanto buccarum strepitu inflat
insanus, quasi non innumerabilia milia quoti-
die moriantur toto orbe terrarum. Sed transi-
toria ista corporis mors est. Quis uero aestima-
re possit, quot milia stabunt ad sinistram ex
omnibus gentibus, quae sempiternis damnan-
da sunt ignibus? Quis autem utriuslibet sexus
homo non mallet gladio trucidari, etiam illo
modo quo trucidauit sacerdos Phinees forni-
carios in ipso complexu nefariae uoluptatis,
terribile constituens aduersus execrandas li-
bidines, ultionis exemplū, propter quod factū
maxime deo placuit: Quis inquam, non mallet
tali genere mortis interitici, quis non postre-
mo igne consumi, uel ferinis moribus per ip-
sa pudenda laniari, quam mitti in gehennam
ignis aeterni? Neque idololatras efficiamus, sicut quidam
ex ipsis, quem admodum scriptum est. Sedit populus manducare &
bibere, & surrexerunt ludere. Surrexit popu-
lus in Aaron, & dixerunt ei. Notandum totū
pro parte positum. Apostolus enim, sicut reue-
ra erat, quosdam eorum dixit hoc fecisse, non
totum populum, ubi ait. Neque idolis seruiamus,
sicut quidam illorum. Facilis ad lusum
pueritia. Quid autem lusui puerili tam simile
est, quam idola colere: quando et Apostolus
ad hoc retulit hoc genus superstitionis, cum ait.
Neque idolis seruiamus, quemadmodum quidam
eorum, sicut scriptum est. Sedit populus maudu-
care & bibere, & surrexerunt ludere. Neque te-
nemus Christum sicut quidam eorum tentauerunt & a serpentibus
perierunt. Satis apparet patris & filii & spi-
ritus sancti unā esse uirtutem, unam deitatem,
unam maiestatem, unam gloriam, quia ipsa
trinitas est unus dominus deus noster. De quo
dictum est. Audi Israel. Dominus deus tuus, de-
us unus est. Tunc autem dictum est, quando
dominus solus deducebat eos, & non fuit in
eis deus alienus. Neque enim non eos deduce-
bat & Christus. Cum dicat Apostolus. Ne-
que tentemus Christum, sicut quidam illorum
tentauerunt. Aut Christus non est deus, aut

Ex libro locu-
tionum exo.
titu. 9.

Ex li. quae, 83.

Ex libro con.
Maximum

Christus deus est alienus? Hic est ergo deus
pater & filius & spiritus sanctus, Trinitas u-
nus deus: cui uni iubemur, ea quae non nisi deo
debetur seruitute seruire, cum audimus. Do-
minum deum tuum adorabis & illi soli serui-
es. Neque enim hac seruitute non seruiamus Chri-
sto cuius membra sumus, aut spiritui sancto,
cuius templum sumus. Haec Trinitas unus de-
us, dicit Ego sum dominus, & non est alius praeter
me. Neque enim non est dominus Christus,
quem uos quoque Deum & dominum confite-
mini, aut spiritus sanctus non est dominus do-
mus suus, hoc est templi sui. Ipse est quippe spi-
ritus Domini de quo dicitur. Dominus au-
tem spiritus est. Vbi autem spiritus Domini,
ibi libertas. Haec est trinitas unus deus. De
quo dicit Apostolus. Nullus deus nisi unus.
Non enim cum hoc auditis, Deum negare u-
nigenitum audetis. Hic deus Trinitas dicit.
Ego sum qui sum, & non sum mutatus. Non enim
mutatus est Christus. Cui dicitur. Muta-
bis caelos, & mutabuntur. Tu autem idē ipse es.
Aut mutabitur spiritus ueritatis, cum sit im-
mutabilis ueritas? Qui nos super omne ge-
nus serpentium calcare spiritualiter iussit, ipse
est & prophetarum deus, qui populo infideli
ad significanda peccata, quorum ueneno inui-
sibiliter moriebantur, uisibiles serpentes, qui-
bus admonerentur, immisit, & plaga emen-
datoria mortes animarum mortibus corpo-
rum figurauit.

Haec autem omnia in figura contingebant illis. Scripta
sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculo-
rum d. uenerunt.]

Temporalium quidem promissiones testi-
mento ueteri contineri, & ideo uetus testa-
mentum appellari nemo nostrum ambigit,
quodque aeternae uitae promissio, regnumque cae-
lorum, ad nouum pertinet testamentum. Sed in illis
temporalibus, figuras fuisse futurorum quae im-
plerentur in nobis, in quos finis seculorum ob-
uenit, non suspicatio mea, sed apostolicus in-
tellectus est, dicente Paulo cum de talibus lo-
queretur. Haec omnia figurae nostrae fuerunt.
& iterum. Haec omnia in figura contingebant
illis, scripta sunt autem propter nos, in quos
finis seculorum obuenit.

Non ergo uetus testamentum ad conse-
quendas illas promissiones, sed ad intelligendas
in eis noui testamenti praenuntiationes acci-
pimus. Veteris quippe testificatio, fidem no-
uo conciliat. Vnde dominus posteaquam re-
surrexit a mortuis, seque non solum intuentium
discipulorum oculis, sed etiam contrectan-
dum manibus obtulit, ne quid tamen cum suis
mortalibus & carnalibus sensibus fallaciter
agi arbitrentur, magis eos de ueterum libro-
rum testificatione firmauit, dicens.

Oportebat impleri omnia quae scripta sunt
in lege Moyse & prophetis & psalmis de me.
Non itaque spes nostra, in temporalium rerum
promissione defixa est, quandoquidem nec ip-
sos illius temporis sanctos & spirituales uiros
patriar-

Luc. 4.

Deut. 32.

2. Cor. 3.

Exod. 3.

Psalm. 101.

Ex li. con.
inimic. legis
& propheta.

Ex libro con.
Fausti cap. 4.

Luc. 24.

patriarchas & prophetas, his terrenis rebus fuisse deditos credimus. Intellegebant enim reuelante sibi spiritu dei, qui temporali illi congrueret, & quibus modis Deus per illas omnes res gestas & dictas, futura figuranda & prænuncianda decerneret: magisque desiderium eorum de nouo testamento erat. Sed præsens functio corporalis, ad significanda noua uentura, pollicitationibus ueteribus præbebatur. Ita illorum hominum non tantum lingua, sed & uita prophetica fuit. Carnalis autem populus, promissis uitæ præsentis inhærebat. De quo tamē etiam populo nihilominus significabantur futura. Isti omnino nesciunt quid intersit inter præcepta uitæ agendæ, & præcepta uitæ significantæ. Exempli gratia, Non concupisces, præceptum est agendæ uitæ. Circumcidetis omnem masculinum octauo die, præceptum est significantæ uitæ. Ex hac quippe imperitia Manichæi, & omnes quibus displicent literæ ueteris testamenti, quicquid deus mandauit priorī populo ad celebrandum umbram futurorum, non intelligentes, & ea modo non obseruari animaduertentes, ex more præsentis temporis illa reprehendunt, quæ utiq; illi temporali congruebant, quo ista quæ nunc manifestata sunt, uentura significarētur. Sed quid dicuntur aduersus Apostolum qui ait, Hac omnia in figura contingebant illis, scripta autem sunt propter nos in quos finis seculorum obuenit. Ecce ipse aperuit cur illæ literæ accipiuntur a nobis, & cur illa rerum signa iam necesse non sit ut obseruentur a nobis. Cū em̄ dicit. Scripta sunt propter nos, p̄culdubio demonstrat quanta nobis cura legēda & intelligēda, & in quanta auctoritate habenda sint, quia propter nos utiq; scripta sunt. Cū uero dicit, Figuræ nostræ fuerunt, & in figura contingebant illis, ostendit iam non opus esse ut cum res ipsas manifestatas agimus, figurarum prænunciantium celebrationi seruamus. Vnde dicit alio loco. Nemo ergo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quod est umbra futurorum. Hic etiam cum dicit. Nemo uos in eis iudicet, declarat quam non sit necesse ut iam hæc obseruentur. Cum autem dicit, Quod est umbra futurorum, ostendit quam oportuerit ut illo tempore obseruentur quo ista quæ iam nobis manifesta eluxerunt, per tales umbras figurarum futura prædicebantur.

Coloss. 2.

Ex li. que. ti. iul. 84.

Longum est singula commemorare, cum ita concludat apostolus, & dicat. Hæc autem in figura contingebant illis. Scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum, deueniunt. Finis autem seculorum, tanquam senectus ueteris hominis, cum totum genus humanum tanquam unum hominem constitueris, sexta ætate signatur, qua dominus uenit. Sunt enim ætates sex etiam in uno homine. In infantia, pueritia, edolescentia, iuuentus, grauitas, & senectus. Prima igitur humani generis ætas est, ab Adam usque ad Noe. Secunda

à Noe usque ad Abraham, qui articuli sunt euidētissimi atque notissimi. Tertia ab Abraham usque ad Dauid, sic enim Matthæus Euāgelista partitur. Quarta à Dauid usque ad transmigracionem in Babyloniam. Quinta à transmigracione in Babyloniam usque ad aduentum domini. Sexta ab aduentu domini, usque ad finem seculi speranda est, qua exterior homo tanquam senectute corrumpitur, qui etiam uetus dicitur, & interior renouatur de die in diem. Inde requies sempiterna est, quæ significatur sabbato. Huic rei congruit, quod homo sexto die factus est ad imaginem & similitudinem dei.

Gene. 1.

Itaque qui se existimat stare, uideat ne cadat.]

Multos enim à perniciofa elatione reprimat quod ait apostolus. Quapropter qui uideatur stare, uideat ne cadat. Voluntate autē sua cadit qui cadit, & uoluntate Dei stat quistat. Potens est enim Deus statuere illum. Non ergo se ipse, sed deus. Sed tamen bonum est non altum sapere, sed timere.

Ex lib. de bono perse.

Tentatio nos non apprehendat, nisi humana.]

Sunt igitur tentationes per Satanam, non potestate eius, sed permissu domini, ad homines aut pro suis peccatis puniendos, aut pro dei misericordia probandos & exercendos. Et interest plurimum in qualem quisque tentationem incidat. Non enim in talem incidit Iudas qui uendit dominum, in qualem incidit Petrus, cum territus dominum negauit. Sunt etiam humanae tentationes, credo cum bono quisque animo, secundum humanam tamen fragilitatem in aliquo consilio labitur, aut irritatur in fratrem studio corrigendi, paulo tamē amplius quam christiana tranquillitas postulat. De quibus Apostolus dicit. Tentatio uos non apprehendat nisi humana. cum idem dicit. Fidelis deus qui uos non sinat tentari supra quam potestis ferre, sed faciet cū tentatione etiam exitum ut possitis sustinere. In qua sententia satis ostendit non id nobis operandum esse ut non tentemur, sed ne in tentationem inducamur. Iuducimur enim si tales acciderint quas ferre non possumus. Sed cum tentationes periculosæ, in quas inferri atque induci perniciosum est, aut prosperis rebus temporalibus, aut aduersis oriuntur, nemo frangitur aduersarum molestia, qui prosperarum delectatione non capitur.

Ex li. 2. de ser. domini in monte

Homines enim sumus. Vnde aliquid aliter sapere quam se res habet, humana tētatio est. Nimis autem amando sententiam, aut inuidendo melioribus usque ad precipiendā communione, & condendi schismatis, uel hæresis sacrilegium peruenire, diabolica est præsumptio. In nullo autem aliter sapere quam se res habet, angelica perfectio est. Quia itaq; homines sumus, sed spe angelī, quibus æquales in resurrectione futuri sumus, quando nō habemus p̄fectionē angelī. nō habeamus p̄fectionē diaboli. Ideo dicit Apostolus. Tētatio uos non apprehendat nisi humana. Humanū est

Ex lib. de bono. paruu.

Philipp. 3.

est ergo aliquid aliter sapere. Propterea dicit alio in loco. Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus. Et si quid aliter sapitis, hoc quoque uobis deus reuelabit. Quibus autem reuelat cū uoluerit siue in hac uita, siue post hanc uitam, nisi ambulantes in uia pacis, & in nullam præcisionem deuantibus. Ideoque Apostolus cum dixisset, Et si quid aliter sapitis, hoc quoque uobis deus reuelabit, ne putarent præter uiam pacis quod aliter sapiebāt, sibi posse reuelari, continuo addidit. Verumtamen in quod peruenimus in eo ambulemus.

Fidelis autem Deus est qui non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum ut possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi, fugite ab idololatriæ cultura. Ut prudētib. loquor, uos ipsi iudicate quod dico.]

Ex li. de spir. et lite.

Aliter dicimus, non mihi habuit fidem: aliter, non mihi seruaui fidem. Nā illud est, non credidit quod dixi: illud, non fecit quod dixi. Secundum hanc fidem qua credimus, fideles sumus deo: secundum illam uero qua fit quod promittitur, etiam deus fidelis est nobis. Hoc enim dicit apostolus. Fidelis deus qui non uos permittat tentari supra id quod potestis. Ne futuris tētationibus deficiat infirmus, nec falsa spe decipiendus est, nec terrore frangendus. Dic ei, prepara animam tuam ad tentationem. Et forte incipit labi contremiscere, nolle accedere. Habes aliud. Fidelis deus qui non uos permittat tentari supra quam potestis ferre. Illud enim promittere & prædicere uenturas passiones, infirmum confirmare est. Timentis autem nimium, & ex hoc deterrito, cum polliceris misericordiam Dei, non quia tentationes deerunt, sed quia non permittet tentari supra quam ferre potest, fractum colligare est. Sunt enim qui cum audierint uenturas tribulationes, armant se magis, & quasi potum suum sitiunt. Paruam enim sibi putant fidelium medicinam, sed quarunt & martyrum gloriam. Sunt autem alij, qui auditis futuris necessario ueniens tētationibus, quas proprie oportet uenire Christiano, quas nemo sentit, nisi qui uoluerit uere esse Christianus: imminenti bus ergo sibi talibus franguntur & claudicant. Offer consolacionis alligamentum, alliga quod fractum est. Dic. Ne timeas: non deserit in tētationibus ille in quem credidisti. Fidelis deus, qui te non sinat tentari supra quam potestis ferre. Non hoc à me audis, Apostolus est dominus qui dicit. Qui etiam dicit. Vultis experiri tētationem eius accipere qui in me loquitur Christus? Hæc ergo cum audis, ab ipso Christo audis, ab illo pastore qui pascit Israël. Illi enim dictum est. Porasti nos in lachrymis in mensura. Quod enim ait apostolus, Non sinat tētari supra quam potestis ferre, hoc ait propheta. In mensura. Tantum tu noli dimittere corripientem & horrantem, terrentem & consolantem, percutientem & sanantem. Diabolus, potestas quædam est. Plerumque tamen uult nocere & non potest, quia potestas illa, sub potestate est. Nam si tantum posset nocere diabolus quantum uult,

Ex li. de p̄toribus

1. Cor. 13.

Ex tractatu psalm. 61.

num aliquis iustorum remaneret? aut aliquis fidelium esset in terra? Ipse per uasa sua impellit quasi parietem inclinatum, sed tantum impellit, quantam accipit potestatem. Ut autem non cadat paries, suscipiet dominus: quoniam qui dat potestatem tentatori, ipse tentato præbet misericordiam. Ad mensuram tentare permittitur diabolus. Et potabis nos (inquit) in lachrymis in mensura. Noli ergo timere permittit tibi aliquid facere tentatorem. Habes enim misericordissimum saluatorem. Tantum admittitur ille tentare, quantum tibi prodest ut exercearis, ut proberis, ut qui te nesciebas, à te ipso inueniaris. Nam ubi uel unde, nisi de hac dei potestate & misericordia securi esse debemus? secundum illam apostolicam sententiā. Fidelis deus qui non permittit uos tentari supra id quod potestis. Et potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Quid est in mensura? Audi Apostolum. Fidelis Deus qui non permittit uos tentari supra quam potestis ferre. Ipsa est mensura pro uiribus tuis, ipsa est mensura ut erudiaris, ut non opprimaris. Hæc spes data est corpori Christi, quod est ecclesia, qua consolaretur in humilitate sua. Propter quam spes dicit & Apostolus Paulus. Si quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Sed æternorum est spes ista præmiorum. Est alia spes, quæ in humilitate tribulationis plurimum consolatur, quæ sanctitas data est in uerbo Dei adiutorium gratiæ pollicentis, ne quisquam deficiat. De qua re dicit Apostolus. Fidelis deus qui non permittet uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere. Hanc spem dedit etiam Saluator ore suo, quando ait. Hæc nocte postulauit Satanæ uexare uos sicut triticum, & Ego rogauit pro te Petre, ne deficiat fides tua. Hanc spem dedit & in oratione quæ docuit, ubi monuit ut dicamus. Ne nos inferas in tentationem. Quodammodo enim promissit se daturum suis periclitantibus quod dicit uoluit ab orantibus. Dominus proteget te super manū dexterae tuæ. Fides tua, manus dexterae tuæ, id est potestas quæ tibi data est ut sis inter filios dei, manus est dexterae tuæ. Sed quid ualet ipsa potestas quam accepit homo nisi dominus protegat? Ecce. Credidit, iam ambulat in fide, infirmus est, inter tentationes agitatur, inter molestias, inter carnales corruptiones, inter suggestiones cupiditatis, inter uersutias & laqueos inimici. Quid ualet ergo, qui habet potestatem? Credidit in Christum, ut sit inter filios dei. Væ homini, nisi & ipsius fidem dominus protegat, id est ut non permittat tentari supra quam potestis ferre, sicut dicit apostolus. Fidelis deus qui uos non permittet tentari supra quam potestis ferre. Quamuis iam fideles simus, quamuis iam manus dexterae nostræ sit in nobis, protegit nos dominus super manum dexterae nostræ. Non nobis sufficit habere manum dexterae, nisi ille & ipsam manum dexterae protegat.

Psalm. 79.

Ex tractatu psalm. 79.

Ex tractatu psalm. 120.

Luc. 22.

Ex tractatu psalm. 120.

Custodi

Ex eodem psalm.

Custodiat dominus introitum tuum & exitum tuum ex hoc nunc & usque in seculum. Exitum, id est custodiat qui & introitum. Quid est introitum? Quid est exitum? Quando tentamur intramus. Quando vincimus tentationem, eximus. Audi introitum. Audi exitum. Vasa figuli probat fornax, ait scriptura, & homines iustos tentatio tribulationis. Sic sunt homines iusti quomodo uasa figuli, necesse est ut uasa figuli intrent, & non quando intrant iam securus est figulus, sed cum exierint. Dominus autem securus est, quia nouit qui sunt eius, nouit qui in fornace non crepent. Illi non crepent, qui non habent uentum superbiae. Humilitas ergo custodit in omni tentatione, quia a contralatione ascendimus cantantes canticum graduum. Et custodit dominus introitum, ut salui intremus, sana fide simus, quando accedit tentatio. Et custodit exitum ex hoc nunc & usque in seculum. Cum enim exierimus ab omni tentatione iam in aeternum nulla tentatio nos terreat, nulla concupiscentia saltem sollicitabit. Audi Apostolum id ipsum commemorantem, quod paulo ante commemorari supra quam potestis ferre. Ecce introitus tuus custoditur. Quando non sinit tibi Deus accidere tentationem quam non potes ferre, introitum tuum custodit. Vide si custodit & exitum. Sed faciet, inquit, cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere.

Ex lib. de ecclesiasticis uerbis

Non autem solum per cupiditates diaboli tentat, sed etiam per terrores insultationum & dolorum & ipsius mortis. Quicquid autem homo passus fuerit pro nomine Christi & pro spe uitae aeternae, & per manens tolerauerit, maior ei merces dabitur. Quia si cesserit diabolo, cum illo damnabitur. Sed opera misericordiae cum pia humilitate impetrant a domino, ut non permittat seruos suos tentari plus quam possint sustinere.

Ex ser. de excidio urbis Ro.

Feramus ergo quod deus nos ferre uoluerit: qui nobis curandis atque sanandis, quis etiam dolor sit utilis, sicut medicus nouit. Certe scriptum est. Patientia opus perfectum habet. Quod autem erit opus patientiae, si nihil aduerbi patiamur? Cur ergo mala temporalia perpeti recusamus? An forte perfici formidamus? Sed plane oremus et ingemiscamus ad dominum, ut seruet erga nos quod apostolus dicit. Fidelis deus qui non uos sinet tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut sustinere possitis.

Calix benedictionis cui benedicimus, nonne participatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio est corporis Christi?

Ex ser. de corpore et sanguine domini Ioan. 6.

Adiamus ueracem magistrum, diuinum illum redemptorem, commendantem nobis precium nostrum, sanguinem suum. Locutus est nobis de corpore & de sanguine suo, commendans talem escam & talem potum. Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in

uobis. Et hoc dixit de uita quis aliud quam ipsa uita? Erit autem illa homini mors, non uita qui mendacem putauerit uitam. Ergo & de corpore, et de sanguine suo, dedit nobis salubrem refectioem. Manducet ergo qui manducant, & bibant qui bibunt, esuriant & sitiant. Vitam manducant, uitam bibant. Illud manducare, refectio est. Sed sic refectio ut non deficiat unde reficeris. Illud bibere quid est, nisi uiuere? Manduca uitam, bibe uitam, habebit uitam, & integer est uita. Tunc autem hoc erit, id est uita unicuique erit corpus & sanguis Christi, si quod in sacramento uisibiliter sumitur, in ipsa ueritate spiritaliter manducetur, spiritaliter bibatur.

Ex ser. de uniuersali euang.

Qualem uocem domini audistis inuitantis nos? Quis inuitauit quos inuitauit? & quid preparauit? Inuitauit dominus seruos, & preparauit eis cibum seipsum. Quis audeat manducare dominum suum? Et tamen ait. Qui manducat me, uiuit propter me. Quando Christus manducatur, uita manducatur. Nec occiditur ut manducetur, sed in mortuos uiuificat. Quando manducatur refectio, sed non deficit. Non ergo timeamus fratres manducare istum panem ne forte siniamus illum, & postea quod manducemus non inueniamus. Manducetur Christus. Viuit manducatus, quia resurrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, & norunt fideles quemadmodum manducant carnem Christi. Unusquisque accipit partem suam. Unde & ipsa gratia partes uolunt. Per partes manducatur & manet integer totus. Per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in caelo, manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando uenit in uirginem: impleuit illam, nec recessit ab illo. Veniebat in carnem, ut eum homines manducarent: & manebat integer apud patrem, ut Angelos pasceret. Quod enim sciat fratres, & qui scitis, & qui nescitis scire debetis, quando Christus factus est homo, panem Angelorum manducauit homo. Unde, quomodo, qua uia, quibus meritis, qua dignitate panem angelorum manducaret homo, nisi creator angelorum fieret homo? Hoc quod uidetis in altare dei, etiam transacta nocte uidistis. Sed quid esset, quod sibi uelit, quam magnae rei sacramentum contineret, nondum audistis. Quod ergo uidistis panis est & calix, quod uobis etiam oculi uestri renunciant. Quod autem fides uestra postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix sanguis. Breuiter quidem hoc dictum est, quod fidei forte sufficiat, sed fides instructionem desiderat. Dicit enim propheta. Nisi credideritis, non intelligetis. Potestis ergo modo dicere mihi, Praecipisti ut credamus, expone ut intelligamus. Potest enim in animo cuiusquam, cogitatio talis oboriri. Dominus noster Iesus Christus, nouimus unde acceperit carnem, de uirgine Maria. Infans lactatus est, nutritus est, creuit, ad iuuenilem aetatem perductus est, A

Psalm. 77.

Ex ser. ad sanctos altaris de sacramento

ludaeis

1. Cor. 12.

Iudaeis persecutionem passus est. Ligno suspensus est. In ligno interfectus est. Sepultus est. Tertio die resurrexit. Quo die uoluit, in caelum ascendit. Illuc leuauit corpus suum, unde est uenturus ut iudicet uiuos & mortuos. Ibi est modo sedens ad dexteram patris. Quomodo est panis corpus eius? & calix, uel quod habet calix, quod est sanguis eius? Ista fratres ideo dicuntur sacramenta; quia in eis aliud uidetur, aliud intelligitur. Quod uidetur speciem habet corporalem. Quod intelligitur, fructum habet spiritalem. Corpus ergo Christi si uis intelligere, Apostolum audi dicentem fidelibus. Vos estis corpus Christi, & membra. Si ergo uos estis corpus Christi & membra, mysterium uestrum in mensa domini positum est, mysterium domini accipitis. Ad id quod estis, amen respondetis, & respondendo subscribitis. Audis ergo corpus Christi & respondes amen. Esto membrum corporis Christi, ut uerum sit amen tuum. Quare ergo in pane? Nihil hic de nostro afferamus. Ipsum Apostolum item audiamus. Cum ergo de isto sacramento loqueretur, ait. Unus panis, unum corpus multi sumus. Intelligite & gaudete, unitas, pietas, ueritas, charitas. Unus panis, unum corpus multi. Recolite enim quia panis non fit de uno grano, sed de multis. Quando exorizabamini, quasi simolebamini. Quando baptizati estis, quasi conuersi estis. Quando spiritus sanctificationem accepistis, quasi cocti estis. Estote quod uidetis, & accipite quod estis. Hoc Apostolus de pane dixit. Iam de calice quid intelligere uis etiam non dictum satis ostendit. Sicut enim ut sit species uisibilis panis multa grana in unum conuersantur, tamquam illud fiat quod de fidelibus ait scriptura sancta. Erat illis anima & cor unum in deum, sic & de uino fratres recolite uide sit unum. Grana multa pendunt ad botrum, sed liquor granorum in unitate confunditur. Ita dominus Iesus Christus nos significauit, nos ad se pertinere uoluit, mysterium pacis & unitatis nostrae in sua mensa consecrauit. Qui accipit mysterium unitatis, & non seruat uinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Nulli est aliqua tenus ambigendum, tunc unumquemque fidelium corporis sanguinisque dominici participationem fieri, quando in baptismate membrum Christi efficitur: nec alienari ab illius panis calice, que consortio, etiam si antequam panem illum comedat & calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc quod illud sacramentum significat, inuenit.

Actu. 4.

Ex lib. cont. Faust. 42.

Panis & calix. non quilibet quali propter Christum in specie & in sacramentis ligatum, sicut illi desipiunt, sed certa consecratione, mysticus fit nobis, non nascitur. Proinde quod non ita fit, quamuis panis & calix, alimentum est refectioem, non sacramentum religionis, nisi quod benedicimus, gratiasque agimus domino in

Ex ser. de uer. euangelij.

omni eius munere, non solum spiritali, uerum etiam corporali. Dominus Iesus ab eis quorum oculi tenebatur ne illum agnoscerent, in fractione panis uoluit agnosci. Nouerunt fideles, sciunt quid dicam. Nouerunt Christum in fractione panis. Non enim omnis panis, sed accipiens benedictionem Christi, fit corpus Christi. Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus.]

Ex ser. de sac. fidelium serua. pascha.

Quia Christus passus est pro nobis, commendauit nobis in isto sacramento corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit & nos ipsos. Nam & nos ipsius corpus facti sumus: & per misericordiam ipsius, quod accipimus, nos sumus. Recordamini: & uos non fuistis, & creati estis. Ad aream dominicam comportati estis: laboribus bouum, id est annunciantium euangelium triturati estis. Quando catechumini differabamini, in horreo seruabamini. Nomina uestra dedistis, coepistis molli ieiunijs & exorcismis, postea ad aquam uenistis & conuersi estis, & panis dominicus facti estis. Ecce quod accepistis. Quomodo ergo uidetis esse unum quod factum est, sic unum estote, uos diligendo, uos tenendo unam fidem, unam spem, indiuiduam charitatem. Heretici quando hoc accipiunt testimonium contra se accipiunt: quasi illi querunt diuisionem, cum panis iste indicet unitatem. Sic & uinum in multis racemis fuit, & modo unum est. Unum est in seruitute calicis post pressuram torcularis. Et uos post illa ieiunia, post labores, post humilitatem, post contritionem cordis, iam in nomine Christi, tamquam ad calicem domini uenistis, & ibi uos estis in mensa, & ibi uos estis in calice. Nobiscum uos estis. Simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul uiuimus. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi uita. Hoc quando caperet caro quod dixit panem carnem? Vocatur caro quod non capit caro: & iudeo magis non capit caro, quia uocatur caro. Hoc enim exhorruerunt, hoc ad se multum dixerunt, hoc non posse fieri putauerunt. Caro mea est, inquit, pro mundi uita. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligant. Fiant corpus Christi si uolunt uiuere de spiritu Christi. De spiritu Christi non uiuit nisi corpus Christi. Intelligite fratres mei quid dixerim. Homo es, & spiritum habes, & corpus habes. Spiritum dico qui anima uocatur, quod constas quod homo es. Constas enim ex anima & corpore. Habes itaque spiritum inuisibilem, corpus uisibile. Dic mihi quid ex quo uiuat. Spiritus tuus uiuit ex corpore tuo, anima corpus tuum ex spiritu tuo? Respondet omnis qui uiuit ex spiritu uiuo. Qui autem hoc non potest respondere, nescio si uiuit. Quid responderet omnis qui uiuit? Corpus utique meum uiuit de spiritu meo. Vis ergo uiuere & de spiritu Christi? In corpore esto Christi. Nunquid enim corpus meum uiuit de spiritu tuo? Meum uiuit de spiritu meo, & tuum de tuo.

Ioannis 6.

Non potest uiuere corpus Christi, nisi de spiritu Christi. Inde est, quod exponens nobis Apostolus Paulus hunc panem. Vnus panis, inquit, unum corpus multi sumus. O sacramentum pietatis. O signum unitatis. O uinculum charitatis. Qui uult uiuere, habet unde uiuat. Accedat, credat, incorporetur, uiuificetur.

Non abscedat a compage membrorum, non sit putre membrum quod secari mereatur, non sit distortum, de quo erubescat. Sit pulchrum, sit apertum, sit sanum, hæreat corpori. Viuat Deo, de Deo. Nunc laboret in terra, ut postea uiuat in celo.

tit ex eod. ser.

Hunc itaque cibum & potum, societatem uult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est sancta ecclesia in predestinatis, & uocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis & fidelibus eius. Quorum primum iam factum est, id est predestinatio. Secundum & tertium & factum est & fit, & fiet, id est uocatio & iustificatio. Quartum uero nunc in spe est, in re autem futurum est, id est glorificatio. Huius rei sacramentum, id est unitatis corporis & sanguinis Christi, alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum, in dominico preparatur, & de mensa dominica sumitur quibusdam ad uitam, quibusdam ad exitium. Res uero ipsa cuius sacramentum, est omni homini ad uitam, nulli ad exitium, quicumque eius particeps fuerit. Caro enim mea, inquit, uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Cum enim cibo & potu id appetant homines, ut non esuriant neque sitiant, hoc ueraciter non præstat nisi iste cibus & potus, qui eos a quibus sumitur immortales & incorruptibiles facit, id est societas ipsa sanctorum, ubi pax erit & unitas plena atque perfecta. Propterea quippe, sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines dei, Dominus noster Iesus Christus, corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in unum ex multis granis conficitur, aliud in unum ex multis racemis confluit. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat eius carnem, nec bibit sanguinem, etiam si tantæ rei sacramentum, ad iudicium sibi manducet & bibat.

videte israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?

Ex lib. qua. Exod. tit. 132.

Est israel secundum carnem, & secundum spiritum. Nam si israel non esset dicendus nisi ex genere carnis, non diceret Apostolus, Videte israel secundum carnem. Vbi profecto significat esse israel secundum spiritum, quia in abscondito iudeus est, & circumcissione cordis. Ideo quippe addidit secundum carnem, quia est israel secundum spiritum, qui ueteres umbras iam non sequitur, sed eam con-

Ex lib. con. inimi. legis & propheta.

sequentem, quæ illis umbris præcedentibus significata est, ueritatem & immolat deo in corpore Christi sacrificium laudis. Ex quo Deus deorum Dominus locutus est, & uocauit terram a solis ortu usque ad occasum. Hæc quippe ecclesia, israel est secundum spiritum: a quo distinguitur ille israel secundum carnem, qui seruiebat in umbris sacrificiorum, quibus significabatur singulare sacrificium, quod nunc offert israel secundum spiritum. Cui dictum atque prædictum est. Audi populus meus, & loquar tibi israel, & testificabor tibi & cetera.

Esai. 49

De huius domo non accepit uitulos, neque de gregibus eius hircos. Iste immolat deo sacrificium laudis, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech. Quod in eo psal. positum est, quem dominus Iesus in euangelio de se conscriptum esse testatur, quærens a iudeis respondentibus Christum filium esse dauid, quod solum de illo carnaliter nouerant, quomodo eum dauid in spiritu dixerit dominum. Tunc enim huius psalmi commemorauit exordium. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ibi quippe & hoc dictum est. Iurauit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nouerunt qui legunt quod protulerit Melchisedech quando benedixit abrahæ: & si ita sunt participes eius, uident tale sacrificium nunc offerri deo, toto orbe terrarum. Dei autem iuratio, incredulorum est increpatio: & quod Deum non poenitebit, significatio est quia hoc sacerdotium non mutabit.

Psalm. 109.

Mutauit quippe sacerdotium secundum ordinem Aaron. Vnde alius propheta dicit ad eum qui carnaliter est israel. Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus omnipotens & hostiam non accipiam de manibus uestris. Ecce quod est secundum ordinem Aaron. Cur autem hoc non accipiat, addidit, & dicit. Quia ab ortu solis usque ad occasum glorificatum est nomen meum in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & hostia pura quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipotens. Ecce quod est secundum ordinem Melchisedech. Incensum enim, quod est Grace Thymiamata, sicut exponit iohannes in Apocalypsi, orationes sunt sanctorum. Quid ergo? Dico quod idolis immolatum sit aliquid aut quod idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes, demoniis immolant et non Deo. Nolo autem uos socios fieri demoniorum, quia non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum. Non potestis mensam domini participes esse, & mensam demoniorum. An emulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus?

Malach. 1

Ita apostolus. Sed quia quæ immolant, demoniis immolant & non Deo. Iste autem dixit. Sed qui sacrificant, demonibus sacrificant, quasi omnes qui sacrificant, non sacrificant nisi demonibus. Non enim ait apostolus qui sacrificant, sed quæ sacrificant, uel sicut a me positum est, immolant, illi scilicet qui idola colunt,

Ex lib. con. inimi. legis & propheta.

colunt, quæ sacrificant, demonibus & non deo sacrificant, siue immolant. Et ideo subiunxit. Nolo uos socios demoniorum fieri. Eos quippe ab idololatria prohibebat. Propter quod eis ostendere uoluit, ita illos fieri socios demoniorum, si idololatria sacrificij manducauerint, quomodo israel carnalis socius erat altaris in templo, qui de sacrificijs manducabat. Hinc enim cepit ut hoc diceret. Propter quod dilectissimi mihi fugite ab idolorum cultura. Deinde secutus ostendit ad quod sacrificium debeant iam pertinere, dicens. Quasi prudentibus dico. Iudicare uos quod dico. Calix benedictionis quem benedicimus, nonne communicatio est sanguinis Christi? & panis quem frangimus, nonne communicatio est corporis domini? quia unus panis, unum corpus multi sumus. Omnes enim de uno pane participamus. Et propter hoc subiunxit. Videte israel secundum carnem. Nonne qui de sacrificijs manducant, socii sunt altaris? Ut intelligerent ita se iam socios esse corporis Christi, quem admodum illi socii altaris. Et quia ut hoc diceret, ab idololatria prohibebat, unde locus iste sermo nis eius, sicut commemorauimus, sumpsit exordium, ne putarent ideo non esse curandum si de sacrificijs ederent idolorum, quia idolorum nihil est, existimantes sibi hæc uelut superflua non nocere, confirmauit quidem & ipse idolorum nihil esse: nec ideo se ista prohibere quia idolis immolantur quæ non habent sensum, sed quia quæ immolantur inquit, id est idolorum cultores demoniis & non Deo immolant. Nolo uos socios demoniorum fieri. Iste sensum ueritas ipsa declarat, quia in templo, cui seruiebat carnaliter israel, non utique idolum colebatur, nam si sacrificia, quæ in illo templo secundum ueterem legem offerebantur deo tanquam sacrificia idolorum damnarentur, uel tanquam demoniis immolata, nullo modo ipse dominus Christus, leprosus quem mundauerat diceret, Vade ostende te sacerdoti, & offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Nondum enim dederat pro sacrificijs illis omnibus sui corporis sacrificium. Nondum suscitauerat sui corporis templum. Nec de illo templo eijceret eos qui boues & columbas uendebant dicens. Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis speluncam latronum. Verum sacrificium, quod uni uero debetur Deo, quo eius altare solus Christus impleuit, in uicinis pecorum imitata demonia, sibi arroganter exposcunt. Vnde dicit apostolus. Quæ immolant gentes, demoniis immolant & non Deo. Non quod offerre batur culpas, sed quia illis offerebatur. Hebrei autem, in uicinis pecorum quas offerebant Deo, multis & uarijs modis, sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futura uitæ, quam Christus obtulit. Vnde iam christiani, peracti eiusdem sacrificij memoriam celebrant sacrosancta oblatione, & participatio ne corporis & sanguinis Christi. Existit nescio quis disputator, qui doctus sibi uideatur, & a-

Math. 8.

Math. 21.

Ex lib. con. Faustum 20.

Ex tracta. Psalm. 96.

it, Non ego illum lapidem colo, nec illud simulacrum quod est sine sensu. Non enim propheta uester potuit nosse quia oculos habet & non uident, & ego nescio quia illud simulacrum nec animam habet, nec uidet oculis, nec audit auribus. Non ego illud colo, sed adoro quod uideo, & seruo ei quæ non uideo. Quis est iste? Numen quoddam, inquit, inuisibile, quod præsidet illi simulacro, Hoc modo reddendo rationem de simulacris suis, disertis sibi uideretur quia non colunt idola, & colunt demonia. Ipse hoc dixit apostolus. Scimus quia nihil est idolum. Sed quæ immolant gentes, demoniis immolant, & non deo. Dixit. Nolo uos socios demoniorum. Non ergo hinc se excusent quia quasi idolis insensatis dediti non sunt. Demonijs magis dediti sunt, quod est periculosius. Nam si tantum idola colerent, sicut eos non adiuuaret, ita illis nihil nocerent. Si autem adores & seruias demonibus, erunt demones domini tui, & quia erunt domini tui, inuidi tui libertati tuæ necesse est inuideant, semper te uelint possidere, semper talia facere, qualia possint tecum trahere. Est enim insita maleuolentia quædam & perniciosa nocendi, istis malignis spiritibus, gaudent de malis hominum & de fallacia nostra. Si nos sefellerint, pascuntur. Et quod querunt? Non quibus in æternum dominentur, sed cum quibus in æternum damnentur. Quomodo solet maleuolus latro nominare innocentem? Nunquid si fuerit uiuus incensus, minus ardet si duo ardeant? minus moritur si duo moriantur? Poena illa non minuitur, sed maleuolentia pascitur. Mecum moriatur. Non se minus moriturum dicit, sed solatium habet malum alterius. Talis est diabolus: seducere uult illos, qui cum illo puniantur. Et quia non potest iudicem Deum fallere (non enim nominat apud illum innocentem) uera crimina uolens habere quæ obijciat, peccata persequetur. Nolo autem uos socios fieri demoniorum.]

Ex lib. con. Faustum 21.

Cur non expediat immolatio uesci christiana? no. Apostolus dicit. Neque enim ipsam immolationem reprehendit quam faciebant patres præfigurantes sanguinem sacrificij quo nos Christus redemit, sed quæ immolant gentes, demoniis immolant, inquit, & non Deo. Deinde adiecit. Nolo uos socios fieri demoniorum. Nam si natura ipsa immolatitigæ carnis esset immunda, utique & nescientem contaminaret. Neque enim eo minus ipsa esset si a sciente acciperetur, sed propter conscientiam, ne demoniis communicasse uideatur. Superstitiosum est quidquid institutum est ab hominibus ad faciendam & colendam idola, pertinens uel ad colendum sicut Deum creaturarum, partem uellam creature, uel ad consultationes & pacta quedam significationum cum demonibus placita, atque foederata, qualia sunt molimina magicarum artium, aruspicum & augurium libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam liturgæ atque remedia quæ medicorum quoque disciplina condennat, siue in præcantionibus

Ex lib. 2. de doct. christi.

tionibus, siue in quibusdam notis, quos charac-
 teres uocant, siue in quibusq; rebus suspen-
 dendis atque alligandis. Neq; illi ab hoc ge-
 nere, perniciosae superstitionis segregandi sunt,
 qui Genethliaci, propter natalium dieru con-
 siderationes, nunc autem uulgo mathematici
 uocantur. Nam & ipsi conantur actionum e-
 uenta predicere. Hoc genus fornicationis ani-
 mae salubriter diuina scriptura non tacuit. Ne-
 que ab ea sic deterruit animam, ut propterea
 talia negare esse sectanda; quia falsa dicuntur
 a professoribus eorum, sed etiam si dixerint uo-
 bis, inquit, & ita euenierit, ne credatis eis. Om-
 nes igitur artes huiusmodi uel nugatoriae uel
 superstitionibus noxiae, ex quadam pestifera so-
 cietate hominum & daemonum, quasi pacta in
 fidelis & dolose amicitiae constituta, penitus
 sunt repudianda & refugienda Christiano. Non
 quod idolum sit aliquid, ait apostolus, sed quia
 quae immolant Gentes, daemones immolant
 & non deo. Nolo uos socios daemoniorum fie-
 ri. Quod autem de idolis & de immolationi-
 bus quae honori eorum exhibentur, dixit apo-
 stolus, hoc de omnibus imaginarijs signis sen-
 tiendum est. Quae omnia tantum ualent, quan-
 tum praesumptione animorum, quasi commu-
 ni quadam lingua cum daemonebus foederata
 sunt. Quae tamen plena sunt omnia pestiferae
 curiositatis, cruciantis sollicitudinis, mortife-
 ra seruitutis. Non enim quia ualebant, animadu-
 uersa sunt, sed adinaduertendo atque ser-
 uando, factum est ut ualerent. Et ideo diuer-
 sis diuerse proueniunt, secundum cogitatio-
 nes & praesumptiones suas. Illi enim spiritus
 qui decipere uolunt, talia procurant cuique,
 qualibus eum irretitum per suspensiones & con-
 sentiones eius uident.

*Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia li-
 cent, sed non omnia edificant. Nemo quod suum est querat,
 sed quod alterius.]*

*Ex lib. ad
 Pollentium*

De quibusdam quae ad escam pertinent, Om-
 nia, inquit Apostolus, mihi licita sunt,
 sed ego sub nullius redigar potestate. Etsi ue-
 tri, & uenter escis. Deus autem & hunc & has
 euacuabit. Itē de hoc ipso, Omnia licita sunt,
 sed non omnia expediunt. Omnia licita sunt,
 sed non omnia edificant. Nemo quod suum
 est querat, sed quod alterius est. Atq; ut osten-
 deret unde loqueretur, Omne, inquit, quod in
 macello uenit, manducate, nihil interrogan-
 tes propter conscientiam. Et tamē alibi dicit.
 Non manducabo carnem in aeternum, ne fra-
 trem meum scandalizem. Itemq; alibi: Omnia
 quidem munda, sed malum est homini qui per
 offensionem manducat. Quod est, Omnia qui-
 dem munda, hoc est, Omnia mihi licita sunt.
 Et quod est, Sed non omnia expediunt, ipsum
 est, Sed malum est homini qui per offensionē
 manducat. Ita ostendit ea quae licita sunt (id
 est nullo precepto domini prohibentur, sicut
 expedit potius esse tractanda) non praescripto
 legis, sed consilio charitatis.

Omne quod in macello uenit manducate, nihil interroga-

*tes propter conscientiam. Domini est terra & plenitudo eius,
 si quis uocat uos infidelium ad cenam et uultis ire, omne quod
 uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter con-
 scientiam. Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite
 manducare propter illum qui indicauit & propter conscie-
 ntiam. Conscientiam autē dico, non tuam, sed alterius. Ut quid
 enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ergo cum
 gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago?*

*Holus uel quilibet fructus in quolibet agro
 natus eius est qui creauit, quia domini est ter-
 ra & plenitudo eius. Et omnis dei creatura bo-
 na est. Sed si illud qd in agris nascitur, consecra-
 tur idolo uel sacrificatur, tunc inter idolothy-
 ra deputandum est. Itaq; aut certū est esse ido-
 lothyrum, aut certum est non esse, aut ignora-
 tur. Si ergo certum est esse, melius Christiana
 uirtute respuitur. Si autem uel non est, uel ne-
 scitur, sine ullo conscientiae scrupulo in usum
 necessitatis assumitur.*

*Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis,
 omnia in gloriam Dei facite.*

*Uis ergo fallere? Non solum uox tua so-
 nat laudes dei, sed & opera tua concor-
 dent cum uoce tua. Cum ergo uoce cantaueris,
 silebis aliquando. Vita cantata, ut nunquam
 sileas. Negotium agis & fraudem cogitas, sil-
 uisti a laude Dei, & (quod est grauius) non so-
 lum a laude siluisti, sed in blasphemiam perre-
 xisti. Cum enim deus laudatur de bono opere
 tuo, opere tuo laudas deum. Et cum blasphe-
 matur Deus de malo opere tuo, malo opere
 tuo blasphemias deum. Itaq; ad aurium exhor-
 tationem canta uoce, corde ne sileas, uita ne
 taceas. Non cogitans in negotio fraudem, psal-
 lis deo. Cum manducas & bibis, psalle, non in-
 termittendo sonorum suauitates ad aures ap-
 tas, sed modeste & frugaliter & temperanter
 manducando & bibendo, quia hoc dicit apo-
 stolus. Siue manducatis, siue bibitis, siue quid
 aliud facitis, omnia in gloriam dei facite. Si ex-
 go bene agis, & quod manducas, & bibis, &
 ad refecionem corporis sumis reparacionēq;
 membrorum, gratias agens ei qui tibi prae-
 bit mortali & fragili ista supplementum sola-
 tia, & cibus tuus, & potus tuus laudat Deum.
 Si uero modum naturae debitum, immodera-
 tione uoracitatis excedas, & uinolentia te in-
 gurgites, quantaslibet laudes Dei lingua tua
 sonet, uita blasphematur. Post cibum & potum
 requiescis ut dormias, nec in lecto aliquid tur-
 piter agas, nec excedas ultra concessam licen-
 tiam in lege dei, sit castus cum coniuge thorus
 & si est cura propagandi liberos, non sit effre-
 nata luxuries libidinum. Defer in lecto tuo con-
 iugi tuae, quia membra Christi estis ambo, am-
 bo ab illo conditi, ambo sanguine ipsius repa-
 rati. Haec agēs laudas eum, nec omnino silebit
 laudatio tua. Quid cum somnus aduenerit, et
 cum dormis, non te excitet a quiete mala con-
 scientia tua, & innocētia somni tui laudat deū.*

*Sine offensione estote iudicis & gentibus & ecclesiae Dei,
 sicut & ego per omnia omnibus placeo non querens quod mi-
 hi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.*

Nun-

*Ex lib. de cor.
 & grat.*

Nunquid qui hoc dixit, placebat etiam tā
 multis persecutoribus suis? Sed placebat
 omni generi hominū, quod Christi congrega-
 bat ecclesia, siue iam intus positus, siue introdu-
 cendis in eū. Si adhuc, inquit, hominib. place-
 rem, Christi seruus nō essem. Qui hominibus
 propter ueritatem placet, iam non ipse illis,
 sed ueritas placet. Placerem autem dixit quā-
 tum in seipso est, id est quantum ad eius uolun-
 tatē attinet: ac si diceret, placere uellem. Non
 enim si hoc eo non agente placere alicui qua-
 si propter seipsum, & non propter Deum atq;
 euāgelium quod annunciat, superbie ipsius po-
 tiusquam eius errori, cui peruerse placet, tri-
 buendum est. Si adhuc hominibus quærerem
 placere, Christi seruus non essem. Libet enim
 seruis suis ille, ut discant ab ipso mites esse &
 humiles corde. Quod nullo modo potest, qui
 propter seipsum (id est propter suam quasi pri-
 uatam & propriam gloriam) placere homini-
 bus quærit. Non ergo moueat quod dicit. *Si-
 cut & ego omnibus per omnia placeo. Addit
 enim. Non querens quod mihi prodest, sed qd
 multis ut salui fiant. Nulli autē prodest ut sal-
 uus fiat, si homo ei propter seipsum placeat.
 Qui tamen aliter nō placet, nisi cum propter
 Deum placet: id est, ut Deus placeat & glori-
 ficetur, cum dona eius attenduntur in homine,
 aut per ministerium hominis accipiuntur. Cū
 autem sic homo placet, iam non homo, sed de-
 us placet. Vtrumque ergo recte dici potest, &
 ego placeo, & ego non placeo. Si enim adit
 bonus intellectus piusque pulsator, patebit u-
 trumque, & nulla inter se repugnantia repe-
 let intrantem.*

CAP. XI

*Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Laudo autem uos
 fratres quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi
 uobis precepta mea tenetis.]*

*Ex tractatu
 Psalm. 39.*

In ecclesia iste ordo est. Alij praecedunt, alij
 sequuntur. Et qui praecedunt, exemplo se prae-
 bent sequentibus: & qui sequuntur, imitantur
 praecedentes. Sed & illi qui se exemplo prae-
 bent sequentibus, nunquid neminem sequun-
 tur? Si neminem sequuntur errabant. Sequun-
 tur ergo & illi aliquem, ipsum iam Christum.
 Meliores quique in ecclesia, quibus non re-
 mansit iam homo quem imitentur, quia om-
 nes proficiendo superarunt, ipse Christus eis
 remanet, quem usque in finem sequantur. Et
 charitas ordinat hos gradus, per Paulū Apo-
 stolū dicentem. Imitatores mei estote, sicut
 & ego Christi.

*Uolo autem uos scire, quod omnes uiri caput Christus est.
 Caput autem mulieris uir. Caput uero Christi deus. Omnis uir
 orans aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum. Om-
 nis autem mulier orans aut prophetans non uelato capite, de-
 turpat caput suum. Vnum enim est, ac si decaluetur.*

*Ex li. quæst.
 titu. 84.*

Ita post peccatum primi hominis nati su-
 mus, ut nondum reddita luce mentis, carna-
 libus sensibus subditi, carna: em uitam sine ul-
 la ueritatis intelligētia transigamus. Tales ne-
 cesse est esse infantes & paruulos pueros, qui

nondum possunt accipere rationem. Et quia
 naturales sunt isti sensus, qui primam aetatem
 regunt, & Deo artifice nobis tributū sunt, re-
 cte dicuntur uiri, id est mariti, tanquam legiti-
 mi: quoniam non eos error uitio proprio, sed
 Dei artificio natura contribuit. Cum autem
 quisque uenerit ad eam aetatem, ut iam possit
 capax esse rationis, si ueritatem statim com-
 prehendere potuerit, non iam illis sensibus re-
 ctioribus utetur, sed habebit uirum spiritum ra-
 tionalem, cui sensus illos in famulatum redi-
 gat, seruituti subiiciens corpus suum. Cum &
 ipse spiritus hominis haerit Christo (quia ca-
 put uiri Christus est) amplexus spiritalia, eter-
 na uita sine ullo separationis timore perfrui-
 tur. Quis enim nos separare poterit a charita-
 te Christi? Est enim animę quali maritus quo-
 dammodo spiritus hominis, quia animam af-
 fectionem tanquam coniugem regit. Non ille
 spiritus sanctus, qui cum patre & filio incom-
 mutabiliter datur, sed spiritus hominis, de quo a-
 postolus Paulus dicit, Nemo scit quid est in
 homine nisi spiritus hominis. Nā ille spiritus
 sanctus, spiritus Dei est. De quo iterum dicit
 sic. Et quae dei sunt nemo scit nisi spiritus dei.
 Hic ergo spiritus hominis cum praesens est, id
 est intentus est, & se pietate subijcit deo, intel-
 ligit homo quae spiritaliter dicuntur. Cum au-
 tem diaboli error, tanquam absente intellectu,
 in anima dominatur, adulter est. Voca ergo,
 inquit, uirū tuum, id est spiritum qui est in te,
 quo potest homo intelligere spiritalia, si eum
 lux ueritatis illustret: ipse assit cum loquor ti-
 bi, ut spiritalē aquam possis accipere.

De patre quidem ac filio multis libris dis-
 seruerunt docti & spiritalē uiri: quantum ho-
 mines hominibus poterant, & quemadmo-
 dum non unus essent pater, & filius, sed unum
 essent, & quid proprie pater esset, quid filius,
 insinuare conati sunt: quod ille genitor, ille ge-
 nitus: ille non de filio, ille de patre: ille huius
 principium: unde & caput Christi dicitur,
 quamuis & Christus principium, sed non pa-
 tris: hic uero illius imago, quamuis nulla ex
 parte dissimilis, & omnino indifferenter equa-
 lis. Filius patri debet quod est, hoc etiam uti-
 que debens patri quod idem patri, aequalis, ac
 par est. Pater autem nulli debet quicquid est.

Omnia uestra, uos autem Christi, Christus
 autem dei. Et iterum. Caput mulieris uir. Ca-
 put uiri Christus. Caput autem Christi Deus.
 Sed rursum. Si deus non nisi omnia simul tria,
 quomodo caput Christi deus, id est caput Chri-
 sti, Trinitas, cum in Trinitate sit Christus ut
 sit Trinitas? An quod est pater cum filio, ca-
 put est ei quod est iolus filius? Cum filio enim
 pater deus est: solus autem filius, Christus est,
 maxime quia iam uerbum caro factum loqui-
 tur. Secundum quam humilitatem eius, etiam
 maior est pater sicut dicit. Quoniam pater ma-
 ior me est. Ut hoc ipsum Deum esse, quod illi
 cum patre unum est, caput sit hominis media

XX 3 toris,

1. Cor. 2.

Ex ser. de sym.

Ex li. de trin. 5

Ioan. 14.

toris, quod ipse solus est. Si enim mentem re/ cte dicimus principale hominis, id est tanquam caput humanæ substantiæ, cum ipse homo cum mente sit homo, cur non multo congruentius multoq; magis uerbum cum patre, quod simul Deus est, caput est Christi? quamuis Christus homo, nisi cum uerbo quod caro factum est, intelligi non possit.

Nam si non uelatur mulier, tondeatur. Si uero turpe est mulieri tonderi, uel decaluari, uel caput suum.]

Ex epi. ad Possid. epi.

NOlo de ornamentis aureis, uel uestib. pro/ properam habeas in prohibendo sententiam, nisi eos qui neq; coniugati, neq; cõiugari cupientes, cogitare debent quomodo placeant Deo. Illi aut cogitant quæ sunt mundi, quomodo placeant, uel uiri uxoribus, uel mulieres maritis. Nisi quod capillos nudare feminas (quas etiam caput uelare iubet) nec maritatas decet. Fucare autem pigmentis, quo uel rubicundior uel candidior appareat, adulterina fallacia esse: qua non dubito etiam ipsos maritos felle nocte decipi, quibus solis permittenda sunt feminæ ornari, & hoc secundum ueniam, non secundum imperium. Nam uerus ornatus, maxime Christianorum & Christianarum, non tantum nullus sucus mendax, uerum ne auri quidem, uestisq; pompa, sed mores boni sunt. Exceranda autem superstitio ligaturarum, in quibus etiam in aures uirorum in summis ex una parte auriculis suspensæ deputantur, non ad placendum hominibus, sed ad seruandum demonibus adhibetur.

Quis autem poscit speciales nefariarum superstitutionum prohibitiones in scripturis inuenire, cum generaliter Apostolus dicat, Nolo uos socios fieri demoniorum: Et iterum. Quæ cõsonantia Christi ad Belial? Nisi forte quæ Belial nominauit, & generalem societatem demoniorum prohibuit, licet Christianis sacrificare Neptuno, quia nihil proprie uetitum de Neptuno legimus.

Vir quidem non debet uelare caput suum, quia imago & gloria Dei est: mulier autem gloria est uiri. Nõ enim uir ex muliere est, sed mulier ex uiro. Etenim non est creatus uir propter mulierem, sed mulier propter uirum. Ideo debet mulier uelamẽ habere supra caput suum, & propter angelos.]

2. Cor. 6.

Ex lib. de tri. 12

Apostolus dicit uirum esse imaginem Dei, & propterea uelamentum ei capitis demit, quod mulieri adhibendum monet. Quid ergo dicemus ad hæc? Si pro sua persona mulier adimplet imaginem Trinitatis, cur ea detracta de latere uiri, adhuc ille imago dicitur? Aut si & una persona hominis ex tribus potest dici imago dei, sicut in ipsa summa Trinitate & unaqueq; persona Deus est, cur & mulier non est imago dei? Num propterea caput uelare præcipitur, quod ille, quia imago est prohibetur? Sed uidentum est quomodo non sit contrarium quod dicit apostolus, non mulierem, sed uirum esse imaginem dei, huc quod scriptum est in Genesi. Fecit Deus hominem ad imaginem dei, fecit eum masculinum & feminam. Fecit eos, & benedixit eos. Ad imaginem quippe dei, naturam ipsam

Gene. 1.

humanam factam dicit, quæ sexu utroq; cõpletur: nec ab intelligenda imagine Dei separatur feminam. Dico enim quod fecit deus hominem ad imaginem dei, fecit eum (inquit) masculinum & feminam. Vel certe alia distinctione. Masculinum & feminam fecit eos. Quomodo ergo per apostolum audiuius uirum esse imaginem dei, unde & caput uelare prohibetur, mulierem autem non, & ideo hoc ipsa facere iubetur? Nisi credo illud esse quod iam dixi cum de humana mentis natura agerem, mulierem cum uiro suo esse imaginem dei, ut una imago sit tota illa substantia. Cui aut ad adiutorium distribuitur, quod ad eam ipsam solam attinet, non est imago dei, quod aut ad uirum solam attinet, imago Dei est, tam plena atq; integra, quam in unum coniuncta muliere, sicut de natura humanæ mentis diximus, quia & si tota cõtempletur ueritate, imago dei est, & cum ex ea distribuitur aliquid, & quadam intentione deriuatur ad actionem rerum temporalium, nihilominus ex qua parte conspecta consilium ueritatem, imago dei est: ex qua uero intenditur in agenda inferiora, non est imago dei. Et quoniam quantumcumq; se extenderit in id quod æternum est, tanto magis inde formatur ad imaginem dei, ac propterea non est cohibenda ut se inde contineat ac temperet, ideo uir non debet uelare caput. Quia uero illi rationali actioni, quæ in rebus corporalibus temporalibusq; uersatur, periculosa est nimia in inferiora progressio, debet habere potestatem super caput, quod indicat uelamentum, quo significatur esse cohibenda. Grata est enim sanctis angelis, sacra & pia significatio. Nam deus non ad tempus uidet, nec aliquid noui fit in eius uisione atque scientia, cum aliquid temporaliter ac transitorie geritur, sicut inde afficiuntur sensus, uel carnales animalium & hominum, uel etiam cœlestes angelorum. Figurata ac mystice de uelamento muliebri capite loquebatur. Quod nisi ad aliquod secretum sacramenti referatur, inane remanebit. Sicut enim non solum ueracissima ratio, sed etiam ipsius Apostoli declarare auctoritas, non secundum formam corporis homo factus est ad imaginem dei, sed secundum rationalem mentem. Cogitatio quippe turpiter uana est, quæ opinatur Deum membrorum corporalium lineamentis circumscripti atque desiniri. Porro autem, non idem beatus Paulus Apostolus dicit, Renouamini spiritu mentis uestre & induite nouum hominem, eum qui secundum deum creatus est: Et alibi apertius, Exuentes uos, inquit, ueterem hominem cum actibus eius, induite nouum, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius qui creauit eum, nulli dubium est, non secundum corpus, neq; secundum quamlibet animi partem, sed secundum rationalem mentem, ubi potest esse agnitione dei, hominem factum

ut ex eodẽ lib.

10

20

30

40

50

60

Ex lib. de tri. 13

ctum ad imaginem eius qui creauit eum.

Secundum hanc autem renouationem efficiamur etiam filij dei per baptismum Christi: & induentes nouum hominem, Christum utique induimus per fidem. Quis est ergo qui ab hoc consortio feminas alienet, cum sint nobiscum gratiæ coheredes? & alio loco idem apostolus dicat, Omnes enim filij dei estis per fidem in Christo Iesu. Quicumq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, non est masculus & femina: omnes enim uos unum estis in Christo Iesu. Nunquidnam igitur fideles feminæ sexum corporis amiserunt? Sed quia renouantur ibi ad imaginem dei ubi sexus nullus est, ibi factus est homo ad imaginem dei ubi sexus nullus est, hoc est in spiritu mentis suæ. Cur ergo uir propterea non debet uelare caput, quia imago & gloria dei: mulier autem debet quia gloria uiri est, quasi mulier non renouetur spiritu mentis suæ, qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit illud? Sed quia sexu corporis distat a uiro, rite potuit in eius corporali uelamento figurari pars illa rationalis, quæ ad temporalia gubernanda defleatur, ut non maneat imago Dei nisi ex qua parte mens hominis æternis rationibus conspiciendis, uel consulendis adhærescit. Quam non solum masculos, sed etiam feminas habere manifestum est. Ergo in eorum mentibus communis natura cognoscitur, in eorum uero corporibus ipsius unius mentis distributio figuratur. Ascendentibus itaq; introitus quibusdam gradibus considerationis per animæ partes, unde incipit aliquid occurrere quod non sit nobis commune cum bestiis, inde incipit ratio ubi iam homo interior posuit agnosci. Qui etiam ipse si per illam rationem, quæ temporalium rerum administratio delegata est, immoderato progressu nimis in exteriora prolabitur, consentiente sibi capite suo, id est non eam cohibente atq; refrenante, illa que in specula consilij præsidet quasi uirili portione, inueteratur inter inimicos suos, uirtutis inuidos demones cum suo principe diabolo: atque terrorumq; illa uisio ab ipso etiam capite, cum coniuge uetitum manducante subtrahuntur, ut lumen oculorum eius non sit cum illo, ac sic ab illa illustratione ueritatis ambo nudati, atque aperti oculis conscientia, ad uidentum quam inhoneste atq; indecore remanserint, tanquam solia dulcium fructuum, sed sine ipsis fructibus, ita sine fructu boni operis bona uerba contexunt, ut male uiuentes quasi beneloquendo contendant turpitudinem suam.

Galat. 4.

Ex lib. de Genesi ad li. 12

Licet subtilissime differatur ipsa mens hominis, in qua factus est ad imaginem Dei, quamdam scilicet rationalem uitam distribui in æternæ contemplationis ueritatem, & in quamdam rerum temporalium administratiorem, atq; fieri quasi masculinum & feminam, illa parte consulente, hac obtemperante, in hac tamen distributione, non recte dicitur imago

Dei, nisi illud quod inhaeret contemplanda in commutabili ueritati. In cuius rei figura, Paulus apostolus uirum tantum dicit imaginem & gloriam dei. Mulier autem, inquit, gloria uiri est. Itaq; quamuis hoc in duobus hominibus diuersi sexus, exterius secundum corpus figuratum sit, quod etiam in una hominis mente interius intelligitur, tamen & femina que corpore femina est, renouatur etiam ipsa in spiritu mentis suæ in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit, ubi non est masculus & femina. Sicut autem ab hac gratiæ renouationis, et reformatione imaginis dei non separantur feminæ, quamuis in sexu corporis earum aliud figuratum sit, propter quod solus uir dicitur imago & gloria dei: sic & in ipsa prima conditione hominis, secundum id quod & femina homo erat, habebat utique mentem suam, eandemq; rationalem, secundum quam ipsa facta est ad imaginem, sed propter unitatem coniunctionis fecit deus, inquit, hominem ad imaginem dei. Ac ne quisquam putaret solum spiritum hominis factum, quamuis secundum solum spiritum fieret ad imaginem dei, fecit illum (inquit) masculinum & feminam, fecit illos, ut iam etiam corpus factum intelligatur. Rursus ne quisquam arbitraretur ita factum, ut in homine singulari uterque sexus exprimeretur, sicut interdum nascuntur quos Androgynos uocant, ostendit se singularem numerum propter coniunctionis unitatem posuisse, & quod de uiro mulier facta est, sicut postea manifestatur, & ideo pluralem numerum continuo subiicit, dicens. Fecit eos & benedixit eis. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et faciamus, & nostram pluraliter dictum est, & nisi ex re latius accipi non oportet. Non enim ut facerent Dei, aut ad imaginem & similitudinem eorum, sed ut facerent pater & filius & spiritus sanctus, ad imaginem ergo patris & filij & spiritus sancti, ut subsisteret homo imago Dei. Deus autem trinitas. Sed quia non omnimodo æqualis habet illa imago Dei, tanquam non ab illo nata, sed ab eo creata, huius rei significanda causa ita imago est, ut ad imaginem sit. Id est non æquatur paritate, sed quadam similitudine accedit. Non enim locorum interuallis, sed similitudine acceditur ad deum, & dissimilitudine receditur ab eo. Sunt enim qui ita distinguunt, ut imaginem uelint esse filium, hominem uero non imaginem, sed ad imaginem. Fecellit autem eos apostolus, dicens. Vir quidem non debet uelare caput, cum sit imago & gloria Dei. Non dixit ad imaginem, sed imago: quæ tamen imago cum alibi dicitur ad imaginem, non quasi ad filium dicitur, quæ imago æqualis est patri, alioquin non diceret, Ad imaginem nostram. Quomodo enim nostra, cum filius solus imago patris sit? Sed propter imparitatem (ut diximus) similitudinem dicitur esse homo ad imaginem. Et ideo nostram, ut imago trinitatis esset homo; non trinitati æqualis, sicut

Ex lib. de tri. 7

sicut filius patri, sed accedens (ut dictum est) quadam similitudine: sicut in distantibus signi- ficatur quedam uicinitas, non loci, sed cuiusdam imitationis. Ad hoc enim & dicitur. Reforma- mini in nouitate mentis uestrae. Quibus item dicit. Estote itaque imitatores Dei, sicut filij di- lectissimi. Nouo enim homini dicitur. Qui re- nouatur in agnitionem Dei secundum imagi- nem eius qui creauit eum.

Coloss. 3.

Nec in se ipse distinguitur, quod aliud sit imago & similitudo dei: aliud, ad imaginem & similitudinem dei. Quod non ita est intelli- gendum, quasi homo non dicatur imago dei, cum dicat apostolus, Vir quidem non debet uelare caput, cum sit imago & gloria dei: sed dicitur etiam ad imaginem dei, quod unigeni- tus non dicitur, qui tantummodo imago est, non ad imaginem. Non enim uir ex muliere est, sed mulier ex uiro. Et enim non est creatus uir propter mulierem, sed mulier propter uirum.]

Ex lib. de ca- techizandis ru- dibus

Fecit Deus hominem ad imaginem suam. Ut quemadmodum ipse per omnipotentiam suam praefecit uniuersae creaturae, sic homo per intelligentiam, qua etiam creatorem suum co- gnoscit & colit, praefecit omnibus terrenis a- nimalibus. Fecit illi etiam adiutorium femi- nam: non ad carnalem concupiscentiam, quan- do quidem nec corruptibilia corpora tunc ha- bebant, antequam eos mortalitas inuaderet pœ- na peccati, sed ut haberet et uir gloriam de scœ- mina, cum ei praeretur ad deum, sed illi praeretur imitandum in sanctitate atque pietate, sicut ipse esset gloria Dei, cum eius sapientiam sequeretur.

Ex lib. con- Maniche.

Fœmina facta dicitur in adiutorium uiri, ut copulatione spiritali, spirituales fetus ede- ret, id est bona opera diuinae laudis, dum ille re- git, hac obtemperat: ille a sapientia regitur, haec a uiro. Caput enim uiri Christus, & caput mulieris uir. Ideo dicitur. Non est bonum so- lum hominem esse. Ad hoc enim bonum erat ut fieret, ut non solum anima corpori domina- retur, quia corpus seruile locum obtinet, sed etiam uiriliter ratio subiugaret libi animalem partem suam, per quod adiutorium imperaret corpori. Ad huius rei exemplum fœmina fa- cta est, quam rerum ordo subiugat uiro, ut quod in duobus hominibus euidentius apparet, id est masculo & fœmina, etiam in uno homine considerari possit, ut appetitum animae per quem uoluptates corporis operamur, habeat mens interior tanquam uiriliter ratio subiugatum. Sic debet uir fœminam regere, nec eam permitte- re dominari in uirum. Quod ubi contingit, per- uerfa & misera domus est. Primo ergo demon- strauit deus homini quanto melior esset peco- ribus & omnibus irrationalibus animalibus. Sed haec facti ratio est. Cito enim homo in- relligit se meliorem esse pecoribus. Illa est dif- ficilis ratio, qua intelligit in se ipso aliud esse ra- tionale quod regit, aliud animale seu irratio- nale quod regitur. Et quoniam hoc secretiorum sapientia uidet, ipsam uisionem secretam, no- mine saporis significari arbitror, quae immilit

Deus in Adam, quando ei mulier facta est. Ut enim hoc uideatur, non est opus istis oculis cor- poris, sed quanto quisque ab istis uisibilibus re- bus ad interiora intelligentiae secesserit, hoc est autem quali obdormiscere, tanto melius et syncerius illud uidet. Ipsa enim cognitio, qua intelligitur aliud in nobis esse quod ratione do- minetur, aliud quod rationi obtemperet. Ipsa ergo cognitio ueluti effectio mulieris est de co- sta uiri, propter coniunctionem significandam. Deinde ut quisque huic suae parti recte domine- tur, & fiat quali coniugatus in seipso, ut caro non concupiscat aduersus spiritum, sed spiri- tui subiugetur, id est concupiscentia carnalis non aduersetur rationi, sed potius obtemperando desinat esse carnalis, opus habet perfe- ctam sapientiam. Cuius contemplatio, quia in- terior est & secretior, & ab omni sensu corpo- ris remotissima, conuenienter etiam ista saporis nomine intelligi potest. Tunc enim ordina- tissimè caput mulieris est uir, cum caput uiri est Christus, qui sapientia Dei est. Si pariat ista filios, quamuis cum doloribus, & se ad uirum suum couertat, ut eius ipse dominetur. Tunc enim potest cognosci, non aliam partem in no- bis pertinere ad auctorem Deum, & aliam ad- grem tenebrarum, sicut isti dicunt, sed potius & illud quod regendi habet potestatem in homi- ne, & illud interius quod regendum est, ex deo esse, sicut apostolus dicit,

Verumtamen neque uir sine muliere, neque mulier sine uiro in domino. Nam sicut mulier de uiro, ita & uir per mulie- rem, omnia autem ex Deo. Vos si iudicate, decet mulie- rem non uelatum orare deum? Nec ipsa natura docet uos. Quid uir quidem si comam nutriat ignominia est illi, mulier uero si comam nutriat gloria est illi, quantum capilli pro uelamine ei dati sunt.]

Ex lib. de ori- gine anime ad Renatum

Sicut enim mulier ex uiro, ita & uir per mu- lierem, quia mulier ex uiro facta est, ut etiam uir per mulierem postea nasceretur. Si autem uir ita diuidit, ut dicat mulierem ex ui- ro esse secundum corpus, ex Deo autem secun- dum animam & spiritum, quomodo erit uerum quod ait apostolus, Omnia autem ex Deo: si mulieris corpus ita est ex uiro, ut non sit ex deo? Quapropter, ut apostolus potius uerum lo- quatur, quam iste apostolo praefatur, mulier ex uiro est, siue secundum corpus, siue secun- dum totum quo constat humana natura. Ni- hil enim horum tanquam certum affirmamus, sed quid horum uerum sit adhuc quarimus. Et uir per mulierem, siue ex patre tota hominis natu- ra ducatur, quae per mulierem nascitur, siue so- la caro: unde adhuc questio est. Omnia tamen ex Deo, unde nulla questio est, id est corpus & anima & spiritus & uiri & mulieris. Et li- cet enim non ex Deo nata, uel tracta sunt, uel ma- narunt, ita ut eius naturae sint, tamen ex Deo sunt. A quo enim creata, condita, facta sunt, ab illo habent ut sint.

Si quis autem uidetur contentiosus esse: nos talem consuetu- dinem non habemus, nec ecclesia Dei. Hoc autem praecipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius communitur.]

Quid

Ex lib. de o- pere Monachorum

Quid autem iniquius, quam uelle sibi obtinere perari a minoribus, & nolle obtempera- re maioribus? Apostolo dico, non nobis. In tan- tum ut etiam comam nutriant, unde ille nec disputari omnino uoluit, dicens. Si quis autem uult contentiosus esse, nos talem consuetudi- nem non habemus, neque ecclesia Dei. Hoc au- tem praecipio. Ut scilicet non differentis soler- tia requiratur, sed praecipientis auctoritas at- tendatur. Nam & hoc quo pertinet quaeso, tam aperte contra apostoli praecipia conari? An ita uacandum est, ut nec tonsores operentur? An quia angelicas uolucres imitari se dicunt, quasi depilari timent ne uolare non possint? Vereor in hoc uitium plura dicere propter quosdam Crinitos fratres, quorum praeter hoc multa & pene omnia ueneramus. Sed quo magis eos in Christo diligimus, eo sollicitius admonemus. Neque enim metuimus, ne humi- litas eorum respuat admonitionem nostram, quando quidem & nos a talibus, ubi forte titu- bamus aut aberramus, cupimus admoneri.

2. Cor. 3.

Hoc ergo admonemus tam sanctos uiros, ne stultis uanorum argumentationibus mouean- tur, & eos in hac peruersitate imitentur, qui- bus sunt in ceteris longe dissimiles. Illi autem uenale circumferentes hypocrisis timet, ne uisior habeatur tonsa sanctitas, quam comata. Ut uidelicet qui eos uidet, antiquos illos quos se- gimus cogitet, Samuelem, & ceteros qui non tondebantur. Nec cogitant quid inter sit inter illud propheticum uelamentum, & haec euan- gelij reuelationem, de qua dicit apostolus. Cum transieris ad Christum, auferetur uelamen.

Exod. 34.

Quod enim significabat uelamen interpositum inter faciem Moyli, & aspectum populi Isra- el, hoc significabat etiam illis temporibus coma- sanctorum. Nam idem apostolus etiam comam pro uelamento esse dicit, cuius auctoritate isti urgentur. Aperte quippe ait. Vir quidem si co- matus sit, ignominia est illi. Ipsam ignominiam, inquit, suscipimus merito peccatorum no- strorum, ad hoc obtendentes simulatae humilita- tis umbraculum, ut sub eo proponant uenale typum, quasi apostolus superbiam doceat, cum dicit. Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, confundit caput suum. Et uir quidem non debet uelare caput, cum sit imago & glo- ria Dei. Qui ergo dicit, non debet, nescit forte docere humilitatem. Sed si hanc ignominiam tempore euangelij, quod erat sacramentum tem- pore prophetiae, pro humilitate isti appetunt, tondeant, & cilicio caput uelent. Sed non erit tunc species illa uenalis: quia Sampson non cilicio, sed coma uelabatur.

Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesia audio scis- suras esse: & ex parte credo. Nam oportet & haereses esse: ut & qui probati sunt manifesti fiant in uobis.]

Ex lib. de ciu. dei. 18.

Uidens diabolus templa demonum deserui, & in nomen liberantis mediatoris curre- re genus humanum, haereticos mouit, qui sub uocabulo Christiano, doctrinae relisteret Chri- stianae, quasi possent indifferenter sine ulla cor-

rectione haberi in ciuitate dei, sicut ciuitas co- fusionis indifferenter habuit philosophos, in- ter se diuersa & aduersa sentientes. Qui ergo in ecclesia Christi morbidum aliquid prauitatis sapiunt, si correcti ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera & mor- tifera dogmata emendare nolunt, sed defensa- re persistunt, haeretici fiunt, et foras exeuntes, habentur in exercentibus inimicis. Etiam sic quippe ueris illis catholicis membris Christi malo suo prosunt, dum deus utitur & malis be- ne, & diligentibus eum omnia cooperatur in bonum. Inimici enim omnes ecclesiae quouis- bet errore caecentur, uel malitia deprauentur, si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam. Si tantummodo male sentiendo aduersantur, exercent eius sa- pientiam. Ut autem etiam inimici diligantur, exercent eius beniuolentiam, aut etiam bene- ficentiam, siue suadibili doctrina cum eis agatur, siue terribili disciplina. Ac per hoc diabolus princeps impiae ciuitatis, aduersus peregrinam- tem in hoc mundo ciuitatem Dei, uasa propria commouendo, nihil ei nocere permittitur.

Ex lib. de ciu. dei. 16.

Haereticorum genus, callidum: non spiritu sapientiae, sed impatientiae, quo solent haeretico- rum feruere primordia, & pacem perturba- re sanctorum. Sed haec omnia, in usum cedunt pro- ficientium. Iuxta illud apostoli. Oportet & haer- eses esse, ut probati manifesti fiant in uobis. Unde etiam dictum est. Filius eruditus sapi- ens erit, imprudente autem ministro utetur. Multa quippe ad fidem catholicam pertinen- tia, dum haereticorum callida inquietudine ex- agitantur, ut aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur cla- rius, & instantius praedicantur: & ab aduersa- rio mora questio, discendi existit occasio. Sed malus frater in filio suo, hoc est in opere suo, puer est, id est seruus fratrum suorum, cum ad ex- ercitationem patientiae, uel ad profectum sapi- entiae scienter utuntur malis boni.

Ex lib. de uera religi.

Quoniam uerissime dictum est, Oportet haereses esse multas, ut probati manifesti fiant inter uos, utamur etiam isto diuinae prouiden- tia beneficio. Ex his enim hominibus haeretici fiunt, qui etiam si essent in ecclesia, nihilomi- nus errarent. Cum autem foris sunt, plurimum pro- sunt, non uerum docedo quod nesciunt, sed ad ue- rum quaerendum carnales, & ad uerum aperi- endum spirituales catholicos excitando. Sunt enim innumerabiles in sancta ecclesia Deo pro- bati uiri, sed manifesti non fiunt inter nos, quia diu imperitiae nostrae tenebris defecati dormi- re malumus, quam lucem ueritatis intueri. Quapropter multi, ut ueritatem Dei uideant, & gaudeant, per haeticos de somno excitan- tur. Utamur ergo etiam haeticis: non ut eo- rum approbemus errores: sed ut catholicam disciplinam aduersus eorum insidias afferen- tes, uigilantiores & cautiore simus, etiam si eos ad salutem reuocare non possumus.

Ex libro haeretic.

Quamuis inter se dissentiant & iudaei ab haereticis.

uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quomodo nos amasti pater bone, & filio tuo unico non pepercisti, sed pro nobis impijs tradidisti eum? Quomodo nos amasti, pro quibus ille non rapinam arbitratus est, esse se aequalem tibi? Factus est subditus usque ad mortem, mortem autem crucis. Vnus ille in mortuis liber, potestatem habens ponendi animam suam, & potestatem habens iterum sumendi eam, pro nobis tibi uictor, & uictima, & ideo uictor, quia uictima. Pro nobis tibi sacrificium et sacerdos, & ideo sacerdos, quia sacrificium, faciens tibi nos de seruis filios, de te nascendo, nobis seruiendo.

Quando hoc dominus commendauit, de carne sua locutus erat, & dixerat. Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit in se uitam aeternam. Et ait. Verba quae locutus sum uobis, spiritus est & uita. Spiritu uero intelligite quae locutus sum. Non hoc corpus quod uideris manducaturus estis, & bibiturus illum sanguinem, quem fufuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod uobis commendauit, spiritu uero intellectum uiuificabit uos. Et si necesse est uisibiliter illud celebrari, oportet tamen & inuisibiliter intelligi.

Ego sum panis uiuus qui de caelo descendidi. Dixit se panem qui de caelo descendit, horum, hoc est manducare panem uiuum. Qui credit, manducat. Inuisibiliter saginatur, qui inuisibiliter renascitur. Infans intus est, nouus intus est. Ego sum panis uiuus, & de caelo descendi. Ideo uiuus, quia descendit de caelo. De caelo descendit & manna: sed manna umbra erat, iste ueritas est. Amem amem dico uobis. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Quomodo quidem edatur, & quoniam modus sit manducandi istum panem, ignoratis. Verum tamen nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Haec non utique cadaueribus, sed uiuentibus loquebatur. Vnde ne istam uitam intelligentes, & de hac re litigarent, secutus adiunxit. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet uitam aeternam. Hanc ergo non habet, qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit. Nam temporalem uitam, sine illo habere homines possunt, aeternam uero omnino non possunt. Qui ergo non manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, non habet uitam in se. Et qui manducat eius carnem, & bibit eius sanguinem, habet uitam aeternam. Ad utrumque autem respondet quod dixit aeternam. Non est ita in hac esca, quam sustentandae huius temporalis uitae causa sumimus. Nam qui eam non uisperit non uiuet. Nec tamen qui eam sumpserit, uiuet. Fieri enim potest, ut senio, uel morbo, uel aliquo casu, plurimi & qui eam sumpserint, moriantur. In hoc uero cibo & potu, id est corpore & sanguine domini, non est ita. Nam & qui

eam non sumit, non habet uitam, & qui eam sumit habet uitam, & hanc utique aeternam. Sicut misit me, inquit, uiuens pater, & ego uiuo propter patrem. Et qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Participatio filij per unitatem corporis eius & sanguinis, quod illa manducatio potatioque significat, nos efficit meliores. Vt uiuimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum, id est ipsum accipientes aeternam uitam, quam non habebamus ex nobis. Vt ergo quisque uiuat propter me, participatio facit quam manducat me. Ego itaque humiliatus uiuo propter patrem, ille erectus uiuit propter me.

Exposuit itaque modum attributionis huius & doni sui, quomodo daret carnem suam manducare, dicens. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Signum quia manducauit & bibit, hoc est, si manet, & manetur: si habitat, & inhabitatur: si sic haeret, ut non deferatur. Hoc ergo nos docuit, & admonuit mysticis uerbis ut simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius edentes carnem eius, non relinqueres unitatem eius. Hoc ergo totum ad hoc nobis ualeat, ut carnem Christi, & sanguinem Christi non edamus tantum in sacramento, quod & multi mali, sed usque ad spiritus participationem manducemus, & bibamus, ut in domini corpore tanquam membra maneamus, & eius spiritu uegetemur. Quomodo manet in illo sanctus Laurentius, cuius hodie festum celebramus. Mansit usque ad tentationem, mansit usque ad tyrannicam interrogationem, mansit usque ad acerrimam comminationem, mansit usque ad peremptionem. Parum est, usque ad immanem excruciationem mansit. Non enim occisus est cito, sed cruciatus in igne, diu uiuere permissus est, sed tarde mori compulsus est. In illa ergo longa morte, in illis tormentis, quia bene manducauerat, & bene biberat, tanquam illa esca saginatus, & illo calice ebrius, tormenta non sensit. Ibi enim erat qui dixit. Spiritus est qui uiuificat. Caro enim ardebat, sed spiritus animam uegetabat, non cessit, & in regnum successit.

Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec ueniat.

Significat finem seculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, qui in hoc tempore confociatur ecclesia quandiu bibitur quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectione salutis aeternae, cum tradetur regnum Deo & patri, ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis ueritatis, nullis mysterijs corporalibus egeamus.

Itaque quicumque manducauerit panem, uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat.

Et sancta possunt obesse. In bonis enim sancta ad salutem sunt in malis ad iudicium. Certe enim fratres nouimus quid accipimus, & utique sanctum est quod accipimus, & nemo dicit non esse sanctum. Et quid ait apostolus? Qui autem

Ex lib. 10. confess.

Ex tractatu Psalm. 99.

Ioan. 6.

Ex tractatu eu. sec. 10. 26

Item ex eodem tract. habito de sancto Laurentio.

Ioan. 6.

Ex tractatu euang. secum. Ioan. 27.

Ioan. 6. 2. Cor. 3.

Ex lib. con. Faustum

Ex tractatu eu. sec. 10. 6.

autem manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Non ait, quia illa res mala est, sed quia ille malus male accipit, ad iudicium sibi accipit bonum quod accipit. Non enim mala erat buccella, quae tradita est Iudae a domino. Absit. Medicus non daret uenenum. Salutem medicus dedit, sed indigne accipiendo ad perniciem accepit, qui non pacatus accepit. Scio charissimi moneri posse nonnullos, siue pios ut requirant, siue impios ut reprehendant, quod posteaquam panem tinctum suo traditori Dominus dedit, intrauerit in illum Satanas. Dicunt enim. Ita ne hoc meruit panis porrectus de mensa Christi, ut post illum intraret, in eius discipulum Satanas? Quibus respondemus, hinc potius nos doceri, quam sit cauendum, male accipere bonum. Multum quippe interest non quid accipiat, sed qualis sit ipse cui datur. Nam & bona obfunt, & mala profunt, sicut fuerint quibus datur. Peccatum inquit Apostolus) ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Ecce per bonum factum est malum, dum male accipitur bonum. Itemque ipse ait. In magnitudine reuelationum mearum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus Satanae qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui, ut auferat eum a me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Ecce per malum factum est bonum, dum bene accipitur malum. Quid ergo miraris, si datus est Iudae panis Christi, per quem manciparetur diabolo, cum uideas e contrario datum Paulo angelum diaboli per quem perficeretur in Christo? Ita & malo bonum obfuit, & bono malum profuit. Recordamini unde sit scriptum. Quicumque manducauerit panem, aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Et de his erat sermo cum hoc Apostolus diceret, qui domini corpus uelut quemlibet alium cibum, indifferente, negligenter sumebant. Sic ergo si corripitur qui non diiudicat, hoc est non discernit a ceteris cibus dominicum corpus quomodo damnatur, qui ad eius mensam fingens amicum, accedit inimicus: Si reprehensione tangitur negligentia conuiuantis, qua poena percutitur uenditor inuitantis: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

Ex eod. lib. tract. 62.

Rom. 7. 2. Cor. 12.

Ex tractatu eu. sec. 10. 26

Matth. 6.

tibi. Securus accede. Panis est, non uenenum. Sed uide si dimittis. Nam si non dimittis, mentiris, & ei mentiris, quem non fallis. Mentiri Deo potes, fallere Deum non potes. Nouit ille quid agas, intus te uidet, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus aut damnat, aut coronat. Dixerit aliquis non quotidie accipiendam Eucharistiam. Queris, quare? Quoniam, inquit, eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque uiuat, quo ad tantum sacramentum dignus accedat. Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Alius contra, immo, inquit, si tanta est plaga peccati, atque impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sint, auctoritate auctoris debet quisque ab altario remoueri ad agendam poenitentiam, & eadem auctoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat quo debet agere poenitentiam, non ut arbitrio suo cum libet uel auferat se communioni uel reddat. Ceterum si tanta non sunt, ut excommunicandus quisque iudicetur, non se debet a quotidiana medicina domini corporis separare. Rectius inter eos fortassis quisquam dirimititem, qui monet, ut praecipue in Christi pace permaneant. Facit autem unusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhorret corpus & sanguinem Domini, sed saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri praeponit, Zacharus & Centurio ille, cum alter eorum gaudens, in domum suam susceperint dominum, alter dixerit, Non sum dignus ut intres sub tectum meum, ambo saluatorem honorificantes diuerso, & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Valet etiam ad hanc similitudinem, quod in primo populo unicuique piorum manna secundum propriam uoluntatem in ore sapiebat, sicut in ore uniuscuiusque Christiani sacramentum illud quo subiugatus est mundus. Nam ille honorando, non audet quotidie sumere: & ille etiam honorando, non audet uel lo die praetermittere. Contemptum solum non uiuit cibis istis, sicut manna fastidium. Inde enim & apostolus indigne dicit acceptum ab eis, qui hoc non discernebant a ceteris cibus, ueneratione singulariter debita. Continuo quisque cum dixisset, Iudicium sibi manducat, & bibit, addidit ut diceret. Non diiudicans corpus domini. Quod satis toto ipso loco epistolae si diligenter attendatur apparet.

Ex lib. 1. ad Iammar.

Luce. 10. 2. Matth. 8.

Ex serm. de uer. euang.

Quid est Christum manducare? Non hoc solum est, in sacramento corpus eius accipere. Multi enim accipiunt indigni, de quibus dicit apostolus. Qui manducat panem & bibit calicem domini indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Sed quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Si itaque in me manet,

Yy net,

net, & ego in illo, tunc manducat, tunc bibit. Qui autem non in me manet, nec ego in illo, & si accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum. Qui ergo in me manet aut, alio loco ipse dicit. Qui facit madata mea, in me manet, & ego in illo. Videte ergo fratres, quia si separemini, qui fideles estis, a corpore domini, timendum est, ne fame moriamini. Ipse enim dixit: Qui non manducat meam carnem, nec bibit sanguinem meum, non habebit in se vitam. Si ergo separemini, ut non manducetis corpus & sanguinem domini, metuendum est ne moriamini. Si autem accipiat indigne, & bibatis indigne, metuendum est ne iudicium manducetis, & bibatis. Angustia uobis magna undique. Bene uiuite, & dilatantur angustia. Nolite uobis male uiuentibus uitam promittere. Quod non promittit Deus, fallit se homo quando promittit sibi. Malus testis. Tu tibi promittis, quod ueritas tibi negat. Veritas dicit, si male uiuatis, in aeternum moriemini: & tu tibi dicis, & male uiuo, & in aeternum cum Christo uiuo. Ergo non potest bene uiuere, nisi ille adiuuerit, nisi ille dederit, nisi ille donauerit. Inde orate, & manducate. Orate, & ab his angustis liberabimini. Implebit enim uos, & in bene agendo, et in bene uiuendo. Inspiciatur uestra conscientia. Implebit os uestrum laude Dei & exultatione, & dicetis illi de magnis angustis liberati. Et liberaui gressus meos subter me, & non sunt infirmata uestigia mea. Ad altare Dei inuisibile (quo non accedit iniustus) ille peruenit, qui ad hoc presens iustificatus accedit. Inueniet enim illic uitam suam, qui hic discreuerit causam suam.

Psalm. 17.
Ex lib. sent.
Prosperi.

Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.]

Talis erat & Iudas, & tamen cum sanctis discipulis undecim intrabat & exibat. Ad ipsam cenam dominicam pariter accessit, conuersari cum eis potuit, eos inquinare non potuit. De uno pane & Petrus accepit & Iudas, & tamen quae pars fidelium infidelium? Petrus enim accepit ad uitam, Iudas ad mortem. Quo modo enim ille odor bonus, sic ille cibus bonus. Sicut ergo odor bonus, ita & cibus bonus, bonos uiuificat, malos mortificat. Qui enim manducauerit & biberit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Iudicium sibi, non tibi. Si iudicium sibi, non tibi, tolera malum bonus, ut uenias ad praemia honorum, ne mittaris in poenam malorum.

Ex tractatu
euang. secun.
Ioan. 2.

Quam multos Iudas, implet Satanas indigne accipientes buccellas ad iudicium suum? Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Non malum est quod datur, sed bonum malo in iudicium datur. Bene esse non potest male accipienti quod bonum est.

Ex tractatu
Psalm. 47.

Illud etiam quod ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, quomodo intellecturi sumus? Nunquid etiam illos hic poterimus accipere, de quibus dicit Apostolus, quod iudicium sibi manducant & bibant, cum ipsam carnem man-

Ex sermon. de
blasph. spiri-
tus sancti.

ducunt, & bibant ipsum sanguinem? Nunquid & Iudas, magistri traditor & ueditor impius, quamuis primum manibus eius confectum ipsum sacramentum carnis & sanguinis eius, cum ceteris discipulis (sicut apertius Lucas euangelista declarat) manducaret & biberet, manit in Christo, & Christus in eo? Multi denique qui uel corde fido carnem illam manducant, & sanguinem bibunt, uel cum manducauerint, & biberint, apostatae sunt, nunquid manent in Christo, & Christus in eis? Sed profecto est quidam modus manducandi illam carnem, & bibendi illum sanguinem: quo modo qui manducauerit, & biberit, in Christo manet, & Christus in eo. Non ergo quocumque modo quisque manducauerit carnem Christi, & biberit sanguinem Christi, manet in Christo, & Christus in illo, sed certo quodam modo. Quae modum utique ipse uidebat, quando ista dicebat.

Sicut enim Iudas, cui buccellam tradidit dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo, locum in se diabolo praebuit, sic indigne quisque sumens dominicum sacramentum, non efficit, ut quia ipse malus est malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim domini & sanguis domini nihilominus erat etiam illis, quibus dicebat Apostolus. Qui manducat indigne, iudicium sibi manducat & bibit.

Quisquis a catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se uiuere existimet, hoc solo scelere quod a Christi unitate disiunctus est, non habebit uitam, sed ira dei manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene uixerit, nihil ei praediciant aliena peccata: quoniam unusquisque in ea proprium onus portabit, sicut apostolus dicit. Et quicumque in ea corpus Christi manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Cum enim dicit, iudicium sibi manducat, satis ostendit quia non alteri iudicium manducat, sed sibi: quia communio malorum non maculat participatione sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in factis malis non eis quisque consentiat, portat malum causam suam & personam suam, nec praediciat alteri quem in consensione mali operis socium non habet criminis.

Escam uitae accipit, aeternitatis poculum bibit, qui in Christo manet, & cuius Christus habitator est. Nam qui discordat a Christo, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem bibit, etiam si tanta rei sacramentum, ad iudicium suae praesumptionis quotidie indifferenter accipiat.

Ideo autem inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.]

Mortem istam temporalem & uisibilem, somni loco scripturas ponere, notum est omnibus Christianis, cum dixerit de agrotantibus Apostolus. Propterea inter uos, inquit, multi infirmi & aegri, & dormiunt sufficienter. Dormiunt, inquit, moriuntur.

Quod si nosmetipsos diiudicauerimus, non utique iudicauerimur.]

Ex lib. 5. de
baptismo.

Ex epist. con-
silijs ad Roma-
nos.

Ex lib. sen.
Prosperi.

Ex tractatu
Psalm. 147.

Pro

Ex lib. de
penitent.
Galat. 5.

PRO illis peccatis quae legis decalogus continet, & de quibus Apostolus ait: Quonia qui talia agunt, regnum dei non possidebunt, in poenitentia maiorem in se quisque seueritatem debet exercere, ut a seipso iudicatus, non iudicetur a domino, sicut idem apostolus ait. Si enim nos iudicauerimus, a domino non iudicauerimur. Ascendat itaque homo aduersum se tribunal metris suae. Si timet illud, quod oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, ut illic recipiat unumquisque quae per corpus gessit, siue bonum, siue malum, constituat se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat. Nam minatur hoc deus peccatori, dicens: Arguam te, & statuam te ante faciem tuam. Atque ita constituto in corde iudicio absit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidam sanguis animi contentis per lachrymas profluit. Postremo, ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo iudicet, participatione corporis & sanguinis Christi, ut qui separari timet a regno caelorum per ultimam sententiam summi iudicis, per ecclesiasticam disciplinam a sacramento caelestis panis interim separatur. Versetur ante oculos imago futuri iudicij, ut cum alij accedunt ad altare Dei, quo ipse non accedit, cogitet quam sit contremiscenda illa poena, cum percipientibus alijs uitam aeternam, alij praecipitetur in mortem aeternam. Ad hoc enim altare quod nunc in ecclesia est, in terra positum, terrenis oculis expositum, ad mysteriorum diuinorum signacula celebranda, multi etiam scelerati possunt accedere, cum Deus commendat in hoc tempore patientiam suam, ut in futuro exerat seueritatem suam. Accedunt enim ignorantes, quoniam patientia Dei ad poenitentiam eos adducit. Illi autem secundum duritiam cordis sui, & cor impoenitens, thesaurizant sibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Ad illud autem altare quo praecursor pro nobis introiit Iesus Christus, quo caput ecclesiae praecessit, membris ceteris secuturis, nullus eorum accedere poterit, de quibus (ut iam commemorauimus) dixit apostolus: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Solus enim sacerdos, sed plane sibi totus assistet, adiecto scilicet corpore cui caput est, quo iam ascendit in caelum. Ipse est cui dicit apostolus Petrus. Plebs sancta, regale sacerdotium. Quo-

2. Cor. 5.

Psalm. 47.

Rom. 2.

Galat. 5.

ante me est semper: Quo pacto queso Deus dignatur ignoscere, quod in seipso homo dedignatur agnoscere?

Peccata, siue parua, siue magna, impunita esse non possunt, quia aut homine poenitente, aut Deo iudicante plectuntur. Cessat autem uindicta diuina, si conuersio praecurrat humana. Amat enim Deus poenitentibus parcere, & eos qui semetipsos iudicant, non iudicare.

Cum iudicauerimur autem a domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.]

Multa etiam hic uidentur ignosci, & nullis supplicijs uindicari, sed eorum poenae reseruantur in posterum. Neque enim proprie frustra ille dicitur dies iudicij, quando uenturus est iudex uiuorum atque mortuorum. Sicut econtrario uindicantur hic aliqua, & tamen si remittuntur, profecto in futuro seculo non nocebunt. Propterea de quibusdam temporalibus poenis, quae in hac uita peccantibus irrogantur, eis quorum peccata delentur ne referentur in finem, ait apostolus. Si enim nos ipsos iudicauerimus, a Deo utique non iudicauerimur. Cum autem iudicauerimur a domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.

Inuenitur in Regnorum libris, Deus per prophetam minari alteri prophetae, qui eius transgressus est uerbum, quod non inferetur cadauer eius in sepulchrum patrum eius. Quae scriptura sic se habet: Haec dicit dominus: Quia inobediens fuisti ori domini, & non custodisti mandatum quod tibi praecipit dominus deus tuus, & reuersus comediti panem, & bibisti aquam in loco in quo praecipit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Quanti haec poena pendenda sit, si secundum euangelium cogitemus, ubi post corpus occisum, nihil metuendum esse didicimus, ne membra examina patiantur, nec poena dicenda est. Si autem humanum erga suam carnem consideremus affectum, potuit inde terreri, uel contristari uiuus, quod sensurus non erat mortuus. Et haec erat poena, quod dolebat animus id de suo corpore futurum, quamuis cum fieret non doleret. Hactenus enim uoluit seruum suum dominus plectere, qui non sua contumacia spreuerat praecceptum eius implere, sed aliena decipiente fallacia obedire se credidit, quando non obediuit. Neque enim putandum est, ita eum fuisse interemptum morsu bestiae, ut ad supplicium tartareum eius deinde anima raperetur: quando quidem ipsum eius corpus idem leo qui occiderat custodiuit, summento etiam quo tenebatur illaeso, & simul cum illa immani fera intrepida praesentia ad sui dominum infans astante. Quo mirabili igno, appareret hominem Dei coercitum potius temporallyter usque ad mortem, quam punitum esse post mortem. De qua re apostolus, cum pro quibusdam offensis commemorasset infirmitates, mortisque multorum, Si enim nos ipsos, inquit, iudicauerimus, a domino non iudicauerimur. Cum iudicauerimur a domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

Ex lib. sen.
Prosperi.

Ex libro
Enchiri.

Ex lib. ad Pa-
ulum episc. de
ra agenda pro
mortuis.
3. Reg. 13.

Yy * dica

dicamur autem à domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.

Ex tractatu Psal. 97. Modo parcat malis, adducens illos ad penitentiam: flagellat bonos, erudiens illos ad regnum cœlorum. Propterea flagellat modo, quia non seruat tibi ignem sempiternum. Cum tu positus fueris ad dexteram, tunc dicitur positus ad sinistram. Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

Matt. 25. Tu propitius fuisti illis, & uindicans in omnes affectiones eorum. Etiam uindicas, propitius fuisti: non solum donans peccata, sed etiã uindicans propitius fuisti. Illi ergo Deus irascitur, quem peccantem non flagellat. Nam cui uere propitius est, non solum donat peccata ne noceant ad futurum seculum, sed & castigat, ne semper peccare delectet. Vindicabat ergo ita non irascens, sed propitius, ut perferret ceptum, non ut damnaret eiectionem.

Itaq; fratres mei cum conuenitis ad manducandum inuicem expectate. Si quis autem esurit, domi manducet: ut non in iudicium conueniatis. Cetera autem cum uenero, disponam.

Ex epist. 1. ad Iamur. CVM dixisset de hoc sacramento loquens: Propter quod fratres cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non ad iudicium conueniatis. Statim subiunxit. Cetera autem cum uenero, ordinabo. Hinc intelligi datur, quia multum erat ut in epistola totum illis agendi ordinem insinuaret, quem uniuersa per orbem seruat ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla horum diuersitate uariatur.

CAPVT XII.

DE spiritualibus nolo uos ignorare fratres. Scimus quoniam cum gentes essetis: ad simulacra muta prout ducebamini euntes.]

Ex tractatu Psal. 59. OMnes gentes in uno una, ipsa est unitas. Quomodo enim ecclesia, & ecclesiae: illae ecclesiae, quae ecclesia: sic illa gens, quae gentes. Antea gentes, multae gentes: modo una gens. Quare una gens? Quia una fides, quia una spes, quia una charitas, quia una expectatio. Postremo, Quare una gens? Quia una patria. Patria caelestis est. Patria Hierusalem est. Quisquis inde ciuis non est, ad istam gentem non pertinet. Quisquis autem inde ciuis est, in una gente Dei est. Et haec gens ab Oriente in Occidentem, ab Aquilone & mari distenditur per quatuor partes totius orbis.

Idco notum uobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.]

Ex li. 2. de sermone domini in monte. NON omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Ne putemus ad illos fructus iam pertinere, si quis domino nostro dicat domine domine, & ex eo nobis arbor bona uideatur. Sed illi sunt fructus, facere uoluntatem patris qui est in caelis, cuius facienda seipsum exemplum praebere dignatus est. Sed merito potest mouere, quomodo huic sententiae conueniat illud apostoli, ubi ait: Nemo

in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Quia neque aliquos habentes spiritum sanctum possumus dicere non intraturos in regnum cœlorum, si perseuerauerint usque in finem, neque illos qui dicunt, domine domine, & tamen non intrant in regnum cœlorum, possumus dicere habere spiritum sanctum. Quo modo ergo nemo dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto, nisi quia proprie apostolus posuit uerbum quod est Dicit, ut significet uoluntatem, atque intellectum dicentis? Dominus uero generaliter posuit uerbum quod ait: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Videtur enim dicere, etiam ille qui nec uult, nec intelligit quod dicit. Sed ille proprie dicit, qui uoluntatem, ac mentem suam, sono uocis enunciat.

20 Apostolica uox est. Nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et quis dominum Iesum, nisi qui cum diligit, dicit, si eo modo dicit, quo intelligi apostolus uoluit? Multi enim uoce dicunt, corde autem & factis negant, sicut de talibus ait: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Si negatur factis, proculdubio etiam dicitur factis. Nemo itaque dicit dominus Iesus animo, uerbo, facto, corde, ore, opere, nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et nemo sic dicit, nisi qui diligit.

30 Aliter dicuntur uerba quae spatia temporum syllabis tenent, siue pronunciantur, siue cogitentur: aliter omne quod notum est uerbum dicitur animo impressum, quamdiu de memoria proferri ac definiri potest, quamuis res ipsa displiceat: aliter cum placet quod mente concipitur. Secundum quod genus uerbi accipiendum est quod ait apostolus. Nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Cum tamen secundum aliam uerbi notionem dicant hoc & illi, de quibus dominus ait: Non omnis qui dicit mihi domine dñe, intrabit in regnum cœlorum.

Diuisiones uero gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministeriorum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem uero deus qui operatur omnia in omnibus.

DEus, natura incorporea, & immutabiliter diuina, aeterna stabilitate in seipso manens, totus adesse rebus omnibus potest, & singulis totus: quamuis in quibus habitat, habeant esse pro suae capacitatis diuersitate alij amplius, alij minus, quos ipse sibi dilectissimum templum gratia suae bonitatis aedificat. Et donationum quidem dictae sunt diuisiones, tanquam per partes, & membra unius corporis. Vbi & simul omnes unum templum, & singuli singula templa sumus, quia non est Deus in omnibus, quam in singulis maior. Et sit plerumque ut plures cum minus capiant, unus amplius. Sed cum dixisset Apostolus, Diuisiones autem donationum sunt, continuo subiiecit. Idem autem spiritus. Item cum ipsas donationum diuisiones comemorasset, Omnia autem haec, inquit, operatur unus atque idem spiritus, diuidens propria unicuique prout uult. Diuidens ergo, non ipse diuisus,

Ex tractatu euang. secum. Ioan. 74. Titum 1.

Ex lib. 9. de trinitate.

Ex li. ad Dar. danum de praesentia dei.

sius, quia ipse unus atque idem. Illae uero diuisiones dictae sunt, sicut membrorum in corpore: quia non idem ualent aures quod oculi, atque ita membra cetera diuersis officiis concorditer distributa: quae tamen, cum sani sumus, una neque diuersa, nec alibi maiore, alibi minore, sed cum sint ipsa disparia, communi & pari salute congaudent. Huius corporis caput est Christus. Huius corporis unitas nostro sacrificio commendatur. Quod breuiter significauit Apostolus, dicens. Unus panis, unum corpus multi sumus. Per caput nostrum reconciliamur deo, quia in illo est diuinitas unigeniti facta participis mortalitatis nostrae, ut & nos participes eius immortalitatis essemus. Hoc sacramentum longe est à cordibus sapientium superbiorum, & ideo non Christianorum, ac per hoc non uere sapientium. Illorum etiam dico sapientium qui cognouerunt Deum. Quia cognoscentes Deum (sicut dicit Apostolus) non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Non isti autem in quo sacrificio dicitur, Gratias agamus domino Deo nostro. A cuius sacrificij humilitate longe abest typus & cothurnus eorum. Scriptum est de spiritu sancto, quod omnia in omnibus operatur. Et quae operatur uide. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae secundum eundem spiritum. Alteri autem fides in eodem spiritu. Alij donatio curationum in uno spiritu. Alij operationes uirtutum. Alij prophetia, alij iudicatio spirituum. Alteri genera linguarum. Omnia autem haec operatur unus atque idem spiritus, diuidens propria unicuique prout uult, utique sicut Deus. Quis enim tanta illa operari potest nisi Deus? Idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Nam & sigillatim si interrogemur de spiritu sancto, uerissime respondebimus, quod Deus sit & filio simul unus Deus est.

Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem.]

Ex tractatu euang. sec. 107. 32

ACCepimus & nos spiritum sanctum, si amamus ecclesiam, si charitate copaginamur, si catholico nomine & fide gaudemus. Credamus fratres: quantum quisque amat ecclesiam Christi, tantum habet spiritum sanctum. Datus est enim spiritus, sicut Apostolus dicit, ad manifestationem. Quam manifestationem? Sicut ipse idem dicit. Quia alij datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij donatio curationum in uno spiritu, alij operatio uirtutum in eodem spiritu. Multa ergo datur ad manifestationem. Sed tu forte eorum omnium quae dixi nihil habes. Si amas non nihil habes. Si enim amas unitatem, etiam tibi habet quisquis in illa aliquid habet. Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo. Tollam inuidiam, & meum est quod habes. Lituor separat, charitas iungit. Oculus solus uidet in corpore. Sed nunquid sibi soli oculus uidet? Et manui uidet, & pedi ui-

det, & ceteris membris uidet. Non enim si alius ictus in pedem ueniat, auertit se inde oculus, ut non praecaveat, Rursus sola manus operatur in corpore, sed nunquid sibi soli operatur? Et oculo operatur, & faciei operatur. Nam si ictus aliquis ueniens, non eat in manum, sed tantum in faciem, nunquid dicit manus, non me moueo, quia non tendit ad me? Sic pes ambulando omnibus membris militat: membra cetera tacent, lingua omnibus loquitur. Habemus ergo sanctum spiritum, si amamus ecclesiam. Amamus autem, si in eius copage & charitate consistimus. Nam & ipse Apostolus cum dixisset diuersa dona diuersis dari hominibus tanquam officia quorumcumque membrorum, Adhuc inquit, supereminentiorem uiam uobis demonstro. Et coepit loqui de charitate. Praeposuit eam linguis hominum & angelorum, praeposuit miraculis fidei, praeposuit scientiae & prophetiae, praeposuit illi etiam magno operi misericordiae, quo sua quae possidet distribuit quisque pauperibus, & ad extremum praeposuit eam etiam corporis passioni. His omnibus tam magnis rebus praeposuit charitatem. Ipsam habeto, & cuncta habebis, quia sine illa nihil proderit, quicquid habere poteris. Quia uero ad spiritum sanctum pertinet charitas de qua loquimur, audi apostolum dicentem. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quare ergo dominus spiritum, cuius maxime beneficiis sunt in nobis, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, post resurrectionem suam dare uoluit? Quid significauit, ut in resurrectione nostra charitas flagraret, & ab amore seculi separaret, ut tota currat ad Deum.

Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alij autem sermo scientiae secundum eundem spiritum.

HABet enim & scientia modum suum bonum, si quod in ea inflat, uel inflare assolet aeternorum charitate uincatur: quae non inflat, sed (ut scimus) edificat. Sine scientia quippe nec uirtutes ipse, quibus recte uiuitur, possunt haberi, per quas haec uita misera sic gubernetur, ut ad illam quae uere beata est, perueniatur aeternam. Distat tamen ab aeternorum contemplatione, actio qua bene utimur temporalibus rebus. Et illa sapientiae, haec scientiae deputatur. Quamuis enim & illa quae sapientia est, possit scientia nuncupari, sicut & Apostolus loquitur, ubi dicit. Nunc scio ex parte tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Quam scientiam, profecto contemplationis Dei uult intelligi, quod sanctorum summum erit premium. Tamen ubi dicit, Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae secundum eundem spiritum, haec utique duo sine dubitatione distinguunt: licet non ibi explicet quid intersit, & unde possit utrumque dignosci. Verum scripturarum sanctarum multiplicem copiam scrutatus, inuenio scriptum esse in libro Iob, eodem sancto uiro dicente. Ecce pietas est sapientia: abstinere autem à malis, scientia est.

Rom. 5.

Ex lib. 12. de trinitate.

1. Cor. 13.

In hac differentia intelligendum est, ad contemplationem sapientiam, ad actionem scientiam pertinere. Pietatem quippe hoc loco posuit Dei cultum, quæ Græce dicitur Theosebia. Nam hoc uerbum, habet ista sententia in codicibus Græcis. Et quid est in æternis excellentius quam Deus, cuius solius immutabilis est natura? Et quis cultus est eius nisi amor eius? Quo nunc desideramus eum uidere, credimusque & speramus nos esse uisuros: & quantum proficimus, uidemus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem in manifestatione. Hoc est enim quod ait Apostolus Paulus, Facie ad faciem. Hoc etiam quod Ioannes. Dilectissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. De his atque huiusmodi sermonibus, ipse mihi uidetur esse sermo sapientie. Abstinerere autem à malis, quam Iob scientiam esse dixit, rerum proculdubio temporalium est, quoniam secundum tempus in malis sumus, à quibus abstinerere debemus, ut ad illa bona æterna ueniamus. Quamobrem quicquid prudenter, fortiter, temperanter, & iuste agimus, ad eam pertinet scientiam siue disciplinam, qua in euitandis malis, bonisque appetendis, actio nostra uersatur. Et quicquid propter exemplum, uel cauenda, uel imitanda, & propter quæ runcunque rerum, quæ nostris accommodata sunt uisibus, necessaria documenta, historica cognitione colligimus. De his ergo sermo cum sit, eum scientie sermonem puto discernendum à sermone sapientie, ad quam pertinent ea quæ nec fuerunt, nec futura sunt, sed sunt, & propter eam æternitatem in qua sunt, & fuisse, & esse, & futura esse dicuntur sine ulla mutabilitate temporum. Non enim sic fuerunt, ut esse desinerent, aut sic futura sunt, quæ sinunc non sunt, sed id ipsum esse semper habuerunt, semper habitura sunt. Manent autem, non tanquam in spatijs locorum fixa ueluti corpora, sed in natura incorporali. sic intelligibilia præsto sunt mentis aspectibus, sicut ista in locis uisibilia, uel contrectabilia corporis sensibus. Fecit Deus in intellectu caelos spiritalis, sanctos suos: quibus non tantum credere, uerum etiam intelligere diuina, donauit. Hoc qui nondum possunt, & solam fidem firmissimam tenent, tanquam infra caelos, terræ nomine figurantur. Et quia in baptismo quem acceperunt, inconcussa credulitate consistunt, ideo dictum est. Firmauit terram super aquas.

Item quia scriptum est, de Domino Christo, quod in illo sint omnes thesauri sapientie & scientie absconditi. Hac autem duo, id est sapientia & scientia, distare inter se aliquid, alicuiusque scripturarum testatur eloquia, maxime loquente sancto Iob, ubi quodammodo singula definiuntur. Ait enim. Dixit autem homini, ecce pietas est sapientia, abstinerere autem à malo, scientia est. Non incongruenter intelligimus sapientiam in cognitione & dilectio-

ne eius, quod semper est, atque incommutabiliter manet, quod Deus est. Nam & quod ait, Ecce pietas est sapientia. Theosebia dicta est in Græco. Quod ut totum Latine exprimitur, Dei cultus dici potest. Abstinerere autem à malo, quod dixit esse scientiam, quid aliud est, quam in medio nationis tortuosæ, & peruersæ, tanquam in nocte huius seculi caute, prudenterque uersari, ut abstinerendo quisque ab iniquitate, non confundatur tenebris, proprii muneris luce discretus? Cum ergo quodam loco Apostolus, concordem gratiarum Dei uarietatem in hominibus uellet ostendere, hæc in primis duo posuit dicens. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientie. Hoc esse arbitror solem in potestatem dei. Alij sermo scientie secundum eundem spiritum. Hanc luminam. Deinde quodammodo stellas commorari puto, in eo quod dicitur. Alij fides in eodem spiritu. Alij donatio curationum, in uero spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij dijudicatio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Nihil enim horum est, quod non in huius seculi nocte sit necessarium. Quæ cum transierit, necessaria ista non erunt.

Æterno Deus meus consilio, bona celestia proprijs temporibus das super terram. Quoniam quidem alij datur per spiritum sermo sapientie, tanquam luminare maius, propter eos qui perspicua ueritatis luce delectantur, tanquam in principio diei. Alij autem sermo scientie, secundum eundem spiritum, tanquam luminare minus. Alij fides, alij donatio curationum, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij dijudicatio spirituum, alij genera linguarum. Et hæc omnia tanquam stellæ. Omnia enim hæc operatur unus, atque idem spiritus, diuidens propria unicuique prout uult, & faciens apparere sidera in manifestationem ad utilitatem. Sermo autem scientie, qui continentur omnia sacramenta, quæ uariantur temporibus, tanquam luna, & notitia cetera donorum, quæ deinceps tanquam stellæ commemoratæ sunt, quantum differunt ab illo candore sapientie, quo gaudet prædictus dies, tantum in principio noctis sunt. His enim sunt necessaria, quibus ille prudentissimus seruus tuus non potuit loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, ille qui sapientiam loquitur inter perfectos. Animalis autem homo, tanquam paruulus in Christo, lactisque potator, donec roboretur ad solidum cibum, & acciem firmet ad solis aspectum, non habeat de tertam noctem suam, sed luce lunæ, stellarumque contentus sit.

Alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitarum in uero spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia. Vide etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vtrumque ergo nostrum est propter arbitrium uoluntatis: & utrumque tamen datum est per spiritum fidei & charitatis. Neque enim sola charitas, sed

2. Cor. 13

1. Ioan. 3.

Ex tractatu Psal. 135.

Gene. 1.

Coloss. 2.

Ex lib. consp. stonum 13.

Ex li. 1. retrat.

Ex lib. 12. de Gene. ad lite.

Ex tractatu Psal. 118.

Ex tractatu Psal. 142.

Ex li. 4. de tri.

Ioan. 20.

Ex lib. de trinitat. 15.

sed sicut scriptum est, charitas cum fide à Deo patre, & domino Iesu Christo.

Alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum.]

Discretio sane difficillima est, cum spiritus malignus, quasi tranquillus agit, ac sine uexatione aliqua corporis, assumpto humano spiritu dicit quod potest: quando etiam uera dicit, & utilia prædicat, transfigurans se sicut scriptum est, uelut angelum lucis, ad hoc ut illi in manifestis bonis creditum fuerit, seducat ad sua. Hunc discerni posse non arbitror, nisi dono illo de quo ait apostolus cum de diuersis Dei muneribus loqueretur. Alij dijudicatio spirituum. Non enim magnum est, tunc eum dignoscere, cum ad aliqua peruenerit uel perduxerit, quæ sunt contra bonos mores uel regulam fidei. Tunc enim à multis discernitur. Illo autem dono in ipso primordio, quo multis adhuc bonus apparet, continuo dijudicatur an malus sit.

Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis prout uult.

Spiritus sanctus cooperatur est patris & filij. Vnde Apostolus. Oia hæc operatur unus atque idem spiritus. Propterea quippe dixit unus atque idem spiritus, ne tot, quot operatur, putarent, non quod sine patre et filio spiritus operetur. Omnia autem hæc, operatur unus atque idem spiritus, diuidens unicuique propria prout uult. Alij illud, alij hoc, diuisiones sunt operationis. Omnia hæc operatur unus atque idem spiritus, radix est unitatis. Nec possumus dicere quod spiritus sanctus, & à filio non procedat. Neque enim frustra idem spiritus, & patris & filij spiritus dicitur. Nec uideo quid aliud significare uoluerit, cum suffians ait, Accipite spiritum sanctum. Neque enim status ille corporeus, cum sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore, substantia spiritus sancti fuit, sed demonstratio per congruam significationem, non tantum à patre, sed & à filio procedere spiritum sanctum. Quis enim demensissimus dixerit, aliud fuisse spiritum sanctum quem suffians dedit, & alium quem post ascensionem suam misit? Unus enim est spiritus Dei, spiritus patris & filij, spiritus sanctus qui operatur omnia in uobis, & omnia in omnibus. Sed quod bis datus est, dispensatio certæ significationis fuit.

Admonendi sunt legentes, quandoquidem donum Dei iam uident dictum spiritum sanctum, ut cum audiunt donum spiritus sancti, illud genus locutionis agnoscant, quod dictum est in expoliatione corporis carnis. Sicut enim corpus carnis nihil est aliud quam caro, sic donum spiritus sancti nihil est aliud quam spiritus sanctus. Intantum ergo donum Dei est, in quantum datur eis quibus datur. Apud se autem deus est, & si nemini datur, quia deus erat patri, & filio, coæternus antequam cuiquam daretur. Nec quia illi dant, ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur sicut Dei donum, ut etiam

am seipsum det sicut Deus. Non enim dici potest non esse suæ potestatis, de quo dictum est. Spiritus ubi uult spirat. Et apud apostolum, quod iam commemorauit. Omnia autem hæc operatur unus, atque idem spiritus, diuidens propria unicuique prout uult. Non est illi conditio dati, & dominatio dantium, sed concordia dati & dantium. Forte quis dicat spiritum sanctum dari potius à patre & filio, quam sua uoluntate aliquid operari: & ad hoc pertinere quod dictum est, In spiritu sancto eijcio demonia, quod non ipse spiritus, sed Christus hoc faceret spiritu. Vt sic intelligatur quod dictum est, In spiritu sancto eijcio, tanquam diceretur, spiritu sancto eijcio. Solent quippe ita loqui scripture. Interfecerunt in gladio, id est gladio. Succenderunt in igni, id est igni. Et accepit Iesus cultros petrinus, in quibus circuncideret filios Israel, id est quibus circuncideret. Sed qui propterea adimit spiritui sancto propriam potestatem, illud attendat quod dictum à domino legitur. Spiritus ubi uult spirat. Illud uero quod apostolus ait, Omnia hæc operatur unus atque idem spiritus, uerendum est, ne quisquam arbitretur, quod ea non operetur pater & filius, cum in eis operibus commemorauerit, & donationes curationum, & operationes uirtutum: ubi est utique & expulsio demoniorum. Cum uero adiungit & dicit, Diuidens propria unicuique prout uult, nonne manifestat etiam spiritus sancti potestatem, sed à patre & filio plane indiuiduam? Ergo hæc ita dicuntur, ut tamen inseparabilis intelligatur operatio trinitatis: ita ut cum operatio patris dicitur, non eam sine filio & spiritu sancto operari intelligatur: & cum operatio filij, non sine patre & spiritu sancto: & cum operatio spiritus sancti, non sine patre & filio. Et quod ait Apostolus de spiritu sancto, Omnia autem hæc operatur unus atque idem spiritus, non ideo dictum est, quia non ei cooperatur pater & filius, sed quia in his operibus non sunt multi, sed unus spiritus, & in diuersis suis operationibus non est ipse à se diuersus.

Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt ita & Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudei, siue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes uno spiritu uocati sumus.]

Loquens de membris Christi, hoc est de fidelibus, non ait, sic & membra Christi: sed totum hoc quod dixit Christum appellauit. Membra multa, unum corpus Christus. Ergo simul omnes nos cum capite nostro Christus, sine capite nostro nihil ualentes. Quare? Quia nos cum capite nostro, uitis: sine capite nostro (quod absit) sarmenta præcisa, non alicui operi agriculturalum, sed igni tantummodo destinata. Ideo & ipse in euangelio dicit. Ego sum, inquit, uitis, uos estis palmites. Pater meus agricola. Et sine me, inquit, nihil potestis facere.

Omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus, ita & Christus. Non ait ita & Christi, sed corpus unum, membra

Ioan. 13.

Ex lib. de ble. spirit. sancti.

Ex tractatu Psal. 30.

Ioan. 15.

Ex tractatu Psal. 42.

multa, ita & Christus. Et quia totum Christus, ideo caput de caelo, Saule, inquit, Saule, quid me persequeris? Tenete hoc, & fixum omnino mandate memoriae, tanquam filij ecclesiae: fidei eruditionis & fidei catholice, ut agnoscat Christus caput, & corpus, eundemque Christum uerbum dei unigenitum, equalem patri. Et inde uideatis, quanta gratia pertineatis ad deum, ut ipse uoluerit esse uobiscum unus, qui est cum patre unum. Quomodo cum patre unum? Ego & pater unum sumus. Quomodo uobiscum unus? Non dicit, inquit, & feminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno, & femini tuo quod est Christus. Sed ait aliquis. Si Christus semen Abraham, nunquid & nos? Memento quia semen Abraham Christus: ac per hoc si nos Christus, ergo & nos semen Abraham. Quomodo unum corpus, multa membra, ita & Christus. Et quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Nempe semen Abraham Christus. Nec contradici potest apostolicis apertissimis uerbis. Et femini tuo quod est Christus. Videte quid uobis dicat. Si autem uos Christi, ergo Abraham semen estis. Ideo magnum est & illud sacramentum, Erunt duo in carne una. Apostolus dicit. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Christus & ecclesia, duo in carne una. Refer ad distantiam maiestatis, duo. Duo plane. Non enim & nos uerbum. Non enim & nos in principio Deus apud Deum. Non enim & nos ille per quem facta sunt omnia. Venitur ad carnem: & ibi Christus, & ille, & nos.

Nam & corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quia non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore: & si dixerit auris, quia non sum oculus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore. Si totum corpus, oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra unumquodque in corpore sicut uoluit. Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus? Non potest dicere oculus manus, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij.]

Oculi mei infirmati sunt ab inopia. Quos oculos eius intellexuri sumus? Si exteriores in carne in qua patiebatur positos, non eos in eius passione legimus infirmatos ab inopia id est tanquam fame, ut assollet, languisse. Post coenam quippe traditus, & eodem die crucifixus est. Si interiores, quomodo infirmati sunt ab inopia, cum in eis esset lux indeficiens? Sed nimirum oculos suos dixit membra, quae in suo corpore, cui caput est, clariora & eminentiora, & praecipua diligebat. De quo corpore apostolus loquens, & de nostro corpore similitudinem adhibens, ait. Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? Si uisissent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa membra, unum autem corpus. Non potest oculus dicere manibus, opus uobis non habeo. Et si dixerit manus quia non sum oculus, non sum de corpore: non ideo

non est de corpore. Quid autem his uerbis uelit intelligi, euidentius expressit, dicens. Vos autem estis corpus Christi & membra. Quapropter & illi oculi, id est illi sancti apostoli, quibus non reuelauerat caro & sanguis, sed pater eius qui in caelis est, ut Petrus diceret, Tu es Christus filius Dei uiui, uidentes eum tradisti, ac tanta mala perpeti, quoniam non eum uidebant qualem uolebant, quia non egrediebatur, id est non manifestabatur in uirtute & potentia sua, sed in suis interioribus occultus, omnia quasi superatus atque impotens perferere, infirmitati sunt ab inopia, uelut subtracto sibi cibo suo, & lumine suo.

Sunt homines, quos delectat miraculum facere, & ab eis qui profecerunt in ecclesia miraculum exigunt. Et ipsi qui quasi sibi profecisse uidentur, talia uolunt facere, & putant se ad Deum non pertinere si non fecerint. Dominus autem Deus noster qui nouit quid cui retribuat, et ut seruetur compago corporis in pace, alloquitur ecclesiam per apostolum. Non potest dicere oculus manus, opus te non habeo aut iterum caput pedibus, opus uobis non habeo. Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum corpus auditus, ubi odoratus? Ergo in membris nostris uidetis fratres, quomodo singula officium suum habeant membra. Oculus uidet & non audit. Auris audit, & non uidet.

Manus operatur, nec audit nec uidet. Pes ambulat, nec audit, nec uidet, nec facit quod manus. Sed in uno corpore si sit sanitas, & non aduersum felitigent membra, & auris uidet in oculo, & oculus audit in aure. Nec obijci potest auris, quia non uidet, ut dicatur ei, nihil es, minor es. Nunquid uidere & discernere colores potes, quod facit oculus? Respondet enim auris de pace corporis. Et dicit. Ibi sum ubi est oculus, in eo corpore sum. In me non uideo, in illo cum quo sum uideo. Itaque cum auris dicit, oculus mihi uidet: oculus dicit, auris mihi audit: oculi & auris dicunt, manus nobis operantur. Manus dicunt, oculi & aures nobis uident, & audiunt. Oculi & aures & manus dicunt, pedes nobis ambulant. Omnia in uno corpore cum operantur, si sit ibi sanitas, & concordent membra, gaudent & congaudent sibi, & si aliquid molestig sit in aliquo membro, non se deserunt, sed compatiuntur sibi. Nunquid, quia in corpore pes quasi longe uidetur ab oculis (illi enim sunt locati in sublimitate, illi autem infra positi) quando forte pes spinam mihi cauerit, deserunt oculi, & non, sicut uidentur, totum corpus contrahitur, & sedet homo curuatus spina dorsi, ut queratur spina, quae haesit in planta? Omnia membra quicquid possunt faciunt, ut de infimo, & exiguo loco spina quae inhaeserat, educatur. Sic ergo fratres, quisquis in corpore Christi non potest refuscitare mortuum, non illud querat, ne discorde corpore: quomodo si auris querat uidere, & audire potest. Nam quod non accepit, non potest facere. Sed si ei obiectum fuerit, & dicitur,

Ex tractatu Psal. 139.

dicitur, si iustus esses, resuscitares mortuum, quomodo resuscitauit Petrus in Christo. Nam Christus sine Petro facere poterat, Petrus autem nisi in Christo non poterat. Quia sine me (inquit) nihil potestis facere. Cum ergo hoc audierit homo qui proficit, quasi obiectam calumniam ab ignaris paganis, ab hominibus nescientibus quid loquantur, in compage corporis Christi respondeat, & dicat. Quid dicitis? Non es iustus, quia non facis miracula. Posses & auri dicere, Non es in corpore, quia non uides. Faceres, inquit, & tu sicut et Petrus fecit. Sed & Petrus mihi fecit, quia in eo corpore sum, in quo & Petrus fecit: in illo quod potest, possum a quo diuisus non sum.

Quod minus possum, compatitur mihi: & quod plus potest, congaudeo illi. Ipse dominus desuper clamauit pro corpore suo. Saule, Saule, quid me persequeris? Et ipsum nemo tangebatur, sed pro corpore in terra laborante, caput de caelo clamabat. Si ergo fratres unusquisque quod potest iuste egerit, & in eo quod alius plus potest, non inuiderit, sed congratulatus fuerit tanquam in uno corpore cum eo constitutus, pertinebit ad eum uox ista psalmiti. Domine non est exaltatum cor meum, neque in altum elati sunt oculi mei. Neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus super me. Quod enim excessit uires meas (ait) non querui. Non ibi me extendi, nolui ibi magnificari. Apostolus, cum de spiritualibus diuersis muneribus, & tamen ad unitatem consonis, rem plane magnam & diuinam, & abditam nos doceret, de ista ipsa carne nostra similitudinem dedit, cuius artificem Deum, cum haec loqueretur omnino non tacuit. Nunc autem posuit Deus membra singula, unumquodque eorum in corpore prout uoluit. Si autem fuissent omnia unum membrum, ubi corpus. Nunc autem multa membra, unum autem corpus. Si uilla, non dico fides Christiana, ut credatis apostolo, sed ullus sensus humanus in uobis est, ut manifesta cernatis, unusquisque in semetipso uideat ista, atque consideret quam uera, quam certa sint, quam in paruo magna, & in extremo quam bona: quando quidem ista in laude ponit apostolus, ut per haec infima quae uidentur, possint facilius illa sublimia spiritalia, quae non uidentur, intelligi. Horum ergo membrorum & corporis nostri, quae sic commendat, sic laudat apostolus, quisquis artificem Deum negat, uiderit id quod accepimus. Quid igitur opus est, ut a me redarguatur potius, quam ab omnibus Christianis anathematizetur.

Ex lib. con. Faustini

Sed multo magis quae uidentur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt. Et quae putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorum circumdamus: & quae inhonesta sunt nostris, abundantiorum honorem habent. Honesta autem nostra nullius egent. Sed deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorum tribuendo honorem, ut non sit schisma in corpore.]

Ablit autem, ut sit in membris sanctorum

etiam genitalibus aliqua turpitudine. Dicuntur quidem inhonesta, quia non habent eam speciem decoris, quam membra quae in promptu locata sunt: uel certe, quod probabilius dici potest, propter legem in membris, repugnantem legi mentis, quae de peccato accidit, non de prima nostrae institutione naturae. Sed uidete quid dicat apostolus, cum ex ipsa membrorum corporis nostri unitate, atque compage charitatem persuadet ecclesiae. Multo magis, inquit, quae uidentur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt: & quae uidentur uiliora esse corporis, his abundantiorum honorem circumdamus: & quae inhonesta sunt nostra, abundantiorum honestatem habent: quae autem honesta sunt nostra, non opus habent: sed deus temperauit corpus, ei cui deerat maiorem honorem dans, ut non essent scissurae in corpore. Illicitus itaque & temperantiae legibus non subiectus membrorum illorum usus est turpis, non ipsa membra, quae non solum in excellenti integritate caelibes & uirgines seruant, sed ipsi coniugati sancti patres ac matres, sic eis generationi tantummodo consulentes utebantur, ut ille naturalis motus nullo modo turpis esset, & non libidini, sed rationi seruiret. Vos enim fratres populi dei estis, sicut ipse dixit, & oues pascuae eius. Habetis in nomine dei pastores seruos, pastores & membra pastoris. Multitudinis animus & uoluntas, ad quam rem faciendam, istis uocibus poterit apparere: paucorum autem cura pro uobis non uocibus, sed rebus debet ostendi. Itaque fratres quoniam iam quod ad uos pertinebat implestis acclamando, sinite ut proberet uobis, utrum & quod ad nos pertinet, impleamus agendo. Voluntas agendi una est & nostra & uestra. Motus uero agendi, par esse non potest. Putamus charissimi ideo oportere, ut uoluntas accipiatur a uobis, consilium implendae uoluntatis uestrae expectetur a nobis. Vt membra Christi non discordent: impleant omnia quae in illius corpore sunt officia sua: faciat oculus in sublimitate locatus, quod ad oculum pertinet: auris, quod ad aurem: manus quod ad manus: pes quod ad pedem, ut non sint scissurae ullae in corpore.

Ex lib. con. Faustini cap. 29.

Ex ser. de uer. Psal. 82.

Sed in idipsum pro inuicem sollicita sunt membra, et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra, uos autem estis corpus Christi, & membrum de membro.]

Plus sane quam dici potest miratus sum, quod nec tanta occasione hominum tuorum, fratres sancti episcopi scripserunt, nec epistola tua quam nobis de tantis tribulationibus uestris insinuauerit, quae utique per uiscera charitatis nostrae sunt. Nisi forte faciendum non putasti quod nihil prodesse duxisti, aut nos tuis literis molestificari uoluisti. Prodest aliquid, quantum ego arbitror, etiam ista cognoscere. Primo, quia iniustus est, gaudere non uelle cum gaudentibus, & flere non uelle cum flentibus. Deinde quia tribulatio patientiam operatur, patientia probatio, probatio spem. Spes autem non confundit, quia

Ex epi. ad Ital. licam

quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Absit itaque, ut recusemus audire etiam quae amara & tristia sunt erga charissimos nostros. Nescio quo enim modo minus sit quod patitur unum membrum, si compatiuntur omnia membra. Nec ipsa mali reuelatio sit per communionem cladis, sed per solatiū charitatis. Ut quamuis alij ferendo patiantur, alij cognoscendo compatiuntur, communis sit tamē tribulatio, quibus probatio, spes, dilectio, spiritusque cōmunis est. Oēs autē nos dominus cōsolatur, qui & hęc temporalia mala prędixit, & post hęc bona aeterna promisit. Nec debet cum pręliatur, infringi, qui uult post pręlium coronari, uires illo subministrante certantibus, qui preparat ineffabilia dona uictoribus.

Et quosdam quidem exposuit deus in ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, eximie gratias curationū, opitulationes, gubernationes, generaliumque uariarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetae? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes gratia habet curationū? Nunquid oēs linguis loquitur? Nunquid omnes interpretantur?]

Ex enim per Moysen data est, gratia autē & ueritas per Iesum Christum facta est. Ex cuius aduentu iam regnum Dei annunciari cępit, quia & lex & propheta usque ad Ioannē. Lex ut rectos faceret qui desiderarent salutem, propheta ut promitterent saluatorem. Ceterum prophetas alios iam extitisse in ecclesia post ascensionem Christi quis nesciat? De quibus Paulus dicit. Et quosdam constituit in ecclesia, primum quidem apostolos, deinde prophetas, tertio doctores &c. Non itaque de illis dictum est, Lex & propheta usque ad Ioannem, sed de ijs qui primum Christi aduentum prophetauerunt. Qui aduētus impletus, non utique adhuc possit prophetari.

Illud quoque sicut imperitissimus, non intelligit quod scriptum est. Primum apostolos, deinde prophetas. Putat enim ante apostolos, non fuisse prophetas, nesciens eos prophetas illic commemoratos esse ab apostolo, qui post Christi aduentum fuerunt. Quos qui uult nosse, auctus Apostolorum legat. Et illud quod ait ad Corinthios. Prophetas duo uel tres loquatur. Si autem non fuerint prophetae ante apostolos, qui erant illi per quos ante Deus promisit euangelium de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem?

Aemulamine autem charismata meliora, & adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro.]

Respice ad munera ipsius ecclesie. Munus sacramentorum in baptismo, in eucharistia, in ceteris sanctis sacramentis, quale munus est? Hoc munus adeptus est & Simon Magus. Prophetia quale munus est? prophetauit & Saul malus rex. Et tunc prophetauit cum sanctum Dauid persequeretur. Non se ergo iactent, qui forte sine charitate habuerint hoc munus Dei sanctum, sicut sanctum baptismū, sed uideant qualem rationem habituri sunt cū

deo, qui sanctis non sancte utuntur. Ex his erunt qui dicturi sunt. In nomine tuo propheta uimus. Non illis dicetur. Mentimini. Sed dicitur. Non noui uos, recedite a me qui operamini iniquitatem. Quia si habeam omnem prophetiam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Prophetauit & Saul, sed operabatur iniquitatē. Quis autem operatur iniquitatē, nisi qui non habuerit charitatē? Plenitudo enim legis charitas. In omnibus scripturis supereminētissimam uiam, supereminētissimum locū charitas obtinet. Non ad eā aspirant nisi boni. Hanc nobiscum non communicant mali. Possunt communicare baptismum, possunt communicare cetera sacramēta, possunt communicare orationem, possunt cōmunicare istos parietes, & istam coniunctionem, charitatem nobiscum non communicant. Ipse enim est fons proprius honorum, proprius sanctorum, de quo dicitur. Nemo alienus comunicet tibi. Qui sunt alieni? Oēs qui audierit, Non noui uos. Si enim non agnoscuntur, utique alieni sunt, quibus dicitur. Nō noui uos. Supereminens ergo uia charitatis tenet eos, qui proprie pertinent ad regnum celorum. Quonia egenus atque indigus amor ita diligit, ut rebus quas diligit subijciatur: propterea, cum commemoraretur spiritus dei, in quo sancta eius beniuolentia, dilectioque intelligitur, superferri dictus est, ne faciēda opera sua, per indigentiam necessitatem potius quam per abundantiam beneficentię, Deus amare putaretur. Cuius rei memor apostolus, diciturus de charitate, supereminentiorem uiam demonstraturum se ait. Et alio loco. Supereminentem, inquit, scientię charitatem Christi. Oliuę fructus, charitatem significat. Vnde hoc probamus? Quomodo enim oleū a nullo humore premit, sed disruptis omnibus, exilit & supereminet, sic est charitas. Non potest premi in imo, necesse est ut ad superna emicet. Propterea de illa dicit apostolus. Adhuc supereminentiorem uiam uobis demonstro. Quia diximus de oleo quia supereminet, ne forte non de charitate dixit apostolus, Supereminentem uiam uobis demonstro, audiamus quod sequitur. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut aramentum sonans, aut cymbalum tinniens. I nunc Donate, & clama, disertus sum: i, & clama, doctus sum. Quantum disertus? Quantum doctus? Nunquid linguis angelorum locutus es? Etenim si linguis angelorum loquereris, charitatē non habens, audieris aera sonantia, & cymbala tinnientia. Soliditatem aliquam quero. Fructum in folijs inueniam, non sint sola uerba, habeant oliuam, redeant ad arcē. Sed inquires: Habeo sacramētum. Verum dicis. Sacramentum diuinum est. Habes baptismum, & ego confiteor. Sed quid dicit idem Apostolus? Si sciero omnia sacramēta, & habuero omnē prophetiā & omnē fidem, ita ut montes transferam. Ne forte & hoc diceres. Credidi, sufficit mihi. Sed quid dicit

Math. 7.

Psal. 6. 1. Cor. 13.

Ex libr. de Genesi ad litteram. 1.

Ex tractatu cuius. sec. 10. 6.

Ex lib. contr. Faustū cap. 19. Ioan. 1.

Ex li. cō. inimi cum legis & proph.

1. Cor. 14.

Ex tractatu psalm. 103.

Jacob. 2. dicit sanctus Iacobus: Et demones credunt, & contremiscunt. Magna utique est fides. Sed nihil prodest si non habeat charitatem. Confi-tebantur & demones Christum: ergo credendo, sed non diligendo. Dicebant. Quid nobis & tibi? Fidem habebant, charitatem non habebant, ideo demones erant. Noli de fide gloriari, adhuc demones comparandus es. Audi quid dicat apostolus. Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam. Ecce quod non habes. Si tradidero, inquit, corpus meum ut ardeam. Ut utique pro nomine Christi. Sed quia sunt multi qui iactanter illud faciunt, non cum charitate, ideo si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitate fecerunt passi sunt, charitate fecerunt. Isti autem de tumore & superbia faciunt. Nam cum persecutor desit, seipsum pręcipitant. Veni ergo ut habeas charitatem. Sed nos non habemus martyres. Quos martyres? Non sunt columbae, ideo uolare conati sunt, & de Petra ceciderunt. Fortassis scripturę scrutatę indicant, quod spiritus sanctus charitas est: & ne putetis uilem esse charitatem. Quomodo autē uilis est, quādo oīa quę dicuntur non uilia, chara dicuntur? Si ergo quę nō sunt uilia, chara sunt, quid est charitas ipsa charitate? Sic autē commendatur charitas ab apostolo, ut dicat. Supereminentiore uia uobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autē non habeam, factus sum ut aramentū sonans, aut cymbalum tinniens. Et si sciero omnia mysteria, & omnem scientiam, & habuero omnem prophetiam, & omnem fidem, ita ut montes transferam charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatē autē non habeam, nihil mihi prodest. Quanta est ergo charitas, quę si desit, frustra habentur cetera: si alit, recte habetur omnia? Tamē charitatē laudans apostolus Paulus copiosissime atque uberrime, minus de illa dixit, quā quod ait breuiter apostolus Ioannes. Neque enim dubitauit dicere. Deus charitas est. Scriptum est etiam. Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quis ergo nominet patrem & filium, & nō ibi intelligat charitatem patris & filij: quā cum habere cęperit, spiritum sanctum habebit: quā si non habuerit, si ne spiritu sancto erit? Et quomodo corpus tuum sine spiritu, quod est anima tua, si fuerit, mortuum erit: sic anima tua sine spiritu sancto, id est sine charitate, si fuerit, mortua deputabitur. Finis enim precepti est charitas de corde puro. Quando isto sine, id est huius rei contemplatione, sit mandatum Dei, tunc sit uere opus bonum, & tunc leuantur manus, quia supernum est, quo leuantur. Propterea de ipsa charitate loquitur apostolus & dicit, Supereminentem uiam uobis demonstro. Et alio loco. Cognoscere, inquit, supereminentem scientię charitatem Christi. Nam si de opere matorum Dei, merces terrena felicitatis expetit, deponuntur manus potius, quā leuantur, quia terrena emolumenta, quę nō sursum, sed deorsum sunt, illo opere requiruntur. Et omnibus, inquit, nomina uocās. Ibi est totum pręmium, habemus nomina quędam apud Deum. Ut nouerit Deus nomina nostra, hoc optare debemus, hoc agere, hoc fatigare quārum possumus, nō de alijs rebus gaudere. Nec de donis quibusdam spiritualibus uideat charitas uestra. Multa donata sunt in ecclesia, sicut dicit apostolus. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientię. Alij sermo scientię secundum eundem spiritum. Alij fides in eodem spiritu. Alij donatio curationum. Alij dijudicatio spirituum, id est ut dijudicent inter bonos & malos spiritus. Alij genera linguarum. Alij prophetia. Quanta dixit? quā multa dixit? Multi donis talibus male uili audient in fine. Non noui uos. Et quid dicturi sunt in fine qui audient. Non noui uos? Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine demonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? In nomine tuo omnia ista. Et quid dicam eis? Nunquam noui uos. Recedite a me qui operamini iniquitatem. Quid est ergo esse iam lumen cęli, consolans noctem, & quod nō uincatur a nocte? Adhuc, inquit, supereminentiorem uiam uobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut aramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Quale donum est, loqui linguis angelorum & hominū? Tamē si charitatē, inquit, non habeam, aramentū sum sonans, aut cymbalū tinniens? Si sciero, inquit, omnia sacramenta, & omnem scientiām, & si habuero omnem prophetiam, & omnem fidem, ita ut montes transferam (quāta ista dona sunt) charitatem autē nō habeam, inquit, nihil sum. Quale est illud donum martyrij et distributionis rerum suarum? Et tamē si distribuero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem nō habeam, nihil mihi prodest. Qui ergo non habet charitatem, & si ad tempus habet hęc dona, auferentur ei. Auferatur quod habet, quia quiddam non habet. Et si ipsum quiddam hoc non habet, unde cetera teneantur & ipse non pereat, quid est illud, quod modo ait dominus. Qui habet, addetur ei, qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo? Qui ergo non habet, & quod habet auferetur ab eo. Habet gratiam possidendi, sed non habet charitatem utendi. Quia ergo illud non habet, & quod habet auferetur ab eo. Propterea discipuli quos uolebat in cęlo stellas ambulantes facere, ut haberent charitatem supereminentiorem uiam, ille qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocans, cum redirent discipuli

Ex tractatu cuius. sec. 10. 9.

1. Ioan. 4. Roman. 5.

Ex tractatu psalm. 118.

Ex tractatu psalm. 146.

Math. 7.

Math. 25.

discipuli quos miserat, exultauerunt, & dixerunt. Domine, ecce spiritus immundi subiecti sunt nobis propter nomen tuum. Et ille qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocans, sciens multos dicturos esse, Nonne in nomine tuo daemonia eiecimus? Quibus dicturus est in fine, Non noui uos: quia eos non numerasti in multitudine stellarum, nec eis nomina uocasti. Nolite, inquit, in hoc gaudere, quia spiritus uobis subiecti sunt: sed gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in caelo. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit & ille ambulare. Quae est ista uia in qua Christus ambulauit, nisi charitas, de qua apostolus ait, Adhuc supereminentiorem uiam uobis demonstret: Si ergo Christum uolumus imitari, per ipsam uiam debemus currere, qua Christus & in cruce pendens dignatus est ambulare. In cruce enim fixus erat: & charitatis uiam currens, pro suis persecutoribus supplicabat. Denique sic dixit, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Et nos ergo pro omnibus inimicis nostris hoc iugiter supplicemus: ut illis dominus emendationem morum, & indulgentiam tribuat peccatorum.

CAP. XIII.

Si linguis hominum loquar, & angelorum: charitatem autem non habeam: factus sum uelut aes sonans, aut cymbalum tinniens.]

Videant à charitate ecclesiae separati, esse multa, & quam magna nihil profint: si unum quiddam defuerit, & uideant quid sit ipsum unum, Nec me in hoc audiant: sed apostolum. Quid ergo eis prodest, si & linguam in sacris mysticis habeant angelicam, & prophetiam: quemadmodum Caiphaz & Saul: ut aliquando prophetent: quos tuisse damnabiles, sancta scriptura testatur. Si sacramenta non tantum sciant: sed habeant, sicut habuit Simon Magus: si fidem, sicut daemonia confessa sunt Christi: (neque enim non credebant cum dicerent: quid nobis & tibi filij Dei scimus qui sis) si disperserint etiam ipsi substantiam suam pauperibus: si cut multi non solum in catholica, sed in diuersis haeresibus faciunt: si aliqua ingruente persecutione tradant ad flammam nobiscum corpus suum pro fide quam pariter confitentur: tamen quia separati haec agunt: non sufferentes inuicem in dilectione, neque studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, charitatem, utrique non habendo, etiam cum illis omnibus, quae nihil eis profint, ad aeternam salutem peruenire non possunt.

Dilectio fortis res fratres. Dilectio fortis res. Vultis uidere, quam sit fortis res dilectio? Quisquis per aliquam necessitatem non poterit implere quod iubet Deus: amet illum qui implet, & in illo implet. Intendat charitas uestra. Verbi gratia: Vxorem habet quam dimittere non potest, oportet ut obtemperet apostolo dicenti. Vxori uir debitum reddat, & alligatus est uxori: ne querelis solutionem. Venit in mentem, quia melior est illa uita, de

qua dicit idem apostolus. Vellem omnes uos esse sicut me ipsum. Accendit eos qui hoc fecerunt: amat eos: & in ipsis implet quod in se non potest. Fortis res est dilectio. Ipsa est uirtus nostra, quia si in illa non fuerimus: nihil prodest quicquid aliud habuerimus. Si linguis hominum loquar, inquit apostolus, & angelorum: charitatem autem non habeam, factus sum uelut aramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Adiungit aliud magnum. Quod si distribuero in cibos pauperum omnem substantiam meam: & si tradidero corpus meum, ut ardeam: charitatem autem non habeam: nihil mihi prodest. Si autem sit sola charitas, quae non inueniat quod distribuatur pauperibus, diligat solum: calicem aquae frigidae det: tantum illi imputabitur, quantum illi Zachaeo, qui dimidium patri monij dedit pauperibus. Quare hoc? ille tam modicum dedit, & ille tam multum: & tantum illi imputabitur: Tantum plane. Impar enim facultas: sed non impar charitas.

Quid est uestis nuptialis? Queramus illam in literis sanctis. Quid est uestis nuptialis? Si ne dubio aliquid est quod mali & boni commune non habent. Hoc inueniamus: & inuenimus uestem nuptialem in donis Dei. Quid est, quod commune non habent boni & mali? Quod homines sumus, & pecora non sumus: Dei donum est: sed commune est hoc cum bonis & cum malis, quod nobis lux de caelo oritur: de nube pluuiae descendunt: fontes manant: agri fructificant: dona sunt, sed bonis, malisque communia. Intremus ad nuptias: foris alios relinquamus, qui non uenerunt uocati, ipsos conuiuas (id est christianos) consideremus. Baptismus, Dei donum est, habent illum boni & mali. Altaris sacramenta simul accipiunt boni & mali. Propheta uis Saul iniquus, & uiro sanctissimo atque iustissimo infectus, dum eum persequeretur prophetauit. Nunquid dicuntur credere soli boni & demones credunt, & contremiscunt. Quid facio? Excussi omnia: & ad uestem illam nondum perueni. In uolucrum meum explicauit: omnia uel pene omnia considerauit: ad uestem illam nondum perueni. Quodam loco Paulus apostolus attulit mihi magnum inuolucrum magnarum rerum: & posuit ante me. Et dixi ei. Ostende mihi si forte hic adestem nuptialem reperisti. Coepit excutere singula & dicere. Si linguis hominum loquar & angelorum: si habeam omnem scientiam, & prophetiam, & omnem fidem, ita ut montes transferam: si distribuero omnia mea pauperibus: & tradam corpus meum ut ardeam. Magnae uestes: nondum tamen est illa nuptialis. Iam profer nobis nuptialem uestem. Quid nos apostole Paulus suscipis? Prophetia forte donum dei est: quod non habent boni & mali. Si charitatem, inquit, non habent nihil sum: nihil mihi prodest. Ecce uestis nuptialis. Induite uos o conuiuae, ut securi discumbatis. Nolite dicere: ad istam uestem habendam, pauperes sumus. Vestite, & uestiminti, hyems est. Vestite nudos. Nudus est Christus.

Psalm. 159.

Luc. 10. Ex ser. de uer. aposto.

Luc. 23.

Luc. 19.

Ex ser. de uer. uaculo. 5. par. num.

Ex lib. de bap.

Matth. 8.

Ex tracta Psalm. 121.

1. Cor. 7.

stus. Et quicumque non habetis uestem nuptialem: dabit illam, ad illum currite, ipsum rogate. Non uis sanctificare fideles suos: nouit uestire uos: ut possitis, uestem habentes nuptialem, non timere tenebras exteriores, non uincula membrorum, & manuum, & pedum.

Ex lib. de Trinitat. 1.

1. Ioan. 4. Rom. 5.

Deus igitur spiritus sanctus, qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini: accendit eum in dilectione dei & proximi: & ipse dilectio est. Non enim habet homo unde deum diligat: nisi ex Deo. Propter quod dicit. Nos cum diligimus, quia ipse prior dilexit nos. Apost. quocumque Paulus. Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nullum est istud dei dono excellentius. Solum est quod diuidit inter filios regni Dei aeterni, & filios perditionis aeternae. Dantur & alia per spiritum munerata: sed sine charitate nihil profunt. Nisi ergo tantum impartatur cuiusque spiritus sanctus: ut cum Dei & proximi faciat amator: à sinistra non transfertur ad dexteram. Nec spiritus sanctus proprie dicitur donum: nisi propter dilectionem, quam quoniam non habuerit: si linguis hominum loquatur & angelorum, sonans aramentum est: & cymbalum tinniens, & si habuerit prophetiam, & scierit omnia sacramenta, & omnem scientiam: & si habuerit omnem fidem: ita ut montes transferat: nihil est. Et si distribuero omnem substantiam suam: & si tradiderit corpus suum ut ardeat, nihil ei prodest. Quantum ergo bonum est, sine quo ad aeternam uitam, neminem tanta bona perducunt: Ipsa uero dilectio, siue charitas (nam unius rei est nomen utrumque) si habeat eam, qui non loquitur linguis angelorum, nec habet prophetiam: nec omnia scit sacramenta: omnemque scientiam: nec distribuit omnia sua pauperibus, uel non habendo quod distribuatur: uel aliqua necessitate prohibitus: nec tradit corpus suum ut ardeat: si talis passionis nulla tentatio est: perducit ad regnum. Ita ut ipsam fidem non faciat utilem, nisi charitas. Si ne charitate quippe fides potest quidem esse: sed non & prodesse. Propter quod & apostolus Paulus. In Christo, inquit, Iesu neque circumcisio aliquid ualeat: neque praeputium: sed fides quae per dilectionem operatur, sic eam discernens ab ea fide, qua & demones credunt, & contremiscunt. Dilectio igitur, quae ex deo est, & Deus, proprie spiritus sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris Deus charitas: per quem nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissime spiritus sanctus cum sit Deus: uocatur etiam donum Dei. Quod donum proprie, quid nisi charitas intelligenda est? Quae perducit ad Deum: & sine qua quodlibet aliud Dei donum, non perducit ad Deum.

Gal. 5.

Ex ser. euang. sec. Ioan. 65.

Ioan. 13.

Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam. In hoc, inquit dominus, cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis in inuicem. Tanquam diceret. Alia munerata mea habent uobiscum etiam non mei: non

solum naturam, uitam, sensum, rationem, & eam salutem quae hominibus pecoribusque communis est: uerum etiam linguas, sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, & traditionem corporis sui ut ardeant. Sed quoniam qui charitatem non habent, ut cymbala concrepant, nihil sunt: nihil illis prodest. Non ergo in illis, quam uis bonis muneribus, meis, quae habere possunt etiam non discipuli mei: sed in hoc cognoscet omnes, quia mei discipuli estis: si dilectionem habueritis in inuicem. O sponsa Christi, pulchra inter mulieres. O dealbata, ascendens et incumbens super fratrualem tuam. Quoniam cuius lumine illustraris, ut candeas, eius adiutorio fulciris ne cadas. O quam bene cantatur tibi in illo cantico canticorum, uelut epithalamio tuo: quia charitas in delictis tuis. Ipsa non perdit cum impijs animam tuam. Ipsa discernit causam tuam. Et sicut mors, ualida est: & in delictis tuis est. Quam mirandi generis mors est, cui parum fuit non esse in poenis: nisi esset in super in delictis.

Ecce accepit sacramentum natiuitatis homo baptizatus, sacramentum habet: & magnum sacramentum, diuinum, sanctum, ineffabile. Considera quale: ut nouum hominem faciat, dimissione omnium peccatorum. Attendat tamen in corde, si perfectum est ibi, quod factum est in corpore. Videat si habeat charitatem. Et tunc dicat. Natus sum ex Deo. Si autem non habet charitatem, characterem quidem impositum habet, sed desertor uagatur. Habeat charitatem aliter non se dicat natum ex Deo. Sed habeo, inquit, sacramentum. Audi apostolum. Si sciam omnia sacramenta, & habeam omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habeam: nihil sum.

Ex tractatu 5. epijs. Ioan.

Apostolus item dicit: Et si sciero omnia sacramenta, & omnem scientiam: & si habuero prophetiam, & omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habeam: nihil sum. Si dixit nihil esse si non habeat charitatem. Non sacramenta, & scientiam, & prophetiam, & fidem. Illa enim magna sunt, etiam si ille nihil sit, qui ea sine charitate habuerit: & eorum ueritatem in sua iniquitate tenuerit.

Ex lib. de unico bap.

Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habuero: nihil sum.

Ego, inquit ecclesia, si sponsa sum, si arras accepi, si precio sanguinis illius redempta sum, audio uocem sponsi & uocem amici sponsi tunc audio, si sponso meo det gloriam: non sibi. Dicat amicus. Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus autem sponsi, stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter uocem sponsi. Ecce habes sacramenta, & ego concedo. Habes formam, sed fermentum es de uite praecipuum. Tu formam ostendis, ego radicem quero. De forma fructus non exit, nisi ubi est radix. Vbi autem est radix, nisi in charitate? Et audi formam sacramentorum. Paulus loquatur. Si sciam, inquit, omnia

Ex tractatu euang. secun. Ioan. 13.

Ioan. 3.

Matth. 24.

Luce 10.

Ex li. con. Fau-
stum cap. 5.

sacramenta, & habeam omnem prophetiam, & omnem fidem, & quantam fidem? Ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Nemo ergo uobis fabulas uendat, & Pontius fecit miraculum, & Donatus orauit, & respondit ei dominus de caelo. Primo aut falluntur, aut fallunt. Postremo fac illum montes transferre, charitatem autem, inquit, non habeam, nihil sum. Videamus utrum habuerit charitatem. Credere, si non diuisisset unitatem. Nam & contra istos (ut sic loquar) mirabilia, ¹⁰ rios, cautum me fecit dominus meus, dicens. In nouissimis autem temporibus exurgent pseudo prophetae, facientes ligna, & prodigia, ut inducant si fieri potest etiam electos. Ecce praedixi uobis. Ergo sponsus cautos nos fecit, quia & miraculis decipi non debemus. Aliquando enim & defertor terret prouincialem: sed utram in caltris sit, & aliquid illi profit character ille, in quo signatus est, hoc attendit qui terreri non uult & seduci. Teneamus ergo unitatem fratres mei. Praeter unitatem, & qui facit miracula, nihil est. In unitate enim erat populus Israel, & non faciebant miracula praeter unitatem. Erant magi Pharaonis, & faciebant similia Moysi. Populus Israel (ut dixi) non faciebat. Qui erant salui apud Deum? Qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus apostolus resuscitauit mortuum, Simon Magus fecit multa. Erant ibi quidam Christiani, qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon. Sed unde gaudebant? Quia nomina ipsorum scripta erant in caelo. Nam & rediens ²⁰ bus discipulis dominus noster Iesus Christus, propter fidem gentium hoc ait. Dixerunt enim gloriantes ipsi discipuli. Ecce domine in nomine tuo etiam daemonia nobis subiecta sunt. Bene quidem confessi sunt. Detulerunt honorem nomini Christi. Et tamen quid es ait Nolite in hoc gloriar, quia daemonia uobis subiecta sunt: sed gaudete quia nomina uestra scripta sunt in caelo. Petrus daemonia excludit. Nescio quae ancilla uidua, nescio quis homo, qualiscunque laicus habens charitatem, tenens integritatem fidei, non facit haec. Petrus in corpore oculus est, ille in corpore digitus est. In eo ramentum est in quo Petrus: & si minus ualeat digitus quam oculus, non est tamen praecisus a corpore. Melius est esse digitum, & esse in corpore, quam esse oculum, & euelli de corpore.

Et si tradidero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.]

Quid ergo uos tanquam de Christiana paupertate iactatis, cum Christiana charitate careatis? Habent enim inter se, quam charitatem uocant, etiam latrones, sibi debentes facinorosam, flagitiosamque conscientiam. Sed charitatem quam commendat Apostolus, ut eam a ceteris improbandis repudiandisque secerne ³⁰ ret, ait alio loco: Finis autem precepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

Non diligamus uerbo tantum & lingua, sed opere & ueritate. Querimus in quo opere? in qua ueritate? Potest ne esse manifestius opus, quam tribuere pauperibus? Multi, hoc iactantia faciunt, non dilectione. Potest esse maius opus, quam mori pro fratribus? Et hoc multi uolunt putari facere iactantia nominis comparandi, non uisceribus dilectionis. Restat ut diligat ille fratrem, qui ante deum, ubi solus uidet, cordi suo persuadet, & interrogat cor suum, an uere propter fratrum dilectionem hoc faciat. Et perhibet illi testimonium oculus qui penetrat cor, quo homo attendere non potest. Ideo Apostolus Paulus, quia paratus erat mori pro fratribus, & dicebat: Ipse impendar pro animabus uestris, tamen quia deus hoc uidebat in corde ipsius, non homines quibus loquebatur, ait illis, Mihi autem minimum est ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Et ostendit ⁴⁰ etiam ipse quodam loco, quia solet ista fieri inanis iactantia, non firmamento charitatis. Ait enim, cum de ipsius charitatis commendatione loqueretur. Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Potest enim hoc quisquam facere sine charitate? potest. Nam qui non habent charitatem, diuiserunt unitatem. Querite ibi & uidebitis multos multa tribuere pauperibus. Videbitis ⁵⁰ alios paratos ad suscipiendam mortem, ita ut desistente persecutore, se ipsos praecipitent. Isti sine dubio, sine charitate hoc faciunt. Reuocemur ergo ad conscientiam, de qua dicit apostolus. Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Reuocemur ad conscientiam, de qua item dicit: Opus autem suum probet unusquisque, & tunc in semetipso habebit gloriam, & non in altero. Opus ergo suum probet unusquisque nostrum, utrum de uena charitatis emanet, utrum de radice dilectionis ramorum operum pullulent, Opus autem suum probet unusquisque (ait) & tunc in semetipso gloriam habebit, & non in altero. Non quando illi testimonium perhibet lingua aliena, sed quando perhibet conscientia propria.

Pascit misericordia, pascit & superbia. Hospitem suscipit misericordia, hospitem suscipit & superbia. Intercedit pro paupere misericordia, intercedit & superbia. Quid est hoc? In operibus non discernimus. Audio aliquid dicere, sed non ego. Paulus dixit: Moritur charitas, id est homo habens charitatem confitetur nomen Christi, ducit martyrium: confitetur & si ⁶⁰ perbia, ducit martyrium. Ille habet charitatem: ille non habet charitatem. Sed audiat ab Apostolo ille qui non habet charitatem. Si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ergo scriptura diuina intro nos reuocat. A iactatione huius faciei forinsecus, & ab ista superficie qua iactatur ante homines, reuocat nos intro. Redi ad conscientiam tuam, ipsam interroga. Noli attendere,

Ex tractatu 6.
epist. Ioan.
1. Ioan. 3.

1. Cor. 4.

2. Cor. 3.

Galat. 6.

Ex tractatu 8.
epist. Ioan.

Ex tractatu
Psal. 43.

Ex tractatu
Psal. 59.

Ex tractatu
Psal. 71.

Ex tractatu
Psal. 118.

tendere quod floret foris, sed quae radix est intra. Radicata est cupiditas, species potest esse bonorum factorum, uere opera bona esse non possunt. Radicata est charitas, securus esto, nihil mali procedere potest. Ipse nouit occulta cordis. Quid est nouit occulta? Quonia propter te mortificamur tota die. Deputati sumus uelut oues occisionis. Potes enim uidere mortificari hominem, quare mortificetur nescis, deus hoc nouit, res in occulto est. Sed dicit mihi aliquis. Ecce pro nomine Christi detinetur: nomen Christi confitetur. Nonne & haeretici nomen Christi confitentur? sed tamen non propter ipsum moriuntur. Prorsus in ipsa ecclesia dicam catholica, putatis defuisse aut deesse posse, qui causa uana gloria paterentur? Sed si non essent huiusmodi homines, non diceret Apostolus. Si dedero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Sciebat ergo posse esse quosdam, qui hoc iactatione facerent, non dilectione. Ideo obscurum est, Deus hoc solum uidet, nos non possumus, ipse solus potest iudicare, qui nouit occulta cordis. Galaad habet interpretationis suae uocem, & magni sacramenti. Interpretatur enim aceruus testimonij. Quantum aceruus testimonij est in martyribus? Meus est Galaad. Meus est aceruus testimonij. Mei sunt martyres ueri. Moriantur alij pro uetusta uanitate sine sale, nunquid pertinent ad aceruum testimonij? Quia si tradidero corpus meum ut ardeam charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Sunt quidam qui facilius omnia sua pauperibus distribuunt, quam quod ipsi pauperes Dei sunt. Inflat enim sunt iactantia, quae putant sibi esse tribuendum, non gratia Dei quod bene uiuunt. Et ideo iam nec bene uiuunt quae tuncque opera facere uideantur. De suo quippe habere se putant, & gloriantur quasi non acceperint: diuites sui, non pauperes Dei: abundantes sibi, non egentes Deo. Sed ait Apostolus. Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Tanquam si diceret: si distribuero omnia mea pauperibus, & pauper Dei non fuero, nihil mihi prodest. Charitas enim non inflat. Nec est uera Dei charitas in eo qui ingratus est sancto spiritui eius. Et ideo tales non pertinent ad populum Dei, quia non sunt pauperes Dei. Pauperes quippe Dei dicunt, Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis. Omnis consummationis uidi finem. Latum mandatum tuum ualde. Intrauerat quippe in santuarium dei, & intellexerat in nouissima. Omnis autem consummatio mihi uideatur hoc in loco intelligenda, usque ad mortem pro ueritate certare. & pro uero ac summo bono, mala omnia tolerare. Cuius consummationis finis est excellere in regno Christi, quod non habet finem: & habere ibi sine morte, sine dolore, & cum magno honore uitam, morte hu-

ius uitae ac doloribus & opprobrijs acquisita. Quod autem addidit, Latum mandatum tuum ualde, non intelligo nisi charitatem. Quid enim profuisset quacumque morte imminente, & inter quantacumque tormenta illa martyria confiteri, si charitas in confitente non esset? Audiamus Apostolum. Et si tradidero (inquit) corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

¹⁰ Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. In hac diffusionem latitudo est, in qua sine angustijs uia quoque ambulatur angusta, donante illo cui dictum est. Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata uestigia mea. ¹⁵ Pastor ergo bonus Christus. Quid Petrus? Nonne pastor bonus? Nonne & ipse pro ouibus animam posuit? Quid Paulus? Quid ceteri Apostoli? Quid eorum tempora confitentur beati episcopi martyres? Quid etiam sanctus Cyprianus? nonne omnes pastores boni, non mercenarij, de quibus dicitur.

²⁰ Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Omnes ergo isti pastores boni, non solum quia sanguinem fuderunt, sed quia pro ouibus fuderunt. Non enim fuderunt elatione, sed charitate. Nam & apud haeticos qui propter iniquitates & errores suos aliquid molestiarum perpessi fuerunt, nonne martyres se iactant, ut hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi sunt? Si autem scire uultis in quo numero habendi sunt, pastorem bonum Paulum Apostolum audite, quoniam non omnes qui corpora sua in passione etiam ignibus tradunt, aestimandi sunt sanguinem fudisse pro ouibus, sed potius contra oues. Si linguis hominum (inquit) loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum aramentum sonans, & cymbalum tinniens. Si sciero omnia sacramenta, & habuero omnem prophetiam & omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Magna ergo res est postremo, fides montes transferens. Illa quidem magna sunt, sed si ego haec (inquit) sine charitate habeam, non illa, sed ego nihil sum. Sed adhuc istos non tetigit qui falso martyrij nomine in passionibus gloriantur. Audite ut eos tangat, immo potius ut transfodiat. Si distribuero (inquit) omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum ut ardeam, nunquid iam nihil sum. Sed uide quid sequitur. Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ecce uenitur ad passionem, ecce uenitur & ad sanguinis effusionem, uenitur & ad corporum incensionem, & tamen nihil prodest, quia charitas deest. Adde charitatem, profunt omnia. Detrahe charitatem, nihil profunt cetera. Quale bonum est charitas ista fratres? Quid preciosius? quid luminosius? quid securius? Multa sunt Dei dona, quae tamen habent & mali. Qui dicuntur sunt. Domine in nomine tuo prophetauimus, in nomine tuo daemonia eiecimus, in nomine tuo uirtutes

Roma. 8.

Psal. 17.

Ex tractatu
de uerb. eu. 51

Matth. 6.

tes multas fecimus. Nec respondebit ille, non fecistis: non enim in conspectu tanti iudicis mentiri audebunt, aut iactare quae non fecerunt. Sed quia charitatem non habuerunt, respondebit omnibus illis. Non noui uos. Quomodo autem habet uel exiguam charitatem qui etiam conuictus non amat unitatem? Et in id ad salutem non ad Ecclesiae pacem, non ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam & indiuiduam charitatem, sed ad mala aliqua cogere, nec tibi sic ipse mortem inferre debuisti.

Ex epi. ad Doct. presbyt.

Audiui quod dixeris Apostolum Paulum significasse hoc fieri debere ubi ait. Et si tradidero corpus meum ut ardeam, quia uidelicet omnia bona dicebat, quae sine charitate nihil profunt, sicut sunt linguae hominum & angelorum, & omnia sacramenta, & omnis scientia, & omnis prophetia, & omnis fides, ita ut montes tranterantur, & rerum rarum distributio pauperibus. Ideo uidetur tibi etiam hoc inter bona numerasse, ut tibi quisque inferat mortem? Sed attende diligenter, & agnosce quemadmodum dicat scriptura quod tradat unusquisque suum corpus ut ardeat, non utique ut ipse se in ignem mittat, quando persequentem patitur inimicum, sed quando ei proponitur, ita ut aut mali aliquid faciat, aut mali aliquid patiat, eligat non facere mala, quam non pati mala, atque ita corpus suum tradat in potestatem interfectoris, sicut tres illi uiri fecerunt qui auream statuam cogebantur adorare, & nisi facerent, minabatur eis ille qui cogebat, caminum ignis ardentem. Idolum adorare noluerunt, non se ipsi in ignem miserunt, & tamen etiam de illis scriptum est quod tradiderunt corpora sua ut neque seruirent, neque adorarent ullum deum, sed Deum suum. Ecce quomodo dicit Apostolus. Si tradidero corpus meum ut ardeam. Quod autem sequitur, uide. Si charitatem non habeam, nihil mihi prodest. Ad istam charitatem uocaris, ad istam charitatem pertinere non siceris, & putas tibi aliquid prodesse si te ipse precipites in interitum, cum tibi nihil prodesset etiam si alter occideret charitatis inimicum? Foris autem ab ecclesia constitutus, & separatus a compage unitatis & uinculo charitatis, aeterno supplicio punireris, etiam si pro Christi nomine uiuus incendereris. Hoc est enim quod ait Apostolus. Et si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

Ex ser. de laude charitatis.

Charitas patiens est benigna est. Vid ergo de charitate maius aut uberius possim dicere, quam quas per os Apostoli laudes eius intonat dominus? Quanta est ista anima linguarum, prophetiae uirtus, sacramentorum salus, scientiae solidamentum, fidei fructus, diuitiae pauperum, uita morientium? Quid tam magnanimum, quam pro impijs mori? Quid tam benignum quam & inimicos diligere? Sola est quam felicitas sua non extollit, quia non inflatur. Sola est quam conscientia mala non pungit, quia non agit per-

peram. Inter obprobria secura est, inter odia benefica est. Inter iras placida est, inter inuidias innocens, inter iniquitates gemens, in ueritate respirans. Quid illa fortius, non ad retribuendas, sed ad non curandas iniurias? Quid illa fidelibus non uanitati, sed eternitati. Nam ideo tolerat omnia in praesenti uita, quia credit omnia de futura uita. Et suffer omnia quae hic immittuntur, quia sperat omnia quae ibi promittuntur. Merito nunquam cadit.

Charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa.

Ubi est inuidia, amor fraternus esse non potest. Intendat charitas uestra. Qui inuidet non amat. Peccatum diaboli est in illo, quia & diabolus inuidendo deiecit. Cecidit enim & inuidit statim. Non ideo uoluit deicere ut ipse staret, sed ne solus caderet. Tenete in animo ex hoc quod subiici, inuidiam non posse esse in charitate. Habes aperte cum laudaretur ipsa charitas. Charitas non emulatur. Non fuit charitas in Cain. Et nisi esset charitas in Abel, non acciperet deus sacrificium eius.

Charitas non emulatur. Quaeis causam? attende quod sequitur. Non inflatur. Prior est in uitijs superbia, deinde inuidia, non enim inuidia peperit superbiam, sed superbia peperit inuidiam. Non enim inuidet nisi amor excellentiae. Amor excellentiae superbia uocatur. Cum ergo in ordine prior sit superbia, sequatur autem inuidia, Apostolus in laudibus charitatis noluit dicere prius non inflatur & postea non emulatur, sed prius dixit, non emulatur postea non inflatur. Quare hoc? Quia cum dixisset, Non emulatur, quasi quaesituras causas quare non emulatur, subdidit, Non inflatur. Ergo si ideo non emulatur quia inflatur, si inflaretur, emularetur, hoc in uobis crescat & animo solidetur quia non inflatur.

Dilectio enim non inflatur, & Deus dilectio est, & fideles in dilectione acquiescunt illi. Reuocat a strepitu qui foris est ad gaudij silentia. Ecce deus dilectio est. Ut quid imus & cur imus in sublimia caelorum & ima terrarum, quarentes eum qui est apud nos, si nos uelimus esse apud eum? Nemo dicat non noui quid diligam. Diligat fratrem, & diligat eandem dilectionem. Magis autem nouit dilectionem qua diligit, quam fratrem quem diligit. Ecce iam potest notioem Deum habere quam fratrem. Plane notioem, quia praesentioem, notioem quia interiorum, notioem quia certioem. Amplectere dilectionem deum, & dilectione amplectere deum. Ipsa est dilectio quae omnes bonos Angelos, & omnes Dei seruos consociat uinculo sanctitatis, nosque & illos coniungit inuicem nobis & subiungit sibi. Quanto igitur saniores sumus & timore superbia, tanto sumus dilectione pleniores. Et quo alio nisi deo plenus est, qui plenus est dilectione?

Non querit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Omnia suffert.]

Ex ser. 5. epist. Ioann.

Ex ser. de uer. euang.

Ex li. de ueritate 8.

Necq

Ex lib. de Genesi ad litera.

Neque enim essent etiam homines amatores pecuniae nisi eo se putarent excellentiores quo ditiores. Cui morbo contraria charitas non querit quae sua sunt, id est non priuata excellentia letatur. Merito ergo & non inflatur.

Ex lib. de spi. et lite. 1. Ioan. 4. De hoc latius in collationib.

Charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Inter eos utique quos connexos sibi met unum facit, non enim quodlibet credere bonum est. Nam unde illud fratres, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritum qui ex Deo est? Nec in laudibus charitatis quod dictum est, Omnia credit, sic accipiendum est ut charitati cuiuspiam derogemus, si non quod audierit statim crediderit. Quid quod charitas eadem admonet non facile de fratre aliquid mali esse credendum: & cum tale aliquid dicitur, hoc a se magis iudicat pertinere ne credat? Postremo ipsa charitas quae omnia credit, non omni spiritui credit. Ac per hoc omnia quidem credit, sed deo. Quia non dictum est, omnibus credit.

Bernard. in sermone de septem spiritibus, qui incipit. Magister serm. Gentium Paulus.

Ex tractatu 9. Epi. Ioan. 1. Ioan. 4.

Charitas nunquam excidit, siue prophetiae euacuabuntur, siue linguae cessabunt, siue scientia destruetur.]

Deus dilectio est, & qui manet (inquit) in dilectione, in Deo manet, & Deus in illo manet. Sit tibi domus deus, et domus dei. Mane in deo, & maneat in te Deus. Manet in te deus ut te contineat, manes in deo ne cadas. Quia sic de ipsa charitate Apostolus dicit. Charitas nunquam cadit. Quomodo cadet quem continet Deus?

Ex lib. 22. de ciui. Dei

Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. In illo corpore spiritali uidebunt sancti omnia non solum si oculis claudant, uerum etiam unde sunt corpore absentes. Tunc enim erit perfectum illud de quo loquens apostolus, ex parte (inquit) scimus, & ex parte prophetamus: cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Deinde ut quomodo possit aliqua similitudine ostenderet quantum ab illa quae futura est distet haec uita, non qualiumcumque hominum, uerum etiam qui praecipua hic sanctitate sunt praediti. Cum essem, inquit, paruulus ut paruulus loquebar, ut paruulus sapiebam, quasi paruulus cogitaba. Cum autem factus sum uir, euacuaui ea quae paruuli erant. Videmus nunc per speculum in aenigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Si ergo in hac uita, ubi hominum mirabilium prophetia ita comparanda est illi uita quasi paruuli adiuuena, uidit tamen Heliseus accipientem munera seruum suum ubi ipse non erat, ita ne cum uenerit quod perfectum est, nec iam corpus corruptibile aggrauabit animam, sed incorruptibile nihil impediet, illi sancti ad ea quae uidentur sunt oculis corporeis, quibus Heliseus absens ad seruum suum uidentum non indignuit, indigebunt?

4. Reg. 5.

Nam secundum septuaginta interpretes ista sunt ad Giezi uerba prophetae. Nonne cor meum est tecum quando conuersus est uir de curru obuiam tibi: & accepisti pecuniam & cate-

ra. Sicut autem ex Hebraeo interpretatus est presbyter Hieronymus. Nonne cor meum, inquit, in praesenti erat quando conuersus est homo de curru suo in occursum tuum? Corde ergo suo se dixit hoc uidisse propheta, adiuto quidem mirabiliter nullo dubitate diuinitus. Sed quanto amplius tunc omnes munere isto abundabunt, cum Deus erit omnia in omnibus? Habebunt tamen etiam illi oculi corporis officium suum, & in loco suo erunt, ut eturque illis spiritus per spiritale corpus. Neque enim & ille propheta quia non eis indiguit ut uideret absentem, non ei usus est ad uidentem praesentia, quae tamen spiritu uidere possent etiam si illos clauderet, sicut uidit absentia ubi cum eis ipse non erat. Apostolus dicit. Ex parte scimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum est, quod ex parte est euacuabitur. Quid est perfectum? In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc est perfectum. Quid est perfectum? Dicit & Apostolus. Paulus. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo. Huc aequalem deo patri, hoc uerbum dei apud deum, per quod facta sunt omnia, uidebimus sicuti est, sed in fine. Nam nunc quod Ioannes euangelista dicit, Dilectissimi filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Haec uisio nobis promittitur. Ad hanc uisionem erudimur, ad hanc uisionem corda mundamus. Beati enim mundi corde, quoniam ipsi deum uidebunt.

Cum essem paruulus loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando autem factus sum uir, euacuaui quae erant paruuli.]

Apostolus ad illa ineffabilia, quaecumque adhibes de notis rebus exemplum, paruulam etatem uirili comparauit aetati. Cum essem, inquit, paruulus, quasi paruulus loquebar, quasi paruulus sapiebam, quasi paruulus cogitaba. Cum autem factus sum uir, quae paruuli erant deposui. Cur autem haec dixerit, consequenter ostendens. Videmus nunc (inquit) per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.]

Mirificata est scientia tua ex me. Inualuit, & non potero ad illam. Ex me quippe intelligo quam sit mirabilis & incomprehensibilis scientia tua qua me fecisti, quando nec me ipsum comprehendere ualeo quem fecisti. Et tamen in meditatione mea exardescet ignis, ut quaram faciem tuam semper. Incorporale substantiam scio esse sapientiam, & lumen esse in quo uidentur quae oculis carnalibus non uidentur, & tamen uir tantus tamque spiritalis, uideamus nunc (inquit) per speculum in aenigmate tunc autem facie ad faciem. Quale sit, & quod sit hoc speculum, si quaramus, profecto illud occurrit quod in speculo nisi imago non cernitur. Hoc ergo facere conati sumus, ut per hanc imaginem quod nos sumus quaereremus, & uideret.

1. Cor. 15.

Ex serm. in n. s. Ioan. Baptiste Ioan. 1.

Philip. 2.

1. Ioan. 3.

Ex lib. de spir. et liter. uel ex lib. 2. de baptis. par.

Ex li. de trinitate 15.

Zz 3 dere.

2. Cor. 3.

deremus utcunque à quo facti sumus tanquā per speculum. Hoc significat etiam illud quod ait idem Apostolus. Nos autem reuelata facie gloriam dei speculantes, in eandem imaginē transformamur de gloria in gloriam, tanquam à Dei spiritu. Speculantes dixit, per speculum uidentes, non de specula prospicientes.

Quod in Græca lingua non est ambiguum unde in Latinam linguam translata sunt Apostolicae literæ. Ibi quippe speculum ubi apparent imagines rerum, à specula, de cuius altitudine longius aliquid intuemur, etiam sono uerbi distat omnino: satisque apparet Apostolum ab speculo, non ab specula dixisse, gloriam Domini speculantes. Quia uero addidit in ænigmate, multis hoc incognitum est, qui eas literas nesciunt, in quibus est quedam doctrina de locutionum modis, quos Græci Tropos uocant, eoque Græco uocabulo etiam nos utimur pro Latino. Sicut enim schemata uisitatius dicimus quam figuras, ita uisitatius tropos quam modos. Singulorum autem modorum siue troporum nomina, ut singulis singula referantur, difficillimum est & insolentissimum Latine enunciare. Unde quidam interpretes nostri, quod ait Apostolus, Quæ sunt in allegoria, nolentes Græcum uocabulum ponere, circumloquendo interpretati sunt, dicentes. Quæ sunt aliud ex alio significancia. Huius autem tropi, id est allegoriae, plures sunt species, in quibus est etiam quod dicitur ænigma. Definitio autem ipsius nominis generalis, omnes etiam species complectatur necesse est. Ac per hoc sicut omnis æquus animal est, non omne animal equus est, ita omne ænigma allegoria est, non omnis allegoria ænigma est. Quid est ergo allegoria nisi tropus ubi ex alio aliud intelligitur: quale illud est ad Thessalonicenses. Itaque non dormiamus sicut ceteri, sed uigilemus & sobrii simus.

1. Thess. 5.

Nam qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte ebrii sunt. Nos autem qui dei sumus, sobrii simus. Sed hæc allegoria non est ænigma. Nam nisi multum tardis iste sensus in promptu est, ænigma autem est (ut breuiter explicem) obscura allegoria, sicut est, Sanguisugæ tres erant filia, & quæcunque similia. Sed ubi allegoriam nominauit Apostolus, non in uerbis eam repperit, sed in facto, cum ex duobus filiis Abraham, uno de ancilla, altero de libera quod non tantum dictum, sed etiam factum fuit, duo testamenta intelligenda monstrauit, quod antequam exponeret, obsecrum fuit. Proinde allegoria talis, quod est generale nomen, posset specialiter ænigma nominari. Sed quia non solum qui eas literas nesciunt quibus discuntur tropi, querunt quid dixerit Apostolus nunc in ænigmate nos uiderere, uerum etiam qui sciunt, tamen quid sit illud ænigma, ubi nunc uidemus nosse desiderant, ex utroque una est inuenienda sententia. Et ex illo scilicet quod ait, Videmus nunc per speculum, & ex isto quod addidit, in ænigmate,

te. Vna est enim cum tota sic dicitur. Videmus nunc per speculum in ænigmate. Proinde quantum mihi uidetur, sicut nomine speculi imaginem uoluit intelligi, ita nomine ænigmatis quæ uis similitudinem, tamen obscuram & ad perspicendum difficilem. Cum igitur speculi & ænigmatis nomine quæcunque similitudines ab Apostolo significatae intelligi possint, quæ accommodatae sunt ad intelligendum Deum eo modo quo potest, nihil tam est accommodatius quam id quod imago eius non frustra dicitur. Nemo itaque miretur etiam in isto uidentis modo qui concessus est huic uitæ, per speculum scilicet in ænigmate, laborare nos ut quomodocunque uideamus. Nomen quippe hic non sonaret ænigmatis, si esset facilitas uisionis. Dico enim uobis quod angeli eorum semper in caelis uident faciem patris mei qui in caelis est. Sicut ergo illi uident, ita & nos uisuri sumus, sed nondum ita uidemus. Propter quod ait Apostolus, uidemus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Præmum itaque fidei nobis uisio ista seruetur. De qua & Ioannes loquens, Cum apparuerit (inquit) similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Facies autem dei, manifestatio eius intelligenda est, non aliquod tale membrum quale nos habemus in corpore, atque in isto nomine nuncupamus. Itaque uisuri sunt Deum sancti in isto corpore: sed utrum per ipsum sicut per corpus nunc uidemus solem, lunam, stellas, mare, ac terram, & quæ sunt in ea, non parua quaestio est. Durum est enim dicere quod si sancti talia corpora tunc habebunt, ut non possint oculos claudere, & aperire cum uolent. Durius autem quod ibi deum quisquis oculos clauerit non uidebit. Si enim Propheeta Heliseus puerum suum Giezi absens corpore uidit accipientem munera quæ dedit ei Naaman Syrus, quanto magis in illo spiritali corpore uidebunt sancti omnia, non solum si oculos claudant, uerum etiam unde sunt corpore absentes. Illud quoque quod ait Apostolus, facie ad faciem, non cogit ut Deum per hanc faciem corporalem, ubi sunt oculi corporales, nos uisuros esse credamus, quem spiritu sine intermissione uidebimus. Nisi enim esset etiam interioris hominis facies, non diceret idem Apostolus. Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam, tanquam à Domini spiritu.

10

20

30

40

50

60

Ex lib. de trinitate 15.

Ex li. 22. de ciuitate dei. Matth. 18.

1. Io. 3.

Ex tractatu euā. sec. 10. 34.

gna

Ad Pauli. de ni. deo.

gna promissio. Si amas, sequere. Unigenitus filius idemque mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus ita uidet patrem sicut uidetur à patre, nos autem ad illam uisionem dei quæ nobis in resurrectione promittitur, non ex hoc mundo ista concupiscentiam oculorum transferre conemur, sed mundandis cordibus pio studeamus affectu, nec corporalem faciem cogitemus cum dicit Apostolus. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: præsertim quia expressius dixit. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Si ergo tunc corporali facie deum cognoscemus, corporali nunc eius facie cogniti sumus. Tunc enim cognoscā (inquit) sicut & cognitus sum. Unde si queris, unde eum uidebimus? respondo unde angeli uident, quibus tunc erimus æquales. Sicut enim uidentur ista quæ uisibilia nominantur, deum nemo uidit unquam, nec uideri potest, quoniam lucem inhabitat inaccessibilem, & est natura inuisibilis, sicut in corruptibilis, quæ cōtextim Apostolus posuit dicens. Regi autem seculorum inuisibili incorruptibili. Quia sicut nunc incorruptibilis, nec postea corruptibilis: ita non solum nunc, sed etiam semper inuisibilis. Unigenitus autem filius, qui est in sinu patris, deitatis naturam atque substantiam insonabiliter narrat, & ideo dignis idoneisque tanto conspectu oculis etiam inuisibiliter monstrat. Ipsi enim sunt oculi de quibus Apostolus dicit. Illuminatos oculos cordis uestri. Et de quibus dicitur. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in mortem. Dominus autem spiritus est, unde qui adharet Domino unus spiritus est, proinde qui potest deum inuisibiliter uidere, ipse eum potest incorporaliter uidere, ipse potest deo incorporaliter adherere. In qua ergo non rapinam arbitratus est esse æqualis deo, in illa dei forma tunc uidebunt eum qui uidebunt sicuti est.

1. Io. 4.

1. Tim. 1.

Eph. 1. Psal. 12. 1. Cor. 5.

Ex epi. ad Italicam

ut in hac uita quantumcumque prouectus sit, longe ab sit ab illa perfectione similitudinis, quæ idonea erit ad uidendum Deum (sicut dicit apostolus) facie ad faciem. In quibus certe uerbis si corporaliter faciem uoluerimus accipere, consequens erit ut etiam Deus talem habeat faciem, & si aliquod interuallum inter nostram & ipsius, cum eum uidebimus facie ad faciem: & si interuallum, utique & finis, & membrorum habitus terminatus, & cætera absurda, dicuntur & cogitatu impia, quibus animalis homo non percipiens ea quæ sunt spiritus dei, fallacissimis uanitatibus luditur. Dicunt enim quidam eorum, qui talia garrunt, sicut ad me potuit peruenire, nos Deum uidere nunc mente, tunc corpore: ita ut etiam impios eum pari modo asseuerant esse uisuros. Vide quantum in perius profecerint, dum sine limite timoris uel pudoris hac atque hac uagabunda fertur impunita loquacitas. Antea dicebant, carnis suæ tantum hoc præstitisse Christum, ut corporis oculis uideret deum. Deinde addiderunt etiam omnes sanctos receptis in resurrectione corporibus, eodem modo deum esse uisuros. Nunc iam istam possibilitatem etiam impijs donauerunt. Donent sane quantum uolunt, & quibus uolunt. Nam quis audeat contradicere hominibus de suo donantibus? Qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur. Tu autem cum ijs qui sanam doctrinam tenent, nihil istorum audeas usurpare de tuo: sed cum legis, Beati mundicordes quoniam ipsi deum uidebunt, intellige impios non uisuros, neque enim beati & mundicordes sunt impij. Item cum legis, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, intellige inde nos tunc uisuros facie ad faciem, unde nunc uideamus per speculum in ænigmate. Hoc autem utrumque interioris hominis munus est, siue cum in ista peregrinatione adhuc per fidem ambulat, in qua utitur speculo & ænigmate, siue in illa patria cum per speciem cōtemplabitur. Pro qua uisione positum est, Facie ad faciem.

10

20

30

40

50

60

Ex li. retr.

Perfectam cognitionem dei (hoc est, quæ homini maior esse non possit) in futura uita sperat apostolus, quæ sola beata uita dicenda est, ubi & corpus incorruptibile atque immortale spiritui suo, sine ulla molestia, uel reluctatio ne subdetur. Non quia in hac uita nihil uerum omnino inueniri potest quod mente cernatur non fide credatur, sed quia tantum est quicquid est, ut non faciat beatissimos. Neque enim quod ait Apostolus, uidemus nunc per speculum in ænigmate, & nunc scio ex parte, non cernitur mente. Cernitur plane, sed beatissimos nondum facit. Illud enim beatissimos facit quod ait. Tunc autem facie ad faciem. Et tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Qui hoc inueniunt, ipsi dicendi sunt in beatitudinis possessione consistere, ad quam ducit uia fidei quam tenemus, & quo credendo cupimus peruenire. Quod dominus noster Iesus Christus sorores Lazari interrogat dicens, Ubi

Ex libro 83. eum posuistis uocationem nostram quæ fit in occulto, arbitror significare. Prædestinatio enim nostræ uocationis occulta est. Cuius secreti signum est interrogatio domini quasi nescientis, cum ipsi nesciamus, sicut dicit Apostolus. Vt cognoscam, sicut & cognitus sum.

Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem his est charitas.]

Ex lib. de doctr. chri. Tria hæc sunt quibus, & scientia omnis & prophetia militat, fides, spes, charitas: sed fidei succedit beatitudo ipsa ad quam peruertitur sumus. Charitas autem etiam istis decedentibus, augebitur potius. Si enim credendo diligimus quod nondum uidemus, quanto magis cum illud uidere cœperimus? & si sperando diligimus quo nondum peruenimus, quanto magis cum peruenerimus? Inter temporalia quippe atque æterna hoc interest, quod temporale aliquid plus diligitur antequam habeatur, uile scilicet autem cum aduenierit. Non enim fatiat animam cui uera & certa sedes est æternitas: æternum autem ardentius diligitur adeptum, quam desideratum. Nulli enim desideranti conceditur plus de illo exilimare quam se habet, ut ei uilescat cum minus inuenierit: sed quantum quisque ueniens existimare potuerit, plus perueniens inueniturus est. Homo itaque fide, spe, charitate subnixus, eaquæ inconcussa retinens, non indiget scripturis nisi ad alios instruendos. Itaque multi per hæc tria, etiam in solitudine sine codicibus uiuunt. Vnde in illis arbitror iam impletum esse, quod dictum est, siue prophetia euacuabitur, siue linguæ cessabunt, siue scientia euacuabitur. Quibus tamē quasi machinis tanta fidei, spei, & charitatis in eis surrexit instructio, ut perfectum aliquid tenentes, ea quæ sunt ex parte non querant. Perfectum sane, quantum in hac uita potest. Nam in comparatione future uitæ nullius iusti & sancti est uita ista perfecta. Ideo manent (inquit) fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem charitas. Quia & cum quisque ad æterna peruenierit, duobus istis decedentibus, charitas altior & certior permanebit. Cum iustus ex fide uiuat, finisque præcepti sit charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, manentque ad formandam uitam fidelium tria hæc, fides, spes, charitas, unde fieri potest, ut pares cum aliquo mores habeat, qui hæc tria cum illo paria non habet. Qui enim aliud credit, aliud sperat, aliud amat, necesse est ut aliter uiuat. Et si uisus quarundam rerum similis uidetur nobis esse cum gentibus sicut cibi & potus, tectorum, uestimentorum lauacrorum, & qui ex nostris conjugalem uitam gerunt, uxorum ducendarum & habendarum, filiorum gignendorum, nutriendorum, hereditandorum, longe tamen aliter his rebus utitur qui ad alium finem usum earum refert, & aliter qui ex his deo gratias agit, de quo praua & falsa non credit, eisdem res non ad eundem finem referendo, sed ad finem legitimi, diuini que præcepti, charitatem de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, a quibus quidam oberantes, conuersi sunt in uaniloquium.

Ex lib. con. Euseb. cap. 20.

1. Tim. 1.

Ex lib. ad Consentium de Trinit. Pia fides sine spe & sine charitate esse non uult. Sic ergo homo fidelis debet credere quod nondum uidet, ut uisionem speret & amet. Et uisibilem quidem rerum præteritarum, quæ temporaliter transierunt, sola fides est, quoniam non adhuc uidentia sperantur, sed facta & transacta creduntur, sicut est illud, quod Christus semel pro peccatis mortuus est, & Resurrexit propter iustificationem nostram, nec iam morietur, & mors ei ultra non dominabitur. Ea uero quæ nondum sunt, sed futura sunt sicut nostrorum spiritalium corporum resurrectio, ita creduntur, ut etiam uidentia sperentur, sed ostendi nullo modo possunt. Quæ uero ita sunt, ut neque prætereant, neque futura sint, sed æterna permaneant, partim sunt inuisibilia, sicut iustitia, sicut sapientia: partim uisibilia, sicut Christi inmortale iam corpus. Sed inuisibilia intellecta conspiciuntur, ac per hoc & ipsa modo quodam sibi congruo uidentur, multoque certiora sunt quam ea quæ corporis sensus attingit: sed ideo dicuntur inuisibilia, quia oculis istis mortalibus uideri omnino non possunt. At illa quæ uisibilia sunt, si ostendantur, possunt etiam his mortalibus oculis conspici, sicut se discipulis post resurrectionem dominus ostendit, sicut etiam post ascensionem apostolo Paulo & diacono Stephano. Proinde ista uisibilia permanentia, ita credimus, ut etiam si non demonstrantur speremus ea nos quandoquæ uisuros. Sed hæc inuisibilia, simplici mentis atque rationis intentione intellecta conspiciuntur sine ullis formis & molibus corporalibus, sine ullis lineamentis figurisque membrorum, sine ullis localibus siue finitibus, siue spatijs infinitis. Hoc ergo lumen ubi hæc cuncta dii dicuntur, non utique sicut huius solis, et cuiusque corpori luminis fulgor, per localia spatia circumquaque diffunditur, mentemque nostram quasi uisibilem candore collustrat, sed inuisibiliter & ineffabiliter, & tamen intelligibiliter luceat, tamque nobis certum est, quam nobis efficit certa quæ secundum ipsum cuncta conspiciuntur.

Ex lib. ad Consentium de Trinit.

Rom. 6.

Cum uenerit quod perfectum est, quod ex parte est destruetur, id est iam non ex parte erit, sed ex toto: quia fidei & spei iam res ipsa non quæ credatur, & speretur, sed quæ uideatur teneaturque, succedet. Charitas autem, quæ his tribus maior est, non auferetur, sed augetur & implebitur, contemplata quod credebatur, & quod sperabat indepta. In qua plenitudine charitatis præceptum illud implebitur. Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiæ, quod uel continendo frenetur, non omnimodo ex tota anima diligitur Deus. Non enim caro sine anima concupiscit, quantum caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit. Nullum aliud canticum docet nos

Ex lib. de perfectione iustitie ho.

Matth. 22.

Ex tractatu psalm. 91.

Rom. 8.

Ex ser. de uer. euange. 82. Iacobi. 2.

nos Deus, nisi fidei, spei, & charitatis, ut fides nostra firma sit in ipso quando non illum uidemus, credentes in eum quem non uidemus, ut gaudeamus cum uiderimus, & fidei nostræ succedat species lucis eius. Vbi iam nobis non dicetur, crede quod non uides sed gaude quia uides. Spes etiã nostra incommutabilis sit, & figatur in illo, & non nutet & fluctuet non agitur, sicut ipse Deus in quo figitur, non potest agitari. Spes enim modo uocetur, tunc non spes, sed res erit. Tãdiu em uocatur spes, quãdiu non uidetur quod speratur. Dicente Apostolo. Spes autem quæ uidetur non est spes. Quod enim uidet quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Modo ergo patientia necessaria est, donec ueniat quod promissum est. Nemo autem patientis est in bonis. Quando exigitur de homine patientia in malis agit. Quando dicitur, patientis esto, tolera, sustine, molestia est, sub qua te deus uult esse fortem, tolerantiam, longanimitatem patientem. Sed nunquid decipit qui promissit? Medicus exierit ferrum ad secanda uulnera, & dicit ei quem secutus est, patientis esto, sustine, tolera. In doloribus exigit patientiam, sed post dolores promittit salutem. Et ille qui tolerat dolores in ferro medici, nisi sibi proponat sanitatem quam nondum habet, deficit in dolore quem patitur. Multa ergo mala sunt in isto seculo, intus, foris profus non cessant. Abundant scandala, nemo illa sentit, nisi qui graditur uiam dei. Ei dicitur in omnibus diuinis paginis, ut toleret presentia, speret futura, amet quem non uidet, ut amplectatur cum uiderit. Charitas enim quæ tertia nobis adiungitur ad fidem & ad spem, maior est supra fidem & spem quia fides rerum est quæ non uidetur, erit autem species cum uis fuerint. Et spes rei est quæ non tenetur: adueniente ipsa re, non erit iam spes, quia tenebimus, non sperabimus. Charitas autem non nouit nisi crescere magis magisque. Si enim amamus quæ non uidemus, quomodo amari sumus cum uiderimus? Incipit homo à fide, quid pertinet ad fidem? Credere. Sed ad hoc ut ista fides discernatur ab immundis spiritibus, ait Apostolus Iacobus. Et demones credunt & contremiscunt. Si tantum credis, & sine spe uiuis, uel dilectionem non habes. & demones credunt & contremiscunt. Quid magnum est? Dicit Christum filium Dei, hoc dixit Petrus, & audiuit. Beatus es Simon Bariona. Hoc dixerunt & demones, & audierunt. Obmutescite. Prius ergo discernere fidem tuam à fide demonis. Vnde enim discernat? Demones hoc dixerunt timendo, Petrus a mandando. Ade ergo fidei spes. Et quæ spes est nisi de aliqua conscientia bonitate? Speique ipsi adde charitatem, id est supereminentem uiam, dicente Apostolo Paulo. Supereminentem uiam uobis demonstrat. Fides enim quæ per dilectionem operatur, sine spe esse non potest. Cum autem uenerimus, iam non erit ibi fides. Dicitur nobis, crede: Non utique, uide

bimus eum, contemplabimur eum. Dilectissimi mi, filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Quia nondum apparuit, ideo fides. Scimus quod cum apparuerit, similes ei erimus. Nunquid quia credimus non. Quare ergo quoniam uidebimus eum sicuti est. Quid spes, erit ibi spes: non erit iam spes quando erit res. Etenim ipsa spes peregrinationi necessaria est. Ipsa est quæ consolatur in uia. Victor enim quando laborat ambulando, ideo labore tolerat quia peruenire sperat. Tolle illi spem perueniendi, continuo franguntur uires ambulandi. An fallit nos Apostolus, qui dicit habitare Christum per fidem in cordibus nostris? Modo per fidem, tunc per speciem: modo per fidem quando in uia, quando in peregrinatione. Quando enim sumus in corpore, peregrinamur à domino, per fidem enim ambulamus, non per spem. Si hoc est fides, quid erit spes? Audi quid erit. Vt sit deus omnia in omnibus. Hoc modo credimus, hoc modo speramus. Cum uenerimus tenebimus, & iam uisio erit, non fides, & iam res erit, non spes. Charitas quid? nunquid & ipsa modo est, & tunc non erit? Si amamus credendo & non uidendo, quo modo amabimus uidendo & tenendo? Ergo charitas non tantum erit, sed perfecta erit, sicut ait Apostolus. Maior autem horum est charitas. Dilectione instandum est ad illud, & inhaerendum illi, ut presente persuamur à quo sumus, quo absente nec esse possemus. Cum enim per fidem adhuc ambulamus non per spem, nondum utique uidemus deum, sicut idem ait, facie ad faciem. Quem tamen nunc iam diligamus, nunquam uidebimus. Sed quis diligit quem ignorat? Scri enim aliquid & non diligi potest, diligi autem quod nescitur quare utrum possit. Quia si non potest, nemo diligit deum antequam sciat. Et quid est deum scire, nisi cum mente conspiciere firmoque percipere? Non enim corpus est, ut carnis oculis inquiratur. Sed & prius quam ualeamus conspiciere atque percipere Deum sicut conspici & percipi potest, quod mundis cordibus licet (beati enim mundi cordes, quoniam ipsi deum uidebunt) nisi per fidem diligatur, non poterit cor mundari, quo ad eum uidendum sit aptum & idoneum. Vbi sunt enim illa tria, propter quæ in animo ædificanda, omnium diuinorum librorum machinamenta consurgunt fides, spes, charitas, nisi in animo credente quod nondum uidet, & sperante atque amante quod credit? Amat ergo & quod ignoratur, sed tamen creditur. Nimirum autem caudum est ne credens animus id quod non uidet, fingat sibi aliquid quod non est, & speret diligitque quod falsum est. Quod si fit, non erit charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, quæ finis præcepti est, sicut idem dicit Apostolus.

2. Cor. 5.

Ex lib. de uer. euange.

Matth. 5.

Non enim hoc est habere oculos, quod aspicere, aut ita hoc est aspicere quod uidere. Ergo anima tribus quibusdam rebus opus est, ut oculos habeat, beat,

1. Tim. 1.

Ex li. foli. loquitorum

beat, quibus iam bene uti possit, ut aspiciat, & ut uideat. Oculis animæ mens est ab omni la-be corporis pura, id est à cupiditatibus rerum mortalium iam remota atq; purgata. Quod ei nihil aliud præstat quam fides primo. Quod enim adhuc ei demonstrari non potest uitæ inquinatæ atq; ægrotantæ, quia uidere nequit nisi sana, si non credat aliter se non esse uisuram, non dat operam sue sanitati. Sed quid si credat quidem ita ferem habere ut dicitur, atq; ita se si uidere potuerit esse uisuram, sanari tamen se posse desperet: non se prorius abiicit atq; contemnit, nec præceptis medici obtemperat, præsertim quia ea præcepta necesse est ut morbus dura sentiat: Ergo fidei spes adijcenda est. Quod si & credat ita se habere omnia, & se speret posse sanari, ipsam tamen quæ promittitur lucem non amet, non desideret, suisq; te-nebris quæ iam in consuetudine iocundæ sunt, se arbitretur debere interim esse contentam, nonne medicum illi nihilominus respicit? Ergo charitas tertia necessaria est, nihil omnino tã nec essarium. Sine tribus istis igitur anima nulla sanatur ut possit deum suum uidere, id est intelligere. Cum ergo sanos habuerit oculos, restat ut aspiciat. Aspectus animæ ratio est. Sed quia non sequitur ut omnis qui aspicit uideat, aspectus rectus atq; perfectus id est quem uisio sequitur, uirtus uocatur. Est enim uirtus uel recta uel perfecta ratio. Sed & ipse aspectus quamuis iam sanos oculos conuocet in lucem non potest, nisi illa tria permaneant, Fides qua credit ita se rem habere ad quam conuertendus aspectus est, ut uisa faciat beatum. Spes qua cum bene aspexerit se uisurum esse præsumat. Charitas qua uidere perfruiq; desideret. Iam aspectum sequitur ipsa uisio dei qui est finis aspectus, non quo iam nō sit, sed quod nihil amplius habeat quo se intendat. Et hæc est uere perfecta uirtus, ratio perueniens ad finem suum, quam beata uita consequitur. Ipsa autem uisio, intellectus est ille qui in anima est. Ergo cum animæ deum uidere, hoc est deum intelligere contigerit, uideamus utrū ad huc ei illa tria sint necessaria. Fides quare sit necessaria, cum iam uideat: Spes nihilominus, quia iam tenet. Charitati uero non solum nihil detrahitur, sed additur etiam plurimum. Nam & illam singularem ueramq; pulchritudinem cum uiderit plus amabit: & nisi amore oculum infixerit, nec ab aspiciendo uspiam declinauerit, manere in illa beatissima uisio-ne non poterit.

CAP. XIII.

Ex ser. de laude ch.

Sed amini charitatem.] Dulce & salubre uinculū mentiū, sine qua diues pauper est, & in qua pauper diues est. Hæc in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tumidissima, in hospitalitate latissima, inter ueros fratres feracissima, inter falsos patetissima, in Abel sacrificio grata, in Noe per diuuiū secuta, in Abra-

hæ peregrinatione fidelissima, in Moyse inter iniurias lenissima, in Dauid tribulationibus mansuetissima. In tribus pueris blandos ignes innocenter spectat, in Machabæis seuos ignes fortiter tolerat. Casta in Susanna erga uirū, in Anna post uirum, in Maria præter uirū. Libera in Paulo ad arguendū, humilis in Petro ad obediendū, humana in Christianis ad cōfitemdum, diuina in Christo ad ignoscendum.

Aemulamini spiritalia, magis aut ut prophetetis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, & exhortationem, & cōsolationē. Qui loquitur lingua, semetipsum edificat: qui aut prophetat, ecclesia dei edificat. Volo aut omnes uos loqui linguis, magis autē prophetare. Nā maior est qui prophetat, quā qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur, ut ecclesia edificationē accipiat. Nunc aut fratres, si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, nisi uobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt uocē dantia, siue tibia, siue Cithara, nisi distinctionē sonitū dederint, quomodo sciatur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam uocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & uos per linguā nisi manifestū sermōnem dederitis, quomodo sciatur id quod dicitur? Eratis enim in aëre loquētes. Tam multa utputa genera linguarū sunt in hoc mundo, & nihil sine uoce est. Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei cui loquar barbarus & qui loquitur mihi barbarus. Sic & uos quoniam emulatores estis spiritū ad edificationem ecclesie, querite ut abundetis. Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autē mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mente. Ceterum si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ?

Hic spiritus à mente distinguitur euidentissimo testimonio. Si enim orauero, inquit, lingua, spiritus meus orat, mens autem mea infructuosa est. Cum ergo per linguam intelligatur hoc loco dicere mysticas & obscuras significationes, à quibus si intellectum mentis remoueas, nemo edificatur audiēdo quod non intelligit. Vnde etiam dicit.

Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Satis indicat eā se linguam hoc loco appellare, ubi sunt significationes uelut imagines rerum ac similitudines, quæ ut intelligantur indigent mentis obtutu. Cum autem non intelliguntur, in spiritu eas dicite esse non in mente. Vnde apertius ait. Si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ? Quomodo dicet amen super tuam benedictionem, quando quidem nescit quid dicat? Quia ergo etiam lingua, id est membro corporis quod mouemus in ore cum loquimur, signa utique rerum dantur non res ipse proferuntur, propterea translato uerbo linguam appellauit quamlibet signorum prolationem priusquam intelligantur. Quo enim intellectus accesserit (qui mentis est proprius), sit reuelatio, uel agnitio, uel prophetia, uel doctrina. Proinde ait Si uenero ad uos linguis loquēs, quid uobis prodero nisi loquar uobis in reuelatione

Ex libr. de Gen. ad luc. r. om. 12.

uelatione, aut in agnitione, aut in prophetia, aut in doctrina? Id est cum signis, hoc est linguæ, accesserit intellectus, ut non spiritu tantum, sed etiam mente agatur quod agitur. Proinde quibus signa per aliquas rerum corporaliū similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset mentis officium, ut etiam intelligerentur, nondum erat prophetia, magisq; propheta erat qui interpretabatur quod alius uideret, quàm ipse qui uideret. Vnde apparet magis ad mentem pertinere prophetiam, quàm ad istum spiritum qui modo quodā proprio uocatur spiritus, uis animæ quædam, mente inferior, ubi corporalium rerum similitudines exprimuntur. Itaque magis Ioseph propheta, qui intellexit quid significarent septem spicæ & septem boues, quàm Pharaon quæ uideret in somnis. Illius enim spiritus informatus est ut uideret: huius mēs illuminata ut intelligeret. Ac per hoc in illo erat lingua in isto prophetia, quia in illo rerum imaginatio, in isto imaginatio interpretatio. Minus ergo propheta qui rerum quæ significantur sola ipsa signa in spiritu per rerum corporalium imagines uidet: & magis propheta qui solo earum intellectu præditus est. Sed & maxime propheta, qui utroq; præcellit, ut & uideat in spiritu corporalium rerum significatiuas similitudines, & eas uiuacitate mentis intelligat. Sicut Danielis excellentia tentata est & probata, qui regi & somnium quod uiderat dixit, & quid significaret aperuit. Et ipsa quippe imagines corporales in spiritu eius expressæ sunt, & earum intellectus reuelatus in mente. Ex hoc ergo modo quod appellatur in ista distinctione spiritus, secundū quæ dixit Apostolus, Orabo spiritu, orabo autem & mente, ut & signa rerum formarentur in spiritu, & eorum resulgeret intellectus in mēte, spirituale appellauimus tale genus uisorum quali etiam corporum absentium imagines cogitamus.

Ex tracta euang. sec. ioh. 4. 1.

Quomodo dicet amen super tuam benedictionem? Quoniam quid nescit quid dicat. Nam tu quid bene gratias agis, sed alter non edificatur. Gratias ago deo quod omni uestrū lingua loquor. Sed in ecclesia uolo quinq; uerba sensu meo loqui, ut alios instruam, quàm decem milia uerborum in lingua.] Amen quippe interpretatur uerum, & tamen non est interpretatum, cum potuisset dici, uerum dico uobis. Nec Græcus hoc interpretatus est facere, nec Latinus. Nam hoc uerbum quod est Amen, nec Græcum est, nec latinum, sed hebræū. Sic mālit, nō est interpretatum, ut honorem haberet uel amēto secreti, nō ut esset negatum, sed ne uilesceret nudatū.

Ex li. quæ. 83.

Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. In populo noui testamenti, qui non perdurant occurrere in uirum perfectum, uel in firmitate uirum, uel mētis leuitare, mulieribus & pueris comparandi sunt. Nam illis dicitur. Si tamen initium substantiæ eius usq; in finem firmum retineamus. Illis autem. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, ut sen-

sibus perfecti sitis. Et ideo neq; in ueteri, neq; in nouo testamento tales admittuntur ad numerum. Apostolus dicit. Nolite pueri effici mentibus. Et quia dominus inuitauerat nos ad imitationē puerorum, quando ante se paruulum posuit, & ait: Si quis non fuerit ut puer iste, non intrabit in regnum cælorum: ubi quod apostolus cautiùs reuocata mente pueri, si, & uocat rursus ad imitationem puerilem. Nolite, inquit, pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, ut mentibus perfecti sitis. Quæ delectat imitari puerum, non delectet imperitia, sed innocentia. Proponitur enim pueritia propter imitandam humilitatem, & item proponitur pueritia ad cauēdam fatuitatem. Propositum exemplum pueritiæ propter imitandam humilitatem à domino est, quando uocauit ad se pueros. Et cum prohiberentur ab illo, dixit. Sinite illos uenire ad me, Taliū enim est regnum cælorum. Propositum exemplum pueritiæ ad cauendam fatuitatem, ab apostolo est. Fratres nolite pueri effici sensibus. Et rursus proponit ad imitationē simplicitatē, sed malitia paruuli estote, ut mentibus perfecti sitis. Nolite fratres & sepiissime audistis in Euangelio dominum dicere. Sinite pueros uenire ad me, taliū enim est regnum cælorum. Et iterum. Nisi quis receperit regnū dei, sicut puer, nō intrabit in illud. Et multis alijs locis dominus noster singulare humilitatis exemplū, superbiam ueteris hominis ad innouandā humilitatem uitæ similitudine puerilis ætatis, accusat. Quapropter dilectissimi, cū cantari audistis psalmum, Laudate pueri dominū, ne arbitremini uos ad istā exhortationem nō pertinere, quia iam corporis pueritiā supergressi, uel uentili decore uirescitis, uel senili honore canescitis. Omnibus em uobis dicit Apostolus. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, ut mentibus perfecti sitis. Quæ malitia maxime nisi superbiæ: Ipsa enim de uana granditate præsumens, non sinit hominē ambulare per arctam uiam, & intrare per angustā portam. Puer autē facile intrat per angustam: & ideo nemo, nisi ut puer, intrat in regnum cælorum. Nam scriptum est. Initium superbiæ hominis apostatare à deo. Hanc, se aduersus præcepta diuina tumidis ceruicibus erigentē, & suauis iugo domini resistentem, deijcite, frangite, comminuete, atque consumite, & Laudate pueri dominum.

Ex tractatu Psal. 43.

Matth. 28.

Ex tractatu Psal. 46.

Matth. 9.

Ex tractatu Psal. 112.

Psalm. 12.

Esa. 10.

Eccle. 28.

In lege enim scriptum est. Quoniam in alijs linguis & la-bijs alijs loquar populo huic, & nec sic exaudient me, dicit dominus. Itaq; linguæ in signū sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetia autē non infidelibus, sed fidelibus. Si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unum, & omnes linguis loquantur, intrēt autem idiotæ aut infideles, nonne dicent, quid insanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis uel idiota conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta sunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronūcians quod uere Deus in uobis sit. Quid ergo est fratres? Cum conuenitis unusquisq; uestrum psalmum habet, doctrinā habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet,

habet, omnia ad edificationem sunt. Sive lingua quis loquitur, secundum duos, aut ut multum tres, & per partes, & unus interpretetur. Si autem non fuerit interpretes, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & ceteri disjudent. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant, & omnes exhortentur. Et spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis est deus sed pacis, sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Mulieres in Ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed sicut & lex dicit. Si quis autem uoluit discere, dominos suos interrogat. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An à uobis uerbum dei processit aut in uos solos peruenit?]

Ex lib. de tri. nit. 15.

In legis nomine aliquando simul omnia ueteris testamenti sanctorum scripturarum significatur eloquia. Nam ex propheta Esaiâ, testimonia ponens Apostolus, In alijs linguis & in alijs labijs loquar populo huic, præmisit tamen, In lege scriptum est. Et ipse dominus. In lege, inquit, eorum scriptum est, quia oderunt me gratis, cum hoc legatur in psalmo. Aliquando autem proprie uocatur lex quæ data est per Moysen, secundum quod dictum est. Lex & prophetæ usque ad Ioannem. & In ijs duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Hic utique proprie lex appellata est, de monte Sina. Prophetarum autem nomine, etiam psalmi significati sunt, & tamen alio loco ipse saluator. Oportebat (inquit) impleri omnia quæ scripta sunt in lege, & prophetis, & psalmis de me. Hic rursus prophetarum nomine exceptis psalmis intelligi uoluit. Dicitur ergo lex uniuersaliter cum prophetis & psalmis: dicitur & proprie quæ per Moysen data est. Itæ dicuntur communiter prophetæ simul cum psalmis, dicuntur & proprie præter psalmos.

Matt. 22.

Luca. 24.

Si quis uidetur propheta esse, aut spiritalis, cognoscat quæ scribo uobis, quia domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignoretur. Itaq; fratres emulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant in uobis.]

Ex tractatu euang. sec. Ioan.

ILLA quæ scripsit Apostolus ad corinthios aliter utiq; ab ipsis paruulis, aliter à capaciobus posse intelligi sciens, ait. Si quis est inter uos propheta, aut spiritalis, agnoscat quæ scribo uobis: quia domini est mandatum. Si quis autem ignorat ignorabitur. Solidam profecto uoluit esse scientiam spiritalium: ubi non sola accommodaretur fides: sed certa cognitio teneretur. Ac per hoc illi ea ipsa credebant quæ spiritalis in super agnoscebant. Ignoratur autem, ait, qui ignorat: quia nondum ei reuelatum est, ut quid credit sciat. Quod cum sit in hominis mente, ipse dicitur cognosci à Deo, quia illi deus cognoscentem facit: sicut alibi dicit. Nunc autem cognoscentes deum, immo cogniti à deo. Neq; enim tunc eos nouerat Deus præcognitos & electos ante constitutionem mundi, sed tunc eos seipsum cognoscere fecerat. Nequaquam ut scribis, qui ignorat ignorabitur, De hac re dixit Apostolus tanquam ista pena ille plectendus sit, qui non ualet intelligentia sic discernere ineffabilem trinitatis unita-

tem, sicut discernitur in animo nostro memoria, intellectus, uoluntas. Aliunde hoc dicebat Apostolus. Lege, & uidebis ea quæ loquebatur: quæ fidem uel mores multorum edificarent: non quæ uix ad paucorum, eamq; exiguam (quantulacunque in hac uita deretanta esse potest) intelligentiam peruenirent, id est, ut linguis prophetia præponeretur, ut non perturbate illa gererentur: quasi prophetiæ spiritus, etiam inuitos cogeret loqui: ut mulieres in ecclesia tacerent, ut omnia honeste & secundum ordinem fierent. Hac cum ageret, ait. Si quis uidetur propheta esse, aut spiritalis, cognoscat quæ scribo uobis: quia domini est mandatum. Si quis autem ignorat ignorabitur. His uerbis coercens, et ad pacificum ordinem renouans inquietos: tanto ad seditionem faciliores, quanto sibi uidebantur spiritu excellere, cum superbiendo cuncta turbarent. Si quis ergo uidetur propheta esse aut spiritalis, cognoscat quæ scribo uobis: quia domini est mandatum. Si quis uidetur esse & utique non est. Nam qui est, sine dubitatione cognoscit: nec admonitione & coercionem opus habet: quia omnia iudicat, & à nemine iudicatur. Illi ergo seditiones & perturbationes in ecclesia faciebant, qui uidebantur esse quod non erant. Hos docet cognoscere dominum esse mandatum, quia non est seditionis Deus, sed pacis. Si quis autem ignorat, ignorabitur: id est improbabitur. Non enim Deus, si ad scientiam referas, ignorat eos quibus dicitur, sed non noui uos: sed eorum improbatio hoc uerbo insinuat. Cum autem dominus dicat. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt: eaq; uisio nobis in fine summum præmium promittatur: non est metuendum si nunc ad liquidum quæ de Dei natura credimus, conspiceret non ualeamus, ne inde sit dictum, Qui ignorat, ignorabitur. Quia enim in sapientia dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Hac stultitia prædicationis, ac stultum Dei, quæ sapientior est hominibus, multos cõtrahit ad salutem: ut non solum qui nondum ualent certa intelligentia conspiceret naturam Dei quam fide tenent, uerum etiam qui nondum in ipsa anima sua, ita incorpoream substantiam à corporis generalitate discernunt, quemadmodum certi sunt se uiuere, nosse, uelle: non sint alieni à salute, quam stultitia illa prædicationis fidelibus confert. Nam si propter eos solos Christus mortuus est qui certa intelligentia possunt ista discernere, pene frustra in ecclesia laboramus. Si autem quod ueritas habet, infirmi populi credentium ad medicum currunt sanandi per Christum, & hunc crucifixum: ut ubi abudauit delictum superabundet & gratia: miris fit modis per altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, & per inscrutabilia iudicia eius, ut & nonnulli à corporibus incorporea discernentes cum sibi ex hoc magni uidentur, & irritum stultitiam prædicationis qua salui fiunt

Matt. 5.

1. Cor. 1.

Roma. 5.

fiunt credentes, ab unica uia longe exerrent quæ ad uitam æternam sola perducit. Et multi in cruce Christi gloriantes & ab eadem uia non recedentes, etiam qui ista quæ subtilissime disceruntur ignorant (quia non perit uisus de pusillis pro quibus mortuus est) ad eandem perueniunt æternitatem, ueritatem, charitatem. id est ad stabilem, certam, plenamque felicitàtem: ubi manentibus, uidentibus, amantibus, sint cuncta perspicua.

CAP. XV.

Notum autem uobis facio fratres euangelium quod prædicaui uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod et saluamini, qua ratione prædicaui uobis si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis quod & accipi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia uisus est Cepha.]

Ex lib. de consensu euang.

Resurrexit (inquit) tertia die secundum scripturas, & apparuit Cepha. Omnium igitur uirorum primo apparuisse intelligitur Petro, ex ijs duntaxat omnibus quos euangelistæ quatuor, & Paulus Apostolus commemorarunt. Ceterum si apparuit alicui aliorum priusquam Petro (quod omnes tacuerunt) quod uel dicere audeat, uel negare: Neque enim & Paulus dixit: Apparuit primo Cepha. Sed apparuit, inquit, Cepha: esset namque contrarium: quod primo mulieribus apparuisse in euangelio legitur. Et post hoc (inquit) undecim.]

Ex li. quest. Gene. 17.

Qualibuit hora, ipso tamen resurrectionis die, per synecdochen autem accipitur, ubi enim pars maior est aut potior, solet eius nomen non pertinere: sicut ad duodecim Apostolos iam non pertinebat Iudas, qui etiam mortuus fuit, cum Dominus resurrexit à mortuis, & tamen ipsius duodenarii numeri apostolus nomen tenuit: ubi eum ait apparuisse illis duodecim. Cum articulo enim hoc Greci codices habent: ut non possunt intelligi quicumque duodecim, sed illi in eo numero insignet. Eo modo locutionis puto & illud à domino dictum. Nõne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? ut non ad electionem, etiam ipse pertinere uideatur. Non enim facile inuenitur electorum nomen in malo, nisi quando mali eliguntur à malis. Quod si putauerimus & illum electum, ut per eius traditionem Domini passio completeretur, (id est malitiam eius ad aliquid electum bene uentem Deo etiam malis) aliud attendamus ubi ait. Non de omnibus uobis dico. Ego scio quos elegi. Ibi declarat ad electionem non pertinere nisi bonos. Ac per hoc illud quod dictum est, Ego uos duodecim elegi: per synecdochen dictum est, ut nomen maioris meliorisq; partis etiam illud cõplecteretur, quod ad ipsum nomen non pertinet.

Ioan. 6.

Ioan. 14.

Ex li. 4. de cõsensu euang.

Nam non duodecim, sed undecim nonnulli etiam codices habent, quod credo perturbatos homines emendasse. Sed siue illi codices uerius habeant, qui undecim habent, siue scripturatum illum numerum etiam in undecim sta-

re uoluerit: quia duodenarius numerus ita mysticus erat: ut non posset in locum Iudæ, nisi alius, id est Matthias, ad conseruandum sacramentum eiusdem numeri subrogari. Quodlibet ergo eorum sit: nihil inde existit quod ueritati repugnare uideatur.

Deinde uisus est plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt.]

Siue isti cum illis undecim erant congregati clausis ostijs propter metum Iudæorum: unde cum exisset Thomas, uenit ad eos Iesus: siue post octo illos dies, quando libet. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo quidam plantauit, & cæc. In hac ergo plebe intelligendum est etiam illos esse potuisse qui sic eum audirent quomodo cui dixerant, Benedictus qui uenit in nomine Domini, qui etiam tales esse potuerunt, ut non frustra in ipso corpore Domini, iam sicut membra deputarentur: quia iam baptizauerat plures quam Ioannes: & habebat turbas discipulorum (sicut ipsi euangelistæ sæpe testantur) Et unde erant etiam illi quingenti fratres, quibus cum Apostolus Paulus post resurrectionem presentatum esse commemorat.

Deinde uisus est Iacobo.]

Non tunc primum accipere debemus uisum esse Iacobo, sed aliqua propria manifestatione singulariter.

Deinde Apostolus omnibus.]

Nec illis tunc primò, sed die ascensionis sue. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo uisus est et mihi.]

Ex li. cõr. prim. cap. 15.

Sed hoc iam de cælo, post paruam tempus ascensionis sue. Pater noster Abraham, cuius iustitia fidei nobis ad exemplum imitanda propo- sita est, ut & nos ex fide iustificati pacem habeamus ad deum, intelligere debemus quem admodum uixerit, non reprehendere, ne ante per abortum labamur ex utero matris ecclesie, quam per stabilem conceptum formati perfectiq; nascamur.

Ego enim sum minimus Apostolus, qui non sum dignus uocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei: gratia autem dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit.]

Ex ser. de uer. euang. cap. 19. psalm. 67.

Pluuiam uoluntariam segregans deus hereditati sue. Etenim infirmata est, tu uero per fecisti eam, quia pluuiam uoluntariam segregasti, non attendens hominum merita, sed tuam gratiam, & misericordiam. Infirmata ergo ipsa hereditas, agnouit se infirmam in se, ut firma esset in te. Non firmaretur si non infirmaretur, ut abs te, in te perficeretur. Vide huius hereditatis portiunculam. Paulum uide infirmatum qui dixit. Non sum idoneus uocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Quia ergo Apostolus es: Gratia Dei sum id quod sum. Non sum idoneus, sed gratia Dei sum id quod sum. Infirmatus est Paulus. Tu uero per fecisti eum. Iam uero (quia gratia dei est quod est) uide quid sequatur. Et gratia eius in me uacua non fuit sed plus illis omnibus laboraui. Vide ne presumptione perdas, quod infirmate meruisti. Bene hoc, bene. Non sum idoneus

us uocari Apostolus, gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit. Omnia optime. Sed plus illis omnibus laboraui. Quali tibi coepisti tribuere quod paulo ante Deo dederas. Agnosce & sequere. Non ego autem, sed gratia dei mecum. Bene infirme. Firmissime eris exaltatus, quia non es ingratus. Tu es idem ipse Paulus in te paruus, in domino magnus. Tu es qui ter dominum rogasti, ut stimulus carnis angelus satanae, a quo colaphizabaris, auferretur a te. Quid tibi dicunt? Quid audisti quando hoc petisti? Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Etenim infirmatus es: tu uero per fecisti eum.

2. Cor. 12
Ex lib. de gra.
et lib. ero a. bit.

Laboraant Pelagiani quantum possunt ostendere, gratiam dei secundum merita nostra dari, hoc est gratiam non esse gratiam. Quibus enim secundum meritum redditur, non impuratur merces secundum gratiam, sed secundum debitum: sicut apertissime dicit apostolus. Meritum enim fuit quidem in Apostolo Paulo: sed malum, quando persequeretur ecclesiam. Vnde dicit. Non sum idoneus uocari Apostolus: quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Cum ergo haberet hoc meritum malum: redditum est ei bonum pro malo, in eo quod secutus adiunxit. Sed gratia Dei sum id quod sum. Atque ut ostenderet & liberum arbitrium, mox addidit. Et gratia eius in me uacua non fuit: sed plus omnibus illis laboraui. Hoc enim liberum arbitrium hominis exhortatur & in alijs, quibus dicit. Rogamus ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Ut quid enim eos rogat, si gratiam sic susceperunt, ut propriam perderent uoluntatem? Tamen ne ipsa uoluntas sine gratia dei putetur aliquid boni posse: continuo cum dixisset, Gratia eius in me uacua non fuit, sed plus omnibus illis laboraui, subiunxit atque ait. Non ego autem, sed gratia Dei mecum, id est non solus ego, sed gratia Dei mecum. Ac per hoc, nec gratia dei sola, nec ipse solus, sed gratia dei cum illo. Ut autem de caelo uocaretur: & tam magna, & efficacissima uocatione conuerteretur: gratia dei erat sola, quia merita eius erant magna, sed mala. Denique & alibi dicit ad Timotheum. Collabora euangelio secundum uirtutem dei, saluos nos facientis, & uocantis uocatione sua sancta: non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quae data est nobis a Christo Iesu Domino nostro. Item, merita sua, sed mala commemorans dicit. Fuimus enim stulti & nos aliquando & increduli errantes, seruientes desiderijs & uoluptatibus uarijs: in malitia & in inuidia agentes: abominabiles: inuicem odio habentes. Quid istam malis meritis nisi poena utique debebatur: Sed Deo reddente bona pro malis per gratiam, quae non secundum merita nostra datur, factum est quod deinde subiungit & dicit. Cum autem benignitas, & humanitas illuxit saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitiae quae fecimus nos:

2. Tim. 1.

Titim. 3.

sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti: quem ditissime effudit super nos per Iesum Christum Saluatorem nostrum, ut iustificati ipsius gratia, haeredes efficiamur, secundum spem uitae aeternae. His & talibus testimonijs diuinis probatur gratia Dei non secundum merita nostra dari, quandoquidem non solum nullis bonis, uerum etiam multis meritis malis praecedentibus uidemus datam, & quotidie uidemus dari. Sed plane cum data fuerit, incipiunt esse etiam merita nostra bona: per illam tamen. Nam si se illa subtraxerit, cadit homo non erectus: sed libero arbitrio praecipitatus. Quapropter nec quando coeperit homo habere merita bona, sibi debet tribuere illa: sed Deo, cui dicitur in Psal. Adiuuor meus esto: ne derelinquas me domine deus meus.

Sed abundantius omnibus illis laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum.

Cruces sanctae ciuitatis Dei in huius uita peregrinatione secundum deum uiuentes, illum optimum & fortissimum uirum, qui in suis infirmitatibus gloriatur, ut eum potissimum commemoremus, qui ad ecclesiam dei ex gentibus uenimus, doctorem gentium in fide & ueritate, qui & plus omnibus suis coapostolis laboraui, & pluribus epistolis populos dei non eos tantum qui praesentes ab illo uidebantur: uerum illos qui futuri prauidebantur instruxit, illum inquam uerum athletam Christi, doctum ab illo, unctum de illo, crucifixum cum illo, gloriosum in illo, in theatro huius mundi, cuius spectaculum factus est & angelis & hominibus, legitime magnum agonem certantem, & palmam supernae uocationis in anteriora sectantem, oculis fidei libentissime spectamus gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, foris habentem pugnas, intus timores, cupientem dissolui & esse cum Christo: desiderante uidere Romanos ut aliquem fructum habeat & in illis sicut & in ceteris gentibus: emulantem Corinthios, & ipsa emulatione metuentem ne seducantur eorum mentes a castitate quae est in Christo Iesu: magnam tristitiam & dolorem cordis continuum de Israelitis habentem, quod ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes constitutare, iustitiae dei non sunt subiecti: non solum dolorem, uerum etiam luctum suum denunciantem quibusdam qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam super immunditia & fornicationibus suis.

Ex lib. de ciuit. dei 14.

Quid est quod nunc, quali apostolatu relicto, Apostoli fiunt quod suere, & quod dimiserant repetunt, tanquam obliui quod audierant: Nemo ponens manum super aratrum, respiciens retro, aptus est regno calorum. His ergo quos hoc mouet, respondendum est, non eos fuisse prohibitos: arte sua (licita scilicet atque concessa) uictum necessarium quaerere: sui apostolatus integritate seruata: si quando unde uiuerent, aliud non haberent. Nisi forte quispiam putare audebit aut dicere, Apostolum Paulum

Ex tractatu eius. sec. 10. 111

lum non pertinuisse ad eorum perfectionem, qui relictis omnibus Christum secuti sunt: quoniam ne quemquam eorum grauariet quibus euangelium praedicabat, suum uictum suis manibus transigebat. Vbi magis impletum est quod ait. Plus omnibus laboraui, & adiunxit. Non ego autem, sed gratia dei mecum, ut hoc quodque appareat dei gratiae deputandum: quod & animo & corpore poterat usque adeo plus illis omnibus laborare ut neque cessaret ab euangelio praedicando: neque tamen ex euangelio sicut illi sustentaret hanc uitam: cum id per tot gentes, in quibus Christi nomen non fuerat prophetatum: multo latius atque fertilius seminaret. Vbi ostendit ex euangelio uiuendi (hoc est uictum habendi) non necessitatem Apostolis impositam: sed potestatem datam. Quam potestatem commemorat idem Apostolus, dicens. Si nos uobis spiritualia seminamus, magnum est, si uestra carnalia metamus: Si alij potestatis uestrae participant: non magis nos: Sed nos, inquit, non sumus uili hac potestate. Et paulo post. Qui altari deseruiunt, inquit, altari compariuntur. Sic & Dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant, de euangelio uiuere. Ego autem nullius horum uilius sum. Satis igitur apertum est, non imperatum, sed in potestate apostolis positum ut aliunde non uiuerent, nisi ex euangelio: & ab eis quibus euangelium praedicando spiritualia seminabant: carnalia meterent: hoc est, carnis huius sustentaculum sumerent: & tanquam milites Christi, stipendium debitum acciperent, sicut a prouincialibus Christi. Vnde idem ipse miles egregius, paulo superius de hac redixerat. Quis militat suis stipendijs unquam? Quod tamen ipse faciebat: quia plus omnibus illis laborabat. Si ergo beatus Paulus ut ea potestate quam profecto cum ceteris euangelij praedicatoribus habebat, non cum ceteris uteretur: sed suo stipendio militaret, ne gentes a nomine Christi penitus alienas doctrina eius quasi uenalis offenderet: aliter educatus, artem quae non nouerat, didicit: ut dum suis manibus transigaret doctor, nullus grauetur auditor: quanto magis beatus Petrus, qui iam piscator fuerat, quod nouerat fecit, si ad praesens illud tempus aliud unde uiueret non inuenit: Sed responsio debet quispiam. Et cur non inuenit? cum dominus promiserit dicens. Quarite primum regnum dei & iustitiam eius: & haec omnia adiacent uobis. Prorsus etiam sic dominus quod promissit, impleuit. Nam, quis alius pisces qui caperentur apposuit? Qui non ob aliud credendus est eis ingressisse penuriam quam compellerentur ire piscatum: nisi dispositum uolens exhibere miraculum: ut summi & praedicatoris euangelij sui pasceret, & ipsum euangelium, tanto sacramento quod erat de numero piscium commendaturus augeret.

1. Cor. 9.

Matt. 6.

Ioann. 21.

Ex li. ad Pau. li. epif.

Non ego autem, sed gratia dei mecum. Non quia ipse nihil boni agebat: sed quia nihil ageret, si ille non adiuuaret.

Sive enim ego, sive illi, sic praedicamus, & sic credidistis. Inter medium montium pertransibunt aquae. Putemus hoc ita dictum: inter medium apostolorum pertransibunt praedicationes uerbi ueritatis. Quid est inter medium montium pertransibunt aquae? Quid est inter medium Apostolorum? Quod medium dicitur commune est. Res communis, unde omnes aequaliter uiuunt, media est: nec attinet ad me: sed nec ad te, nec ad me. Propterea loquimur, & sic de aliquibus hominibus. Habent inter se pacem: habent inter se fidem: habent inter se charitatem. Sic certe dicimus. Quid est inter se? In medio sui. Quid est in medio sui? Comune est illis. Audi aquas inter medium montium, quia communis illi fides erat, nec quisquam aquas nisi proprias & suas habebat. Si enim non sunt in medio: quasi priuatae sunt: nec publice fluunt: & ego habeo meam, & ille habet suam. Non est in medio, quod aut ego aut ille habeat, sed talis non est pacifica praedicationis. At uero ut inter medium montium fluat aqua, audi uocem montis. Deus (inquit) pacis det uobis in idipsum sapere in inuicem. Et iterum. Ut id ipsum sapiatis inuicem: & non sint in uobis schismata. Quod sentio, sentis, in medio fluit aqua: non habeo quasi priuatam meam, nec tu priuatam tuam. Veritas, nec mea sit propria, nec tua, ut & mea sit & tua. Inter medium montium, pertransibunt aquae. Audi ipsum montem ut dixi, quia inter medium montium pertransibunt aquae. Sive autem ego sive illi, sic praedicamus, & sic credidistis. Securus dixit, Sive ego, sive illi, sic praedicamus, & sic credidistis. Inter medium enim montium fluebant aquae. Nulla de aquis discordia montium, sed pax consensus & societas charitatis. Si quis autem uellet aliud praedicare, iam de suo praedicaret, non de medio, & audi quid de illo dicatur ab ipso, qui emisit fontes in conuallibus. Qui loquitur mendacium, de suo loquitur. Itaque ne acciperetur aliquis mons non de medio, sed de suo manans, ait apostolus. Quisquis uobis euangelizauerit, praeterquam quod accepistis, anathema sit. Et uide quomodo noluerit de monte praesumi, ne forte mons discedat ab aquis per medium currentibus, & aliquid proprium uelit influere. Licet si nos. Et quantum mons dixit hoc quam uberrime aquae fluebant de conualle eius: Tamen hoc uolebat, ut medius inter montes curreret, & ibi esset certa fides populorum, quod inter se medium atque commune Apostoli retinebant. Quod autem erat apostoli Pauli euangelium, hoc etiam ceterorum apostolorum, & omnium fidelium dispensatorum tanti sacramenti. Hinc enim dicit, Sive ego, sive illi, sic praedicamus, & sic credidistis. Non enim omnes illi euangelium conscripserunt, sed tamen omnes euangelium praedicauerunt. Narratores quippe originis, factorum, dictorum, passionum domini Iesu Christi, proprie dicti sunt euangelistae. Nam & ipsum nomen si quaeramus quid Latine interpretetur, bonum nuncium dicitur euangelium, uel bona annunciatio.

Ex tractatu Psalm. 103.

Rom. 15.

Galat. 1.

Ex li. cor. Euan. 2.

tio. Quod quidem, cum aliquid bonum annunciat, semper dici potest. Proprie tamen hoc uocabulum obtinuit illa quam dixi annunciatio saluatoris.

Si autem Christus predicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicit in nobis: quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit: inanis est ergo predicatio nostra, inanis est et fides nostra. Inuenimur autem et falsi testes dei: quia testimonium diximus aduersus Deum: quod suscitauerit Christum: quem non suscitauit si mortui non resurgunt.

Attendamus Apostolum, cum ingenti curaueritatis commendanda, dicere. Si autem Christus non resurrexit, inanis est predicatio nostra, inanis est et fides nostra. Inuenimur autem et falsi testes dei: quia testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauit Christum: quem non suscitauit. Si quis huic diceret. Quid in hoc mendacio perhorrescis, cum id dixeris quod etiam si falsum sit, ad laudem dei maxime pertinet? Nonne huius detestaretur insaniam & quibus posset uerbis & significationibus, in lucem penetralia sui cordis aperiret clamans, non minore, aut fortassis maiore scelere, in deo laudari falsitatem, quam ueritatem uituperari.

Nam si mortui non resurgunt: neque Christus resurrexit. quod si Christus non resurrexit, uana est fides nostra, adhuc enim estis in peccatis uestris. Ergo et qui dormierunt, in Christo, perierunt. Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus.]

Sunt uere connexiones ratiocinationis, falsas habentes sententias: quae consequuntur errorem illius cum quo agitur. Quae tamen ad hoc inferuntur a bono & docto homine, ut in his erubescens ille cuius error insequuntur: eundem relinquant errorem, quia si in eodem manere uoluerit, nec esse est etiam illa quae damnat tenere cogatur. Non enim uere inerebat Apostolus cum diceret. Neque Christus resurrexit, & illa alia. Inanis est predicatio nostra, inanis est fides nostra, & deinceps alia, quae omnino falsa sunt, quia & Christus resurrexit: & non erat inanis predicatio eorum qui hoc annuntiabant: nec fides eorum qui hoc crederant, sed ista falsa uerissime connectebantur illi sententiae: qua dicebatur non esse resurrectionem mortuorum. Istis autem fallis, repudiariis (quonia uera erant si mortui non resurgunt) consequens erit resurrectio mortuorum.

Nunc autem Christus resurrexit a mortuis primitiae dormientium: quoniam quidem per hominem mors: et per hominem resurrectio mortuorum, et sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificabuntur, unusquisque autem in suo ordine. Primitiae Christus, deinde hi qui sunt Christi: qui in aduentum eius crediderunt.]

Homo & homo. Homo ad mortem. Homo ad uitam. Sic dicit apostolus. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Per quem hominem mors: & per quem hominem resurrectio mortuorum: Noli festinare. Sequitur, & dicit. Sicut enim in Adam omnes moriuntur: sic & in

Christo omnes uiuificabuntur. Qui pertinent ad Adam: Omnes qui nati sunt de Adam.

Qui ad Christum: Omnes qui renati sunt per Christum. Quare omnes in peccato: Quia nemo natus est praeter Adam. Ut autem nascerentur ex Adam, necessitatis fuit ex damnatione. Nasci per Christum, uoluntatis est & gratiae. Non coguntur homines nasci per Christum. Non quia uoluerunt nati sunt ex Adam. Omnes tamen qui ex Adam, cum peccato, peccatores. Omnes qui per Christum, iustificati & iusti, non in se, sed in illo. Nam in se si interroges, Adam sunt. In illo si interroges, Christi sunt. Quare: Quia ille caput dominus noster Iesus Christus non cum traduce peccati uenit, sed tamen uenit cum carne mortali. Mors in Adam, poena peccatorum erat, in Domino, munus misericordiae erat: non poena peccati. Homo & homo. Sed ille non nisi homo: iste Deus & homo. Ille homo peccati, iste iustitiae. Mortuus es in Adam: resurge in Christum. Nam utrum debetur tibi. Iam credidisti in Christum. Reddes tamen quod debes de Adam: sed non te in aeternum tenebit uinculum peccati: quia mortem tuam aeternam occidit mors temporalis domini tui. Quia ego uiuo, inquit, & uos uiuatis. Quia uiuit: ideo & nos uiuemus. Per hominem quippe mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur: sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Quoniam nemo ad mortem, nisi per illum, nemo ad uitam, nisi per Christum.

Sicut enim in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Quia sicut in regno mortis nemo sine Adam: ita in regno uitae nemo sine Christo. Sicut per Adam omnes peccatores: ita per Christum omnes iusti homines. Sicut per Adam omnes mortales in poena facti sunt filij seculi: ita & per Christum omnes immortales, in gratia fiunt filij Dei.

Neque enim alio sensu dictum est ad Romanos. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum: & per peccatum mors: atque ita in omnes homines pertransiit: quam illo dictum est ad Corinthios. Per hominem mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur: sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Nemo quippe ambigit, hoc ibi de corpore mortis dictum, quoniam de resurrectione corporis, magna Apostoli intentione quaestio uersabatur, & ideo uideretur ibi de peccato tacuisse: quia non erat quaestio de iustitia. Ad Romanos autem utrumque posuit, & utrumque exposuit, & utrumque diuinitissime commedauit, peccatum in Adam: iustitiam in Christo, mortem in Adam: uitam in Christo.

Duo ista, quae in uno fiunt homine, nasci & renasci, ad duos homines pertinent, unum ad illum primum Adam: alterum ad secundum qui dicitur Christus. Sed non prius (ait Apostolus) quod spiritale est: sed quod animale: postea spiritale. Primus homo de terra terre-

nus. Secundus de caelo caelestis, qualis terrenus: tales & terreni, & qualis caelestis, tales & caelestes. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de caelo est. Item dicit. Per unum hominem mors, & per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur: sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Omnes & omnes, ideo dixit: quia in mortem nemo nisi per illum: in uitam nemo nisi per istum. In primo paruul quid hominis arbitrium ualere ad mortem. In secundo autem, quid dei adiutorium ualere ad uitam. Denique primus homo non nisi homo. Secundus uero & deus & homo. Peccatum enim factum est, relicto deo. Iustitia non fit sine Deo. Ac per hoc nec moreremur nisi per carnalem propagationem de membris illius ueniremus, nec uiueremus, nisi per spiritalem connexionem, membra huius essemus. Ideo nobis opus fuit nasci & renasci: illi autem propter nos tantummodo nasci. Nos enim a peccato ad iustitiam renascendo transimus. Ille autem a nullo peccato ad iustitiam transitum fecit, sed in eo quod baptizatus est: nostrae regenerationis sacramentum sua humilitate altius commendauit: ueterem tamen hominem nostrum passione, nouum autem resurrectione significans. Ut ergo sicut per unum hominem mors: ita & per unum hominem fieret resurrectio mortuorum, quia magis uitabatur homines quod euitare non poterant mortem scilicet carnis, quam mortem spiritus, id est magis poenam quam meritum poenae: nam non peccare, aut non curatur, aut parum curatur: non mori autem, quamuis non obtineatur, uehementer sagitur: uita mediator ostendens quam non sit mors timenda, quae per humanam conditionem iam euadi non potest: sed potius impietas, quae per fidem caueri potest, occurrit nobis ad finem quo uenimus: sed non qua uenimus. Nos enim ad mortem per peccatum uenimus, ille per iustitiam. Et ideo cum sit mors nostra, poena peccati, mors illius facta est hostia pro peccato. Per unum hominem mors, & per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Per hanc enim Apostolicam diuinam, claramque sententiam, satis euidenter elucet, neminem ire in mortem, nisi per

Ex lib. de trinitate. 4.

Ex tractatu eua. sec. 10. 77.

Ex epi. ad Op tatum episc.

Roma. 5. Ex lib. ad Marcol. 3.

Ex lib. de origine anime ad Hieronymum

Ex epi. ad Dardanum de presentia Dei.

in Christo uiuificabuntur etiam paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de uita exeunt: hic profecto & contra Apostoli praedicationem uenit, & totam condemnat ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis paruulis festinat eos in Christo uiuificari omnino non posse. Qui autem non uiuificantur in Christo: restat ut in ea condemnatione maneant, de qua dicit Apostolus. Per unum delictum in omnes homines ad condemnationem. Cui delicto obnoxios paruulos nasci, & apostolica tradit doctrina, & omnis credit ecclesia. Plane audiui & credidi, propter quod & locutus sum: quia uenit hora quando omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius, & procedent: qui bene fecerunt, in resurrectionem uitae. Ipsa est, de qua dicitur Et per unum hominem resurrectio mortuorum. Ipsa est, qua in Christo omnes uiuificabuntur. Qui autem male egerunt, in resurrectionem iudicij. Quid ergo de illis in fantibus intelligendum est: qui prius quam possent agere, uel bene uel male, sine baptismo exuti sunt corpore: Nihil de talibus dictum est? Sed sic caro eorum ideo non resurget, quia nec boni aliquid egerunt nec mali: nec illorum resurrectura est, qui percepta baptismi gratia in illa aetate defuncti sunt, in qua nihil mali agere potuerunt. Si autem illi inter sanctos resurgent, id est inter eos qui bene egerunt: inter quos & illi resurrexerunt nisi inter eos qui male egerunt: ne aliquas humanas animas credamus corpora sua non recepturas, siue in resurrectione uitae, siue in resurrectione iudicij. Quae sententia prius quam refellatur: ipsa iam nouitate displicet. Propter hoc exemplum futurae nostrae resurrectionis in corpore, quod praecessit in domino: dicit Apostolus. In initium Christus: deinde qui sunt Christi. De corporis enim resurrectione illo loco agebatur. Propter quam etiam dicitur. Transfigurabit corpus humilitatis nostrae, conforme corpori gloriae suae. Deinde finis cum tradiderit regnum deo et patri: cum euaerit omnem principatum, et potestatem, et uirtutem.]

Psal. 119. 10 an. 5.

Quid putabimus esse domum dei, nisi templum Dei? Quid autem sit, interrogetur Apostolus & respondeat. Templum Dei sanctum est quod estis uos. Hoc est etiam regnum Dei, quod filius traditurus est patri. Unde dicit idem Apost. In initium Christus: deinde qui sunt Christi in praesentia eius: deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri. hoc est, quos redemit precioso sanguine suo, tradiderit contemplando etiam patri suo. Hoc est regnum caelorum de quo dicitur. Simile est regnum caelorum homini seminanti bonum semen in agro suo. Bonum autem semen, hi sunt filij regni. Qui etiam habent nunc permixta zizania, mittet in fine rex ipse angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui: regnum fulgebit in regno: cum regno uenerit regnum, quod nunc oramus & dicimus: Adueniat res-

Ex lib. 4. de trinitate.

Ex tractatu eua. sec. 10. 63.

Matth. 13.

Ex tractatu
Euang. sc.
Ioann. 21.

Ex li. 1. de tri.

Matth. 11.

Coloss. 3.

Exod. 3.

Ioan. 17.

Psal. 5.

gnum tuum. Erit ergo regnum christianorū, quod modo colligitur, quod modo comparatur, quod modo emittitur sanguine Christi. Erit aliquid quando manifestum regnum eius: quando erit aperta claritas sanctorum eius post iudicium ab eo factum. De quo regno etiam apostolus dicit. Cum tradiderit regnum deo & patri. Vnde etiam ipse. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab initio mundi. Nec sic arbitremur Christū, regnum traditurum Deo & patri, ut adimat sibi. Nam & hoc quidam uaniloqui crediderūt. Cum enim dicitur, Tradiderit regnum deo & patri, non separat ipse, quia simul cum patre unus Deus est. Quid ergo est: Cum tradiderit regnum deo & patri? quasi modo non habeat regnū Deus & pater. Sed quia omnes iustos, quibus nunc regnat ex fide uiuentibus, mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, per ductus est ad speciem, quam uisionem dicit iudex apostolus facie ad faciem, ita dictum est, Cum tradiderit regnum deo & patri, ac si diceretur, cum perduxerit credentes ad contemplationem Dei patris. Sicut enim dicit, Omnia mihi tradita sunt a patre meo, & nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Tunc reuelabitur a filio pater, cum euacuauerit omnem principatum & omnem potestatem & uirtutem, id est ut necessaria non sit dispensatio si militudinum per angelicos principatus, & potestates, & uirtutes. Ex quarum persona non inconuenienter intelligitur dici in Cantico canticorum ad sponsam. Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quoad usque rex in recubitu suo est, id est quoad usque Christus in secreto suo est, quia uita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus (inquit) apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Quod antequam fiat, uideamus nunc per speculum in enigmate, hoc est in similitudinibus, tunc autem facie ad faciem. Hec enim nobis contemplatio promittitur actionum omnium finis, atque aeterna perfectio gaudiorum. Filij enim dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus, quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Quod enim dixit famulo suo Moyse, Ego sum qui sum, & Dices itaque filijs Israel, qui est, misit me ad uos, hoc cōtemplabimur, cum uiuemus in aeternam. Itaque quippe ait. Hec est autem uita aeterna, ut cognoscant te unum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Hoc fiet cum uenerit Dominus, & illuminauerit occulta tenebrarum. Cum tenebrae mortalitatis huius, corruptio nisq; transierint, tunc erit mane nostrum. De quo in Psalmo dicitur. Mane astabo tibi & cōtemplabor. De hac contemplatione intelligo dictum. Cum tradiderit regnum deo & patri, id est cum perduxerit iustos, quibus nunc ex fide uiuentibus, regnat mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus, ad contemplatio-

nem Dei & patris. Neque enim quæremus aliud, cum ad illius contemplationem uenerimus: quæ nunc non est, quamdiu gaudium nostrum in spe est. Spes autem quæ uidetur non est spes, quid enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus, quoad usque rex in recubitu suo est. Tunc erit quod scriptum est. Adimplebis me latitia cum uultu tuo. Illa latitia nihil amplius requiratur: quia nec erit quod amplius requiratur. Tradet itaque regnum Deo & patri Dominus noster Iesus Christus, non se inde separato: nec spiritu sancto: quoniam perducet credentes ad contemplationem dei: ubi est finis omnium bonarum actionum, & requies aeterna, & gaudium quod non auferetur a nobis. Cum ergo tradiderit regnū deo & patri, id est cum credentes & uiuentes ex fide, pro quibus nunc mediator interpellat, perduxerit ad contemplationem: cui percipientis suspiramus & gemimus: & transierit labor, & gemitus: iam non interpellabit pro nobis, tradito regno Deo & patri. Fideles quippe eius, quos redemit sanguine suo, dicunt regnum eius, pro quibus nunc interpellat. Tunc autem ille eos sibi faciens inherere, ubi aequalis est patri: iam non rogabit patrem pro eis. Ipse enim (inquit) pater amat uos. Ex hoc enim rogat quo minor est patre. Quo uero aequalis, exaudit cum patre. Illam namque Dei formam, in qua aequalis est patri: proculdubio impij non uidebunt, non enim sunt mundicordes. Beati enim mundicordes: quoniam ipsi Deum uidebunt. Et ipsa uisio est facie ad faciem: quæ summum primum promittitur iustis, & ipsa fiet cum tradiderit Regnum Deo & patri. In quo & suæ formæ uisionē uult intelligi, subiecta Deo uniuersa creatura, & qua filius Dei, filius hominis factus est, quia secundum hanc, & ipse filius tunc subiectus illi erit, qui sibi subiecit omnia: ut sit Deus omnia in omnibus. Commemorabuntur (inquit) & conuertentur ad dominū uniuersi fines terræ, & cætera usque Dominabitur gentium. Ille iratus, ille crucifixus, ille derelictus hoc regnum acquirat: & tradet in fine Deo & patri: non ut ipse amittat: sed quod in fine seminauit, cum uenit minor patre, hoc perducatur ad speciem, in qua aequalis, non recessit a patre. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Diuinarū scripturarū incuriosos, & contentionum studiosos, fallit uerbū quod positū est donec. Ita namque sequitur. Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Tanquam cum posuerit non sit regnaturus. Nec intelligunt ita dictum, sicuti est illud: Confirmatum est cor eius, non commouebitur donec uideat super inimicos suos. Non enim cum uiderit: iam commouebitur. Ita ergo & illud dictū est. Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis. Non enim, cum fuerint inimici sub pedibus positi: desinet

Psal. 110.

Ioan. 15.

Matth. 5.

Ex lib. de gratia
noui test. Psal.
mo 21.

Ex li. 1. de tri.
nitate

Psal. 112.

Ex tractatu
Psal. 118.
2. Cor. 5.

Ex lib. 83 que.

Ex lib. de gratia
noui test. Psal.
mo 21.

Psal. 107.

desinet ille sedere ad dextram: nec cum positi fuerint, desinet regnare. Ergo intelligitur, Oportet eū regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, semper regnaturum quoniam semper illi erunt sub pedibus. Nouissime autem inimica destruetur mors.] Quid sumus in corpore: peregrinamur a domino, nondum sumus in patria. Quādo erimus in patria? Quando triumphabimus deuictio inimico diabolo: quando mors, nouissima inimica destruetur. tunc fiet sermo quod scriptum est. Abscorpta est mors in uictoria. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Tunc ergo nulla erit mortis contentio: quæ modo est: & facit nos gemere ex defectu: ex mutabilitate rerum: ex fragilitate carnis humanae. Contendunt nobiscum quotidie rationes: contendunt quotidie delectationes. et si non consentimus: tamen molestiam patimur, & contendimus, & magnum periculum est: ne qui contendit uincatur. Si autem non consentiendo uincimus: molestiam tamen patimur resistendo delectationibus. Non cessat & non moritur hostis, nisi in resurrectione mortuorum. Dictum est, Cum tradiderit regnum deo & patri. quasi nunc non teneat regnum pater. Dictum est. Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. quasi postea non sit regnaturus: & ad hoc ualeat quod supra dictum est. Deinde de finis. Quod sacrilega opinio eharretici accipiunt: quasi finem dixerit cōsummationem regni eius: cum in Euangelio scriptum sit. Et regni eius non erit finis. Postremo quod dictū est, Cum autem ei omnia subiecta fuerint: tūc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia: sic uolunt intelligi: quasi nunc aut aliquid filio non sit subiectum, aut patri non sit ipse subiectus. Genere igitur locutionis soluitur quaestio, sic enim plerumque scriptura loquitur: ut quod semper est, tūc fieri dicatur in aliquo, cum ab eo cognosci cœperit. Ita enim dicimus in oratione. Sanctificetur nomen tuum, quasi aliquid quando non sit sanctum. Ergo sanctificetur, id est sanctum esse innotescat. Ita quoque cum tradiderit regnum deo & patri. i. cū patre regnare monstrauerit, ut per speciem, manifestatio nemq; clarescat, quod nunc a fidelibus creditur, et ab infidelibus non putatur. Euacuabit autem omnem principatum & potestatem, manifestando utique regnū patris, ut omnibus notū sit, nullum principatum & potestatum, siue caelestium, siue terrestrium, per se habuisse aliquid principatus et potestatis, sed ab illo ex quo sunt omnia non solum ut sint, uerum etiam ut ordinata sint. In illa enim manifestatione, nulli spes aliqua remanebit in quoquā principe, aut in quoque homine, quod etiam nunc propheta canit. Bonum est sperare in domino, quod sperare in principibus, ut ista meditatione, anima iam in regnum patris assurgat, nec cuiusquam potestatem praeter illū magni faciens, nec sua sibi ipse perniciossime blandiens. Tradet ergo regnū deo

& patri, cum per illū, per speciem cognoscetur pater. Regnum enim eius sunt, in quibus nunc regnat per fidem. Aliter enim dicitur regnum Christi, secundum potestatem diuinitatis, quod ei cuncta creatura subiecta est, & aliter regnū eius dicitur ecclesia secundum proprietatem fidei, quæ in illo est, secundum quod orat qui dicit, Posside nos. neque enim non ipse possidet omnia, secundum quod dicitur etiam illud. Cum fueris effectus peccati, liberi eratis iustitie. Euacuabit ergo omnē principatum & omnē potestatem & uirtutem, ut nulli, patre intuenti per filium, opus sit, aut libeat in cuiusquam creaturæ, uel in sua conquiescere potestate. Oportet enim cum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, hoc est, oportet regnū eius in tantū manifestari, donec omnes inimici eius ipsum regnare fateantur. Hoc enim intelligitur sub pedibus eius futuros inimicos. Quod si de iustis acceperimus, ideo dictū est inimicos, quia ex iniustis iustificantur: & ei credendo subduntur. De iniustis autem, qui ad iustorum beatitudinem futuram non pertinent, sic accipiendū est, quoniam & ipsi cum regnare, ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur. Ergo, Oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis: non ita dictum est, quasi cum posuerit inimicos sub pedibus suis, non sit postea regnaturus: sed oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Oportet eum, inquit, ad tantam euidentiam regnum suū perducere, donec inimici eius nullo modo audeant negare quod regnet: Nam scriptū est. Ita oculi nostri ad dominū Deum nostrum donec miseretur nostri. Nec ideo tamen, cum miseretur nostri fuerit: oculos ab eo debeamus auertere. In tantum enim est beatitudo nostra, in quantum eius contemplatione perfruimur. Sic ergo & hoc dictum est, Oculorum nostrorum intentio ad dominum non porrigitur nisi usque ad impetrationem misericordiae ipsius: non ut postea inde auertatur: sed ut nihil inde amplius requirat. Donec ergo pro eo positum est ut non amplius intelligas. Quo enim amplius, id est usque ad quam maiorem manifestationem manifestabitur Regnū Christi, nisi quousque omnes inimici eum regnare fateantur? Aliud est ergo non amplius manifestari: aliud, non amplius permanere. Non amplius manifestari, est non fieri manifestius. Non amplius permanere, est non fieri perseverantius. Quādo autē manifestus erit regnum Christi, quā cum omnibus claruerit inimicis: nouissima autem inimica destruetur mors: Non enim erit aliquid quod destruat posteaquam mortale hoc induerit immortalitatem. omnia enim subiecit sub pedibus eius. Hoc est, ut etiam mortem destruat. Cum autem dicat: omnia subiecta sunt ei. Dixit utique propheta in psalmis. Sine dubio praeter eum qui subiecit ei omnia. Patrem uult intelligi omnia filio subiecit.

Rom. 6.

Psal. 122.

se, sicut multis locis idem dominus in euange-
lio commendat & praeedicat, non solum pro-
pter formam serui: sed & propter principium
de quo est: & de quo aequalis est ei, de quo est.
Amat enim ad unum principium referre om-
nia tanquam imago eius, sed in quo habitat
omnis plenitudo diuinitatis.

Cum autem subiecta fuerint ei omnia tunc ipse filius subie-
ctus erit ei qui sibi subiecit omnia.]

10 **Q**ui filium dei, patri aequalē non esse con-
cedunt, solent usurpare familiaris hoc
testimonium. Non enim posset eis error obo-
riri palliatus nomine Christiano: nisi de scri-
pturis non intellectis. Dicunt enim. Si aequa-
lis est, quomodo subiectus erit. Quod utiq; si-
militudo est illi euangelicā quæstioni. Si aequalis
est, quomodo maior est pater? Ipse enim do-
minus ait. Quoniam pater maior me est. Re-
gula autem catholica fidei, sic se habet: ut cū
aliqua in scripturis dicuntur de filio, quod sit
minor patre, secundum susceptionem homi-
nis intelligantur. Cū uero ea dicuntur quibus
demonstratur aequalis, secundum quod deus
est, accipiantur. Apparet ergo quemadmodū
dictum sit, Et pater maior me est. & Ego & pa-
ter unum sumus, & deus erat uerbum, & Ver-
bum caro factum est, & Non rapinam arbitra-
tus est esse se aequalē deo, & Semetipsum exi-
nauit formā serui accipiens. Recte ergo que-
ritur hoc loco utrum secundū hominis susce-
ptionem Apostolus dixerit. Tunc & ipse fili-
us subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia. So-
let circumstantia scripturæ illuminare senten-
tiam: cum ea quæ circumscripta sunt, presentē
quæstionem contingant, diligenti discussio-
ne tractentur. Inuenimus itaq; uentum esse ad
hunc locum, ut supra diceret. Nunc autē Chri-
stus surrexit à mortuis primitiæ dormientium.
Agebat enim de resurrectione mortuorū. Quod
in domino secundum susceptionem hominis
factū est, quāquam apertissime sequatur, & di-
cat. Quonia quidē phominē mors: & per ho-
minē resurrectio mortuorū. Sicut enim in A-
dam oēs moriuntur: sic & in Christo oēs uiuifi-
cabuntur. Vnusquisq; autē in suo ordine. Initū
Christus: deinde qui sunt Christi in presentia
eius: deinde finis, cum tradiderit regnum deo
& patri: cū euacuauerit omnē principatum &
omnem potestatem & uirtutem. Oportet enim
illū regnare, donec ponat omnes inimicos suos
sub pedibus suis. Nouissima autē inimica de-
structur mors. Omnia autem subiecit sub pedi-
bus eius. Cum autē dixerit, quia omnia subdita
sunt, manifestū est quia prater eū, qui subiecit
illi omnia. Cum autem illi omnia subiecta fue-
rint, tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui illi
subiecit omnia: ut sit deus omnia in omnibus,
Manifestum est ergo hoc secundum suscepio-
nem hominis esse dictum. Cum autem et om-
nia subiecta fuerint, tūc & ipse filius subiectus
erit ei, qui illi subiecit omnia, non quasi modo
non ita sit, sed tunc manifestum erit secundum
locutionem superius tractatam.

10an. 14.

10an. 10.

10an. 1.

Philip. 2.

ut sit deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui ba-
ptizantur p mortuis? Si omnino mortui non resurgūt: ut quid
er baptizantur p illis? ut qd er nos periclitamur omni hora.]

Ipsē est finis, quem supra commemorauit: cū
totum primum uellet breuiter concludere:
deinde quasi membratim explicare & pone-
re. Loquebat enim de resurrectione mortuo-
rum, ubi ait. Initium Christus: deinde qui sunt
Christi, in presentia eius: deinde finis. Ipse sci-
licet finis est, ut sit deus omnia in omnibus. A-
liter enim dicitur finis qui pertinet ad cōsum-
mationem: aliter qui pertinet ad consumptio-
nem. Aliter enim tunica finitur texedo: aliter
cibus comedendo. Deus autem omnia in om-
nibus dicitur, ut nemo eorum qui ei coherēt,
amet aduersus eum suam propriam uolunta-
tem: manifestumq; sit omnibus quod idem a-
postolus alio loco dicit. Quid autē habes quod
non accepisti? Hoc autem ita dictum est, ut no-
uerimus diligentius etiam illud cōsiderari o-
portere, secundum quid regnet nūc dominus
dispensatione sacramenti sui per incarnatio-
nem atq; passionem. Nam secundum id quod
dei uerbum est, tam sine fine, quā sine initio
& sine intermissione, est regnum eius. Secun-
dum id autem quod uerbum caro factum est,
coepit regnare in credentibus per fidem incar-
nationis suæ. Vnde est etiam illud. Domi-
nus regnauit à ligno. Hinc autē euacuauit om-
nem principatum, & omnem potestatem, &
uirtutem, dum non per claritatē eius, sed per
humilitatem salui fiunt credentes in eū. Hoc
est absconditum à sapientibus & prudentibus,
& reuelatum paruulis. Quoniam placuit do-
mino per stultitiā praeedicationis saluos face-
re credentes. Neq; quicquam se inter paru-
los scire dicit Apostolus, nisi Christum Iesum,
& hunc crucifixum.

40 **Q**ua praeedicatione tandiu opus est, donec
ponantur oēs inimici sub pedibus eius: hoc est
ipsi humilitati eius, quā pedum nomine signi-
ficari arbitror, cedat atque subdat omnis su-
perbia secularis, sicut ex maxima parte iam fa-
ctum est: & quotidie fieri uidemus. Sed quo
sine ista fiunt? Ut tradat regnum deo & pa-
tri, id est ut nutritos fide incarnationis suæ per-
ducatur ad speciem, qua aequalis est patri. Iam e-
nim eis qui crediderunt loquebatur, cum di-
ret. Si manseritis in uerbo meo, uere discipuli
mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueri-
tas liberabit uos. Regnum enim tradet Deo
patri, cum per id regnabit in cōtemplantibus
ueritatem, quo aequalis est patri: & per se uni-
genitum, per speciem faciet uideri patrē. Nūc
enim per hoc regnat in credentibus, quod se-
metipsum exinaniuit, formam serui accipiēs.
Tunc autem tradet regnum Deo & patri, cū
euacuauerit omnem principatum, & omnem
potestatem, & uirtutem. Vnde euacuabit, nisi
humilitate, & patientia, & infirmitate? Quis
enim principatus non euacuatur, cum filius
Dei propter ea regnat in credentibus, quia e-
um principes seculi iudicauerunt?

Quæ

Quæ potestas nō euacuatur, cum ille per quē
facta sunt omnia, propterea regnat in creden-
tibus, quia ita subiectus est potestatibus, ut di-
ceret homini: Nō haberes in me potestatem,
nisi tibi data esset de super? Quæ uirtus nō eua-
cuatur: cum ipse, per quem cœli solidati sunt:
ideo regnat in credentibus, quia usque ad cru-
cem, mortemq; infirmatus est? Hoc autem mo-
do filius proprie regnat in fide credentium.
Non enim pater dici aut credi potest, uel in-
carnatus, uel iudicatus, uel crucifixus. Per spe-
ciem autem qua aequalis est patri, cum patre
regnat in contemplantibus ueritatem. Quod
autē tradet regnum Deo & patri, à fide incar-
nationis suæ ad speciem deitatis perducens
eos qui sibi nunc credunt, non ipse amittit: sed
uterq; se unum ad perfruendum contemplan-
tibus præbet. Tandiu autem opus est: ut in ho-
minibus nondum ualentibus aequalitatem pa-
tris & filij perspicua mentis luce contueri, per
hoc regnet Christus, quod tales capere pos-
sunt, & quod proprie ipse suscepit (id est incar-
nationis humilitatem) donec ponat omnes
inimicos suos sub pedibus suis, id est donec
omnis superbia secularis, incarnationis eius
humilitati subdatur. Sane quod dictum est,
Tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui illi sub-
iecit omnia: quamuis secundum hominis sus-
ceptionem dicatur, (quia inde quæstio nata
est, cum ageret de resurrectione mortuorum)
tamen recte quæritur utrum secundum ipsum
tantum sit quod est caput ecclesiæ, an secun-
dum uniuersum Christum, annumerato cor-
pore & membris eius. Cum enim ait ad Gala-
tas: Non dicit in seminibus, tanquam in mul-
tis, sed tanquam in uno, & semini tuo quod est
Christus: ne ipsum solum hoc loco intelligere
mus Christū, quide Maria uirgine natus est:
propterea, dicit. Omnes enim uos unū estis
in Christo Iesu. Si uos Christi, ergo Abraham
semen estis. Et ad Corinthios cum de charitatē
tediceret, de membris corporis similitudinē
ducens, Sicut enim corpus unum est, inquit, et
membra habet multa: omnia autem membra
corporis, cum sint multa, unum est corpus: ita
& Christus. Non dixit ita & Christi: sed ita &
Christus: ostendens Christum recte appella-
ri etiam uniuersum, hoc est caput cum cor-
pore suo, quod est ecclesia.

1. Cor. 12.

1. Cor. 6.

Quod ait apostolus, Cum autem ei om-
nia subiecta fuerint, tūc & ipse filius subiectus
erit ei, qui sibi subiecit omnia. Aut ideo dictū
est, ne quisquam putaret habitum Christi, qui
ex humana creatura susceptus est, conuersum
iri postea in ipsam diuinitatem, uel (ut certi-
us expresserim) deitatem. Quæ non est creatu-
ra: sed est unitas trinitatis incorporea & incō-
mutabilis, & libimet consubstantialis, & incō-
terna natura. Aut si quisquam contendit (ut a-
liqui senserunt) ita dictum est, & ipse filius sub-
iectus erit ei, qui illi subiecit omnia, ut ipsam
subiectionem, commutationem & conuersio-
nem credat futuram creaturæ in ipsam substā-
tiam, uel essentiam creatoris, id est ut quæ fue-
rat substantia creaturæ, fiat substantia creato-
ris: certe uel hoc concedit, quod non habet ul-
lam dubitationem: nondum hoc fuisse factum
cum dominus diceret. Pater maior me est. Di-
xit enim hoc nō solum antequam ascendisset
in cælum, uerum etiam antequā passus resur-
rexisset à mortuis. Illi autem qui putant huma-
nam in eo naturam, in deitatis substātia muta-
ri, atq; conuerti: & ita dictum, tunc & ipse fili-
us subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia: ac
si diceretur: Tunc & ipse filius hominis, & à
uerbo Dei suscepta humana natura, commu-
tabitur in eius naturam, qui ei subiecit omnia:
tunc futurum putant, cum post diem iudicij,
tradiderit regnum deo & patri. Ac per hoc et-
iam secundum hanc opinionem adhuc pater
maior est, quā serui forma, quæ de uirgine
accepta est. Quod si aliqui & hoc affirmant,
quod iam fuerit in Dei substantiam mutatus
homo Christus Iesus, illud certe negare non
possunt: quod adhuc natura hominis mane-
bat, quando ante passionē dicebat, Quoniam
pater maior me est. Vnde nulla cunctatio est,
secundum hoc esse dictū, quod forma serui ma-
ior est pater, cui in forma dei equalis est filius.

Ex lib. 1.
de trinitate.

10an. 14.

40 **E**t nūc clarifica me tu pater apud temetip-
sum, claritate quam habui priusquam mūdus
esset apud te. Ordo uerborum est. Quam ha-
bui apud te priusquam mūdus esset. Ad hoc
ualet qd ait, & nūc clarifica me. Hoc est, sicut
tūc, ita & nūc. Sicut tunc predestinatione, ita
& nūc perfectione: Fac in mūdo, quod apud
te iā fuerat ante mūdum. Fac in suo tempore,
quod ante omnia tempora statuisti. Hoc qui-
dam sic intelligendum putarunt, tanquam hu-
mana natura, quæ suscepta est à uerbo, cōuer-
teretur in uerbum: & homo mutaretur in deū.
Immo si diligentius quod opinati sunt, cogite-
mus: homo periret in Deo. Non enim quisquā
ex ista mutatione hominis, uel duplicari Dei
uerbū dicitur est, uel augeri, aut ut duo sint
quod unum fuit, aut amplius sit quod minus
fuit. Porro si natura humana in uerbū mutata
atq; conuersa, uerbū Dei quantū erat: & quod
erat, hoc erit ubi est homo si non periret? Sed in
hanc opinionem, quam ueritati prorsus nō ui-
deō cōuenire, nihil nos urget, si in filio dicen-
te, & nūc clarifica me tu pater apud temetip-
sum

Ex tractatu
euang. sec.
10an. 105.

10an. 17.

sum claritate quam habui priusquam mundus
esset apud te: intelligamus predestinationem
claritatis humanæ (quæ in illo est) naturæ ex
mortalis immortalis apud patrē futuræ, & hoc
iam prædestinando, factum fuisse antequam
mundus esset, quod in mundo etiam suo tem-
pore fieret. Si enim de nobis dixit apostolus:
Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitu-
tionem: cur abhorrere putatur à uero, si tunc
pater caput nostrum glorificauit: quando nos
in ipso, ut membra eius essemus elegit: Sic em̄
nos electi, quomodo ipse glorificatus. Quia
priusquam mundus esset, nec nos eramus: nec
ipse mediator Dei, & hominum homo Iesus
Christus. Sed ille qui per ipsum, in quantum
uerbū eius est, etiam quæ futura sunt, fecit: &
uocat ea quæ non sunt tanquam sunt: profecto
secundum quod mediator Dei & hominū ho-
mo est, ante mundi constitutionem præ nobis
Deus pater glorificauit ipsum, si tunc elegit
nos etiam in ipso. Scimus dictum esse: pa-
trē filio esse maiore, quia in forma serui erat
filius, & adhuc in forma est humana filius, quā
leuauit in caelum. Propterea de illo dictū est,
quod & nunc interpellat pro nobis, & sempiterna
erit in regno hæc eadem forma immor-
talis. Propter quod dictum est. Tunc & ipse fi-
lius subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia.
Nam de spiritu sancto, qui nullā suscepit crea-
turam ad unitatem personæ suæ, quamuis se-
p̄ subiectam creaturā uisibiliter & ipse, siue per
columbæ speciem, siue per linguas igneas sit
demonstrare dignatus, nunquam dictus est spi-
ritus adersasse patrem, nunquam dictus est mi-
nor patre. Ad horam quippe apparuerunt il-
la, quæ per spiritum sanctum significando mō-
strarent uisibiliter inuisibilem. Columba pro-
pter amorem sanctum. Ignis autem propter
charitatis lumen atq; feruorem. Et peractosi-
gnificationis officio, corporales illæ species
transierunt, atq; esse ulterius destiterunt, sicut
columna nubis nebulosa per diem, luminosa
per noctem. Deniq; ne putaretur columba, uel
flamma ad substantiam pertinere spiritus san-
cti: uel quod se in hæc uisibilia tantæ maiesta-
tis naturā conuerterit, aut in unitatem perso-
næ suæ ista suscepit: nunquam postea sic ap-
paruisse legitur spiritus sanctus. Christus autē,
qui humanam non ad horam sumpsit effigie,
in qua hominib. appareret, ac deinde illa spe-
cies præteriret: sed in unitatem personæ suæ
manente inuisibili Dei forma, accepit uisibilē
formam hominis, nō solum natus est in ea de
homine matre: uerum etiam creuit in ea: & mā-
ducauit, & bibit, & dormiuit in ea: & occisus
est in ea: & resurrexit in ea: & ascendit in cæ-
lum, & sedet ad dextram patris in ea: ad iudi-
candos uiuos & mortuos, uenturus est in ea,
& in regno suo ei, qui illi subiecit omnia, erit
subiectus in ea.

Ex lib. 2. cōt. Maximinum

Ex cod. li.

Non autem (ut putas) corpus tantum filij, id est corpus hominis, uerum etiam humanū spiritū, patri dicimus esse subiectum. Et secun-

dum id quod homo factus est intelligimus di-
ctum. Cum autem omnia illi subiecta fuerint,
tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui illi subie-
cit omnia. Secundum id quod Christus est ca-
put & corpus. Caput scilicet ipse saluator, qui
resurrexit à mortuis, & sedet ad dextram pa-
tris: & ecclesia quæ est corpus eius, plenitudo
eius. Sicut apertissime dicit apostolus. Ac per
hoc cum omnia Christo subiecta fuerint, & ca-
piti & corpori erunt sine dubitatione subie-
cta. Nam secundum id quod sine tempore de-
us natus est, nihil unquā potuit ei nō esse subie-
ctū. Nec quisquam ita existimet de patre in-
telligendum, quod subiecit omnia filio, ut ip-
sum filium sibi omnia subiecit nō putet. In-
separabilis est enim operatio patris & filij. A-
liōquin nec ipse pater sibi subiecit omnia, sed
filius ei subiecit qui ei regnum tradidit: & eua-
cuat omnem principatum, & omnem potesta-
tem & uirtutē. De filio quippe ista dicta sunt.
Cum tradiderit, inquit, regnum Deo & patri:
cum euacuauerit omnem principatum, & om-
nem potestatem & uirtutem. Ipse enim sub-
iecit qui euacuauit.

Ve sit deus omnia in omnibus.]

Premium uirtutis erit ipse qui uirtutem de-
dit, & qui se ipsum quo melius, & maius nihil
possit esse promisit. Quid est enim aliud, quod
per prophetam dixit: Ero illorum Deus, & ipsi
erunt mihi plebs: nisi, ego ero unde satientur,
ego ero qua cunq; ab omnibus honeste deside-
rantur, & uita, & salus, & uictus, & copia, &
gloria, & honor, & pax, & omnia bona: Sic er-
nim & illud recte intelligitur quod ait aposto-
lus, ut sit Deus omnia in omnibus. Ipse finis
erit desideriorum nostrorū, qui sine fine uide-
bitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione
laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic ac-
tus profecto erit omnibus, sicut ipsa uita æ-
terna, communis.

Perniciosum autem est consilium hominis
ipsi homini, quo ea querit quæ sua sunt, non
quæ dei sunt. In cuius hereditate (quod ipse no-
bis est) cum ad fruendum se præbere dignatur,
nullas patiemur cum sanctis societatis angus-
tias, dilectione rei nostræ quasi priuata. Glo-
riolissima quippe ciuitas illa, adepta promif-
sam hereditatem, in qua nullus morietur, nul-
lus orietur, non habebit ciues, qui singulis gau-
dent suis rebus: quia Deus erit omnia in omni-
bus. Cuius societatem, quisquis in hac peregrina-
tione fideliter, & flagranter desiderauerit,
assuescit priuatis præferre communia, nō sua
querendo, sed quæ Iesu Christi: ne sibi sapiēs,
& sibi consulens exacerbet dominum consi-
lio suo: sed sperans quod non uidet, non festi-
net fieri, de his quæ uidentur, beatus: atque
illud æternum, quod non uidetur, patien-
ter expectās, eius in promissionibus sequatur
consilium, cuius in tentationibus precatur au-
xilium. Ita erit & humilis in confessionibus suis,
ne fiat istorum similis, de quibus dicitur. Et
humilifati sunt in iniquitatibus suis.

Ex lib. de trinitate. 1.

Ex lib. 22. de ciui. dei.

Ex tractatu Psalm. 105.

Psalm. 105.

Iustorum

Ex lib. sen. Prosperi.

Iustorum desideriorum fatietati, tunc nihil
deerit, quando Deus omnia in omnibus erit.
Ad quam beatitudinem ij perueniunt, qui hu-
ic seculo ante separationē animæ à carne mo-
riuntur: nec in eis inueniuntur cupiditatibus,
quas sola superat dilectio dei: ut & id patiat
iniquitas quod elegit, & eo bono fruatur iusti-
tia quod amauit. In quibusdam æternis, potest
esse aliqua distātia. Ipsa autem æternitas, abs-
que diuersitate mensuræ est. Et multæ quidem
mansiones in una uita uarias meritorum signi-
ficant dignitates: sed ubi Deus erit omnia in
omnibus, fiet etiā in dispari claritate per gau-
dium: ut quod habebunt singuli, commune sit
omnibus. Quoniam per cōnexionem dilectio-
nis à gloria capitis nulla erit aliena pars cor-
poris. Non mirum est dicere apostolum etiam
in futuro seculo, patri filium subiectum futu-
rum, ubi ait. Tunc & ipse filius subiectus erit
ei, qui illi subiecit omnia. Quandoquidem fi-
lius forma humana mansura est, qua semper
maior est pater. Quamuis non defuerint, qui
illam tunc filij subiectionem, & ipsius humanæ
formæ in diuinam substantiam commutatio-
nem intelligendam putauerint: tanquam hoc
cuiq; rei subijciatur, quod in eā uertitur & mu-
tatur. Sed intelligi potest ideo magis dixisse
apostolum etiam tunc patri filium subiectum
futurum, ne quis in eo putaret spiritum, &
corpus humanum conuersione aliqua consti-
mendum. ut sit Deus omnia in omnibus, non
tantum in illa forma hominis, sed in omni-
bus, quando capitis gloria uniuersum cor-
pus implebit.

Quotidie morior per uestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro.]

Ex ser. de epi. Iacobi, ut nemo iuret

Ut noueritis uerum iurare non esse pecca-
tum, inuenimus et apostolum Paulum iurasse.
Quotidie morior per uestram gloriā fratres,
quam habeo in Christo Iesu domino nostro.
Per uestram gloriam, iuratio est. Non qualis
ait, Per uestram gloriam morior, quasi uestra
gloria me facit mori. Quomodo si diceret, per
uenenum mortuus est, per inimicum mortuus
est, per gladiū mortuus est, per bestiam mortuus
est, id est faciente ueneno, faciente inimico, fa-
ciente gladio, faciente bestia. Non sic dixit per
uestram gloriam. Ambiguitatem enim, Gra-
cus sermo dissoluit. Inspicitur in epistola Gre-
ca: & inuenitur ibi iuratio qua non est ambi-
gua. mā tyn ymetē ran cay chesin. mā tyn, ubi
dicit Græcus, iurat. Quotidie auditis Græcos:
& qui Græce non nostis, mā tōn theon, iuratio
est. Quando dicit iuratio, per Deum saluatus
sum: Dīā tōn theon. Ergo nemo dubitat iurasse
apostolum Paulum, cum dixit. Per uestram
gloriam fratres. Et ne putemus eum per huma-
nam gloriā iurasse, addit, Quā habeo in Chri-
sto Iesu domino nostro. Est alio loco iuratio
prorsus certa & expressa. Testē Deū inuoco
super animā meam. Quia parcens uobis non-
dum ueni Corinthū. Et alio loco ad Galatas.
Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo, quia

2. Cor. 1. Galat. 1.

non mentior. Ecce iurauit apostolus. Non uos
fallant qui nescio quomodo uolentes ipsas iu-
rationes discernere, uel potius non intelligen-
re, dicunt non esse iurationem, quando dicit
homo. Scit deus, testis est deus, inuoco deum
super animam meam uerum me dicere. Inuo-
cauit, inquit, deum, testem fecit deum, nūquid
iurauit? Qui hæc dicunt, nihil aliud uolunt,
nisi inuocato deo teste, mentiri. Ita ne uero
quisquis es paruū cordis, uel peruersi cordis, si
dicas, per Deum, iuras: si dicas: Testis est De-
us, non iuras? Quid est per Deum, nisi te-
stis est Deus? Aut quid est, Testis est Deus,
nisi per Deum? Quid autem est iurare, nisi
ius deo reddere quando per deum iuras: ius sa-
luti tuæ reddere, quando per salutem tuam iu-
ras: ius filijs tuis reddere, quādo per filios tuos
iuras? Quod autē ius debemus saluti nostræ,
filijs nostris, Deo nostro, nisi charitatis, uerita-
tis, & non fallitatis? Maxime autem per De-
um cum sit, ipsa est uera iuratio. Quia & cum
dicit quisque, per meam salutem, salutem sur-
am deo obligat. Quādo dicit, per filios meos,
oppignerat deo filios suos, ut hoc ueniat in ca-
put eorum, quod exit de ore ipsius.

Si uerum, uerum. Si falsum, falsum. Cum er-
go filios suos, uel caput suum, uel salutem sur-
am quisque in iuratione nominans, quicquid
nominat obligat deo, quanto magis quando
iurat per ipsum Deum: Timet enim falsum iu-
rare per filium suum, & non timet falsum iu-
rare per deum suum, fortasse hoc dicens in ani-
mo suo. Timeo per filium meum falsum iura-
re, ne moriatur. Deus autem, qui non moritur
etli falsum per eum iuretur, quid mali contin-
git deo: Bene quidem dicit, nihil mali contin-
git deo quādo falsum iuras per deū: sed contin-
git mali multum tibi, qui fallis proximum, cui
testem adhibes deum.

Iurationem autem caue quantum potes.
Melius quippe nec uerum iuratur: quia iuran-
di consuetudine, & in periurium sepe caditur,
& semper periurio appropinquatur. Sed illi,
quantum aliquos eorum audiui, quid sit iura-
re, prorsus ignorant. Putant enim se non iura-
re quando in ore habent, scit Deus, & testis est
deus, & testem deum inuoco super animam,
meam, quia non dicitur per Deum: & quia ta-
lia reperuntur in apostolo Paulo. Sed etiam
illa ibi contra eos inuenta est, quam confiten-
tur esse iurationem, ubi ait apostolus. Quoti-
die morior per uestram gloriam fratres, quam
habeo in Christo Iesu domino nostro. In Græ-
cis enim codicibus reperitur omnino hanc ef-
se iurationem. Nec quisquam in Latina lin-
gua hoc sic intelligat dictum per uestram glo-
riam, quomodo dictum est, Per meum aduen-
tum ad uos iterum, & multa similia, ubi dici-
tur per aliquid, & non est iuratio. Sed nō ideo,
quia, in suis literis iurauit apostol. uir in uerita-
te firmissimus, ludus nobis debet esse iuratio.
Multo enim tutius, ut dixi, quantum ad nos
attinet, nunquam iuramus, ut sit in ore nostro,
Est,

Ex lib. ad cōf. Hilarij;

Est, est, Non, non, sicut dominus monet. Non quia peccatum est iurare, sed quia gravissimum peccatum est falsum iurare, quocirca cadit qui consuevit iurare.

In expositione epi. ad Galatas Qui dicit, Ecce coram deo, quia non mentior, iuravit utique. Et quid sanctius hac iuratione? Sed non est contra preceptum iuratio, quae a malo non est iurantis, sed incredulitatis eius cui iurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita dominum prohibuisse a iurando, ut quantum in ipso est quisque non iuret. Quod multi faciunt, in ore habentes iurationem, tanquam magnam aut suave aliquid. Nam utique apostolus noverrat preceptum domini, & tamen iuravit. Non enim audiendi sunt, qui has iurationes esse non putant. Quid enim faciet de illa, Quotidie morior per vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Quam Graeca exemplaria manifestissimam iurationem esse conuincunt. Quando ergo in ipso est, non iuravit apostolus. Non enim appetit iurationem, cupiditate aut delectatione iurandi. Amplius est enim, quam Est, est, Non, non: & ideo a malo est: sed infirmitatis aut incredulitatis eorum, qui non aliter mouentur ad fidem.

Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephefi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidam habent. Ad reuerentiam uobis loquor.]

Ex li. 5. de bap. Apostolorum temporibus inuenimus fuisse quosdam, quibus una spes non erat, & unus baptismus erat. Quomodo enim habebant unam spem cum sanctis & iustis illi qui dicebant, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur: dicentes quod non esset resurrectio mortuorum: & tamen in ipsis erant, quibus apostolus dicit. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis? Ad eos enim apertissime scribit, dicens. Quomodo dicunt quidam in uobis, quia resurrectio mortuorum non est?

Ex ser. de uer. euang. 11. Sunt homines qui dicunt. Non est homini bene, nisi cui assunt carnis deliciae. Ipsi sunt quos notat apostolus, dicentes. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Quis huc inde surrexit? Quis nobis quod ibi agitur dixit? hoc nobiscum tollimus, quod in hoc tempore bene est nobis. Qui hoc dicit, uxorem duxit, carnem amplexatur, carnis uoluptatibus iocundatur, a coena excusatur, obseruet ne fame in teriore moriatur.

Ex ser. de re surrectio. Animaduertimus cum apostoli epistola legeretur, laudabilem mortum fidei charitatisque uestrae, quemadmodum exhorrueritis homines, qui putantes hanc solam esse uitam, quam cum pecoribus habemus communem, post mortem autem finire totum quod est hominis, nec esse ullam spem uitae ulterius melioris: prurium malarum aurium corruptentes, dicunt. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, & quod est perniciosius, de sepulchro mortuo, argumentum sepeliendi cordis assumunt,

& dicitur. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Irrident etiam fidem afferentium surrecturos esse mortuos, dicentes sibi, Ecce, iste positus est in sepulchro. Audiatur uox illius, sed huius non potest. Patris mei uocem audiam, aut mei, proauis. Quis inde surrexit? Quis indicauit, quid agatur apud inferos? Bene nobis faciemus cum uiuimus. Cum autem mortui fuerimus, etiam si parentes nostri, aut chari, aut propinqui afferant ad sepulchra nostra epulas, sibi afferent qui uiuunt, non nobis mortuis. Haec quidem irrilit etiam scriptura, dicens de quibusdam bona praesentia non sentientibus, tanquam si epulas, inquit, mortuo circumponas. Et manifestum est haec ad mortuos non pertinere, & consuetudinem hanc esse paganorum, non uenire de propagine illa & uenustitiae patrum nostrorum patriarcharum, quibus exequias celebratas legimus, praetatum esse non legimus. Hoc etiam in moribus Iudeorum animaduerti potest. Non enim tenuerunt inde uirtutis frugem, sed tamen tenuerunt in quibusdam solennitatibus consuetudinis uertutem. Et quod obijciunt quidam de scripturis, Frange panem tuum, & effunde uinum tuum super sepulchra iustorum, & ne tradas eum iniustis: non est quidem de hoc differendum: sed tamen posse dico fideles intelligere quod dictum est. Nam quemadmodum ista fideles faciunt religiose erga memorias suorum, notum est fidelibus. Et quia non sunt ista exhibenda iniustis, id est infidelibus, quia iustus ex fide uiuit: etiam hoc fidelibus notum est. Nemo ergo quaerat de medicina uulnium, & de scripturis conetur torquere uinculum, unde laqueum mortis iniiciat animae suae. Manifestum est illud quemadmodum intelligatur, & aperta atque salubris est haec celebratio Christianorum. Illud ergo, ut coeperam dicere, uideamus propter homines murmurantes in aures infirmorum. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Quia dicunt, nullus inde surrexit. Non audiui uocem cuiusquam ex quo ibi positus est auus meus, ex quo atauus, ex quo pater, nullus audiui uocem. Tu autem recolens fidem tuam, responde illi & dic. Stulte, si pater tuus resurgeret, crederes? Dominus omnium resurrexit, & non credis? Unde enim ita uoluit mori & resurgere, nisi ut omnes uni credere mus, ne a multis deciperemur? Et quid faceret pater tuus, si resurgeret, & loqueretur iterum moriturus? Attende cum quanta ille potestate resurrexit, qui iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur, ostendens se ipsum discipulis & fidelibus suis. Contrectata est soliditas corporis, cum parum esset quibusdam uidere quod meminissent, nisi etiam tangerent quod uidebant. Confirmata fides est, non solum in cordibus, sed etiam in oculis hominum.

Ascendit ille in caelum qui haec demonstrauit. Misit spiritum suum discipulis suis. Praedicatum est euangelium. Si mentimur haec in teo erga orbem terrarum. Multa quae promissa sunt, facta

facta sunt: multa quae sperabant, impleta sunt: in fide Christiana totus orbis uiget. Non audent Christi resurrectioni detrahere, nec illi qui nondum Christo crediderunt. Testimonium ab angelis, testimonium in terra, testimonium ab angelis, testimonium ab inferis. Quid remansit quod non clamet? Et tu dicis: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Desinant ergo murmura male loquentium, & corrumpentium mores bonos colloquiis malis. Figite pedes in uia, figite: ut non relinquatis uiam, non ut remaneatis in uia, sed quemadmodum dictum est, sic currite, ut comprehendatis. Semper uigeat Christus in corde, qui uoluit in capite ostendere, quod membra caetera sperent. In terra quidem laboramus, caput nostrum in caelo iam non moritur, nec deficit, nec aliquid patitur. Passus est tamen pro nobis, quia traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Expergitur ergo ad beatitudinem uestram, nullus male suadus excutiat de cordibus uestris quod Christus infixit. Ergo fratres cur hoc dicimus? Ne forte ita uobis iurrepant illi, de quibus ait apostolus. Corrumpunt mores bonos colloquia mala, quia dicunt: Manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Ut dicant nobis. Dicis mihi quod resurrexit Christus, & in de speras resurrectionem mortuorum. Sed Christo licuit resurgere a mortuis. Et incipit iam laudare Christum, non ut illi det honorem, sed ut tibi faciat desperationem serpentis astuta pnicies, ut laude Christi te auertat a Christo. Dolose praedicat, quem uituperare non audet. Exaggerat maiestatem illius, ut singularerem faciat, ne tu speres tale aliquid, quale in illo resurgente monstratum est: & quasi religiosior apparet erga Christum, cum dicit. Ecce qui se audet comparare Christo, ut quia resurrexit Christus, & se resurrecturum putet. Noli conturbari peruersa laude imperatoris tui. Hostiles inuidiae te perturbant, sed Christi humilitas, & humanitas te consolatur. Ille praedicat quantum creatus sit Christus a te. Christus autem dicit quantum descendit ad te. Excita ergo fidem, & responde dicenti. Christus solus potuit, nos non possumus. Responde & dic. Ideo Christus potuit, quia deus. Respondebit ille. Utique quia deus. Si quia deus, quia omnipotens. Si quia omnipotens, cur desperabo quod poterit & in me, quod demonstrauit in se propter me? Vos ergo, ut dixi fratres, contra illos dicite. Ieiunemus & oremus, cras enim moriemur. Illi enim dicunt. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Quia resurrectionem non sperant. Nos autem qui iam resurrectionem, & loquentibus prophetis, & praedicante Christo, & Apostolis, credimus, & annunciamus, uideamus: quia speramus nos post istam mortem uicturos. Non deficiamus, ne corda nostra oneremus crapula & ebrietatibus, sed solliciti expectantes accinctis lumbis, & lucernis ardentibus aduentum

domini nostri Iesu Christi, ieiunemus, & oremus: non ideo quia cras moriemur, sed ut securi moriamur.

Nolite seduci, corrumpunt mores bonos colloquia mala.] Fratres mei, qui timetis deum, memento te quod ait apostolus Petrus. Quoniam aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circumcuiat quarens quem deuoret. Quem non potest deuorare seductum ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur, ut si fieri potest, operibus hominum & malarum linguarum detractione deficiat, & sic in eius fauces ruat. Si autem nec famam innocentis maculare potuerit, hoc ei persuadere tentat, ut per maleuolas suspensiones de fratre suo iudicet, & sic ab illo implicatus absorbeat. Et quis omnes captiones eius, & circumuentiones, uel comprehendere, uel enumerare sufficiat? Aduersus haec tamen tria, quae ad causam presentem pertinet, prius, ne mala exempla imitatio ad nequitiam seducamini, ita uos per Apostolum. alloquitur deus. Ne sitis iugum ducentes cum in delibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? Aut quae societas luci ad tenebras? Item alio loco. Nolite, inquit, seduci, corrumpunt mores bonos colloquia mala. Sobrius esto te, iusti, & nolite peccare. Ut autem linguis detrahentium non deficiatis, sic per prophetam dicit. Audite me qui scitis iudicium populus meus, in quorum corde lex mea est. Opprobria hominum nolite metuere, & detractione eorum ne superemini. Nec quod uos spernunt, magni duxeritis. Sicut enim uestimentum, ita per tempus absumuntur, & sicut lana a tineis comeduntur: iustitia autem mea in aeternum manet. Iam uero ne maleuolo animo de seruis dei falsa suspicando pereratis, illud apostolicum recordamini, ubi ait. Nolite ante tempus quicquam iudicare, donec ueniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifesta bit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique a deo. Et item illud quod scriptum est. Quae manifesta sunt, nobis: quae autem occultata sunt, domino deo uestro.

Sed dicit aliquis: quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore uenient?]

Cum resurrectionem mortuorum persuadere uellet eis qui dicebant: quia resurrectio mortuorum non est: Christi resurrectione premissa in exemplum, inter caetera intulit sibi questionem, atque ait. Sed dicit aliquis. Quomodo resurgunt mortui? Quo autem corpore uenient? id est quali corpore. Deinde adhibet documenta seminum.

Inspiciens tu quod seminas non uiuificatur nisi prius moriatur, & quid seminas? non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius caeterorum. Deus autem dat illi corpus sicut uoluit, & unicuique seminum proprium corpus.] Secundum hoc ergo dixerat. Non corpus quod futurum est seminas. Neque enim non triticum erit ex tritico. Sed quia nemo seminat herbam, uel stipulam, & multiplicia in palea tegumenta granorum, cum quibus tamen

Ex epi. ad plebs Hippontensium.

1. Cor. 6.

1. Cor. 4.

Ex epi. ad Co. sentium

femina exurgunt, ideo ait: sed nudum granu, hinc uolens ostendere, quia si Deus potest ad- dere quod non erat in nudo femine, multo ma- gis potest reparare quod erat in hominis cor- pore. Iam uero quod adiungit, ad differetiam pertinet resurgendum, propter diuersas glori- as fidelium atq; sanctorum.

Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia peco- rum, alia caro uolucrum, alia autem piscium. Et corpora cele- stia, & corpora terrestria. Sed alia quidem celestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lune, & alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum.]

In his omnibus iste sensus est. Si genera car- nis, cum sint cuncta mortalia, differunt tamen inter se, pro diuersitatibus animantium: & si corpora, cum sint omnia uisibilia, differunt ta- men pro diuersitatibus locoru (unde alia est ce- lestium gloria, alia terrestrium) & si in locis sublimibus, cum sint cuncta caelestia, differunt etiam ipsa claritates luminum: no mirum est, quod in resurrectione mortuoru, distabit glo- ria meritorum. Hinc iam uenit ad illud, quod communiter habet omnis caro, quae ad uitam resurgit aeternam, & dicit.

Seminatur in corpore, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, sur- get in uirtute. Seminatur corpus animale, surget spiritale.]

In his uerbis apostoli, nunquid fas est putare melius corpora nostra resurrectura, quam Christi? cum de illo sit propositum exemplum, quod de illo fideliter intendere, & per eius gra- tiam sperare debeamus. Ac per hoc non po- tuit in corruptione resurgere, si nostrum in in- corruptione resurrecturum promittitur: nec potuit illud sine gloria, si nostrum resurget in gloria. Quae autem gloria, ubi adhuc corruptior? Nihil itaq; absurdum est, ut credamus illud cor- pus & in infirmitate seminatum esse (id est mor- tificatum) & in infirmitate resurrexisse, cum corpus nostrum seminetur in infirmitate, sur- gat in uirtute: & dicat idem Apostolus de Chri- sto. Et si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit tamen ex uirtute Dei. Quis autem tam absur- de sapiat, ut credat illud corpus animale semi- natum: animale resuscitatum, si nostrum semi- natur animale, surget spiritale? Constat itaq;, neq; ullo modo dubitandum est, corpus Chri- sti, quod licet corruptionem putredinis in se- pulchro non uiderit, unde scriptum est, Nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem: cla- uis tamen & lancea perumpi potuit: nuc om- nino in incorruptione consistere: & quod in cotumelia passionis, mortisq; seminatam est, nunc esse in gloria uitae aeternae: & quod ex in- firmitate potuit crucifigi, nuc in uirtute regna- re: & quod erat corpus animale, quoniam ex Adam sumptum est, nunc esse spiritale, quoni- am spiritui iam inseparabiliter copulatum est. Cum enim uellet apostolus de corpore anima- li adhibere testimonium scripturarum, illud posuit quod in Genesi legitur.

Si est, inquit, corpus animale, est & corpus spiritale: sicut

scriptum est. Factus est primus homo Adā in animā uiuentem.]

Reolis certe quemadmodum scriptum est, Et insufflauit deus in faciem eius statum ui- ta, & factus est homo in animam uiuam. Dicitur est autem etiam de animalibus. Producatur ter- ra animam uiuam. Intelligitur igitur corpus animale dici simile ceteris animalibus prop- ter mortis dissolutionem & corruptionem, q; quotidie cibo reficitur, & postea separata ani- mantis compage dissoluitur: spiritale autem corpus, quod iam cum spiritu immortale est. Quamuis nonnulli arbitrentur tunc fieri cor- pus spiritale, cum etiam & ipsum corpus mu- tatur in spiritum: & quod homo erat ex corpo- re & spiritu: utrumq; ac totum, spiritus erit. Qua- si dixerit apostolus, seminat corpus, surget spi- ritus. Dixit autem. Seminatur corpus anima- le, surget corpus spiritale. Proinde sicut anima- le corpus non est anima, sed corpus: ita spiri- tale corpus, non spiritum debemus putare, sed corpus. Quis porro audeat opinari, uel Chri- sti corpus non spiritale resurrexisse, uel si spiri- tale resurrexit, iam non corpus fuisse, sed spiri- tum? cum hanc opinionem discipulorum re- fellat, ubi cum eum uidentes existimarent se spi- ritum uidere, ait. Palpate & uidete, quia spiri- tus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Iam ergo illa caro, spiritale erat cor- pus. Nec tamen spiritus erat, sed corpus, nulla ulterius morte ab anima resoluendum, atq; se- parandum: sicut corpus animale, quale anima- tum est Dei statu, cum factus est homo in ani- mam uiuam, etiam ipsum ex animali spiritale sine mortis interuentu futurum, nisi transgres- sio praeccepti, prius commisso peccato inflige- ret poenam, quam deus seruata iustitia daret coronam. Vnde dominus Iesus per nos ad nos uenit, cum peccatores iustus inuenit, per stra- tum quodammodo humilitatis nostrae, sed non cum morbo iniquitatis nostrae. Nam per ani- male nobis, hoc est per mortale corpus appa- ruit: qui utique si uoluisset, cum immortalis corpore primitus aduenisset. Sed quia nos hu- militate filij Dei sanari oportebat, usq; ad nos- tram infirmitatem descendit, & fidei nostrae meritum ac praemium, uirtute suae resurrectio- nis ostendit. Ideo sequitur apostolus, & dicit.

Novissimus Adam in spiritum uiuificantem.]

Sive intelligatur primus Adam, qui de pul- uere ante formatus est: nouissimus autem Adam qui de uirgine procreatus: sive in uno quoque homine utrumq; compleatur, ut pri- mus Adam sit homo in corpore mortali, nouis- simus Adam idem ipse in corpore immortalis: tamen inter animam uiuentem, & spiritum ui- uificantem hoc interesse uoluit, ut illic sit cor- pus animale, hic spiritale. Anima quippe in corpore animali uiuit quidem, sed non uiuifi- cat usq; ad auferendam corruptionem. In cor- pore uero spiritali (quoniam perfecte adhae-rens domino, unus spiritus est) sic uiuificat, ut spiritale corpus efficiat, absumens omnem cor- ruptionem, nullam metuens separationem. Proinde sequitur.

Luc. 24.

1. Cor. 4.

sed

Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo celestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis ca- lestis, tales & caelestes. Igitur sicut portauimus imaginem terre- ni, portemus & imaginem celestis.

Quid est: Qualis terrenus, tales & terreni: nisi mortales ex mortalibus? Et quod est: Qua- lis caelestis, tales & caelestes: nisi immortales per immortalem? Illud per Adā, hoc per Chri- stum. Dominus enim ad hoc terrenus factus est cum esset caelestis: ut eos qui terreni erant face- ret caelestes, hoc est, ideo ex immortalis morta- lis factus est, assumendo formam serui, non dñi mutando naturam, ut eos qui mortales erant, faceret immortales: impartiendo dominicam gratiam, non seruilem iniuriam perpetuando. Cum igitur de resurrectione corporis aposto- lus disputans, doceret nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia, ex contem- ptibilibus gloriosa, ex infirmis fortia, ex ani- malibus spiritalia, hoc est ex mortalibus im- mortalia, subiicit atque ait.

Hoc autem dico fratres, quoniam caro & sanguis regnum dei possidere non possunt.]

Et ne quisquam putaret secundum substan- tiam carnis hoc apostolum definisse, apperuit quid diceret subiungendo.

Neque corruptio incorruptelam possidebit.]

Tanquam diceret. Quod dixi Caro, & san- guis regnum dei non possidebunt, ideo dixi, quia, corruptio incorruptionem non possi- debit. Hoc ergo loco nomine carnis & sangui- nis, corruptionem mortalitatis intelligi uolu- it. Denique tanquam ei diceretur: quomodo caro erit, & caro non erit? Caro quippe erit, quoniam dominus post resurrectionem ait. Pal- pate & uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere. Caro autem non erit, quoniam caro & sanguis regnum dei non possidebunt, exponit quid dixerit, adiciens.

Ecco mysterium uobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.]

Vel sicut Graeci codices habent,

Omnes quidem dormiemus: non tamen omnes immutabimur.

Hac immutatione, utrum in deterius, an in me- lius intelligi uoluerit, inferiora demonstrant. In momento siue in atomo, inquit.]

Hoc est in puncto temporis quod diuidi non potest. In ictu oculi.]

Hoc est in summa celeritate.

In nouissima tuba.]

Hoc est in nouissimo signo quod dabitur, ut ista compleantur.

Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur.]

Ergo istam commutationem in melius si- ne dubitatione oportet intelligi, quia om- nes, & iusti, et iniusti resurgentur, sed sicut dominus in euangelio loquitur, qui bene fece- runt in resurrectionem uitae: qui male egerunt in resurrectione iudicij. Iudicium appellans poe- nam sempiternam. Sicut alio loco Qui non cre- dit inquit, iam iudicatus est. Proinde, illi qui

Ioan. 6

ad iudicium resurgentur sunt, non commuta- buntur in illam incorruptelam, quae nec dolo- ris corruptionem pati potest. Illa namque si- delium est, atque sanctorum. Isti uero perpe- tua corruptione cruciabantur: quia ignis eo- rum non extinguetur, & uermis eorum non morietur. Quid tibi ergo uult ista distinctio, Et mortui resurgent incorrupti, & nos immuta- bimur: nisi quia omnes incorrupti resurgent? Sed ex his iusti etiam immutabuntur in illam incorruptelam, cui omnino nulla possit nocere corruptio: ac per hoc, qui in eam non com- mutabuntur, incorrupti quidem resurgent in- tebritate membrorum: sed tamen corrumpenti di dolore poenarum, cum audierint. Ite in igne aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. A quo auditu malo, iustus non timebit. De illa uero commutatione iustorum, cum di- xisset, Et nos immutabimur: tanquam quare- remus quomodo istud fiat, uel qualis ista com- mutatio futura sit, adiungit, & dicit.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.]

Non (ut opinor) dubitandum est, secundum hoc dictum. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Quia ibi non erit corruptio, & mortalitas carnis & sanguinis. Secundum has enim qualitates hoc loco carnem & san- guinem nuncupauit. Quocirca (ut aliquid ex- emplum gratia ponam quod interim occurrit) sicut scriptum est, Ne forte tentauerit uos is qui tentat, & inanis sit labor noster, atque hic intelligitur diabolus, tanquam Deus omnino non tentet, de quo ita alio loco scriptura dicit. Ipse autem neminem tentat, nec contraria est ista sententia ei qua dicitur. Tentat uos domi- nus Deus uester, sed soluitur quaestio, cum uocabulum tentationis diuersas intelligentias habet, eo quod alia sit tentatio deceptionis alia tentatio probationis, secundum illam non intelligitur qui tentat, nisi diabolus: secundum hanc uero tentat deus. Ita cum dicitur, Caro possidebit regnum dei, & caro non possidebit regnum Dei, etiam huius nominis intelligen- tia discernatur, & nulla erit quaestio, quoniam caro secundum substantiam secundum quam dictum est, spiritus ossa & carnem non habet, sicut me uidetis habere, possidet regnum Dei: caro autem cum secundum corruptionem in- telligitur, non possidebit. Hoc enim expositum est, cum diceretur. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, in eo quod continuo additum est. Neque corruptio incorruptionem posside- bit. Manifestum est, quod per caelestem ho- minem Christum uelit accipi: & per terrenum hominem, Adam: non propter carnem terre- nam, sed propter peccatum, cui dictum est, ter- ra es: & in terram ibis reo iam facto, & mortis supplicio destinato. Dominus autem noster, non cadens propter se, sed descendens prop- ter nos, sine peccato carnem assumpsit. In qua tamen assumptione carnis ostenderet resurre- ctionem omnis carnis: & portarem interim

i. Thess. 3. 1.

iacob. 1. 2. Deut. 1. 15.

Ex serm. de uera resurrect. mort.

fide hominem caelestem: imaginem hominis caelestis. Interim fide, interim corde, postea uero in resurrectione mortuorum & corpore. Qualis terrenus, tales & terreni, id est omnes morituri: & qualis caelestis, tales & caelestes, id est omnes resurrecturi. Iam enim caelestis resurrexit, ascendit in caelum.

Itē quorundā ex eadēlectione, explanatio.

Alia claritas solis, & alia claritas lune, & alia claritas stellarum. Stella autem à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum.]

Ex tract. Aug. gusti. sc. Ioan. 67. Ioan. 14.

Et si alius est alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior, in domo patris mei mansiones multae sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo, ubi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille, aequalis est omnibus: quem paterfamilias eis qui operati sunt in uinea, iubet dari omnibus: non in eo discernens qui minus, & qui amplius laborauerunt. Quo utique denario, uita significatur aeterna. Vbi amplius alio nemo uiuit, quoniam non est uiuendi diuersa in aeternitate mensura. Sed multae mansiones, diuersae meritorum in una uita aeterna significat dignitates. Alia em gloria solis, alia gloria lune, alia gloria stellarum, stella enim à stella differt in gloria: sic & resurrectio mortuorum. Tanquam em stellae diuersae claritatis in caelo, diuersas sancti mansiones fortititur in regno, sed propter unum denarium nullus separatur à regno, atque ita Deus erit omnia in omnibus: ut quoniam Deus charitas est, per charitatem fiat, ut quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisque etiam ipse habet, cum amat in altero quod ipse non habet. Non erit itaque aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Proinde respuendi sunt à corde Christiano, qui putat ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum caelorum erit aliquid, ubi beate maneant innocentes, qui sine baptismo ex hac uita emigrarunt, quia sine illo in regnum caelorum intrare non poterunt. Haec fides non est fides, quoniam non est uera & catholica fides. Ita ne tandem stulti homines, & carnalibus cogitationibus excacati, cum reprobandi essetis, si mansionem non dico Petri, Pauli, uel cuiuslibet apostolorum, sed cuiuscunque paruuli baptizati, à regno caelorum separaretis, non uos putatis esse reprobandos, qui domum dei patris inde separatis? Nō enim ait dominus: in uniuerso mundo, aut in uniuersa creatura, aut in uita uel beatitudine sempiterna, mansiones multae sunt: sed in domo, inquit, patris mei, mansiones multae sunt. Nonne ista est domus ubi aedificationem habemus ex deo, domum non manufactam, & terram in caelo? Nonne ista est domus de qua cantamus Deo: Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te? Ergo ne uos non domum cuiusque baptizati fratris, sed domum ipsius Dei patris, cui omnes fratres dicimus, Pater noster qui es in cae-

2. Cor. 5.

lis, à regno separare caelorum, aut eam sic diuidere audebitis, ut aliquae mansiones sint in regno caelorum, aliquae autem extra regnum caelorum? Absit, absit: ut qui uolūt in regno habitare caelorum, in hac stultitia uelint habitare uobiscum. Absit inquam, ut cum omnis domus regnantium filiorum non sit alibi nisi in regno, ipsius regiae, domus pars aliqua non sit in regno. Seruate gradus uestros. Seruat enim uobis Deus honores uestros.

Math. 6.

Comparata est resurrectio mortuorum stellis in caelo constitutis. Stella enim à stella differt in gloria, ut apostolus dicit: sic & resurrectio mortuorum. Aliter enim ibi lucebit uirginitas, aliter ibi lucebit castitas coniugalis, aliter ibi lucebit sancta uiduitas. Diuersae lucebunt, sed omnes ibi erunt. Splendor dispar. Caelum commune.

Ex ser. de uer. euang. 42.

Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.]

Resurgent sanctorum corpora sine ullo uitio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit. Propter quod & spiritalia dicta sunt, cum proculdubio corpora sint futura, non spiritus. Sed sicut nunc corpus animale dicitur (quod tamen corpus non animal est) ita tunc spiritale corpus erit, corpus tamen non spiritus. Proinde quantum attinet ad corruptionem, quae nunc aggrauat animam: & uitia, quibus caro aduersus spiritum concupiscit: tunc non erit caro, sed corpus, quia & caelestia corpora perhibentur. Propter quod dictum est. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Et tanquam exponens quid dixerit. Neque corruptio, inquit, in corruptionem possidebit. Quod prius dixerat caro & sanguis hoc posterius dixit corruptionem. Et quod prius regnum Dei, hoc posterius in corruptionem. Quantum autem attinet ad substantiam, etiam tunc caro erit. Propter quod & post resurrectionem corpus Christi caro appellata est. Sed ideo (ait Apostolus) seminatur corpus animale, surget corpus spiritale: quoniam tanta erit tunc concordia carnis & spiritus, uiuificante spiritu sine sustentaculi & licuius indigentia subditam carnem, ut nihil nobis repugnet ex nobis, sed sicut foris neminem: ita nec intus, nos ipsos patiamur inimicos. Sicut enim spiritus carni seruiens, non incongrue carnalis: ita caro spiritui seruiens, recte appellabitur spiritalis: non quia in spiritum conuertetur (sicut nonnulli putant) ex eo quod scriptum est, Seminatur corpus animale: surget corpus spiritale: sed quia spiritui summa, & mirabili obtemperandi facilitate subdetur, usque ad implendam immortalitatis indissolubilis securissimam uoluntatem: omni molestiae sensu, omni corruptibilitate & tarditate detracta. Non solum enim non critale, quale nunc est in quauis optima ualitudine: sed ne tale quidem, quale fuit in primis hominibus ante peccatum: qui licet morituri non essent, nisi peccassent, alimentis tamen ut

Ex lib. enchir.

Ex li. 13. de ciuit. dei.

hor,

homines utebantur: nōdum spiritalia, sed adhuc animalia corpora terrena gestantes. Quae licet senio non ueterascerent, ut necessitate perducerentur ad mortem: qui status eis de ligno uitae quod in medio paradiso cum arbore uetita simul erat, mirabili Dei gratia praestabatur: tamen & alios sumebant cibos, praeter uenam arborem quae fuerat interdicta. Alebantur ergo alijs alimentis quae sumebant, ne animalia corpora molestiae aliquid esuriendo, ac sitiendo sentirent. De ligno autem uitae propterea gustabatur, ne mors eis undecumque subreperet, uel senectute confecta decursis temporum spatijs interirent: tanquam caetera essent alimento, illud sacramento: ut sic fuisse accipiatur lignum uitae in paradiso corporali, sicut in spiritali, hoc est intelligibili paradiso, sapientia Dei, de qua scriptum est: Lignum uitae est omnibus amplectentibus eam. Corpora ergo iustorum, quae in resurrectione futura sunt, neque ullo ligno indigebunt, quo fiat ut nullo morbo uel senectute inueterata moriantur: neque ullis alijs corporalibus alimentis, quibus esuriendi, ac sitiendi qualiscunque molestia deuitetur: quoniam certo & omnimodo inuisolabili munere immortalitatis induentur ut non nisi uelint, possibilitate nō necessitate uescantur. Certe fides Christiana, de ipso Salvatore non dubitat, quod etiam post resurrectionem iam quidem in spiritali carne, sed tamen uera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit. Non enim potestas, sed egestas edendi ac bibendi, talibus corporibus auferetur. Unde & spiritalia erunt, non quia corpora esse desistant, sed quia spiritu uiuificante subsistent. Nam sicut ista quae habent animam uiuentem, nondum spiritum uiuificantem, animalia dicuntur corpora, nec tamen animae sunt, sed corpora, ita illa spiritalia uocantur corpora. Absit tamen, ut spiritus ea credamus futura, sed corpora carnis habitura substantiam, sed nullam tarditatem, corruptionemque carnalem spiritu uiuificante passura. Tunc iam non terrenus, sed caelestis homo erit, non quia corpus quod de terra factum est non ipsum erit, sed quia donec caelesti, iam tale erit, ut etiam caro incolendo non amissa natura, sed mutata qualitate conueniat. Erit ergo spiritui subdita caro spiritalis, sed tamen caro, non spiritus, sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis, sed tamen spiritus, non caro. Cuius rei habemus experimentum in nostra poenae deformitate.

Ex lib. 2. de ciuita. Dei

Non enim secundum carnem, sed utique secundum spiritum carnales erant, quibus ait apostolus. Non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Et homo spiritalis sic in hac uita dicitur, ut tamen corpore adhuc carnalis sit, & uideat aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suae. Erit autem etiam corpore spiritalis, cum eadem caro sic resurrexerit, ut fiat quod scriptum est. Seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale. Gentiles, plerumque philosopho-

rum argumentis nobiscum agere student, ut dicant aliquid terrenum in caelo esse non posse. Nostras scripturas enim non nouerunt, nec sciunt quomodo dictum sit, Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Non enim ita dictum est, quasi corpus uertatur in spiritum & spiritus fiat, quia & nunc corpus nostrum, quod animale dicitur, non iam in animam uersum est, & anima factum, sed spiritale corpus intelligitur, quod ita spiritui subditum est, ut caelesti habitationi conueniat, omni fragilitate ac labe terrena in caelestem puritatem, ac stabilitatem mutata atque conuersa. De qua dicit Apostolus. Omnes resurgemus, sed nō omnes immutabimur. Quam immutationem nō in deterius, sed in melius fieri docet, cum dicit, & nos immutabimur. Resurget igitur corpus secundum Christianam fidem, quae fallere nō potest. Quod cui uidetur incredibile, qualis sit nunc caro attendit, qualis autem futura sit, nō considerat, quia illo tempore immutationis angelicae nō iam caro erit & sanguis, sed solummodo corpus. Cum enim de carne Apostolus loqueretur, Alia inquit caro uolucrum, & corpora caelestia & corpora terrestria. Non enim diceret caro caelestis. In caelestibus uero nulla caro, sed corpora simplicia & lucida, quae appellat Apostolus spiritalia. Nonnulli autem uocant etherea. Et ideo non resurrectioni carnis contradicit illud quod ait, Caro & sanguis regnum Dei nō possidebunt, quia in carne & sanguine, uentrem & libidinem, id est opera carnis, quae ibi omnino non erunt, significat. Non autem carnem ipsam abolendam dixit Apostolus, quia corporis resurrectione facta à cunctis passionibus liberati, aeterna uita, cum ineffabili claritate atque stabilitate, sine corruptione fruemur.

Ex lib. de sym.

Si est corpus animale, est & spiritale, sicut scriptum est. Primus est primus homo Adam in animam uiuentem nouissimus Adam in spiritum uiuificantem.

Primus homo de terra terrenus in animam uiuentem factus est, non in spiritum uiuificantem, quod ei per obedientiae meritum seruabatur. Ideo corpus eius, quod cibo ac potu egebatur, ne fame afficeretur & siti, & nō immortalitate illa absoluta atque indissolubili, sed ligno uitae mortis necessitate prohibebatur, atque in iuuentute prolixa tenebatur, non spiritale, sed animale fuisse non dubium est, nequaquam tamen moriturum, nisi in Dei praedictis, mirantisque sententiam delinquendo corruisset, & alimentis quidem, etiam extra paradysum non negatis, à ligno tamen uitae prohibitus esset, tempore uetustateque finiendus in ea donec spiritus obedientiae merito fieret, posset in paradiso (nisi peccasset) habere perpetuam. In corpore ergo animali primum hominem factum, sic apostolus loquitur. Volēs enim à spiritali quod in resurrectione futurorum est: hoc quod nunc est animale, discernere:

Ex lib. 13. de ciuita. Dei

Seminatur inquit in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in contumelia: surget in gloria: seminatur in infirmitate: surget in uirtute: seminatur corpus animale: surget corpus spiritale.]

Deinde ut hoc probaret: si est, inquit, corpus animale, est & corpus spiritale. Et ut quid esset corpus animale ostenderet, Sic, inquit, scriptum est. Factus est primus homo in animam uiuentem, isto igitur modo uoluit ostendere, quid sit corpus animale. Quamuis scriptura non dixerit de primo homine, qui est appellatus Adam, quando illi anima flatu Dei creata est, & factus est homo in corpore animalis: sed factus est homo in animam uiuentem. In eo ergo quod scriptum est, Factus est homo in animam uiuentem: uoluit Apostolus intelligi corpus hominis animale. Spiritale autem quemadmodum intelligendum esset, ostendit, addendo. Nouissimus Adam in spiritum uiuificantem, proculdubio Christum significans. Qui iam ex mortuis ita resurrexit: ut mori omnino deinceps non possit. Deinde sequitur, & dicit.

Sed non primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale.]

Vbi multo apertius declarauit, se animale corpus insinuasse in eo quod scriptum est, factum esse primum hominem in animam uiuentem. Spiritale uero in eo quod ait. Nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. Prius enim animale corpus, quale habuit primus Adam: quamuis non moriturum nisi peccasset: quale nunc habemus, & nos hactenus eius mutata uitiatateque natura, quatenus in illo posteaquam peccauit effectum est, unde haberet iam moriendi necessitatem: quale pro nobis etiam Christus primum habere dignatus est, non quidem necessitate, sed potestate: postea uero spiritale, quale iam praecepsit in Christo, tanquam in capite nostro: secuturum est autem in membris eius ultima resurrectione mortuorum. Adiungit autem Apostolus duorum istorum hominum euidentissimam differentiam, dicens.

Primus homo de terra terrenus: secundus homo de caelo caelestis, qualis terrenus, tales & terreni: & qualis caelestis, tales & caelestes: & quomodo induimus imaginem terreni, induimus & imaginem eius qui de caelo est.

Hoc Apostolus. posuit, ut nunc quidem in nobis secundum sacramentum regenerationis fiat, sicut alibi dicit. Quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis. Re autem ipsa tunc perficietur, cum & in nobis quod est animale nascendo, spiritale factum fuerit resurgendo. Ut ergo eius itidem uerbis utar: spe salui facti sumus. Induimus autem imaginem terreni hominis propagatione praearicationis & mortis, qua nobis intulit generatio: sed induimus imaginem caelestis hominis, gratia indulgentiae, uitaeque perpetuae, quod nobis prestat regeneratio, non nisi per mediatorem dei & hominum, hominem Iesum Christum. Quem caelestem hominem uult intelligi, quia de caelo

uenit: ut terrenam mortalitatis corpore uestiretur, quod caelesti immortalitate uestiret. Coelestes uero ideo appellat, & alios, quia sunt per gratiam membra eius: ut cum illis sit unus Christus uelut caput & corpus. Hoc in eadem epistola euidentius ita ponit. Per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificantur. Iam utique in corpore spirituali, quod erit in spiritum uiuificantem. Non quia omnes qui in Adam moriuntur membra erunt Christi, ex illis enim multo plures secunda in aeternum morte plebsentur.

Sed ideo dictum est omnes atque omnes, quia si cut nemo corpore animali, nisi in Adam moritur, ita nemo corpore spirituali, nisi in Christo uiuificatur. Pristina stabilitas corporis quam peccando amisimus, habebat tantam felicitatem, ut in defectum non uergeret senectutis.

Huic ergo pristinae stabilitati restituetur hoc corpus in resurrectione mortuorum, sed habebit amplius, ut nec alimentis corporalibus sustentetur, sed ad sufficientiam uiuificetur solo spiritu, cum resurrexerit in spiritum uiuificantem, qua causa etiam spiritale est. Illud autem quod primum fuit, quamuis non moriturum, nisi homo peccasset, tamen animale factum est, hoc est in animam uiuentem. Diximus iam (nisi fallor) Adam unum hominem fuisse, & ipsum esse totum genus humanum. Nam ita diximus si meministis. Quasi fractus est, & sparsus colligitur, & quasi conflatur in unum, societate atque concordia spirituali. Et gemit uos pauper modo, ipse Adam, sed in Christo innouatur, quia sine peccato uenit Adam, ut peccatum Adam solueret in carne sua, & ut redintegraret sibi Adam in imaginem Dei. Adam ergo caro Christi, quia caro Christi de Adam. De Adam ergo templum quod destruxerunt Iudaei, & resuscitauit dominus triduo. Resuscitauit enim carnem suam. Sed non primum quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale.]

In uno homine quod dixit Apostolus experimur. Quia non primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale. Unde unusquisque, quoniam ex damnata propagine exoritur, primo lit necesse est ex Adam malus atque carnalis, quod si in Christum renascendo profecerit, post erit bonus & spiritualis. Ista insufflatione cum factus est homo in animam uiuentem, non quia illa insufflatio conuersa est in animam uiuentem, sed operata est animam uiuentem, nondum tamen hominem spiritalem debemus intelligere, qui factus est in animam uiuentem, sed adhuc animale. Tunc enim spiritualis effectus est, cum in paradiso (hoc est in beata uita constitutus) praeceptum etiam perfectionis accepit, ut uerbo dei consummaretur. Itaque postquam peccauit recedens a praecepto Dei, & dimissus de paradiso, in hoc remansit, ut animalis esset, & ideo animale hominem prius agimus omnes, qui de illo post peccatum nati sumus, donec assequamur spiritalem

ritalem Adam, id est Dominum nostrum Iesum Christum, qui peccatum non fecit, & ab illo recreati & uiuificati restituiamur in paradysum, ubi latro ille cum ipso eo die meruit esse, quo istam uitam finiuit. Sic enim apostolus dicit. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale. Sic enim scriptum est, factus est primus Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem.

Primus de terra terrenus, secundus de caelo caelestis.]

Primus homo de terra terrenus, ille Adam de limo formatus est. Secundus autem de caelo caelestis, dominus Iesus Christus, quia filius dei uenit ad carnem, qua suscepta, & homo exterius fieret, et deus interius permaneret, ut et dei filius uerus esset per quem facti sumus, & hominis filius uerus fieret, per quem refectioni sumus. Primus homo Adam sic olim defunctus est, ut tamen post illum secundus homo sit Christus, cum tot hominum millia inter illum & hunc orta sint. Et ideo manifestum est ad illum pertinere omnem hominem, qui ex illa successione propaginis nascitur, sicut ad istum pertinet omnis qui in illo gratiae largitate renascitur. Unde fit ut totum genus humanum quodammodo sint homines duo, primus & secundus.

Hoc autem dico fratres, quoniam caro & sanguis regnum dei possidere non possunt: neque corruptio, incorruptionem possidebit.] Nolebat eos ad hoc edificari: ut arbitrantur se talia facturos in regno caelorum, qualia sunt in hac uita in corruptionibus manducandi, et bibendi, nubendi, uxores ducendi, generandi. Hac enim corruptio carnis habet: non species carnis. Iudaei enim credebant resurrectionem: sed tamen futuram putabant carnaliter: ut ea uita esset in resurrectione, qualis illo tempore agebat. Ista carnaliter cogitantes respondere Sadducais non poterant, proponentibus quaestionem de resurrectione. Credimus & carnis resurrectionem, non tantum qua reparatur anima, quae propter carnaliter affectiones caro nominatur: sed haec etiam uisibilis caro: quae naturaliter est caro, cuius nomen anima, non propter naturam, sed propter affectiones carnales, accepit. Haec ergo uisibilis, quae proprie dicitur caro, sine dubitatione credenda est resurgere. Videtur enim Paulus apostolus eam tanquam digito ostendere: cum dicit. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Cum enim dicit hoc, in eam tanquam digito intendit. Quod autem uisibile est, id potest digito ostendi: quoniam possit etiam anima corruptibilis dici: nam uitium morum ipsa etiam corrumpitur. Et mortale hoc induere immortalitatem cum legitur, eadem significatur uisibilis caro: quia in eam idem uelut digito intenditur. Potest enim et anima, sicut corruptibilis propter morum uitia: ita etiam mortalis dici. Mors quippe animae est, apostatare a deo. Quod primum eius peccatum in paradiso, sacris literis continetur. Resurget igitur corpus secundum Christianam fidem, quae fallere non potest. Quod cui uide-

Ex li. s. retrus.

Ex tractatu euā. sec. 104. 10

Ex li. cōt. Manich. 2.

ritalem Adam, id est Dominum nostrum Iesum Christum, qui peccatum non fecit, & ab illo recreati & uiuificati restituiamur in paradysum, ubi latro ille cum ipso eo die meruit esse, quo istam uitam finiuit. Sic enim apostolus dicit. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale. Sic enim scriptum est, factus est primus Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem.

Primus de terra terrenus, secundus de caelo caelestis.]

Primus homo de terra terrenus, ille Adam de limo formatus est. Secundus autem de caelo caelestis, dominus Iesus Christus, quia filius dei uenit ad carnem, qua suscepta, & homo exterius fieret, et deus interius permaneret, ut et dei filius uerus esset per quem facti sumus, & hominis filius uerus fieret, per quem refectioni sumus.

Primus homo Adam sic olim defunctus est, ut tamen post illum secundus homo sit Christus, cum tot hominum millia inter illum & hunc orta sint. Et ideo manifestum est ad illum pertinere omnem hominem, qui ex illa successione propaginis nascitur, sicut ad istum pertinet omnis qui in illo gratiae largitate renascitur. Unde fit ut totum genus humanum quodammodo sint homines duo, primus & secundus.

Hoc autem dico fratres, quoniam caro & sanguis regnum dei possidere non possunt: neque corruptio, incorruptionem possidebit.]

Nolebat eos ad hoc edificari: ut arbitrantur se talia facturos in regno caelorum, qualia sunt in hac uita in corruptionibus manducandi, et bibendi, nubendi, uxores ducendi, generandi. Hac enim corruptio carnis habet: non species carnis. Iudaei enim credebant resurrectionem: sed tamen futuram putabant carnaliter: ut ea uita esset in resurrectione, qualis illo tempore agebat. Ista carnaliter cogitantes respondere Sadducais non poterant, proponentibus quaestionem de resurrectione.

Credimus & carnis resurrectionem, non tantum qua reparatur anima, quae propter carnaliter affectiones caro nominatur: sed haec etiam uisibilis caro: quae naturaliter est caro, cuius nomen anima, non propter naturam, sed propter affectiones carnales, accepit. Haec ergo uisibilis, quae proprie dicitur caro, sine dubitatione credenda est resurgere. Videtur enim Paulus apostolus eam tanquam digito ostendere: cum dicit. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Cum enim dicit hoc, in eam tanquam digito intendit. Quod autem uisibile est, id potest digito ostendi: quoniam possit etiam anima corruptibilis dici: nam uitium morum ipsa etiam corrumpitur. Et mortale hoc induere immortalitatem cum legitur, eadem significatur uisibilis caro: quia in eam idem uelut digito intenditur. Potest enim et anima, sicut corruptibilis propter morum uitia: ita etiam mortalis dici. Mors quippe animae est, apostatare a deo. Quod primum eius peccatum in paradiso, sacris literis continetur. Resurget igitur corpus secundum Christianam fidem, quae fallere non potest. Quod cui uide-

Ex ser. de sym.

tur incredibile: qualis sit nunc caro attendit: qualis autem futura sit, non considerat. Quia illo tempore immutationis angelicae, non iam caro erit & sanguis, sed tantum corpus. Cum enim de carne apostolus loqueretur: Anima inquit caro pecorum: alia uolucrum, alia piscium, & corpora caelestia, & corpora terrestria. Non enim diceret caro caelestis dixit autem & terrestria corpora. Omnis enim caro etiam corpus est, non autem omne corpus etiam caro est. Primo in ipsis terrestribus, quoniam lignum corpus est, sed non caro, hominis autem & pecoris, & corpus & caro est. In caelestibus uero nulla caro, sed corpora simplicia & lucida, quae appellat apostolus spiritualia, nonnulli autem aetherea. Et ideo non carnis resurrectioni contradicit illud quod ait. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Caro & sanguis sit quod nunc caro & sanguis est praedicat, in qualem naturam quisquis hanc carnem conuertere posse non credit, gradibus ducendus est ad fidem. Si enim ab eo quaeras utrum terra in aquam possit conuertere, propter uicinitatem non ei uidetur incredibile. Rursus si quaeras utrum aqua possit in aerem, neque hoc absurdum esse respondet, uicina enim sunt sibi. Et de aere si quaeratur utrum in aethereum corpus (id est caeleste) possit mutari, iam ipsa uicinitas persuadet. Quod ergo per hos gradus fieri posse concedit, ut terra in corpus aethereum conuertatur, cur non accedente Dei uoluntate (qua & corpus humanum super aquas potuit ambulare) celerime id fieri posse (quemadmodum dictum est in actu oculi) sine ullis talibus gradibus credit: sicut plerumque fumus in flammam mira celeritate conuertitur. Caro enim nostra utique ex terra est. Philosophi autem, quorum argumentis sapienter resurrectioni carnis resistitur, quibus asserunt nullum posse esse terrenum corpus in caelo, quodlibet corpus in omne corpus conuertere, & mutari posse concedunt.

Qua corporis resurrectione, corpus a temporis conditione liberatum, aeterna uita ineffabili charitate perfruitur. Tunc enim fiet illud quod scriptum est. Absorpta est mors in uictoriam.

Dixit apostolus, cum inde loqueretur. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Sed si quis ea sic accipit, ut existimet ita corpus terrenum, quale nunc habemus, in corpus caeleste resurrectione mutari, ut nec membra ista, nec carnis sit futura substantia, proculdubio corrigendus est, commonitus de corpore domini, qui post resurrectionem in eisdem membris, non solum conspiciendus oculis, uerum etiam manibus tangendus apparuit, carnemque se habere etiam sermone firmavit, dicens. Palpate & uidete, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Unde constat apostolum non carnis substantiam negasse in Dei regno futuram, sed aut homines qui secundum carnem uiuunt, carnis, & sanguinis nomine nuncupasse, aut ipsam carnis corruptio-

Ex lib. cont. Fau. cap. 2.

Ex lib. sen. Prosperi.

Ex ser. de re sur. mor.

Ex ser. de sym.

Ex lib. 1. retractatio

Luc. 29.

ptionem, quæ tunc utique nulla erit. Nam cū dixisset, Caro & sanguis regnum Dei non possidebit, bene intelligitur tanquam exponendo quid dixerit continuo subdidisse, Neque corruptio incorruptionem possidebit.

Ex lib. 2. retractatio. Quod ergo ait Apostolus, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, non si accipiendum est, quasi carnis non sit futura substantia, sed carnis & sanguinis nomine, ipsam corruptionem carnis & sanguinis intelligendū est apostolum nuncupasse, quæ utiq; in regno illo non erit, ubi caro incorruptibilis erit. Quāuis & aliter possit intelligi, ut carnem & sanguinem, opera carnis & sanguinis dixisse accipiamus apostolum, & eos regnum Dei non possesuros, qui perseveranter ista dilexerint.

Eccc mysterium uobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.]

Ex lib. de uera relig. Resurget ergo pius populus, ut ueteris hominis sui reliquias transformet in nouum. Resurgit autem impius populus, qui ab initio usq; ad finem ueterem hominem gessit, ut in secundam mortem præcipitetur.

Ex lib. 2. de ciui. dei. Dixit Apostolus, cum de resurrectione corporum loqueretur. Omnes quidem resurgemus, uel sicut alij codices habent, Omnes dormiemus. Cum ergo nec resurrectio fieri, nisi mors præcesserit possit, nec dormitionem possumus illo loco intelligere, nisi mortem, quomodo omnes dormient, uel resurgent, si tam multi quos in corpore inuēturus est Christus, nec dormient, nec resurgent? Si ergo sanctos qui reperientur Christo ueniēte uiuentes, eiq; in obuiam rapiuntur crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros nullas in uerbis apostoli patiemur angustias, siue ubi dicit, Tu quod seminas non uiuificatur, nisi moriatur, siue ubi dicit, Omnes resurgemus, aut omnes dormiemus, quia nec illi per immortalitatē uiuificabuntur, nisi quamlibet paululum tamen ante moriantur. Ac per hoc & a resurrectione non erunt alieni, quam dormitione præcedunt, quamuis breuissima, non tamen nulla. Cur autem nobis incredibile uideatur illam multitudinem corporum, in aere quodam modo seminari, atq; ibi protinus immortaliter, atq; incorruptibiliter reuiuiscere, cum credamus quod idem ipse apostolus æpertissime dixit, in ictu oculi futurā resurrectionē, & in mēbra sine fine uictura tanta facilitate tamq; inestimabili uelocitate rediturum antequam cadauerum puluerem? Nec ab illa sententiā, qua homini dictum est, Terra es, & in terram ibis: futuros illos sanctos arbitremur immunes, si eorum morientium in terra non recident corpora: sed sicut in ipso raptu morientur: ita & resurgent dum feruntur in aera. In terram quippe ibis, id est in hoc ibis amissa uita, quod eras antequam sumeres uitam: hoc est eris examinatus, quod eras antequam esses animatus. Terræ quippe insufflauit deus in faciem flatum uitæ, cum factus est

Genesis. 3. homo in animam uitam: tanquam diceretur. Terra es animata, quod nō eras: terra eris examinatus sicut eras. Quod sunt & antequam putrescant, omnia corpora mortuorum, hoc erūt & illa si morientur ubicunq; moriantur, cū uita carebunt, quam continuo receptura sunt. Sic ergo ibunt in terram, quia ex uiuis hominibus terra erunt: quemadmodum it in cinerē quod sit cinis: it in uetustatem, quod sit uetus: it in testam, quod sit ex luto testa. & alia sexcenta sic leuimur. Quomodo autem sit futurum quod nūc pro nostræ ratiunculæ uiribus utcūque conijcimus: tunc erit potius ut nosse possimus. Priusquam miserarum delectationum, & uoluptatum manifesta tormenta procedant: interrogent se, qui tale aliquid amant: uideāt si non crucientur desiderio, & cū peruenerint ad id quod illicite desiderant, attendant, si nō crucientur timore, uideant hic ergo poenas suas antequam ueniat illa resurrectio, cum in carne resurgentes non immutabuntur. Habebunt quippe corruptionem carnis in qua dolent, non in qua moriantur. Alioquin & illi dolores finirentur.

homo in animam uitam: tanquam diceretur. Terra es animata, quod nō eras: terra eris examinatus sicut eras. Quod sunt & antequam putrescant, omnia corpora mortuorum, hoc erūt & illa si morientur ubicunq; moriantur, cū uita carebunt, quam continuo receptura sunt. Sic ergo ibunt in terram, quia ex uiuis hominibus terra erunt: quemadmodum it in cinerē quod sit cinis: it in uetustatem, quod sit uetus: it in testam, quod sit ex luto testa. & alia sexcenta sic leuimur. Quomodo autem sit futurum quod nūc pro nostræ ratiunculæ uiribus utcūque conijcimus: tunc erit potius ut nosse possimus. Priusquam miserarum delectationum, & uoluptatum manifesta tormenta procedant: interrogent se, qui tale aliquid amant: uideāt si non crucientur desiderio, & cū peruenerint ad id quod illicite desiderant, attendant, si nō crucientur timore, uideant hic ergo poenas suas antequam ueniat illa resurrectio, cum in carne resurgentes non immutabuntur. Habebunt quippe corruptionem carnis in qua dolent, non in qua moriantur. Alioquin & illi dolores finirentur.

In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba: & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.]

Quid sit atomus, multi uestrum non norūt. Atomus dicitur est à tomē, quod est sectio, à tomōs Græce, quod secari non potest. Sed atomus in corpore corpusculum est breue, quod iam non habet ubi secetur. Atomus in tempore, momentum est breue, quod iam non habet ubi diuidatur. Verbi gratia. Lapis est, diuide eum in partes: partes ipsas diuide in lapillos. Lapillos diuide in grana arene: grana arene diuide in minutissimum puluerē, perueni ad aliam quam minutiam, quā iam secare nō potes. Hoc ergo mō uides in corpore quō sit atomus. In tempore uero, quē admodū annus (uerbi gratia) secatur in menses, menses diuiduntur in dies, dies adhuc in horas diuidi possūt, horæ adhuc in partes momentorū qualdā productiores admittunt diuisiones, usquequo uenias ad tantū punctum temporis, & quadam momenti scintillam, ut produci non possit, cum nihil habeat mediū, iste est atomus in tempore. Cum dixisset in atomo, subiecit quantū potest fieri actionis, & motus in isto atomi tempore: in ictu inquit oculi. Quantus est ictus oculi non quo palpebram mouentes claudimus oculum uel aperimus, sed ictum dicit oculi emissionem radiorum ad aliquid uidendum. Mox enim, ut aperueris oculum, emittitur radius tuus, non dico ad parietem proximū, sed ad montē lōge distantē. Nec dico ad montē: qui in terra ideo uidetur, quia proximus est. In sidera, in lunam, in solem: quæ tam magno interuallo distant à terra: mox ut radium miseris ibi est. Quæ spacia quoniam cito transuolant, in atomo, in ictu oculi, in nouissima tuba resurrectio mortuorū dicitur fieri signo illo dato de celo die iudicij. Quod Christi corpus non dissolutū tabe, atq; putredine die tertio resurrexit, nostra ue

Ex tractatu p/ salm. 57.

Ex ser. de resur. mor.

Ex lib. cont. sex que. paga.

ro post longum tempus ex quadam, qua soluta discesserint, collapsione reparabuntur, humana facultati utrunq; impossibile est, diuina autem potestati utrunq; facillimum. Ut enim radius oculi nostri non citius peruenit ad propinquiora, tardius ad longinquiora, sed utraq; interualla pari celeritate contingit: ita cum in ictu oculi (sicut apostolus dicit) sit resurrectio mortuorum, omnipotentia dei, & ineffabili nutui tam facile est quæq; recētia quam diuturno tempore dilapsa cadauera suscitare. Incredibilia sunt hæc quibusdā: quia in experita, cum omnis natura rerum tam sit plena miraculis: ut non quasi facili peruestigatione rationis: sed uidentis consuetudine mira nō sint: quæ ob hoc, nec consideratione, nec inquisitione digna uidentur. Nam ego, & mecū quicūq; inuilibilia dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciunt, aut non minus, aut amplius admiramur in uno seminis tam paruulo grano omnia, quæ laudantur in arbore tanq; licciata latuisse, quam mundi huius tā ingētem sinum, quæ de corporibus humanis delabuntur absumpta, resurrectioni futuræ tota & integra redditurū. Cum solē intuemur orientem, certe manifestum est, qd ad eum acies nostra peruenire non posset, nisi transiret totum aeris cæli spatium, quod inter nos & ipsum est. Hoc aut cuius longinquitatis sit, quis estimare sufficiat: nec utiq; perueniret eadē acies, uel radius oculorū nostrorum ad transcendendum aerem qui est super mare, nisi prius transisset cum qd est super terram, in qualibet mediterranea regione simus, ab eo loco ubi sumus, usq; ad litus maris. Deinde si ad eandem lineam contuimus nostrum, adhuc post mare terræ adiacent: eum quo que aerē, qui super illas transmarinas terras est, transire acies nostra non potest, nisi prius peractō spatio aeris illius, qui super mare qd prius occurrit, extēditur. Faciamus ita post illas transmarinas terras nō nisi oceanū remanere: nunquid & aerem qui super oceanum diffunditur, potest transire acies nostra, nisi prius transierit quicquid aeris citra oceanum supra terram est: Oceani autem magnitudo incomparabilis perhibetur. Sed quantacunque sit, prius oportet aerem, qui supra est, transeāt radij oculorū nostrorum, & postea quicquid ultra est: tum demum ad solē perueniant quæ uidemus. Num igitur, quia toties hic diximus prius & postea, ideo nō simul omnia uno ictu trāsit noster obtutus? Si enim clausis oculis faciem contra uidendum solem ponamus, nonne mox ut eos aperuerimus, ibi potius aciem nostram nos inuenisse, quam illuc eam perduxisse putabimus? ita, ut nec ipsi oculi prius aperiti fuisse uideantur, quam illuc quo intendērāt peruenisse. Et certe iste corporeæ lucis est radius, emicans ex oculis nostris: & tam longe posita, tanta celeritate constringens, ut estimari, comparariq; non possit. Nempe hic & illa omnia tam ampla, immensaq; spacia, simul uno ictu transiri manifestum est: & quid prius

Ex lib. 4. de Gene. ad lit.

posteriusq; transeatur nihilominus certum est. Merito resurrectionis nostræ celeritate cum exprimere uellet Apostolus, in ictu oculi dixit fieri. Neq; enim aliquid in rerum corporum motibus, uel ictibus potest celerius inueniri. Immortalitas carnis illo perficitur momento resurrectionis, de quo ait Apostolus Paulus. In ictu oculi, in nouissima tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. In ipso namq; ictu oculi ante iudiciū resurget in uirtute, in incorruptione, in gloria corpus spiritale: quod seminatur nunc in infirmitate, in corruptione, in contumelia, corpus animale. Imago uero quæ renouatur in spiritu mentis, in agnitione dei, non exterius, sed interius de die in diem, ipsa perficitur uisionē, quæ tunc erit post iudiciū facie ad faciem. Nunc autem proficit, per speculum in ænigmate. Propter cuius perfectionem dicitū intelligendum est. Similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Hoc enim donum tunc nobis dabitur, cum dictum fuerit. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum. Tunc quippe tolletur impius ne uideat maiestatem domini, quando ibunt finistri in supplicium æternum, euntibus dextris in uitam æternam. Hæc est autem (sicut ait ueritas) uita æterna: ut cognoscant te, inquit, uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Ista mors sæpe in scripturis dormitio dicitur propter futuram resurrectionē uelut euigilationem. Hinc apostolus dicit. De dormientibus autem nolo uos ignorare fratres. Et alio loco. Ex quibus plures manent usque adhuc, quidam autem dormierunt, & alia innumerabilia in hoc testimonia, aperte per scripturas utriusq; testamenti reperiantur. Significauit ergo dominus futurum fuisse tempus, quo inter tentationes, tribulationesq; huius seculi, iam iamq; eius expectaretur, & speraretur aduentus tanquam propinquus, & imminens, ad quem præparent se, qui in eius esse familia uidentur. Hoc est enim quod ait, exisse obuiam sponso & sponse. Tardante autē sponso dormierunt. Non enim tunc ueniet cū speratur, sed media nocte, cum ualde obscurum, id est occultum erit aueniat. Vnde dicit. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Nimirum clamor iste ipsa est tuba illa quam commemorat apostolus ubi dicit. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Tubæ nomine aliquid euidentissimum, & præclarissimum signum uult intelligi: quam uocem archangelī, & turbam dei alio loco dicit: quæ etiam uox ipsius domini Iesu Christi in euangelio dicitur, quæ audient hi qui in monumentis sunt, & procedent. Surgunt ergo omnes illæ uirgines, & sapientes, & stultæ, & aptant lampades suas, id est rationem præparant reddere de operibus suis. Sed tunc illius clamoris euidentia & resurrectione mortuorum, quia nulla erit dubitatio iam instantis presentisq; iudicij, subtrahe-

Ex lib. 14. de trinitate.

Matth. 25.

Ioan. 17.

Ex lib. de gratia. no. test.

Matth. 25.

subtrahetur omne solatiū laudis humanae. Ne que enim uacabit de alio disceptare, uel de alio iudicare, aut gratificari, aut suffragari alteri, quando uniuersisq; propriū onus portabit, et de suorū factorū reddēda ratione cogitabit.

Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in uictoria, ubi est mors uictoria tua? ubi est mors aculeus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est, uirtus uero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum dominum nostrum. Itaq; fratres mei dilecti stabiles estote et immobiles, abundantes in omni opere domini semper, scientes quod labor uester non est inanis in domino.

Ex libr. 3. ad Marcellinum

Quia sicut apostoli apertissima uerba declarāt, eo absorbebitur mors in uictoria, quo corruptibile & mortale hoc induet incorruptionem & immortalitatem: id est quod uiuificabit Deus & mortalia corpora nostra, propter inhabitantem spiritum eius in nobis: manifestum est & huius mortis corporis, quæ resurrectioni corporis contraria est, aculeum fuisse spiritum. Aculeum autē quo mors facta est: non quem mors fecit. Peccato enim morimur: non morte peccamus. Sic itaq; dictū est aculeus mortis, quomodo lignum uitæ: non quod hominis uita faceret, sed quo hominis uita fieret, & quomodo lignū scientiæ per quod scientia fieret hominis, non quod per suam scientiam lecerit homo. Sic ergo & aculeus mortis quo mors facta est, non quæ mors fecit. Sic enim dicimus & poculum mortis, quo aliquis mortuus sit uel mori possit, non quod mortis mortuus esse confecerit. Aculeus itaq; mortis, peccatum est. Peccato pūctum, mortificatūq; est genus humanū. Quid adhuc querimus cuius mortis? utrum animæ an corporis? utrum primæ, qua nūc omnes morimur, an secundæ, qua tunc impij morientur? Nulla causa est exagrandi questionem, nullus tergiversandi locus. Apostoli uerba quibus id agebat, ad interrogata respondent. Cum mortale hoc, inquit, induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in uictoria. Ubi est mors uictoria tua? Ubi est mors aculeus tuus? aculeus autē mortis, peccatū, uirtus uero peccati, lex. De resurrectione corporis agebat, qua absorbebitur mors in uictoria, eū mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc ipsi morti insultabitur, quæ in uictoriam resurrectione corporis absorbebitur. Tūc ei dicitur: Ubi est mors contentio tua? Ubi est mors aculeus tuus? Morti ergo corporis hoc dicitur. Hanc enim absorbebit uictoriosa immortalitas, cum mortale hoc immortalitatem induerit. Morti (inquam) corporis hoc dicitur. Ubi est mors uictoria tua, qua omnes sic uiceris, ut etiam dei filius tecum contingeret: teq; non uitam donando, sed suscipiendo superaret. Victi in morientibus uicta es in reuergentibus. Uictoria tua qua absorberas corpora morientium, temporalis fuit. Uictoria nostra, qua in corporibus absorpta est resurgentium, æterna cōstabit. Ubi est aculeus tuus? hoc est

peccatum quod pūcti, & uenenati sumus: ut etiam in nostris corporibus fieres, & ea tā longo tempore possideres? Aculeus autem mortis, est peccatum: uirtus uero peccati, lex. Peccauimus in uno omnes: ut moreremur in uno omnes. Accepimus legem, non ut emendatione finiremus peccatum, sed ut transgressione aueremus. Lex enim subintrauit, ut abundaret peccatum. Et cōclulit scriptura omnia sub peccato. Sed deo gratias, quod dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum: ut ubi abundauit peccatum, superabūderet gratia: atq; ut promissio ex fide Iesu Christi daretur creditibus, & uinceremus mortem per immortalem resurrectionem, & aculeum eius peccatum per gratiam iustificationem.

Absorpta est mors in uictoria. Ubi est mors contentio tua? Ubi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis, peccatum: uirtus uero peccati lex. Mortem significari arbitror hoc loco, carnalem consuetudinē, quæ resistit bonæ uoluntati, delectatione temporalium fructuorum. Non enim diceretur, Ubi est mors contentio tua, si nō resistisset, & repugnasset. Ipsius contentio etiam illo loco describitur. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: ut non quæcunq; uultis illa faciatis. Fit ergo per sanctificationem perfectam, ut omnes carnales appetitus, spiritui nostro illuminato, & uiuificato (id est bonæ uoluntati) subijctantur. Et sicut nūc uidemus uultus puerilibus delectationibus nos carere, quæ nos pueros, si denegarentur, acerrime cruciabāt: ita credendum est de omni carnali delectatione futurum esse, cum perfecta sanctitas totum hominem reparauerit. Nunc autem quandiu est in nobis quod resistat bonæ uoluntati, auxilio Dei per bonos homines, & bonos angelos indigemus, ut donec sanetur totum, non ita molestetur, ut perimat etiam bonam uoluntatem. Hanc autem mortem peccato meruimus, quod peccatum omnimodo erat in libero arbitrio, cum in paradiso nullus dolor denegatæ delectationis bonæ uoluntati hominis resistebat. Sicuti nunc, uerbi gratia, si quisquā existat quem nunquam uenatio delectauit, omnimodo liber est utrum uenari uelit, an nolit, nec eum cruciat quisquis hoc prohibet. At si ista libertate male usus, uenatus fuerit contra prohibentis imperium, paulatim surrepēs delectatio mortificat animam: ut si se abstinere uelit, sine molestia & angore non possit, cū id ante tota sanitate non ageret. Ergo aculeus mortis peccatum est, quia peccato facta est delectatio, quæ iam possit resistere uoluntati, & cum dolore cohiberi. Quam delectationem, quia in delectum est animæ deterioris delectatō, iure mortem uocamus. Uirtus uero peccati lex est, quia multo sceleratius, & flagitiosius quæ lex prohibet committuntur, quam in uoluntate prohiberentur. Tunc itaq; absorpta erit mors in uictoria, cum per sanctificationē

Rom. 5.

Ex lib. 83. questionum Rom. 13.

in

in omni hominis parte perfectam, delectatio/ ne spiritualium delectatio carnalis obruetur.

Ex tractatu Psalm. 64.

Absorpta est mors in uictoria. Ubi est mors contentio tua? Ubi est mors aculeus tuus? Modo enim inchoatis in nobis primitiis mentis, unde desideramus Hierusalem, multa ex carne corruptibili contendunt aduersus nos, quæ non contentent cum fuerit mors absorpta in uictoria. Vincet pax, & finietur bellum. Quando autem uincet pax, uincet & illa ciuitas quæ dicitur uisio pacis. Nulla ergo erit à morte contentio. Modo cum morte quanta cōtendimus? Inde em sunt delectationes carnales, quæ nobis etiam illicitæ multæ suggeruntur. Quibus non consentimus, sed tamen non consentiendo contendimus.

Primo ergo, concupiscentia carnis sequentes duxit nos: postea retinentes traxit nos.

Deinde accepta gratia cōpuit nos nec ducere, nec trahere, sed adhuc contendere nobiscum. Post contentionem erit & uictoria: modo te est oppugnare, non expugnare. Postea cum absorpta fuerit mors in uictoria, oppugnare cessabit. Quod dictum est. Nouissima inimica destruetur mors. Abripiat ergo nos ignis diuinus in Hierusalem: incipiamus ardere charitate, donec totum mortale consumatur: & quod contra nos fuit, eat in sacrificium domino.

Ex ser. de uer. apostoli. 68.

Tunc fiet: Non modo fiet, sed tūc fiet. Quid tūc fiet? Sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in uictoria. Ubi est mors contentio tua? Ubi est mors aculeus tuus? Tunc fiet ut nuscquam sit aculeus mortis, nusquam possit inueniri peccatum. Quid festinas? Tunc fiet. Mereatur in te humilitas, ut tunc in te fiat: ne iuperbia non permittat, ut uel tūc in te fiat. Tūc fiet. Modo interim dum pugnas, dum laboras dum periclitaris, dic, dic: Dimitte nobis debita nostra. Dic omnino cum pugnas. Verum dic, ex animo dic: Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nos ipsos seducimus. Tu tibi diabolus eris: Nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Non enim uerum dicimus, dicendo nos non habere peccatum, cum hic nō simus sine peccato. Dicamus ergo ueritatem, ut aliquando inueniamus securitatem. Sit ueritas in pugna, ut acquiratur securitas in uictoria. Tunc fiet. Ubi est mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis, peccatum est. Sed de lege præsumis, quia tibi data est lex, & datum est tibi præceptum. Bonum est tibi, ut spiritus te uiuificet, ne litera occidat. Voluit uelis, sed non sufficit ut uelis. Adiuuandus es ut plene uelis, & impleas quod uelis. Nā uis uidere quid ualeat sine spiritu adiuuante litera iubens?

Matt. 6.

1. Ioan. 1.

Ubi dixit cum dictum esset, Ubi est mors aculeus tuus? aculeus autem mortis est peccatum: continuo subiunxit, uirtus autem peccati lex, non mala iubendo, uel bona prohibendo, immo uero mala prohibendo, & bona iubendo, uirtus tamen peccati est lex, quia subintrauit, inquit, lex, ut abundaret delectum.

Quid est ut abundaret delectum? Quia ubi gratia non erat, auxit prohibitio desiderium. Et cum quasi de proprio præsumitur, uirtus facta est grande uitium. Sed quid fecit gratia? Ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Venit dominus, totum quod de Adam traxisti, totum quod tuis prauis moribus addidisti, totum dimisit, totum deleuit. Orationem docuit, gratiam promissit, certamen indixit, laboranti subuenit, uictorem coronauit.

Rom. 5.

Stimulus autem mortis peccati est, uirtus uero peccati lex.

Aculeus mortis peccatum est. Cuius punitione facta est mors. Peccatum quasi scorpio est, pupugit nos, & mortui sumus. Sed quando est ut dicatur: Ubi est mors uictoria tua? Hoc enim in nobis non in hac uita, sed in resurrectione promittitur. Tunc dabitur sanctis ut peccare non uelint omnino, nec possint.

Ex ser. de uer. apostoli in ca. 5. Postis

Apostolus cum uellet ostendere quantum peccatum gratia non subueniente ad nocendum ualere: etiam ipsam legem, qua prohibetur peccatum, non dubitauit dicere uirtutem esse peccati. Aculeus (inquit) mortis est peccatum uirtus uero peccati lex. Verissime omnino.

Ex lib. 13. de ciuit. dei.

Auget enim prohibitio desiderium operis illiciti, quando iustitia nō sic diligitur, ut peccandi cupiditas eius delectatione uincatur. Vt autem diligatur & delectet uera iustitia, non sic nisi diuina subueniat gratia. Sed ne propterea lex putaretur mala, quoniam uirtus est de peccati, ideo ipse alio loco uertens huiusmodi quæstionē, itaq; inquit, lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonū. Quod ergo bonum est, inquit, mihi factum est mors?

Rom. 12.

Abt. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat super modum peccator, aut peccatum per mandatum. Super modum dixit, quia etiam prauaricatio additur, cum peccandi aucta libidine lex ipsa contemnitur. Augetur enim concupiscentia, & maiores uires accipit lege prohibente, nisi adiuuet spiritus gratiæ. Hoc est quod dicit ille ipse doctor gentium. Aculeus autem mortis, est peccatum: uirtus uero peccati lex. Ecce unde dicit homo. Volo legis seruare mandatum, sed uirtute concupiscentiæ meæ uincor. Et cum uoluntas eius cōuenitur, et ei dicitur: Noli uinci à malo: quid ei prodest nisi gratia succurrente fiat, quod ipse apostolus secutus adiunxit? Nam & cum dixisset, uirtus peccati lex: continuo subiicit. Gratias autē Deo qui dat nobis uictoriam per Iesum Christum dominum nostrum. Ergo & uictoria, qua peccatum uincitur, nihil est aliud quam Dei donum in isto certamine adiuuantis. Uirtus uero peccati lex. Quoniam lex prohibendo auget peccati cupiditatem, nisi diffundat spiritus charitatem.

Ex lib. de gra. & libero arbit.

Rom. 12.

Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum dominum nostrum.]

Ex libr. de perse. iusti. hominis

Confidite: ego uici mundum, considerunt & uicerunt. In quo nisi in illo? Non enim uicisset ille mundum, si membra eius uinceret mundus,

Ex tractatu en. sc. 10. a.

mundus,

mundus, unde ait apostolus. Gratiarum Deo qui nobis dat uictoriam, continuoq; subiecit. Per dominum nostrum Iesum Christum. Qui dixerat suis, confidite, quia ego uici mundum.

CAPVT XVI.

DE collectis autem que sunt in sanctos, sicut ordinari ecclesie Galatie, ita et uos facite: per unam sabbati unusquisque uestrum apud se ponat, recondens quod ei placuerit: ut non cum uenero, tunc collecte fiant. Cum autem presens fuero, quos probaueritis per epistolas hos mittam perferre gratiam uestram in Hierusalem. quod si dignum fuerit ut ego eam, mecum ibit. Veniam autem ad uos, cum Macedonia pertransiero. Nam Macedonia pertransibo, apud uos autem forsitan manebo, uel etiam hyemabo, ut uos me deducatis quocumq; iero: nolo enim uos modo in transitu uidere. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud uos, si dominus permiserit.]

Ex li. de ser. do mini in mo. te

ET apostolus Paulus potest uideri de casti no cogitare cum dicit. De collectis autem in sanctos sicut ordinari in Ecclesijs Galatie, ita et uos facite. Secundum unam sabbati unusquisque uestrum apud se ponat, thesaurizans quod ei placuerit: ut non cum uenero tunc collecte fiant. His & huiusmodi scripturarum locis satis apparet dominum nostrum non hoc improbare, si quis humano more ista procurret: sed bene si quis propter ista Deo militet, ut in operibus suis non regnum dei, sed istoru acquisitionem intueatur. Ad hanc ergo regulam hoc totum preceptum redigitur, ut etiam in istorum prouisione regnum dei cogitemus: in militia uero regni Dei ista non cogitemus. ita enim etiam si aliquando deliquerint (quod plerunq; propter exercitationem nostram Deus sinit) non solum non debilitant propositum nostrum, sed etiam examinatum, probatumq; confirmant. Gloriamur enim, inquit, in tribulationibus: scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia uero probatioem. probatio autem spes. Spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Roman. 5.

Permanebo autem Ephesi usq; ad Pentecostem. Ostium enim mihi apertum est magnum, et euidenter aduersarij multi. Si autem uenerit Timotheus, uidete ut sine timore sit apud uos. Opus enim domini operatur, sicut et ego. Ne quis ergo illum spernat. Ducite autem illum in pace, ut ueniat ad me. Exspecto enim illum cum fratribus. De Apollo autem fratre uobis notum facio: quoniam multum rogauit cum ut ueniret ad uos cum fratribus: utiq; non fuit uoluntas eius, ut nunc ueniret. Veniet autem, cum ei uacuum fuerit.]

Ex libr. de pr. de. san.

Ioan. 6. Luce 9.

Quid hic aliud potest intelligi, nisi predicto ibi per cum primitus euangelio credidisse multos: & multos eiusdem fidei aduersarios extitisse: secundum illud domini. Non uenit ad me nisi datum ei fuerit a patre meo. Et uobis datum est nosse mysterium regni celorum: illis autem non est datum. Ostium ergo apertum est in eis quibus datum est.

Ex tractatu Psal. 36. Eccles. 2.

Aduersarij autem multi ex eis quibus non est datum. Vigilate et state in fide, uiriliter agite, et confortamini. Viriliter age: noli dissolui: ne sis inter eos quibus dicitur. Vah ijs qui perdidit susti-

mentiam. Ergo qui perdit sustinentiam: effeminatus est: perdit uigorem. Hoc uiri, hoc feminae audiant: quia in uno uiro uir, & femina talis. In Christo nec masculus, nec femina est.

Omnia uestra in charitate fiat, obsecro autem uos fratres, nostis domum Stephanæ, et Fortunati, et Achaici, quoniam sunt primitie Achaice: et in ministerium sanctorum ordinauerunt se ipsos: ut et uos subditi sitis eiusmodi, et omni cooperanti et laboranti. Gaudeo autem in presentia Stephanæ, et Fortunati, et Achaici, quoniam id quod uobis decrat, ipsi suppleuerunt. Resecerunt enim et meum spiritum et uestrum. Cognoscite ergo que eiusmodi sunt. Salutant uos omnes ecclesie Asiae, salutans uos in domino multum Aquilla et Priscilla, cum domestica sua ecclesia: apud quos et hospitor. Salutant uos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli.]

Ex libr. de gratia et lib. arbit.

1. Thef. 5.

Cum dicit, Omnia uestra cum charitate fiant, satis ostendit etiam ipsas correctiones, quas asperas, & amaras sentiunt qui corripuntur, cum charitate esse faciendas, unde & alibi cum dixisset. Corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes. mox adiunxit. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, Ergo & quando corripuntur inquieti, non malum pro malo, sed potius bonum redditur. Hac autem omnia que nisi charitas operatur?

Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum: sit anathema maranatha. Gratia domini nostri Iesu Christi uobis, et charitas mea cum omnibus uobis in Christo Iesu. Amen.

Ex ser. alter. cationis cum Pascentio Ar riano

Simul Græco & Syro utitur uerbo. Si quis (inquit) non amat dominum, sit anathema maranatha. Anathema Græco sermone dixit condemnatus. Maranatha definiuit, donec dominus redeat.

ARGUMENTVM IN SECVNDAM Epistolam ad Corinthios.

POST actam à Corinthijs penitentiam consolatoriam scribit eis epistolam apostolus à Troade per Titum: & collaudans eos, hortatur ad meliora: contristatos quidem eos, sed emendatos ostendens.

EXPOSITIO EIVSDEM PER EVNDEM IN SECVNDAM ad Corinthios Epistolam collecta.

Paulus Apostolus Christi Iesu per uoluntatem Dei, et Timotheus frater ecclesie Dei, que est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in uersa Achaia. Gratia uobis et pax, à Deo patre nostro, et domino Iesu Christo. Benedictus Deus, et pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, et Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur et ipsi à Deo, quoniam sicut abundant passionem Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra. Sine autem tribulatione

mur pro uestra exhortatione et salute: siue consolamur pro uestra consolatione: siue exhortamur pro uestra exhortatione et salute: que operatur tolerantiam earundem passionum, quis et nos patimur, ut spes uestra firma sit pro uobis: scientes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis et consolationis. Non enim uolumus ignorare uos fratres de tribulatione uestra que facta est in Asia: quoniam supra modum grauati sumus, supra uirtutem: ita ut tederet nos etiam uiuere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitatur mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, et eruit, in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet, adiuantibus et uobis in oratione pro nobis, ut ex multarum personis facierum eius que in nobis est donationis per multos gratie agantur pro nobis.]

Ex tractatu epi. Ioan. 8.

Mat Paulus dicit à nobis peccata sua: ut glorificetur ille qui talem morbum sanauit. Magnitudinem enim uulneris manus medicis secuit, & sanauit. Vox illa de celo prostrauit persecutorem: & erexit predicatorem: occidit Saulum: & uiuificauit Paulum. Saul enim persecutor erat sancti uiri: inde nomen habebat iste: quando persequeretur Christianis. Postea de Saulo factus est Paulus. Quid est Paulus? Modicus. Ergo quando saulus, superbus, elatus: quando Paulus, humilis, modicus. Ideo sic loquimur. Paulo post uidebo te, id est post modicum. Audi quia modicus factus est. Ego enim sum minimus Apostolorum, & Mihi minimi omniun sanctorum: dicit alio loco. Sic erant inter Apostolos: quasi simbria uestimenti. Sed retigit ecclesia gentium quasi fluxum patiens, & sanata est.

1. Cor. 15. Eph. 4.

Nam gloriatio uestra hec est, testimonium conscientie nostre, quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad uos. Non enim alia scriimus uobis quam que legistis et cognouistis, spero autem quod usque in finem cognoscetis, sicut et cognouistis nos ex parte, quia gloria uestra sumus, sicut et uos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi, et hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut secundam gratiam haberetis, et per uos transire in Macedonia, et iterum à Macedonia uenire ad uos, et à uobis deduci in Iudæam. Cum ergo hoc uoluissim, nunquid leuitate usus sum? Aut que cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me est et non: Fidelis autem deus, quia sermo noster qui fuit apud uos, non est in illo est et non, sed est in illo est.]

Ex tractatu Psalm. 19.

Superba anima in conspectu hominum uult placere: humilis anima in occulto, ubi deus uidet, uult placere: ut si placuerit hominibus de bono opere illis gratuletur, quibus placet bonum opus non sibi: cui sufficere debet, quia fecit bonum opus. Gloria uestra, inquit, hec est: testimonium conscientie nostre, quomodo enim magna poena est impiorum conscientia: sic magnum gaudium piorum ipsa conscientia. Exultabant sancti in gloria, latrabuntur &c. Non in theatris, non in amphitheatris, non in circis, non in nugis, non in foris: sed in cubilibus suis. Quid est in cubilibus suis? in cordibus suis. Audi apostolum Paulum exultatem in cubili suo. Nam gloria uestra hec est: testimonium conscientie nostre. Rursum timendum est, ne quisque apud se ipsum fiat sibi placens, & quasi de conscientia sua superbus gloriatur. Debet enim quisque cum tremore exultare: quia donum dei est. Unde exultat: non meritum suum. Etenim sunt multi sibi placentes: & iustos se esse arbitantes: & procedit aduersus illos alia pagina dicens. Quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato? Est ergo quidam modus gloriandi in conscientia: ut noueris fidem tuam esse synceram, ut noueris spem tuam esse certam, noueris charitatem tuam esse sine simulatione. Sed quoniam multa sunt adhuc, que possunt forte offendere oculos Dei, lauda eum qui tibi ista donauit, tunc perficiet quod donauit. Propterea cum dixisset, Letabuntur in cubilibus suis, ne quasi sibi placentes uiderentur, adiunxit statim. Exultationes dei in faucibus eorum. Sic latrabuntur in cubilibus suis, ut non sibi tribuant quod boni sunt, sed illi tribuant à quo acceperunt quod sunt, à quo uocantur ut perueniant ad id quod nondum sunt, & à quo sperant perfectionem, cui gratias agunt quia inchoauit. Nemo est diabolus astutior ad fingendum. Nam & nunc omnia falsa crimina de sanctis ipse confingit, scit suas criminationes ualere non posse apud dominum, inter homines illas spargit, & hoc ei quid prodest: cum dicat Apostolus. Gloria uestra hec est, testimonium conscientie nostre. Putatis ramen quia ille falsa crimina nulla astutia inde confingit? Nouit quid inde mali agat, nisi ei resistat uigilantia fidei, ideo enim & de bonis mala spargit, ut infirmi, non putent aliquos esse bonos, & tradant se rapiendos libidinibus & dissipandis, dicentes apud seipsos. Quis est enim qui seruat mandatum dei? Aut quis est qui seruat castitatem? Dum putat quia nemo, ipse fit nemo. Dei enim filius Iesus Christus qui in uobis predicatus est per me, et Syluanum, et Timotheum, non fuit in illo est et non, sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo est, ideo et per ipsum amen deo ad gloriam uestram. Qui autem confirmat nos uobiscum in Christo, et qui unxit nos deus, et qui signauit nos, et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem deum inuoco in animam meam, quod parens uobis non ueni ultra Corinthum, non quia dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri. Nam si de fatis.] Durum tibi uidetur aduersum euangelicam auctoritatem uenire, durum etiam tibi uideatur uenire aduersum apostolum dicentem. Omnia hæc figura uestra fuerunt. Item dicentem de Christo, quia non fuit in illo est et non, sed est in illo erat. Quotquot promissiones dei, in illo est, id est in illo exhibitæ, in illo adimpletæ sunt. Nec eos audiamus qui non uerum hominem suscepisse dicunt filium dei, neque natum esse de femina, sed falsam carnem, & imaginem simulatam corporis humani ostendisse uidentibus. Nesciunt enim quomodo substantia dei ministrans uniuersam creaturam inquinari omnino non posset, & tamen predicant istum uisibilem solem, radios suos per omnes feces & fordes corporum sparere, & eos mundos & synceros ubique serua-

Ex ser. de uer. euang.

Ex lib. cõte. Faustum

Ex lib. de ago ne Chri.

re. Si ergo uisibilia munda uisibilibus immun-
dis contingi possunt, & non inquinari, quanto
magis inuisibilibus & incumtibilis ueritas per
spiritum animam, & per animam corpus su-
scipiens, toto homine assumpto ab omnibus
eum infirmitatibus nulla sua contaminatio-
ne liberauit? Itaque magnas patiuntur an-
gustias, & cum timent quod fieri non potest,
ne humana carne ueritas inquinetur, ueritate
dicunt esse mentitam. Et cum ille praeceperit
dicens. Sit in ore uestro est, est, non, non. & a-
postolus clamat. Non erat in illo, est, & non,
sed est in illo erat: isti totum corpus eius fal-
sam carnem fuisse contendunt: ut non sibi uide-
antur imitari Christum, si non suis auditoribus
mentiantur. Omnes enim promissiones dei,
in illo est: id est in illo firmate sunt, quia in illo
impletum est. Et qui signauit nos: & dedit pi-
gnus spiritus in cordibus nostris: quamdiu su-
mus in corpore, & peregrinamur a Domino:
gustemus saltē quam suauis est dominus: quia
dedit nobis pignus spiritum, in quo sentiamus
eius dulcedinē, & desideremus ipsum uitae fon-
tem: ubi sobria ebrietate mūdēmur, irrigemur
sicut lingnum quod plātatum est secus decur-
sus aquarum, & dat fructum in tempore suo:
& folia eius non decident. Dicit enim spiritus
sanctus. Filij autem hominum in regmine ala-
rum tuarum sperabunt: inebriabuntur ab uber-
tate domus tuae: & torrente uoluptatis tue po-
rabis eos: quoniam apud te est fons uitae. Ta-
lis ebrietas non euerit mentem: sed tamen ra-
pit sursum: & obliuionem praestat omnium ter-
renorum: sed si possumus toto affectu iam dice-
re. Quemadmodum desiderat ceruus ad fon-
tes aquarū, ita desiderat anima mea ad te.
Notum ergo fratres desiderium nostrum non
sit, nisi ad uitam aeternā: nemo sibi placeat, qua-
si qui hic iuste uixerit, & comparet se illis qui
male uiuunt: secundum Phariseum qui se iusti-
ficabat, qui non audierat apostolum: Non quia
iam acceperim, aut iam perfectus sum, hoc non
acceperat adhuc, hoc quod desiderabat. Pignus
acceperat, sicut dixit: Qui dedit nobis pignus
spiritum. Cuius rei pignus erat: ad hoc perue-
nire cupiebat. Participatio quedam, sed distat.
Aliter modo participamus, aliter tunc partici-
pabimur. Modo per fidem: tunc per speciem
in eodem spiritu. Tunc autem species erit, res
erit. Idem autem spiritus, idem Deus, eadem
plenitudo. Qui clamat absentibus, exhibebit
se praesentibus. Qui uocat peregrinos, nutri-
et, & alet in patria.

CAPVT II.

Statui autem hoc ipsum apud me: ne iterum in tristitia ue-
nirem ad uos, si enim ego contristo uos, & quis est qui me
letificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi uo-
bis, ut non cum uenero tristitiam super tristitia habeam: de qui-
bus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus uobis, quia
meū gaudium: omnium uestrum est. Nam ex multa tribulatio-
ne & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas, non
ut contristemini: sed ut sciatis quam charitatem habeam abun-

dantius in uobis. Si quis autem contristauit me: non me contra-
stauit: sed ex parte, ut non onerem omnes uos. Sufficit illi qui
inmodi est, obiurgatio haec quae fit a pluribus, ita ut e contra-
rio manis donetis & consolemini: ne forte abundantiori tristi-
tia absorbeat qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos, ut
confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi uobis, ut
cognoscam experimentum uestrum, an in omnibus obedientes
stis. Cui autem aliquid donastis: ego, nam & ego quid dona-
ui, si quid donauit propter uos in persona Christi, ut non cir-
cumueniamur a Satana. Non enim ignoramus cogitationes ei-
us, cum uenisset autem Troadem propter euangelium Chri-
sti: & ostium mihi apertum esset in domino: non habui requi-
em spiritui meo: eo quod non inuenerim Titum fratrem meum,
sed ualefaciens eis, profectus sum in Macedoniam.]

Quibus ualefecit & nisi eis qui crediderant,
in quorum semel cordibus euangelizanti a-
pertum est ostium.

Deo autem gratias: qui semper triumphat nos in Christo
Iesu: & odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco:
quia Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui sunt: &
in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem: alijs
autem odor uitae in uitam. Et ad haec quis tam idoneus? Non e-
nim sumus sicut plurimi adulterantes uerbum Dei: sed ex syn-
ceritate, sicut ex deo coram Deo in Christo loquimur.]

Ecce unde gratias agit miles acerrimus, &
desfor inuictissimus gratiae, ecce unde gra-
tias agit, quia Christi bonus odor sunt apostoli. Deo
& in his qui salui sunt gratia eius & in ijs qui pe-
reunt iudicio eius. Sed ut minus succenseatur
haec parū intelligentibus, ipse admonet, cū adiū-
git & dicit. Et ad haec quis tam idoneus? Domus au-
tem repleta est odore, mūdus impletus est bo-
na fama. Qui male uiuūt, & Christiani uocan-
tur, Christo iniuriam faciunt. De qualibus di-
ctū est, quod per eos nomen domini blasphematur,
per bonos nomē domini laudatur. Audi
apostolum, Christi bonus odor sumus, in
quit, in omni loco. Dicitur & in canticis Can-
ticorum. Vnguentum effusum est nomen tuū.
Ad apostolum reuoca intentionem. Christi,
inquit, bonus odor sumus in omni loco, & in
his qui salui sunt, & in his qui pereunt. Alijs su-
mus odor uitae in uitam, alijs odor mortis in
mortem. Et ad haec quis idoneus? Ergo ut in-
de nos conemur loqui, nūquid idonei sumus?
aut uos audire haec idonei estis? Nos quidem
idonei non sumus, sed idoneus est ille qui per
nos dignetur dicere quod uobis prosit audire.
Ecce Apostolus bonus odor est, sicut dicit ipse, sed
ipse bonus odor, alijs est odor uitae in uitam, alijs
odor mortis in mortem. Tamen bonus odor.
Nunquid ait, Alijs sumus bonus odor in uitam,
alijs malus odor ad mortem? Bonum odorē se
dixit, non malum, & eundem bonum odorem
alijs dixit ad uitam, alijs ad mortem. Foelices qui
bono odore uiuunt. Quid autem infelicius il-
lis, qui bono odore moriuntur? Et quis est (ait
aliquis) quem bonus odor occidit? Hoc est quod
ait Apostolus. Et ad haec quis idoneus? Quo-
modo ea facit Deus miris modis ut bono odo-
re & boni uiuant, & mali moriantur? Quomo-
do fit? Quantum dominus inspirare dignatur,
nam fortassis ibi lateat altior intellectus, qui a-

Ex lib. de praed. sanct.

Ex cod. lib.

Ex tractatu 51. in euan. sec. Ioan.

Cantic. 5.

me non potest penetrari, tamen quousque pene-
trare potuero, uobis non debet denegari. Pau-
lum apostolum bene agentem, bene uiuentē,
iustitiam uerbo praedicantem, opere demon-
strantem, doctorem mirabilem, fidelē dispē-
satorē, fama usquequaque disseminabat, qui-
dam diligebant, quidam inuidebant. Nā ipse
quodam loco ait de quibusdam, quod non ca-
ste, sed per inuidiam Christum annunciant.
Existimantes, inquit, tribulationem se suscita-
re uinculatis meis. Sed quid ait? Siue occasione,
siue ueritate Christus annuncietur. Annuncian-
t qui me amant, annunciant qui mihi inui-
dent. Illi bono odore uiuūt, illi bono odore mo-
riuntur. Tamen utriusque praedicantibus nomen
Christi annuncietur, optimo odore mundus
impleatur. Amasti bene agentem, uixisti bo-
no odore. Inuidisti bene agētē, mortuus es bo-
no odore. Nunquid quia mori uoluisti, ideo il-
lum odorem malum esse fecisti? noli inuidere,
& te non occidit bonus odor.

Habeat aliquis sanum olfactum, consentiat
quomodo puteat peccata, cui putori peccato-
rum contrarius erat ille odor de quo dicit Pau-
lus Apostolus. Christi bonus odor sumus deo
in omni loco: his qui salui sunt. Sed unde nisi
de spe? Aliud enim plangimus in hac uita, ali-
ud praesumimus in illa uita. Quod plangitur
puet: quod praesumitur fragrat. Sed quia ha-
bemus per spiritum ipsum odorem ut dica-
mus sponso nostro: Post odorem unguento-
rum tuorum currimus: auertimus a putoribus
nostris olfactum, & conuertentes nos ad ip-
sum aliquantulum respiramus.

Inde bonus odor: qui significatur nominatis
quibusdam aromatis. Audi Paulum illum
minimum fimbriam de uestimento quod teti-
git mulier in fluxu sanguinis: & sanata est. Au-
di ipsum dicentem. Christi bonus odor sumus
in omni loco: & in his qui salui sunt: & in his
qui pereunt. Saluum fieri hominem bono odo-
re non est improbable: neque incredibile. Peri-
re autem hominem bono odore queratio est?
Magna uirtus, magna ueritas. Etli capi nō po-
test: ita est. Nam ut noueris quia difficile capi-
tur: statim subiecit. & ad haec quis idoneus? qui
intelligat homines mori bono odore. Tamen
aliquid dicam fratres. Ecce Paulus ipse praedi-
cabat euangelium. Multi illum amabant praedi-
catorē euangelij: multi inuidebant. Illi qui
amabant, bono odore uiuebant: illi qui inuide-
bant bono odore peribant. Ideo pereuntibus
nō malus odor: sed bonus odor. Inde enim ma-
gis inuidebant: quia tam bona gratia praeuale-
bat. Nemo enim inuidet misero. Erat enim
gloriosus in praedicatione uerbi dei, & uiuēs
secundum regulam uirge illius directionis: &
diligebant eum qui in illo diligebant Christū:
qui sequebantur bonum odorem, diligebant
amicum sponso sui. Ipsa sponfa quae dicit in can-
ticis canticorum: post odorem unguentorum
tuorum currimus. Illi autem quanto magis eū
uidebant in gloria praedicationis euangelij: &

Ex tractatu Psalm. 37.

Canti. 1.

Ex tractatu Psalm. 42. Lucae 8.

in uita inculpabili: tātō magis inuidia torque-
bantur: & occidebantur bono odore.

Dicit ipsa dominica sponfa: Post odorē un-
guentorum tuorum currimus. Cuius odoris me-
mor Apostolus Paulus dicit. Christi bonus o-
dor sumus in omni loco & in his qui salui sunt:
& in his qui pereunt. Magnum sacramētum.
Christi bonus odor sumus in omni loco, & in
his qui salui sunt, & in his qui pereunt. Qui-
busdam quidem odor uitae in uitam: quibusdam
odor mortis in mortem. Et ad haec intelligen-
da quis idoneus? Quomodo bonus odor ali-
os uegetat, alios necat? bonus odor non ma-
lus. Nō enim ait bonus odor, bonos uegetat:
& malus odor, malos necat. Nec ait idem apo-
stolus. Alijs quidem sumus odor bonus ad ui-
tam: alijs odor malus ad mortem, non hoc ait:
sed Christi bonus odor sumus in omni loco.

Vae miseris: quos bonus odor occidit. Si er-
go bonus odor estis. O Apostole quare iste o-
dor alios occidit, alios uegetat: quod aliquos
uegetat audio, intelligo: quod aliquos occidit,
difficile assequor: maxime quia dixisti, & ad haec
quis idoneus? Non est mirum: quia nō sumus
idonei. Faciat nos idoneos: cuius odor erat de
quo loquitur. Cito enim responderet mihi A-
postolus. Intellige. Christi bonus odor sumus
in omni loco: & in his qui salui sunt: & in his
qui pereunt. Nos tamē bonus odor, alijs odor
uitae ad uitam: alijs odor mortis ad mortem.
Odor iste uegetat diligentes: necat inuiden-
tes, si enim non esset claritudo sanctorum: in-
uidia non surgeret impiorum. Cōpūt persecu-
tionem pati odor sanctorum: sed quomodo so-
lent ampullae unguentorum, quanto magis fran-
gebantur: tanto amplius odor diffundebatur.

Bonus odor Christi est praedicationis uerita-
tis: quem odorem in uitam capit: qui euangelio
bonis moribus seruit & congruit, mortem in-
currit: cuius ab his quae bene loquitur uita dis-
sentit. Quae conditio etiam auditores obstrin-
git: cum recta praedicationis ab alijs per incredu-
litate auditur in mortem: ab alijs per fidem
suscipitur in salutem.

CAPVT III.

Incipimus iterum nosmetipsos commendare? Aut nunquid ca-
genus sicut quidam commendatijs epistolis ad uos, aut ex
uobis? Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris: quae
scitur & legitur ab omnibus hominibus: manifestati: quoni-
am epistola estis Christi ministrata a nobis, & scripta non atramento:
sed spiritu Dei uiui: non in tabulis lapideis: sed in tabu-
lis cordis carnalibus.]

PER Ezechielem prophetam dominus dixit.
Et dabo uobis cor nouum: & spiritum nouum
dabo in uos, & auferam cor lapideum de
carne uestra: & dabo uobis cor carneum. Un-
de ait Apostolus. tabulis cordis carnalibus. Cor
carneum a corde lapideo uoluit uita sentiente
discerni: & per uitam sentientem significauit
intelligentem. Sic fit Israel spiritalis non uni-
us gentis, sed omnium quae promissa sunt par-
tribus in eorum semine quod est Christus. Hic
ergo Israel spiritalis, ab illo Israele carnali qui

Ex ser. in nata li mart. Cantic. 1.

Ex lib. sen. Prosperii.

Ex lib. 3. de doct. christ. Ezecl. 36.

est unius gentis, nouitate gratiæ, non nobilitate patriæ, & mente nõ gente distinguitur. Sed altitudo prophetica dum de illo, uel ad illum loquitur, latenter tranlit ad hunc, & cum iam de isto uel ad istum loquatur, adhuc de illo uel ad illum loqui uideretur, non intellectũ scripturarum nobis quasi hostiliter inuidens, sed exercens medicinaliter.

Ex li. de bap. par. Rom. 5.

Spiritus Dei cuius dono iustificamur, quofit in nobis ut non peccare delectet, ubi libertas est, sicut præter hunc spiritum peccare delectat, ubi seruitus: à cuius operibus abstinentum est, hic spiritus sanctus per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ plenitudo legis est, etiam digitus dei in euangelio dicitur. Vnde quia & illa tabulæ digito Dei scriptæ sunt, & digitus dei est spiritus dei per quẽ iustificamur, ut ex fide uiuentes per dilectionem bene operemur, quẽ non moueat ista cõgruētia: Dies enim quinquaginta computantur à celebritate paschæ, quæ occisione agnificatur per Moysen fieri præcepta est, in lignificatione utiq; futuræ dominicæ passionis, usque ad diem qua Moyses legem accepit in tabulis digito dei conscriptis. Similiter ab occisione & resurrectione illius qui sic ouis ad immolandũ ductus est, quinquaginta diebus cõpletis, congregatos in unum fideles, digitus dei, hoc est spiritus sanctus impleuit. In hac mirabili congruentia illud certe plurimũ distat, quod ibi populus accedere ad locum ubi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur. Hic autem in eos superuenit spiritus sanctus, qui eũ promissum expectantes in unum fuerant congregati. Ibi in tabulis lapideis digitus dei operatus est: hic in cordibus hominũ. Ibi ergo lex extrinsecus posita est qua iniusti terrentur: hic intrinsecus data est qua iustificarẽtur. Nã non adulterabis: non homicidium facies: non concupisces, & si quid est aliud mandatum quod utiq; in illis tabulis scriptum est, in hoc (inquit) sermone recapitulatur, in hoc quod Diliges, ait, proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Pleni rudo autem legis est charitas. Hæc non in tabulis lapideis cõscripta, sed diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum, qui datus est nobis. Lex ergo dei est charitas, huic prudentia carnis non est subiecta, neque enim potest. Sed ad hanc prudentiam carnis terrendam cũ in tabulis scribuntur opera charitatis, lex est operum: & litera occidens præuaricatorem. Cum autem ipsa charitas diffunditur in corde credentium: lex est fidei & spiritus uiuificans dilectorem. Illud extra hominem scribitur, ut eum forinsecus terrificet. Hoc in ipso homine, ut cum intrinsecus iustificet. Carnales autem tabulas cordis dixit, non carnalis prudentiæ, sed tanquã uiuentis sensumq; habentis in comparatione lapidis, qui sine sensu est. Noui testamenti charitas legem facit. Vnde dicit dominus. Non ueni legem soluere sed adimplere. Dixit autem Apostolus, Plenitudo legis charitas.

Esai. 4.

Matth. 19.

Rom. 5. & 13.

Ex li. quæst. 1. x. lit. 146. Gal. 5.

ritas. & Fides quæ per dilectionem operatur. Factũ est itaq; homini facile in nouo testamento, quod in ueteri difficile fuit habenti fidem quæ per dilectionem operatur, atq; illo digito dei, hoc est spiritu dei intus eam in corde scribente, non foris in lapide. Vnde dicit Apostolus. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, quoniam charitas Dei qua ueraciter impletur mandatum, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ergo primo data est lex, ubi signat uetus testamentum: quod est opus tantummodo dei, & conscriptio digiti dei. Quod Apostolus dicit. Itaq; lex quidem sancta, & mandatũ sanctum, & iustum, & bonũ. Lex ergo sancta & bona, dei opus est, ubi homo nihil agit, quia non obtemperat, sed reatu potius premittit lege minante atq; damnante. Peccatũ enim (inquit) ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Beatus autẽ homo est, cum hoc mandatum sanctum, & iustum, & bonum est etiam opus eius, sed per gratiam dei.

10

20

30

40

50

60

Rom. 7.

Ex li. de grat. e. libero arbit. Ezch. 33.

Ex li. de bap. tif. par.

Ex libr. de præd. san.

Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum. Quod de nouo testamento suis se prædictum, satis Apostolus ostendit, cum dicit. Epistola nostra uos estis, scripta non atramento, sed spiritu dei uiuũ, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quod nõ ideo dictum putemus, ut carnaliter uiuãt, qui debet spiritualiter uiuere, sed quia lapis sine sensu est, cui comparatum est cor durum, cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari: quandoquidem ipsum cor lapideum non significat nisi durissimam uoluntatem, & aduersus deum omnino inflexibilem.

Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.]

Vigilantissime cum dixisset, confidentiam talem habemus per Christum ad Deum, ne nostris hoc uiribus tribueretur, continuo commendauit dicens, non quod idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Cõmendans istam gratiam quæ non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita, non quia idonei sumus, inquit, cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Attendant hic, & uerba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cõceptum, & ex deo esse fidei supplementũ. Quis enim nõ uideat prius esse cogitare quã credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum, quamuis enim raptim, quamuis celerrime crededi uoluntate quædam cogitationes ante uolent moxq; illa ita sequatur, ut quasi coniunctissima comite, necesse est tamen ut omnia illa quæ creduntur, præueniente cogitatione credantur. Quamquam & ipsum credere nihil est aliud, cum assensione cogitare. Non enim omnis qui cogitat credit, cum ideo cogitent plerique ne credant, sed cogitat omnis qui credit, & credendo

do cogitat, & cogitãdo credit. Quod ergo pertinet ad religionem atq; pietatem de qua loquebatur Apost. si nõ sumus idonei cogitare aliqd quasi ex nobismetipsis sed sufficientia nostra ex deo est, profecto non sumus idonei credere aliquid quasi ex nobismetipsis, quod sine cogitatione non possumus, sed sufficientia nostra qua credere incipiamus, ex Deo.

Ex lib. de bo. no perse.

Cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus, quicquid agimus. Quod autem attinet ad pietatis uitam, & uerum dei cultum, non sumus idonei cogitare aliquid tanquam ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Non enim est in potestate nostra cor nostrum, & nostra cogitationes.

Ex li. 3. de doctr. chri.

Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat.]

Cauendum est ne figuratam locutionem ad literam accipias. Et ad hoc tantũ pertinet, quod ait Apostolus. Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Cum enim figurate dictũ sit accipitur tanquam proprie dictum sit, carnaliter sapitur, neque ulla mors animæ congruentius appellatur, quã cum id etiam quod in ea beatis antecellit, hoc est intelligentia, carni subiicitur sequendo literam. Qui enim sequitur literam, translata uerba sicut propria tenet, ne que illud quod proprio uerbo significatur refert ad aliam significationem, sed cum sabbatum audierit (uerbi gratia) non intelligit nisi unum diem de septem, qui continuo uolumine repetitur. Et cũ audierit sacrificium, non excedit cogitationem illud quod fieri de uictimis pecorum, uel terrenis fructibus solet. Eademum est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum æternũ lumen leuare non posse. Quæ tamen seruitus in Iudæo populo longe à cæterarum gentium more distabat, quandoquidem rebus temporalibus ita subiugati erant, ut unus in eis omnibus commendaretur Deus, & quamquam signa rerum spiritualium pro ipsis rebus obseruarent, nescientes quare serrentur, id tamen inlitum habebant, quod tali seruitute unum omnium quod non uidebant, placerent Deo. Quam custodiam tanquam sub pædagogo paruulorum fuisse scripsit Apostolus, Et ideo qui talibus signis pertinaciter inhæserunt, contentementem ista Dominum, cum iam tempus reuelationis eorum uenisset, ferre non poterunt, atque inde calumnias, quod sabbato curaret, moliti sunt principes eorum, & populus: quia signis illis tanquam rebus astricis: nõ credebant deum esse, uel aduenisse, qui ea sicut à Iudæis obseruabantur, nollet attendere. Sed qui crediderunt (ex quibus facta est prima ecclesia Hierosolymitana) satis ostenderunt quanta utilitas fuerit eo modo sub pædagogo custodiri: ut signa quæ temporaliter imposita erant seruientibus, ad unius dei cultum, qui fecit cælum & terram, opinionem obseruationemque religerent.

Luc. 13.

Vbi ait Apostolus, Litera occidit, spiritus autem uiuificat: non aliam uult intelligi literam quam ipsum decalogum in illis duabus tabulis scriptum. Sic enim dicit. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat.

Ex li. 2. de bap. tif. par.

Si autem ministratio mortis literis figurata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam uultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministratio iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte: propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem multa fiducia uimur. Et non sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam: ut non intenderent filij Israel in faciem eius: quod euacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem id ipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum: quoniam in CHRISO euacuatur: sed usque in hodiernum diem cum legitur Moyses, uelamen positum est super cor eorum.

Aduerte quam dicat literam quæ occidit: cui uelut e contrario uiuificantem ingerit spiritum. Ea certe est ministratio mortis in literis figurata lapideis, & ministratio damnationis: quia lex subintrauit, ut abundaret delictum. Porro autem præcepta ipsa tam sunt utilia facienti atque salubria: ut nisi quis ea fecerit: uitam habere non possit. Attende & uide utrum quicquam propter circumcisionem, uel sabbatum, uel quid aliud umbratilis sacramenti: ac non totum propter hoc dicat, quod litera prohibens peccatum, non uiuificat hominem: sed potius occidit augendo concupiscentiam: & iniquitatem præuaricatione curmulando: nisi liberet gratia per legẽ fidei quæ est in Christo Iesu: cum diffunditur charitas in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Apparet igitur litera uetustatem si desit nouitas spiritus: reos facere potius cognitione peccati: quam liberare à peccato. Vnde & alibi scriptum est. Qui apponit scientiam, apponit dolorem, non quia ipsa lex malum est: sed quia mandatum bonum habet in litera demonstrante: non in adiuuante spiritu, quod mandatum si sit timore pœnæ, non amore iustitiæ, seruiliter fit, non liberaliter: & ideo nec fit. Non enim fructus est bonus qui de charitatis radice non surgit. Porro autem si adsit fides quæ per dilectionem operatur: incipit condelectari legi dei secundum interio-

Rom. 5.

Eccles. 1.

rem hominem, quæ delectatio non literæ, sed spiritus donum est: etiam si alia lex in mēbris adhuc repugnat legi mentis: donec ad nouitatem quæ de die in diem in interiore homine augetur: tota uetustas mutata pertranscat: liberante nos de corpore mortis huius gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Hæc gratia in ueteri testamento uelata latitabat: quæ in Christi Euangelio reuelata est dispensatione temporũ ordinatissima: sicut deus nouit cuncta disponere. Et fortasse ad illud ipsum eius latibulum pertinet, quod in eo

decalogo qui datus est in monte Sina: hoc solum praecepto figurato occultatum est: quod ad sabbatum pertinet. Sabbatum autem sanctificationis est. Nec uacat quod illo die populus ab omni opere seruilis abstinere preceptus est, quo significatur peccatum: nisi quia non peccare sanctificationis est, hoc est muneris dei per spiritum sanctum: quod in lege, quae duabus lapideis tabulis scripta est, solum inter cetera in umbra figurate positum est: in quo Iudaei sabbatum obseruant: ut hoc ipso significaretur tunc tunc fuisse occultande gratiae, quae nouo testamento fuerat per Christi passionem tanquam scissione uel reuelanda.

Cum enim (inquit) transferretur ad Christum, auferetur uelamen. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas.]

Nemo ergo christianorum aberrat ab hac fide: quae sola christiana est: ut dicat id eo sine gratia Dei nos esse iustos non posse: quia legem dedit: quia doctrinam instituit: quia bona praecepta mandauit. Illa enim sine adiuuante spiritu, proculdubio est litera occidens. Cum uero adest uiuificans spiritus: hoc ipsum intus conuersum facit diligere: quod foris scriptum lex faciebat timere. Vera sponsa Christi intelligit quid distet inter literam & spiritum, qui duo dicuntur alio modo lex, & gratia, & non iam in uetustate literae, sed in nouitate spiritus deo feruens, non est iam sub lege: sed sub gratia: et sic uidet non reprehendi legem cum dicitur. Litera occidit: spiritus autem uiuificat. Sicut non reprehenditur scientia cum dicitur: Scientia inflat: charitas uero edificat. Nam utique ipse dixerat. Scimus quia omnes scientiam habemus, & tunc adiungit. Scientia inflat, charitas uero edificat. Vt quid ergo habebat ipse qui inflaretur: nisi quia cum charitate, non solum non inflat scientia: sed etiam firmat: ita litera cum spiritu, & lex cum gratia: iam non eo modo litera & lex appellatur: sicut per se ipsam cum occidit abundante delicto. Ita enim lex & uirtus peccati dicta est, cum auget eius noxiam delectatione, per seueram prohibitionem. Nec tamen etiam sic mala est: sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mortem, ita multa quibusdam sunt noxia: quamuis non sint mala.

Decalogum quippe legis, id est decem nobilissima illa praecepta digito Dei duabus lapideis tabulis primum fuisse conscripta: certissimum est nobis. Sed lex, quando non adiuuat gratia, praeuaricatores facit: & tantummodo in litera est. Propter hoc enim maxime ait Apostolus. Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Accedat ergo ad literam spiritus, ne occidat litera quem non uiuificat spiritus: sed ut operemur praecepta legis: non uiribus nostris, sed gratia Saluatoris.

Nos enim dicimus humanam uoluntatem sicut diuinitus adiuuari ad faciendam iustitiam: ut praeter quod creatus est homo cum libero uoluntatis arbitrio: praeterque doctrinam qua ei praecipitur quemadmodum uiuere debeat: ac-

cipiat spiritum sanctum, quo fiat in animo eius delectatio dilectionis summi illius atque incommutabilis boni, quod deus est: etiam nunc, cum adhuc nunc per fidem ambulatur: nondum per speciem: ut hac sibi uelut arra elata gratuium numeris inardescat inherere creatori: atque inflammetur accedere ad participationem illius ueri luminis: ut ex illo ei bene sit, a quo habet ut sit. Nam neque liberum arbitrium quicquam nisi ad peccandum ualet: si lateat ueritatis uia: & cum id quod agendum, & quod uitandum est, ceperit non iatere, nisi etiam delectet & ametur, non agitur, non suscipitur, non bene uiuitur. Vt autem diligatur, charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, non per liberum arbitrium quod surgit ex nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Doctrina quippe illa qua mandatum accipimus continenter recte uiuendi, litera est occidens, nisi adit uiuificans spiritus. Neque enim solo illo modo intelligendum est quod legimus, litera occidit, spiritus autem uiuificat, ut aliquid figurate scriptum, cuius est absurda proprietates, non accipiamus sicut litera sonat, sed aliud quod significat intuentes, interiore hominem spirituali intelligentia nutriamus. Quoniam sapere secundum carnem mors est: Sapere autem secundum spiritum, uita & pax. Velut si quisquam multa quae scripta sunt in Cantico canticorum carnaliter accipiat, non ad luminosam charitatis fructum, sed ad libidinosam cupiditatis affectum. Non ergo solo illo modo intelligendum est quod ait Apostolus. Litera occidit, spiritus autem uiuificat, sed etiam illo eoque uel maxime, quo aperitissime alio loco dicit. Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Et paulo post ait. Occasione accepta, per peccatum mandatum fefellit me, & per illud occidit. Ecce quid est, Litera occidit, & utique non figurate, quod accipiendum non sit secundum literam sonum.

Quanto sunt charitati futura meliora, tanto sunt infirmitati uolentiora praesentia, & utinam illi qui ea uidere & gemere nouerunt, uincere & euadere mereantur, quod sine Dei gratia nullo modo uoluntas implet humana. Quia nec libera dicenda est quamdiu est uincens & uincientibus cupiditatibus subdita. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est, & si uos filius liberauerit (ait Christus filius Dei) tunc uere liberi eritis. Lex itaque & iubendo & dicendo quod sine gratia impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem: ut quaerat demonstrata infirmitas Saluatorem, a quo sanata uoluntas possit, quod infirma non posset. Lex igitur adducit ad fidem, fides imperat spiritum largitorem. Diffundit spiritus charitatem: implet charitas legem. Ideo lex paedagogus uocatur, sub cuius minacissima seueritate, qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt: Proinde est, ne litera sine spiritu occidat.

Rom. 5.

Ex epist. ad Anast. 11.

Ioan. 8.

Ex li. cont. Faustum Cap. 31.

1. Cor. 8.

Rom. 7.

Ex tractatu eius. sec. 10. 119

Ex libr. de spir. et lit.

Spiritus uiuificans credentibus & inuocantibus datur: charitas uero dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ut fiat quod idem Apostolus dicit. Plenitudo legis charitas.

Ex ser. de Pascha.

Rom. 4.

1. Cor. 8.

Ex lib. de cor. & gr. 4.

Ioan. 15. Psalm. 106.

Ex lib. con. mimicum legis & prophetarum

Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Non ut aliud impleas, quam tibi per literam iubetur, sed sola litera reum facit, gratia & a peccato liberat, & literam donat impleri. Vnde fit per gratiam remissio peccatorum, & fides quae per dilectionem operatur. Nolite ergo putare damnatam esse literam, quia dictum est, litera occidit, hoc est enim litera reos facit. Datur praeceptum, non adiuuaris gratia, continuo te inuenis non solum non operatorem legis, sed etiam reum praeuaricationis. Vbi enim non est lex, nec praeuaricatio. Non ergo reprehensa est lex cum dictum est, litera occidit, spiritus autem uiuificat: quasi illam condemnaret sola litera sine gratia. Exemplum accipite, hac locutione dictum est, scientia inflat. Quid est scientia inflat? Scientia damnata est. Sed quoniam abi adiunxit spiritus uiuificat, quomodo ubi adiunxit spiritus uiuificat, dedit intelligi litera sine spiritu occidit, spiritus uiuificat, & impleri literam facit, sic scientia sine charitate inflat, charitas cum scientia edificat. Dominus autem ipse non solum ostendit nobis a malo declinemus & quod bonum faciamus, quod solum potest legis litera: uerum etiam adiuuat nos ut declinemus a malo & faciamus bonum, quod nullus potest sine spiritu gratiae. Quasi delit, ad hoc lex adest, ut reos faciat & occidat. Propter quod dicit Apostolus, litera occidit, spiritus autem uiuificat. Qui ergo legitime lege utitur, discit in ea bonum & malum, & non confidens in uirtute sua confugit ad gratiam, qua praestante declinet a malo & faciat bonum. Quis autem confugit ad gratiam nisi cum a domino gressus hominis diriguntur, & usum eius uolet: Ac per hoc & desiderare auxilium gratiae, initium gratiae est. De quo ait ille. Et dixi nunc cepti: haec est mutatio dexterae excelli. Liberum ergo arbitrium & ad malum & ad bonum faciendum consistendum est nos habere: sed in malo faciendo liber est quisque iustitiae, seruusque peccati. In bono autem liber esse nullus potest nisi fuerit liberatus ab eo qui dixit, Si uos filius liberauerit tunc uere liberi eritis. nec ita, ut cum quisque fuerit a peccati dominatione liberatus, iam non indigeat sui liberatoris auxilio, sed ita potius, ut ab illo audiens, Sine me nihil potestis facere: dicat ei & ipse: Adiutor meus esto, ne derelinquas me.

Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria: ita ut non possunt intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam uultus eius, quae euacuatur, &c.]

Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam uultus eius quae destruitur, quare non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in glo-

ria est, multo magis ministratio iustitiae abundauit in gloria. Etenim non glorificatum est in hac parte id quod declaratum est, propter excellentem claritatem. Nam si id quod destruitur in gloria est: multo magis illud quod manet in gloria est. Hoc modo iste posuit uerba apostolica, nec a meliore interpretatione plurimum distat, qua dicta est ministratio mortis in literis formata lapideis. Hinc existimat inanus iste quod morti ministrauerit Moyses. i. mortis auctori: maligno scilicet spiritui, quem mundi huius iste opinatur auctorem, ignorans ministracionem mortis dictam legem, secundum illud. Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Lex enim quamuis iusta & sancta, & bona, praeuaricatoribus intulit mortem, quos dei gratia non adiuuit ad iustitiam legis implendam. Oportebat enim in testamento ueteri, lex imponeret ut supererbis, & de sua uoluntate uirtute fidentibus, quae non daret iustitiam, sed iuberet, ac si morte praeuaricationis impliciti ad gratiam confugerent: non iubentem tantummodo sed iuantem, quae nouo testamento est reuelata. Hinc putant isti diuinorum eloquiorum blasphematores malam fuisse legem quae data est per Moysen, quia dicta est ministratio mortis in literis figurata lapideis, non intuentes propter eos esse dictum qui suo libero arbitrio legem sufficere arbitratres, spiritus gratiae non adiuti, rei praeuaricationis sub eisdem legis litera non tenebantur. Vnde alibi dicit. Lex iram operatur. Vbi enim lex non est, nec praeuaricatio. Hinc ostendens unde dixerit, Lex iram operatur. Neque enim eius praeuaricatio mala esset, nisi lex ipsa bona esset.

Multum est & nimis longum cuncta colligere, quae in hanc sententiam beatus dicit apostolus legem distinguens a gratia: eo quod subtilia elidantur elati: sub ista erigantur elisi: & illa in tantum bona sit, ut bona iubeat: haec intantum: ut bona conferat. Illa iustitiae facit auditorem: ista factorem, & ideo sub illa peccator in super etiam praeuaricator amissa, excusatione ignorantiae conuictus iacet: sub ista uero & parcente & opitulante nec qui mala est operatus extinguitur, & ut bona operetur, accenditur. Quid ergo mirum est, si illa dicta est ministratio mortis: ubi litera occidit, malum prohibendo quod fit, & bonum temperando quod non fit? Ista uero dicta est ministratio spiritus utique uiuificantis, ut a praeuaricationis morte surgamus, & iustitiam non rei legamus in tabulis, sed liberi in cordibus & in moribus habeamus. Hoc & testamentum nouum distat a ueteri, quia ibi uetus homo formidinis coarctatur angustijs, hic nouus homo spatietur latitudine charitatis. Atque ut omnes auferantur & hages, quomodo lex & ministratio mortis recte dicta sit, & tamen sancta & recta & iusta sit, illud recolamus quod in epistola ad Romanos positum est. Cum enim dixisset, ita ut seruiamus in nouitate spiritus & non in uetustate literae (quae sententia simi-

Rom. 7.

lima est illi quam iste non intelligens posuit) continuo prospexit istos futuros uerbosios atq; blasphemos, qui putaturi essent ex hoc legē fuisse reprehensam, moxq; subiunxit. Quid ergo dicemus: lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Nō concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem uiuebam aliquid quando sine lege. Adueniente autem mandato, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum: & inuentum est mihi mandatum quod erat in uitam, hoc esse in mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta & mandatum sanctum, & iustum & bonū. Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Ecce quid est ministratio mortis, ecce quid est litera occidit, ecce quemadmodum lex nō est peccatum, & mādatum erat in uitā, & lex sancta, & mādatum sanctum & iustum & bonum, et tamen quia de ipso bono interficitur inobediens anima ubi dei nō adiuuat gratia, ministratio mortis facta est lex in ueteri testamento ppter occidentem literam, & ministratio uitae facta est gratia in nouo testamēto ppter uiuificantē spiritū. Quod est autē ministratio mortis et ministratio damnationis, hoc est, occasione accepta peccatū per mandatū operatū est in me omnem concupiscentiā, hoc est, adueniente mandato peccatum reuixit hoc est, inuentū est mihi mandatum quod erat in uitā, hoc esse in mortem, hoc est, occasione accepta peccatum per mandatum fefellit me, & per illud occidit, hoc est, lex in ueteri testamento operatur, hoc est, uirtus peccati lex. Prohibitio enim peccati quod est lex, auget profecto desiderium peccandi, quod non extinguitur nisi contrario desiderio recte faciendi, ubi fides per dilectionem operatur, hoc autem non praestat litera iubens, sed spiritus uiuans. Non lex ergo, sed gratia, non uetus testamentum in seruitutem generas quod est agar, sed nouum in quo non sumus ancillae filij, sed liberae, qua libertate Christus nos liberauit, & tamen lex sancta est & mandatū sanctum & iustum, & bonum. Per hoc ergo mandatum sanctum, & iustum, & bonū in his quae non habent spiritum Christi, operatur peccatum omnem concupiscentiam, qualem in se fuisse in ueteri testamēto, etiā ipse Apostolus ostendēs occasione (inquit) accepta, peccatū per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Per quod mandatum nisi quod ait, concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, non concupisces. Nunquid malum est non concupiscere? immo maxime bonum. Bona est ergo lex, quae occidit, sed ubi non adest uiuificans spiritus.

Hec ipsa lex quae bonum dixit occidit, quia peccati uirtus est cum per illam operatur omnem concupiscentiam, inflammans desiderium de prohibitione, quod nō extinguitur per iubentem literam timore poena, sed iuuantem spiritum dilectione iustitiae spiritus. Ideo ait. Peccatum ut appareat peccatum, per bonum, &c. Non enim ait per malum, sed per bonum. Hic euigilet si possunt, qui legem dei atq; eius ministrum Moysen ceco & furioso corde reprehendunt, ideo quippe est ministratio mortis, quia peccatum per bonum mihi operatum est mortem. Ideo est ministratio damnationis, quia peccatum per bonum operatum est damnationem.

Quod si ministratio mortis literis deformata, in lapidibus fuit in gloria, & cetera.

Cur ministratio mortis dicitur si bona est lex? quia peccatum ut appareat peccatū, per bonum mihi operatum est mortem. Nec mireris, cum de ipsa praedicatione euangelij dictū sit, Christi bonus odor sumus in his qui salui fiunt, & in his qui preunt, alijs quidem odor uitae in uitam, alijs autem odor mortis in mortē. Ad Iudaeos enim dicta est, lex ministratio mortis ad quos & in lapide scripta ē. ad eorū duritiā figuradam non ad eos qui legē per charitatem implent. Plenitudo enim legis charitas. Qui enim diligit alterum, legem impleuit. Non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur. Diliges proximum tuum tanquam te ipsum, quia in eadem lege scriptum est.

Quod non poterant intendere filij Israel usque in finem, id est usque ad faciem uultus Moysi, & ideo eis per uelum loquebatur, hoc significat quia litera legis iustificat neminem, sed uelamen positum est in lectione ueteris testamenti, donec ad Christum transeat & auferatur uelamen, id est transeat ad gratiam, & intelligatur ab ipso nobis esse iustificationem, qua faciamus quod iubet, qui propterea iubet, ut in nobis deficientes, ad illum confugiamus.

Ita ut non possent filij Israel intendere in faciem Moysi propter gloriam uultus eius quae euacuatur.

Quod non poterant intendere filij Israel in faciem eius propter gloriam uultus eius, signum erat quia in lege Christum intellecturi non erant, & ideo uelamen inter faciem Moysi & ipsos positum erat, ut non intenderent sicut scriptum est filij Israel usque in finem. Finis enim legis quis est? Ad hoc non ego, sed apostolus ipse respondeat. Finis enim, inquit, legis Christus est ad iustitiam omni credenti, finis perficiens non interficiens.

Finis quippe dicitur propter quem fiunt omnia quaecunque aliquo sunt officio.

Nam inter officium & finem hoc distat: quod officium est in eis quae facere debemus: finis propter quem faciamus. Qui uita omnia itaque propter Christum habebant: quae filij Israel

Ex libr. ad Simplicii.

Rom. 13. Math. 19.

Ex libr. de uis. par.

Ex libr. 1. contra inimicum legi & prophetis.

in eis quae fiebant non intelligebant, hoc significabat uelamen quod eos usq; in finem nō linebat intendere, id est usq; ad faciem Moysi, quae significabat Christum. Et ideo dictum est quod euacuatur haec gloria, quia omnes uelabra significantes euacuantur cū res quae significantur aduenerit. Quemadmodum enim scientia quae nunc est euacuabitur, sicut idem apostolus dicit, cum uenerit illa quam dicit facie ad faciem: sic & ista quae in umbris tradita erant Iudaeis in ueteri testamento, necesse fuit euacuari reuelatione noui testamenti. Nec sane omnes in illo populo nō intelligebāt Christum per illas umbras testamenti ueteris figuratum, neq; enim haec ipse Moyses, & ceteri prophetae non intelligebant: quae uelamen postea praeuocant. Nam & in hac ipsa epistola, ubi haec dicuntur, quae iste non intelligens posuit tanquam aduersa & inimica ueteris testamenti, cur dicit: Habentes autem eundem spiritum fidei secundum quod scriptum est: Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur. Vbi enim scriptum est: Credidi, propter quod & locutus sum: utiq; in psalmis ad illa eloquia Dei pertinentibus, quae credita sunt Iudaeis. Eundem (inquit) spiritum fidei habentes. Quid est eundem nisi quae habebant etiam illi per quos haec ministrata sunt: usq; in hodiernum enim diem id ipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatū, quia in Christo euacuat.

Dicit Deus ad Cain: & nunc maledictus tu a terra quae aperuit os suum sanguinem accipere fratris tui de manu tua, quoniam operaberis terram, & non adiciet uirtutem suam dare tibi. Non dixit maledicta terra: sed maledictus tu a terra, quae aperuit os suum, in confessione peccatorum, accipere sanguinem Christi, qui iustus est in remissionem peccatorum: de manu persecutoris nolentis esse sub gratia: sed sub lege, ut esset maledictus ab ecclesia, id est, ut cum intelligeret & ostenderet ecclesia maledictum, dicente Apostolo. Quicumq; enim ex operibus legis sunt, sub maledicto legis sunt. Deinde cū dixisset: Maledictus tu a terra quae aperuit os suum accipere sanguinem fratris tui de manu tua: non dixit quoniam operaberis eam, sed dixit, quoniam operaberis terram, & non adiciet uirtutem suam dare tibi. Vnde non est necesse eandem terram intelligere operari Cain, quae aperuit os suum accipere sanguinem fratris de manu eius: sed ideo maledictus intelligitur ab hac terra: quoniam operatur terram quae non adiciet uirtutem suam dare illi: id est ideo populum Iudaeorum maledictum agnoscit, & ostendit ecclesia: quoniam occiso Christo adhuc operatur terrenam circuncisionem, terrenum sabbatum, terrenum azimum, terrenum pascha, quae omnis terrena operatio habet occultam uirtutem intelligenda gratia. Christi, quae non datur Iudaeis in impietate & in infidelitate pericuerantibus, quia nouo testamento reuelata est, & nō transeunt

tibus ad dominum non eis auferetur uelamen, quod in lectione ueteris testamenti manet: quia in solo Christo euacuatur, non ipsa lectione ueteris testamenti quae habet absconditā uirtutem, sed uelamen quo absconditur. Vnde Christo in cruce passō uelum templi scissum est, ut per Christi passionem reuelentur secreta sacramentorum fidelibus, ad bibendum eius sanguinem ore aperto in confessione transigentibus. Sed usq; in hodiernum diem dum legitur Moyses, uelamen est positum super eorum. Cum autem conuersus fuerit ad Deum, auferetur uelamen.

Velamen non Moyses euacuatur, uelamen non lex. Attendite quomodo dominus uenerit: & euacuatur uelamen, quando pependit in ligno, uelum scissum est. O magnum mysterium. O ineffabile sacramentum. Transgressores legis auctorem legis crucifixerunt, et legis secreta patuerunt. Nonne crux illa clauis fuit dominicis? Tenuit & clausa dissoluit: sed Iudaei etiam discissū uelō coopertam habēt faciem. Nos autem ait Apostolus, reuelata facie gloriā Dei speculantes: in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam tāquam à Domini spiritu.

Euacuatur namq; in Christo non uetus testamentum, sed uelamen eius, ut per Christum intelligatur & quasi denudet quod sine Christo obscurum atque ad opertum est. Satim quidem ipse apostolus subiicit. Cum autem transierit ad Christum, auferetur uelamen. Nō ait lex aut testamentum uetus. Non igitur per domini gratiam tanquam inutilia ibi tegetentur, ablata sunt, sed tegmen potius quo uelata tegebantur.

Erat prophetia antiquis temporibus, & a prophetia dispensatione nulla tempora cessauerunt. Sed illa prophetia quando in ea Christus non intelligebatur, aqua erat. In aqua enim uinum quodammodo latet. Dicit apostolus quid intelligamus in ista aqua. Vsq; ad hodiernum inquit diem quādiu legitur Moyses, id ipsum uelamen super eorum positū est, quod non reuelatur, quia in Christo euacuatur, & cum transieris, inquit, ad dominum, auferetur uelamen. Velamen dicit ad opertionem prophetiae, ut non intelligeretur. Tollitur uelamen, cum transierit ad dominum. Sic tollitur insipientia cum transieris ad dominum, & quod aqua erat, uinum tibi fit. Lege libros omnes propheticos. Non intellectu Christo, quid tam insipidum & fatuum inuenies? Intellege ibi Christum, non solum sapit quod legis, sed etiam inebriat, mutans mentem à torpore, ut praeterita obliuiscens in ea quae ante sunt extendaris. Nihil enim prodest testamentum uetus de monte Sina in seruitutem generans, nisi quia testimonium perhibet testamēto nouo. Alioquin quādiu legitur Moyses, uelamen super corda eorum positum est. Cum autem inde quisque transierit ad Christum, auferetur uelamen. Transeuntium quippe interior ipsa

Math. 26.

Ex ser. de sab.

Ex libr. de uiti. credendi.

Ex tractatu euā. sec. 10. 2.

Ex libr. de ci. ui. dei. 17.

Roman. 4.

Galat. 4. Roman. 7.

Ex libr. cont. Faustum Genes. 4.

Galat. 3.

Gene. 4.

ipsa mutatur de uetere ad nouū, ut nō iā quisque intendat accipere carnalem, sed spiritualem felicitatem, id est ab intentione qua expectabatur in carnali regno falsa beatitudo carnalis, ad intentionem qua per nouum testamentum expectatur in regno cælorum, beatitudo uerissima spiritalis.

Quomodo ergo tollitur uelamen dicit ipse Apostolus. Cum autem transieris ad dominū, auferetur uelamen. Iudeus ergo non transiens ad dominum, non pertendit aciem mentis in finem, quomodo illo tempore in hac figura filij Israel non pertendebant aciem oculorum suorum usq; in finem, id est in faciem Moyli. Facies enim Moyli splendida, figuram habebat ueritatis. Interpositum est uelamen, quia non poterant intendere ad hunc splendorem uultus eius filij Israel. Quæ figura euacuatur. Sic enim dicit apostolus. Quæ euacuatur.

Quare euacuatur: Quia ueniente imperatore imagines tolluntur de medio. Ibi spectatur imago, ubi imperator præsens non est. Vbi autem est ille cuius imago est, imago remouetur. Imagines ergo præferbantur: antequam ueniret imperator noster dominus Iesus Christus. Imaginibus sublati fulget præsentia imperatoris. Ergo cum transierit quisque ad dominum, auferetur uelamē. Sonabat enim uox Moyli per uelum, & facies Moyli non apparerebat. Sic & modoludæis sonat uox Christi, per uocem scripturarum ueterum. Vocem earum audiunt, faciem sonantis non uident. Volunt ergo ut auferatur uelamen & transeant ad dominum.

Splendor in facie Moyli tanquam in facie carnali & mortali, nūquid diuturnus aut æternus esse posset? Morte enim succedente, profecto auferetur. Splendor autem gloriæ beati domini nostri Iesu Christi sempiternus est. Sed illud figura erat temporalis. Hoc autē quod illa figura significabatur æternū. Legunt itaq; & non intelligunt Christum: non perducunt intentionem usq; in finem: quia uelū oppositum negat eis aspectum splendoris interioris, & uide ibi sub uelo Christum. Ait enim dominus noster Iesus Christus. Si crederetis Moyli, crederetis & mihi, de me enim ille scripsit.

Personam eius gerebat Moyles, & ideo uelum ante se ponebat, quando loquebatur populo: quia quandiu illi in lege, carnalibus gaudijs & uoluptatibus dediti erant, & regnum terrenum quærebant: uelamen positum erat contra faciem eorum ne uiderent Christū in scripturis. Ablato enim uelamine, postea quam passus est dominus: uisa sunt secreta tēplī. Transeat ergo unusquisque ad Christū, ut auferatur uelamē, sicut apostolus dicit. Velamen enim auferitur: quando similitudinis & allegoriæ cooperimento ablato: ueritas nuda tur ut possit uideri.

Quomodo ergo tollitur uelamen dicit ipse Apostolus. Cum autem transieris ad dominū, auferetur uelamen. Iudeus ergo non transiens ad dominum, non pertendit aciem mentis in finem, quomodo illo tempore in hac figura filij Israel non pertendebant aciem oculorum suorum usq; in finem, id est in faciem Moyli. Facies enim Moyli splendida, figuram habebat ueritatis. Interpositum est uelamen, quia non poterant intendere ad hunc splendorem uultus eius filij Israel. Quæ figura euacuatur. Sic enim dicit apostolus. Quæ euacuatur.

Quare euacuatur: Quia ueniente imperatore imagines tolluntur de medio. Ibi spectatur imago, ubi imperator præsens non est. Vbi autem est ille cuius imago est, imago remouetur. Imagines ergo præferbantur: antequam ueniret imperator noster dominus Iesus Christus. Imaginibus sublati fulget præsentia imperatoris. Ergo cum transierit quisque ad dominum, auferetur uelamē. Sonabat enim uox Moyli per uelum, & facies Moyli non apparerebat. Sic & modoludæis sonat uox Christi, per uocem scripturarum ueterum. Vocem earum audiunt, faciem sonantis non uident. Volunt ergo ut auferatur uelamen & transeant ad dominum.

qui dicantur dii sine in cælo, siue in terra, sicuti sunt dii multi & domini multi: nobis tamē unus deus pater ex quo omnia, & nos in ipso, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum. Sed etiam Deus pater multis locis inuenitur dominus dicitur: sicuti est illud. Dominus dixit ad me. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et illud. Dixit dominus domino meo sede ad dextram meam. Et Et spiritus sanctus dominus dicitur inuenitur, ubi apostolus ait. Dominus autem spiritus est. Et ne quisquam arbitraretur filium significatum, & ideo dicitur spiritum propter incorpoream substantiam: secutus contexit. Vbi autē spiritus domini ibi libertas. spiritum autem domini, & spiritum sanctum esse nemo dubitauerit. Libera semper est seruitus apud deum: cui non necessitas seruit, sed charitas.

Nos uero omnes reuelata facie ad gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritate tanquam à domini spiritu. Satis apparet Apostolum ab speculo non ab specula dixisse: gloriam domini specularantes. Quod uero ait in eandē imaginē transformamur: utiq; imaginē dei uult intelligi. Eādem dicens istam ipsam seculi, id est quam specularamur. Quia eadem imago Dei est, & gloria dei, sicut alibi dicit. Vir quidem non debet uelare caput, cum sit imago & gloria dei. Transformamur ergo dixit, de forma in formam mutamur: atque transimus de forma obscura in formam lucidam: quia & ipsa obscura imago dei est. Et si imago, profecto etiam gloria: in qua homines creati sumus: præstantes cæteris animalibus. De ipsa quippe humana natura dictum est. Vir quidem non debet uelare caput: cū sit imago & gloria dei. Quæ natura in rebus creatis excellentissima cū à suo creatore ab impietate iustificatur: à deformi forma formosam transformatur in formam. Est quippe & in ipsa impietate quanto magis damnable uitium: tanto certius natura laudabilis. Et ob hoc addidit de gloria in gloriam: De gloria creationis in gloriam iustificationis. Quæ uis possit hoc & alijs modis intelligi quod dictum est: de gloria in gloriam: de gloria fidei in gloriam spectei: de gloria qua filij dei sumus: in gloriam qua similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est. Quod uero adiunxit, tanquam à domini spiritu: ostendit gratia dei nobis conferri tam optabilis transformationis bonum. Verum hæc huius imaginis est quandoq; futura perfectio. Ad hanc consequendam nos erudit magister bonus fide Christiana, pietatisq; doctrina: ut reuelata facie à legis uelamine (quod est umbra futurorū) gloriam domini specularantes: per speculum seculi intuentes: in eandem imaginem transformemur de gloria in gloriam tanquam à domini spiritu. Cum ergo hac transformatione, ad perfectū fuerit hæc imago renouata, similes deo erimus, quoniam uidebimus eum non per speculū, sed sicuti est: quod dicit Paulus Apostolus, facie

Satis apparet Apostolum ab speculo non ab specula dixisse: gloriam domini specularantes. Quod uero ait in eandē imaginē transformamur: utiq; imaginē dei uult intelligi. Eādem dicens istam ipsam seculi, id est quam specularamur. Quia eadem imago Dei est, & gloria dei, sicut alibi dicit. Vir quidem non debet uelare caput, cum sit imago & gloria dei. Transformamur ergo dixit, de forma in formam mutamur: atque transimus de forma obscura in formam lucidam: quia & ipsa obscura imago dei est. Et si imago, profecto etiam gloria: in qua homines creati sumus: præstantes cæteris animalibus. De ipsa quippe humana natura dictum est. Vir quidem non debet uelare caput: cū sit imago & gloria dei. Quæ natura in rebus creatis excellentissima cū à suo creatore ab impietate iustificatur: à deformi forma formosam transformatur in formam. Est quippe & in ipsa impietate quanto magis damnable uitium: tanto certius natura laudabilis. Et ob hoc addidit de gloria in gloriam: De gloria creationis in gloriam iustificationis. Quæ uis possit hoc & alijs modis intelligi quod dictum est: de gloria in gloriam: de gloria fidei in gloriam spectei: de gloria qua filij dei sumus: in gloriam qua similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est. Quod uero adiunxit, tanquam à domini spiritu: ostendit gratia dei nobis conferri tam optabilis transformationis bonum. Verum hæc huius imaginis est quandoq; futura perfectio. Ad hanc consequendam nos erudit magister bonus fide Christiana, pietatisq; doctrina: ut reuelata facie à legis uelamine (quod est umbra futurorū) gloriam domini specularantes: per speculum seculi intuentes: in eandem imaginem transformemur de gloria in gloriam tanquam à domini spiritu. Cum ergo hac transformatione, ad perfectū fuerit hæc imago renouata, similes deo erimus, quoniam uidebimus eum non per speculū, sed sicuti est: quod dicit Paulus Apostolus, facie

Transformamur ergo dixit, de forma in formam mutamur: atque transimus de forma obscura in formam lucidam: quia & ipsa obscura imago dei est. Et si imago, profecto etiam gloria: in qua homines creati sumus: præstantes cæteris animalibus. De ipsa quippe humana natura dictum est. Vir quidem non debet uelare caput: cū sit imago & gloria dei. Quæ natura in rebus creatis excellentissima cū à suo creatore ab impietate iustificatur: à deformi forma formosam transformatur in formam. Est quippe & in ipsa impietate quanto magis damnable uitium: tanto certius natura laudabilis. Et ob hoc addidit de gloria in gloriam: De gloria creationis in gloriam iustificationis. Quæ uis possit hoc & alijs modis intelligi quod dictum est: de gloria in gloriam: de gloria fidei in gloriam spectei: de gloria qua filij dei sumus: in gloriam qua similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est. Quod uero adiunxit, tanquam à domini spiritu: ostendit gratia dei nobis conferri tam optabilis transformationis bonum. Verum hæc huius imaginis est quandoq; futura perfectio. Ad hanc consequendam nos erudit magister bonus fide Christiana, pietatisq; doctrina: ut reuelata facie à legis uelamine (quod est umbra futurorū) gloriam domini specularantes: per speculum seculi intuentes: in eandem imaginem transformemur de gloria in gloriam tanquam à domini spiritu. Cum ergo hac transformatione, ad perfectū fuerit hæc imago renouata, similes deo erimus, quoniam uidebimus eum non per speculū, sed sicuti est: quod dicit Paulus Apostolus, facie

Transformamur ergo dixit, de forma in formam mutamur: atque transimus de forma obscura in formam lucidam: quia & ipsa obscura imago dei est. Et si imago, profecto etiam gloria: in qua homines creati sumus: præstantes cæteris animalibus. De ipsa quippe humana natura dictum est. Vir quidem non debet uelare caput: cū sit imago & gloria dei. Quæ natura in rebus creatis excellentissima cū à suo creatore ab impietate iustificatur: à deformi forma formosam transformatur in formam. Est quippe & in ipsa impietate quanto magis damnable uitium: tanto certius natura laudabilis. Et ob hoc addidit de gloria in gloriam: De gloria creationis in gloriam iustificationis. Quæ uis possit hoc & alijs modis intelligi quod dictum est: de gloria in gloriam: de gloria fidei in gloriam spectei: de gloria qua filij dei sumus: in gloriam qua similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est. Quod uero adiunxit, tanquam à domini spiritu: ostendit gratia dei nobis conferri tam optabilis transformationis bonum. Verum hæc huius imaginis est quandoq; futura perfectio. Ad hanc consequendam nos erudit magister bonus fide Christiana, pietatisq; doctrina: ut reuelata facie à legis uelamine (quod est umbra futurorū) gloriam domini specularantes: per speculum seculi intuentes: in eandem imaginem transformemur de gloria in gloriam tanquam à domini spiritu. Cum ergo hac transformatione, ad perfectū fuerit hæc imago renouata, similes deo erimus, quoniam uidebimus eum non per speculū, sed sicuti est: quod dicit Paulus Apostolus, facie

Transformamur ergo dixit, de forma in formam mutamur: atque transimus de forma obscura in formam lucidam: quia & ipsa obscura imago dei est. Et si imago, profecto etiam gloria: in qua homines creati sumus: præstantes cæteris animalibus. De ipsa quippe humana natura dictum est. Vir quidem non debet uelare caput: cū sit imago & gloria dei. Quæ natura in rebus creatis excellentissima cū à suo creatore ab impietate iustificatur: à deformi forma formosam transformatur in formam. Est quippe & in ipsa impietate quanto magis damnable uitium: tanto certius natura laudabilis. Et ob hoc addidit de gloria in gloriam: De gloria creationis in gloriam iustificationis. Quæ uis possit hoc & alijs modis intelligi quod dictum est: de gloria in gloriam: de gloria fidei in gloriam spectei: de gloria qua filij dei sumus: in gloriam qua similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est. Quod uero adiunxit, tanquam à domini spiritu: ostendit gratia dei nobis conferri tam optabilis transformationis bonum. Verum hæc huius imaginis est quandoq; futura perfectio. Ad hanc consequendam nos erudit magister bonus fide Christiana, pietatisq; doctrina: ut reuelata facie à legis uelamine (quod est umbra futurorū) gloriam domini specularantes: per speculum seculi intuentes: in eandem imaginem transformemur de gloria in gloriam tanquam à domini spiritu. Cum ergo hac transformatione, ad perfectū fuerit hæc imago renouata, similes deo erimus, quoniam uidebimus eum non per speculū, sed sicuti est: quod dicit Paulus Apostolus, facie

Transformamur ergo dixit, de forma in formam mutamur: atque transimus de forma obscura in formam lucidam: quia & ipsa obscura imago dei est. Et si imago, profecto etiam gloria: in qua homines creati sumus: præstantes cæteris animalibus. De ipsa quippe humana natura dictum est. Vir quidem non debet uelare caput: cū sit imago & gloria dei. Quæ natura in rebus creatis excellentissima cū à suo creatore ab impietate iustificatur: à deformi forma formosam transformatur in formam. Est quippe & in ipsa impietate quanto magis damnable uitium: tanto certius natura laudabilis. Et ob hoc addidit de gloria in gloriam: De gloria creationis in gloriam iustificationis. Quæ uis possit hoc & alijs modis intelligi quod dictum est: de gloria in gloriam: de gloria fidei in gloriam spectei: de gloria qua filij dei sumus: in gloriam qua similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est. Quod uero adiunxit, tanquam à domini spiritu: ostendit gratia dei nobis conferri tam optabilis transformationis bonum. Verum hæc huius imaginis est quandoq; futura perfectio. Ad hanc consequendam nos erudit magister bonus fide Christiana, pietatisq; doctrina: ut reuelata facie à legis uelamine (quod est umbra futurorū) gloriam domini specularantes: per speculum seculi intuentes: in eandem imaginem transformemur de gloria in gloriam tanquam à domini spiritu. Cum ergo hac transformatione, ad perfectū fuerit hæc imago renouata, similes deo erimus, quoniam uidebimus eum non per speculū, sed sicuti est: quod dicit Paulus Apostolus, facie

Ex ser. de uer. euang. 17.

Ex tractatu psalm. 64.

Ioan. 5. Ex ser. de uer. euang.

Ex lib. con. Manich. 1.

Ex lib. de tri. 2. 1. Cor. 8.

Psalm. 109.

Ex li. sent. Prosecri.

Ex lib. de tri. 15.

1. Cor. 11.

1. Ioan. 3.

Ex lib. ad paulinam de nid. deo.

facie faciē. In qua em facie uelamen habet Iudæi, non transeundo ad Christum (quoniam cum transierit quisq; ad Christū auferetur uelamen) ea nos facie reuelata in eandem imaginem transformamur. Apertissime autem dicit. Velamen super cor eorum positum est. Ibi est ergo facies: qua reuelata nunc in fide uis per speculum & in ænigmate contuemur: tunc autem facie ad faciem.

CAP. IIII.

Ideo habentes hanc administrationem iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non desicimus: sed abdicamus occultam de decoris, non ambulantes in astutia.]

Ex lib. de baptis. par.

Hanc administrationem nō ex meritis nostris: sed ex dei misericordia esse dixit. Propter quod habentes administrationem hanc sicut misericordiam consecuti non infirmemur, sed abijciamus occultam confusionis, non ambulantes in astutia neq; dolo: adulterātes uerbum Dei. Astutiam autem & dolum hypocritarum uult intelligi, qua uolūt iusti superbi uideri. Vnde & in illo psalmo quem ad huius ipsius gratia testificationem commemorat idem Apostolus. Beatus, inquit, cui non imputauit dominus peccatum, neq; est in ore eius dolum. Hæc est humilium sanctorum confessio: nō se iactantium esse quod non sunt.

Neq; adulterantes uerbum Dei: sed in manifestatione ueritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.]

Ex ser. de uer. euang. 2. Matth. 5.

Quid faciet animus nutans, cum se obtemperare non posse existimat: & non obtemperare formidat? Si enim bona opera sua in luce posuerit hominibus intenda ut faciat quod præceptum est: Sic luceat lumen uestrum coram hominibus ut uideant bona opera uestra, & glorificent patrem uestrū qui in cælis est: reum se teneri arbitrabitur, quia contra præceptum fecit ubi dicitur.

Matth. 6.

Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis. Rursusq; si hoc timens & cauens ea que bene facit absconderit: non se putabit seruire imperāti, & dicenti. Luceat lumen uestrum coram hominibus ut uideant bona opera uestra.

Qui autem recte intelligit: utrunque implet. Audi enim Apostolus: utrunq; & facientem & docentem. Videte quemadmodum luceat lumen eius coram hominibus: ut uideant bona opera eius. Commendamus (inquit) nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum in conspectu Dei. Et iterum.

1. Cor. 8. 1. Cor. 9.

Prouidemus enim bona: non solum coram Deo: sed etiam coram hominibus. Et iterum. Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Videte rursus quem admodum attendat ne faciat iustitiam suam coram hominibus: ut uideatur ab eis.

Galat. 5.

Opus autem probet suū (inquit) unusquisque: & tunc in semetipso gloriam habebit & non in altero. Et iterum. Nam gloria nostra hæc est: testimonium conscientia nostra.

1. Cor. 11. Galat. 1.

Et illud quo nihil est manifestius. Si adhuc

(inquit) hominibus placerem: Christi seruus non essem.

Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum.]

Et cum dixisset, Alijs quidem sumus odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem: subiecit statim. Et ad hæc quis idoneus. Id est quis idoneus intelligere, quam iuste fiat: quod idem dominus dicit. Ego ueni ut qui non uident uideant, & qui uident cæci fiant. Ipsa est enim altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam quod iuste facit ex eadem masafa aliud uas in honorem: aliud in contumeliā, & dicitur carni & sanguini. Ohomo, tu quis es qui respondeas deo? Quis ergo & in hac re cognoscere potest intellectum domini: aut quis consiliarius eius fuit?

In quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium: ut non fulgeat in eis illuminatio euangelij gloriæ Christi: qui est imago Dei.]

Vtinam & isti cæci oppugnatores legis, & prophetarum: sic transeant ad Christum: ut nō sint in eis in quibus obuelatum est & ipsum euangelium. In his enim qui pereunt: est obuelatum, ait Apostolus. In quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium: ut non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei. ubi miser iste Deum seculi huius uult intelligi malum: tanquam illi seruiuerit Moyses in ueteri testamento: quasi hoc apostolus dixerit: ubi necesse esset intelligi deum seculi huius Deum impiorum: hoc est diabolum: quoniam omnes diuinitum demonia, & utiq; multo maxime princeps demoniorum. Non mirum esset.

Quandoquidem quorundam Deus etiam uenter est dicitur. Ait enim Apostolus. Quorum Deus uenter est. Nec ideo deus uenter est. Ita si potest dici Deus huius seculi diabolus, non ideo diabolus Deus est, quia nec demonia sunt dii, quamuis dii gentium sint demonia. Potest quippe seculum in malo intelligi.

Vnde dicit Apostolus Petrus. Eripite uos de presenti seculo maligno.

Sed cum aliter pateat intellectus, quid necesse est hic diabolum putare significatum: ac non potius uerum Deum, iustum, & bonum, qui excæcauit mentes infidelium huius seculi: ut non hic distinguatur in quibus Deus huius seculi: ac deinde inferatur, excæcauit mentes infidelium, sed ita potius, in quibus Deus: ac deinde subinferat, seculi huius excæcauit mentes infidelium, hoc est infidelium seculi huius mentes excæcauit. Sed istis non placet: ut Deus bonus mentes excæcet aliquorum. Nō enim attendunt Saluatoris uerba dicentis. Ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident cæci fiant. Ille igitur qui secundum Apostolicam sententiam cuius uult miseretur, & quem uult obdurat: procul dubio quem uult illuminat, & quem uult excæcat. Sed non est iniquitas apud Deum: cui dicit Ecclesia. Misericordiam & iudicium cantabo

Ex lib. de cor. sensu euang. 3.

Ioan. 9. Rom. 11. Rom. 9. Ibidem

Es. 4. 40.

Ex lib. 1. con. inimicū legis & propheta.

Philip. 3.

Rom. 9. Psalm. 100.

cātabo tibi domine. Illuminat ergo misericordia: excæcat iudicio, utiq; equissimo etsi occultissimo, inscrutabilia sunt iudicia eius, cui tamen dicitur. Sedisti super thronum qui iudicæ æquitatem. Hinc Deo Moyse, & cuncti propheta: quos iustos sine dubio dominus ipse testatur. Horum quippe Iudæi sepulchra construebant, & monumenta ornabant: quibus dicit. Aedificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum. Sed illi omnes et si pro temporis dispensatione veteris testamenti ministrabant figuras: ad nouum testamentum quamuis nondum reuelatum: per dei gratiam pertinebant.

Luce 9.

Ex libr. con. Faustum.

Hanc sententiam pleriq; nostrum ita distinguunt: ut Deum uerum dicant excæcasse infidelium mentes. Cum enim legerint in quibus Deus, suspendunt pronuntiationem: ac tunc inferunt, seculi huius excæcauit mentes infidelium. Quia etsi ita non distinguas: sed exponendi gratia ita uerborum ordinem mutes, in quibus Deus excæcauit mentes infidelium huius seculi: id est qui illa distinctione sensus elucet. Potest enim talis operatio qua excæcantur mētes infidelium: secundū quendam modū pertinere ad Deum uerum, quod non facit malitia, sed iustitia, sicut idem Apostolus alibi dicit. Nunquid iniquus Deus qui infert iram? Item alibi dicit. Quid ergo dicemus inquit? Nūquid iniquitas est apud Deum? Absit. Moyse enim dicit. Misereror cui miserus ero, & misericordiam prestabo, cui misericors fuero. Cū ergo præmississet quod inconcussè retinendū est, non esse iniquitatem apud deum, & paulo post attende quid dicat. Si autem uolens Deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiae quæ preparauit in gloriam, & cetera: certe hic nullo modo dici potest alium Deum esse qui ostendit iram, & demonstrat potentiam suam in uasis quæ perfecta sunt ad perditionem, & alium ostendit diuitias in uasis misericordiae. Nam unū eundemq; Deum facere utrunq; apostolica doctrina testatur. Hinc est & illud. Propter hoc tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorum, in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Et paulo post. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiae. Item paulo post. Et quoniam non probauerunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobū sensum. Ecce quomodo uerus deus & iustus excæcat mentes infidelium. Neq; enim unquam in his apostoli uerbis quæ commemorauimus alius deus intellectus est, quam ille qui filium suum misit dicentem. In iudicium ueni in hunc mundum: ut qui non uident, uideant: & qui uident cæci fiant. Nam & hic satis apparet mentibus fidelium, quomodo deus excæcat mentes infidelium. Præcedit enim aliquid occultum in occultis, cum deus agat iustissimum examen iu-

Roman. 3. Roman. 9.

dicij sui, ut quorundam mentes infidelium excæcentur: quorundam illuminentur. Cui uerissime dictum est. Iudicia tua abyssus multa. Cuius profunditatis impenetrabilem altitudinē Apostolus admiratus exclamat. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, &c.

Rom. 11.

Illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei.
Imago & æqualitas, & similitudo distinguenda sunt: quia ubi imago, continuo similitudo est: non continuo æqualitas. Vbi æqualitas, continuo similitudo, non continuo imago. ubi similitudo, non continuo imago, non continuo æqualitas. ut in speculo est imago, quia de illo expressa est, est etiam necessario similitudo: non tamen æqualitas: quia multa desunt imaginis quæ in sunt illi rei de qua expressa est. Sed ubi dicitur continuo: utiq; intelligitur quia esse aliquando potest. Potest ergo esse aliquando imago in qua sit etiam æqualitas: ut in parentibus & filijs inueniuntur imago & æqualitas & similitudo, si interuallū temporis desuisset. Nam & de parēte expressa est similitudo filij, ut recte imago dicatur: & potest esse tanta, ut recte etiam dicatur æqualitas: nisi quod parens tempore præcessit. Ex quo intelligitur & æqualitatem aliquando non solum similitudinem habere: sed etiam imaginem. Potest etiam aliquando esse similitudo et æqualitas, quamuis non sit imago, ut in ouis paribus. Potest similitudo & imago, quamuis non sit æqualitas, ut in speculo. Potest & similitudo esse, ubi æqualitas & imago sit, sicut de filijs commemorauimus: excepto tempore quo præcedunt parentes. Sic enim equalem syllabam syllabæ dicimus: quamuis altera præcedat, altera subsequatur. In deo autē quia cōditio temporis uacat (non enim potest recte uideri deus in tempore generasse filium, per quē condidit tempora) consequens est ut non solum imago eius sit: quia de illo est: & similitudo, quia imago est: sed etiam æqualitas tanta, ut ne temporis interuallū impedimento sit.

Ex li. 33. quæ.

Non enim nosmetipsos prædicamus: sed Iesum Christum dominum nostrum. Nos autem seruos uestros per Iesum: quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere: ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis dei in facie Iesu Christi.

Ex li. cō. inie. micum legis & prophet.

Quin etiam stultitiæ scribentis assignat, quod dixerit tenebras sine initio semper fuisse, lucē uero initium sumpsisse de tenebris, quasi legerit in eo libro cui calumniatur, tenebras sempiternas, cum scriptum sit. In principio creauit deus cælum & terram, terra autē erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erant super abyssum. Ex illo ergo tenebræ esse coeperunt, ex quo confusa moles cæli esse coepit ac terræ, antequam lux facta esset, qua illuminaretur quod sine luce fuerat tenebrosum. Quid autem inconueniens si mundanæ materiæ fuerant tenebrosa primordia, ut accedente luce, melius: quod factum est redderetur, & tanquam proficientis hominis (quod postea futur-

Genesis. 1.

futurū erat) hoc modo significaretur affectio: Porro si huic displicet, lucem initium sumpsisse de tenebris, isdem Apostolus hoc dicat: qui scribens ad fideles ait. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quis autem hoc fecit, nisi ille, qui cum tenebræ essent super abyssum dixit: Fiat lux, & facta est lux: Quod apertius alio loco idem Apostolus Paulus expressit dicens. Deus qui dixit de tenebris lucem clarescere, clauit in cordibus nostris.

Ex libr. de sap. par.

Ad illuminationem, inquit, scientiæ gloriæ eius in faciem Christi Iesu. Hęc est scientia gloriæ eius, quia scimus ipsum esse lumen, quo tenebræ nostræ illuminantur. Et id ipsum attende quemadmodum inculcet.

Ex libr. de sent. Prosp.

Habemus autem thesaurum istum in uasis scitibus, ut scilicet uirtutis dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Aporiamur, sed non desistimur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. Humiliamur, sed non confundimur. Deijcimur, sed non perimus, semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut et uita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, uita autem in uobis.

Ex libr. de gratia & libero arbi.

Adhærens deo, & semper faciens dei uoluntatem, nunquam suo habitatore deseritur. Et si quædam dura atque aduersa patiat, non relinquitur, sed probatur.

Habentes autem eundem spiritum fidei sicut scriptum est. Credidi, propter quod locutus sum. Et nos credimus, propter quod & loquimur, scientes quoniam qui suscitauit Iesum & nos cum Iesu suscitabit, & constituet nobiscum. Omnia enim propter uos, ut gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam dei.

Ex tractatu. sec. 10. 45.

Habentes autem eundem spiritum fidei. Non enim ait scientiam fidei, sed spiritum fidei. Quod propterea dixit, ut intelligeremus quia fides etiam non petita conceditur, ut ei petenti alia concedantur. Quomodo enim inuocabunt, inquit, in quem non crediderunt? Ergo spiritus gratiæ facit ut habeamus fidem, ut per fidem impetremus orando, ut possimus facere quæ iubemur. Ea fides iustos sanauit antiquos, quæ sanat & nos, id est mediatoris Dei & hominū hominis Christi Iesu: fides sanguinis eius, fides crucis eius, fides mortis, & resurrectionis eius. Habentes ergo eundem spiritum fidei, & nos credimus, propter quod & loquimur. Ante aduentum domini nostri Iesu Christi, quo humilis uenit in carne præcesserunt iustis licet in eum credentes uenturum, quomodo nos credimus in eum qui uenit.

Tempora uaria sunt, non fides, quia & ipsa uerba pro tempore uariantur, cum uarie declinantur. Alium sonum habet, uertitur est, aliū sonum habet, uenit. Eadem tamen fides utrosque coniungit, & eos qui uenturum esse, & eos qui cum uenisse crediderunt. Diuersis quidem temporibus, sed utrosque per unum fidei ostium, hoc est per Christum uidemus ingressos. Nos credimus dominum Iesum, natū ex uirgine, uenisse in carne, passum esse, resur-

rexisse, in cælum ascendisse. Totum hoc sicut uerba audidistis præteriti temporis: impletū esse iā credimus. In eius sunt fidei societate nobiscū & illi patres, qui crediderunt de uirgine nasciturum, passurum, resurrecturum, in cælū ascensurum. Illos enim ostendit apostolus: ubi ait. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est. Credidi propter quod locutus sum. Et nos credimus propter quod & loquimur. Propheta dixi. Credidi propter quod locutus sum apostolos dixit. Et nos credimus, propter quod & loquimur. Ut scias autem quid una sit fides: audi dicentem. Habentes eundem spiritum fidei, & nos credimus.

Habentes autem eundem spiritum fidei propter quod scriptum est. Credidi, propter quod locutus sum: et nos credimus, propter quod & loquimur.

Ex li. ad conf. Hila.

Non diceret eundem spiritum fidei, nisi admonens etiam antiquos iustos ipsum habuisse spiritum: hoc est incarnationis Christi. Sed quia illis futura prænucciabantur: quæ iam facta nobis annunciantur: & tempore ueteris testamenti reuelatur: ideo eius sacramenta uaria sunt: ut alia essent in ueteri testamento: alia in nouo: cum fides ipsa uaria non sit. Eadem fides saluatoris saluos faciebat antiquos: pusillos cum magnis: non uetus testamentum, quod in seruitutem generat.

Ex epi. ad Valerium Comitem.

Antiquos iustos non saluos fecit nisi fides mediatoris: qui in remissionem peccatorū sanguinem sudit. Ipsorum enim uox est. Credidi propter quod locutus sum. Unde ait Apostolus Paulus. Habentes autem eundem spiritum fidei secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod & loquimur. Quid est eundem spiritum, nisi quem iusti quoq; habuerunt qui ista dixerunt? Dicit etiam Apostolus Petrus. Quid uultis imponere gentibus, quod neque nos potuimus portare, neque patres nostri? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, sicut & illi. Hoc uos non uultis inimici huic gratiæ, ut eadem gratia Iesu Christi salui facti credantur antiqui, sed distribuitis tempora secundum Pelagium, in cuius libris hoc legitur, & ante legem dicitis saluos factos esse natura, deinde per legem, postremo per Christum, quasi hominibus duorum superiorum temporum, ante legē seculi, & in lege, sanguis Christi non fuerit necessarius, euacuantes quod dictum est, Unus enim deus, unus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus.

Ex lib. ad Bonif. papā cōr. Pelagi. Psal. 115.

Credidi, propter quod locutus sum, hoc est perfecte credidi. Non enim perfecte credunt, qui quod credunt loqui nolunt. Ad ipsam enim fidem pertinet, etiam illud credere quod dictū est. Qui me confessus fuerit corā hominibus, confitebor eum coram angelis dei. Ex hoc enim est appellatus fidelis ille seruus, non tantum quia accepit, sed quia impendit, atq; lucratus est. Ita & hoc loco non ait, Credidi & locutus sum, sed propter hoc dicit se locutū esse, quia

Ex tractatu. Psal. 115. Marci. 8.

re: nam & ab ipso incipiat necesse est, & usque ad uisibilem mortem cum illo quamuis eo deficiente se proficiente perduret: sic proportio ne uniuersum genus humanum, cuius tanquam unius hominis uita est, ab Adam usque ad finem seculi huius, ita sub diuine providentiae legibus administratur, ut in duo genera distributum appareat: quorum in uno est turba impiorum terreni hominis imaginem ab initio seculi usque ad finem gerentium, in altero series populi uni deo dediti. Sed ab Adam usque ad Ioannem Baptistam terreni hominis uitam gerens, seruili quadam iustitia, cuius historiam uetus testamentum uocant, quasi terrenum pollicens regnum, quae tota nihil est aliud quam imago noui populi, & non ut testamenti pollicentis regnum caelorum: cuius populi uita interim temporalis incipit a domini aduentu in humilitate usque ad diem iudicii, quando in claritate uenturus est. Post quod iudicium uetere homine extincto, erit illa mutatio quae angelicam uitam pollicetur. Id enim quod in praesenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis que uidentur, sed que non uidentur. Attende te hic habere laborem, sed attende qualem ille requiem pollicetur. Nunquid cogitare potes? Si illam posses cogitare, uideres te nihil laborare ad conpensationem. Audi enim qui illud ex parte cernebat, qui dixit. Nunc scio ex parte. Quod ait Apostolus. Etenim quod est ad praesens temporale, & leue tribulationis nostrae, iuxta incredibilem modum aeternum pondus gloriae operatur nobis. Quid est aeternum gloriae pondus operatur nobis: Quibus operatur? Non respicientibus quae uidentur, sed quae non uidentur. Quae enim uidentur, temporalia sunt: quae autem non uidentur, aeterna. Noli esse piger laborare breuiter, & gaudere ineffabiliter. Haec est requies sempiterna. Sine fine erit requies ista, sine fine erit gaudium hoc, sine fine erit iustitia ista, sine fine erit incorruptio uita aeterna. Habebis requiem, quae non habebit finem. Quanto labore digna est requies quae non habebit finem? Si uerum uis comparare, & uerum iudicare, aeterna requies aeterno labore recte emittitur. Verum hoc est: sed noli timere. Misericors est Deus. Si enim haberes aeternum laborem, nunquam peruenires ad aeternam requiem. Ergo ut aliquando peruenias ad id quod emis, non in aeternum laborandum est, non quia non ualet tanti, sed ut possideatur quod emittitur. Digna est quidem labore emi perpetuo, sed necesse est ut labore temporali ematur. Decies centena millia annorum in labore quid ualent? Decies centena millia annorum finem habent, quod tibi dabo Deus, dicit, non habebit finem. Qualis misericordia Dei: Non dicit, decies centena millia annorum labora, non dicit uel mille annos labora, non dicit quingentos annos labora: cum uiuis labora in paucis annis. Inder requies erit, & finem non habebit. Ve-

rum est ergo quod dicit Apostolus. Etenim quod est ad praesens temporale & leue tribulationis nostrae, iuxta incredibilem modum aeternum gloriae pondus operatur nobis. Ecce quantum precium damus: quodammodo unam siliquam ad accipiendos thesauros sempiternos, siliquam laboris ad requiem incredibilem. Quae enim uidentur, temporalia sunt: quae autem non uidentur, aeterna sunt. Christiano causa recte gaudendi non praesens seculum, sed futurum est: & ita est utendum temporalibus ne obliuiscantur aeternis: & in uia per quam peregrini ambulat, hoc placeat, quod ducit ad patriam.

CAPVT V.

Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod aedificationem ex Deo habemus domum non manufactam aeternam in caelis. Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quae de caelo est superinducimus: si tamen uestitum, et non nudi inueniamur.]

Prior enim omnium creata est quadam sapientia, quia creata est mens rationalis & intellectualis castae ciuitatis tuae, matris nostrae, quae sursum est, & libera est, & aeterna est in caelis. Quibus caelis, nisi qui te laudant caeli caelorum? Quia hoc est, & caelum caeli domino, & si non inuenimus tempus ante illam, quia & creaturam temporis antecedit, quae prior omnium creata est, ante illam tamen est ipsius creatoris aeternitas, a quo facta sumplit exordium quam uis non temporis, quia nondum erat tempus, ipsius tamen conditionis suae. Vnde ita est abs te deo nostro, ut aliud plane sit quam tu, & non id ipsum. Et si non solum ante illam, sed nec illa inuenimus tempus: & quia est idonea faciem tuam semper uidere, nec uisipiam deflectitur ab ea: quo fit, ut nulla tentatione uarietur: inest ei tamen ipsa mutabilitas. Vnde tenebre sceret & frigesceret, nisi amore grandi tibi haerens tanquam semper meridies lucret & ferueret ex te. O domus luminosa & speciosa, dilexi decorem tuum & locum habitationis gloriae domini mei fabricatoris & possessoris tui. Tibi suspirat peregrinatio mea, & dicam ei qui fecit te, ut possideat & me in te, quia fecit & me. Erraui sicut ouis perdita, sed in humeris pastoris mei, structoris tui, spero me reportari tibi. Est ne ista domus Dei, non quidem deo cogiterna, sed tamen secundum modum suum aeterna in caelis, ubi uices temporum frustra quaeruntur, quia non inueniuntur: Supergreditur tamen distentionem & omne spatium etatis uolubile, cui semper inhaerere Deo bonum est.

Si possemus aliter peruenire ad Christum, id est ad uitam aeternam, quis uellet mori? Naturam quippe nostram, id est confortium quoddam animae & corporis, & quandam in his duobus familiaritatem conglutinationis atque compaginis exponens quodam loco Apostolus, ait habere nos domum non manufactam in caelis aeternam, id est immortalitatem praeparatam nobis, qua induendi sumus in fine cum resurrexerimus a mortuis, & ait. In quo nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur

Ex lib. sent. Prosperi

Ex lib. conf. 20

Psal. 125.

Psal. 118.

Ex tractatu Psal. 63.

mort,

mortale a uita. Si fieri posset, si uellemus fieri immortales ut iam ueniret ipsa immortalitas, & modo sicut sumus mutaret nos, ut mortale hoc nostrum a uita absorberetur, non post mortem corpus poneretur, ut in fine iterum reciperetur. Quamuis ergo a malis ad bona transeamus, tamen ipse transitus aliquantum amarus est, & habet fel quod dederunt domino in passione Iudaei. Habet acre quiddam tolerantum, quo ostenduntur qui cum aceto potauerunt.

Nam et qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauatim, eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur quod mortale est a uita.]

Aggrauamur ergo corruptibili corpore & iplius aggrauationis causam non naturam substantiamque corporis, sed eius corruptionem scientes, nolumus corpore spoliari, sed eius immortalitate uestiri, quod & tunc erit. Sed quia corruptibile non erit, non grauabit. Aggrauat ergo nunc animam corruptibile corpus, et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem. Verum tamen qui omnia mala animae ex corpore putant accidisse, in errore sunt. Nam corruptio corporis quae aggrauat animam, non peccati primi est causa, sed poena, nec caro corruptibilis animam peccatricem, sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnem. Ex qua corruptione carnis, licet existant quaedam incitamenta uitiorum, & ipsa desideria uitiosa, non tamen omnia uitae iniqua uitia tribuenda sunt carni, ne ab his omnibus purgemus diabolus qui non habet carnem. Ingemiscimus grauatim, sub sarcina scilicet corruptibilis carnis ingemiscimus grauatim. Si ingemiscis, libenter pone sarcinam istam. Certe ingemiscere se dixit sub hoc onere, grauari se dixit sub sarcina corruptibilis corporis. Vide utrum uelit hoc onere spoliari, sub quo grauat, sub quo ingemiscit. Non hoc sequitur. Sed quid ait? In quo nolumus expoliari. O uocem naturae, confessionem poenae. Graue corpus est, onerosum corpus est, corruptibile corpus est. Gemitur sub illo, & libenter deseritur. Nolumus (inquit) expoliari. Sic remansurus est gemens: Et si ingemiscis grauatus, quare spoliari non uis? Non, inquit. Vide quid sequitur. Nolumus expoliari, sed superuestiri. Sub terrena tunica gemo, ad caelestem festino. Illam uolo accipere istam nolo ponere. In quo nolumus expoliari, sed superuestiri. Ergo Paulus intelligam te. Quid dicis? Fiet iniuria tanto illi uestimento caelesti, ut ueniat tibi super hos pannos mortalitatis & corruptionis: ut hoc sit inferius illud superius: hoc interius, illud exterius. Absit, inquit. Non sic dico, non sic dico. Nolo expoliari, sed superuestiri, non tamen ut sub incorruptione maneat corruptio, sed ut absorbeat mortale a uita. Bene exclamasti, qui scripturas nosti. Sed ne aliquis ignarus scripturarum uerba mea putet subsecuta, Pauli uerba sunt, omnia ista Apostolica uerba sunt. Ingemiscimus grauatim: in quo nolumus spoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur mortale a uita. Bene

Ex lib. de ciu. dei 14. cap. 2. et 3.

Sapient. 9.

Ex ser. de natali uapost.

ne dicis quod alibi tenes de resurrectione corporis loquens. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in uictoriam. Quod alio loco ait, Ut absorbeatur mortale a uita, hoc isto loco. Absorpta est mors in uictoriam. Nusquam mors non infra, non supra, non intra, non extra. Absorpta est enim mors in uictoriam. Vbi est mors contentio tua?

Saluam fecisti de necessitatibus animam meam. Quid iam dicam de necessitate ipsius mortalitatis? Mori necesse est, & nemo uult quod necesse est. Dura necessitas nolle quod non potes uitare. Nam si sic fieri posset, nollemus utique mori: & effici quidem Angeli uellemus, sed commutatione quadam non morte, sicut dicit Apostolus. Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemiscimus grauatim, eo quod nolumus spoliari, sed superuestiri. Volumus peruenire ad regnum dei, sed per mortem nolumus.

Mortis diem omnes quidem affuturum sciunt, & cum tamen omnes aut pene omnes differre conantur, etiam qui post mortem beatus se credunt esse uicturos. Tanta habet uim carnis & animae dulce confortium. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, & propterea non uult anima, uel ad tempus ab eius infirmitate discedere, quamuis eam se sine infirmitate in aeternum recepturum esse confidat. Proinde mente seruiens legi dei, carne autem trahens desideria peccati, quibus obediunt uetat Apostolus. mentis quidem ratione concupiscit homo pis dissolui & esse cum Christo, sed id sensu carnis recusat, & refugit: & si fieri possit non uult expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur mortale a uita, id est, ut infirmitate ad immortalitatem etiam ipsum corpus sine morte media transferatur. Vide duas mortes, unam temporalem eandemque primam: alteram sempiternam: eandemque secundam. Prima mors omnibus praeparata est: secunda solis malis, impijs, infidelibus, blasphemis, & quicquid aliud sanae doctrinae aduersatur. Intende: propone tibi istas duas mortes. Si fieri potest, ambas non uis pati. Scio, uiuere amas, mori non uis, & de hac uita in aliam uitam sic transire uelles, ut non mortuus resurgeres, sed uiuus in melius mutareris. Hoc uelles, hoc habet humanus affectus: hoc ipsa anima nescio quomodo ualet in uoluntate, & cupiditate, quoniam diligendo uitam odere mortem: & quoniam carnem suam non odit, nec ipsi uult accidere quod odit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit. Hunc affectum ostendit Apostolus. ubi ait. Habitationem habemus ex Deo: domum non manufactam, aeternam in caelis. Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculum nostrum quod de caelo est, superinducimus cupientes: in quo nolumus inquit expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur mortale a uita. Non uis expoliari: sed spoliandus es: hoc tamen agas oportet, ut spoliatus per mortem carneam tunicam inuentiaris

1. Cor. 15.

Osee. 13.

Ex tractatu Psal. 30.

Ex lib. de gratia et noui testamenti.

Rom. 7. Philip. 1.

Ex ser. de amore dei, et amore seculi.

Ephes. 5.

indutus lorica[m] fidei: hoc enim secutus adiun-
git. Si tamen & induti, non nud[i] inueniamur.
Nam prima mors spoliatura est te carne inter-
rim seponenda, & suo tempore recipienda.

Ex lib. de bap-
tism. par.

Cum gratiam uberius in domino Iesu Chri-
sto commendans, usque ad illud ueniret indu-
mentum iustitiæ fidei, quo induti non nud[i] in-
ueniamur, & ppter hoc inquit ingemiscimus
mortalitate prægrauati, habitaculum nostrum
quod de cælo est superindui cupientes, ut ab-
sorbeat[ur] mortale à uita: uide quod adiungat.

Qui autem operatus est nos (inquit) in hoc ipsum deus: qui
nobis dedit pignus spiritus.]

Hic enim accipimus per pignus spiritus, &
certandi & uiuendi uires, ibi autem sine ho-
ste ullo externo, & interno, ineffabili ac sempiterna
pace perfuemur. Quisquis ergo omnia
quæ ibi habenda sunt hic uult habere: fidem
se indicat non habere.

Audentes igitur semper & scientes: quoniam dum sumus in
corpore peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus:
& non per speciem. Audemus autem, & bonam uoluntatem ha-
bemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad do-
minum: & ideo contendimus siue absentes, siue præsentem pla-
cere illi.]

Quisquis arbi tratur homini uitam
istam mortalem adhuc agent[i] posse continge-
re, ut dimoto atq; discusso omni nubilo phan-
tasiarum corporalium atque carnalium, serene-
nissima incommutabilis ueritatis luce potia-
tur, & mente penitus à consuetudine uitæ hu-
ius alienata, illi constanter & indeclinabiliter
hæreat: nequaquam quid quærat intelligit.

Credat ergo potius sublimi auctoritati mini-
meque fallaci: quamdiu sumus in corpore, pe-
regrinari nos à Domino, & ambulare nos per
fidem nondum per speciem: ac sic perseueran-
ter retinens, atque custodiens fidem, spem, &
charitatem, intendat in speciem ex pignore
spiritus sancti quod accepimus qui nos doce-
bit omnem ueritatem: cum Deus qui suscita-
uit Dominum Iesum Christum à mortuis ui-
uificabit, & mortalia corpora nostra per inha-
bitantem spiritum eius in nobis. Prius autem
quam uiuificetur hoc quod mortuum est pro-
pter peccatum, proculdubio corruptibile est
& aggrauat animam, & si quando ad uitam
excedit hanc nebulam qua tegitur omnis ter-
ra, id est hanc carnalem caliginem qua tegi-
tur omnis uita terrena, tanquam rapida coru-
scatione perstringitur: & in suam infirmita-
tem redit, uiuente desiderio quo rursus eriga-
tur, nec sufficiente munditia qua figatur. Et
quanto hoc quisque magis potest, tanto ma-
ior est: quanto autem minus, tanto minor. Si
autem nihil adhuc tale mens hominis exper-
ta est, in qua tamen habitat Christus per fi-
dem instare debet minuendis finiendis que cu-
piditibus huius seculi, mortalis uirtutis actio-
ne cum mediatore Christo ambulans: cum
qui filius Dei semper est, propter nos filium
hominis factum: ut sempiterna uirtus eius, &
diuinitas nostre infirmitati, & mortalitati con-
temperata de nostro nobis in se atque ad se fa-

Ioan. 16.
Rom. 8.

ceret uitam, cum magnæ spei lætitia fideliter
teneat ne peccet: à Rege Christo regatur: si
forte peccauerit, ab eodem sacerdote Chri-
sto expietur: atque ita in actione bonæ con-
uersationis, & uitæ nutritis pennis geminæ di-
lectionis: tanquam duabus alis ualidis eue-
cta terris ab eodem ipso Christo uerbo illumi-
netur: uerbo quod in principio erat: uerbum
apud Deum erat: & uerbum Deus erat: & si
per speculum in enigmate, longe tamen subli-
mius ab omni similitudine corporali. Et alij
quidem per spiritum datur sermo sapientiæ:
alij sermo scientiæ, secundum eundem spiri-
tum: alius diem Domino sapit: alius de pecto-
re Domini liquidius aliquid bibit: alius leua-
tus usque ad tertium cælum ineffabilia uerba
audit, omnes tamen quamdiu sunt in corpo-
re peregrinantur à Domino, & omnibus bo-
næ spei fidelibus in libro uitæ scriptis seruat[ur]
quod dictum est: Et ego diligam eum: & mani-
festabo me ipsum illi.

Ioan. 1.
1. Cor. 12.

Quandiu enim sumus in corpore, peregrinamur à domino.
Per fidem enim ambulamus: & non per spe-
ciem. Audemus autem & bonam uolunta-
tem habemus magis peregrinari à corpore, et
mente esse ad Dominum: & ideo contendimus,
siue absentes, siue præsentem placere illi.
Contemplatio quippe merces est fidei: cui
mercedi per fidem corda mundantur, sicut
scriptum est: Mundans fide corda eorum. Pro-
batur autem quod illi contemplationi corda
mundentur illa maxime sententia. Beati mun-
do corde quoniam ipsi Deum uidebunt. Et
quia hæc est uita æterna, dicit Deus in Psalmis.
Longitudine dierum replebo eum: & osten-
dam illi salutare meum.

Agnosco Domine ut possum. Nimirum il-
lud significas: quia ut parentur istæ mansio-
nes uiuere debet iustus ex fide, quia per hanc
ad speciem contemplandam paratur. Beati e-
nim mundicordes, quoniam ipsi Deum uide-
bunt. Et fide mundat corda eorum. Illud in E-
uangelio: hoc in actibus apostolorum legitur.
Fides autem qua eorum quideum uisuri sunt,
quamdiu peregrinantur corda mundantur:
quod non uidet credit. Nam si uides, non est fi-
des. Credenti colligitur meritum: uidenti red-
ditur præmium. Eat ergo Dominus, & paret
locum. Eat ne uideatur, lateat ut credatur.

Tunc enim locus paratur, si ex fide uiuatur.
Creditus desideretur, ut desideratus habeat[ur].
desideriū dilectionis præparatio est mansio-
nis. Ita domine: para quod paras. Nos enim
tibi paras: & te nobis paras: quoniam locum
paras, & tibi in nobis & te in nobis. Est illu-
minatio per fidem, est illuminatio per speciem.
Modo cum peregrinamur, per fidem ambula-
mus, nondum per speciem. Ergo & iustitia no-
stra per fidem, & non per speciem. Modo non
relinquamus eam iustitiā quæ est ex fide: quo-
niam iustus ex fide uiuit, sicut ait Apostolus.

Per fidem adhuc ambulamus non per spe-
ciem, quamdiu quod non uidemus speramus,
& per

Ex lib. de pe-
nitentia

Ex tractatu
psalm. 17.

Ex tractatu
psalm. 114.

Roman. 8.
1. Cor. 15.

Psalm. 114.
Ex tractatu
psalm. 24.

Ex ser. de uer-
cang. 74.

1. Ioan. 3.

Psalm. 37.

Ex lib. de pe-
nitentia

Ex lib. de pe-
nitentia

Ex tractatu
psalm. 17.

& per patientiam expectamus. Quandiu em̄
sumus in corpore peregrinamur ad domino: &
in quantum inde peregrinamur, in tantum non
sumus in regione uiuorum. Confidimus au-
tem & bene arbitramur magis peregrinari à
corpore & manere ad dominum. Et ideo am-
bulamus quidem nunc. Quia expectamus ad-
huc redemptionem corporis nostri. Sed cum
absorpta mors fuerit in uictoriam, & corrupti-
bile hoc iduerit immortalitatem, nullus erit
fletus, quia nullus lapsus, & nullus lapsus, quia
nulla corruptio. Et ideo iam non ambiemus pla-
cere, sed omnino placebimus in conspectu do-
mini in regione uiuorum. Quandiu sumus in
corpore, peregrinamur à domino. Et quid
est peregrinamur? Per fidem enim am-
bulamus (inquit) & non per speciem. Qui er-
go peregrinatur, & per fidem ambulat, non
dum est in patria, sed iam est in uia. Qui autem
non credit, nec in patria est, nec in uia. Sic er-
go ambulemus tanquam in uia simus, quia ip-
se rex patriæ factus est uia: Rex patriæ nostræ,
dominus Christus. Et ibi ueritas, hic autem uia.
Qua imus? Per fidem. Quo imus? Ad Christum.
Qua imus? Per Christum. Ipse enim dixit,
Ego sum uia, ueritas, & uita. Adhuc enim in
ista carne, quandiu peregrinamur à domino
ad angelos sanctos qui hic uident, infantes su-
mus, lactandi fide, pascendi specie. Sic enim
dicit Apostolus. Quandiu sumus in corpore,
peregrinamur à domino. Per fidem enim am-
bulamus, non per speciem. Venturi sumus ad
speciem, quæ nobis sic promittitur per Ioan-
nem in epistola eius. Dilectissimi, filij dei su-
mus, & nodum apparuit quid erimus. Filij dei
sumus, iam per gratiam, per fidem, per sacra-
mentum, per sanguinem Christi, per redem-
ptionem saluatoris. Filij dei sumus, & non-
dum apparuit quid erimus. Scimus quia cum
apparuerit similes ei erimus, quoniam uide-
bimus eum sicuti est. Ecce ad quod nutrimur
percipiendum, comedendum, ut tamen quod
comeditur non minuatur, & qui comedit ue-
getetur. Incipitur ergo à fide, ut perueniatur
ad speciem. Via curritur: patria conquiritur.
In peregrinatione dicit anima nostra, quoni-
am ante te est omne desiderium meum, & ge-
mitus meus à te non est absconditus. In patria
uero orandi locus nullus erit, sed tantum lau-
dandi. Quare orandi locus nullus erit? Quia
nihil deest. Quod hic creditur: ibi uidetur.
Quod hic speratur: ibi tenetur. Quod hic pe-
titur, ibi accipitur.

10 Tunc ergo magna & perfecta iocunditas:
tunc plenum gaudium: ubi iam non spes la-
cet, sed res nutrit. Tamen etiam nunc ante-
quam res ipsa ueniat nobis: antequam nos ad
rem ipsam ueniamus, iocundemur in domino.
Neque enim paruam iocunditatem habet spes
cuius postea erit res. Et in istis temporalibus
rebus iocunditatem non domini, sed seculi,
nonnullam multi amant, & ad ea quæ amant
nondum peruenerunt: & tamen ardor in spe
currit, rem nondum tenet. Verbi gratia amas
pecuniam: non amares si non sperares. Amas
uxorem non ductam: sed adhuc ducendam, et
forte ducenda amatur, ducta odio habetur.

Quare hoc? quia non talis apparuit ducta: qua-
lis ab animo pingebatur ducenda. Deus au-
tem non uilescit præsens: amatur absens. Quæ
tuncunque enim sibi mens humana exagger-
auerit bonum quod Deus est, minus agit, &
ualde infra est. Et necesse est plus inueniat a-
deptio: quam formabat cogitatio. Plus ergo
amabimus cum uiderimus, si potuimus amare
& antequam uideremus.

Laus fidei est: non uisa credere: præmium
erit creditorum adeptione gaudere. Inter
temporalia atque æterna hoc interest, quod
temporale aliquid plus diligitur antequam
habeatur, uilescit autem cum aduenit. Non
enim fatiat animam nisi incorruptibilis gau-
dij uera & certa æternitas. Æternum uero ar-
dentius diligitur adeptum, quam desidera-
tum. Nemo enim plus de illo existimat quam
se habet: ut fiat uilius, quia speratum est am-
plius. Sed tanta ibi est excellentia: ut multo
plus adepta sit charitas, quam uel fides credit,
uel spes desiderat.

Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Chri-
sti: ut referat unusquisque propria corporis prout gessit: siue
bonum, siue malum.

Facienda est ergo iustitia quæ nobis pro-
sit in posterum, quando recipiet quisque
secundum ea quæ per corpus gessit, siue bo-
num, siue malum. Per corpus quippe ibi di-
xit Apostolus: per tempus quo quis uixit in
corpore. Neque enim si quis maligna mente,
atque impia cogitatione blasphemet, neque id
ullis membris corporis operetur, ideo non e-
rit reus: quia id non motu corporis gessit,
cum hoc per illud tempus gesserit, quo ges-
sit & corpus.

Hic omne meritum comparatur: quo
possit post hanc uitam reuelari quispiam uel
gruari. Nemo autem se præsumat, quod hic ne
glexit, cum obierit dominum promereri. Non ergo
Ddd 4 ita

penitentia etiam uox illa miserabilis erum-
pit & sonat. Heu me quoniam peregrinatio
mea longinqua facta est. Et ne putes nondum
fidelem ista loqui: uide quid sequatur. Inhabi-
taui cum tabernaculis Cedar: cum his qui ode-
runt pacem eram pacificus: cum loquerer eis,
expugnabant me ualde. Non solum hominis
fidelis, sed etiam euangelistæ firmissimi, & mar-
tyris fortissimi hæc uerba sunt.

10 Tunc ergo magna & perfecta iocunditas:
tunc plenum gaudium: ubi iam non spes la-
cet, sed res nutrit. Tamen etiam nunc ante-
quam res ipsa ueniat nobis: antequam nos ad
rem ipsam ueniamus, iocundemur in domino.
Neque enim paruam iocunditatem habet spes
cuius postea erit res. Et in istis temporalibus
rebus iocunditatem non domini, sed seculi,
nonnullam multi amant, & ad ea quæ amant
nondum peruenerunt: & tamen ardor in spe
currit, rem nondum tenet. Verbi gratia amas
pecuniam: non amares si non sperares. Amas
uxorem non ductam: sed adhuc ducendam, et
forte ducenda amatur, ducta odio habetur.

Quare hoc? quia non talis apparuit ducta: qua-
lis ab animo pingebatur ducenda. Deus au-
tem non uilescit præsens: amatur absens. Quæ
tuncunque enim sibi mens humana exagger-
auerit bonum quod Deus est, minus agit, &
ualde infra est. Et necesse est plus inueniat a-
deptio: quam formabat cogitatio. Plus ergo
amabimus cum uiderimus, si potuimus amare
& antequam uideremus.

Laus fidei est: non uisa credere: præmium
erit creditorum adeptione gaudere. Inter
temporalia atque æterna hoc interest, quod
temporale aliquid plus diligitur antequam
habeatur, uilescit autem cum aduenit. Non
enim fatiat animam nisi incorruptibilis gau-
dij uera & certa æternitas. Æternum uero ar-
dentius diligitur adeptum, quam desidera-
tum. Nemo enim plus de illo existimat quam
se habet: ut fiat uilius, quia speratum est am-
plius. Sed tanta ibi est excellentia: ut multo
plus adepta sit charitas, quam uel fides credit,
uel spes desiderat.

Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Chri-
sti: ut referat unusquisque propria corporis prout gessit: siue
bonum, siue malum.

Facienda est ergo iustitia quæ nobis pro-
sit in posterum, quando recipiet quisque
secundum ea quæ per corpus gessit, siue bo-
num, siue malum. Per corpus quippe ibi di-
xit Apostolus: per tempus quo quis uixit in
corpore. Neque enim si quis maligna mente,
atque impia cogitatione blasphemet, neque id
ullis membris corporis operetur, ideo non e-
rit reus: quia id non motu corporis gessit,
cum hoc per illud tempus gesserit, quo ges-
sit & corpus.

Hic omne meritum comparatur: quo
possit post hanc uitam reuelari quispiam uel
gruari. Nemo autem se præsumat, quod hic ne
glexit, cum obierit dominum promereri. Non ergo

Ddd 4 ita

Psalm. 119.

Ex ser. de uer-
bis apo.

Ex lib. sen-
Prosperi.
lib. ex coac. li.

Ex lib. de ci-
ui. dei. 17.

Ex libro
Enchir.

ista quæ pro defunctis commendandis frequenter ecclesia, illi apostolicæ sunt aduersa sententia qua dictum est. Omnes enim nos astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum, quia etiam hoc meritum sibi quisque dum in corpore uiuere comparauit, ut ei possint ista prodesse. Non enim omnibus profunt. Et quare non omnibus profunt nisi per differentiam uitæ, quam quisque gessit in corpore. Cum ergo sacrificia, siue altaribus, siue quarumcunque elemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt: pro non ualde malis propitiationes sunt, pro ualde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum, quale scunq; uiuorum consolationes sunt. Quibus autem profunt: aut ad hoc profunt: ut sit eis plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.

Ex epi. ad Vitalen

Omnes astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit: non secundum ea quæ si diutius uiueret gesturus fuit, siue bonum, siue malum. Scimus etiam paruulos secundum ea quæ per corpus gesserunt recepturos, uel bonum, uel malum. Gesserunt autem non per seipsos, sed per eos, quibus pro illis respondentibus, & renuntiare diabolo dicuntur, & credere in deum. Vnde & in numero fidelium computantur, pertinentes ad sententiam domini dicentis. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Propter quod & illis qui hoc sacramentum non accipiunt: contingit quod sequitur. Qui autem non crediderit, condemnabitur. Vnde et ipsi sicut dixi, si in illa parua etate moriuntur, utiq; secundum ea quæ per corpus gesserunt, id est tempore quo in corpore ierunt, quando per corda & ora gestantium crediderunt, uel non crediderunt: quando baptizati, uel non baptizati sunt: quando carnem Christi manducauerunt, uel non manducauerunt: quando sanguinem biberunt, uel non biberunt, secundum ergo hæc quæ per corpus gesserunt: non secundum ea quæ si diu hic uiuerent, gesturi fuerant, iudicantur.

Ex li. sent. Properi.

Frustra sibi homo post corpus promittit, quod in hoc corpore comparare neglexit. Scientes ergo timorem domini hominibus suademus: Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs uestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos uobis: sed occasionem damus uobis gloriamini pro nobis: ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur & non in corde.

In expo. epi. ad Gal.

Nemo Deo suadet: quia manifesta sunt illi omnia: sed hominibus ille bene suadet, qui non se placere illis uult: sed ipsam quam suadet ueritatem.

Ex tractatu 7. euan. sec. 10. 1.

Sive enim mente excedimus Deo, siue sobrii sumus uobis. Caritas enim Christi urget nos.

Videbitis caelum apertum: & angelos ascendentes & descendentes supra filium hominis. Audi uno loco ipsum apostolum ascendentem & descendentem in una sententia.

Siue enim mente excessimus Deo: siue temperantes sumus uobis. Quid est mente excessimus Deo: ut illa uideamus: quæ non licet homini loqui. Quid est temperantes sumus uobis? Non inquit iudicari me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Si ipse dominus ascendit & descendit: manifestum est quia predicatorum ipsius ascendentium imitatione, descendunt predicatione.

Ex tractatu psalm. 30.

Extasis uerbum est græcum: Latine quantum datur intelligi, uerbo uno exponi potest: si dicatur excessus. Excessus autem: proprie solet extasis dici. In excessu uero mentis, duo intelliguntur: aut pavor, aut intentio ad superna: ita ut quodammodo de memoria labantur inferna. In hac extasi fuerunt omnes sancti: quibus arcana dei mundum istum excedentia reuelata sunt. De hoc mentis excessu, id est extasi, Paulus cum loqueretur, se ipsum insinuans ait. Siue enim mente excessimus deo: siue temperantes sumus uobis. Caritas enim Christi compellit nos, hoc est: si ea tantum agere uel lemus, & ea tantum contemplari, quæ mentis excessu contuemur, uobiscum non essemus sed essemus in supernis tanquam contemptris uobis.

Philip. 2.

Et quando uos ad illa superiora, & interiora infirmo passu sequeremini, nisi rursus compellent nos charitate Christi: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratu est esse æqualis deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: consideremus nos esse seruos: & non ingrati ei à quo accepimus altiora, propter eos qui infirmi sunt, non contemnamus inferiora: & temperemus nos eis qui non possunt nobiscum uidere sublimitate. Hoc ergo est, siue mente excessimus deo. Ille enim uidet quod nos uidemus in mentis excessu: ille solus reuelat secreta sua. Ille quippe hoc loquitur, qui se dicit arreptum esse & ablatum in tertium caelum, & audisse ineffabilia uerba, quæ non licet homini loqui. Tantus autem fuit ille mentis excessus, ut diceret. Siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit.

2. Cor. 12.

Siue (inquit) mente excessimus Deo, siue temperantes sumus uobis. Quod ait mente excessimus deo, uos capere non potestis. Excessimus enim omnia ista carnalia, uos adhuc carnales estis. Deo ergo mente excessimus, & quod uidimus cum mente excedimus, essari non possumus. Ibi enim audiuit ineffabilia uerba, quæ non licet homini loqui. Quid ergo, inquit illi carnales, nos non rigabimur: ad nos nihil perueniet? Et quomodo emittit fontes in conuallibus? Et quomodo inter medium montium pertransibunt aquæ? Ad hoc ergo pertinet, siue temperantes sumus uobis. Vnde hoc? Quem imitantur: Caritas (inquit) Christi compellit nos. Tu particeps uerbi etiam hodie spiritalis, heri carnalis, ad carnales dedignaris descendere, cum ipsum uerbum caro factum sit, ut habitaret in uobis.

Ibidem Ex tractatu psalm. 103.

Multum autem interest inter descendere &

& cadere, Nam quia cecidit Adam, ideo descendit Christus. Ille cecidit, iste descendit. Ille cecidit superbia, iste descendit misericordia. Non autem ipse solus descendit. Equidem ipse solus de caelo descendit, sed multi imitantes eum sancti descendunt ad nos, & descendunt ad nos. Nam in quadam altitudine cordis habitabat Apostolus cum diceret.

Siue enim mente excessimus deo. In quod mente excellerat, deo excefferat. Excedens enim mente omnem humanam fragilitatem, omnem seculi temporalitatem, omnia quæcunq; nascendo & occidendo uanescentia, habitabat corde in quadam ineffabili contemplatione quantum poterat.

De qua dicit quod audiuit ineffabilia uerba quæ non licet homini loqui. Sed tibi illa loqui non potest. Ipse autem uidere illa utcunq; possit, quæ tibi loqui non potest. Itaque si semper manere uellet in eo quod uidebat et loqui non poterat, te non leuaret ubi & tu posses uidere. Quid autem fecit? descendit. Nam ibi ait. Siue enim mente excessimus Deo, siue temperantes sumus uobis. Quid est temperantes sumus? Sic loquimur ut capere possitis, quia & Christus talem se fecit nascendo & patiendo, ut possent de illo homines loqui. quia de homine homo facile loquitur, de deo quando homo loquitur sic quomodo est Deus? Homo autem de homine facile loquitur. Ut ergo magni descenderent ad paruos, et non illis tamen loquerentur nisi magnum, ipse qui magnus erat, factus est paruus, ut de illo magni paruus loquerentur.

Ex libr. de ca. iohannis audis rudibus

Cogitemus quid nobis prerogatum sit ab illo: qui demonstrauit nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Quantumuis enim differat articulata uox nostra ab intelligentiæ nostræ uiuacitate, longe differentior est mortalitas carnis ab æquitate dei. Et tamen cum in eadem forma esset, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & cetera usq; ad mortem crucis. Quam ob causam, nisi quia factus est infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaceret? Audi eius imitatore, alibi etiam dicentem. Siue enim mente excessimus deo, siue temperantes sumus uobis. Caritas enim Christi compellit nos indicantes hoc quia unus pro omnibus mortuus est. Quomodo enim paratus esset impendi pro animabus eorum si eum pigeret inclinari ad aures eorum? Hinc ergo factus est paruulus in medio nostrum, tanquam nutrix fouens filios suos. Non enim delectat nisi amor inuitet, decurtata & mutilata uerba immurmurare, & tamen optant homines habere infantes, quibus id exhibeant, & suauis est matri minuta mansa insperare paruulo filio, quam ipsi mandere, & deuorare grandiora.

2. Cor. 9.

Non ergo recedat de corpore etiam cogitatio gallinæ illius, quæ languidulis plumis teneros foetus operit, & susurrantes pullos contracta uoce aduocat, cuius blandas alas refugientes superbi præda fiunt alitibus.

1. Thess. 2.

Si enim intellectus delectat in penetrabilibus syncerissimis, hic etiam intelligere delectet, quomodo charitas quanto officiosius descendit in infima, tanto robustius recurrit in intima per bonam conscientiam, nihil querendo ab eis ad quos descendit præter eorum sempiternam salutem.

Si enim intellectus delectat in penetrabilibus syncerissimis, hic etiam intelligere delectet, quomodo charitas quanto officiosius descendit in infima, tanto robustius recurrit in intima per bonam conscientiam, nihil querendo ab eis ad quos descendit præter eorum sempiternam salutem.

Aestimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Omnes itaq; mortui sunt in peccatis nemine prorsus excepto siue originalibus, siue etiam uoluntate additis, uel ignorando, uel sciendo, nec faciendo quod iustum est. Et pro omnibus mortuus, uiuus mortuus est. Viuus, id est nihil habens omnino peccatum, ut qui per remissionem peccatorum uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est, propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, ut credentes in eum qui iustificat impium, ex impietate iustificati tanquam ex morte uiuificati, ad primam resurrectionem quæ nunc est pertinere possimus. Charitatis erga nos dei tantum apparuit, & eluxit indicium, ut filium suum unigenitum mitteret, qui pro nobis moreretur. Restat ergo ut fiat quod apostolus ait, propterea mortuum esse Christum, ut & qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

Ex li. 20. de ciui. dei.

Ex epi. ad Armentarium & Paulinum

Debet enim uita humana in se deficere, in Christo proficere: ut qui uiuant, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est, & resurrexit, & dicat unusquisque nostrum quod dicit apostolus. uiuo autem, iam non ego, uiuero in me Christus.

Ex ser. de Epiphania

Et anima mea ipsi uiuet. Ipsi utique non sibi, sicut superbiorum priuato suo bono tantum, & a communi omnium bono quod Deus est, inani elatione resilientium.

Ex libr. de grano. 10.

Hoc utique deuitemus: & communi potius uero omnium bono perfrui, quam priuato nostro gaudere queramus: ut qui uiuat, iam non sibi uiuat, sicut ait Apostolus: sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

Propter hoc enim mediator effectus est, ut nos reconciliet Deo per humilitatem, à quo per impiam superbiam longe recesseramus. Neque enim illud tantum scriptum est, Initium omnis peccati superbia, sed etiam hoc ibi legitur. Initium superbiæ hominis apostatare à Deo.

Eccles. 10.

Non ergo sibi quisque uiuat, sed Christo, faciens non suam, sed ipsius uoluntatem, & manens in eius charitate, sicut & ipse fecit uoluntatem patris, & manet in eius charitate.

Hæc quippe ad mones nos, & exemplo suo exhortans, in euangelio suo locutus est. Si autem ipse cum in forma Dei esset, æqualis patri, tamen per formam serui, quam propter nos accepit, non suam uoluntatem, sed patris se facere commēdauit: quanto magis nos propria priuata

psalm. 33. priuataq; nostra uoluntate, qua tenebrati sumus: ad illud comune lumen, ut illuminemur, & uultus nostri non erubescant, debemus accedere: quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: ut anima nostra ipsi uiuat.

Itaque ex hoc nos neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.]

Ex lib. cont. Faustum. Quid dicit, Et si noueramus Christum secundum carnem, sed iam nunc non nouimus, ea ipsa circumstantia scripturae loci eius satis offendit quid loquatur apostolus. Suo quippe more uitam nostram futuram, quae iam in ipso homine mediatore Christo Iesu capite nostro resurgente completa est, ita spe certa meditatatur, tanquam iam assit, praesensq; teneatur. Quae utiq; uita non erit secundum carnem: sicut uita Christi non est secundum carnem. Carnem namq; hoc loco, non ipsam corporis nostri substantiam, quam dominus etiam post resurrectionem suam carnem appellat dicens: Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere: sed corruptionem, mortalitatemq; carnis uult intelligi: quae tunc non erit in nobis, sicut iam in Christo non est. Hanc enim proprie carnem nominabat etiam cum de ipsa resurrectione satis euidenter loqueretur, & diceret. Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptionem possidebit.

Cum ergo factum fuerit quod ibi consequenter dicit, Ecce mysterium uobis dico: omnes quidem resurgemus, non tamen omnes immutabimur in atomo, id est in momento, in actu oculi, in nouissima tuba, canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur, oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, iam secundum id quod carnem non ipsam corporis substantiam: sed ipsam corruptionem mortalitatis appellat: non erit utique caro: quia corruptionem mortalitatis mutata non habebit. Secundum autem ipsius substantiae corporisq; originem, eadem caro erit: quia ipsa resurget, et ipsa mutabitur. Quia & illud uerum est: quod ait dominus posteaquam resurrexit. Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet: sicut me uidetis habere, & hoc uerum est quod ait apostolus. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Illud enim dictum est secundum ipsam substantiam, quae etiam tunc erit: quia ipsa mutabitur hoc autem dictum est secundum carnalem corruptionis qualitatem, quae tunc iam non erit, quia mutata caro non corrumpetur. Noueramus ergo Christum secundum carnem, id est secundum carnis mortalitatem, antequam resurget: sed nunc iam non nouimus, quia sicut dicit idem apostolus, Christus resurgens a mortuis iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Nam si Christus ideo non habuit carnem.

Quia dicit apostolus, nunc iam non senos se Christum secundum carnem: nec illi habuerunt carnem, de quibus in eodem loco dicit. Itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem. Sed quia illorum secum uitam futuram tanquam praesentem meditabatur, qui resurgentes commutabuntur, amodo, inquit, neminem nouimus secundum carnem, id est tam certam spem tenemus futurae nostrae incorruptionis, & immortalitatis, ut amodo iam in ipsa notitia gaudeamus. Vnde alio loco dicit. Si autem resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite: ubi Christus est ad dexteram dei sedens: quae sursum sunt sapite, & non quae super terram. Nondum utiq; surreximus sicut Christus, sed tamen secundum spem quae nobis in illo est, iam nos cum illo resurrexisse testatus est. Ille quippe iam resurrexit, & mors ei non dominabitur: quem & si noueramus secundum carnem, cum adhuc moriturus esset: inerat quippe in eius corpore illa mortalitas, quam proprie carnem appellat apostolus, sed iam nunc non nouimus. Illud enim eius mortale iam induit immortalitatem, unde secundum pristinam mortalitatem, iam caro appellari non possit. Itaque loci ipsius contextio, ubi haec sententia est, consideremus, ut hoc quod dico magis eluceat. Caritas, inquit, Christi compellit nos iudicantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus est. Ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem, & si noueramus secundum carnem Christum, sed iam nunc non nouimus. Certe iam nunc cuius apparet propter resurrectionem Christi hoc dixisse apostolus, quando quidem ista uerba illud praecessit, Ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Quid est enim aliud, non sibi, sed illi uiuant, nisi ut non secundum carnem uiuant in spe terrenorum, & corruptibilem bonorum, sed secundum spiritum in spe resurrectionis, quae iam ex ipsis in Christo facta est? Itaque eorum pro quibus Christus mortuus est, & resurrexit, & qui iam non sibi, sed illi uiuant, neminem secundum carnem apostolus nouerat propter spem futurae immortalitatis, in cuius expectatione uiuebant: quae in Christo iam non spes: sed res erat. Et quia omnes in illo etsi nondum re, iam tamen spe hoc sumus, sequitur & dicit.

Si qua ergo in Christo noua creatura, uetera transierunt, & ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum.]

Vnde quemadmodum cum ipsa ueritas, et uerbu per quod facta sunt omnia, uerbu caro factum est, ut habitaret in nobis: tamen ait apostolus, Et si noueramus Christum secundum carnem: sed nunc iam non nouimus.

Ille quippe qui non solum peruenientibus possessionem, sed etiam uitam se praebere uoluit

uoluit uenientibus ad principium uitarum: uoluit carnem assumere. Vnde est etiam illud. Dominus creauit me in principio uitarum suarum, ut inde inciperent qui uellent uenire. Apostolus ergo quauis adhuc ambularet in uita, & ad palmam supernae uocationis sequeretur uocantem Deum, & tamen ea quae retro sunt obliuiscens, & in ea quae ante sunt extentus, iam principium uitarum transierat, hoc est non indigebat, a quo tamen aggrediendum, & exordium iter est omnibus, qui ad ueritatem peruenire, & in uita aeterna permanere desiderant. Sic enim ait. Ego sum uita ueritas & uita, hoc est per me uenitur, ad me peruenitur, in me permanetur, ex quo intelligitur, quia nulla res in uita nos tenere debeat: quando nec ipse dominus in quantum uita non esse dignatus est, tenere nos uoluerit, sed transire: ne rebus temporalibus quamuis ab illo pro salute nostra susceptis & gestis, haeremus infirmiter, sed per eas potius curramus alacriter, ut ad eum ipsum, qui nostram naturam a temporalibus liberauit, & collocauit ad dexteram patris, prouehi atque perueniri mereamur. Quid est, Si non abiero paraclitus non ueniet ad uos: nisi non potestis capere spiritum sanctum, quadiu secundum carnem nosse persistitis Christum? Vnde ille qui iam coeperat spiritu, & si noueramus, inquit, secundum carnem Christum, sed tunc iam non nouimus, etiam ipsam quippe carnem Christi non secundum carnem nouit, qui uerbum carnem factum spiritaliter nouit.

Sed quid est, iam non uidebitis me? Non enim ait, ad patrem uado, & non uidebitis me: ut temporis interuallum quo non uidebitur significasse intelligeretur, siue breue, siue longum, tamen utiq; terminatum: sed dicendo iam non uidebitis, uelut nunquam eos de caetero uisuros Christum ueritas praenunciavit. Haec enim iustitia est nunquam Christum uidere, & in eum tamen credere? Cum propterea laudetur fides, ex qua iustus uiuit, quoniam credit quem modo non uidet Christum se aliquando esse uisurum. Postremo secundum hanc iustitiam nunquid dicturi sumus Paulum apostolum non fuisse iustum, contentem se uidisse Christum post ascensionem eius in caelum, de quo utique iam tempore dixerat, iam non uidebitis me? Nunquid secundum iustitiam hanc iustus non erat gloriosissimus Stephanus, qui cum lapidaretur ait, Ecce uideo caelos apertos, & filium hominis stantem ad dexteram Dei? Quid ergo est, ad patrem uado, et iam non uidebitis me, nisi quod modo sum, est uobiscum sum? Tunc enim erat adhuc mortalis in similitudine carnis peccati: qui esurire poterat, ac sitire, fatigari poterat, ac dormire. Hunc ergo Christum, id est talem Christum cum transisset de hoc mundo ad patrem: non rant iam uisuri, & ipsa est iustitia fidei, de qua dicit apostolus. Et si noueramus Christum secundum carnem: sed iam non nouimus.

Erit itaque, inquit, uestra iustitia: qua mundus arguitur: quia uado ad patrem: & iam non uidebitis me, quoniam in eum quem non uidebitis quod tunc ero, non uidebitis me quod sum uobiscum modo. Non uidebitis humilem, sed excellentem, non uidebitis mortalem, sed sempiternum, non uidebitis iudicandum, sed iudicaturum, & de hac fide uestra, id est iustitia uestra arguet spiritus sanctus incredulum mundum. Si qua igitur in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt noua. Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum.

Omnis ergo noua creatura, id est populus innouatus per fide, ut habeat interim in spe, quod in re postea perficiatur, in Christo habet etiam quod in se sperat. Itaque nunc uetera transierunt secundum spem, quia modo iam non est tempus ueteris testamenti, quo temporale atq; carnale regnum a deo expectetur, & facta sunt omnia noua, secundum eandem spem, ut regnum caelorum ubi nulla erit mors, atq; corruptio, promissum teneamus. In resurrectione autem mortuorum non iam secundum spem, sed secundum rem, & uetera transibunt, cum inimica nouissima destruetur mors, & fient omnia noua, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Quod iam factum est in Christo, quem secundum rem iam non nouerat Paulus secundum carnem, eorum uero pro quibus mortuus est, & resurrexit, nondum secundum rem, sed secundum spem, neminem nouerat secundum carnem.

Si qua igitur in Christo noua creatura, uetera transierunt, & ecce facta sunt noua. Quae uetera transierunt? In gentibus omnibus idololatria, in ipsis Iudaeis omnis illa seruitus legis, omnia illa sacrificia praenunciata praesens sacrificium. Abundabat tunc uetustas hominis, uenit quia renouaret opus suum, uenit qui constaret argentum suum, qui reformaret monetam suam. Et attendimus plenam terram Christianis credentibus in Deum, auertentes se a prioribus suis immunditijs, & idololatria, & ab spe praeterita, ad spem noui seculi, & ecce nondum est in re, & iam tenetur in spe, & per ipsam spem iam cantamus, & dicimus, Repleta est terra creatura tua. Nondum in patria cantamus hoc, nondum in illa requie quae promittitur, nondum confirmatis uetibus portarum Hierusalem, sed adhuc in peregrinatione, inuententes mundum istum totum, et undiq; homines currentes ad fidem, timentes gehennas, contemnentes mortem, amantes uitam aeternam, spernentes praesentem. Et talibus spectaculis completi gaudio dicimus, repleta est terra creatura tua. Uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua, nunc in spe, tunc in re.

Innouati enim fide, & spe, quanta adhuc uetera agimus. Non enim sic Christo indutissimus, ut ex eadem iam nihil portemus. Vide

Ex lib. cont. Faustum Manichaeum quia omnia ex deo

1. Cor. 15. ibidem.

Ex tracta. psalm. 103.

psalm. 103.

Ex tracta. psalm. 28.

Rom. 6.

Coloss. 3.

proverb. 8.

philip. 3.

ioan. 14.

Ex tractatu euang. sec. 10. 91

Ex tractatu euang. sec. 10. 92 ioan. 16.

Ex lib. de doct. christ. ioan. 1.

Vide ueterascentem Adam, in nouante Chri-
stum in nobis. Et si exterior, inquit, homo no-
ster corrumpitur, sed interior renouatur de die
in diem. Ergo ad peccatum, ad mortalitatem,
ad preteruolantia tempora, ad gemitum, ad la-
borem, ad sudorem, ad aetates succedentes non
manentes, ab infantia usque ad senectutem, sine
sensu transiunt, ad haec intendentes uideamus
hic ueterem hominem: ueterem diem: uetus
canticum: uetus testamentum. Conuersi autem
ad interiora: ad ea quae nouada sunt, pro his
quae immutabuntur: inueniamus hominem nouum:
diem nouum: canticum nouum: testamen-
tum nouum: & sic amemus istam nouitatem:
ut non ibi timeamus uetustatem. Nunc ergo
in occursum transiimus a ueteribus ad noua. Ipse
transitus agitur, cum corrumpuntur exte-
riora: in nouantur interiora: donec etiam hoc
ipsum quod exterius corrumpitur, reddat de-
bitum naturae: ueniat in mortem: renouetur et
hoc in resurrectione. Tunc fient reuera omnia
noua reliqua quae nunc sunt in specie. Agis ergo
aliquid nunc. Quid? A ueteribus te exuendo:
& in noua currendo.

*In expositio-
necepi. ad Gal.*

Roman. 8.

Nouam creaturam dicit uitam nouam per
fidem Iesu Christi. Et notandum uerbum est.
Difficile est enim inueniri creaturam uocari et-
iam eos qui iam credendo in adoptionem fi-
liorum uenerunt. Dicit tamen. Si qua igitur in
Christo noua creatura. Vbi autem dicit, Et ip-
sa creatura liberabitur a seruitute interitus: &
postea dicit, Non solum autem illa, sed & nos
ipsi primitias spiritus habentes, discernit eos
qui crediderunt, ab appellatione creaturae, quo-
modo eosdem aliquando homines, aliquando
non homines dicit. Nam exprobrans Corin-
thijs obijcit quodam loco, quod adhuc homi-
nes essent, ubi ait. Nonne homines estis, & se-
cundum hominem ambulatis? Quomodo eun-
dem dominum etiam post resurrectionem ali-
cubi non hominem appellat, sicut cum ait, Non
ab hominibus, neque per hominem, sed per Ie-
sum Christum, alicubi autem hominem, sicut
in illo loco, ubi ait, Unus enim Deus, unus &
mediator dei & hominum, homo Christus Iesus.

1. Cor. 3.

Galat. 3.

1. Tim. 2.

*Et dedit nobis ministerium reconciliationis: quoniam qui-
dem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non repu-
tans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis uerbum re-
conciliationis.*

*Ex tractatu
euang. sec.*

Ioan. 107.

1. Cor. 11.

Ioan. 12.

Ioan. 17.

Utrum mundus credat, quia tu me misisti. Ec-
ce qui dixerat, Non pro mundo rogo, pro
mundo rogar ut credat, quoniam est mundus
de quo scriptum est. Ne cum mundo damne-
mur. Pro isto mundo non rogat, neque enim quo
sit praedestinatus ignorat. Et est mundus, de
quo scriptum est. Non uenit filius hominis ut
iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per
ipsum. Vnde & apostolus. Deus erat, inquit,
in eo Christo, mundum reconcilians sibi. Pro
isto mundo rogat dicens. Ut mundus credat
quia tu me misisti. Per hanc enim fidem mun-
dus reconciliatur Deo, cum credit in Christum
qui est missus a deo. Si autem diceret, ut cogno-

scant quia tu me misisti, tantum ualere, quam
hoc quod ait, ut cognoscat mundus. Ipsi
sunt enim mundus non permanens inimicus,
qualis est mundus damnationi praedestinatus,
sed ex inimico amicus effectus, propter quem
deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.
Ideo dixit. Ego in eis & tu in me. tanquam di-
ceret, ego in eis ad quos misisti me, & tu in me
mundum reconcilians tibi per me.

Deus erat, inquit, in Christo mundum re-
concilians sibi, quia uerbum caro factum est,
& habitauit in nobis, ut non solum in illo es-
set, sed etiam ipse Deus esset.

*Pro Christo ergo legatione fungimur: tanquam deo exhor-
tante pro nobis: obsecramus pro Christo reconciliamini deo.*

Veniet legatus ex Aegypto, Aethiopia pra-
ueniet manus eius Deo. Aegypti uel Aethio-
piae nomine omnium gentium significati-
ua, a parte totum, legatos appellans reconci-
liationis praedicatores. Pro Christo enim lega-
tione fungimur, tanquam Deo exhortate per
nos, obsecramus pro Christo reconciliari deo.
Non ergo de solis Israelitis, unde apostoli ele-
cti sunt, sed etiam de ceteris gentibus futuros
praedicatores Christianae pacis, hoc modo my-
stice prophetatum est.

De peccato solus liberare potest, qui uenit
sine peccato, & factus est sacrificium pro pec-
cato. Obsecramus, inquit, pro Christo, id est
tanquam uos Christus obsecret. Quid? Reco-
ciliari Deo. Si exhortatur, & obsecrat aposto-
lus, ut reconciliemur Deo, inimici eramus deo.
Nemo enim reconciliatur, nisi ex inimicitijs.
Inimicos autem nos non natura, sed peccata
fecerunt. Vnde inimici illius, inde serui pecca-
ti. Non habet Deus liberos inimicos, necesse
est serui sint, & serui remanebunt, nisi ab illo li-
berentur, cui peccando inimici esse uoluerunt.
Obsecramus ergo, inquit, pro Christo, recon-
ciliamini Deo. Quomodo autem reconcilietur,
nisi soluat quod inter nos & ipsum se-
parat? Ait enim per prophetam. Non graua-
uit aurem ne audiat, sed peccata nostra sepa-
rant inter nos & Deum, ergo non reconcilia-
mur, nisi ablato quod in medio est, & posito quod
in medio sit. Est enim medium separans, sed co-
tra est mediator reconcilians. Medium sepa-
rans est peccatum, mediator reconcilians est
dominus Christus. Unus enim Deus, & unus
mediator Dei & hominum, homo Christus Ie-
sus. Ut ergo tollatur materia separans, quod
est peccatum, uenit ille mediator, & factus est
sacrificium sacerdos ipse. Et quia sacrificium
factus est pro peccato, offerens seipsum in ho-
locaustum in cruce passionis suae, sequitur apo-
stolus, & dicit, cum dixisset, obsecramus pro
Christo, reconciliamini Deo, quasi diceremus
quomodo poterimus reconciliari?

Eum, inquit, qui non nouerat peccatum pro nobis pecca-
tum fecit, ut nos efficeremur iustitia dei in ipso.

Quia ignorabam, interrogabant me. Igno-
rabat peccatum, & hoc ignorabat non
quasi iudicando, sed non commitendo. Sunt
huius-

*Ex tractatu
psalm. 74.*

Ibidem

Ex tractatu

psalm. 68.

Ioan. 11.

Ex tracta.

psalm. 97.

psalm. 67.

Ex tractatu

euang. sec. 104. 38

Zach. 7.

1. Tim. 2.

huiusmodi locutiones etiam quotidianae, cum
dicitis de aliquo non nouit stare, hoc est quia non
stat, & non nouit benefacere, quia non bene-
facit, non nouit malefacere, quia non malefa-
cit. Quod alienum est a conscientia, alienum ui-
detur & a scientia, & dicitur nesciuit, quomo-
do ars non nouit uitia, & tamen per artem co-
gnita deuitatur. Hoc ergo caput nostrum, no-
bis interrogantibus, ex ipsius euangelij sui ue-
ritate respondet. Cum dixerimus domine quid
ignorabas, quid tu potuisti interrogare quod
ignorabas? Respondet. Iniquitates ignoraba-
de iniquitatibus interrogabar, habes in euan-
gelio, si non me credis ignorare iniquitates, quia
& ipsos iniquos ignoro, quibus in fine dicitur
sum. Non noui uos, recedite a me qui ope-
ramini iniquitatem. Nunquid non nouerat quod
damnabat? Aut potest iuste damnare, nisi libe-
nus cognitor? Et tamen bonus cognitor non est
mentitus dicendo. Non noui uos, id est non co-
aptamini corpori meo, non heretis regulis me-
is, uitiatu estis. Ego autem ars ipsa sum, quae non
habet uitium, & in qua quisque non discit nisi
non facere uitium.

Matth. 7.

*Ex li. co. ini-
micum legis
& pro.*

*Ex li. quest.
Numer. 12.*

*Ex li. 2. cot.
Maxim.*

Quis dubitet malum esse peccatum, & ta-
men cum laude dictum est de domino Iesu Chri-
sto, quia non nouerat peccatum. Non ergo no-
uerat hoc malum. Hic si quaeratur quomodo
quod non nouerat arguebat? Neque enim pec-
cata non arguebat: omnia autem quae arguun-
tur, sicut dicit apostolus: a lumine manifestan-
tur, quomodo igitur a quo arguebantur, igno-
rabantur? Nonne rectissime respondebitur, et
nouerat, & non nouerat? Rectissime omnino,
nouerat enim per sapientiam: non nouerat
per experientiam.

Et offeret munus suum domino agnum an-
niculum sine uitio in holocaustomata, & agna
anniculum sine uitio unam in peccatum. Hoc
quidam nostri interpretes transferre noluere,
ueluti locutionem inulitatem uitantes, & di-
xerunt pro peccato, non in peccatum, cum sit
sensus in ea locutione: qui non fuerat pertur-
batus. In peccato quippe dictum est, quia hoc
ipsum quod pro peccato offerebatur, peccatum
uocabatur. Vnde illud est apud apostolum de
Christo domino. Eum qui non nouerat pecca-
tum, pro nobis peccatum fecit. Deus pater sci-
licet cum filium pro nobis fecit peccatum, id
est sacrificium pro peccato. Sic ergo agnus in
holocaustomata: ut ipsum pecus esset pecca-
tum, id est sacrificium fieret pro peccato, sicut
de arietem quod sequitur in salutare dicit: tanquam
ipsum sit salutare, cum sit sacrificium salutaris.
Quod postea repetendo manifestat. Nam & il-
lud pro peccato dicit, quod prius dixerat in sa-
lutare. Quod enim apostolum dixisse com-
memoras, quoniam Christus cum peccator non
esset, peccatum pro nobis fecit: lege diligentis-
us: & ne forte mendosum incurreris codicem:
aut Latinus interpres errauerit: Graecum in-
spice, & inuenies non Christum pro nobis fe-
cisse peccatum, sed a patre Deo ipsum Christum

factum esse peccatum, id est sacrificium pro pec-
cato. Ait enim apostolus. Obsecramus pro
Christo reconciliari Deo. Eum qui non noue-
rat peccatum, peccatum pro nobis fecit. Non
ergo fecit ipse peccatum, sed eum pro nobis
deus pater peccatum fecit, hoc est ut dixi sacrifi-
cium pro peccato. Si enim recolas uel relegas, in-
uenies in libris ueteris testamenti peccata ap-
pellari sacrificia pro peccatis. Similitudo etiam
carnis peccati: in qua uenit ad nos, dicta est ip-
sa peccatum. Misit, inquit, deus filium suum in
similitudinem carnis peccati, & de peccato dam-
nauit peccatum in carne, hoc est de similitudi-
ne carnis peccati quae ipsius erat, danauit pecca-
tum in carne peccati, quae nostra est. Prop-
ter hoc etiam de illo dicitur. Quod enim mor-
tuus est peccato, mortuus est semel. Quia simi-
litudine carnis peccati mortuus est, quando
moriendo exutus est carne, ut per hoc myste-
rium significaret eos qui in morte ipsius bap-
tizantur, mori peccato, ut uiuent Deo. Sic eti-
am pro cruce factus est pro nobis maledictum
Pendens quippe in ligno, mortem quae de ma-
ledicto Dei uenerat, suspendit in ligno, atque ita
uetus homo noster simul crucifixus est cruci,
ut non mendaciter dictum intelligatur in le-
ge. Maledictus omnis qui pependit in ligno.
Quid est maledictus, nisi terra es, & in terram
ibis? Et quid est omnis, nisi quia & ipse Chri-
stus? Qui cum esset uita, mortuus est tamen ue-
ra morte non ficta.

Rom. 8.

*Deut. 21.
Genes. 3.*

*Ex lib. enchi-
r.*

Propter similitudinem carnis peccati, in qua
uenerat, dictus est & ipse peccatum, sacrificia-
dus ad diluenda peccata. In ueteri quippe le-
ge, peccata uocabantur sacrificia pro pecca-
tis. Quod uere iste factus est, cuius umbrae erant
illa. Hinc apostolus cum dixisset, obsecramus
pro Christo reconciliari deo, continuo subiun-
xit. Eum qui non nouerat peccatum, pro no-
bis peccatum fecit, ut nos simus iustitia Dei in
ipso. Non ait ut in quibusdam mendosis codi-
cibus legitur, is qui non nouerat peccatum, pro
nobis peccatum fecit, tanquam pro nobis Chri-
stus ipse peccauerit, sed ait. Eum qui non noue-
rat peccatum, id est Christum, pro nobis pec-
catum fecit Deus, cui reconciliandi sumus,
hoc est sacrificium pro peccatis, per quod re-
conciliari ualeremus. Ipse est ergo peccatum,
ut nos iustitia, nec nostra, sed dei, nec in nobis,
sed in ipso, sicut ipse peccatum, non suum, sed
nostrum, nec in se, sed in nobis constitutum, si-
militudine carnis peccati, in qua crucifixus
est, demonstrauit. Haec est illa iustitia Dei, non
qua ipse iustus est, sed qua nos ab eo iusti facti.

Illam namque iustitiam Dei, commendatur eo quod
dicitur, ignorantibus dei iustitiam, qua nos ex
ius gratia iusti sumus, ut ipsa iustitia eius nos si-
mus, cum iuste uiuimus credentes in eum qui
iustificat impium, non illa qua ipse iustus est
aeterna sua, & incommutabili iustitia. Haec ita-
que iustitia, qua nos Deum munere iusti sumus,
significatur in psalmo illo, ubi scriptum est. Iu-
sticia tua sicut montes dei. Montes quippe dei
E e e san

*Ex li. de grat.
no. test.*

Rom. 10.

Psal. 71.

sancti eius sunt, de quibus alibi dicitur. Suscipiant montes pacem populo tuo. Et illa ergo salus gratuita est, de qua in alio psalmo dicitur. Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Sicut ergo quod legitur, Domini est salus, non ea salus intelligitur qua dominus saluus est, sed qua hi salui fiunt, quos ipse saluos fecit, sic cum legitur dei iustitia, non est illa intelligenda, qua Deus iustus est, sed qua iusti homines sunt, quos gratia sua iustificat, inde enim salui, unde iusti. Quonia quod ait, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus, exposuit consequenter dicens. Non ueni uocare iustos, sed peccatores. Hanc iustitia dei, qua eius fideles iusti sunt, interim uiuentes ex fide, donec perfecta iustitia perducatur ad speciem, sicut salute perfecta, etiam ad ipsius corporis immortalitatem, gratia est testamēti noui. Vnde dicit. Pro Christo legatione fungimur: tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliari Deo, ac deinde subiungit. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, id est sacrificium pro peccatis, ut nos simus iustitia Dei in ipso, id est in eius corpore, quod est ecclesia, cui caput eius est, nos simus iustitia Dei.

CAPVT VI.

Adiuantes autem exhortamur, ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.]

Ex li. 3. de trinitate

Quid est quæso quod exardescimus, cum audimus, & legimus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nullam in quoquam dantes offensionem, ut non reprehendatur ministerium nostrum, sed in omnibus commendantes nosmetipsos, ut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei, per arma iustitiæ, à dextris, & à sinistris: per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam, ut seductores & ueraces: ut qui ignoramur & cognoscimur, quasi morientes: & ecce uiuimus: ut coerciti, & mortificati, ut tristes: semper autem gaudentes: sicut egeni, multos autem ditantes, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes: Quid est quod accendimur in dilectionem Pauli apostoli cum ista legimus, nisi quod credimus eum ita uixisse? Vi uendum tamen sic esse dei ministros: non de aliquibus auditum credimus: sed intus apud nos, uel potius supra nos in ipsa ueritate conspicimus. Illum ergo quem sic uixisse credimus: ex hoc quod uidemus diligimus, & nisi hanc formam quam semper stabilem, atque incommutabilemcernimus, præcipue diligeremus: non ideo diligeremus illum: quia eius uitam cum in carne uiueret: huic formæ coaptatam, & congruentem fuisse fide retinemus, sed nescio quomodo amplius, & in ipsius formæ charitatem excitamur per fidem, qua credimus uixisse sic aliquem, & spem qua nos quoque ita posse uiuere quia homines sumus, ex eo quod aliqui homines ita uixerunt, minime desperamus: et hoc ut desideremus ardentius, & fidentius precemur. Ita & ipsorum uitam facit à nobis diligenti formæ illius dilectio, secundum quam uixisse credimus, & illorum uita credita in eadem formam, flagrantiore excitat charitatem.

modo amplius, & in ipsius formæ charitatem excitamur per fidem, qua credimus uixisse sic aliquem, & spem qua nos quoque ita posse uiuere quia homines sumus, ex eo quod aliqui homines ita uixerunt, minime desperamus: et hoc ut desideremus ardentius, & fidentius precemur. Ita & ipsorum uitam facit à nobis diligenti formæ illius dilectio, secundum quam uixisse credimus, & illorum uita credita in eadem formam, flagrantiore excitat charitatem.

Nemini dantes ullam offensionem, ut non utuperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus: in uigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei.]

Sub illo iugo leui, & sarcina leui, audimus Apostolum dicere. In omnibus commendantes nosmetipsos, sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, &c. Et in eadem epistola alio loco. A Iudæis quinquies quadragenas, una minus accepi. Ter uirgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte ac die in profundo maris fui, & cuncta pericula quæ numerari quidem possunt, sed tolerari nisi spiritu sancto iuuante non possunt. Omnia ergo illa quæ commemorauit grauiam & aspera, frequentius & abundantius sustinebat, sed profecto aderat ei spiritus sanctus, qui in exterioris hominis corruptione, interiorē renouaret de die in diem, & gustata requie spiritali, in affluentia deliciarum dei, spe futuræ beatitudinis, omnia præsentia delinere aspera, & omnia grauiam releuaret. Ecce quam suauem iugum Christi portabat, & quam leuem sarcinam, ut omnia illa quæ superius enumerata dura, & immania hominis auditus horrescit, leuem tribulationem diceret, intuens interioribus & fidelibus oculis, quanto precio temporalium emenda esset futura uita, non patieternos labores impiorum, & sine ulla sollicitudine perfrui æterna felicitate iustorum.

Quod facile toleratur quælibet aduersitas temporalis, ut æterna pœna uitetur, æterna requies comparetur, non immerito ille uas electionis, cum ingenti lætitia dixit. Non sunt cōdignæ pœsiones huius temporis ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam.]

Dominus noster cum uenisset in carne, qui bus prædicabat euangelium, alijs placebat, alijs displicebat. Nam diuise sunt aduersus eum linguæ Iudæorum. Alij dicebant bonus est, alijs dicebant non, sed seducit turbas. Alij bene loquebantur, alijs detrahebant, lacerabant, mordebant, conuitiabantur. Ad eos ergo quibus placebat, decorē induit, ad eos quibus displicebat, fortitudinem induit. Imitare ergo & tu dominum tuum, ut possis esse uestis ipsius. Esto cum decore ad eos, quibus placent bona

10

20

30

40

50

60

Ex ser. de uer. euang. 9.

2. Cor. 11.

Rom. 8.

Ex tractatu psalm. 52.

1. Cor. 2.

bona opera tuâ, esto fortis aduersus detractores. Audi Paulum Apostolum imitantem dominum suum, quomodo & ipse habuit decorum, habuit fortitudinem. Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco, & in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Quibus enim placeat bonum, salui fiunt, qui detrahunt bono, pereunt. Quod suum erat, ille odorem habebat bonum, immo bonus odor erat. Quibus erat odor uitæ in uitam, decorem induerat, quibus erat odor mortis in mortem, fortitudinem induerat. De ipso de core & fortitudine, habet alium locum Apostolus Paulus. Per arma iustitiæ dextra & sinistra. Video ubi decorem ubi fortitudinem? Per gloriam & ignobilitatem, & in gloria decorus, & in ignobilitate fortis. Apud alios gloriosus prædicabatur, apud alios ignobilis contemnebatur. Decorem qui dem asseribat eis quibus placebat, fortitudinem uero aduersus eos, quibus displicebat. Et sic enumerat omnia, usque in finem, ubi dicit. Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Cui omnia possidet decorus est, cui nihil habet fortis est. Malicia enim iniquorum, sinistra sunt arma iustorum, sicut idē dicit Apostolus. Per arma iustitiæ dextra & sinistra, id est per gloriam & ignobilitatem, atque ita deinceps cuncta exequitur, dextra arma demonstrans gloriam, bonam famam, ueritatem, quod cognoscebatur quod uiuebant, quod non mortificabantur, quod gaudebant, quod multos ditabant, quod omnia possidebant. Sinistra uero, quod ignobiles, & male famam habebantur, quod seductores putabantur, quod ignorabantur, occidebantur, coercerantur, contristabantur, egere, ac nihil habere uidebantur, & quod mirum si milites Christi, & dextris & sinistris armis diabolum expugnaret? Sicut autem pax hominibus bonæ uoluntatis, & quando sunt alijs odor mortis in mortē, sic interitus hominibus malæ uoluntatis, & quando iustis arma sinistra sunt ad salutem.

Ut seductores & ueraces, sicut qui ignoti & cogniti.

Quasi morientes, & ecce uiuimus, ut castigati & non mortificati.]

Ex tractatu eu. sec. 10. 29. 10. an. 7.

Alij dicebant bonus est, alijs dicebant non, sed seducit turbas. Dicitur enim hoc est ad eorum solatium, qui postea prædicantes uerbum Dei, futuri erant ut seductores & ueraces. Si enim seducere decipere est, nec Christus seductor, nec Apostoli eius, nec quisquam debet seductor esse Christianus. Si autem seducere alicui de aliquem ad aliud persuadendo ducere est, quarendum est unde, & quo. Si à malo ad bonum, bonus seductor est. Si à bono ad malum, malus seductor est. In hanc ergo partem quæ seducunt homines de malo ad bonum, utinam omnes seductores & uocemur, & simus, ut castigati, & non mortificati.

Ex tractatu psalm. 117.

Non moriar, sed uiuam, & narrabo opera domini. Illi stragem funerum ubique facientes: ecclesiam Christi mori arbitrabantur. Ecce nunc narrat opera domini: ubique Christi,

stus, beatorum martyrum gloria est. Vicit uapulando ferientes, patiendo facientes, diligendo feruientes. Tamen cur tanta indigna pertulit corpus CHRISTI, sancta ecclesia, populus in adoptionem, indicet nobis. Emandans inquit, emendauit me dominus, & morti non tradidit me.

Quasi tristes semper autem gaudentes, sicut egenes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.]

Est quedam anime interior firmitas, ubi non frangitur. Quælibet tormenta, quælibet tribulationes, quælibet huius seculi aduersitates feruiant, illud quod dominus in abscondito fecit, firmum in nobis est, frangi non potest, non cedit. A Domino autem facta est quedam firmitas patientiæ nostræ, de qua dicitur in alio psalmo. Veruntamen Deo subijcietur anima mea, quoniam ab ipso est patientia mea. Et attende Apostolum Paulum habentem intus hoc genus firmitatis.

Quasi tristes, inquit, semper autem gaudentes.]

Vnde quasi tristes? Contumelijs, opprobrijs, persecutionibus, flagellis, plagis, lapidationibus, carceribus, catenis. Quis non eos tunc miseros existimaret? nec illi ipsi persecutores feruierunt in eos, nisi putarent miseros fieri persecutionibus suis. Illi enim eos ex sua infirmitate conijciebant, qui non habebant os absconditum interius. Illi uero qui habebant, hominibus foris tristes uidebantur, intus autem gaudebant Deo, cui non erat absconditum os ipsorum, quod fecerat in abscondito. Aperit autem hoc os in abscondito factum à domino, idem Apostolus Paulus his uerbis. Non solum autem, inquit, sed etiam gloriamur in tribulationibus. Parum est quia non es tristis, & gloriaris? Sufficiat tibi tristis esse. Parum est (inquit) Christianis. Tale os fecit mihi in abscondito, ut parum sit non frangi, nisi etiam gloriarer. Vnde gloriaris in tribulationibus? Scientes quia tribulatio patientiam operatur. Vide quomodo formata sit illa firmitas intus in corde. Scientes quia tribulatio patientiam operatur etc. Sic formatum atque firmatum est os illud absconditum, ut faciat nos etiam gloriari in tribulationibus.

Vox lætitiæ & salutis, in tabernaculis istorum. Vbi uocem mœroris & exitij putabant esse, qui in eorum corpora feruiebant. Non enim feruiebant in interiora gaudia sanctorum. de spe futura, Vnde & Apostolus dicit. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Et iterum. Non solum autem, sed etiam gloriamur, inquit, in tribulationibus.

Millia lætantium. Spe enim sunt gaudentes, donec perducantur in finea, quem nunc expectant per patientiam. Mirifice autem cum dixisset, Millia lætantium, continuo subiecit. Dominus in illis. Ne miremur quod lætantur: dominus in illis. Nam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Sed dominus in illis, ideo etiam sunt quasi tristes, semper

Ecce 2 tamen

Psal. 117.

Ex tractatu psalm. 138.

Psal. 61.

Rom. 5. ibidem.

Ex tractatu psalm. 117.

Roman. 5. Ex tractatu psalm. 67.

Psal. 67. Act. 14.

tamen gaudentes, nec iam ipso fine, quo nondum uenerunt, sed spe sunt gaudentes, & in tribulatione patientes.

Roman. 12.
Ex tractatu
Psal. 48.

Hic ergo quid labor, pressura, tribulatio, tentatio. Nihil aliud speres, & nisi gaudium, in spe futura. Nam dicit apostolus. Semper gaudentes: In tantis tribulationibus semper gaudeamus, semper tristamur. Semper gaudentes, quia ipse dixit. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Tristitia nostra quasi habet, gaudium nostrum non habet quali, quia spes certa est. Quare tristitia nostra quasi habet: Quia sicut in somnijs transit. Si quis somnium indicat, addit quali. Quasi sedebam, quasi loquebar, quasi prandebar, quasi equitabam, quasi disputabam. Totum quasi, quia cum euigila uerit, non inuenit quod uidebat. Quasi thesaurum inueneram, dicit mendicus. Si quasi non esset, mendicus non esset. Sed quia quasi erat, mendicus est. Itaque modo qui ad latitias secularis oculos aperiunt, & corda claudunt, transit quasi eorum, & uenit uerum ipsorum. Quasi ipsorum felicitas est secuti: uerum ipsorum poena est. Nostrum autem quasi tristitia est, gaudium non est quasi. Non enim ait apostolus, Quasi gaudentes, semper autem tristes: aut quasi tristes, et quasi gaudentes: sed ait Quasi tristes, semper autem gaudentes. Sicut egenes, & ibi sicut quasi multos autem ditantes.

Et nihil habebat apostolus, omnia sua dimiserat, diuitias nullas possidebat. Et quid fecutus ait: Quasi nihil habentes, & ipsum nihil habere apostoli quasi nihil erat. Et omnia possidentes. Ibi non dixit quasi, quia quasi egebat, non autem quasi, sed uere multos ditabat. Quasi nihil habebat: non autem quasi, sed uere omnia possidebat.

Ex tractatu
cua. sec. 10. 117
Actu. 4.

In ea societate beatus Ioannes percepit centuplum ubi nemo dicebat aliquid fuisse, sed rat illis omnia communia, sicut in apostolorum actibus scriptum est. Sic enim apostoli erant quasi nihil habentes, & omnia possidentes.

Os nostrum patet ad uos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non angustiastimini in nobis, angustiastimini autem in uersibus uestris.]

Ex tractatu
10. epi. 10.

Latitudo mandati charitas est, quia ubi charitas est, non sunt angustia. In ipsa latitudine erat apostolus, cum diceret. Os nostrum patet ad uos, o Corinthij, cor nostrum dilatatum est non angustiastimini in nobis. Ideo ergo latum mandatum tuum ualde. Quod est latum mandatum? Mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis. Charitas ergo non angustatur. Vis non angustari in terra? In lato habitata. Quicquid enim tibi fecerit homo, non te angustat, quia illud diligis, quod non nocet homo.

Eandem autem habentes remunerationem, tanquam filijs dico dilatamini & uos.]

Ex tractatu
Psal. 118.

Cordis dilatatio, iustitia est & delectatio, hoc munus est dei, ut in preceptis eius, non timore poenae angustemur, sed dilectione & delectatione iustitiae dilatemur. Hac enim nobis p

mittit latitudinem, dicens. Habitabo in eis & deambulabo. Quam enim latum est, ubi ambulat Deus. In hanc latitudinem diffunditur charitas in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Roman. 5.

Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem conuentio Christi ad Belial?

NVlla participatio est iustitiae & iniquitati, non solum quae foris, sed etiam quae intus est. Nouit enim dominus qui sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Nulla etiam conuenio est luci in tenebris, non solum quae foris, sed etiam quae intus sunt. Qui enim odit fratrem suum, ait Ioannes, in tenebris est usque adhuc. Si dixerimus, quia societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur. Habes & apostolum Paulum dicentem. Aut quae societas luci ad tenebras? Dicis te societatem habere cum Deo, & in tenebris ambulas, & Deus lux est: & tenebrae in eo non sunt ullae. Quomodo ergo societas luci & tenebris? Iam ergo dicat sibi homo. Quid faciam? unde ero lux? In peccatis & iniquitatibus uiuo. Quasi subreptit quaedam desperatio & tristitia. Salus nulla est, nisi in societate Dei. Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt ullae. Quid ergo faciemus fratres mei? Societas cum Deo habenda est, alias spes uitae aeternae nulla est. Deus autem lux est, & tenebrae in eo non sunt ullae. Iniquitas autem tenebrae sunt. Iniquitatibus premimur, ne societatem cum Deo habere possimus. Quae ergo spes? Quid facimus de peccatis? Et sanguis Iesu Christi filij eius, purgabit nos ab omni delicto. Magnam securitatem dedit Deus.

Ex libr. de beatissimo. 4.

1. Ioann. 2.
Ex tractatu
1. epi. 10. 4.
1. Ioann. 2.

Aut quae pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo dei cum idolis.]

Ibidem

Profecto dicturi sunt homini. Templum Dei futurus es cum baptismum acceperis. Dicit autem apostolus. Quae compositio templi Dei cum idolis? Quare ergo non uident similiter esse dictum: membrum Christi futurus es, cum acceperis baptismum non possunt Christi membra esse membra meretricis. Quia & apostolus hoc loco dicit, qui & alio loco. Nolite, inquit, errare, neque fornicatores, neque idolis seruientes, & cuncta quae illic enumerat, regnum Dei possidebunt. Cur ergo ad baptismum, idolis seruientes non admittimus, & fornicatores admittendos putamus, cum & his, & cunctis malis dicat. Et haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Quid igitur causa est, ut cum potestas patet utrumque prohibendi uenientem ad baptismum, permittam fornicarium permanere: & non permittam idolis seruientem? cum & illis dici auidiam, Et haec quidem fuistis, sed abluti estis.

1. Cor. 6.

Ibidem

Vos enim estis templum Dei uiui sicut dicit deus. Quoniam in habitabo in illis, & inambulabo inter eos: & ero illorum Deus: & ipsi erunt mihi populus.]

Si consideremus ante gratiam Dei quid fuerimus,

Ex serm. de uer. apostoli
Leuit. 26.

rimus, & per gratiam Dei quid esse coeperimus, profecto sicut dicit apostolus, templum Dei uiui sumus. Propter quod dicit Deus. Inhabitabo in illis, & deambulabo. Deambulabit autem in nobis praesentia maiestatis, si latitudinem inueniat charitatis. Ad hoc nos exhortans apostolus ait. Dilatamini ne sitis iugum ducentes cum infidelibus. Si dilatemur, deambulat in nobis Deus. sed ut dilatemur: operetur in nobis ipse Deus. Si enim latitudinem charitas facit: quae non nouit angustias: uideat quia Deus sibi in nobis latitudinem facit, ipso dicente apostolo. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Propter hanc latitudinem inquam in nobis deambulabit Deus.

Roman. 5.

Esa. 52.

Ex ser. de uer. euang. 19.

Propter hoc exite de medio eorum, & separamini dicit dominus: & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam uos: & ero uobis in patrem: & uos eritis mihi in filios, & filias, dicit dominus omnipotens.

Ecce inquit dicit propheta. Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus, a quibus exire, & recedere iubemur, ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritualiter intelligimus: illi corporaliter. Nam & ego clamo cum propheta: & qualiacumque sumus uasa utitur nobis Deus, in dispensatione uestra. Clamamus & nos: & dicimus uobis. Recedite, & exite inde, & immundum ne tetigeritis, sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim tangere immundum nisi consentire peccatis: Quid est autem exire inde, nisi facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona, salua pace fieri potest: Displicuit tibi quod quisque peccauit: non tetigisti immundum, redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam si res exegit congruam, & quae unitatem non uiolent disciplinam: existi inde. Attendite in facta sanctorum: ne forte nostra uideatur interpretatio. Quomodo ergo uerba intellexerunt sancti: sic utique intelligenda sunt.

Exite inde, dicit propheta. Prius usitata ipsius uerbi consuetudine assero istam sententiam: & postea ostendo non meam. Plerumque accusantur homines: & cum accusati fuerint, defendunt se. Cum autem se ille qui accusatur homo, rationabiliter, iusteq; defendit: qui audiunt dicunt. Exiit inde. Quomodo inde exiit? Ratione reddita, & defensione iustissima, hoc est quod faciebant sancti, quando exercebant puluerem de pedibus aduersus eos, qui sibi pacem nunciata non accipiebant. Exiit inde speculator, cui dictum est: Speculatorem posuite domus Israel. Illi enim dicitur. Si dixeris iniquo, & non seauerit ab iniquitate, & a uia sua, ille iniquus in sua iniquitate morietur, & tu animam tuam liberabis. Hoc si facit, exit inde: non separatione corporis, sed defensione operis sui, fecit enim iste quod faciendum fuit: etiam si ille non obtemperauit, cui obtemperandum fuit. Hoc est exite inde. Clamauit ista

Luce. 10.
Ezechiel. 3.

Moyse: clamauit Esaias: clamauit Hieremias: clamauit Ezechiel. Videamus si hoc ipsi fecerunt: si dimiserunt populum dei: & se ad gentes alias transfulerunt. Quam multa, & quam uehementer Hieremias increpauit in peccatores & sceleratos populi sui: inter eos tamen erat, unum cum illis templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat, sed clamando in ea hominum sceleratorum congregatio ne uiuebat: sed clamando exibat inde. Hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere: & uoluntate non consentire: & ore non parere. Certe manifestum est iam prudentiae uestra, quomodo accipiendum sunt omnia talia testimonia scripturarum: ut quando scriptura sonat debere nos recedere a malis: non aliud intelligere iubeamur, nisi ut corde recedamus, ne maius malum in separatione honorum committamus, quam in malorum coniunctione sustinamus, sicut ipsi Donatistae fecerunt. Certe manifeste dixit propheta. Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Ego ut intelligam quod dixit, attendo quod fecit: facti sunt mihi expositi dictum suum. Dixit recedite. Quibus dicit: Utique iustis. A quibus ut recederent dixit: Utique a peccatoribus & iniquis. Quare a talibus utrum ipse recesserit, inuenio quod non recesserit. Ergo aliter intellexit. Nam utique prior faceret quod praecipit. Recessit corde: obiurgauit atque arguit: continendo se a consensu, non tetigit immundum. Obiurgando autem exiit liber in conspectu Dei: cui neque sua Deus peccata imputat, quia non fecit: neque aliena quae non approbavit: neque negligetiam, quia non tacuit: neque superbiam, quia in unitate permanit. Sic ergo fratres mei, quotquot habetis inter uos, qui adhuc amore seculi pragrauantur, auaros, periuros, adulteros, spectatores nugarum, consultores mathematicorum, fanaticorum, augurum, aruspicum, ebriosos, luxuriosos, quicquid inter uos malorum esse noistis, quantum potestis improbate, ut corde recedatis: & redarguite, ut inde exeatis: & nolite consentire, ut immundum non tangatis.

23. q. 4. Telephandus

Esaie. 52.

23. q. 4. Ecece inquit.

CAP. VII.

Has ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus: perficientes sanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem letis: neminem corrupimus: neminem circumuenimus. Non ad condemnationem uestram dico. Praediximus enim: quod in cordibus uestris estis ad commoriendum & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud uos: multa mihi gloriatio pro uobis: repletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulatione uestra. Nam & cum uenissenus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro uestra: sed omnem tribulationem passi sumus, foris pugnae: intus timores. Sed qui consolatur humiles consolatus est nos Deus in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius: sed etiam in consolatione qua consolatus est in uobis: referens nobis uestrum desiderium, uestrum fletum, uestram emulationem pro me, ita ut magis gauderem.]

Idus filius sponsi: persequens sponsum, hoc tunc contigit: & futurorum exemplum praemissum

Ex tractatu
Psal. 118.

Conscientia tibi, fama proximo tuo. Qui fides conscientie sue, negligit famam suam, crudelis est, maxime in hoc loco positus, de quo dicit apostolus, scribens ad discipulum suum. Circa omnes te ipsum honorum operum prebens exemplum.

CAPVT IX.

Nam de ministerio quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere uobis. Scio enim promptum animum uestrum: pro quo de uobis glorior apud Macedones: quoniam Achaia parata est ab anno preterito: et uestra emulatio prouocauit plurimos. Misimus autem fratres: ut ne quod gloria mur de uobis, euacuetur in hac parte: ut quemadmodum dixi parati sitis: ne cum uenerint Macedones mecum, et inuenerint uos imparatos, erubescamus nos, ut non dicamus uos in hac substantia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut perueniant ad uos: et praeferant repromissam benedictionem hanc paratam esse: sic quasi benedictionem: non quasi auaritiam. Hoc autem dico, qui parce seminat, parce et metet: et qui seminatur in benedictionibus, de benedictionibus et metet.

Vniquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundantis in omni opere bonum.]

Ex tractatu Psal. 42. Esai. 58.

Ita te iuua, ut in alio te prandidisse gaudeas: propter orationes ut exaudiaris. Ibi enim ait. Adhuc loquente te dicam, ecce adsum, si frigeris ex animo esurienti panem. Quia plerumque fit a tristibus, et murmurantibus, ut careant te dio interpellantis, non ut uiscera reficiant indigentis. Hilarem enim datorem diligit deus. Si panem dederis tristis: et panem et meritum perdidisti. Ergo ex animo fac: ut ille qui iubet, adhuc loquente te dicat, ecce adsum.

Ex tractatu Psal. 62.

Habet quandam pinguedinem suam anima nostra: et est quaedam saturitas pinguis sapientiae. Sapientia enim ista animae, quae caret macrescunt, et omnino ita exiles fiunt, ut in omnibus bonis operibus cito deficiant. Quare cito deficiunt in omnibus bonis operibus? Quia non habet pinguedinem saturitatis suae. Audi apostolum de pingui anima praecipientem, ut quisque bene operetur, qui ait. Hilarem datorem diligit deus. Quicquid facis cum hilaritate fac bonum: et tunc benefacis. Si autem cum tristitia facis: fit de te, non facis.

Psal. 90.

Sicut scriptum est. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem amministrat semen seminanti: et panem ad manducandum praestabit: et multiplicabit semen uestrum, et auget incrementa frugum iustitiae uestrae: ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem: quae operatur per nos gratiarum actionem Deo.]

Ex tractatu Psal. 91. Esai. 64.

Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: quae preparauit deus diligentibus se. Quanti ualeat hoc quod non uidetur: et emittit tanto, quantum quisque habere potuerit. Propter hoc ille sparuit: dedit pauperibus. Non uidebat: et emebat. Sed ille thesaurum seruauit in caelo: qui esurire, ac sitire, in pauperibus dignabatur, in terra. Non mirum est igitur, si iustitia eius manet in seculum seculi: custode illo qui condidit secula.

Quoniam ministerium huius officij non solum supplet ea, quae defunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino, per probationem ministerij huius: glorificantes Deum in obedientia confessionis uestrae, in euangelio Christi, et simplicitate communicationis uestrae in illos, et in omnes: et in ipsorum obsecratione pro uobis desiderantium uos, propter eminentem gratiam Dei in uobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.]

Quanta pinguedine sanctae laetitiae sit per fufus Apostolus, dum loquitur de alterna indigentia, et de alterno supplemento indigentiae prouincialium Christi, et militum Christi: hinc de rebus carnalibus in illos: inde autem de spiritualibus in istos: ut exclamaret, et tanquam sanctorum gaudiorum sagina eructaret dicens.

Gratias Deo super inenarrabili dono eius.] Ita ergo non cessauit apostolus, immo spiritus Dei possidens, et implens, et agens cor eius exhortari fideles, qui habent huiusmodi substantiam, ut nihil deesset necessitatibus seruatorum dei, qui celsiorem sanctitatis gradum in ecclesia tenere uoluerunt, ut spei secularis uincula cuncta praeciderent, et animum liberum diuinae militiae dedicarent.

CAPVT X.

Ipse autem ego Paulus obsecro uos per mansuetudinem et modestiam Christi: qui in facie quidem humilis sum inter uos, absens autem confido in uobis. Rogo autem uos ne praesens uideam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus.

In carne enim ambulantes non secundum carnem militamus: nam arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Dei ad destructionem munitionum consilia destruentes, et omnem altitudinem extolentem se aduersus scientiam Dei, et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit uestra obedientia.

Quae secundum faciem sunt uidete. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos. Nam est amplius aliquid gloriatus fuero de potestate uestra quam dedit nobis dominus in edificationem, et non in destructionem uestram, non erubescam.

Ut autem non existimet tanquam terrere uos per epistolas, quoniam quidem epistola, inquit, graues sunt, et fortes, praesentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis, hoc cogitet qui eiusmodi est: quia quales sumus uerbo per epistolas absentes: tales et praesentes in factis. Non enim audemus inferere, aut comparare nos quibusdam, qui seipso commendant: sed ipsi in nobis nosmet ipsos metientes, et comparantes nosmet ipsos nobis. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulae, qua mensus est nobis deus mensuram pertinendi usque ad uos. Non enim quasi non pertinentes ad uos superextendimus nos. Usque ad uos enim peruenimus in euangelio Christi, non in immensum gloriantes in alienis laboribus. Spem autem habentes crescentis fidei uestrae in uobis magnificari secundum regulam uestram in abundantia etiam in illa quae ultra uos sunt euangelizare, non in aliena regula in his quae preparata sunt gloriari.

Qui autem gloriatur, in domino gloriatur. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat.]

Ex lib. de opere mona.

Iste

Ex lib. de consensu euang. gelista.

Iste est deus, qui propter deos alios solus ab impijs non colitur: et eueris dijs alijs, tam euidenter efficit, ut solus colatur: humiliata omni superba altitudine, quae se aduersus Christum erexerat, pro idolis persequens, interficiensque Christianos.

CAPVT XI.

Ex tractatu Psal. 118.

Timam sustineretis modicum quid insipientia mea: sed et supportate me. Accumulo enim uos dei emulatione.] Dicendo emulor uos, quid nisi emulationem demonstrat suam: sed quia non sibi, sed Deo: ideo addidit emulatione dei. Hanc quippe suo spiritu fidelibus suis inspirat deus. A mortuis enim est, non lituoris. Namque fuit causa, ut hic apostolus diceret.

Respondi enim uos, inquit, uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Timco autem ne sicut serpens euam seduxit uersutia sua, sic et uestra mentes corrumpantur, et excidant a simplicitate et castitate quae est in Christo. Nam si is qui uenit, alium Christum praedicat quem non praedicauimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud euangelium quod non recepistis, recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Et si imperitus sermone, sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum uobis. Aut nunquid peccatum feci me ipsum humilians, ut uos exaltemini? Quonia gratis euangelium dei euangelizauimus uobis, alius ecclesias exoliuimus, accipiens stipendia ad ministerium uestrum, et cum essem apud uos, et egerem, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat suppluerunt fratres qui uenerunt a Macedonia, et in omnibus sine onere me uobis seruaui, et seruaui. Est ueritas Christi in me, quonia haec gloriatio non insringetur in me in regionibus Achaiae. Quare? Quia non diligo uos? Deus scit. Quod autem facio, et faciam, ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionem, ut in quo gloriantur inueniantur sicut et nos. Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarij subdoli transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum.]

Ex tractatu Psal. 62.

Comedeat eum zelus domus Dei. quam tamen zelabat Christo non sibi. Sponsus enim sibi zelat sponsam suam. Amicus autem sponsi non sibi eam debet zelare: sed sponso. Apostolus amicus sponsi, zelat et ipse non sibi, sed sponso. Audi uocem zelatis. Zelo dei uos zelo, dixit non meo, non mihi, sed zelo Dei. unde Quomodo? Quam zelas? Vel cui zelas? Desponsaui enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Quid ergo times? Quare zelas?

Ex tractatu 2a. cor. 10a. 13.

Timeo, inquit, ne sicut serpens euam seduxit astutia sua: sic et uestri sensus corrumpantur a castitate quae est in Christo. Respondi enim uos uni uiro: uirginem castam exhibere Christo.]

Ex tractatu euang. sec. Ioan. 13. Rom. 4.

Habet ergo hic sponsam quam redemit sanguine suo: et cui pignus dedit spiritum sanctum: et eruit eam de mancipatu diaboli: mortuus propter delicta nostra: et resurrexit propter iustificationem nostram. Quis offert tanta sponsae suae? Licet offerant homines quaelibet ornamenta terrarum, aurum, argentum, lapides preciosos, equos, mancipia, iundos, praedia: nisi quid aliquis offert sanguinem suum? Si enim sanguinem suum sponsae suae dederit: non erit qui ducat uxorem: Dominus autem securus moriens, dedit sanguinem suum pro ea, quam resurgens haberet: quam sibi iam conuixerat in

utero uirginis. Verbum enim sponsus, et sponsa caro humana: et utrumque unus filius Dei: et idem filius hominis. Vbi factus est caput ecclesiae. Ille uterus uirginis Mariae, thalamus eius, inde processit tanquam sponsus de thalamo suo, sicut scriptura praedixit: et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Omnis ecclesia uirgo appellata est. Diuersa membra esse ecclesiae: diuersis donis pollere uidetis, atque gaudere. Alij coniugati, aliae coniugatae. Alij uiduati uxoribus, ultra non quaerunt, aliae uiduatae maritis, ultra non quaerunt. Alij integritatem ab incunte etate conseruauit, aliae uirginitatem suam Deo deuouerunt. Diuersa sunt munera, sed omnes isti una uirgo est. Vbi ista uirginitas? Non enim in corpore. In corpore paucarum foeminarum est, et si dici uirginitas in uiris potest, paucorum uirorum sanctitas. Integritas etiam corporis est in ecclesia, et honorabilis membrum est. Alia autem membra non in corpore, sed omnia in mente seruant uirginitatem. Quae est uirginitas mentis? Integra fides, solida spes, sincera charitas. Hanc uirginitatem timebat ille qui zelabat sponso, a serpente corrumpi. Sicut enim membrum corporis uiolatur in quodam loco, sic seductio linguae uiolat uirginitatem cordis. In mente non corrumpatur quae non uult sine causa tenere corporis uirginitatem.

Psalm. 119. Ex tractatu 2a. cor. 10a. 13.

Paucorum est uirginitas in carne, omnium debet esse in corde. Uirginitas carnis, corpus intactum, uirginitas cordis, fides incorrupta. Ergo dicitur uirgo tota ecclesia. Nunc desponsata est ecclesia, et uirgo est ad nuptias perdenda, id est cum se continet a corruptione seculari. Illo autem tempore nubet: quo immensa mortalitate praetereunte, immortalis conceptione foetabitur. Desponsaui, inquit, uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo.] Vos, inquit, uirginem a plurali ad singularem concludens. Ideo et uirgines dici possunt, et uirgo. Sed uidemus nunc in anigmate, tunc autem facie ad faciem, et nunc ex parte, tunc autem ex toto. Ipsum autem in anigmate, et ex parte nunc in scripturis aliquid cernere, quod tamen sit secundum catholicam fidem, ex illo pignore contingit, quod accepit uirgo ecclesia humiliter aduentu sponsi sui, quae illo ultimo aduentu cum ueniet in claritate, nuptura est, cum omnia facie ad faciem contuebitur. Dedit enim nobis pignus spiritum, sicut dicit apostolus. Sponsus infans, de thalamo suo, id est utero uirginis illius, illa sa matris uirginitate processit. Illic namque Dei filius humanam sibi dignatus est coniugare naturam, ut sibi capiti immaculato, immaculata confociaret ecclesiam, quam Paulus apostolus uirginem uocat, non solas in ea considerans uirgines corpore, sed incorruptas desiderans omnium mentes. Desponsaui, inquit, uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo.]

Ex tractatu Psal. 143.

Ex li. que. 23.

1. Cor. 13.

Ex ser. de nauit. do.

Ergo et ecclesia imitans domini sui matrem, quonia corpore non potuit, mente tamen et mater et uirgo est. Nullo itaque modo uirginitate matris

matris suae nascendo Christus ademit, qui ecclesiam suam de fornicatione demonum redimendo, uirginem fecit.

Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus uestri, & excidant a simplicitate quae est in Christo Iesu.]

Ex tractatu eua. sec. 10a. 8.

Quid est quod timet? Ne uirginitas sponse Christi, per astutiam diaboli corrumpatur. Timeo (inquit) ne sicut serpens euam seduxit astutia sua, sic & uestrae mentes corrumpantur a simplicitate, & castitate quae est in Christo. Reuera enim corrumpitur fides eorum, qui praeponunt mendacium ueritati. Qui ergo mendacium edificat in hominibus, quid ab eis expellunt, nisi ueritatem? Immittunt diabolus, excludunt Christum, immittunt adulterum, excludunt sponsum, parantymphis seculi, uel potius lenones serpētis. Ad hoc enim loquuntur ut serpens possideat, Christus excludatur. Quomodo possidet serpens? Quando possidet mendacium, quando possidet falsitas, serpens possidet. Quando possidet ueritas, Christus possidet. Ipse enim dixit. Ego sum ueritas.

10an. 14. 10an. 8.

De illo autem dixit, Et in ueritate non stetit. Quia ueritas in eo non est. Sic est autem ueritas Christus, ut totum uerum accipias in Christo. Verum uerbum Deus aequalis patri, uera anima, uera caro, uerus homo, uera natiuitas, uera passio, uera mors, uera resurrectio. Si aliquid horum dixeris falsum, intrat putredo, de ueneno serpentis nascuntur uermes mendaciorum, & nihil integrum remanebit. Serpens ergo iste adulterans, uirginitatem corrumpendam non carnis, sed cordis inquirat. Sicut autem adulter homo laetatur in nequitia sua cum carnem corrumpit, sic diabolus laetatur cum mentem corrumpit. Sicut autem patribus nostris aduersus leonem opus erat patientia, sic nobis aduersus draconem uigilantia. persecutio tamen siue a leone, siue a dracone nunquam cessat ecclesiae. & magis metuendus est cum fallit, quam cum fauit. Illo tempore cogebat Christianos negare Christum, tunc cogebat, nunc docet. Tunc ingerebat uiolentias, nunc insidias. Videbatur tunc fremens, lubricus nunc oberrans difficile uidetur.

Ex tractatu psal. 38.

Per haereticos timens Paulus ne ab eis corrumpere ecclesiam a uirginitate fidei quam gestat in corde, ait. Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita & uestrae corrumpantur a castitate quae est in Christo.]

Ex tractatu psalm. 90.

Virginitatem corporis paucae foeminae habent in ecclesia, sed uirginitatem cordis omnes fideles habent. In ipsa fide uirginitatem cordis timebat corrumpi a diabolo, quam que perdidit, sine causa sunt uirgines corpore.

Corrupta corde quid seruat in corpore? Adeo mulier catholica praecedit uirginem haereticam. Illa enim non est uirgo in corpore, illa mulier facta est in corde, & mulier non a marito, sed a serpente. Quid autem ecclesia? Super aspidem & basiliscum ambulabit. Nolite quaerere mirari hominum, quae serpunt sicut ca-

psalm. 90.

cer, quem admodum dixit apostolus, sed custodite aures uestras, & uirginitatem mentis uestrae, tanquam desponsati ab amico sponsi uiro uirginem castam exhibere Christo. Virginitas enim uestra in mente. Virginitas corporis in paucis ecclesiae, uirginitas mentis in omnibus fidelibus debet esse. Hanc uirginitatem uult serpens corrumpere, de quo idem apostolus ait.

Desponsati enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo: & timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua: sic quoque & uestri sensus corrumpantur, & excidant a castitate quae est in Christo Iesu.]

Vestri, inquit, sensus, id est uestre mentes nam hoc magis proprium est. Sensus enim intelliguntur, & huius corporis: uidendi, audiendi, odorandi, gustandi, tangendi. Mentes uestras timuit corrumpi apostolus: ubi est fidei uirginitas. Modo ergo anima uirginitatem tuam cōserua: fecundanda postea in amplexu sponsi tui. Sepite ergo, ut scriptum est, aures uestras spinis. Adhuc multat serpens: & non tacet: querit pollicitatione quadam scientiae deiecere de paradiso ecclesiae: quem non permittat redire ad illum paradisum, unde primo eiectus est. Quod gestum est in illo paradiso, hoc geritur in ecclesia. Nemo nos seducat ab isto paradiso: sufficiat quod illac lapsi sumus. uel experti corrigamur. Ipse est serpens qui semper suggerit iniquitatem, & impietatem. Ipse aliquando permittit impunitatem: quod admodum & ibi promittit dicens. Nunquid morte moriemini? Ipse talia suggerit: ut modo male uiuati christiani. Nunquid omnes damnaturus est Deus? Ille quidem serpens, id est ille error haereticorum qui tentat ecclesiam, contra quem incantat apostolus: cum dicit:

Metuo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & uestri sensus corrumpantur. Ille ergo error propeccatore, & uentre serpit, & terram manducat. Non decipit, nisi aut superbos, qui sibi arrogat quod non sunt: aut desiderijs carnalibus implicatos, qui libenter audiunt, quicquid lasciuie faciunt, aut curiosos, qui terrena sapiunt, et spiritalia terrene oculo inquirunt. Ipse enim Satanas transfiguratur se in angelum lucis.

In societate sanctorum angelorum nullo modo quidem metuimus, ne tales amici uel morte nos sua, uel deprauatione contristant: sed quia nobis non ea qua homines familiaritate miscntur, quod etiam ipsum ad grumnas huius pertinet uitae.

Ipse enim Satanas transfiguratur se in angelum lucis. Non est ergo magnum: si ministri eius transfigurentur uelut ministri iustitiae: quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico: ne quis me putet insipientem. Alioquin uelut insipientem accipite me: ut & ego modicum quid glorier. Quod loquor, non loquor secundum Deum: sed quasi in insipientia: in hac substantia gloriae. Quonia multi gloriantur secundum carnem: et ego glorior. Libenter enim sufferis insipientes, cum sitis ipse sapientes.]

Ad tentandos eos, quos ita uel erudiri opus est, uel decipi iustum est, magna dei misericordia

cordia necessaria est, ne quisquam cum bonos angelos amicos se habere putat, habeat malos demones fictos amicos, eosque tanto nocentiores, quanto astutiores, & fallaciores patitur inimicos. Et cui magna ista Dei misericordia necessaria est, nisi magna humane misericordiae ignorantia tanta premitur, ut facile istorum simulatione fallatur? Nec enim sancti & fideles unius ueri Dei, summique cultores, ab eorum fallacijs, & multiformi tentatione, seculi sunt. In hoc enim loco infirmitatis, & debus malignis, etiam ista sollicitudo non est inutilis: ut illa securitas, ubi pax plenissima, atque certissima est, desiderio feruentiore queratur. Magis opus est iudicare, atque discernere, cum se Satanas transfiguratur uelut angelum lucis: ne fallendo ad aliqua perniciosa seducat. Nam quando sensus corporis fallit: mentem uero non mouet a uera rectaque sententia: qua quisque uitam fidelem gerit: nullum est in religione periculum: uel cum se bonum fingens, ea facit, siue dicit: quae bonis angelis congruunt: etiam si credatur bonus, non est error Christianae fidei periculosus aut morbidus. Cum uero per haec aliena ad sua incipit ducere: tunc eum dignoscere, nec ire post eum, magna & necessaria uigilantia est. Sed quoruscumque hominum idoneus est omnes mortiferos dolos eius euadere, nisi regat, atque tueatur Deus: Et ipsa huius rei difficultas adhuc est utilis: ne sit spes sibi uniuscuiusque, aut homo alter alteri, sed deus omnibus. Id enim nobis potius expedit, prorsus piorum ambigit nemo.

Sustinet enim si quis uos in seruitutem redigit: si quis de uorat: si quis accipit: si quis extollitur: si quis in faciem uos caedit. Secundum ignobilitatem dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audeat (in insipientia dico) audeo & ego. Hebraei sunt, & ego. Israelite sunt, & ego. Semen Abrahae sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & ego. Ut minus sapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus abundanti: in plagis supra modum: in mortibus frequenter. A Iudeis quin quies quadragenas una minus accepi. Ter uirgis caesus sum: semel lapidatus sum: iter naufragium feci. Nocte & die in profundo maris fui. In itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari.]

Facies est qua quisque cognoscitur, et legitur apud apostolum. Toleratis enim, si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem uos caedit. Deinde continuo subiungit. Secundum ignobilitatem dico, ut exponat quid sit in faciem caedi, hoc est contemni & despici. Quod quidem non ideo dicit apostolus, ut illos non sustinerent, sed ut se magis, qui eos sic diligere, ut se ipsum pro eis uellet impendi.

Periculis in falsis fratribus: in labore & arumnarum uigijs multis.]

Intelligendum est fuisse quosdam: qui cum uellent eis legis seruitutem persuadere: & uiderent eos Pauli apostoli auctoritate reuocari: dicerent etiam ipsum Paulum id sentire: sed non eis facile aperire uoluisset sententiam su-

Ex ser. quod tribus modis Christus intelligatur

Ex libro Enchiridi.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

2. Cor. 12.

In expositione epi. ad Gala.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

cordia necessaria est, ne quisquam cum bonos angelos amicos se habere putat, habeat malos demones fictos amicos, eosque tanto nocentiores, quanto astutiores, & fallaciores patitur inimicos. Et cui magna ista Dei misericordia necessaria est, nisi magna humane misericordiae ignorantia tanta premitur, ut facile istorum simulatione fallatur? Nec enim sancti & fideles unius ueri Dei, summique cultores, ab eorum fallacijs, & multiformi tentatione, seculi sunt. In hoc enim loco infirmitatis, & debus malignis, etiam ista sollicitudo non est inutilis: ut illa securitas, ubi pax plenissima, atque certissima est, desiderio feruentiore queratur. Magis opus est iudicare, atque discernere, cum se Satanas transfiguratur uelut angelum lucis: ne fallendo ad aliqua perniciosa seducat. Nam quando sensus corporis fallit: mentem uero non mouet a uera rectaque sententia: qua quisque uitam fidelem gerit: nullum est in religione periculum: uel cum se bonum fingens, ea facit, siue dicit: quae bonis angelis congruunt: etiam si credatur bonus, non est error Christianae fidei periculosus aut morbidus. Cum uero per haec aliena ad sua incipit ducere: tunc eum dignoscere, nec ire post eum, magna & necessaria uigilantia est. Sed quoruscumque hominum idoneus est omnes mortiferos dolos eius euadere, nisi regat, atque tueatur Deus: Et ipsa huius rei difficultas adhuc est utilis: ne sit spes sibi uniuscuiusque, aut homo alter alteri, sed deus omnibus. Id enim nobis potius expedit, prorsus piorum ambigit nemo.

Ex libro Enchiridi.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

2. Cor. 12.

In expositione epi. ad Gala.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

am: opportunissime subiecit. Ego autem fratres, si circumcisione adhuc praedico: quid adhuc persecutionem patior? Etiam ab ipsis patiebatur persecutionem: qui talia persuadere moliebantur, cum iam euangelium suscepisse uiderentur. Quos tangit & alio loco, ubi ait. Periculis in falsis fratribus, & hic in capite epistolae, ubi dicit. Propter subintroductos aut falsos fratres, qui subintroierunt perferutari libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut uos in seruitutem redigerent.

In fame & siti: in iciumijs multis: in frigore & nuditate.]

In commemorazione tribulationum ac laborum suorum apostolus non tantum in carceribus & naufragijs atque huiusmodi multis molestijs, sed etiam in fame et siti, in frigore et nuditate se laborasse commemorat. Quod cum legimus, non existimemus domini promissa titubasse, ut famem & sitim pateretur apostolus, & nuditatem quarens regnum & iustitiam Dei cum dictum sit nobis. Quarite primam regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiciuntur uobis. Quandoquidem ista sicut adiutoria nouit ille medicus, cui semel nos totos commisimus, & a quo habemus promissionem uitae praesentis & futurae, quando apponat, quando detrahat, sicut nobis iudicat expedire, quos consolandos, & exercendos in hac uita, & post hanc uitam in beata requie stabilendos, atque firmandos gubernat, & dirigit.

Præter illa quae extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum.]

Qui apponit scientiam, apponit dolorem. Ecce abundet in te charitas, plus dolebis peccantem. Quanto in te maior charitas est, tanto amplius te torquetur quem toreras. Non torquetur tanquam irascentem illi, sed tanquam dolentem pro illo. Vide Paulum apostolum quid patiebatur, uide inquam quid patiebatur. Præter illa, inquit, quae extrinsecus sunt.

Dixit enim multa quae patiebatur, & cepit dicere interiora praeter illa quae extrinsecus erant, quae patiebatur a malis persecutoribus Christi. Incursum in me quotidianus, sollicitudo omnium ecclesiarum. Et uide qualis sit sollicitudo, quam paterna, quam materna. Vide quomodo caedebatur, ut uindicaretur in omnes affectiones eius. Dicemus & affectiones eius: in quas uindicabat Deus.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uoror? Si gloriari oportet, quae infirmitas mea sunt gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit qui benedictus in secula, quod non mentior. Damasci praepositus gentis Aetiae, regis custodiebat ciuitatem Damascenorum ut me comprehenderet, & per fenestram in sporta demissus sum per murum, & sic effugi manus eius.]

Quanto maior charitas, tanto maiores plagae de peccatis alienis. Acceperat quidem ille stimulum carnis, angelum Satanae, a quo colaphizaretur. Ecce quomodo propitiuserat ei Deus, uindicans in omnes affectiones eius. Quae sunt affectiones in quas sic uindicabat? Ipse exposuit, ipse dixit.

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Caput

Gala. 3.

Gala. 3.

Ex lib. de ser. domini in monte

Matth. 6. 1. Tim. 4.

Ex tract. psalm. 90. Eccl. 1.

2. Cor. 12.

CAPVT XII.

Si gloriari oportet, non expedit quidem. Veniam autem ad uisiones & reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: raptum huiusmodi usque ad tertium celum. Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit: quoniam raptus est in paradysum, & audiuit arcanas uerba quae non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloria, pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam & si uoluero gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem: ne quis existimet supra id quod uidet in mea, ut audiat, aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae angelus Satanae ut me colaphizaret. Tam perfectus erat, ut tamen timendum esset ne extolleretur. Nam non poneret Deus medicamentum ubi uulnus non esset. Et rogauit ut tolleretur. Aeger ille rogauit, ut auferretur medicamentum.

Propter quod ter dominum rogavi, inquit, ut auferret eum a me.]

Id est stimulus carnis a quo colaphizabatur, aliquem forte dolorem corporis. Rogauit, inquit, ut auferret eum a me.

Et dixit mihi sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo.]

Ego noui quem curo. Non mihi det qui aegrotat consilium. Tanquam emplastrum mordax urit te, sed sanat te. Rogat medicum ut tollat emplastrum, & non tollit nisi cum fuerit sanatum, quo posuerat. Virtus in infirmitate perficitur.

Cum homines a matribus concipiuntur, & formantur: iam formati autem parturiantur ut nascantur: potest mouere quod dictum est: Quos iterum parturio donec firmetur Christus in uobis, nisi parturitionem hanc pro curarum angoribus positam intelligamus, quibus eos parturiuit, ut nascerentur in Christo: & iterum parturit, propter pericula seductionis, quibus eos conturbari uidet. Sollicitudo autem talium de illis curarum: qua se quodam modo parturire dicit: tandiu esse poterit, donec perueniat in mensuram aetatis plenitudinis Christi: ut iam non moueantur omni uenturo doctrinae. Non ergo propter initium fidei, quo iam nati erant, sed propter robur & perfectionem dictum est: Quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Hanc autem parturitionem, alijs uerbis alibi commendat, ubi dicit. In cursus in me quotidianus: sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis scandalizatur, & ego non uror?

Ephes. 4.

Galat. 4.

Ex lib. cont. Manichaeum

Urit quodammodo omnes tribulationes: sed aliud est uri ad consumptionem: aliud est uri ad purificationem. Nam & Apostolus dicit. Quis scandalizatur, & ego non uror: Sed iste affectus purgabat eum magis: quia de charitate ueniebat: & illae tribulationes, quas iusti patiuntur: ad istam pertinent flammineam fraemam, quoniam in igne probatur aurum, et ar-

gentum, & homines acceptabiles in camino humiliationis. Et iterum. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et ossa mea sicut in frixorio sunt confixa, Et ipsa ossa mea, & ipsa fortitudo mea, non sine tribulatione: non sine uestione. Ossa corporis Christi, fortitudo corporis Christi, ubi maior quam in sanctis apostolis: Et tamen uideo ossa frigi. Quis scandalizatur, & ego non uror: Fortes sunt fideles boni intellectores, & praedicatores uerbi: uidentes ut loquantur, loquentes ut audiant. Fortes plane sunt: sed omnes qui scadala patiuntur: frixorium illorum sunt. Est enim ibi charitas, & magis in ossibus, quae interiora sunt omnibus carnibus, & portat oes carnes. Verum si quisquam patitur aliquod scadalum, & in anima periclitetur: tanto os frigitur quantum amat. Desit amor, nemo frigitur. Assit charitas: & si membrorum compago committitur patiente uno membro: quomodo friguntur qui portant uniuersa ossa?

Damasci praepositus gentis Aetiae regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehenderet, & per fenestram in sporta demissus sum per murum, & sic effugi manus eius.]

Uidi in epistola Paulum fugientem. Per murum in sporta summissus est: ut manus persecuentis euaderet. Non ergo illi fuit cura de ossibus: quas lupo ueniente deserebat: Fuit plane: sed eas pastori in caelo sedenti orationibus commendabat: se autem utilitati earum fugiendo seruabat, sicut quodam loco ait. Manere in carne necessarium propter uos. Ab ipso namque pastore omnes audierant. Si uos persecuti fuerint in una ciuitate: fugite in aliam. O merce/narie lupum uenientem uidisti, & fugisti. Respondet forte, & dicit. Ecce hic sum: non fugi. Fugisti, quia tacuisti. Tacuisti, quia timuisti. Fuga animi timor est. Corpore stetitisti, spiritu fugisti. Quod ille non faciebat, qui dicebat. Et si corpore absens sum, spiritu uobiscum sum. Quomodo enim spiritu fugiebat, qui etiam corpore absens, fornicatores literis arguebat? Recolimus, inquit, uerba dicentis. Cum autem persequerentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Quis autem credat hoc, ista dominum fieri uoluisse, ut necessario ministerio, sine quo uiuere nequeunt, desererentur greges quos suo sanguine comparauit? Nunquid hoc fecit ipse, quando portantibus parentibus in Aegyptum paruulus fugit, qui necdum ecclesias congregauerat, quas ab eo desertas fuisse dicamus? Nunquid quando Apostolus Paulus, ne illum comprehenderet inimicus, per fenestram in sporta summissus est, & effugit manus eius, deserta est quae erat ibi in ecclesia, necessario ministerio, & non ab alijs fratris ibidem constitutis, quod oportebat impletum esse? Eis quippe uolentibus hoc apostolus fecerat, ut se ipsum seruaret ecclesiae, quem proprie persecutor ille querebat. Faciebant ergo serui Christi ministri uerbi, & sacramenti eius, quos precepit, siue permisit. Fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem, quando eorum quisquam specialiter

Eccle. 2. Eccle. 27. Ex tracta. Psal. 101.

10

10

20

30

40

50

60

Eccle. 2. Eccle. 27. Ex tracta. Psal. 101.

Ex tractatu euā. sec. 107. 41

Philip. 1. Matth. 10.

1. Cor. 5.

Matth. 2.

cialiter a persecutoribus quaeritur, ut ab alijs, qui non ita requiruntur, non deferatur ecclesia, sed praebant cibaria conseruis suis, quos aliter uiuere non posse nouerunt. Cum autem omnium, id est episcoporum, clericorum, & laicorum est commune periculum, hi qui alijs indigent, non deserantur ab ijs quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant, aut qui habent necessitatem remanendi, non relinquuntur ab eis, per quos illorum est ecclesiastica supplicanda necessitas, ut aut pariter uiuant, aut pariter sufferant, quod eos paterfamilias uolet perpeti.

Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: raptum huiusmodi usque ad tertium caelum: scio huiusmodi hominem siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit: quoniam raptus est in paradysum, & audiuit arcanas uerba quae non licet homini loqui.] Erat enim haec eorum consuetudo, qui facras nobis literas ministrarent, ut quando ab aliquo eorum diuina narrabatur historia, cum ad se ipsum ueniret, tanquam de alio loqueretur, & sic se insereret ordini narrationis suae, tanquam rerum gestarum scriptor, non tanquam sui ipsius praedicator. Nam hoc & factus Matthaeus fecit. Qui cum in textu narrationis suae uenisset ad seipsum, Vidit, inquit in relo neo sedentem quendam publicanum nomine Matthaeum, & ait illi, sequere me. Non dixit uide me, & dixit mihi. Hoc fecit & beatus Moses, ita de seipso tanquam de alio cuncta narrauit. Inulitatus apostolus Paulus non in historia, ubi rerum gestarum suscipitur explicanda narratio, sed in epistola hoc fecit. Nam ita de seipso ait.

Ex tracta. euā. sec. 107. 58.

Matth. 9.

Ioan. 13.

De Gene. 1. uerum

Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: raptum huiusmodi usque ad tertium caelum.]

Quocirca quod etiam beatus euangelista non ait, eram recubens in sinu Iesu, sed ait, erat recubens unus ex discipulis, nostrorum auctorum consuetudinem agnoscamus, potius quam miremur. Quid enim deperit ueritati, quando & res ipsa dicitur, & modo quodam dicendi iactantia deuitatur? Hoc quippe narrabat, quod ad eius laudem maximam pertinebat.

Scio, inquit, hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: quia raptus est in paradysum, & audiuit ineffabilia uerba, quae non licet homini loqui. In his uerbis primum quaeritur: quid dicat tertium caelum. Deinde uerbum illud uoluerit intelligi paradysum: an potestea quam raptus est in tertium caelum, raptum se esse & in paradysum ubicunque sit paradysus: non ut hoc fuerit raptus in tertium caelum quod in paradysum: sed prius in tertium caelum: & post inde in paradysum: cum & ipsum tertium caelum quod sit, non liquido appareat: uerum in rebus corporalibus, an forte in spiritalibus intelligendum sit. Restat ergo fortasse: ut quoniam mentiri non posset apostolus: qui tanta cura egit, ut discerneret quid sciret, &

quid nesciret: hoc ipsum esse intelligamus ignorasse, utrum quando raptus in tertium caelum est, in corpore fuerit, quomodo est anima in corpore, cum corpus uiuere dicitur, siue uigilans, siue dormiens, siue in extasi a sensibus corporis alienata, an omnino de corpore exierit: ut mortuum corpus iaceret, donec perfecta illa demonstratione membrum mortuis anima redderetur: & non quasi dormiens euigilaret, aut extasi alienatus denuo rediret in sensus, sed mortuus omnino reuiuisceret. Proinde quod uidit raptus in tertium caelum, quod etiam se scire confirmat, proprie imaginaliter. Sed quia ipsa a corpore alienatio: utrum omnino mortuum corpus reliquerit: an secundum modum quendam uiuentis corporis ibi anima fuerit, sed mens eius ad uidentia uel audienda ineffabilia illius uisionis arrepta sit, hoc incertum erat, ideo forsitam dixit siue in corpore, siue extra corpus nescio: Deus scit. Quod autem non imaginaliter, sed proprie uideatur, & non per corpus uideatur, hoc ea uisione uideatur, quae ceteras cunctas superat. Ecce in hoc praeepto uero cum legitur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum, tria occurrunt genera uisionum. Vnum per oculos, quibus ipsa litera uidentur, alterum per spiritum hominis, quo proximus & absens cogitatur, tertium per consuetudinem mentis, quo ipsa dilectio intellecta conspicitur. In his tribus generibus illud primum manifestum est omnibus. In hoc enim uideatur caelum & terra, & omnia quae in eis conspiciuntur oculis nostris. Nec illud alterum quo absentia corporalia cogitantur, insinuare difficile est, ipsum quippe caelum & terram, & quae in eis uidere possumus, etiam in eis conspiciuntur cogitamus, ubi nihil uidetes oculis corporis, animo tamen corporales imagines inuenimus, seu ueras, sicut ipsa corpora uidimus, & memoria retinemus, seu fictas, sicut cogitatio formare potuerit. Aliter enim cogitamus Carthaginem quam nouimus, aliter Alexandriam quam non nouimus. Tertium uero illud quo dilectio intellecta conspicitur, eas res continet, quae non habent imagines sui similes quae non sint quod ipsae. Nam arbor, uel homo, uel sol, & quaecunque alia corpora, siue celestia, siue terrestria, & praesentia uidentur in suis formis, & absentia cogitantur imaginibus animo impressis, & faciunt duo genera uisionum, unum per corporis sensus, alterum per spiritum quo illae imagines continentur. Dilectio autem nunquid aliter uideatur praesens in specie qua est, & aliter absens in aliqua imagine sui similis: Non utique, sed quantum mentecerni potest ab alio magis, ab alio minus, ipsa cernitur. Si autem aliquid corporalis imaginis cogitatur, non ipsa cernitur. Haec sunt tria genera uisionum. Primum ergo appellamus corporale, quia per corpus percipitur, & corporis sensibus exhibetur. Secundum spirituale, quia quid enim corpus non est, & tamen aliquid est, iam recte spiritus dicitur. Et utique non est

Deut. 6.

corpus quamuis corpori similis sit, imago ab-
sentis corporis, nec ille ipse obtutus quo cer-
nitur. Tertium uero intellectuale, ab intelle-
ctu. Tria igitur ista genera uisorum, corpora-
le, spirituale, & intellectuale, sigillatim conside-
randa sunt, ut ab inferioribus ratio ad superio-
ra conscendat. Vidit rex Balthasar articulos
manus scribentis in pariete, continuoque per
corporis sensum, imago rei corporaliter factæ
spiritui eius impressa est, atque ipso uisio facta,
ac præterito, illa in cogitatione permansit. Vi-
debatur in spiritu, & non intelligebatur. Nec
tunc intellectum erat hoc signum, cum corpo-
raliter fieret, atque oculis corporalibus appa-
reret. Iam tamen signum esse intelligebatur,
id habens ex mentis officio, & quia requireba-
tur quid significaret, etiam ipsam inquisitionem
utique mens agebat. Quo non comperto Da-
niel accessit, & spiritu prophetico mente illu-
strata, perturbato regi quid illo signo porten-
deretur aperuit, ipse potius propheta per hoc
genus uisionis, quod mentis est proprium, quod
ille qui signum factum corporaliter uiderat, &
transacti eius imaginem in spiritu cogitando,
cernebat, nec aliquid intellectu poterat nos-
se, nisi signum esse, & quid significaret inquire-
re. Vidit Petrus in alienatione mentis uas qua-
tuor lineis alligatum submitti de caelo, ple-
num uarijs animalibus, cum audiuit & uocem,
Macta, & manduca. Qui cum redditus sensibus
de uisu disceptaret, ecce quos Cornelius
miserat nunciauit eos spiritus dicens. Ecce uir
inquærat te, sed surge, descende, & uade cum
illis, quia ego misi eos. Qui cum uenisset ad Cor-
nelium, quid in illa uisione intellexerit, ubi au-
dierat. Quæ Deus mundauit, tu ne communia
dixeris, sic indicauit dicens. Sed mihi Deus o-
stendit, neminem communem, aut immundum
hominem dicere. Cum ergo illum discum ui-
deret, alienatus à corporis sensibus, & illas uo-
ces, macta, & manduca, & quæ Deus munda-
uit, tu ne communia dixeris, in spiritu audie-
bat, redditus autem sensibus corporis, id ip-
sum quod uisum atque auditum memoria tenue-
rat, in eodem spiritu cogitando cernebat. Quæ
omnia non corporalia, sed corporalium ima-
gines erant, siue cum primum in ipsa aliena-
tione uisæ sunt, siue cum postea recordatæ, at-
que cogitatæ. Cum uero disceptabatur, & re-
quirebatur, ut illa signa intelligerentur, men-
tis erat actio conantis, sed de erat effectus, do-
nec annunciati sunt, qui uenerant à Corne-
lio. Hac ergo etiam corporali accedente uisio-
ne, cum & spiritus sanctus rursus in spiritu ei-
us diceret, uade cum eis, ubi & illud signum o-
stenderat, & imprefserat uoces, adiuta diuini-
tus mens intellexit, quid illis signis omnibus
agreretur. His itaque, & huiusmodi rebus dili-
genter consideratis, satis apparet corpora-
lem uisionem referri ad spiritalem, eamque
spiritalem referri ad intellectualem, quia illud
mentis, atque intelligentie lumen, quo & ista
inferiora dijudicantur, & ea cernuntur, quæ

neque sunt corpora, nec ullas gerunt formas
similes corporum, uelut ipsa mens, & omnis
animæ affectio bona, cui contraria sunt eius ui-
tia, quæ recte culpantur, atque damnantur in
hominibus. Quo enim alio modo ipse intel-
ctus nisi intelligendo conspicitur: ita & chari-
tas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas,
bonitas, fides, mansuetudo, continentia, &
cuncta huiusmodi, quibus propinquatur deo,
& ipse Deus ex quo omnia, per quem omnia,
in quo omnia. Quamquam itaque in eadem
anima fiant uisiones, siue quæ sentiuntur per
corpus, sicut hoc corporeum cælum & terra,
& quæcunque in eis nota esse possunt, quem-
admodum possunt, siue quæ spiritu uidentur si-
milis corporum, siue cum in mente intelligun-
tur, quæ nec corpora sunt, nec similitudines
corporum, habent utique ordinem suum, &
est aliud alio præcellentius. Præstantior est e-
nim uisio spiritualis, quam corporalis, & rursus
præstantior intellectualis. Quapropter cum
raptur anima in ea uisio, quæ spiritu cernun-
tur similia corporalibus, ita ut omnino à sensibus
corporis auertatur amplius, quam in som-
no solet, sed minus quam in morte, iam diuinæ
admonitionis est, & adiutorij, ut se non corpo-
ra, sed uisa corporum similia, spiritualiter noue-
rit tenere, sicuti qui se in somnis uidere, etiam
antequam euigilant sciunt. Ibi etiam uiden-
tur futura, ita ut omnino futura noscantur,
quorum imagines præsentis uidentur, siue ip-
sa hominis mente diuinitus adiuta, siue aliquo
inter ipsa uisa quid significant exponente, si-
cut in Apocalypsi Ioannis exponebatur ma-
gna reuelatio est, etiam si forte ignoret ille,
cui hæc demonstrantur, utrum se corpore e-
xierit, an adhuc sit in corpore, sed spiritu à sen-
sibus corporis alienato ista uideat. Potest
enim sic arreptus id ignorare, si ei & hoc non
ostendatur. Porro autem si quemadmodum
raptus est à sensibus corporis, ut esset in istis si-
militudinibus corporum, quæ spiritu uiden-
tur, ita & ab ipsis rapiatur, ut in illam quasi re-
gionem intellectuum, uel intelligibilium
subuehatur, ibi sine ulla corporis similitudi-
ne perspicua ueritas cernitur, nullis opinio-
num falsarum nebulis obscuratur. Ibi uirtutes
animæ non sunt operosæ, ac laboriosæ.
Neque opere temperantiæ, libido frenatur,
aut opere fortitudinis tolerantur aduersa, aut
opere iustitiæ iniqua puniuntur, aut opere
prudentiæ mala deuitantur, una ibi & tota
uirtus est, amare quod uideas, & summa fe-
licitas habere quod ames. Ibi enim beata ui-
ta in fonte suo bibitur: unde aspergitur ali-
quid huic humanæ uitæ, ut in tentationibus
huius seculi, temperanter, fortiter, iuste, pru-
denterque uiuatur. Propter illud quisque ad-
piscendum, ubi securâ quies erit, & ineffa-
bilis uisio ueritatis, labor suscipitur, & conti-
nendi à uoluptate, & sustinendi aduersita-
tes, & subueniendi indigentibus, & resisten-
di decipientibus,

Ibi

Ibi uidetur claritas domini, non per uisionem
significatam, siue corporalem, sicut uisa est in
monte Sina, siue spiritalem, sicut uidit Esaias,
uel Ioannes in Apocalypsi, sed per speciem
non per anigmata, quantum eam capere hu-
mana mens potest, secundum assumentis Dei
gratiam, ut os ad os loquatur ei quem dignum
tali colloquio fecerit, non os corporis, sed men-
tis, sicut intelligendum arbitror, quod de Moy-
se scriptum est. Concupuerat namque sicut
in Exodo legimus, uidere dominum, non uti-
que sicut uiderat in monte, nec sicut uidebat
in tabernaculo, sed in ea substantia qua Deus
est, nulla assumpta corporali creatura, quæ
mortalis carnis sensibus presentaretur, neque
in spiritu figuratis similitudinibus corporum,
sed per speciem suam, quantum eam capere
creatura rationalis, & intellectualis potest, se-
uocata ab omni corporis sensu, ab omni signa-
tuo anigmate spiritus. Sicut scriptum est. Si
ergo inueni gratiam in conspectu tuo, osten-
de mihi temerarium manifeste ut uideam te,
cum paulo superius legatur.
Locutus est Dominus ad Moysen facie ad
faciem sicut loquitur quis ad amicum suum. Sente-
bat ergo quod uidebat, & quod non uidebat
desiderabat. Nam & paulo post cum dixisset
ei Deus, inuenisti enim gratiam in conspectu
meo, & scio te præ omnibus. Respondit ei. O-
stende mihi gloriam tuam. Nisi tamen concu-
pitam, & desideratam Dei claritatem Moy-
ses uidere meruisset: non in libro Numerorum
diceret deus ad Aaron, & Mariam fratres eius.
Audite uocem uerborum meorum. Si iue-
rit propheta uester in uisione, illi Dominus co-
gnoscat, & in somno loquar illi, non ita quo-
modo famulus meus Moyses in tota domo
mea fidelis est. Os ad os loquar ad illum. In
specie, & non in anigmate, & claritatem Do-
mini uidit. Neque enim hoc secundum sub-
stantiam corporis, quæ carnis sensibus præsen-
tatur, intelligendum est. Nam utique sic loque-
batur ad Moysen facie ad faciem, contra in con-
tra. Quando tamen ei dixit, ostende mihi teip-
sum: & nunc etiam ad ipsos quos obiurgabat,
& quibus Moysi meritum ita præferbat: sic
loquebatur per creaturam corporalem præ-
sentatam sensibus carnis. Illo ergo modo: in il-
la specie qua Deus est: longe ineffabiliter se-
cretius & præsentius loquitur locutione ines-
tabili: ubi eum nemo uiuus uidet, uita ista qua
mortaliter uiuitur, in istis sensibus corporis,
sed ubi ab hac uita quisque quodammodo mo-
riatur, siue omnino exiens de corpore, siue a-
uersus, & alienatus à carnalibus sensibus, ut
merito nesciat sicut Apostolus ait, utrum in
corpore, an extra corpus sit, cum in illam rapi-
tur, & subuehitur uisionem. Quapropter si
hoc tertium uisionis genus, quod superius non
solum omni corporali, quo per corporis sen-
sus corpora sentiuntur, uerum etiam omni illo
spirituali, quo similitudines corporum, spiritu
non mente cernuntur, tertium cælum appel-

Matth. 5.

lauit Apostolus, in hoc uidetur claritas Dei,
cui uidentur corda mundantur, unde dictum
est. Beati mundo corde, quia ipsi Deum uide-
bunt. Non per aliquam corporaliter uel spiri-
tally figuratam significationem, tanquam
per speculum in anigmate, sed facie ad faci-
em. Quod de Moyse dictum est. Os ad os, per
speciem scilicet qua Deus quicquid est, quan-
tulumcumque eum mens quæ non est quod ip-
se, etiam ab omni terrena labe mundata, ab om-
ni corpore, & similitudine corporis aliena-
ta, & abrepta capere potest, à quo peregrina-
tur mortali & corruptibili onere grauari,
quamdiu per fidem ambulamus, non per spe-
ciem, etiam cum hic iuste uiuimus. Cur autem
non credamus, quod tanto Apostolo doctiori
gentium raptu usque ad istam excellentissi-
mam uisionem uoluerit Deus demonstrare ui-
tam, in qua post hanc uitam uidentur esse in-
ternum? Et cur non dicatur iste paradysus, ex-
cepto illo in quo corporaliter uixit Adam, in-
ter ligna nemorosa atque fructuosa? Quando
quidem & ecclesia quæ nos congregat in cha-
ritatis sinu, paradysus dicta est, cum fructu po-
merum. Sed figurate hoc dictum est, tanquam
illo paradiso, ubi proprie fuit Adam, ecclesia
significata sit per formam futuri. Quamquam
diligentius considerantibus fortassis occurrat
illo paradiso corporali, in quo Adam corpora-
liter fuit, & istam uitam significatam sancto-
rum quæ nunc agitur in ecclesia, & illam quæ
post hanc erit in æternum, sicut Hierusalem,
quæ interpretatur uisio pacis, & tamen quæ-
dam terrena ciuitas demonstratur, significat
Hierusalem matrem nostram, æternam in cœ-
lis, siue in his qui spe salui facti sunt, & quod non ui-
dent sperantes per patientiam expectant, se-
cundum quod multi filij desertæ magis quam
eius quæ habet uirum, siue in ipsis angelis san-
ctis per ecclesiam multiformis sapientiæ dei,
cum quibus post hanc peregrinationem sine
labore & sine fine uiuendum est. Si enim pro-
prie quidam nemorosus locus: transiatio au-
tem uerbo omnis etiam spiritualis quasi regio
ubi animæ bene est: merito paradysus dici po-
test: non solum tertium cælum quicquid illud
est quod profecto magnum, sublimiterque præ-
clarum est, uerum etiam in ipso homine, læti-
tia quædam bonæ conscientie paradysus est.
Vnde ecclesia in sanctis temperanter, & iu-
ste, & pie uiuentibus paradysus recte dicitur
pollens affluentia gratiarum castisque deli-
tijs, quando quidem & in tribulationibus glo-
riatur de ipsa patientia plurimum gaudens,
quia secundum multitudinem dolorum in cor-
de eius consolationes Dei iocundant animam
eius. Si ergo cælum primum recte accipimus
hoc omne corporeum, generali nomine, quic-
quid est super aquas & terram, secundum au-
tem in similitudine corporali, quod spiritu cer-
nitur, sicut illud, unde in animalibus plenus in
extali Petro discus ille summisus est: tertium
uero quod mente conspicitur ita secreta & re-

Fff 2 mota,

mota, & omnino abrepta à sensibus carnis, atque mundata, ut ea quæ in illo cælo sunt, & ipsam dei substantiam, uerbumque Deum, per quod facta sunt omnia, in charitate spiritus sancti ineffabiliter ualeat uidere & audire, non incongruenter arbitramur & illuc esse Apostolum raptum, & ibi fortassis esse paradysum omnibus meliorem, & si dici potest paradysum paradysorum. Si enim animæ bonæ, lætitia in rebus bonis est, in omni creatura, quid ea lætitia præstantius, quæ in uerbis Dei est, per quod facta sunt omnia?

Mouet quomodo ipsa dei substantia uideri poterit à quibusdā in hac uita positis, propter illud quod dictum est ad Moysen. Nemo potest faciem meam uidere & uiuere. Nisi quia potest humana mens diuinitus rapti ex hac uita ad angelicam uitam, antequam per ipsam communem mortem carne soluiatur. Sic enim raptus est qui audiuit illic ineffabilia uerba, quæ non licet homini loqui. Vbi usque adeo facta est ab huius uitæ sensibus quædam intentionis auersio, ut siue in corpore, siue extra corpus fuerit, id est utrum sicut solet fieri in uehementiore extasi, mens ab hac uita in illam uitam fuerit alienata manente corporis uinculo, an omnino exolutio facta fuerit: qualis in plena morte contingit, nescire se diceret. Ita fit ut & illud uerum sit, quod dictum est. Nemo potest faciem meam uidere, & uiuere. Quia necesse est abstrahi ab hac uita mentem quando in illius ineffabilitatem uisionis assumitur, & non sit incredibile quibusdam sanctis, nondum ita defunctis, ut sepelienda cadauera remanerent, etiam istam excellentiam reuelationis fuisse concessam.

Inter ipsos spirituales sunt utique alij alijque paciores atque meliores, ita ut quidam illorum ad ea peruenerint quæ non licet homini loqui. Qua occasione uani quidam apocalypsim Pauli: quam sanitas Ecclesiæ non recepit, nescio quibus fabulis plenam stultissima præsumptione finxerunt, dicentes hanc esse unde dixerat, raptum fuisse in tertium cælum, & illic audisse ineffabilia uerba, quæ non licet homini loqui. Vt cunque istorum tolerabilis esset audacia. Cum uero dixerit quæ non licet homini loqui, isti qui sunt qui hæc audeant impudenter & infeliciter loqui.

Intrauit in sanctuarium dei, qui audiuit ineffabilia uerba quæ non licet homini loqui: qui dixit quod posset hominibus dici, & tenuit apud se quod non posset dici. Ergo & audiatur ad quod possumus, & credatur ad quod non possumus. Si illi diceremus rogamus te, explica magnitudinem ipsius, nonne forte responderet nobis, non est ualde magnus quem uideo, si à me potuit explicari?

Nam si uoluerit gloriari: non ero insipiens, ueritas enim dicam.]

Dicat se dominum qui dominus est, dicat uerum qui ueritas est: ne non dicam ego quod

utile est, dum tacet ille quod est. Beatissimus Paulus Apostolus non utique unigenitus filius, sed unigeniti filij dei seruus & Apostolus, non ueritas, sed particeps ueritatis, ait libere atque constanter. Et si uoluerit gloriari, non ero insipiens, ueritatem enim dicam. Neque enim in seipso, sed in ipsa ueritate quæ superior est ipso, humiliter & ueraciter gloriaretur, quoniam & ipse præcepit, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur. Ita ne, non timeret insipientiam si gloriari uellet amator sapientiæ, & in gloria sua timeret insipientiam ipsa sapientiæ? Nō timuit arrogantiam qui dixit. In domino laudabitur anima mea, & in laude sua timeret arrogantiam potestas Domini. In quo laudabitur anima serui?

Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee.]

Nempe hic agnoscis Apostolum habentem magnitudinem reuelationum, & timorem elationis præcipitum. Vt ergo noueris quia & ipse Apostolus qui uolebat & alios saluos facere, adhuc curabatur, sed magnipendens ipsius honorem, audi quid ei medicus apposuerit ad timorem. Et ne magnitudo, inquit, reuelationum extollat me. Ecce iam possum dicere Paulo Apostolo. Ne extollaris sancte Apostole. Tu ne extollaris adhuc cauendum est? Tu ne extollaris adhuc timendum est? Quid mihi (inquit) dicis tu? Audi quid sim, & noli altum sapere, sed time. Audi quomodo breuis agnus ingrediatur ubi aries sic periclitatur.

In magnitudine, inquit, reuelationum mearum, ne extollar: datus est mihi stimulus carnis mee Angelus Satanae, qui me colaphizet.]

Qualem tumorem timuit, qui mordacissimum epithema accepit? Iam ergo modo dic quod tanta erat in illo iustitia, quanta est in angelis sanctis. Aut forte angelus sanctus in cælo ne extollatur accipit stimulum angelum Satanæ à quo colaphizetur? Absit hoc de sanctis angelis suspicari, homines sumus: Apostolos sanctos homines agnoscamus, uasa electa sed adhuc fragilia, adhuc in hac carne peregrinantes, nondum in cælesti patria triumphantes. Deus inquit, potest omnia sanare. Hoc utique agit ut sanet omnia, sed agit iudicio suo, nec ordinem sanandi accipit ab agroto. Proculdubio quippe Apostolum firmum uolebat efficere, cui tamen dicit. Virtus in infirmitate perficitur, & non ei totiens oranti aufert nescio quem stimulum carnis, quem sibi dicit datum, ne in magnitudine reuelationum extolleretur. Cætera enim uitia tantum in malefactis ualent, sola autem superbia etiam in recte factis cauenda est. Vnde admonentur illi, ne dona Dei, suæ potestati tribuendo, seseque extollendo, grauius pereant, quam si nihil operarentur boni, quibus dicitur. Cum timore & tremore uestram ipsorum salutem operamini. Deus enim est qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate.

Ex li. de natu. & grat.

Ecce

Ex tracta. euā. sec. iohā. 55.

Ecce nec iusto parcebat, ut eius uirtutem in infirmitate perficeret, qui ei dederat colaphizantem angelum Satanae, nisi dicitis quod eū diabolus dederit, diabolus ergo agebat ne magnitudine reuelationum Paulus extolleretur, & ut uirtus eius perficeretur. Quis hoc dixerit? Ab illo igitur traditus erat iustus colaphizandus angelo Satanae, qui per eum tradebat & iniustus ipsi Satanae, de quibus idem dicit.

Quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare. Sollicitissime cauendum est in docendo superbia uitium, quod in discendo non ita est. Vnde & sancta scriptura nos admonet dicens. Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Et ille in psalmo ait. Auditui meo dabis gaudium & lætitiā.

Continuoque subiicit. Exultabunt ossa humiliata. Vidit enim in audiendo facillime seruari humilitatem, quod difficile est in docendo. Quoniam necesse est ut doctor habeat superiorem locum, ubi laboriosum est obtinere, ne subrepat elatio. Vides ne quemadmodum periclitemur? à quibus hoc expectatur, ut non solum doctores sumus, uerum etiam cum simus homines, diuina doceamus. Isto autem periculo non tantum nos: Nam ad illum de quo dicitur sum, quid sumus nos? Nos ergo non tantum isto periculo, sed etiam ille doctor gentium periclitatum se esse testatur eū dicit.

Ne in magnitudine reuelationum mearum extollar, datus est mihi stimulus carnis mee, & cætera.]

Vnde & ipse Dominus timoris huius admirabilis medicus, nolite, inquit, ab hominibus uocari Rabbi.

Vnus est enim magister uester Christus. Quod retinens idem ipse doctor gentium dicit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat sed qui incrementum dat Deus. Hoc & ille meminit, qui in natis mulierum quāto magnus erat, tanto se in omnibus humiliabat, indignum se affirmans qui Christi calciamenta portaret. Quid enim aliud ostendit ubi ait: Qui habet sponiam sponsum est, amicus autem sponsi stat & audit eum, & gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hic est ille auditus, de quo paulo ante commemorauit in Psalmo positum. Auditui meo dabis exultationem & lætitiā, & exultabunt ossa humiliata.

Illud est uitium capitale, quod cum quis bene profecerit, superbia tentatur, ut perdat totū quod profecit. Denique omnia uitia in malefactis timenda sunt, superbia in benefactis plus metuenda est. Non itaque mirum, quia sic & Apostolus humilis ut dicit.

Cum enim infirmior tuus potens sum. Factus sum insipiens, uos me coegit. Ego enim à uobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt supra modum Apostoli. Tamen si nihil sum: signa tamen Apostolatus mei facta sunt super uos in omni patientia signis & prodigijs & uirtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs: nisi quod ego ipse non grauavi uos? Donate mihi hanc iniuriam. Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos, & non ero grauis uobis.]

1. Tim. 2. Ex epi. ad Florentinum iacob. 1. Psalm. 50. ibidem

Ex ser. de uer. apost. ad Ro.

Matt. 23.

1. Cor. 3.

Matt. 3. iohā. 3.

Ex tractatu Psalm. 58.

Nam hoc uitio ne & ipse tentaretur, quale sibi medicamentum dicit appositum contra tumorem à medico qui sciret quid curaret. Ne magnitudine (inquit) reuelationū extollar datus est mihi stimulus carnis, & cætera. Apostolus doctor gentium, pater fidelium per euāgelium, accepit stimulum carnis, à quo colaphizaretur. Quis nostrum hoc dicere audeat, nisi ille coniteri non erubesceret? Si enim dixerimus hoc non passum fuisse Paulum, cum ei quasi deserimus mendacem facimus. Sed quia uerax est, uerum dixit, oportet ut credamus datum illi esse angelum Satanae, ne magnitudine reuelationum extolleretur. Ecce quam timendus est serpens superbia.

Exaltatio de abundantia gratiarum quam sit timenda ne quis de dono Dei superbiat, sed magis seruet humilitatem, & faciat quod scriptum est. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quā ergo sit timenda superbia de dono Dei, etiam atque etiam commendandum est charitati uēstræ. Paulus Apostolus quamuis ex persecutore factus prædicator abundantiorē gratiam consecutus est in omni labore apostolico, quā cæteri Apostoli, ut ostenderet deus suum esse quod dat non hominis. Quomodo solent medici potentiam artis suæ in desperatis ostendere, sic dominus noster Iesus Christus, medicus & saluator noster in desperato qui persecutor ecclesiæ fuit, ostendit magnitudinem artis suæ, ut non solum eum Christianum faceret, sed & Apostolum, nec tantum apostolum, sed sicut ipse dixit, ut plus omnibus laboraret. Excel-

lentissimæ ergo gratiæ fuit. Et uideris fratres quomodo in Ecclesia Pauli epistola uigent, magis quam coapostolorum eius. Alij enim non scripserunt, sed tantum locuti sunt in ecclesia. Nam quæ proferuntur ab errantibus sub nomine ipsorum, quia non sunt ipsorum, improbantur, nec acceptantur ab ecclesia. Alij autem qui scripserunt, nec tantum nec tanta gratia scripserunt. Cum ergo esset magnæ gratiæ, & magna dona meruisset à Deo, quid dicit? Propter magnitudinem autem reuelationum ne extollar.] Intendite, rem tremendam dico uobis. Propter magnitudinem (inquit) reuelationū ne extollar, datus est mihi stimulus carnis mee angelus Satanae, qui me colaphizet. Quid est hoc fratres? Ne extolleretur tanquā iuuenis, colaphizatur puer. Et à quo? Ab Angelo Satanae. Quid est hoc? dolore quodam corporis traditur exagitatus uehementer. Dolores aut corporum, plerumque immittuntur ab Angelis Satanae. Sed hoc ipsum non possunt, nisi permitti. Nam & Iob sanctus sic probatus est. Permissus est ad eum probandum Satanae, & percussit eū uulnere ut uermibus putresceret. Immūsus eū permittēbatur, sed sanctus probabatur. Sic ergo angelus ille satanae quasi liber permissus est colaphizare Apost. sed tamē apostolus curabatur. Et quia illud quod medicus apposuerat, molestum erat infirmo, roga-

Ex tractatu Psalm. 58.

Ex tractatu Psalm. 138. Eccle. 3.

1. Cor. 13.

uit medicum ut auferret. Quomodo enim me-
dicus apponit uisceribus aliquod forte epithe-
ma molestum & ardens, inde tamen curadus
est ille cuius uiscera tuebant, cum ille arde-
re coeperit & cruciari medicamento, rogat me-
dicum ut auferat, medicus autem consolatur,
monet patientiam, quia nouit quam sit utile
quod apposuit, ita & apostolus sequitur & di-
cit. Propter quod ter Dominum rogauit, ut auferret
eum a me.]

Hoc est dicere. Rogauit medicum, ut aufer-
ret a me molestum epithema quod mihi appo-
suerat. Sed audi uocem medici.

Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in in-
firmitate perficitur.]

Ego noui quid apposuerim, ego noui unde
agrotas, ego noui unde saneris. Si ergo charis-
simum Paulus potuit Apostolus extolli magni-
tudine reuelationum, nisi acciperet angelum
Satanæ, qui se colaphizaret, quis de se possit
esse securus? Tutius uidetur ambulare qui mi-
nus accipit. Sed si non peruerse querat, quod
recte non accepit, querat sine quo non potest
esse in corpore Christi, aut sine quo male est il-
lic. Tutior est enim in corpore digitus sanus,
quam lippiens oculus.

De diaboli poena futura: propheta comme-
morat dicens. Contritus est malleus uniuersæ
terræ. Malleum uniuersæ terræ diabolum uo-
luit intelligi. De ipso malleo in manu Domini
posito, id est in potestate dei: tunduntur ducti-
les tubæ ut resonent laudes dei. Videte quem
admodum audeo dicere fratres mei, de isto mal-
leo etiam apostolus tundeatur.

In magnitudine (inquit) reuelationum ne extollar: da-
tus est mihi stimulus carnis meæ. Angelus Satanæ qui me cola-
phizet.] Ecce tunditur. Videamus quemad-
modum sonet.

Propter quod (inquit) ter Dominum rogauit ut auferret eum
a me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in in-
firmitate perficitur.]

Ego tubam, inquit ille fabricator, perficere
uolo: non perficiam? In infirmitate uirtus per-
ficitur. Et audi iam ipsam tubam ductilem be-
ne sonantem.

Quando infirmior, tunc potens sum.]

Nouit Deus quid nobis expediat. Id aga-
mus tantum: ut nostrum cor sanum sit a pecca-
tis, & quando forte flagellamur in corpore, ip-
sum deprecemur. Rogauit eum Apostolus
Paulus, ut auferret stimulus carnis, & noluit
auferre. Nunquid perturbatus est? Nunquid
contristatus dixit se desertum? Magis dixit se
non desertum: quia non est ablatum quod uo-
lebat auferri, ut illa infirmitas sanaretur. Hoc
enim inuenit in uoce medici.

Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur.]

Vnde ergo scis quam putre est, quod secat
medicus agens ferrum per putriam? Nonne no-
uit modum quid faciat, quousque faciat? Nun-
quid ululatus eius qui secat retrahit manum
medici artificiose secantis? Ille clamat, iste se-
cat. Crudelis qui non audit clamantem, an po-

tius misericors quia uulnus psequitur ut sanet
agrotum? Recurre ad scripturas. Exauditur
diabolus, & non exauditur Apostolus. Quid
uobis uidetur? quomodo exaudiuntur damo-
nes? Petierunt se ire in porcos, & concessum
est eis. Quomodo exauditus est diabolus? Pe-
tijt Iob tentandum & accepit. Quomodo non
est auditus Apostolus?

In magnitudine (inquit) reuelationum ne extollar, datus est
mihi stimulus carnis meæ, &c.]

Exaudiuit eum quem disponebat damnare: &
non exaudiuit eum, quem uolebat sanare. Nā
& ager petit multa a medico, & non dat me-
dicus. Non exaudit ad uoluntatem, ut exaudi
at ad sanitatem.

Propter quod ter dominum rogauit, ut auferret eum a me.]
Petit ager, ut quod ad salutem apponit medi-
cus, cum noluerit egrotus auferatur. Medicus
dicit, nō mordet sed sanat. Tu dicis, tolle quia
mordet. Medicus dicit, non tollo quia sanat.

Tu ad medicum quare uenisti? Sanari, an mo-
lestiam non pati? Non ergo exaudiuit Domi-
nus Paulum ad uoluntatem, non est magnum.
nam non est magnum exaudiri a domino ad
uoluntatem. Ne putetis magnū esse hoc quan-
do quisque orat & exauditur, quere quid orat
quare in quo exaudiatur. Etiam temporibus
huius uite laboriose atque ærumnosæ, cum sit
nemo ita iustus ut perfectum se audeat dicere,
fideliter attestante apostolo & dicente, Non
quia iam acceperim, aut iam perfectus sim: cū
que ad huc exercendæ atque in infirmitate per-
ficiendæ uirtuti necessaria sint tentationes &
molestiæ corporales, eodem rursus apostolo
manifestante qui ait.

In magnitudine reuelationum ne extolleretur, datum sibi sti-
mulum carnis angelum Satanæ, ut eum colaphizaret.]

Rogatumque a se dominum tertio ut disce-
deret ab eo, respondisse sibi. Sufficit tibi gratia
mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. ta-
men & sanctus Daniel, inter leones saluus at-
que intrepidus uixit: qui non utique Deo mē-
tiens, in oratione non tantum peccata populi
sui, sed etiam sua fateatur: & in ipsis Apostoli
manu mortifera uisera inhæsit nec legit. Potue-
runt ergo istam etiam creaturam nihil nocere
si causa non extitisset, uel terrendorum puniē-
dorumque uitiorum, uel probandæ perficien-
dæque uirtutis, quia & exempla sunt demon-
strandæ patientiæ ad profectum ceterorum: &
ipse sibi homo in tentationib. certius innotes-
cit, & iuste salus illa perpetua quæ turpiter amif-
sa est per uoluptatē, fortiter recipit per dolorē.

Fideliter supplicās deo pro necessitatib. istius
uitæ, & misericorditer auditur, & misericordi-
ter non audit. Quid em infirmo sit utile, magis
nouit medicus quæ agrotus. Si autē id postulat
quod Deus & præcipit, & permittit, fiet omnino
quod poscit, quia accipiet charitatē quod pa-
rat ueritas. Nō enim quero quæ uestra sunt, sed uos. nec
enim debet filij parētibus thesaurizare sed parētēs filijs.]

Indones fecit & uendidit. Bene quia sindo-
nes fecit. Quare uendidit, nisi quia non qua-
rit

Ex tractatu
Psal. 97.
Hier. 50.

Ex tractu. enā.
Jec. Ioan. 7.

Ex li. de Gene
si ad literam
Philip. 3.

Daniel 9.
Actu. 28.

Ex lib. sentent
Prosperi.

Ex li. Salamō

rit datum, sed requirit fructum? Venditionem
enim istam primo intelligite gratuita fratres
Et aliquis emit gratis: Et ubi est? Qui sitis ite
ad aquam, & emit uobis sine argento: Quan-
do emis, non argentum das, te ipsum das: & ta-
men emis. Si emis, aliquid das. Non tamen ar-
getum das, te ipsum das. Sindonē enim refer-
te ad illa linea. Spiritualia sunt quæ facit, & præ-
dicat ista mulier per omnes terras. Et forte uē-
dere dicenda est, quia dicit apostolus. Si nos
uobis spiritualia seminauimus, magnū est si ue-
stra carnalia metamus? Etenim ratio illa est dati
et accepti. Nā in omni uenditione: ratio dati &
accepti uersatur. Contristatur autem Apo-
stolus aduersus quædam fora, ubi non uendidit
sindones. Nulla, inquit, mihi ecclesia commu-
nicauit in ratione dati & accepti. Sed ille qui
sic uendit, non querit datum, sed requirit fru-
ctum. Nec quali uenditorem euāgelij putetis.
Est quidē ille mercator domini sui, sed maius
pretium querit. Nam prorsus uendit, dat spi-
ritualia. Et quid querit? forte carnalia. Deben-
tur quidem & ista, sed non ista querebat apo-
stolus dicens.

Non enim quero uestra, sed uos ipsos.]

Date ergo precium, date uos ipsos. Neque
enim et Ioseph in Aegypto frumenta non uen-
debat, & tamen ipsos ementes seruos regio-
faciebat. Volentes uiuere in illa fame accipie-
bant frumenta: sicut ferui. Timemus nos fie-
ri: Væ nobis si non erimus illius serui. Quid
nobis prodest? Recusantes talem dominum,
& sub diabolo erimus, & iam em patientum, &
potestatem ueri dei non effugiemus. Te ip-
sum da, & eme tibi sindonem, id est spirituale
amicorium.

Ego autem libentissime impendam & super impendam ipse
pro animabus uestris, licet plus uos diligis minus diligar. Sed
esto. Ego uos non grauauit, sed cum essem astutus, dolo uos cepi.
Nunquid per aliquē eorum quos misi ad uos, circumueni uos?
Rogauit Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus uos
circumuenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? nonne eisdem
uestigijs? Olim putatis quod excusemus nos apud uos. Coram
deo in Christo loquimur. Omnia enim charissimi propter ad-
ificationem uestrā. Timeo enim ne forte cū uenero, non quales
uolo inueniam uos, & ego inueniar a uobis qualem non uultis,
ne forte cōtentiones, emulationes, animositates, dissensiones, de-
tractiones, susurrations, inflationes, seditiones sint inter uos.]

Perfecta charitas est: ut paratus sis mori pro
fratre. Hanc ipse dominus in se exhibuit
mortuus pro omnibus, orans pro eis a quibus
cruceungebatur, & dicens. Pater ignosce illis,
quia nesciunt quid faciunt. Sed si solus hoc fe-
cit: non erat magister, si discipulos non habe-
bat. Secuti discipuli hoc fecerunt, lapidabatur
Stephanus, genu flexo ait, domine ne statuas
illis hoc delictum. Amabat a quibus occide-
batur: quia & pro ipsis moriebatur. Audi Apo-
stolus Paulum. Et ipse, inquit, impendam pro anima-
bus uestris. Inter illos enim erat pro quibus
Stephanus deprecabatur: quando eorum ma-
nibus moriebatur. Perfecta ergo charitas hæc
est. Si quis tantam habuerit charitatem, ut pa-

1. Cor. 9.

Philip. 4.
Ibidem.

Ex tractatu
Ipi. Ioan. 5.
Luc. 24.

actuum. 7.

ratus sit pro fratribus etiam mori: perfecta est
in illo charitas. Sed nunquid mox ut nascitur
iam prorsus perfecta est: ut perficiatur nasci-
tur: cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutri-
ta, roboratur, cum fuerit roborata, perficitur:
cum ad perfectionem uenerit quid dicit? Mihi
uiuere Christus est, & mori lucrum. Optabam
dissolui, & esse cum Christo. Multo enim ma-
gis optimum: manere in carne, necessarium
propter uos. Propter eos uolebat uiuere: pro
quibus paratus erat mori.

Ne iterum cum uenero humiliet me deus apud uos: & lu-
geam multos ex his qui ante peccauerunt & non egerunt po-
nitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia
quam gesserunt.

Si iam de sanitate desperans, addis peccata
peccatis, sicut scriptum est, Peccator cum ue-
nerit in profundum malorum, contemnit: noli
contemnere, noli desperare. Clama etiam de
profundis ad dominum: & dic ei. De profun-
dis clamaui ad te domine, domine exaudi uo-
cem meam. Fiant aures tuæ intēdentes, in uo-
cem deprecationis meæ. Si iniquitates obser-
uaueris domine, domine quis sustinebit? Quo-
niam apud te propitiatio est. De tali profun-
do Niniuitæ clamauerunt, & hæc propitiatio-
nem inuenerunt: faciliusque euacuata est com-
minatio prophete quam humiliatio pœnitentia.
Hic fortasse dicis. Sed ego iam baptizatus
in Christo, a quo mihi omnia præterita pecca-
ta dimissa sunt uilis factus sum nimis, iterans
uias meas, & quali canis horribilis oculis dei
conuersus ad uomitum suum. quo abibo a spi-
ritu eius: & a facie eius quo lugiam: Quo fra-
ter mihi ad eius misericordiam pœnitendo, cur-
ius potestatem peccando contempseras? Ne-
mo enim recte fugit ab illo: nisi ad illum, ab e-
ius seueritate ad eius bonitatem. Quis enim
locus te accipiet fugientem, ubi eius præsen-
tia non inueniatur? Si ascenderis in cælum ibi
est: si descenderis ad infernum, adest. Recipe
ergo pennas tuas in directum, et habita in spe
extrema huius seculi, etenim illuc manus eius
deducet te, & perducet te dextera eius. Quic-
quid em feceris, quæcumque peccaueris, adhuc
in hac uita es: unde te omnino si sanare nō uel-
let, auferet. Cur ergo ignoras quia patientia
dei ad pœnitentiam te adducit? Qui enim cla-

Philip. 4.
Ibidem

Ex lib. de pœ-
nitentia

Psal. 138.

Roman. 2.

Roman. 4.

Psalmi. 50.

gnosco, & peccatum meum ante me est semper: Quid autem obtulit domino, unde illum propitiaret sibi? Quoniam si uoluisset sacrificium (inquit) dedissem: utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Non solum igitur deuote obtulit, sed etiam ista dicendo quid offerri oporteret ostendit. Non enim sufficit mores in melius commutare, & a factis malis recedere: nisi etiam de his quae facta sunt satis faciat domino per poenitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium: cooperantibus elemosynis. Beati enim misericordes, quoniam ipsis miseretur deus. Non enim dictum est ut tantum abstinere a peccatis, sed & de peccatis, inquit, deprecare dominum ut tibi dimittatur. Et Petrus iam erat fidelis, iam in Christo et alios baptizauerat. Intuere ergo Petrum praesumentem accusarum: tumorem uulneratum, siletem sanatum. Iam etiam post aduentum de caelo spiritus sancti, quidam Simon pecunia uoluit eundem spiritum sanctum emere, sceleratissimum & impium mercimonium cogitans, iam baptizatus in Christo, & tamen poenitentiae consilium ab ipso Petro correptus accepit. Dicit etiam Paulus apostolus, qui utique fidelibus mittebat epistolas.

Matth. 5.

Actu. 8.

Ne iterum cum uenero humiliet me deus ad uos, & luceam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam super immunditia, & luxuria, & fornicatione quam gesserunt.

Circumstant ergo nos & praecipua recte faciendi, & exempla non tantum recte facientium, sed etiam poenitentium, ad recipiendam salutem quae fuerat amissa peccando. Sed fac incertum esse, utrum ignoscat Deus. Quis enim certus est, etiam quod imperator ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transeuntur, procellarum incerta subeuntur, ut mors euitetur, pene mors ipsa suscipitur. Supplicatur deinde per homines homini. Sine dubitatione sunt ista, cum sit dubium quo sine proueniant. Et tamen certiores sunt clauae ecclesiae, quam corda regum, quibus clauibus quodcumque in terra soluitur, etiam in caelo solutum promittitur: & multo est honestior humilitas qua sequeque humiliat Ecclesiae Dei, & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo, mors aeterna uitatur. Agunt enim homines ante baptismum poenitentiam de suis prioribus peccatis, ita tamen, ut etiam baptizentur si cuti scriptum est in Actibus Apostolorum, loquente Petro ad Iudaeos & dicente. Agite poenitentiam, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi, & dimittentur uobis peccata uestra. Agunt etiam homines poenitentiam, si post baptismum ita peccauerint, ut excommunicari & post reconciliari mereantur, sicut agunt in omnibus ecclesiis illi qui proprie poenitentiae appellant. De tali enim poenitentia locutus est Apostolus Paulus ubi ait.

Ex epi. ad Seleucianam

Ne iterum cum uenero humiliet me deus ad uos, & luceam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam super immunditia, & luxuria, & fornicatione quam gesserunt.

nitentiam super immunditia, & luxuria, & fornicatione quam gesserunt.

Neque enim scribebat ista, nisi eis qui iam fuerant baptizati. Habemus etiam in Actibus Apostolorum Simonem iam baptizatum, cum pecunia uellet emere, ut per impositionem manus eius daretur spiritus sanctus, admonitum a Petro ut de hoc graui peccato ageret poenitentiam. Est etiam poenitentia honorum & humilium fidelium pene cotidiana: in qua peccata nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim nobis ea dimitti uolumus que dimissa non dubitamus in baptismo, sed illa utique quae humanae fragilitati quamuis parua tamen crebra surrepunt: quae si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt, & opprimunt, sicut unum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, utrum uno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim surrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta, atque contempta, impleat nauim atque submergat? Propter hoc etiam elemosynae & orationes inuigilant: in quibus cum dicimus, dimitte nobis sicut & nos dimittimus manifestamus nos habere, quod nobis dimittatur: atque his uerbis humiliantes animas nostras, cotidianam quodammodo agere poenitentiam non cessamus.

Actu. 8.

Matth. 6.

CAPVT XIII.

Ecce tertio hoc uenio ad uos. In ore duorum uel trium testium, stabit omne uerbum. Praedixi ergo & praedico ut praesens uobis & nunc absens his qui ante peccauerunt & ceteris omnibus: quoniam si uenero iterum non parcam. An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in uobis non in firmatur, sed potens est in uobis.

Fortem aliquis arbitratur quoniam non ipse dominus Christus ad nos uenit, sed misit ad nos, non nos audisse uocem ipsius, sed uocem ipsorum quos misit. Absit. Pellatur ista cogitatio de cordibus uestris. Et in his quos misit ipse erat. Ipsum Paulum audi quem misit. Ad gentes enim praecipue Paulum Apostolum misit. Et ait ipse Paulus terrenus, non de se, sed de illo.

Ex tractatu cu. sec. 10. 44

An uultis experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Audite & ipsum dominum. Et alias oues habeo, id est in gentibus: quae non sunt de hoc ouili, id est de populo Israel, oportet me & illas adducere. Ergo & per suos non aliter adducit. Adhuc audi. Et uocem meam audient. Ecce quia & per suos ipse loquitur: & per eos quos mittit, uox eius additur.

Ioan. 10.

Ibidem.

Moris diuinarum scripturarum est persone Dei tribuere quod in nobis facit, non quidem ubique, sed ubi congruenter dici potest: ueluti cum ipse loqui dicitur, quando eius dono loquitur Apostoli, uel prophetae, uel quique nuncij ueritatis. Unde illud est. An uultis experimentum accipere eius qui in me loquitur Christus? Non enim ait eius quo illuminante, aut iubente loquor, sed prorsus ipsam locutionem illi tribuit, cuius munere loquebatur.

Ex tractatu Psal. 4.

Nam

Nam est crucifixus est ex infirmitate, sed uinit ex uirtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed uiuimus cum eo ex uirtute dei in uobis. Vosmetipsos tentate, si estis in fide, ipsi uos probate. An non cognoscitis uosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscitis, quia nos non sumus reprobi.]

Ex libr. de Trinitate. 1

Talis enim erat susceptio quae Deum hominem faceret, & hominem Deum. Quid tamen propter quid, & quid secundum quid dicatur, adiuuante domino prudens & diligens & pius lector intelligit. Nam secundum id quod deus est glorificat suos, secundum hoc quod utique dominus gloriae est, & tamen dominus gloriae crucifixus est, quia recte dicitur & deus crucifixus, non ex uirtute diuinitatis, sed infirmitate carnis.

Oramus autem Deum ut nihil mali faciatis: non ut nos probati appareamus: sed ut uos quod bonum est faciatis. Nos autem ut reprobi sumus. Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmus uos autem potentes estis. Hoc & oramus: uestra consummationem. Ideo haec absens scribo, ut non praesens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in edificationem & non in destructionem. De cetero fratres gaudete: perfecti estote, exhortamini, idem sapite. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Salutem inuicem in osculo sancto. Salutem uos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis. Amen.]

Ex libr. de cor. & gra.

Intelligenda est enim gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum, quia sola homines liberatur a malo, & sine qua nulli proflus siue cogitando, siue uolendo, & amando, siue agendo faciunt bonum, non solum ut monstrate illa quid faciendum sit sciatur, uerum etiam ut prestante ipsa faciant cum dilectione quod sciunt. Hanc quippe inspirationem bonae uoluntatis atque operis, posebat apostolus eis quibus dicebat.

Oramus autem ad Deum ne quid faciatis mali: non ut nos probati appareamus, sed ut uos quod bonum est faciatis.]

Psalm. 36.

Quis hoc audiat, & non enigilet, atque fateatur a domino Deo nobis esse ut declinemus a malo, & faciamus bonum? Quandoquidem non ait Apostolus monemus, docemus, hortamur, increpamus, sed ait, oramus ad Deum ne quid faciatis mali, sed quod bonum est faciatis. Et tamen etiam loquebatur eis, & faciebat illa omnia quae commemorauimus, monerat, docebat, hortabatur, increpabat, sed se habebat haec omnia non ualere quae plantando & rigando faciebat in aperto nisi cum pro illis exaudiret orantem qui dat incrementum in occulto. Quoniam sicut idem doctor dicit, neque qui plā

tat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

Quod isti dicunt nos non debere petere a sempiterna maiestate, sed habere in potestate benedictiones fratres mei, benedictiones nostras quas super nos facimus euacuant, exinanunt, elidunt. Audistis me credo fratres mei quando dico. Conuersi ad dominum benedicamus nomen eius, det nobis perseverare in mentibus suis, ambulare in uia recta eruditionis suae, placere illi in omni bono opere, & cetera talia. Prorsus, inquit, hoc totum in potestate nostra est constitutum. Ergo nos inaniter talia uobis optamus. Descendamus & nos & uos, ut & uos non sine causa benedicamus, & uos non sine causa amen subscribamus. Fratres mei, amen uestrum, subscriptio uestra est, consensio uestra est, stipulatio uestra est. Ne forte aliquis ipsorum et nos condemnent & uos, defendamus nos de Apostolo Paulo, uideamus si talia optauit plebi suae qualis oramus super nos. Audite quid dixerit quodam loco. Rem breuem dico. Quid dicis de noue haeretice, quicumque audis si praesens es, quid dicis quia non peccare in potestate sic habemus, ut hoc sine adiutorio diuinae gratiae implere possimus? Hoc, inquit. Ergo in potestate habemus non peccare, sine adiutorio dei? Plane (inquit) liberum arbitrium nostrum ad hoc nobis sufficit.

1. Cor. 3. Ex ser. cont. Pelagianos

Quid est ergo quod ait apostolus scribens ad Corinthios: Oramus ad Deum ne quid faciatis mali? Attendistis, audistis, accepistis: & quia manifestissimum est, sine dubio intellexistis quid orauit Apostolus. Oramus inquit ad Deum: ne quid faciatis mali. Poterat dicere: monemus uos ne quid faciatis mali: docemus ne quid faciatis mali: iubemus uobis: praecipimus uobis. Quod quidem si diceret, certum diceret: quia & uoluntas nostra agit aliquid. Non enim uoluntas nostra nihil agit, sed sola non sufficit. Maluit tamen dicere oramus, ut ipsam gratiam commendaret: ut intellexerent illi quando non faciunt aliquid mali, non sola sua uoluntate se uitare malum: sed adiutorio Dei implere quod iustum est. Ergo fratres quando praecipitur, agnoscite uoluntatis arbitrium: quando oratur quod praecipitur, agnoscite gratiae beneficium. Virumque enim in scripturis habes.

FINIS EPISTOLAE SECUNDAE AD CORINTHIOS.

ARGV

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM AD GALATAS



Alata sunt Graeci. Hi uerbum ueritatis primum ab apostolo acceperunt, sed post discessum eius tentati sunt a falsis Apostolis, ut in legem & circumcisionem uerterentur. Hos apostolus reuocat ad fidem ueritatis, scribens eis ab Epheso.

EXPOSITIO DIVI PATRIS AVGVSTINI EPISCOPI IN EPISTOLAM DIVI PAULI APOSTOLI AD GALATAS, per Venerabilem Bedam Presbyterum collecta.

CAPVT PRIMVM.



Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum et deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis, et qui mecum sunt omnes fratres ecclesiarum Galatiae. Gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris ut eriperet nos de presenti seculo nequam, secundum uoluntatem dei et patris nostri, cui est gloria in secula seculorum, amen. Miror, quod sic tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiam Christi in aliud euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant: et uolunt conuercere euangelium Christi.

Præterea sunt ceteri Apostoli per Christum adhuc ex parte hominem, id est mortalem nouissimus est Apostolus Paulus per Christum iam Deum totum, id est omni ex parte immortalem. Hoc enim ait. Non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum et Deum patrem, quasi iam Christus Iesus non sit homo. Sequitur enim. Qui suscitauit illum a mortuis. Ut hinc appareret cur dixerit, neque per hominem. Proinde propter immortalitatem iam nunc non homo Christus Deus: propter substantiam uero naturae humanae in qua ascendit in caelum etiam mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus. Quoniam sic uenit quomodo eum uiderunt qui uiderunt eum in caelum.

Sed licet nos aut angelus de caelo euangelizet uobis praeterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Sicut praedixi, et nunc iterum dico. Si quis uobis euangelizauerit praeter id quod accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an deos praerorsus ammonitio beatissimi Apostoli de cordibus non recedat. Si quis uobis euangelizauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit. Non ait plus quam accepistis, sed praeterquam quod accepistis. Nam si illud diceret sibi ipse praedudicaret, qui cupiebat uenire ad Thessaloni-

ceses ut suppleretque illorum fidei defuerunt. Sed qui supplet quod minus erat, addit, non quod inerat tollit. Qui autem praeter creditur fidei regulam, non accedit in uia, sed recedit a uia.

Nec ipse Apostolus uoluit in se poni spem, sed in ueritate quam annuntiabat. Quod per ipsum dicebatur melius erat, quam ipse per quem annuntiabatur. Licet si nos, inquit. Parum est, audi sequentia. Aut Angelus (inquit) de caelo annuntiauerit uobis aliquid praeterquam quod accepistis, anathema sit. Videbat posse falsum mediatorem transfigurare se in angelum lucis, et aliquid falsum annuntiare. Sicut ergo superbi homines uolunt se adorari pro Deo, sibi arrogare quicquid possunt, se nominari et si fieri potest Christum: et in ipsius gloriam transire: ita diabolus et angeli eius. Donatum Donatista pro Christo habent. Si audiat aliquem paganum detrahentem Christo, forsitan patienter ferant, quam si audiant detrahentem Donato.

Licet si nos, inquit. Et tu Paule potes aliud praedicare? Audi quod sequitur. Licet si nos aut angelus de caelo annuntiauerit uobis praeterquam quod accepistis, anathema sit. Si ueniat mons aliud euangelizans, anathematizetur. Si ueniat angelus aliud euangelizans, anathematizetur. Unde hoc? quia de priuato uult fluere, non de medio. Et hoc forte homo carnalis nebula praepeditus, et a fonte communi ad suam propriam falsitatem redactus posset facere. Nunquid et angelus? Vere si angelus de proprio fluens in paradiso non esset auditus: non praecipitarem in mortem. Media aqua posita erat omnibus praecipuum Dei. Aqua media, aqua quodammodo publica, sine fraude, sine labe, sine coeno fluebat. Si ipsa aqua semper biberetur, semper uiueretur: uenit angelus lapsus de caelo factus serpens, quia insidiosam uenena spargere cupiebat: emisit uenenam de proprio: locutus est de suo: quia quod loquitur mendacium de suo loquitur. Et miseri audiendo dimiserunt quod commune erat: unde beati erant: et ad suum proprium reducti, cum uolunt per uerse esse similes Deo: hoc enim eis dixerat: Gustate et eritis sicut dii: appetentes quod non erant, quod acceperant amiserunt. Et uouit Israel uotum domino et dixit. Si mihi tradideris populum istum subiectum, id est si mihi tradendo subieceris, anathematizabo illum et ciuitates eius. Hic uidendum est quomodo dicitur anathema quod uouetur, et tamen pro maledicto ponitur: sicut et de isto populo dicitur. Unde illud est. Si quis uobis euangelizauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit. Hinc uulgo ductum est ut deuotatio dicitur. Nam deuotare se quenquam nemo fere dicit nisi maledicentem. Et anathematizauit eum et ciuitates eius, et uocatum est nomen loci illius anathema. Hinc ductum est, ut anathema, detestabile aliquid et abominabile uideatur. ut enim nihil inde uictor in usus suos auferret, sed totum in poenam luendam uocaret, hoc erat

Ex serm. de Cal. Id.

Ex tractatu Psal. 103.

Ioan. 8.

Genesis. 3.

Ex li. qua. nu. tit. 40. Numc. 21.

rat

rat anathematizare, quod uulgo dicitur deuotare. Origo autem huius uerbi est in graeca lingua ab ijs rebus, quae uotae & perolutae, hoc est promissae & redditae, sursum ponebantur in templis, apud tou anatheng, hoc est sursum ponere uel figendo uel suspendendo.

An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placeam, Christi seruus non essem. Notum enim uobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me, quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis enim conuersationem meam aliquando in iudaismo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, et expugnabam illam, et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos, in genere meo abundantius amulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meae: et uocauit per gratiam suam ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus, continuo non acquieui carni et sanguini. Neque ueni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam, et iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres ueni Hierosolymam uidere Petrum, et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum uidi neminem nisi Iacobum fratrem domini.

Ex lib. de ouibus

Sunt homines qui putant sibi bene uiuendo sufficere conscientiam, et non ualde curant quid de illis alter existimet: ignorantes quia cum homo uiderit hominem bonae conscientiae negligentius uiuentem, passim se cui libet et uilibet coniungentem, habentem scientiam quod nihil sit idolum, et tamen in idolo recumbentem: conscientiam illius cum sit infirma, edificatur non ad ea quae perscrutatur, sed ad ea quae suspicatur. Neque enim homo paruus, frater tuus, intrare potest in conscientiam tuam quam nouit Deus.

Conscientia tua coram Deo, conuersatio tua coram fratre tuo. Si de te ille aliquid mali suspicans perturbatus edificatur ad aliquid faciendum quod te putat facere, cum sic uiuis, quid prodest quia uenter conscientiae tuae habitataquam puram, et ille de tua negligentia conuersatione bibit turbatam? Et audis tales cum corripuntur ne ista faciant, respondere nobis et dicere. Apostolus dixit. Si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem. Et hic aquam turbas, pascuas conculcas. Attende melius, ne et tibi aquam turbes. Quid ait Apostolus? Si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem. Optime accipimus. Apostolicam sententiam libenter agnosco. Sed aliud in apostolo non legisti? Placeate omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo, non quarens quod mihi prodest, sed quod multis, ut salui fiant. Rursus eundem Apostolum non audisti? Sine offensione estote Iudeis et Graecis et ecclesiae dei. Tertio eundem Apostolum non audisti? Pro uideamus enim bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Ait ergo ille. Expone itaque mihi quomodo intelligam diuersa atque contraria, hac dicentem Apostolum, Si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem, hac dicentem, Placeate omnibus

per omnia, sicut et ego omnibus. per omnia placeo, hac dicentem, Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae, hac dicentem, Prouidemus bona non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Si tranquillus audias, sit tibi ipsi aquam tuae mentis non perturbes, quantum potero fortassis exponam. Sunt homines temerarij iudices detractores, susurriones, murmuratores, quarentes suspicari quod non uident, quarentes etiam iactare quod nec suspicantur. Contra tales quid remanet nisi testimonium conscientiae nostrae? Neque enim irascimur etiam in illis quibus placere uolumus. gloriam nostram quaremus: aut gloriam nostram querere debemus, sed illorum salutem, ut ille bene ambulemus, nos sequendo non errent. Imitatores nostri sint et nos Christi. Si autem nos non Christi, imitatores sint Christi. Ipse enim pascit gregem suum, et cum omnibus bene pascentibus ipse solus est, quia omnes in illo sunt. Non ergo utilitatem nostram quaremus quando placere hominibus uolumus, sed gaudemus eis placere quod bonum est, propter ipsorum utilitatem, non propter nostram dignitatem. Contra quos autem dixerit Apostolus, Si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem, manifestum est, et propter quos dixerit, Placeate omnibus per omnia, sicut et ego omnibus placeo per omnia, manifestum est, utrumque dilucidum, utrumque tranquillum, utrumque purum, utrumque non perturbatum. Tu tantum pascere, et bibe, noli conculcare et turbare. Nam et dominum ipsum Iesum Christum magistrum Apostolorum utique audisti. Luceant opera uestra coram hominibus ut uideant bona uestra facta, et glorificent patrem uestrum qui in caelis est, id est qui uos fecit tales. Nos enim populus, et oues pascae eius, et opus manuum eius. Ille ergo laudetur qui te fecit bonum si bonus es: non tu, qui per te ipsum non poteris esse nisi malus. Quid uis autem in contrarium ducere ueritatem: ut quando boni aliquid facis te uelis laudari: quando mali aliquid facis, Deum uelis uituperari? Utique enim qui dixit, Luceant opera uestra coram hominibus, ipse dixit in eodem sermone. Nolite facere iustitiam uestram coram hominibus. Sed sicut tibi in Apostolo ista contraria uidebantur: sic et in Euangelio. Si autem non perturbes aquam cordis tui, et hic agnosces pacem scripturarum, et habebis cum eis et tu pacem. Si autem cum eis habere nolueris pacem: tu in te committis litem tuam, et illa non amittent pacem suam. Propter illos enim qui se hominibus iactant, et ita uentilant opera sua bona, ut finem bonorum operum suorum in laude hominum ponant, eandemque laudem hominum quasi pro mercede computent bonorum operum suorum, de his dicitur, Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Et contra eos dicitur.

Cauete iustitiam uestram facere coram hominibus Proinde sequitur, Ut uideamini ab eis.

Matth. 5.

Psal. 94.

Matth. 6.

Ibidem

Ultra

Ex lib. i. re tractatio.

Actuum. 1.

Ex tractatu eu. sec. 10. 98.

Vltra non porrexit intentionem, hic fecit finem. Nolite sic facere coram hominibus quicquid boni facitis, ut uideamini ab eis, ut ipse sit finis boni operis uestri, uideri ab eis. Nolite ergo sic, ut uideamini ab eis. Hic autem non ibi ponit finem, ut uideamur ab hominibus, coram quibus uult esse bona nostra facta, sed ait: Luceant opera uestra coram hominibus, ut uideant bona uestra opera. Non quieuit, neque hic remansit: sed duxit hinc te sursum, & tulit a te: cades enim si esses in te: & ubi tutus esses posuit te. Videant (inquit) bona opera uestra, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Nolite irasci quia ille glorificatur: apud illum esto, & in illo glorificaberis. Vt non glorietur (ait Apostolus) omnis caro coram Deo. Ergo sine gloria remanebimus? Non. ait enim ipse. Qui gloriatur, in domino gloriatur. Nam & testimonium conscientiae nostrae ita nobis gloria est: quia in illo est. Nam si ita est gloriatio nostra ut nobis placeamus, & efficiamur placentes nobis, ualde stulto homini placet qui sibi placet. Curemus ergo fratres non tantum bene uiuere: sed etiam coram hominibus bene conuersari. Nec tantum debemus curare habere bonam conscientiam sed quantum potest nostra infirmitas, quantum uigilantia fragilitatis humanae, curemus nihil etiam facere quod ueniat in malam suspicionem infirmo fratri.

1. Cor. 1.

1. Cor. 10.

Ex libro secundo de sermone domini in monte. Apostolus dicit. Si adhuc hominibus placeam, seruus Christi non essem. Cum alio loco dicat, Placeat omnibus per omnia sicut & ego omnibus per omnia placeo. Quod qui non intelligunt, contrarium putant, cum ille se dixit non placere hominibus: quia non ideo recte faciebat ut placeret hominibus, sed ut deo ad cuius amorem corda hominum uolebat conuertere, & eo ipso quo placebat hominibus. Itaque & non se hominibus recte placere dicebat: quia in eo ipso ut deo placeret intuebatur: & placendum esse hominibus recte praecipiebat, non ut hoc appeteretur tanquam merces recte factorum, sed quia deo placere non posset qui non se his quos saluos fieri uellet, praerberet imitandum. Imitari autem illum qui sibi non placuerit, nullo pacto quisquam potest. Sicut ergo non absurde loqueretur qui diceret: in hac opera qua nauem quaero, non nauem quaero sed patriam, sic apostolus conuenienter diceret. In hac opera qua hominibus placeo, non hominibus, sed Deo placeo, quam non ad hoc appeto, sed ad id refero, ut me imitentur quos saluos fieri uolo.

Quae autem scribo uobis, ecce coram deo quia non mentior.]

Jacob. 6.

Ex sermone Epistole Jacobi, ut nemo iuret. Non uobis dicimus non nos iurare. Si enim hoc dicimus, mentimur. Quantum ad me pertinet non iuro, sed quantum mihi uidetur magna necessitate compulsi: cum uideo nisi faciam, non mihi credit, & ei qui mihi non credit, non expedire quod non credit. Hac perpensa ratione, & consideratione librata, cum ma-

gno timore dico coram deo, aut testis mihi est Deus, aut scit Christus, aut scit sic esse in animo meo. Et uideo quia plus est, id est quia amplius est quam est, non non, sed hoc quod amplius est a malo est & si non a malo iurantis, a malo est non credentis. Denique non ait, sit in ore uestro est est, non non, si quis amplius facit, malum est, sed sit in ore uestro est est, non non.

Matt. 5.

Quod autem amplius est, a malo est. Sed quare cuius? Nisi forte putatis fratres, quia scriberet Apostolus Paulus credere sibi Galatas, ad deret iurationem, & diceret: quare autem scribo uobis ecce coram Deo, quia non mentior. Videbat ibi eos qui credebant, uidebat & alios qui non credebant.

Deinde ueni in partes Syriae & Cilicie. Eram autem ignotus facie ecclesijs iudaeae, quae erant in Christo. Tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequeretur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat, et in me clarificabant Deum.

Ex epi. ad Vitalem

UT quid magnificabant Deum, si non deus ad se ipsum cor illius uiri suae gratiae bonitate conuerterat, quando (ut ipse confitetur) misericordiam coniecit, ut fidelis esset ea fide quam aliquando uastabat? Ipsum etiam uerbum quod posuit, quem nisi deum hoc tam magnum bonum fecisse declarat. Quid est enim, in me magnificabant deum, nisi in me deum magnificum praedicabant? Quomodo autem eum magnificum praedicabant, si magni illud factum de Pauli conuersione ipse non fecerat? Et quo pacto ipse fecerat, si uolentem credere, ex nolente ipse non fecerat?

Ex serm. epi. Ioan. 8. Matth. 5.

Luceant, inquit dominus, opera uestra coram hominibus. & non ibi cessauit, non ibi finem fecit, sed addidit. Et glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Et Apostolus quid ait? Eram autem ignotus facie Ecclesijs iudaeae, quae in Christo sunt, tantum autem audientes erant, quia qui aliquando nos persequeretur, nunc euangelizat fidem, quam aliquando uastabat: & in me magnificabant deum. Videte quemadmodum & ipse quia sic innotuit, finem non posuerit in laudem suam, sed in laudem Dei. At quantum ad ipsum pertinet, uastator Ecclesiae, persecutor, inuidus, malignus. Ipse confitetur, nos non conuiciamur. Amat Paulus dici a nobis peccata sua, ut glorificetur ille qui talem morbum sanauit. Magnitudinem enim uulneris manus medici secuit & sanauit. Vox illa de caelo prostrauit persecutorem, & erexit praedicatorum, Occidit Saulum, & uificauit Paulum.

CAPVT II.

Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem: & contuli cum illis euangelium quod praedico in gentibus. Seorsum autem ijs qui uidebantur aliquid esse: ne forte in uacuum currerem aut cucurrissem.

Ex li. cont. Faustum. titu. 54.

Ipse Apostolus Paulus post ascensionem domini de caelo uocatus si non inueniret in carne apostolos quibus communicando, & cum quibus conferendo euangelium eiusdem societatis

tatis esse appareret. Ecclesia illi omnino non crederet. Sed cum cognouissent eum hoc annunciantem, quod etiam illi annuntiabant, & in eorum communione atque unitate uiuentem, accedentibus etiam per eum talibus signis qualia & illi operabantur, ita eum domino commendante meruit autoritatem, ut uerba illius hodie sic audiantur in Ecclesia tanquam in illo Christus (sicut uerissime ipse dixit) locutus audiatur.

Ex tractu. end. sec. lo. 106.

Ioan. 15.

Non pro his autem rogo tantum, id est pro discipulis qui cum illo tunc erant, sed & pro eis (inquit) qui credituri sunt per uerbum eorum in me, ubi omnes suos intelligi uoluit, non solum qui tunc erant in carne, sed etiam qui futuri erant. Quotquot enim postea crederent in eum, per uerbum Apostolorum si ne dubio crediderunt, & donec ueniat credituri sunt. Ipsi enim dixerat. Et uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Et per hos euangelium ministratum est & antequam scriberetur: & utique quisquis in Christum credit, Euangelio credit. Proinde sic intelligamus quod dictum est per uerbum eorum, ut ipsum uerbum fidei quod praedicauerunt in mundo, hic significatum esse credamus. Dicitur autem esse uerbum eorum, quoniam ab ipsis est primitus ac praecipue praedictum. Iam enim ab ipsis praedicabatur in terra, quando per reuelationem Iesu Christi ipsum uerbum eorum Paulus accepit. Unde & contulit cum eis euangelium, ne forte in uacuum cucurrisset aut cureret. Et dextras ei dederunt, quia & in illo (quamuis non per eos) illi datum tamen uerbum suum quod iam praedicabant, & in quibus fuerant, inuenerunt. De quo uerbo reuelationis Christi idem dicit Apostolus. Si uero ego, siue illi sic praedicamus, & sic credidistis. Et iterum. Hoc est (inquit) uerbum fidei quod praedicamus, quia si confessus fueris in ore tuo, quia dominus est Iesus Christus: & credideris in corde tuo quia Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Et in Actibus Apostolorum legitur quod in Christo Deus desiderit fidem omnibus, suscitans eum a mortuis.

Actu. 3. 1. quest. Luc. 17.

De decem leprosis quos ita mundauit, cum ait. Ite ostendite uos sacerdotibus, quare potest cur ad sacerdotes eos miserit, ut cum irent mundarentur. Nullum enim eorum quibus haec corporalia beneficia praestitit, inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos. Nam & illum a lepra mundauerat, cui dixit. Vade ostende te sacerdotibus: & offer pro te sacrificium quod praecipit Moyses in testimonium illis. Quarendum est igitur quod ipsa lepra significet. Non enim sanati, sed mundati dicuntur, qui ea caruerunt. Coloris quippe uitium est non ualitudinis, aut integritatis sensuum atque membrorum. Leprosi ergo non absurde intelliguntur, qui scientiam uerae fidei non habentes uarias doctrinas profitentur erroris. Nulla porro falsa doctrina est quae non aliqua uera intermiscet. Vera ergo falsis inordinate permixta in

una disputatione uel narratione hominis tanquam in unius corporis colore apparente, significant lepram, tanquam ueris falsisque colorum fucis humana corpora uariantem atque maculantem. Sacerdotium uero Iudeorum nemo fere fidelium dubitat figuram fuisse futuri sacerdotij regalis quod est in Ecclesia, quo consecretantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi & ueri principis sacerdotum. Nam nunc & omnes unguuntur, quod tunc regi bus tantum & sacerdotibus fiebat. Et quod ait Petrus ad Christianum populum scribens. Regale sacerdotium, utrumque nomen illi populo conuenire declarauit, quo illa unctio pertinebat. Cetera itaque uitia tanquam ualitudinis & membrorum animae atque sensuum, & per se interius in conscientia & intellectu sanat & corrigit. Doctrina uero uel imbuendi per sacramenta, uel catechizandi per sermonem sanantem atque lectionem, ecclesiae proprie contributa est. Itaque & Paulus uoce Domini audita. Quid me persequeris? & ego sum Iesus quem tu persequeris: ad Ananiam tamen missus est, ut illo sacerdotio quod in ecclesia constitutum est, sacramentum doctrinae fidei perciperet, & uerus eius approbaretur color. Non quia non potest dominus per seipsum omnia facere, nam quis alius haec facit etiam in ecclesijs: sed ut ipsa societas congregatorum fidelium approbando in inuicem, atque communicando uere fidei doctrinam in omnibus quae dicuntur uerbis uel signatur sacramentis, tanquam unam speciem ueri coloris obducatur. Ad hoc etiam pertinet quod idem dicit Apostolus. Deinde post annos quatuordecim ascendi Hierosolymam cum Barnaba assumpto etiam Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & exposui eis euangelium quod praedico in gentibus. Seorsum autem his qui uidebantur praestantiores, ne forte in uacuum curro aut cucurri. Et paulo post. Cum cognouissent (inquit) gratiam quae data est mihi, Iacobus et Petrus, & Ioannes, qui uidebantur columnae esse, dexteram dederunt mihi & Barnabae societatis. Ipsa enim collatio unam doctrinae speciem exclusa omni uarietate monstrabat.

1. Pet. 2.

Sed neque Titus qui mecum erat cum esset gentilis compulsi est circumcidi. Sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent: quibus neque ad horam cessamus subiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Ab his autem qui uidebantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit.]

Ex epi. ad Hieronymum.

Et Timotheum propterea circumcidit, ne Iudaeis & maxime cognationis eius matrem sic uideretur qui ex gentibus in Christum tradiderant detestari circumcisionem sicut idololatriam detestanda est, cum illam fieri Deus preceperit, hanc Satanas persuaferit. Et Titum propterea non circumcidit, ne occasionem daret eis qui sine illa circumcisione dicebant credentes saluos esse non posse, & ad deceptionem

Ggg nem

nem gentium hoc etiam Apostolum Paulum sentire iactabant. Quod ipse satis significat ubi ait. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset Græcus, compulsus est circumcidi, propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintroierunt persecruti libertatem nostram, ut nos in seruitutem redigerent. Quibus nec ad horam cessimus subiectioni, ut ueritas euangelij permaneat ad uos. Hic apparet quid eos captare intellexerit, ut non faceret quod in Timotheo fecerat, & quod ealibertate facere poterat, qua ostenderet illa sacramenta nec tanquam necessaria debere appeti, nec tanquam sacrilega debere damnari.

Mihi enim qui uidebantur esse aliquid nihil contulerunt. Sed e contra cum uidissent quod creditum est mihi euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis, qui enim operatus est Petro in Apostolatium circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes: & cum cognouissent gratiam quæ data est mihi: Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur columine esse, dexteris dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gentes: ipsi autem in circumcisionem: tantum ut pauperum memores essemus. Quod etiam sollicitus sui hoc ipsum facere.]

Ex li. quæst. euang.

Dicit uenisse se Hierosolymam. & euangelium cum Apostolis contulisse, dexteris sibi datas fuisse, id est signum concordie, signum consonantie, quod ab eis quæ ipsi didicerant, in nihilo discrepabat.

Cum autem uenisset Petrus Antiochiam in faciem ei restit, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam uenirent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem uenissent, subtrahere se segregabat, timens eos qui ex circumcissione erant. Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudei, ita ut & Barnabæ duceretur ab eis in illam simulationem.]

Ex epi. ad Hieronym.

SI hoc fecit Petrus quod facere debuit, mentitus est Paulus quod eum uiderit non recte ingredientem ad ueritatem euangelij. Quisquis enim facit quod facere debet, recte utique facit, & ideo fallum de illo dicit qui dicit eum non recte fecisse quod eum nouit facere debuisse. Si autem uerum scripsit Paulus, uerum est quod Petrus non recte ingrediebatur ad ueritatem euangelij. Ego quidem illud Petrum sic egisse credo ut gentes cogeret iudaizare. Hoc enim lego scripsisse Paulum, quem mentitum esse non credo. Et ideo non recte agebat hoc Petrus, quia erat contra Euangelij ueritatem, ut putarent qui credebant in Christum, se sine illis ueteribus sacramentis saluos esse non posse. Hoc enim contendeabant Antiochis, qui ex circumcissione crediderant. Ipsum uero Paulum non ad hoc id egisse, quod uel Timotheum circumcidit, uel Cenchrismum uotum persoluit, uel Hierosolymis à Iacobo admonitus, cum eis qui uouerant legitima illa celebranda suscepit, ut putare uideretur per ea sacramenta etiam Christianam salutem dari, sed ne illa quæ prioribus ut congruebat temporibus in umbras rerum futurarum Deus fieri iusserat, tanquam idololatriam gentium damnare crederetur. Hoc est enim quod illi Iacobus ait, auditum de illo esse quod discissionem doceat à Moyse. Quod utique nefas est, ut credentes

in Christum discendantur à propheta Christi, tanquam eius doctrinam detestantes atque damnantes. De quo ipse Christus dicit, si crederetis Moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit. Attende enim obsecro ipsa uerba Iacobi. Vides (inquit) frater quot millia sunt in Iudæa qui crediderunt in Christo: & hi omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te quod discissionem doceas à Moyse, eorum qui per gentes sunt Iudæorum, dicens non debere circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est utique oportet conuenire multitudinem. Audient enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes super se. His assumptis sanctifica te cum ipsis, & impende in eos, ut radant capita, & scient omnes quia quæ de te audierant falsa sunt, sed sequeris & ipse custodiens legem.

Ioan. 5.

Actu. 21.

Non opinor obscurum est & Iacobum hoc ideo monuisse, ut scirent falsa esse quæ de illo audierant hi, qui cum in CHRISTVM ex Iudæis credidissent, tamen æmulatores erant legis, ne per doctrinam CHRISTI, uelut sacrilega, neque Deo mandante conscripta damnari putarentur, quæ per Moysen patribus fuerant ministrata. Hoc enim de Paulo iactauerant, non illi qui intelligebant quo animo à Iudæis fidelibus obseruari tunc ista deberent, propter commendandam scilicet auctoritatem diuinam, & sacramentorum illorum prophetiam sanctitatem, non propter adipiscendam salutem, quæ iam in Christo reuelabatur, & per baptismi sacramentum ministrabatur, sed illi hoc de Paulo sparserant, qui sic uolebant ea obseruari tanquam sine his in Euangelio salus credentibus esse non possit. Ipsum enim senserant uehementissimum gratiæ prædicatorem, & intentioni eorum maxime aduersum, docentem non per illa hominem iustificari, sed per gratiam Iesu Christi, cuius prænunciandi causa illæ umbræ in lege mandata sunt. Et ideo illi inuidiam & persecutionem concitare molientes tanquam inimicum legis mandatorumque diuinorum criminabantur. Cuius falsæ criminationis inuidiam congruentius deuitare non posset, quam ut ea ipse celebraret quæ damnare tanquam sacrilega putabatur: atque ostenderet, nec Iudæos tunc ab eis tanquam à nefarijs prohibendos, nec Gentiles ad ea tanquam necessaria compellendos. Nam si reuera sic ea probaret quemadmodum de illo auditum erat, & ideo celebranda suscipit, ut actione simulata suam posset occultare sententiam, non ei diceret Iacobus. Et scient omnes, sed diceret, & putabant omnes, quoniam quæ de te audierunt falsa sunt.

Sed cum uidissem quod non recto pede incedebat ad ueritatem euangelij, dixi Petro coram omnibus. Si tu cum Iudeis sis, genti liter & non iudaice uiuis, quomodo gentes cogis iudaizare?]

Ex epistola ad Hieronymum.

In ipsis Hierosolymis Apostoli decreuerant

rant ne quisquam tunc Iudæos iudaizare prohiberet, quamuis etiam ipsos iam doctrina Christiana non cogeret. Proinde si post hoc Apostolorum decretum Petrus habuit in Antiochia illam simulationem qua gentes cogeret iudaizare, quod nec ipse cogebatur, quamuis propter commendanda eloquia domini quæ Iudæis sunt credita, non prohibebatur, quid mirum si constringebat Paulus libere debere asserere, quod cum ceteris Apostolis se Hierosolymis decreuisse meminerat. Si autem hoc (ut magis arbitror) ante illud Hierosolymitanum concilium Petrus fecit, nec sic mirum est, quod eum uolebat Paulus non timide obtegere, sed fidenter asserere, quod eum pariter sentire iam nouerat, siue quod cum eo contulerat Euangelium, siue quod in Cornelij Centurionis uocatione etiam diuinitus de hac re eum admonitum acceperat, siue quod antequam illi quos timuerat uenissent Antiochiam, cum gentibus eum conuulsi uiderat. Neque enim negamus in hac sententia fuisse iam Petrum, in qua & Paulus fuit. Non itaque tunc eum quid in ea re uerum esset docebat, sed eius simulationem qua gentes iudaizare cogebantur arguebat, non ob aliud nisi quia sic illa omnia simulatoria gerebantur, tanquam uerum esset quid dicebant illi qui sine circumcissione præputij, atque alijs obseruationibus umbræ futurorum, putabant credentes saluos esse non posse. In cuius sententia non consensionem sed simulationem timore Petrus inciderat, ut de illo Paulus uerissime scriberet, quod eum uidisset non recte ingredientem ad ueritatem euangelij, eique uerissime diceret quod gentes iudaizare cogebat, quod Paulus utique non cogebat, ob hoc illa uetera ueraciter ubi opus esset obseruans, ut damnanda non esse monstraret, prædicans tamen instantem non eis, sed reuelata gratia fidei saluos fieri fideles, ne ad ea quenquam uelut necessaria suscipienda compelleret. Cur itaque mihi non liceat dicere Apostolum Paulum, & alios recte fidei Christianos tunc illa uetera sacramenta paululum obseruando ueraciter commendare debuisse, ne putarentur illæ prophetiæ obseruationes à pijs patribus custoditæ tanquam sacrilegia diabolica à posteris detestandæ. Iam enim cum uenisset fides, quæ prius illis obseruationibus prænunciata, post mortem & resurrectionem Domini reuelata est, amiserant tanquam uitam officij sui. Verum tamen sicut defunctorum corpora necessario deducenda erant quodammodo ad sepulturam, nec simulate, sed religiose: non autem deserenda continuo, uel inimicorum obreccationibus tanquam canum morsibus proijcienda. Proinde nunc quisquis Christianorum (quamuis sit ex Iudæis) similiter ea celebrare uoluerit, tanquam sopitos cineres eruens, non erit pius ductor uel bauians corporis, sed impius sepultura uiolator.

Ex ead. epi.

A scribentibus autoribus sanctarum scrip-

turarum maxime canonicarum inconcussæ creatur, & defendatur abesse omnino mendacium, ne dispensatores Christi de quibus dictum est. Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur, tanquam magnum aliquid sibi fideliter didicisse uideatur pro ueritatis dispensatione mentiri, cum ipsa fides in Latino sermone ab eo dicatur appellata, quia fit quod dicitur. Vbi autem fit quod dicitur mentienti utique non est locus. Fidelis igitur dispensator Apostolus Paulus proculdubio nobis exhibet in scribendo fidem, quia ueritatis dispensator erat, non falsitatis, ac per hoc uerum scripsit, uidisse se petrum non recte ingredientem ad ueritatem euangelij, eique in faciem restitisse, quod gentes cogeret iudaizare. Ipse uero Petrus quod à Paulo fiebat utiliter libertate charitatis, sancte ac benigne pietate humilitatis accepit. Atque ita rarius & sanctius exemplum posteris præbuit, quo non dedignarentur maiores, sicuti forte recti tramitem reliquissent, etiam à posterioribus corrigi, quam Paulus, quo fidenter auderent etiam minores maioribus pro defendenda euangelica ueritate, salua fraterna charitate, resistere. Nam cum fatius sit à tenendo itinere in nullo quam alio quo declinare, multo tamen est mirabilis & laudabilis libenter accipere corrigentem, quam audacter corrigere deuiantem. Laus itaque iustæ libertatis in Paulo, & sanctæ humilitatis in Petro quantum mihi pro modulo meo uidetur, magis fuerat aduersus calumniantem Porphyrium defendenda, quam ut ei daretur obreccandi maior occasio, qua multo mordacius criminaretur Christianos fallaciter uel suas literas scribere, uel Dei sui sacramenta tractare.

Didicimus Apostolum Petrum in quo primatus Apostolorum tam excellenti gratia præeminet, aliter quam ueritas postulat de circumcissione agere solitum à posteriore Apost. Paulo esse correctum. Ergo potuit Petrus non recte in aliquo ingredi ad ueritatem euangelij, ita ut gentes cogeret iudaizare, quod Paulus in ea scribit epistola, in qua Deum testatus est non se mentiri. Ait enim. Quæ autem scribo uobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Et post hanc tam sanctam atque terribilem attestacionem dei narrauit hæc omnia, in quibus ait. Cum uidissem quia non recte ingrediuntur ad ueritatem euangelij, dixi Petro coram omnibus. Si tu cum sis Iudæus gentiliter, & non iudaice uiuis: quo modo gentes cogis iudaizare? Quapropter Petrus à Paulo posteriore corrigitur, & pacis atque unitatis uinculo custodito ad martirium prouehitur.

Ex lib. 2. de baptismo

Galat. 2.

Ex libro contra mendacium ad Consentium. Omnino tenendum in doctrina religionis nullo modo esse mentiendum. Ad ostendendam ergo quædam quæ putantur in scripturis esse mendacia, non ea esse quod putantur, si recte intelligantur, non tibi parum aduersus istos ualere uideatur quod non de Apostoli. sed de Ggg 2 prophe-

propheticis literis inueniunt uelut exempla mentendi. Illa quippe omnia quae nomina- tim commemorant, ubi sit quisque mentitus, in eis libris leguntur in quibus non solum dicta, uerum etiam facta multa figurate conscripta sunt quia & figurate gesta sunt. In figuris autem quod uelut mentiendi dicitur, bene intel lectum uerum inuenitur. Beati Pauli Aposto- li uero in Epistolis suis aliter locuti sunt, aliter conscripti actus Apostolorum, iam uidelicet reuelato testamento nouo, quod illis figuris prophetiis uelabatur. Denique in tot epistolis Apostolicis atque in ipso tam grandi libro in quo actus eorum canonica ueritate narrantur, non inuenitur aliquis talis mentiendi, ut de illo ab istis ad mentiendi licentiam proponatur exem- plum. Quando quidem illa Petri & Barnabe simulatio qua Gentes iudaizare cogebant, me- rito reprehensa atque correcta est, & ne tunc no- ceret, & ne posteris ad imitandum ualeret. Cum enim uidisset Apost. Paulus quia non recte in- gredierentur ad ueritatem Euangelij, dixit Pe- tro coram omnibus. Si tu cum sis Iudaeus, gen- tiliter & non iudaice uiuis, quomodo gentes co- gis iudaizare? Id autem quod ipse fecit, ut qual- dam obseruationes legitimas iudaica consue- tudine retinendo, & agendo, ne se inimicum legi prophetisq; monstraret, absit ut menda- citer cum fecisse credamus. De hac quippe re satis est eius nota sententia, qua fuerat confi- tutum, nec Iudaeos qui tunc in Christum cre- debant, prohibendos esse a patris traditioni- bus, nec ad eas gentiles cum Christiani fie- rent, esse cogendos, ut illa sacramenta quae di- uinitus praecipita esse constat, non tanquam sa- crilegia iam nouo testamento reuelato, uel tan- quam sine his quicumque conuerterentur ad deum, salui esse non possent. Errabant enim qui hoc putabant atque praedicabant, quam- uis iam recepto Christi Euangelio, & eis simu- late confenserant Petrus & Barnabas, ideo- que cogebant gentes iudaizare. Id enim erat cogere, sic ea necessaria praedicare tanquam & recepto Euangelio nulla sine illis salus es- set in Christo, hoc error quorundam putabat, hoc timor Petri simulabat, hoc libertas Pau- li redarguebat.

Ex epist. ad Hierony.

Et si tale aliquid ipse Paulus fecerat, corre- ctum potius etiam ipsum credam coapostoli sui correctionem non potuisse negligere, quam mendaciter in sua epistola scribere potuisse, et Epistola qualibet, quanto magis illa in qua praelocutus ait?

Quae autem scribo uobis, ecce coram Deo, quia non men- tor, si tu cum Iudaeus sis, gentilitate non iudaice uiuis, quo- modo cogis gentes iudaizare.]

Ipsam Apostolum Paulum interrogans, in- terpello & requiro in eo quod scripsit uidisse se Petrum non recte ingredientem ad uerita- tem euangelij, eique in faciem propterea re- spondisse, quod illa simulatione gentes iudaiza- re cogebat, utrum uere scripserit, an forte ne- scio qua dispensatiua fallitate mentitus sit, &

audio Paulo superius in eiusdem narrationis exordio religiosa uoce mihi clamantem. Quae autem scribo uobis, ecce coram deo, quia non mentior. Dent ueniam quilibet aliud opinan- tes. Ego magis credo tanquam apostolo in su- is, & pro suis literis iuranti, quam cuiusque doctis- simo de alienis disputanti.

Ex li. 7 de bapt.

Illi qui se Christianos Nazarenos uocant, & more iudaico carnalia praepudia circumci- dunt nati haeretici ex illo errore, in quem Pe- trus deuians a Paulo reuocatus est, in hoc ad- huc usque persistunt. Ergo illi Petro in prima- tu apostolorum martyrij gloria coronato, in sua peruersitate praecisi ab ecclesia remaserunt.

Nos natura Iudaei, non ex gentibus peccatores.]

Flamma combussit peccatores. Non est hoc nomen in scripturis usitatum eorum, qui licet iuste & laudabiliter uiuant, non sunt tamen si- ne peccato, magis enim sicut interest inter irri- dentes & irrisores, inter murmurantes & mur- muratores, & inter scribentes & scriptores, & caetera similia, ita scriptura appellare peccato- res conuenit ualde iniquos & grauibus pec- catorum sarcinis oneratos.

Ex tractatu Psal. 105.

Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus le- gis nisi per fidem Iesu Christi, non in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, non ex operibus legis, prop- ter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quod si quae uolentes iustificari in Christo inuenti sumus & ipsi peccato- res, nunquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim in qua destruxi, iterum haec reaedifico, praearcatorum me esse constituo.

Ex li. ad Pau- linu Episc.

Non quia opera bona frustrantur, cum de- us reddat unicuique secundum opera sua, sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia, quo- niam fides quae per dilectionem operatur, ni- hil operaretur nisi ipsa dilectio dei diffunderetur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, nec ipsa fides esset in nobis, nisi unicuique deus partiretur mensuram fidei.

Ex fide dicit nos iustificari, quia ipsa prima est ex qua impetrantur caetera.

Ego enim per legem, legi mortuus sum, ut deo uiuam. Chri- sto crucifixus sum cruci. uiuo autem iam, non ego, uiuit uero in me Christus.]

Ex tractatu Psal. 118.

Cognita Dei gratia quae sola liberat a pra- uaricatione, quae legis cognitione commit- titur, oratio dicit. Confige clauis a timore tuo carnes meas. Sic enim expressius interpreta- ti sunt quidam nostri, quod Graece uno uerbo dici potuit, id est cathilogon, ubi quid uult in- telligi nisi quod ait apostolus: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Chri- sti, per quem mihi mundus crucifixus est, & e- go mundo. Et iterum Christo, inquit, crucifi- xus sum cruci. uiuo autem iam, non ego, ui- uit uero in me Christus. Quod quid est aliud nisi non est in me iustitia mea quae ex lege est, in qua praearcator effectus sum, sed iustitia dei, id est quae mihi ex deo est, non ex me. Sic quippe in me uiuit non ego, sed Christus, qui factus est nobis sapientia a Deo & iustitia & sanctificatio & redemptio, ut quem admodum scriptum est, Qui gloriatur in domino glorie- tur.

Galat. 6.

tur. Item dicit, Qui autem Iesu Christi sunt, car- nem suam crucifixerunt cum passionibus & co- cupiscentijs. cum hic dictum sit quod ipsi cruci- fixerunt carnem suam, in isto tamen psalmo Deus rogatur ut id faciat cui dicitur. Confige clauis a timore tuo carnes meas, ut intelliga- mus etiam quod recte facimus, gratiae Dei esse tribuendum, qui in nobis operatur & uelle & operari pro bona uoluntate. Confige, inquit, clauis a timore tuo carnes meas, a iudicijs e- nim tuis timui. hoc est a timore tuo casto qui p- manet in saecula saeculorum, carnalia desideria mea comprimantur a iudicijs enim tuis timui, cum lex mihi minaretur poenam, quae mihi non po- terat dare iustitiam. Sed hunc timorem quo poe- na metuitur, consummata charitas foras mit- tit, quae non timore poenae, sed delectatione ius- titiae liberis reddit. Timor namque iste quo non amatur iustitia, sed timetur poena, serui- lis est, & ideo non crucifigit carnem. uiuit e- nim peccandi uoluntas, quae tunc appareat in opere, quando separatur impunitas. Cum uero poena creditur secutura, latenter uiuit, uiuit tam- en. Mallet enim licere & dolet non licere quod lex ue- rat, quia non spiritaliter delectat eius bono, sed carnaliter malum metuit quod minatur. Timore autem casto ipsa quae hunc timorem foras mit- tit peccare timet charitas, etiam si sequatur im- punitas, quia nec impunitatem iudicat secutu- ram, quando amor iustitiae peccatum ipsam de- putat poenam. Tali timore carnes crucifigun- tur, quando carnales delectationes quae legis litera uetatur potius quam uitantur, spiritali- um bonorum delectatione uincuntur, & eas- dem usque ad perfectionem crescente uictio- ria perimuntur.

Philip. 2.

1. Ioan. 4.

Ex ser. de uer- uan. Galat. 5.

Ex ser. in epi. Ioan. 7. Rom. 8.

Audi apostolum negantem se. Mihi, inquit, mundus crucifixus est, & ego mundo. Audi ad- huc negantem se. uiuo, inquit, non ego. Aper- ta sui negatio, sed iam sequitur gloriosa Chri- sti confessio. uiuit uero in me Christus. Quid est ergo, nega te? noli tu ipse uiuere in te. Quid est, noli tu ipse uiuere in te? Noli facere uolun- tatem tuam, sed illius qui habitat in te.

Quod autem non uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui di- lexit me, & tradidit semetipsum pro me.]

Apostolus dicit. Qui filio proprio non pe- percit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Ec- ce Christum tradidit pater, tradidit Iudas. Nun- quid non quasi simile factum uidetur, traditor Iudas, traditor & deus pater? Absit, inquit. Non dico, sed Apost. dicit. q. filio proprio non peper- cit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & pater illum tradidit & ipse se tradidit. Ait idem Apost. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Si pater tradidit filium, & tradidit seipsum filio, Iudas quid fecit? Facta est traditio a patre, facta est traditio a filio, facta est traditio a Iuda, una res facta est. Sed quae res discernit patrem tra- dentem filium, & seipsum filium tradentem, & Iudam discipulum tradentem magistrum suum. Quia hoc fecit pater & filius in charita- te, fecit autem Iudas in prodicione. Videtis

quia non quid faciat homo considerandum est, sed quo animo & uoluntate faciat. In eo- dem facto inuenimus deum patrem in quo in- uenimus Iudam, patrem benedicimus, Iudam detestamur, benedicimus charitatem, detesta- mur iniquitatem. Quantum enim praestitum est generi humano ex tradito Christo, nun- quid hoc cogitauit Iudas ut traderet? Deus co- gitauit salutem nostram qua redempti sumus: Iudas cogitauit precium quo uendidit domi- num. Filius ipse precium quod dedit pro no- bis. Iudas cogitauit precium quod accepit ut uenderet. Diuersa ergo intentio diuersa facta facit, cum sit una res. Ex diuersis intentionibus, eam si metiamur, unum amandum, alterum damnandum, unum glorificandum, alterum detestandum inuenimus.

Non abiectio gratiam Dei, si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.]

Quis ita sit surdus aduersus apostolicas uo- ces? quis ita desipiat, immo insanat, nesci- ens quid loquatur, ut audeat dicere legem esse gratiam, cum clamet qui sciebat quid loque- retur, qui in lege iustificamini, a gratia excidi- stis. Sic autem lex non est gratia, quia ut ipsa lex fiat, non potest lex adiuuare, sed gratia. Nunquid natura erit gratia? Nam & hoc Pe- lagiani ausi sunt dicere, gratiam esse naturam: in qua sic creati sumus, ut habeamus mentem rationalem qua intelligere ualeamus, facti ad imaginem dei, ut dominemur piscibus maris, & uolatibus caeli, & omnibus pecoribus quae repunt super terram. Sed non est haec gratia quam commendat Apostolus per fidem Ie- su Christi, hanc enim naturam etiam cum im- pijs & infidelibus certum est nobis esse com- munem. Gratia uero per fidem Iesu Christi eo- rum tantummodo est, quorum est ipsa fides. Non enim omnium est fides. Denique sicut eis, qui uolentes in lege iustificari, a gratia excide- runt, uerissime dicit. Si ex lege iustitia: ergo Christus gratis mortuus est, sic & his qui gra- tiam quam commendat, & percipit fides Christi, putant esse naturam, uerissime dicitur. Si ex natura iustitia, ergo Christus gra- tis mortuus est. Iam hic enim erat lex, & non iustificabat. Iam hic erat & natura, & non ius- tificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est, ut & lex per illum impleteretur qui dixit. Non ueni legem soluere, sed implere & natu- ra per Adam perditam, per illum repararetur qui dixit, se uenisse querere & saluare quod perierat.

Ex li. de grat. et liber. arbit.

Galat. 5.

Ephes. 2.

Matth. 5.

Luc. 19.

Ex lib. sent. Prosperii.

Nemo in eo quod uidetur habere glorie tur tanquam non acceperit, aut ideo putet se acce- pisse: quia litera extrinsecus uel ut legeretur apparuit, uel ut audiretur insonuit. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Porro autem si non gratis mortuus est, ascen- dens in altum captiua uel captiuitate, dedit do- na hominibus, inde habet quicumque habet. Quis quis autem inde se habere negat, aut uere non habet, aut id quod habet, auferetur ab eo.

CAPVT III.

Offensati Galatae, quis uos fascinauit non obedire ueritate? Ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in uobis crucifixus. Hoc solum a uobis uolo discere, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei. Sic stulti estis, ut cum spiritu ceperitis, nunc carne consumamini? Tanta passus estis sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est. Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Ex li. de ciui. dei 16.

Hic sane illa sententia ponitur, cuius apostolus meminit propter Dei gratiam commendandam ne circumcisio gloriaretur, gentesque incircumcisas ad fidem Christi nollet admitti. Hoc enim quando factum est, ut credenti Abraham deputaretur fides ad iustitiam, nondum fuerat circumcisus.

Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abraham. Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus: pronunciauit Abraham, quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt: benedicentur cum fidei Abraham. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim. Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus que scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuit. Lex autem non est ex fide, sed qui seruauit ea uiuet in illis.]

Ex li. cont. Faustum.

Hoc dictum est ad Abraham, hoc ad Isaac, hoc ad Iacob. Unde non immerito dicit. Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac, & Deus Iacob. completurus utique in benedictione omnium gentium, quod ex eorum semine promissit. Nec immerito ipse Abraham cum eius seruus ei iuraret, subfemore suo iussit eum ponere manum, sciens inde uenturam carnem Christi, in quo benedicti omnes gentes, non nunc pronunciamus, sed quod pronunciatum est, nunc uidemus.

Ex ser. de uer. eu. angelij 14. Genesi 22.

Impletum est quod promissum est Abraham, & ex his que uidemus, credimus que non uidemus. Unus homo fuit Abraham, & dictum est illi. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Si ad se attenderet, quando crederet? Unus homo erat, & iam senex erat, & uxorem sterilem habebat, & etate iam ita progressam, ut concipere non posset, etiam si sterilis non fuisset. Non erat prorsus unde aliquid sperare tur, sed promittentem attendebat, & credebat quod non uidebat. Ecce ille quod credidit, nos uidemus. Ergo ex his que uidemus, debemus credere que non uidemus. Genuit Isaac, non uidimus. Et Isaac genuit Iacob, & hoc non uidimus. Et Iacob genuit duodecim filios, & ipsos non uidimus. Et duodecim filij genuerunt populum Israel. Magnam populum uidemus, iam corpori ea dicere que uidemus. De populo Israel nata est uirgo, & peperit Christum, & ecce in Christo benedicuntur omnes gentes, quid uerius: quid certius? quid apertius? Desiderate mecum futurum seculum qui congregati estis ex gentibus. In hoc seculo impleuit deus promissum suum ex semine Abraham. Quomodo ergo non dabit nobis aeterna promissa sua quos

fecit esse semen Abraham: hoc enim dicit Apostolus. Si autem uos Christi (Apostolica uerba sunt) ergo Abraham semen estis. Magnum aliquid cepimus esse, nemo se contemnat, nihil fuimus, sed aliquid sumus. Diximus domino. Memeto quia puluis sumus, sed ille de puluere hominem fecit, & pulueri uitam dedit, & in Christo domino nostro iam ipsum puluerem ad caeli regna perduxit, quia hic accepit carnem, hic accepit terram, & terram leuauit in caelum, qui fecit terram & caelum.

10

Legimus iustificari in Christo qui credunt in eum propter occultam communicationem & inspirationem gratiae spiritualis, qua quisquis haeret Domino, unus spiritus est, quamuis eum & imitentur sancti eius. Legatur mihi tale aliquid de his qui sanctos eius imitati sunt, utrum quisquam dictus sit iustificatus in Paulo, aut in Petro, aut quolibet horum, quorum in populo Dei magna excellit autoritas, nisi quod in Abraham dicimur benedicti, sicut ei dictum est. Benedicentur in te omnes gentes, propter Christum qui semen eius est secundum carnem. Quod manifestius dicitur, cum hoc idem ita dicitur. Benedicentur in semine tuo omnes gentes.

20

Christus redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictus: quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno. ut in gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Fratres secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat.]

30

Secutus Apostolus dicit de Christo. Factus est pro nobis maledictus. Sicut non timuit dicere, pro omnibus mortuus est. Hoc enim mortuus est, quod maledictus. Quonia mors ipsa ex maledicto est, & maledictum est omne peccatum, siue ipsum quod sit ut sequatur supplicium, siue ipsum supplicium quod alio modo uocatur peccatum, quia fit ex peccato. Suscepit autem Christus sine reatu supplicium nostrum, ut inde solueret nostrum reatum, & finiret etiam supplicium nostrum. Misit, inquit, deus filium suum in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum in carne. Non erat ergo illa caro peccati, quia non de traduce mortalitatis in Mariam per masculum uenerat, sed tamen quia de peccato est mors, illa autem caro quamuis ex uirgine, tamen mortalis fuit: eo ipso quo mortalis erat similitudinem habebat carnis peccati. Hoc appellat etiam peccatum consuetudinem dicens. Ut de peccato damnaret peccatum in carne. Item alio loco. Eum (inquit) qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit, ut nos simus iustitia Dei in ipso. Cur ergo, timeret Moyses dicere maledictum quod Paulus non timuit dicere peccatum? Plane hoc propheta & praeuidere debuit & praedicere paratus ab haeticis cum Apostolo reprehendi. Nec ideo maior inuidia est quod addiderit Deo ut diceret, maledictus Deo omnis qui pependerit in ligno. Nisi enim in

Psal. 103

Ex li. 1. de bo. ptif. par. Rom. 8. 3.

Deut. 21.

Ex lib. cont. Faustum 2. Cor. 5.

Rom. 8. 6.

Deut. 21.

enim deus odisset peccatum & mortem nostram, non ad eam suscipiendam atque delendam filium suum mitteret. Quid ergo mirum si maledictum est deo quod odit deus? Tanto enim libentius donauit nobis immortalitatem quae futura est Christo ueniēte, quanto miserius cordius odit mortem nostram, que in ligno pendit Christo moriente. Quod autem additum est omnis, ut diceretur, Maledictus omnis qui in ligno pependerit: non sane Moyses minus praeuidit etiam iustos in cruce futuros, sed bene praeuidit haeticos ueram mortem dominum Christum se iungere, ut a mortis etiam ueritate se iungerent. Si enim uera illa mors non erat nullum maledictum Christo crucifixo pependerit in ligno, quia nec uere crucifixus est. Sed contra longe futuros haeticos quam delonge clamat Moyses. Sine causa tergiversamini de quibus displicet ueritas mortis Christi. Maledictus omnis qui pependerit in ligno, non ille, aut ille: sed omnis omnino. Etiam ne & filius dei: Etiam prorsus. Nam hoc est quod non uultis, inde satagitis, inde seducitis: displicet enim uobis maledictus pro nobis, quia displicet mortuus pro nobis. Tunc enim extra maledictum ipsius Adam, si extra illius mortem. Cum uero ex homine & pro homine mortem suscepit, ex illo, & pro illo etiam maledictum quod mortem comitatur suscipere non dedignatus est. Etiam ille prorsus, etiam ille filius dei semper uiuus in sua iustitia, mortuus autem propter nostra delicta in carne suscepta ex poena nostra, sic & semper benedictus in sua iustitia, maledictus autem propter nostra delicta in morte suscepta ex poena nostra. Ac per hoc additum est omnis, ne Christus ad ueram mortem non pertinere diceretur, si a maledicto quod morti coniunctum est insipienti honorificentia separaretur. Iam uero ubi audis poenam peccati, aut ex benedictione crede uenientem, aut ex maledictione. Si ex benedictione uenit poena peccati, opta semper esse in poena peccati. Si autem optas inde liberari, crede per diuinam sententiam iustitiam ex maledictione uenisse. Confitere ergo maledictum suscepisse pro nobis quem confiteris mortuum esse pro nobis. Hoc est quod asserit propheta, quia sciebat Christi mortem in cruce pensuram, & futuros haeticos qui dicerent: Pependerit quidem in ligno, sed specie quadam, non ut uere moreretur. Clamando ergo maledictus, nihil aliud clamauit nisi quia uere mortuus, sciens mortem hominis peccatoris, quam sine peccato ipse suscepit de illo maledicto uenientem quo dictum est. Si tetigeritis, morte moriemini. Ad hoc pertinet & serpens ille in ligno suspensus, quo significaretur non falsam mortem Christum finxisse, sed illam ueram in ligno passionis suae suspendisse in quam serpens ille hominem mala suadendo deiecit: quam ueram mortem nolunt illi conspiceret: & ideo non sanantur a ueneno serpentis, sicut in eremo qui,

Gene. 2. Numc. 21.

cumque illi attendere sanabantur.

In propheta dictum est. Maledictus omnis qui pependerit in ligno. Non enim ipse attulit mortem, sed hic inuenit in maledicto primi hominis propagatam. Eandem mortem nostram suscipiens in ligno suspendit, que uenerat de peccato. Ergo ne putarent aliqui sicut putant quidam haetici, dominum Iesum Christum falsam carnem habuisse, & non ueram mortem in cruce soluisse, intendit hoc propheta & ait. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Ostendit ergo quia & filius dei uera morte mortuus est, que mortali carni debebatur: ne non maledictum putares non uere mortuum, quia uera illa mors non erat falsa, sed ex illa propagine descenderat quae uenerat de maledicto, cum deus diceret, morte moriemini. Omnino & ad ipsum peruenit uera mors, ut ad nos perueniret uera mors. Etiam ad ipsum peruenit mortis maledictio, ut ad nos perueniret uera benedictio. Abraham dixit sunt promissiones & semini eius. Nunquid de genere uenimus Abraham, aut ullo modo Abraham pater noster fuit secundum carnem? Originem de carne eius caro Iudaeorum ducit, non caro Christianorum. Nos de alijs gentibus uenimus, & tamen imitando Abraham fidem, filij facti sumus. Apostolum audi. Abraham dixit sunt promissiones & semini eius. Non dicit, inquit, & seminibus tantum in multis, sed tanquam in uno, & semini tuo quod est Christus. Si autem uos Christi, ergo Abraham semen estis secundum promissionem haeredes. Nos ergo facti sumus semen Abraham gratia dei. Non de carne Abraham fecit illi coheredes deus, illos exhaeredauit, istos adoptauit. Et de arbore illa oliuae, cuius radix est in patriarchis ramos naturales superbos amputauit, olae frum humilem inseruit.

Ex tractatu. Psal. 137.

Ex tractatu. sec. Ioan. 37.

Non dicit & seminibus, quasi in multis sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus.]

Nisi Christus solus iret ad patrem, non diceret. Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo filius hominis qui est in caelo. Sed etiam Paulus Apostolus dicit. Nostra enim conuersatio in caelis est. Sed quare hoc? quia item dicit. Si resurrexistis cum Christo quae sursum sunt querite: ubi Christus est in dextera Dei sedes, quae sursum sunt sapite non quae super terram: mortui enim estis: & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Quomodo ergo ille solus? An ideo solus quia Christus unus est cum omnibus membris suis tanquam caput cum corpore suo?

Ex ser. de uer. eu. angelij. 61. Ioan. 3. Philip. 3. Coloss. 3.

Quae autem corpus eius nisi Ecclesia? sicut dicit idem doctor. Vos autem estis corpus Christi & membra ex parte. Cum ergo nos ceciderimus, & propter nos ipse descenderit: quid est nemo ascendit nisi qui descendit, nisi quia nemo ascendit nisi unus cum eo factus, & tanquam membrum compactus in eius corpore qui descendit? Sic & discipulis dicit: quia sine me nihil potestis facere. Aliter enim unum cum patre, & aliter unum nobiscum.

1. Cor. 12.

Ioan. 2.

Ioan. 17.

Philip. 2. Vnum cum patre est, quia una substantia est patris & filij, unum cum patre est, quia cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Vnus autem nobiscum factus est: quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Vnus nobiscum factus est secundum semen Abraham, in quo benedicentur omnes gentes. Quod cum commemorasset, ait Apostolus. Non dicit in seminibus tanquam in multis, sed tanquam in uno & semini tuo, qui est Christus. Et quia & nos ad id pertinemus quod est Christus: nobis simul corporatis, & illi capiti coherentibus unus est Christus. Et quia & nobis dicit, ergo Abraham semen estis secundum promissionem heredes. Si enim unum est semen Abraham, & illud unum semen Abraham non intelligitur: nisi Christus: hoc autem semen Abraham nos sumus: hoc ergo totum id est caput & corpus unus est Christus.

Hoc autem dico testamentum confirmatum a Deo, quae post quadringentos et triginta annos facta est lex non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abraham autem per repromissionem donauit Deus.]

Ex li. quae. Exo. li. 45. **A**postolus cum Abraham laudaret, & commendaret fidem in ea promissione qua Christum uult intelligi prophetatum, id est qua promissit deus Abraham quod bene dicentur in eo omnes tribus terrae. Hoc autem dico (inquit) testamentum confirmatum a Deo, quae post quadringentos & triginta annos facta est lex: non infirmat ad euacuandas promissiones. Ex illa promissione qua uocatus est Abraham & creditur deo, post quadringentos & triginta annos factam legem dicit Apostolus. Non ex tempore quo Iacob intrauit in Aegyptum. Deinde etiam ipsa scriptura Exodi hoc significatur, non enim dicit incoluerunt filiorum Israel, quem incoluerunt in terra Aegypti anni quadringenti triginta: sed aperte dixit quam incoluerunt in terra Aegypti, & in terra Chanaan ipsi & patres eorum. Ac per hoc manifestum est computandum esse tempus etiam patriarcharum Abraham, Isaac & Iacob, ex quo peregrinari cepit Abraham in terra Chanaan: id est ex illa promissione in qua eius fidem laudat Apostolus usque ad illud tempus quo ingressus est Israel in Aegyptum. Toto quippe isto tempore peregrinati sunt patres in terra Chanaan, & deinde semen Israel in Aegyptum, ac sic completi sunt quadringenti triginta anni a promissione usque ad exitum Israel ex Aegyptum: quando facta est lex in monte Sina, quae non infirmat testamentum ad euacuandas promissiones. Septuagesimo ergo & quinto anno uitae Isaac (sicut scriptura dicit) ingressus est in terram Chanaan et genuit Isaac cum esset annorum centum. Fiunt itaque anni uiginti quinque ex promissione usque ad natum Isaac. His adduntur omnes anni uitae Isaac, id est centum octoginta & sunt ducenti quinque. Tunc erat Iacob annorum centum uiginti. Nati sunt enim sexagenario patri gemini ipse

& Esau. Post decem annos intrauit Iacob in Aegyptum cum esset annorum centum triginta. Ioseph autem esset triginta nouem. Fiunt proinde anni a promissione usque ad ingressum Iacob in Aegyptum, ducenti quindecim. Ioseph autem ab illo tricesimo & nono anno etatis suae in quo eum pater in Aegyptum inuenit, uixit annos septuaginta unum: quia omnes etatis eius anni centum & decem fuerunt. Cum itaque ad ducentos quindecim annos accesserint septuaginta unus, fiunt anni ducenti octoginta sex: restant centum quadraginta quatuor uel quinque, quibus intelligitur seruasse in Aegyptum populum Israel post mortem Ioseph.

Quid igitur lex propter transgressionem posita est donec ueniret semen cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, Deus autem unus est. Cum exponerem, Quid ergo lex transgressionis gratia posita est: ita distinguendum putauit ut interrogatio esset, Quid ergo? Ac deinde responso, lex transgressionis gratia posita est, quod quidem non abhorret a uero. Sed melior mihi uidetur ista distinctio ut interrogatio sit. Quid ergo lex? Et inferatur responso, transgressionis posita est gratia.

Ubiunque in meis libris posui, de semine cui repromissum est, quod dispositum est per angelos in manu mediatoris, non sic habet apostolus, sed ut ueriores codices quos post inspexi maxime Gracos. De lege enim dictum est, quod tanquam de semine dictum multi Latini codices habent per interpretantis errorem.

Lex prauaricationis gratia posita est, donec ueniret semen cui promissum est. Vnde subintrauit ut abundaret delictum, & ubi abundauit delictum superabundauit gratia, id est ut acciperet homo precepta, superbe de suis uiribus fidens, in quibus deficiens, & factus iram preuaricator liberatorem, saluatoremque requireret, atque ita cum timor legis factum humilem tanquam paedagogus ad fidem gratiamque perduceret: Ita multiplicatis infirmitatibus postea accelerauerunt, quibus sanandis oportune Christus aduenit. In cuius gratiam etiam iusti antiqui crediderunt, eadem ipsa gratia eius adiuti, ut gaudentes eum praefererent, & quidam etiam praenunciarent esse eum uenturum, uel in illo populo Israel, sicut Moyses, & Iesus Naue, & Samuel, & Dauid, & ceteri tales, uel extra ipsum populum, sicut Iob, uel ante ipsum populum, sicut Abraham, sicut Noe, & quicumque alij sunt, quos commemorat, uel tacet sacra scriptura. Vnus enim deus, & unus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sine cuius gratia nemo a condemnatione liberatur, siue qua traxit ex illo in quo omnes peccauerunt, siue quam postea suis iniquitatibus addidit.

Non angelus singulariter, sed oio angeli dicuntur: per quos non sermo quilibet factus est, sed lex ipsa data manifestissime ostendit, qua certe nullus fidelium dubitat dominum dixisse Moysi ad sub-

Genes. 25. Genes. 46.

Gene. 50.

Ex libro retr. clatio.

Ex libr. retr.

Ex libr. de perfectione iustitiae hominis Roman. 5.

Psal. 15.

Ex libr. 3. de trimi.

subiugandum populum Israel, sed tamen per angelos datam ita Stephanus loquitur. Dura ceruice, inquit, & non circumciso corde, & auribus, uos semper spiritui sancto restitistis sicut patres uestri: & occiderunt eos qui pronuntiabant de aduentu iusti, cuius nunc uos proditores & interfectores fuistis: qui accepistis legem in edictis angelorum, nec custodistis. Quid hoc euidentius? quid tanta auctoritate robustius? In edictis quidem angelorum lex illi populo data est: sed domini nostri Iesu Christi per eam disponebatur, & praenunciabatur aduentus: & iste tanquam uerbum Dei miro & ineffabili modo erat in Angelis, in quorum edictis lex dabatur. Vnde dicit in Euangelio. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Per Angelos ergo tunc dominus loquebatur: per Angelos filius Dei loquebatur mediator Dei, & hominum futurus ex semine Abraham suum disposuens aduentum, ut inueniret a quibus reciperetur confitentis reos, quos lex non impleta fecerat transgressores. Vnde & Apostolus dicit. Quid ergo lex transgressionis gratia posita est, donec ueniret semen cui promissum est, disposita per Angelos in manu mediatoris. Quod autem non aliqui ex Angelis dicit mediatorem: sed ipsum dominum Iesum Christum in quantum homo fieri dignatus est, habes alio loco. Vnus inquit Deus, & unus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus. Hinc illud pascha in interfectione agni. Hinc illa omnia quae de Christo uerturo in carne, atque passuro, sed & resurrecturo in lege figurantur, quae data est in edictis Angelorum. In quibus Angelis erat utique & pater, & filius, & spiritus sanctus. Et aliquando pater, aliquando filius, aliquando spiritus sanctus: aliquando sine ulla distinctio ne personae, Deus per illos figurabatur, etsi uisibilibus, & sensibilibus formis apparens, per creaturam tamen suam: non per substantiam suam: cui uidentur corda mundantur per haec omnia quae oculis uidentur & auribus audiuntur.

Dominus noster Iesus Christus tanquam totus perfectus uir, & caput & corpus. Caput in illo homine cognoscimus qui natus est de Maria uirgine, passus sub Pontio Pilato, sepultus, resurrexit, ascendit in caelum, sedet ad dexteram patris. Inde illum expectamus iudicem uiuorum atque mortuorum. Hoc est caput Ecclesiae, corpus huius capitis Ecclesia est non quae hoc loco est, sed & quae hoc loco & per totum orbem terrarum: nec illa quae hoc tempore: sed ab ipso Abel usque ad eos qui nascituri sunt usque in finem, & credituri in Christum totus populus sanctorum ad unam ciuitatem pertinentium: quae ciuitas corpus est Christi, cui caput est Christus. Ibi sunt & Angeli ciues nostri, sed quia nos peregrinamur, laboramus: illi autem in ciuitate expectant aduentum nostrum. De illa ciuitate unde peregrinamur, litera nobis uenerunt: ipse sunt scripturae quae nos hor-

Act. 7.

Ioan. 5. 1. Tim. 2.

Ex tractatu Psal. 90.

tantur ut bene uiuamus. Quid dicam uenisse literas? Ipse rex descendit, & factus est nobis uia in peregrinatione: ut in illo ambulantes, nec erremus, nec deficiamus, nec in latrocinantibus incidamus, nec in laqueo irritamus qui ponuntur iuxta uiam. Talem ergo scientes Christum totum atque uniuersum simul cum ecclesia: ipsum autem solum natum de uirgine ne caput ecclesiae, mediatorem scilicet inter deum & homines Christum Iesum, ad hoc mediatorem ut eos qui recesserant per se reconciliaret: medius enim non est nisi inter duos, recesseramus a maiestate dei, & peccato nostro offenderamus eum, missus est filius mediator, qui sanguine suo solueret peccata nostra, qui bus separabamur a deo, & interpositus redderet nos, & reconciliaret a quo auerfi in peccatis nostris & delictis tenebamur. Ipse est caput nostrum: ipse Deus aequalis patri, uerbum dei per quod facta sunt omnia, sed deus ut crearemur, homo ut recrearemur, deus ut faceret: homo ut reficeret.

Quid ergo lex, quasi quae utilitas legis praeuaricationis gratia posita est. Hoc est quod dicit alibi. Lex enim subintrauit ut abundaret delictum. Prauaricationis gratia posita est unde humiliaretur ceruix superbiorum multum sibi tribuentium, & uoluntati suae tantum arrogantium, ut liberum arbitrium sibi putarent pro se sufficere ad iustitiam. Lex ergo prauaricationis gratia posita est: donec ueniret semen cui promissum est, disposita per Angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, deus autem unus est. Quid est mediator unius non est? quia inter duos utique mediator est. Inuenimus inter quid & quid sit mediator ipso Apostolo dicente. Vnus enim Deus, unus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Si non iacres, mediatorem necessarium non haberes: quia uero facies & surge re non potes, mediatorem quodammodo Deus tibi porrexit brachium suum. Et brachium domini cui reuelatum est.

Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quae posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia.]

Opus est hoc gratiae: quam qui accipiunt, doctrinae salutari scripturarum sanctarum, etsi fuerint inimici, fiunt amici. Non opus eiusdem doctrinae est, quam qui audiunt & legunt sine gratia Dei peiores eius efficiuntur inimici. Non est igitur gratia dei in natura liberi arbitrii, & in lege atque doctrina, sicut Pelagiana peruersitas desipit, sed ad singulos actus datur illius uoluntate de quo scriptum est. Pluuiam uoluntariam segregans deus hereditati suae. Quia & liberum arbitrium ad diligendum deum primi peccati granditate perdidimus, & lex dei atque doctrina quamuis sancta & bona & iusta, tamen occidit si non uiuificet spiritus. Per quem fit, non ut audiendo, sed ut obediendo, neque ut lectione, sed ut dilectione teneatur. Lex enim sine gratia, litera sola est: manet ad conuincendum iniquitatem, non ad dandam salutem,

Ex ser. de uer. Apo. Roman. 5.

Esai. 53.

Ex epi. ad Vitalem.

Psal. 57.

Ex tractatu Psal. 70.

salutem, quid enim ait Apostolus: Si enim data esset lex quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Christi daretur credentibus. De hac litera dicit alio loco. Litera occidit: spiritus autem uiuificat. Habes literam, sed non implet literam. Vnde non implet literam? Quia de te praesumis: opera tua extollis: nescis necessarium esse gratiam adiuuantis, ut impleatur praecceptum iubentis. Ecce iussit Deus: age quod iussit: incipis agere quasi ex uiribus tuis, & cadis: & manet super te litera puniens, non saluans. Merito lex per Moysen data est: & gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est. Si enim data esset lex quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed data est lex, ut reos uos faceret, rei facti timeretis: timentes indulgentiam peteretis: iam de uiribus uestris non presumeretis, de litera uos non extolleretis.

Putabamus nos facile iustos esse posse, quia si uiribus nostris antequam acciperemus mandatum. Adueniente autem mandato, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, hoc ait apostolus. Data est enim lex hominibus, non quae saluaret eos iam: sed per quam cognoscerent in qua aegritudine iacebant. Audi uerba apostoli. Si enim data esset lex quae posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia: sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus: ut ueniret gratia post legem, & inueniret hominem non solum facientem, sed iam etiam consentientem, & dicentem. Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et opportune ueniret medicus ad conuallem plorationis, & diceret: certe cognouisti quia cecidisti: audi me ut surgas, qui me contempnisti ut caderes. Data est ergo lex, ut agrum de morbo conuinceret, quilibet sanus uidebatur: ut peccata demonstrarentur, non ut auferrentur. Demonstrato peccato per datam legem auctum est peccatum, quia peccatum est & contra legem. Occasione, inquit, accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Quid est occasio accepta per mandatum? Acceptum mandatum quasi uiribus suis conati sunt facere homines, uicti concupiscentia, etiam ipsius mandati transgressione rei facti sunt. Sed quid dicit apostolus? Vbi autem abundauit peccatum, superabundauit gratia, id est auctus est morbus, commendata est medicina. Si enim data esset lex, quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Si ergo non est data lex, quae posset uiuificare, quare data est? Sequitur, & ostendit quare sit data, quia etiam sic in adiutorium data est, ne te sanum putares, sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Quando audis promissionem, expecta factorem, idonea fuit humana natura per liberum arbitrium uulnerare se, sed iam uulnerata &

fauciata, non est idonea per liberum arbitrium sanare se. Bona est lex si quis ea legitime utatur. Quid est ergo legitime uti lege? Per legem agnoscere morbum suum, & quaerere ad sanitatem diuinum adiutorium, quia sicut dixi, si data esset lex quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia, nec quaeretur Saluator, nec ueniret Christus, nec sanguine suo ouem perditam quaereret, sicut dicit apostolus idem alio loco. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.

Quid fecit lex sine gratia, nisi magis reos? Quare? Quia legis auditores, & non factores, ac per hoc peccatores, prauaricatores. Mortuus est puer hospita hominis Dei, & missus est baculus per seruum, & positus est super faciem ipsius, & non reuixit. Quid facit lex sine gratia? Apostolus iam uidens, iam ex caeco illuminatus, quid dicit? Si enim data esset lex quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Intendite, respondeamus, & dicamus, quid est quod dixit? Si data esset lex quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Si non poterat uiuificare, ut quid data est? Secutus adiunxit. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, promissio illuminationis, promissio dilectionis ex fide Iesu Christi, ut daretur credentibus, scriptura illa, id est lex, conclusit omnia sub peccato. Quid est conclusit omnia sub peccato? fecit delictorum etiam prauaricatore. Nam sanare non potuit peccatorem. Conclusit omnia sub peccato, sed qua spero? Spe gratia, spe misericordiae. Accepisti legem, stare uoluisti, non potuisti. A superbia cecidisti, languore tuum uidisti. Curre ad medicum, laua faciem. Opta Christum, confitere Christum, crede in Christum. Accedat spiritus literae, & eris sanus. Nam si spiritum literae detrahas, litera occidit. Si occidit, ubi spes? Spiritus autem uiuificat.

Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Christi daretur credentibus?

Ex hac promissione, hoc est ex Dei beneficio, ipsa lex impletur, sine qua promissione prauaricatores facit, uel usque ad affectum mali operis, si etiam regulam timoris concupiscentiae flamma transcenderit, uel certe in sola uoluntate, si timor poenae suauitatem libidinis uicerit. Quod enim ait, conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Christi daretur credentibus, ipsius conclusionis utilitas data est. Nam conclusit ad quos usus? Nisi quemadmodum alibi dicit, Prius autem quam ueniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quae postea reuelata est. Lex ergo data est, ut gratia quaeretur, gratia data est, ut lex impleatur. Neque enim suo uicio non implebatur lex, sed uicio prudentiae carnis. Quod uicium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit.

Si enim data esset lex quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Cui tamen bono lex data sit, consequenter adiunxit dicens. Sed

Ex ser. de illuminatione caeci. 18.4. Reg. 4.
Ex lib. 2. de bapt. para.
Ex epi. ad Optatum episc. p. 111.

2. Cor. 3.
Ioan. 1.
Ex tractatu Psal. 83.
Roman. 7.
Roman. 7.
Roman. 5.
Ex ser. de uer. apo. 13.
Ibidem paulo inferius

Sed conclusit scriptura sub peccato omnia, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Danda itaque fuerat lex, quae manifestius sibi ipsum ostenderet hominem, ne superbus animus humanus a seipso se posse esse iustum putaret, & ignorans Dei iustitiam, id est quae homini ex Deo est, suam uolens constitutere, id est quasi suis uiribus partem, iustitiae Dei subiectus non fieret. Oportebat itaque, ut addito mandato, cuius uox est, Non concupisces, superbo peccatori etiam prauaricationis crimine accederet, atque ita gratia medicinam non facta per legem, sed conuicta infirmitas quaereret.

Manifestatio, inquit, uerborum tuorum illuminat, & intelligere facit infantes. Quid est paruulus nisi humilis & infirmus? Noli ergo superbire, noli de tua quae nulla est uirtute presumere, & intellige, quare sit a bono Deo bona lex data, quae tamen uiuificare non possit. Ad hoc enim data est, ut de te magno paruulum faceret, ut te ad faciendam legem uires de tuo non habere monstraret, ac inops, indigus, & egenus ad gratiam confugeres, & clamares. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum.

Prius autem quam ueniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quae reuelanda erat. Itaque lex paedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides, iam non sumus sub paedagogo.

Certe enim ipsa est lex quae subintrauit ut abundaret delictum: quod ad eius reprehensionem nihil intelligentes in ore habere consueuistis. Ibi ergo lege, & uide quia ipsa est de qua dicit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, neque enim lex iubebat delictum, ut illa subintrante abundaret delictum: sed superbos multum sibi tribuentes, mandati sancti, & iusti, & boni adiectione reos etiam prauaricationis effecerat: ut eo modo humiliati discerent ad gratiam pertinere per fidem: ut iam non essent legi subditi per reatum, sed legi sociati per iustitiam. Idem quippe apostolus dicit: quia priusquam ueniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quae postea reuelata est. Itaque lex, inquit, paedagogus noster erat in Christo Iesu. Sed posteaquam uenit fides, iam non sumus sub paedagogo: quia nos reatus legis non obligat iam per gratiam liberatos. Namque antequam spiritalem gratiam humiliati reciperemus, nihil nisi mortificabat nos litera iubens quod non possemus implere, unde idem dicit. Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Rursus eiusdem apostoli uerba sunt. Si enim data esset lex quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Item ipsius uerba sunt. Quod enim impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati: ut de peccato dam-

naret peccatum in carne: ut iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Ecce quod est. Non ueni legem soluere, sed adimplere. Quae lex enim superbos etiam prauaricationis reatu deuinxit augendo peccatum, cui iubet quod implere non possunt: ipsius legis impletur iustitia per gratiam spiritus in eis qui discunt a Christo mites esse, atque humiles corde: qui uenit non legem soluere, sed adimplere. Deinde quia etiam sub gratia positus in hac mortali uita difficile est omnino adimplere quod in lege scriptum est, Non concupisces: ille per carnis suae sacrificium sacerdos effectus, impetrat nobis indulgentiam, etiam hinc adimplens legem: ut quod per nostram infirmitatem minus possumus, per illius perfectionem recuretur: cuius capitis membra effecti sumus, unde Ioannes dicit. Filii huius scribo uobis, ut non peccetis. Et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, ipse est exoratio pro peccatis nostris.

Item ex eisdem libris.

Quod enim adhuc promittitur ecclesiae, id est corpori Christi, & in manifestatione praedicatur: & in ipso capite corporis Saluatore, id est in ipso mediatore dei & hominum homine Christo Iesu, iam utique completum est.

Quid enim promittitur nisi uita aeterna ex resurrectione a mortuis? Hoc iam completum est in illa carne quod uerbum factum est, & habitauit in nobis. Tunc ergo & occulta erat fides. Nam eadem credebant, eademque sperabant omnes iusti, & sancti etiam temporum illorum: & promissua erant illa omnia sacramenta, omnisque ritus ille sacrorum. Nunc autem reuelata est fides, in quam conclusus erat populus quando sub lege custodiebatur. Et quod fidelibus promittitur in iudicio, iam completum est in exemplo per eum qui legem & prophetas non uenit soluere, sed adimplere.

Omnes enim filii dei estis per fidem quae est in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est iudeus, neque Graecus, non est seruus neque liber, non est masculus neque foemina.

De templo Dei, & quomodo accipiendum sit: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis: satis differuisse me meminisse. Neque enim avari, templum Dei sunt: cum scriptum sit. Quae societas templo Dei cum idolis? Et auaritiam idololatram esse testetur Paulus. Induunt autem homines Christum aliquando usque ad sacramenti perceptionem: aliquando usque ad uitae sanctificationem. Atque illud primum et bonis et malis potest esse commune: hoc autem alterum, proprium est bonorum & piorum.

Omnes enim apud eam uestiti sunt, uestiti sunt & optime. Quam optime uultis nosse? Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Omnes omnino apud eam uestiti sunt: & mali serui, & boni serui uestiti sunt.

Boni

Exod. 20.
Rom. 7.
Ex tractatu Psal. 118.
Psal. 6.
Ex li. cont. Faustum.
Roman. 7.
2. Cor. 3.
Roman. 8.

Matth. 5.
Matth. 11.
Exod. 20.
1. Ioan. 2.
Ioan. 1.
Matth. 5.
Ex li. s. de ba.
2. Cor. 6.
Ex ser. de Salo. de muliere. for. Prouer. 3.

Boni serui uestiti sunt, qui Christum induerunt, non tantum in forma sacramenti, sed etiam in opere exempli; sequentes uestigia domini sui, alij uero usq; ad sacramentum, reddi- turi de sua ueste rationem. Non cessat tamen illa mulier, non cessat illa mulier omnes uesti- re, ut nemo queratur, nemo dicat, ideo no sum bene operatus, quia non sum uestitus.

Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu. Si autem uos Christi, ergo Abrahæ semen estis secundum promissionem hæredes.]

Ex tracta. euã. sec. Ioan. 105. Nus est Christus, caput, & corpus docen- te apostolo, atq; dicente de semine Abra- hæ. Si autem uos Christi, ergo Abrahæ semen estis, cum dixisset superius, Non dicit & semi- nibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno, & semini tuo quod est Christus. Si ergo semen Abrahæ hoc est Christus, quid aliud dictum est quibus dictum est, Ergo Abrahæ semen es- tis, nisi ergo Christi estis? Inde est quod alio lo- co idem ipse apostolus ait. Nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea quæ desunt pressurarum Christi in carne mea. Nō dixit pressurarum mearum, sed Christi, quia membrum erat Christi, & in suis persecutioni- bus, quales Christum in toto suo corpore pati oportebat, etiã ipse pressuras eius pro sua por- tione adimplebat.

Ex tractatu euang. secun. Ioan. 114. Ioan. 19. Roman. 11. Roman. 9. Cur ergo magnum uolumus intelligi in hoc titulo sacramentum in quo scriptum erat Rex Iudæorum, si rex est Christus & Gentiu- um? Quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleæ, non olea particeps facta est amaritudinis oleastri. Nã in eo quod de Chris- to ueraciter scriptus est titulus Rex Iudæoru, qui sunt intelligendi Iudæi, nisi semen Abra- hæ, filij promissionis, qui sunt etiam filij Dei? Quoniam non qui filij carnis (ait apostolus) filij Dei, sed qui filij promissionis deputantur in semine. Et gentes erant quibus dicebat. Si autem uos Christi, ergo Abrahæ semen estis secundum promissionem hæredes. Rex ergo Iudæorum Christus, sed Iudæorum circumci- sione cordis, spiritu non litera, quorum laus non ex hominibus, sed ex Deo est, pertinenti- um ad Hierusalem liberam matrem nostram æternam in cælis, Saram spiritalem, ancillam, & filios eius de domo libertatis eijcientem.

Ex libr. de gra. no. test. Roman. 9. Genes. 18. Omnibus in Christum credentibus, non so- lis qui ex Israel fideles erant, apostolus dicit. Ergo Abrahæ semen estis secundum promi- sionem hæredes. Ibi nanq; cõmemorauit præ- figuratorem noui testamenti in eo quod scri- ptum est. In Isaac uocabitur tibi semen, non uti- que in Hismael ancillæ filio. In quibus duo- bus filijs Abrahæ, seruo & libero, & duabus mulieribus, ancilla & libera, scribens ad Gala- tas duo testamenta dicit in allegoria præfigu- rata, unde dicit. Non ij qui filij carnis, ij sunt fi- lij Dei: sed filij promissionis deputantur in se- mine, promissionis enim uerbum hoc est. Ad hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius. Non omnia Deus quæ prædicat promittit, prædicat

enim etiam illa quæ non ipse facit: quia est om- nium præcius futurorum. Prædicat ergo & peccata hominum: quæ potuit præscire non facere. Promittit autem quæ facturum est ipse: nec ea mala sed bona. Quis enim promittat mala? Quamuis itaq; mala inferat malis: non peccata, sed supplicia: minatur tamen ea poti- us quam promittit. Omnia igitur præscit: sed peccata prædicat, supplicia minatur, beneficia pollicetur. Filij ergo promissionis filij sunt be- neficij. Hæc est gratia, quæ gratis datur, nō me- ritis operantis: sed miseratione donantis.

Hinc gratias agimus domino Deo nostro, quod est magnum sacramentum in sacrificio noui testamenti.

CAPVT IIII.

Dico autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil dif- fert à seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est usq; ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus serui- entes. At ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege ut eos qui sub lege erant redi- meret, ut adoptionem filiorum reciperemus.]

Ex tractatu euã. sec. Io. 28. Ioan. 7. ET nemo misit in illum manus: quia nondū uenerat hora eius, hoc est quia uolebat.

Quid est enim nondum uenerat hora eius? Nō enim dominus sub fato natus est. Hoc nec de te credendum est, nedum de illo per quem factus es. Si tua hora uoluntas est illius, illius hora quæ est nisi uoluntas sua? Non ergo ho- ram dicit qua cogeretur mori: sed qua dignare- tur occidi. Tempus enim expectabat quo mo- reretur: quia tempus expectauit, quo nascere- tur. De hoc tempore Apostolus loquens ait. Cum autem uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Ideo multi dicunt: quare non ante uenit Christus? Quibus responden- dum est, quia nondum uenerat plenitudo tem- poris, moderatè illo, per quem facta sunt tem- pora. Sciebat enim quando uenire deberet.

Primum per multam seriem temporum & annorum prædicendus fuit. Nō enim aliquid paruum uenturum fuit, diu fuerat prædican- dus semper tenendus. Quanto maior iudex ueniebat, tanto præconum longior series præ- cedebat. Deniq; ubi uenit plenitudo tempo- ris, uenit & ille qui nos liberaret à tempore. Li- berati enim à tempore, uenturi sumus ad illā æternitatem: ubi non est tempus: nec dicitur ibi quando ueniat hora. Dies est enim sempiternus: qui nec præceditur hesternis, nec ex- cluditur crastino. Amare itaq; debemus per quem facta sunt tempora, ut liberemur à tem- pore, & figamur in æternitate, ubi iam nulla est mutabilitas temporum. Magna igitur mi- sericordia domini nostri Iesu Christi, factū esse eum propter nos in tempore, per quem facta sunt tempora: factum esse inter omnia, per quæ facta sunt omnia, factum esse quod fecit. Fac- tus est enim quod fecerat. Factus est enim ho- mo, qui hominem fecerat, ne periret quod fe- cerat. Quod ait, Pater uenit hora, clarifica fili- um tuum: ostendit omne tempus, & quid, & quando

Ex tracta. euã. sec. Io. 103. Ioan. 17.

quando faceret, uel fieri sineret, ab illo esse dis- spositum, qui tempori subditus non est, quoni- am quæ futura fuerant per singula tempora in dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Nō ergo credatur hæcho- ra fato urgente uenisse, sed Deo potius ordi- nante, nec siderea necessitas Christi connexu- it passionem, absit enim ut sidera mori cogere- rent siderum conditorem. Non itaq; Christū tempus ut moreretur impegit, sed tēpus Chri- stus quo moreretur elegit, qui etiam tempus quo de uirgine natus est, cum patre constitui- it, de quo sine tempore natus est. Secundum quam ueram & sanam doctrinam etiam Pau- lus Apostolus: Cum autem uenit, inquit, ple- nitudo temporis, misit Deus filium suum. Et de- us per prophetam. Tempore, inquit, accepta- bili exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Et rursum Apostolus. Ecce nunc tempus accepta- bile, ecce nunc dies salutis.

Esai. 49

1. Cor. 6.

Ex ser. de trin.

Filius quidem non pater natus est de uirgi- ne Maria, sed natiuitatē filij non patris de uir- gine Maria, & pater & filius operatus est. Nō est quidem passus pater, sed filius. Passionē ta- men filij & pater & filius operatus est. Nō re- surrexit pater, sed filius, resurrectionem tamē filij & pater & filius operatus est. Ostēdat no- bis sanctus Apostolus, quomodo natiuitatem filij pater operatus sit. Cum autem uenit, inqt, plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Audistis, & quia pla- nū, & apertū est intellexistis. Ecce pater fecit filium nasci de uirgine. Cū enim uenisset ple- nitudo temporis, misit Deus filium suum, uti- que pater Christum. Quomodo eum misit, factum ex muliere, factum sub lege.

Esai. 7.

Genes. 2.

Iudic. 21.

Philip. 2.

Fecit ergo eum pater ex muliere sub lege. Aut forte hoc mouet, quia ex uirgine dixerā, & Paulus dicit ex muliere? Non moueat, u- trumque de scriptura dicitur, & ex uirgine & ex muliere. Ex uirgine quomodo? Ecce uir- go concipiet in utero, & pariet filium. Ex mu- liere autem sicut audistis, non est contrarium, proprietas enim locutionis Hebrææ mulieres non corrupta uirginitate, sed foeminas appel- lat. Habes euidētem scripturam Genesios, quando ipsa prima Eua facta est, formauit eā in mulierem. Dicit etiam alio loco scriptura iubere Deum, separare mulieres quæ non co- gnouerunt cubile uiri. Probauimus ergo nati- uitatem filij à patre factam, & à filio factam. Quid est natiuitas filij de uirgine Ma- ria? Certè assumptio formæ serui. Nam quid est aliud nasci filio, nisi accipere formam serui in uirginis utero? Audi quia & hoc filius fecit. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam ar- bitratus est esse se æqualem Deo, sed semetip- sum ex inaniuit formam serui accipiens. Vide- mus natiuitatem filij à patre factam, sed quia ipse filius semetipsum ex inaniuit formam ser- ui accipiens, uidemus natiuitatē filij, & ab ipso filio factam. Probemus & passionem filij à pa-

tre factam, faciat pater passionē filij. Qui pro- prio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Faciat & filius passionem suam. Qui me dilexit, & tradidit seipsum p me. Tra- didit pater filium, & tradidit filius seipsum. Passio hæc uni facta est, sed ab utroq; facta est. Sicut ergo natiuitatem, ita passionem Christi, nec pater fecit sine filio, nec filius sine patre, tra- didit pater filium, tradidit filius seipsum. Quid hic fecit Iudas nisi peccatū? Veniamus ad re- surrectionem. Videmus filium quidem nō pa- trem resurgentem, sed resurrectionem filij pa- trem & filium facientem. Operetur pater resur- rectionem filij. Propter hoc enim exaltauit est à mortuis, & donauit ei nomen quod est super omne nomen. Resuscitauit ergo pater filium exaltado eum à mortuis. Nunquid & filius re- suscitauit semetipsum? Resuscitauit plane, in figu- ra enim sui corporis de templo dixit. Soluite templū hoc, & in triduo resuscitabo illud. Po- stremo sicut ad passionem pertinet animā po- nere, sic ad resurrectionem animam iterum su- mere. Videamus si filius quidem animam suam posuit, & ei animam suam pater reddidit, non ipse sibi. Pater enim quia reddidit mani- festum est. Inde enim Psalmus dicit. Et sus- cita me, & reddam illis. Sed quia & filius ani- mam suam sibi reddidit: quod à nobis expecta- tis, ipse dicat. Potestatem habeo, inquit, ponen- di animam meam, & potestatem habeo iterū sumendi eam. Nemo tollit illam à me, sed ego pono eam à me, & iterum sumo eam.

Misit, inquit, filium suum factum ex mulie- re. Quo nomine quis catholicus nesciat non eum priuationem uirginitatis, sed differentiā sexus Hebræo loquendi more significare uo- luisse? Cum itaq; ait: Misit deus filium suum fa- ctum ex muliere: satis ostendit eo ipso missum filium quo factus est ex muliere. Quod ergo de Deo natus est, in hoc mūdo erat. Quod au- tē de Maria natus est, in hunc missus aduenit.

Ecce quid est missum esse filium. Quæcunq; propter faciendam fidem qua mundaremur ad complendam uirtutem, in rebus ortis ab æ- ternitate prolatis, & ad æternitatem relatis temporaliter gesta sunt, aut testimonia huius missionis fuerunt, aut ipsa missio filij Dei. Sed testimonia quedam uenturum prænuuciaue- runt, quedam uenisse testata sunt. Factū quip- pe creaturam per quem facta est omnis creatu- ra, omnem creaturam testem habere oportebat. Nisi enim multis missis prædicaretur unus, non multis dimissis teneretur unus. Et nisi ta- lia essent testimonia, quæ paruus magna uide- rentur, non crederetur, ut magnos faceret ma- gnus, qui ad paruos missus est paruus. Incom- parabiliter enim maiora filij Dei facta sunt cœ- lum & terra, & omnia quæ in eis sunt, quia o- mnia per ipsum facta sunt: quàm signa, atque portenta, quæ in eius testimonium prorupe- runt, sed tamen homines ut hæc magna per eū facta parua crederent, illa parua tanquam ma- gna tremuerunt. Cum ergo uenit plenitudo

Hh h ut far

temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, usque adeo paruum ut factum. Eo itaq; missum quo factum. Si ergo maior mittit minorem, fatemur & nos factum minorem, & in tantum minorem in quantum factum, & in tantum factum in quantum missum. Misit enim filium suum factum ex muliere, per quem tamē quia facta sunt omnia, nō solum priusquam factus mitteretur, sed priusquam essent omnia, eundem mitti confitemur æqualem. Emitte, inquit illam de cœlis sanctis tuis, & mitte illā à sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret, id est doceat me laborare ne laborem. Labores enim eius uirtutes sunt. Sed aliter mittitur, ut sit cum homine: aliter missa est, ut ipsa sit homo. In animas enim sanctas se transfert, atq; amicos dei, & prophetas constituit: sicut etiam implet sanctos angelos, & omnia talibus ministris congrua per eos operatur. Cum autē uenit plenitudo temporis, missa est non ut impleret angelos, nec ut esset angelus, nisi in quantum consilium patris annunciabat, quod & ipsius erat, nec ut esset cū hominibus, aut in hominibus, hoc enim & antea in patribus & prophetis, sed ut ipsum uerbum caro fieret, id est homo fieret. In quo futuro reuelato sacramento, etiam eorum sapientiā atq; sanctorū salus esset, qui prius ipse de uirgine nasceretur, de mulieribus nati sunt, & in quo factio atq; prædictio salus sit omnium credentium, sperantium, diligentium. Hoc est enim magnum pietatis sacramentū, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria. Verbo itaq; dei ad unitatem personę copulatus, & quodammodo commixtus est homo, cum ueniente plenitudine temporis missus est in hunc mundum factus ex femina filius Dei, ut esset filius hominis propter filios hominum. Hanc personam angelica natura figurare antea potuit, ut prenunciaret, non exprimere ut ipsa esset.

Misit Deus filium suum factum ex muliere, id est ex femina (indiscrete enim uocabant hæc antiqui) factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Vnde redimeret & a diabolo, à perditione, à peccatis suis ab eo cui se uendidierant. Ut eos qui sub lege erant redimeret. Sub lege enim erant, quia premebat eos lex. Conditione premebat cōuincendo de reatu non saluando. Et mala prohibebat. Sed quia illi uires non habebant per se ipsos iustificandi se, & clamādum erat ad illum. Quomodo clamauit qui captiuus ducebatur sub lege peccati. Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Erant homines sub lege, non in lege illa deprimente, illa de reatu conuincente. Demonstrauit enim peccatum lex, ipsa fixit spinam, ipsa fecit cor compungi, ipsa admonuit ut reum quisque se agnosceret, & pro uenia clamaret ad Deum.

Interrogamus apostolum & dicit nobis, q-

niam non sumus sub lege, sed sub gratia. Misit ergo filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorū reciperemus. Ecce ad hoc uenit Christus, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut iam non simus sub lege, sed sub gratia. Quis ergo dedit legem? Ille dedit legem qui dedit & gratiam. Sed legem per seruum misit, cum gratia ipse descendit. Et unde facti erant homines sub lege, non implendo legem. Qui enim legem implet, non est sub lege, sed cum lege. Qui autem sub lege est, non subleuatur, sed premis lege. Omnes itaq; homines sub lege constitutos reos facit lex, & ad hoc illis super caput est, ut ostendat peccata, non tollat. Lex ergo iubet, dator legis miseretur in eo quod lex iubet. Conantes homines uiribus suis implere quod lege præceptum est, ipsa sua temeraria, & præcipiti præsumptione ceciderunt: & non cum lege, sed sub lege facti sunt rei. Et quoniam suis uiribus implere nō poterant legem, facti rei sub lege implorauerunt libertatis auxilium, & reatum legis fecit ægritudinem superbis. Ægritudo superbiorū facta est confessio humilium. Iam confitentur ægroti quia ægotant, ueniat medicus & sanet ægrotos. Medicus quis? dominus noster Iesus Christus. Misit itaq; Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: nam legis sacramenta percepit: ut eos qui sub lege erant redimeret, id est quos lex reos tenebat occidente litera, dum præceptum non implet antequam uiuificaret spiritus. Quia charitas dei (quæ præceptum implet) diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Proinde cum dixisset, ut eos qui sub lege erant redimeret, continuo subiunxit: Ut adoptionem filiorum reciperemus, ut uidelicet huius gratiam beneficii discerneret ab illa filij natura, qui missus est filius non adoptione factus, sed semper genitus filius, ut participata natura filiorum hominum, ad participandam etiam suam naturam adoptaret filios hominum. Neq; enim absurde dicitur quisq; non carne, sed charitate genuisse, quem filium sibi adoptauerit. Aut uero etiam nos quibus dedit deus potestatem filios suos fieri, de natura atq; substantia sua genuit, sicut unicū filium, sed utiq; dilectione adoptauit. Quo uerbo apostolus saepe uti nō ob aliud intelligitur, nisi ad discernendum unigenitum ante omnem creaturam, per quem facta sunt omnia, qui solus de substantia patris natus est secundum æqualitatem diuinitatis hoc omnino quod pater. Quem missum dicit ad suscipiendam carnem ex illo genere quo & nos secundum naturam nostram sumus, ut illo participante mortalitatem nostram per dilectionē, nos efficeret participes diuinitatis suæ per adoptionem. ita enim dicit. Cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum recipiamus. Et tamen dicimur etiam nati

Itē ex eodē lib. cap. 20. Sapient. 9.

1. Tim. 3.

Ex lib. ca. 1. 2. 3.

Ex tractatu Psal. 31.

Rom. 7.

Ex tracta. euā. 1. 1. 1.

Ex lib. de gra. no. 1. 1.

Ex li. de cōf. euāgelist. 2. 1. Cor. 4. Ioan. 1.

nati ex Deo, id est accepta potestate, ut filij eius efficiamur qui iam homines eramus. Efficiamur autem per gratiam, non per naturam. Nam si per naturam filij essemus, nunquam aliud fuisset. Cum enim dixisset Ioānes: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, quod illa adoptio significat quam Paulus commemorat: eosdem dicit natos ex Deo. Atq; ut apertius ostenderet qua gratia factū sit. Et uerbum, inquit, caro factū est, & habitauit in nobis. Tanquam diceret. Quid mirum si filij dei facti sunt cum caro essent, propter quos unicus caro factus est uerbum esset? Hoc sane magna distantia. Quia nos effecti filij Dei, mutamur in melius. Ille autem filius Dei, cum filius hominis factus esset, nō est mutatus in deterius, sed assumpsit quod erat inferius. Dicit & Iacobus. Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut filius inquit aliquod creatura eius, ne scilicet in eo quod ait genuit, hoc nos fieri putaremus quod ipse est. Ideo principatum quandam in creatura nobis hac adoptione concessum satis ostendit. Adoptionis nomen plurimum habere in nostra fide sacramentum, apostolica doctrina testatur. Vnde apostolus Paulus cū de Iudæorum meritis loqueretur. Quorum est, inquit, adoptio, & gloria, & testamēta, & legislatio. Quorum patres ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Item dicit. Et ipsi in nobis metipsis ingemiscimus, adoptionē expectantes redemptionem corporis nostri. Item alio loco. Cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Hęc igitur adoptio quanti sit sacramenti, his atque huiusmodi testimonijs satis apparet. Vni enim filium Deus habet quem genuit de substantia sua, de quo dicitur. Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Nos autem non de substantia sua genuit. Creatura enim sumus: quam non genuit, sed fecit: & ideo ut fratres Christi secundum modum nostrum faceret, adoptauit. Iste itaq; modus qui nos Deus cum iam essemus ab ipso non nati, sed conditi & instituti, uerbo suo, & gratia sua genuit ut filij eius essemus, adoptio uocatur.

Vnde Ioannes dicit. Dedit eis potestatem filios Dei fieri.

Quoniam autem estis filij Dei, misit deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem abba pater. Itaq; iam non est seruus sed filius. Quod si filius, & heres per Deum.]

Ex lib. de cor. gratia

Ex tracta. euā. 1. 1. 1.

Misit spiritum filij sui clamantem abba pater, id est nos clamare facientem. De ipso quippe spiritu alio loco dicit. Accepimus spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Nos ergo clamamus, sed ille clamare dicitur est, qui efficit ut clamemus.

Aliquis forsitan quærat, utrum & à filio procedat spiritus sanctus. Filius enim solius patris est filius, & pater solius filij est pater. Spiritus autem sanctus non est unius eorum spiritus,

sed amborum. Habes ipsum dominum dicentem. Nō enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Habes & apostolum. Misit Deus, inquit, spiritum filij sui in corda nostra. Nunquid duo sunt? Alius patris? Alius filij? Absit. Vnum enim corpus ait, cum significaret ecclesiam, moxq; addidit. Et unus spiritus. Et uide quomodo impleat trinitatem. Sicut uocati estis, inquit, in una spe uocationis uestre. Vnus dominus, hic utique Christum intelligi uoluit. Restat ut etiam patrem nominet. Sequitur ergo. Vna fides, unū baptisma, unus deus, & pater omnium, qui super omnes, & in omnibus. Cum ergo sicut unus pater, & unus Dominus, id est filius, ita sit & unus spiritus sanctus: profecto amborum est. Quandoquidem dicit ipse Christus Iesus. Spiritus patris uestri loquetur in uobis. Et dicit apostolus. Misit deus spiritum filij sui in corda nostra. Habes alio loco eundem apostolū dicentem. Si autē spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in uobis, hic utiq; spiritum patris intelligi uoluit, de quo tamen alio loco dicit. Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et multa alia sunt testimonia, quibus hoc euidenter ostenditur, & patris & filij esse spiritum, qui in trinitate dicitur spiritus sanctus. Nec ob aliud existimo ipsum proprie uocari spiritum sanctum, cum etiam si de singulis interrogemur, non possumus nisi & patrem & filium spiritum dicere, quoniam spiritus est Deus, id est non corpus est Deus, sed spiritus. Quod ergo communiter uocatur, & singuli, hoc proprie uocari oportuit eum qui non est unius eorum, sed in quo communitas apparet amborum. Cur ergo non credamus quod etiam de filio procedat spiritus sanctus, cum filij quoque ipse sit spiritus?

Si enim ab eo non procederet, non post resurrectionem se præsentans discipulis in sufflasset dicens: Accipite spiritum sanctū. Quid enim aliud significauit illa insufflatio, nisi quod procedat spiritus sanctus & de ipso? Ad hoc pertinet etiam illud quod ait de muliere quæ fluxū sanguinis patiebatur. Tetigit me aliquis: ego enim sensi uirtutem de me exisse. Nam uirtutis nomine appellari etiam spiritum sanctum, & eo loco clarum est, ubi angelus dicitur Maria: Quomodo fiet istud: Quoniam uirum nō cognosco. Respondit Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Et ipse dominus promittens eum discipulis ait. Vos autē sedete in ciuitate quoaduersus uirtute induamini ex alto. Et iterum. Accipietis, inquit, uirtutem spiritus sancti superuenientem in uos, & eritis mihi testes. De hac uirtute credendus est dicere euangelista. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Si ergo de patre & de filio procedit spiritus sanctus, cur filius dixit, de patre procedit? Cur putas, nisi quemadmodum solet ad eū referre & quod ipsius est, de quo & ipse est? Vnde & illud est quod ait. Mea doctrina non est mea, sed eius qui me mi-

Matth. 10.

Ephes. 4.

Luc. 24. Act. 1.

Luc. 6.

Ioan. 7.

Hhh 2 sit.

fit. Si igitur hic intelligitur eius doctrina, qua tamen dixit non suam, sed patris, quanto magis illic intelligendus est, & de ipso procedere spiritus sanctus, ubi sic ait de patre procedit, ut non diceret de me non procedit. A quo habet filius ut sit Deus. Est enim de deo deus, ab illo habet utiq; ut etiam de illo procedat spiritus sanctus. Ac per hoc spiritus sanctus, ut etiam de filio procedat, sicut procedit de patre, ab ipso habet patre. Sed tunc quidem ignorantes Deum, his qui natura non sunt dii, seruibatis.]

Ex li. cont. Maximi. 2.

Naturam filium esse dixisti. Non ergo pater, ideo natura non est, quia spiritus est. Sed forte quia natus non est, ideo eum non uultis esse naturam. Putatis enim quod a nascendo natura sit dicta. Scitote ergo, quod una quaeque res esse dicitur per substantiam, hoc esse utiq; per naturam. Certè si non putatis esse dicendum eiusdem filium, cuius pater est, esse naturam: cuius pater est dicite substantiam. Ad causam quae inter nos agitur sufficit nobis. Verum tamen ammonendi estis, ut intueamini quod ait apostolus. His qui natura non sunt dii, seruistis, ubi certe nos deo qui natura est Deus, seruire monstrauit. Vos ergo qui deum patrem non natura Deum esse creditis, ubi eum constituaris aduertite. Tales quales fuerunt illi quibus dictum est. His qui natura dii non sunt, seruistis: uos si tales esse uultis, petimus ne uelit, & de uo patrem natura deum esse dicatis, eiusq; filium quem non natura, sed gratia filium iam esse dicatis, eiusdem naturae cuius pater est non negetis, ne nihil aliud quam filium uerum esse negetis.

Nunc uero cognoscetes deum, magis autem cogniti ab eo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis?]

Ex tractatu Psalm. 62.

Sic in sancto apparui tibi, ut uiderem potentiam tuam & gloriam tuam. Apparui tibi quid est: ut uideres me, & ideo uidisti me, ut uiderem te. Apparui tibi, ut uiderem. Non dixit, apparui tibi ut uideres, sed apparui tibi, ut uiderem potentiam tuam, & gloriam tuam. Unde apostolus. Nunc autem, inquit, cognoscetes Deum, immo cogniti a deo, prius enim apparuistis Deo, ut posset uobis apparere deus.

Ex li. de gra. no. testam.

Cum enim dicitur quod nos cognoscit, deus cognitionem sui nobis praestat, ut per hoc intelligamus, ne hoc quidem nobis esse tribuendum, quod noscimus Deum, sed eam quoque scientiam illius misericordiae tribuamus. Unde cum Apostolus diceret, Nunc autem cognoscetes deum: correxit & ait. Immo cogniti a Deo. Quid aliud uolens intelligi, nisi quod eos ipse fecerit cognitores suos? Nemo autem cognoscit Deum, nisi qui intelligit illud esse summum atque incommutabile bonum, cuius est participatione bonus.

Ex li. de ciu. dei. 22.

Dicitur deus cognouisse, quod ut cognoscere tur, fecit a quibus ignorabatur. Neque enim dicente apostolo. Nunc autem cognoscetes deum, immo cogniti a Deo: fas est ut credamus quod eos tunc primum cognouerit deus, praecognitos ante constitutionem mundi, sed tunc

cognouisse dictus est, quod tunc ut cognoscere retur effecit.

Ex li. de Gen. ad lit. 4.

Sicut recte dicitur Deus facere quicquid in nobis ipso operante fecerimus, ita recte dicitur Deus quiescere cum eius munere requiescimus. Hoc genere locutionis apostolus mirabiliter usus est, ubi ait. Nunc autem cognoscetes Deum, immo cogniti a Deo. Neque enim tunc non eos cognouerit deus, praecognitos uidelicet ante constitutionem mundi. Sed quia tunc ipsi eum illius munere, non suo merito, uel sua facultate cognouerant, maluit tropice loqui, ut tunc ab illo cognitos diceret cum eis cognoscendum se praestitit, & uerbum corrigere, quasi hoc minus recte dixerit, quod proprie dixerat: quam sinere, ut hoc sibi arrogarent se potuisse, quod eis posse ille donauerat.

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis. Estote sicut ego, quia & ego sicut uos. Fratres obsecro uos, nihil me laesistis.

Ex lib. enchir. Matt. 5.

Sunt quaedam quae leuissima putarentur, nisi in scripturis demonstrarentur opinione grauiora. Quis enim dicentem fatue fratri suorum gehennae putaret, nisi ueritas diceret? Cui tamen uulnere subiecit continuo medicinam, preceptum fraternae reconciliationis adiungens, mox quippe ait. Si ergo offers munus tuum ad altare, & tibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te. Aut quis aestimaret quantum peccatum sit dies obseruare, & menses, & annos, & tempora, sicut obseruant qui certis diebus, siue mensibus, siue annis uolunt, uel nolunt aliquid inchoare: eo quod secundum uanas doctrinas hominum fausta, uel infauulta existimant tempora, nisi magnitudinem ex timore apostoli pensauerimus, qui talibus ait: Timeo uos, ne forte sine causa laborauerim in uobis. Non itaque dies obseruemus, & annos, & menses, & tempora, ne audiamus ab apostolo. Timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis. Eos enim culpat qui dicunt: non proficiscar, quia posterus est, aut galuna sic fertur: uel proficiscar, ut prospera cedant, quia ita se habet positio siderum. Non autem hoc mense commercium, quia illa stella mihi agit inensem: uel agam, quia suscepit mensem. Non plantem hoc anno uineam, quia bif sextus est. Non autem quisquam sapiens arbitratur obseruatores temporum reprehendendos qui dicunt: non proficiscar hodie, quia terepeltas exorta est: aut non nauigem, quia sunt hibernae reliquiae: aut tempus seminandi est, quod imbris autumnalibus terra satiata est: uel si qui forte alij naturales effectus circa motum aeris & humoris ad uariandas temporum qualitates in siderum ordinatissima conuersione notati sunt, de quibus dictum est cum conderentur. Et sint in signis, & temporibus, & in diebus, & annis.

Ex li. ad ier. ier. 2.

Genes. 1.

Sciatis autem quia per infirmitatem carnis euangelizauimus uobis iam pridem: & tentationem uestram in carne mea non spreuistis, neque respuistis.

Aliud est induci in tentationem, aliud est tenta-

Ex li. 2. de ser. homi. in mote.

tentari. Nam sine tentatione probatus esse nullus potest, siue sibi ipse, sicut scriptum est, qui non est tentatus qualia sit, siue alijs, sicut Apostolus dicit. Et tentationem uestram in carne mea non spreuistis, hinc enim eos firmos esse cognouit, quod eis tribulationibus quae apostolo secundum carnem acciderant, non sunt a charitate deflexi. Nam Deo noti sumus & ante omnes tentationes, qui scit omnia antequam fiant. Sed sicut angelum dei accepistis me, sicut Christum Iesum.

Ex ser. de cal. Ianua. 2. Cor. 13.

Quia ipse loquitur in sanctis suis, dicente apostolo. An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Et licet dicat, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum enim dat deus: non quia seipsum, sed quia illum in se diligi uolebat: perhibet tamen testimonium quibusdam dicens, quia sicut angelum Dei excepistis me sicut Christum Iesum. In omnibus ergo sanctis suis ipse est amandus qui ait. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Non enim ait, dedistis illis: sed dedistis mihi. Tanta est charitas capitum erga corpus suum.

Matth. 25. Ex li. de pass. Exec. 34. Philip. 2.

Arguuntur quidam, quia cum lac consumerent, & lanis se tegrent, oues negligebant. Sua ergo tantum querebant, non quae Iesu Christi. Sed quoniam diximus quid sit lac consumere, quaramus quid sit lanis tegere. Qui prebet lac, potum prebet, & qui prebet lanam honorem prebet. Ista duo sunt quae a populis quaerunt, qui se ipsos pascunt non oues, commodum suppledae necessitatis, & fauorem honoris & laudis. Etenim uestimentum propterea bene intelligitur in honorem, quia nudata tem contegit. Est enim unusquisque homo infirmus. Et quid est quisquis uobis praest, nisi quod uos estis: Carnem portat, mortalis est, manducatur, dormit, surgit, natus est, moriturus est. Si ergo cogites quid sit secundum seipsum, homo est: & tu honorando tamen amplius ueluti contegis quod infirmum est. Videte cuiusmodi indumentum accepit a bona Dei plebe Paulus cum diceret. Sicut angelum Dei accepistis me. Testimonium enim perhibeo uobis, quia si fieri posset oculos uestris cruissetis, & dedissetis mihi. Sed cum tantus honor illi exhibitus esset, nunquid propter ipsum honorem sibi exhibitum, ne forte negaretur, & minus ille cum argueret, laudaretur pepercit errantibus. Nam si hoc fecisset, esset inter illos qui se pascunt, non oues. Diceret ergo apud seipsum. Quid ad me pertinet? Quis quod uelit agat. Victus meus saluus est, honor meus saluus est, & lucret luna, satis est mihi. Eat quisque qua potest. Ergo integra tibi sunt omnia, si eat quisque qua potest? Nolo te praepositum facere, unum te constituto de ipsa plebe. Si patitur unum membrum, compatiantur omnia membra.

1. Cor. 12.

Proinde ipse Apostolus cum eos commemoraret, quales fuerint erga illum: ne quasi oblitus eorum honorificentiae uideretur, testimonium perhibet, quod sicut Angelum dei suscepunt eum, quod si fieri posset, oculos suos

uellent eruere, & illi dare. Et tamen accedit ad ouem languidam, ad ouem putridam, secare uulnus non parcere putredini. Ergo, inquit, inimicus uobis factus sum praedicans ueritatem? Ecce accepit & de lacte ouium, & indutus est lanis ouium, sed tamen oues non neglexit. Non enim sua querebat, sed quae Iesu Christi.

Ubi est ergo beatitudo uestra? Testimonium enim perhibeo uobis, quia si fieri posset, oculos uestris cruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus uobis factus sum uerum dicens uobis? Aemulantur uos non bene, sed excludere uos uolunt: ut illos emularentini. Bonum autem emularentini in bono semper, & non tantum cum praesens sum apud uos.]

Ex li. ad epist. Gaudenij Genes. 19.

Cur enim fieri non posset, nisi quia iuste fieri nullo modo posset, sicut & Iob. Atque utinam possem me occidere, sicut & ad Loth dominus. Non potero, inquit, facere donec tu illud introeas. Non posse se dixit, quod sine dubio poterat per potentiam, sed non poterat per iustitiam. Filii mei quos iterum parturio donec formetur Christus in uobis. Vellem autem esse apud uos modo, & multare uocem meam, quoniam confundor in uobis. Dicite mihi, qui sub lege uultis esse. Legem non legisistis?

Ex li. Psal. 57.

Alienati sunt peccatores a uulua. A quadam uulua alienati sunt peccatores, in qua dolores patiebatur charitas per Apostolum dicens. Quos iterum parturio donec Christus formetur in uobis. Expecta ergo formare. Noli tibi tribuere iudicium quod forte non nosti. Carnalis es, adhuc conceptus es. Eo ipso quod accepisti nomen Christi sacramento quodam natus es in uisceribus matris. Non enim ex uisceribus tantum nascitur homo, sed & in uisceribus, prius nascitur in uisceribus, ut possit nasci de uisceribus.

Matth. 1.

Propterea dictum est Mariae. Quod enim natum est in te de spiritu sancto est. Non dum de illo natum erat. Ergo nascuntur intra uiscera ecclesiae quidam paruuli: & bonum est ut formati exeant, ne abortulabantur. Generet te mater non abortiat. Usquequo formetur, usquequo in te creata sit doctrina ueritatis, contine re te debent materna uiscera. Si autem in infipientiam tuam concusseris latera matris, cum dolore quidem te excutiet foras, sed magis tuo malo, quam suo.

Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est. Qui autem de libera, per re promissionem, quae sunt per allegoriam dicta.

Ex lib. de ciu. dei. 15. cap. 2. 3.

Uterque quidem de semine Abraham, sed illum genuit consuetudo demonstrans naturam, illum uero dedit promissio significans gratiam. Ibi humanus usus ostenditur, hic diuinum beneficium commendatur. Natus est ergo Hismael sicut nascuntur homines permixtione sexus utriusque naturae, uirgata lege naturae.

Ideo dictus est secundum carnem, non quod ista beneficia Dei non sint, aut non illa opere tur Deus, cuius opifex sapientia attingit (sicut scriptum est) a fine usque in finem fortiter, & disponit omnia suauiter, sed ubi significandum fuerat Dei donum, quod indebitum

Fhh 3 homi

hominibus gratis gratia largiretur, sic oportu-
it dari filium, quem admodum naturæ non de-
beatur excursibus.

*Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Si-
na in seruitutem generans, quæ est Agar. Sina enim mons est in
Arabia, qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem, et ser-
uit cum filiis suis.]*

*Ex eo. ca. &
pauloante.*

Hæc forma intelligendi de Apostolica au-
toritate descendens locum nobis aperit,
quemadmodum scripturas duorum testamen-
torum ueteris & noui accipere debeamus.

Pars enim quædam terrenæ ciuitatis ima-
go cœlestis ciuitatis effecta est, non se signifi-
cans, sed alteram, & ideo seruiens. Nō enim
propter seipsam, sed propter aliam significan-
dam est instituta. Et præcedente alia significa-
tione, & ipsa præfigurans præfigurata est.
Namque Agar ancilla Saræ eiusq; filius ima-
go quædam huius imaginis fuit. Inuenimus er-
go in terrena ciuitate duas formas, unam su-
am præsentiam demonstrantem, alteram cœ-
lesti ciuitati significandæ sua præsentia serui-
entem. Umbra igitur quædam ciuitatis hu-
ius, & imago prophetica significandæ potius,
quam præsentandæ seruiuit in terris, quo e-
am tempore demonstrari oportebat.

Et dicta est etiam ipsa ciuitas sancta merito
significantis imaginis, non expressæ, sicut fu-
tura est ueritatis. De hac imagine seruiente,
& de illa quam significat libera ciuitate, Apo-
stolus loquens.

Esai. 54.

*Illam autem, inquit, quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ
est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis quæ non pa-
ris: erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij deserte
magis quam eius quæ habet uirum.]*

Superna est enim sanctorum ciuitas, quam-
uis hic pariat ciues, in quibus peregrina-
tur, donec regni eius tempus adueniat: cum
congregatura est omnes in suis corporibus re-
surgentes, quando eis promissum dabitur re-
gnum, ubi cum suo principerege seculorum si-
ne ullo temporis fine regnabunt. Sara quippe
sterilis erat, & desperatione prolis saltem de
ancilla sua concupiscens habere, quod de se ip-
sa non se posse cernebat, dedit eam fœcundam
uero, de quo parere uoluerat, nec potuerat. E-
xegit itaq; etiam sic debitum de marito, utens
iure suo in utero alieno. Negat enim natura iā
filios tali commixtioni maris & fœminæ, qua-
lis esse poterat Abraham, & Saræ in illa iam eta-
te, etiā mulieris accedente sterilitate, quæ nec
tunc parere potuit quando non atas fœcundi-
tati, sed atati fœcunditas desuit. Quod ergo na-
turæ sic affectæ fructus posteritatis non daba-
tur, significat qd natura generis humani pec-
cato uitata, ac per hoc iure damnata, nihil ue-
ræ fœlicitatis in posterum merebatur. Recte
igitur significat Isaac per repromissionem na-
tus, filios gratiæ, ciues ciuitatis liberæ, socios
pacis æternæ, ubi sit non amor propriæ ac pri-
uatae quodammodo uoluntatis, sed communi
eodemque immutabili bono gaudens, atque
ex multis unum cor faciens, id est concors

Ex cap. 3.

obedientia charitatis.

*Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus.
Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, per-
sequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc.]*

Hic apertior promissio est de uocatione
Gentium in Isaac, id est in filio promissionis:
quo significatur gratia, nō natura, quia de se-
ne & anu sterili promittitur filius. Quamuis
enim & naturalem procreationis excursum
Deus operetur: ibi tamen euidēs opus Dei est
uitata & cessante natura, ubi euidētius in-
telligitur gratia. Et quia hoc non per genera-
tionem, sed per regenerationem futurū erat,
ideo tūc imperata est circumcisio quando de
Sara promissus est filius. Et quod omnes non
solum filios, uerum etiam seruos uernaculos
& emptitios circumcidi iubet, ad omnes istā
gratiam pertinere testatur. Quid em̄ aliud cir-
cumcisio significat, quàm naturam exuta uetu-
state renouatam? Et quid aliud quàm Christū
octauus dies, qui hebdomade cōpleta, hoc est
post sabbatum, resurrexit? Parentum mutan-
tur & nomina, omnia resonant nouitatem, &
in testamento ueteri obumbratur nouum.

Quid est enim quod dicitur testamentum ue-
tus, nisi noui occultatio? Et quid est aliud qd
dicitur nouum, nisi ueteris reuelatio?

*Sed quid dicit scriptura: Eijce ancillam, & filium eius. Nō
enim heres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac.]*

Genes. 24.

Ancilla domo eijcitur cum filio suo, & duo
testamenta significantur uetus & nouum, ubi
Sara illa supernæ Hierusalem, hoc est ciuita-
tis Dei figuram gerit. Et quoniam transitura
erāt umbræ luce ueniente, ideo dicit libera Sara,
quæ significabat liberam ciuitatem: cui rur-
sus alio modo significandæ, etiam illa umbra
seruiebat. Eijce ancillam, & filium eius. Non
enim erit heres filius ancillæ cum filio meo I-
saac. Quod ait Apostolus cum filio liberæ.

*Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua liber-
tate Christus nos liberauit.]*

Parit autem ciues terrenæ ciuitatis peccato
uitata natura. Cœlestis uero ciuitatis ci-
ues parit à peccato naturam liberans gratia.
Vnde illa uocantur uasa iræ, ista uasa miseri-
cordiæ. Significatum est hoc etiam in duobus
filijs Abraham, quod unus de ancilla, quæ dice-
batur Agar, secundum carnem natus est His-
mael: alter est de Sara libera secundum repro-
missionem natus Isaac.

*Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit,
unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, se-
cundum carnem natus est: qui autem de libera, per repro-
missionem, quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt
duo testamenta.]*

*Itē ex ead.
lectione.*

Nostis duos filios Abraham habuisse, quos
quidem commemorans Apostolus ad imagi-
nem duorum Testamentorum esse dicit. Vnus
ex ancilla erat, alter de libera. Ex ancilla His-
mael erat: de libera Sara, quem suscepit ex
desperatione per fidem, Isaac erat. Vterque
ex semine Abraham, sed non uterq; hæres Ab-
rahæ. De Abraham natus unus, sed tamen nō
hæredis.

*Ex tractatu
psal. 119.*

hæreditat. Alter etiam hæres, non solum fili-
us, sed & hæres. In Hismael sunt omnes qui
carnaliter colunt Deum. Ad ipsos enim & ue-
tus testamentum pertinet. Vetus testamen-
tum à Deo, & nouum testamentum à deo: quo
modo de Abraham & Hismael & Isaac. Sed
Hismael ad terrenum, Isaac ad cœlestē regnū.
Ideo uetus testamentum promissiones habet
terrenas, terrenam Hierusalem, terrenam Pa-
læstinam, regnum terrenum, salutem terrenā,
hostium subiugationem, abundantiam filio-
rum, fœcunditatem fructuum. Omnia ista pro-
missiones sunt terrenæ: in figura spiritaliter in-
telliguntur. Quomodo? Hierusalē terrena, um-
bra erat cœlestis: & regnum terrenum, umbra
erat regni cœlorum. Hismael in umbra, Isaac in
luce. Si ergo Hismael in umbra nō mirū, quia
ibi tenebræ. Pinguiores enim umbre, tenebrę
sunt. Ergo Hismael in tenebris, Isaac in luce.
Quicunque hic etiam in ecclesia terrenam se-
licitatem quarit à Deo, adhuc ad Hismael per-
tinet. Ipsi sunt qui contradicunt spiritalibus
proficientibus, & detrahunt illis, & habent la-
bia iniquas, & linguas subdolas. Isti sursum uo-
lunt ascendere, illi deorsum uolunt premere.
Isti uolare uolunt ad Deum, illi conantur pen-
nas euellere. Nanque apud Apostolum ita di-
citur. Sed sicut tunc qui secundum carnem na-
tus fuerat, persequebatur eum qui secundum
spiritum: ita & nunc. Spirituales ergo persecu-
tionem patiuntur à carnalibus. Sed quid dicit
scriptura: Eijce ancillam, & filium eius. Non
enim hæres erit filius ancillæ, cum filio meo
Isaac. Sed hoc quod dicit eijce, quando erit?

*Ex lib. cor.
uic. tit. 25.*

1. Cor. 10.

mes. 2.

bidem

Fortē quis putat ingenio fieri, ut ea quæ re-
rum ordine per sua tempora cucurrerunt, ad
CHRISTI significationes interpretando uer-
tantur. Hoc forte Iudæi possunt dicere, si-
ue Pagani. Eis autem, qui se Christianos pu-
tari uolūt, premit ceruicē apostolice auctorita-
tis dicēs. Omnia hæc in figura cōtingebāt il-
lis, & hæc omnia figuræ nostræ fuerunt. Nā si
Hismael, & Isaac homines nati duo testamen-
ta significant, quid credendum est de tot factis,
quæ nullo naturali usu, nulla negotij necessita-
te facta sunt? Nihil ne significant? Si quis no-
strum qui Hebræas literas ignoramus, id est
ipsos uocum characteres, uideret eas in parie-
te conscriptas honorato aliquo loco: quis es-
set tam excors, ut eo modo picum parietem
putaret, ac non potius intelligeret scriptum,
ut si non legere non ualeret, non tamen illos
apices aliquid significare dubitaret? Ita prius
illa omnia quæ sunt in uetere testamento scri-
pturarum sanctarum, quisquis non peruerso
animo legerit, sic oportet moueatur, ut aliqd
ea significare nō ambigat. Verbi enim gratia,
nunquid si oportebat adiutorium uiro fœmi-
nam fieri, etiā hoc necessitas ulla cogebat, uel
ulla suadebat utilitas, ut de dormientis latere
fieret? Si causa euadendi diluuij opus erat fa-
bricari arcam, quid opus erat mensuras eius,

aut ipsas potissimum fieri, aut etiam scriptis
ad religionem posteritati propagandis com-
memorari? Si propter genus reparandum ani-
malia includi oportebat, quid opus erat illo,
potissimum numero septena de mundis, bina
de immundis? Aditum ad arcam fieri ne-
cessitas utique cogebat: in latere autem fieri,
uel etiam memoriæ commendari per literas
quid cogebat? Immolare filium iubetur Abra-
ham: iustus hoc fuerit, ut eius obedientia tali
etiam examine probata posteris innotescer-
ret: conuenientius ligna portauerit filius ne-
pater, senexq; portaret: non sit postea filium
ferire permittus, ne orbitate grauissima se fe-
raret: nunquid etiam si nullo estufo sanguine re-
diretur, minus esset probatus Abraham? Aut
si iam opus erat perfici sacrificium, etiam ne
ut ille aries in uepres adhærens cornibus ap-
pareret, ad ullum augmentum uictimæ perti-
nebat? Sic omnia cum considerantur, & quasi
superflua necessarijs contexta inueniuntur,
admonent humanum animum, id est animam
rationalem, prius aliquid significare, deinde
quid significant querere.

Gene. 6.

Gene. 22.

*Ex tractatu
sec. Ioan. 11.
1. Cor. 10.*

In populo enim Iudæorum figuratus est po-
pulus Christianorum. Ibi figura, hic ueritas: i-
bi umbra, hic corpus, dicente apostolo. Hæc au-
tem in figura contingebant illis. Vox est apo-
stoli. Scripta, inquit, propter nos: in quos finis
seculorum obuenit. Et in illis duobus filijs A-
brahæ dicit figuram fuisse duorum testamen-
torum, ueteris & noui. Ad uetus testamen-
tum pertinent dilectores temporalium, dile-
ctores seculi: ad nouum testamentum dile-
ctores uitæ æternæ. Ideo illa Hierusalem in ter-
ra umbra erat cœlestis Hierusalem matris om-
nium nostrum quæ est in cælo.

*Ex tractatu
sec. Ioan. 11.
1. Cor. 10.*

Vnum quidem in monte Sina in seruitutē
generans, quæ est Agar. Agar ancilla Saræ
quæ data est Abraham, & peperit Hismael ser-
uum, est testamentum uetus pertinens ad A-
gar, in seruitutem generans. Quæ autem sur-
sum est Hierusalem libera est, quæ est mater
nostra. Ergo filij gratiæ, filij sunt liberæ. Filij li-
teræ, filij sunt ancillæ. Quære filios ancillæ. Li-
tera occidit. Quære filios liberæ. Spiritus au-
tem uiuificat. Lex enim spiritus uitæ in Chri-
sto Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis:
unde non potuit liberare lex literæ.

*Ex ser. de uer.
apost.*

2. Cor. 3.

Quamuis in ueteri testamento propter tem-
poralium bonorum promissionem, malorūq;
comminationē seruos pariat temporalis Hie-
rusalem, in nouo autē ubi fides impetrat cha-
ritatem, qua lex possit impleri, non magis ti-
more pœnæ, quàm dilectione iustitiæ liberos
pariat æterna Hierusalem: tamen & illis tem-
poribus fuerunt iusti spirituales, quos non oc-
cidebat litera iubens, sed uiuificabat spiritus
iuuans. Vnde & fides uenturi Christi habita-
bat utique in prophetis, uenturum prænun-
tiantibus Christum, & nunc sunt plurimi
carnales, qui uel hæreses faciunt, non in-
telligendo scripturas, uel in ipsa catholica.

*Ex lib. cō. in
micum legis
prophetarum.*

aut adhuc paruuli lacte nutritur, aut tanquam palea persequerantes futuris ignibus preparatur. Sicut autem Deus unus & uerus creator bonorum est, & temporalium, & aeternorum, ita idem ipse auctor est amborum testamentorum: quia & nouum in uetere est figuratum, & uetus in nouo est reuelatum.

Vnum quidem in monte Sina in seruitutem generans, quae est agar. Sina autem mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quae nunc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis.]

Ex libr. de gestis Pelagij

In illo testamento, quod propriae uetus dicitur, et datum est in monte Sina, non inuenitur promitti apertissime, nisi terrena felicitas. Vnde illa quo est populus introductus per eremum, terra promissionis uocatur, in qua pax & regnum, & ab inimicis uictoriarum reportatio, & abundantia filiorum, ac terrenorum fructuum, & si quid huiusmodi. Haec sunt promissa ueteris testamenti, quibus etiam figuratur ad nouum testamentum pertinentia spiritalia. Tamen qui propter illa terrena suscipit legem Dei, ipse est haeres ueteris testamenti. Ea quippe secundum uetus testamentum promittuntur, atque retribuantur, quae secundum ueterem hominem concupiscuntur. Quae autem illi ad nouum testamentum pertinentia? Neque enim nesciebat quid loqueretur tantus Apostolus, qui duo testamenta in ancilla & libera, allegorica significatione distincta esse dicebat: ueteri filios carnis, nouo filios promissionis attribuens. Non qui filij carnis, inquit, filij Dei, sed filij promissionis deputantur in semine. Filij ergo carnis pertinent ad terrenam Hierusalem quae seruit cum filiis suis. Filij autem promissionis ad eam quae sursum est liberam matrem nostram aeternam in caelis. Unde perspicitur qui ad regnum terrenum, & qui pertineant ad regnum caelorum. Istam distinctionem qui etiam illo tempore per Dei gratiam intelligentes filij promissionis effecti sunt, noui testamenti haeredes in occulto Dei consilio deputati sunt, etiam si uetus testamentum pro temporum distributione diuinitus datum populo ueteri congruenter ministrauerunt. Haec autem sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans, quae est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui comparatur ei, quae nunc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis. Illa quae sursum est Hierusalem libera est, quae est mater nostra.

Ex tractatu Psalm. 115.

Galat. 5. Rom. 6.

Hierusalem celestis quae sursum est, mater omnium nostrum, libera. Et libera quidem peccato, sed ancilla iustitiae, cuius filij adhuc peregrinantibus dicitur. Vos in libertatem uocati estis. Sed rursus eos seruos facit dices. Sed in charitate seruite inuicem. Quibus item dicitur. Cum seruitebatis peccato, liberi eratis a iustitia: nunc uero liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum uestrum in sanctificatione, finem uero uitae aeternam.

Ex tractatu Psalm. 125.

Est autem sicut noctis, uox ascendentium. Quorum nisi ad illam supernam Hierusalem ma-

trem omnium nostrum qui est in caelis, quae sursum ipsa & aeterna. Haec autem quae in terra fuit, umbram habebat illius. Ista itaque cecidit, illa permanet. Haec impleuit tempus praedicationis: illa tenet aeternitatem reparationis nostrae: ab illa peregrinamur in hac uita: ad eius reditum suspiramus: tandiu miseri & laborantes, donec ad illam redeamus. Nec ciues nostri angeli dimiserunt nos in peregrinatione, sed annunciauerunt nobis ipsum regem uenturum ad nos. Et uenit ad nos, & contemptus est inter nos a nobis, & postea nobiscum. Et docuit nos contemni, qui contemptus est: docuit tolerare, quia tolerauit: docuit pati, quia passus est: & promisit resurrecturos, quia resurrexit: in seipso ostendens quid sperare debeamus.

Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc.]

Testamentum uetus ad Iudeos proprie pertinet. Etenim carnalia beneficia promittebantur, quia spiritalia non capiebantur. Regnum illud terrenum, & uita terrena funditus deiecta, subiectioni inimicorum tradita. Totum carnaliter sperabant de domino, & propter haec seruiebant. Interrogentur Christiani, si modo nulli sunt tales. Tales ad uetus testamentum pertinent. Non enim nomen interrogo, sed uitam. De his talibus haeresis schisma. Fugit a facie Sarae illa: & affligebat Sara illam. Quid mirandum? Affligebat eam corporaliter. Sed quid afflictionis passa est pars Donati? propter superbiam suam Agar passa est ancilla Sarae. Audiatur Agar uocem angeli, & edi ad dominam tuam. Sed sicut tunc qui secundum carnem natus est, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc. Non inuenimus corporaliter persecutum Isaac ab Hismaele. Quia dicit apostolus persecutionem: nota tibi ubi dixit. Sed sicut tunc ille qui secundum carnem natus est, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid ait scriptura? Eijce ancillam & filium eius: non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae. Ergo ubi illud dixit scriptura, tibi quaramus. Quid ait in Genesi? Et factum est cum luderet Hismael, & Isaac, uidit eos ludentes. Quis persecutus est? Quem persecutus est? Ludentes eos uidit Sara, & ait. Eijce ancillam & filium eius. Quare?

Ex ser. de Agar & Hismaele

Genes. 22.

Quia uidit eos ludentes. Sed lusum illum Paulus persecutionem uocat, quia lusio illa illusio erat. Si illusio, seductio & deceptio. Omnis lusio puerorum simulachrum est negotij maioris: & quando maior ludit cum minore, quasi ut seducatur, sciens se habere negotia alia quae intedit, & simulat quaedam puero, id est infirmo ludens cum illo. Maior erat Hismael, & roboratus in malitia: sed ludens cum illo puero Isaac seducebat Isaac, et quaedam fraudes ludendi cum infirmo faciebat. Animaduertit mater lusum illum esse persecutionem. Si intelligit mater lusum illum, intelligit ecclesia lusum illum. Sara dixit. Eijce ancillam & filium eius. Non

Non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac. Et ecclesia dicit. Eijce haereticos & filios eorum. Non enim haeredes erunt haeretici cum catholicis. Sed quare non erunt haeredes? Nonne de femine Abraham nati? Et quomodo baptismum ecclesiae habent? Baptismum habent: haeredem faceret semen Abraham, nisi ab hereditate superbia excluderet. Eodem uerbo nasceris, eodem sacramento: sed ad eandem hereditatem non peruenis, nisi ad ecclesiam catholicam reuersus fueris. Ex semine Abraham nasceris, sed filius ancillae foris es propter superbiam.

Erexit Hismael ceruicem, & uoluit seducere fratrem suum ludens cum illo. Magnum tibi sacramentum: ludebant simul Hismael & Isaac: uidit illos Sara ludentes, & ait Abraham. Eijce ancillam & filium eius. Non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac. Et cum contristatus esset Abraham confirmauit ei dominum dictum uxoris eius. Iam hic manifestum est sacramentum, quia nescio quid futurum paruerat illa res gesta. Ludentes uidit & dicit. Eijce ancillam & filium eius. Quid est hoc iras tres? Quid enim mali fecerat Hismael puero Isaac, quia ludebat cum illo? Sed illa lusio illusio erat. Illa lusio deceptionem significabat. Nam magnum sacramentum attendat charitas uestra. Persecutionem illam uocat apostolus illusionem ipsam. Ipsum lusum persecutionem uocat. Ait enim. Sed sicut tunc ille qui secundum carnem natus erat persequebatur eum qui secundum spiritum: ita & nunc, id est qui secundum carnem nati sunt, persequeuntur eos qui secundum spiritum nati sunt. Quis sunt secundum carnem nati? Dilectores mundi, amatores seculi. Qui sunt secundum spiritum nati? Amatores regni caelorum, dilectores Christi, desiderantes uitam aeternam, gratias colentes Deum. Ludunt, & dicit apostolus persecutionem. Nam posteaquam dixit apostolus haec uerba, Sed sicut tunc ille qui secundum carnem natus erat persequebatur eum qui secundum spiritum: ita & nunc: secutus est, & ostendit de qua persecutione diceret. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius. Non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac. Quaramus ubi hoc dicat scriptura: ut uideamus utrum aliqua persecutio precesserit Hismaelis in Isaac: & inuenimus hoc dictum esse a Sara, quando uidit pueros ludentes simul. Quam lusionem dicit scriptura uidisse Saram, hanc persecutionem ait Apostolus. Plus ergo uos persequeuntur, qui uos illudendo seducunt.

CAPVT V.

State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam si circumcidamini Christus uobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est uniuersae legis facienda. Euacuati estis a Christo. Qui in lege iustificamini, a gratia excidistis.]

Ex lib. cont. Faustum.

Primis Christianis qui ex Iudaeis credide-

runt, donec contra tam diuturnam consuetudinem paulatim persuaderetur, atque ad intellectum perfectum perducerentur: quia ita nati erant, atque instituti: fuerunt eos apostoli patrum ritum traditionemque seruare, & eos quibus hoc opus erat, ut congruens illorum tarditati moribusque monuerunt. Inde est quod Timotheum Iudaea matre, & Graeco patre natum, propter illos ad quos tales cum eo uenerat, etiam circumcidit apostolus, atque ipse inter eos morem huiusmodi custodiuit, non simulatione fallaci, sed consilio prudenti. Neque enim ita natis, & ita institutis noxia erant ista: quamuis iam non essent necessariae futuris necessariae. Magis quippe noxium erat ea tanquam noxia prohibere in his hominibus usque ad quos durare debuerunt: quoniam Christus qui omnes illas prophetias implere uenerat, sic eos initiatos inuenerat: ut iam de caetero qui nulla tali necessitudine tenerentur, sed ex diuerso uoluntati parere, id est ex praepotio, ad illum angularem lapidem, qui est Christus, conuenirent, ad nulla talia cogere. Si qui autem his qui ex circumcissione uenerant, talibusque sacramentis adhuc de diti erant, ultro uellent, sicut Timotheus, conferre congruentiam: non prohiberentur. Verum si in huiusmodi legis operibus putarent suam spem, salutemque contineri, tanquam a certa pernicie uerarentur, unde est illud apostoli. Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini Christus uobis nihil proderit. Circumcidamini, scilicet sicut ipsi uolebant, sicut eis a quibusdam deprauatis persuasum erat, quod sine his legis operibus salui esse non possent. Nam cum cum Gentes ad Christi fidem ita uenirent, maxime per Pauli apostoli praedicationem, sicut uenire debuerunt, ut nullis eiusmodi obseruationibus onerarentur, quia & insolita ista maxime circumcissione grandes arte reformidantes deterreretur a fide: & non ita nati, ut talibus sacramentis imbuerentur, si more pristino profelyti fierent, tanquam Christus per ista mysteria uenturus adhuc promitteretur. Cum ergo sic uenirent ad fidem, ut iam ex Gentibus uenire oportebat: non intelligeres qui ex circumcissione uenerant: cur sibi illa promissa essent, & cur Gentibus imponenda non essent: quibusdam carnalibus seditionibus ceperant ecclesiam perturbare: quod Gentes ad Dei populum accedentes non solenniter profelyti fierent in carnis circumcissione, & caeteris huiusmodi obseruationibus legis: atque in his erant qui hoc ideo fieri magnopere insistebant, quia timebant Iudeos inter quos uersabantur. Contra hos apostolus Paulus multa scripsit. Nam in horum simulationem etiam Perum adductum fraterna obiurgatione correxit. Sed posteaquam in uinum apostoli congregati etiam consilio suo censuerunt Gentes ad huiusmodi opera legis non esse cogendas: displicuit quibusdam ex circumcissione Christianis, non ualentibus mente discernere

Gal. 1.

discernere illos solos ab huiusmodi obserua-
tionibus non fuisse prohibendos: quos fides
quæ reuelata est, his iam imbutos inuenerat:
ut in eis iam cõsummaretur ipsa actio prophe-
tica, quos ante adimpletionem prophetie iam
tenuerat, nisi & ab ipsis remoueretur, impro-
bata potius quam terminata uideretur. Si au-
tem & gētibus imponeretur: aut non Christi
promittēdi causa instituta esse, aut adhuc chri-
stū, pmittere putaretur. Primus itaq; populus
Dei antequam Christus ueniret legem, pro-
phetasq; adimplere, illa omnia quæ hunc pro-
mittēbāt, obseruare iubebatur, liber in eis qui
hec q̄ pertinerēt intelligebāt, seruus autē in eisq;
hoc non intelligebant. Posterior ergo popu-
lus accedens ad fidem, qua iam Christus ue-
nisse, passus esse, ac resuscitatus esse prædica-
batur, in his quidem hominibus quos iam tali-
bus sacramentis institutos eadem fides inue-
nerat, nec cogebatur ista obseruare, nec pro-
hibebatur. In his autem qui talibus uacui nul-
la generis, nulla consuetudinis, uel congruen-
tiæ necessitudine retenti crediderant, etiam
prohibebatur: ut per eos iam inciperet ap-
parere illa omnia propter promittendum,
Christum fuisse instituta, quo ueniente atque
hec promissa adimplente, iam oportere cessa-
re. Hoc igitur temperamentum, moderamen-
tumq; spiritus sancti per apostolos operantis
cum dupliciisset quibusdam ex circumcisio-
ne credentibus, qui hæc non intelligebant in
ea peruersitate manserunt, ut & gentes coge-
rent iudaizare. Hi sunt quos Faustus Symma-
tiorum, uel Nazarenorum nomine comme-
morauit, qui usq; ad nostra tempora iam qui-
dem in exigua, sed adhuc tamen uel in ipsa
paucitate perdurant.

*Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini Chri-
stus uobis nihil proderit.*

*Ex epi. ad
Hierony.*

Decepit ergo Timotheum, & fecit, ut nihil
prodesset ei Christus. Eis itaq; dictum est, si cir-
cidamini, qui propterea uolebant circum-
cidi, quod aliter se putabant in Christo saluos
esse non posse. Hoc ergo animo ac uoluntate
ista intentione quisquis tunc circūcidebatur,
Christus ei omnino nihil proderat, sicut alibi
aperte dicit. Nam si per legem iustitia, ergo
Christus gratis mortuus est. Hoc declarat &
ipse quod commemorasti. Euacuati estis à Chri-
sto. Qui in lege iustificamini, à gratia excidi-
stis. Illos itaque arguit, qui se iustificari in lege
credebant, non qui legitima illa in eius hono-
rem à quo mandata sunt obseruabant, intelli-
gentes & qua prænunciandæ ueritatis ratio-
ne mandata sint, & quousque debeant perdu-
rare. Illa enim quæ significationis causa præce-
pta sunt, quæ gratiæ reuelatione latius in note-
scence necesse fuerat aboliri, iustificari nemi-
nem poterant. Non tamen ideo fuerant tan-
quam diabolica Gētium sacrilegia fugienda,
etiam cum ipsa gratia iam cœperat reuelari,
quæ umbris talibus fuerat prænunciata, sed
permittenda paululum, eis maxime qui ex il-

lo populo cui data sunt, uenerant, postea uero
tanquam cum honore sepulta sint, à Christiani-
nis omnibus irreparabiliter deferenda.

Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus.]

Hæc est fides ex qua iustus uiuit, hæc est fi-
des per quam excluditur gloriatio, siue ut ab-
scedat qua in nobis inflamur, siue ut emineat
qua in domino gloriamur. Hæc est fides qua
impetratur largitas spiritus, de quo dicitur.
Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expecta-
mus. Vbi quidem adhuc quæri potest utrum
spem iustitiæ dixerit quam sperat iustitia, an
qua speratur ipsa iustitia, quoniam iustus ex fi-
de uiuens, sperat utique uitam æternā. Itemq;
fides esuriens, sitiensq; iustitiam, renouatione
de die in diem interioris hominis proficit in
eam, & sperat ea satiari in uita æterna, ubi fiet
quod in Psalmo de Deo dicitur. Qui satiati in
bonis desiderium tuum.

*Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid ualeat, ne-
que præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.*

*Currebatis bene. Quis uos fascino ueritati non obediret
nemini consenseritis. Persuasio hæc non est ex eo qui uoca-
uit uos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego
confido in uobis in domino, quod nihil aliud sapietis. Qui
autem conturbat uos, portabit iudicium quicumq; est ille. Ego
autem fratres si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc
persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis.
Utinam & abscondantur qui uos conturbant. Vos enim in li-
bertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasio-
nem detis carnis: sed per charitatem spiritus seruite inuicem.
Omnis enim lex in uno sermone impletur. Diliges proximum
tuum sicut te ipsum.]*

Uti enim dicunt credo: sed fides sine o-
peribus non saluat: opus autem fidei ipsa
dilectio est, dicente apostolo Paulo. Et fides
quæ per dilectionem operatur. Opera quidē
tua præterita antequam crederes, uel nulla e-
rant: uel si bona uidebantur, inania erant. Si e-
nim nulla erant: sic eras quasi homo sine pedi-
bus, aut uexatis pedibus ire non ualens. Si au-
tem bona uidebantur antequam crederes, cur
rebas quidem, sed præter uiam currendo erra-
bas potius, quam perueniebas. Est ergo nobis
& currendum, & in uia currendum. Qui præ-
ter uiam currit: inaniter currit, imo ad laborē
currit. Tanto plus errat, quanto præter uiam
currit. Quis est uia per quam currimus? Chri-
stus dicit: Ego sum uia. Quæ patria quo curri-
mus? Christus dicit: Ego sum ueritas. Per illum
curris: ad illum curris: in ipso requiescis. Sine
dilectione fides inanis est. Cum dilectione, fi-
des Christiani: sine dilectione, fides dæmonis.
Qui autem non credunt, peiores sunt quam
dæmones, & tardiores quam dæmones. Ne-
scio quis non uult credere in Christum adhuc:
nec dæmones imitatur. Iam credit in Christū,
sed odit Christum. habet confessionem fidei
in timore pœnæ: non in amore coronæ, nam
& illi puniri timebant. Adde huic fidei dile-
ctionem: ut fiat fides qualem dicit apostolus
Paulus. Fides quæ per dilectionem operatur.
Inuenisti Christianum: inuenisti ciuem Hieru-
salem:

*Ex libr. de
spir. & lit.
Roman. 1.*

*Ex tractatu
in epist. 107. 10.*

*Ioan. 14.
Ibidem*

salem: inuenisti ciuem angelorū: inuenisti in uia
suspirantum peregrinum. Adiunge te illi: co-
mes tuus est: curre cū illo: si tamē & tu hoc es.

*Ex ser. de uer.
ap. 16.
Galat. 6.*

Psal. 42.

Neq; circumcisio aliquid ualeat, neq; præpu-
tium, sed fides. Dic adhuc apostole: adde: di-
scerne: quia & dæmones credunt, & cõtremi-
scunt, quod oderūt. Distingue apostole, & cir-
cumcide fidem meam, & discerne causam me-
am de gente non sancta. Plane distinguit, di-
scernit, circumcidit. Sed fides, inquit, quæ per
dilectionem operatur. Vnusquisque ergo fra-
tres mei inspiciat se intus: apprehendat se: pro-
bet se in omnibus factis suis: bonis operibus su-
is quæ faciat cum charitate non expectans re-
tributionē temporalem, sed promissum Dei,
faciem Dei. Non enim quicquid Deus tibi, p-
mittit, ualeat aliquid apud ipsum Deum. Omni-
no non me satiaret Deus, nisi promitteret mi-
hi se ipsum Deum. Quid est tota terra? Quid
est totum mare? Quid est totum cælū? Quid
sunt omnia sidera? Quid sol? Quid luna? Quid
exercitus angelorum? Omnium istorum crea-
torem sitio, ipsum esurio, ipsi dico, Quoniam
apud te est fons uitæ. Quid mihi dixit? Ego
sum panis qui descendit de cælo. Esuriat & siti-
at peregrinatio tua, ut satiaretur præsentia mea.
Arrideat mundus multis rebus pulchris, forti-
bus, uarijs. Pulchrior est ille qui fecit, fortior,
et clarior ille qui fecit, suauior est ille qui fecit.
Satiabor cū manifestabitur gloria tua. Vt autē
habeat spiritus sanctus, nonne ubi uult spirat?
Et charitas Dei, sine qua nemo bene uiuit, dif-
funditur in cordibus nostris, non à nobis, sed
per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hæc
enim fidem apostolus definiuit, dicens. Neq;
circumcisio est aliquid, neq; præputium, sed fi-
des, quæ per dilectionem operatur. Ista qui-
pe est fides Christianorum, non dæmoniorū.

*Psal. 35.
Ioan. 6.*

*Psal. 16.
Ex epi. ad Six.
presbiterium*

*Ioan. 3.
Roman. 5.*

Iacobi. 2.

*Marci. 1.
Ibidem*

Ioan. 6.

*Ex lib. cont.
Faust. 11. 33.*

2. Tim. 4.

Nam & dæmones credunt, & contremiscunt,
sed nunquid & diligunt? Nam si nō crederēt,
non dicerent, Tu es sanctus Dei, uel, Tu es fi-
lius Dei. Si autem diligerent, non dicerent,
Quid nobis & tibi? Fides igitur ad Christum
non trahit. Quæ nisi desuper gratuito munere
nobis daretur, non ipse diceret. Nemo potest
uenire ad me, nisi pater qui me misit, traxerit
eum. Non sunt bona opera, nisi quæ per fidem
& dilectionem fiunt, quia alterum sine altero
nullius uirtutis fructum parit. Utinam & ab-
scindantur qui uos conturbant.

Maledicta cum ex prophetia dicuntur, nō
sunt de malo uoto imprecantis, sed de præscio
spiritu denunciantis. Nam illa quæ de malo
uoto sunt prohibentur, cum dicitur. Benedici-
te, & nolite maledicere. Hæc autem sepe inue-
niuntur in sermone sanctorum. Sic apostolus
Paulus. Alexander, inquit, grarius multa ma-
la mihi ostendit. Reddat illi dominus secundū
opera sua. Nam illud tanquam stomachatus
& indignatus, etiam male optasse uidetur apo-
stolus. Utinam & abscondantur qui uos con-
turbant. Quod utique si consideres personam
scribentis, magis cum elegantissimo ambiguo

bene optasse intelligas. Sunt enim spadones
qui se ipsos abscederunt propter regnum cæ-
lorum. Vos enim in libertatem uocati estis
fratres, tantum ne libertatem in occasione car-
nis detis, sed per charitatem seruite inuicem.

Quod fieri non potest, nisi alterius infirmi-
tatem quisque habeat sicut suam, ut eam equa-
nimitè ferat, donec ab ea liberetur ille, cuius
curat salutem.

Si ergo uos filius liberauerit, tunc uere libe-
ri eritis. Hæc spes nostra est fratres, ut à libero
liberemur, & liberando seruos nos faciat. Ser-
ui em̄ eramus cupiditatis, liberati efficiamur
serui charitatis. Hoc & Apostolus dicit. Vos
fratres in libertatem uocati estis, tantum ne li-
bertatem in occasionem carnis detis, sed per
charitatem seruite inuicem. Non ergo dicat
Christianus. Liber sum, in libertatem uocatus
sum, seruus eram, sed redemptus sum, et ipsa re-
demptione liber effectus sum, faciam quod uo-
lo. Nemo me prohibeat à uoluntate mea, si li-
ber sum. Sed si ista uoluntate peccatum facis,
seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad
libere peccandum, sed utere ad non peccan-
dum. Erit enim uolūtas tua libera, si fuerit pia.
Eris liber, si fueris seruus. Liber peccati, seruus
iustitiæ, dicente apostolo. Cum serui essetis
peccati, liberi eratis iustitiæ. Nunc autem libe-
rati à peccato, serui autem facti Deo, habetis
fructum uestrum in sanctificationem: finem
uero uitam æternā. Hoc conemur, id agamus.

*Quod si inuicem mordetis, & comeditis, uidete, ne ab inui-
cem consumamini.]*

Quid est mordetis, & comeditis inuicem? li-
tigatis inuicem, detrahitis inuicē, opprobria
obijcitis inuicem. Quid autem uult salus ce-
lestis, nisi docere mordēdo, & consumere men-
tiendo? Deniq; commonens homines Dei a-
postol. ne se fallis criminibus appetant: si mor-
detis, inquit, & comeditis inuicem: uidete ne
ab inuicem consumamini.

*Dico autem in Christo. Spiritu ambulate: & desideria car-
nis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum:
spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduer-
santur, ut non quecumq; uultis, illa faciatis.]*

Non autē, Non feceritis: quia ea non habere
non poterant: sed ne perfeceritis, id est, ne
opera, eorum consensu uoluntatis impluerit-
is. Quod ergo est ad Galatas: Concupiscenti-
as carnis ne perfeceritis: hoc contrario est ad
Romanos. Perficere autem bonum non inue-
nio, quia nec illi perficiuntur in malo: quoniā
eis non accedit nostre uoluntatis assensus: nec
nostra uoluntas perficitur in bono, quandiu il-
larum quibus non consentimus, permanent
motus. Caro enim concupiscit aduersus spiri-
tum, & spiritus aduersus carnem. Hæc e-
nim inuicem aduersantur sibi: ut non quæcum-
que uultis, illa faciatis. Cum caro concupi-
scit aduersus spiritum, et spiritus aduersus car-
nē, ut ea quæ nō uolumus, faciamus, nec car-
nis perficiuntur concupiscentiæ, quāuis fiat, nec
nostra perficitur bona opera quamuis fiant.
Sicut

*Ex libr. de ser.
domini in mō.
Ex tractatu
euā. sec. 10. 38.*

Roman. 6.

*Ex tractatu
Psal. 72.
Ex ser. decalogi
ad populum*

*Ex lib. con.
Iulianum. 2.
Roman. 7.*

Sicut tunc perficitur carnis concupiscētia, cum consentit spiritus ad opera mala, ut non concupiscat aduersus illam, sed cum illa sic & bona opera nostra tunc perficientur, quando ita spiritui caro consenserit: ut aduersus eum etiam ipsa non concupiscat. Hoc enim uolumus cum perfectionem iustitię cōcupiscimus.

Ex ser. de uer. apostoli.

Dico autem. Spiritu ambulate, & concupiscētijs carnis nō perficietis. Nō dixit, Ne ha fueritis: neq; hoc dixit, Ne feceritis: sed Ne p̄ feceritis. Quid sit autem hoc adiuuante domino dicam, ut potero: adestote ut intelligatis, si spiritu ambulatis. Dixi enim, non frustra apostolum noluisse dicere: concupiscētijs carnis ne habueritis: neq; hoc saltem uoluisse dicere concupiscētijs carnis ne feceritis: sed dixit: se concupiscētijs carnis ne perfeceritis. Ipsum nobis luctamen proposuit: in hoc praelio uerfamur, si Deo militamus. Quid enim sequitur? Caro enim concupiscit aduersus spiritum spiritus aduersus carnem, hæc enim inuicem aduersantur: ut nō ea quæ uultis, faciatis. Hoc si non intelligatur, periculosissime auditur. Ideo sollicitus, ne homines male intelligendo pereant, suscepi hæc uerba apostoli adiuuante domino uestre exponere charitati. Quid est ergo hoc quod dixi, periculose auditur, si non intelligatur? Multi concupiscētijs carnalibus, & damnabilibus uicti, committunt quæque facinora, atq; flagitia: & immunditijs tam pessimis uoluntantur, quæ turpe est etiam dicere: & dicunt sibi ista apostoli uerba: uide quid dixit apostolus, ut non ea quæ uultis, illa faciatis. Nolo facere, cogor, compellor, uincor, facio quæ nolo, sicut ait apostolus: quia caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem, ut non ea quæ uultis, illa faciatis. Videtis quam periculose auditur, si non intelligitur. Videtis quemadmodum pertineat ad officium pastoris opertos fontes aperire, & aquam puram innoxiam sitientibus ouibus ministrare. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur: ut non quæcunq; uultis, illa faciatis. Videte quale bellum proposuit: quale pugnam: quale rixam: intus, intra teipsum. Caro concupiscit aduersus spiritum. Si non concupiscit, & spiritus aduersus carnem, facis adulterium. Si autem spiritus concupiscit aduersus carnem, luctam uideo: uictum non uideo, pugna est, concupiscit caro aduersus carnem, luctam uideo: uictum non uideo, pugna est, concupiscit caro aduersus spiritum. Delectat adulterium. Fateor, quia delectat, sed spiritus concupiscit aduersus carnem delectat & castitas. Ergo uincat spiritus carnem, aut certe non uincatur a carne. Adulterium tenebras querit, castitas lucem desiderat. Quomodo uis innotescere, sic uiue. Si delectat adulterium, contradicatur, resistatur, repugnetur. Non enim non habes unde pugnes. Deus tuus est in te. Spiritus bonus datus est tibi, & tamen permittitur ipsa caro concupiscere ad-

uersus spiritum suggestionibus prauis, & delectationibus genuinis, fiat quod ait apostolus. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore. Non dixit, Non sit. Iam est ibi. Quod i deo peccatum uocatur, quia merito peccati contigit. Non enim in paradiso caro concupiscēbat aduersus spiritum, aut erat ibi ista pugna ubi pax erat sola. Sed facta transgressione, posteaquā homo noluit seruire Deo, & donatus est sibi, nec sic donatus est sibi, ut possit saltem possidere se, sed ab eo possessus a quo deceptus, cœpit caro concupiscere aduersus spiritum. Et hoc in bonis concupiscit aduersus spiritum. Nam in malis non habet contra quem concupiscere. Ibi concupiscit aduersus spiritum ubi est spiritus. Quod enim ait, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, noli putare spiritui hominis tantum datum. Spiritus Dei est qui pugnat in te aduersus te, aduersus illud quod est in te contra te. Nā ut noueris ad spiritum sanctum hoc officium pertinere, alio loco dicit ipse apostolus. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. In his uerbis iam extollebat se homo, quasi spiritu suo facta carnis possit mortificare. Expone nobis apostole quo spiritu, habet enim & homo spiritum ad naturam propriam pertinentem, quo homo est. homo enim constat ex corpore & spiritu. Et de ipso spiritu hominis dictum est. Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Video ergo & ipsum hominem habere spiritum suum pertinentem ad naturam suam. Et audio te dicentem. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quæro quo spiritu, meo an dei? Audi quod sequitur, & intellige. Sublata est questio sequentibus uerbis. Cum enim dixisset, Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis, continuo addidit. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei.

Roman. 6.

Roman. 8.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Ex lib. de ciu. dei. 21.

Ex ser. de cōt. Iacob. 1. Psal. 40.

2. Cor. 15.

Ex li. de Gene. ad literam.

Eccle. 1.

tijs: quàm sine ulla conficiōne dominantur. Melius inquam bellū cum spe salutis æternæ, quàm sine ulla liberationis cogitatione captiuitas. Cupimus quidem etiam hoc bello carere, & ad capeffendam ordinatissimam pacem, ubi firmissima stabilitate potioribus inferiora subdantur, igne diuini amoris accēdimur. Sed si, quod absit, illius tanti boni spes nulla esset, malle debuimus in huius conficiōnis molestia remanere, quàm uitij in nos dominationē non eis resistendo permittere. Apostolus Iacobus ait. Vnusquisq; autem tentatur a concupiscētia, sed addidit sua: ut quæ hæc audit, intelligat quomodo clamare debeat. Ego dixi: domine miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi. Non enim sanatione indigniffet, nisi peccādo seipsum uitiaffer: sed ut aduersus eam caro sua concupisceret, id est ipsa sibi metipsum ex ea parte, qua in carne infirmata est, repugnaret. Caro enim nihil nisi per animam concupiscit. Sed cōcupiscere caro ad uerius spiritum dicitur, quando anima carnali concupiscētia spiritui reluctatur. Totū hoc nos sumus, & caro ipsa quæ discedente anima moritur, nostra pars infirma est. Nō fugienda dimittitur, sed recipienda deponitur, nec recepta ulterius relinquatur. Seminatur autē corpus animale, surgit corpus spiritale. Tūc iam caro nihil concupiscet aduersus spiritum, quando & ipsa spiritalis uocabitur: quoniam spiritui non solum sine repugnantia, uerum etiam sine ulla corporalis alimenti indigentia in aeternum uiuificāda subdetur. Hæc igitur duo quæ nunc inuicem aduersantur in nobis: quoniam in utroq; nos sumus: ut concordent oremus & agamus. Nō enim alterū eorum putare debemus inimicū, sed utrius quo caro cōcupiscit, ad uerius spiritum: quod sanatum, nec ipsum erit, & substatia utraq; salua erit, & inter utraq; nulla pugna erit. Verissime ac ueracissime scriptum est. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, sed tamen carnem sine anima cōcupiscere nihil posse puto, quod omnis doctus, indoctusq; non dubitet: ac per hoc ipsius concupiscētiæ carnalis causa non est in anima sola, sed multo minus est in carne sola, ex utroq; enim fit. Ex anima scilicet, quod si ne illa delectatio nulla sentietur. Ex carne autem, quod sine illa delectatio carnalis non sentitur. Carnem itaq; concupiscēntem aduersus spiritum, dicit apostolus carnalem proculdubio delectationem, quam de carne, & cum carne etiam spiritus habet aduersus delectationem, quam solus habet. Solus quippe habet, nisi fallor, illud desiderium, non cum carnis uoluptate, uel carnalium rerum cupiditate commixtū, quod desiderat anima, & desiderat in atriā Domini. Solus habet etiam illud, de quo & dicitur. Concupisti sapientiam, serua mandata, & dominus præbebit illam tibi. Nam cum spiritus imperat membrīs corporis, ut huic desiderio seruiant, quo solus accenditur, uelut cū assumitur codex, cū aliquid scribitur, legitur,

disputatur, auditur, cum deniq; panis frangit̄ esurienti, & cætera humanitatis ac misericordie præstantur officia, obedientiam caro exhibet, non concupiscētiā mouet. His atq; huiusmodi bonis desiderijs, quibus sola anima cōcupiscit, cum aduersatur aliquid quod eadem animam secundum carnem delectat, tunc dicitur caro concupiscere aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Sic enim dicta est caro in eo quod secundum ipsam facit anima, cum ait, Caro concupiscit, quemadmodum dictum est, auris audit, & oculus uidet. Quis enim nescit, quod anima potius, & per aurem audiat, & per oculum uideat? Ita loquimur & cum dicimus, manus tua subuenit homini, cū aliquid porrecta manu datur, quo cuiquam subuenitur. Quod si de ipso etiam fidei oculo, ad quæ pertinet credere, quæ per carnem nō uidentur, dictum est, Videbit omnis caro salutare Dei, non utiq; nisi de anima, qua uiuit caro, cum etiam per ipsam carnem nostram Christum pie uidere, id est formam qua indutus est propter nos non pertineat ad cōcupiscētiā, sed ad ministeriū carnis, ne forte aliquis ita uelit accipere quod dictum est, Videbit omnis caro salutare Dei, quanto congruentius dicitur caro concupiscere, quando anima non solum carni animale uitā præbet, uerum etiam secundum ipsam carnem aliquid cōcupiscit. Quod in potestate non est ne concupiscat, quamdiu in est peccatum in membrīs, id est uiolēta quædam carnis illecebra in corpore mortis huius, ueniens de uindicta illius peccati unde propaginem ducimus, secundum quam omnes ante gratiam filij sunt iræ. Contra quod peccatum militant sub gratia constituti, non ut non sit in eorum corpore, quādiu ita mortale est, ut & mortuum iure dicatur, sed ut non regnet. Non autem regnat, cum desiderijs eius, id est ijs quæ secundum carnem contra spiritum concupiscuntur, non obeditur. Diligenda est etiam ipsa dilectio quæ diligitur quod diligi oportet, sicut odio habenda est dilectio qua diligitur quod diligi non oportet. Odio quippe habemus cōcupiscētiā nostrā qua caro concupiscit aduersus spiritum. Et quid est ista concupiscētia, nisi mala dilectio. Et diligitur concupiscētiā nostram qua spiritus concupiscit aduersus carnem. Et quid est ista concupiscētia, nisi bona dilectio. Est amor quo amatur, & quod amandum non est. Et istum amorem odit in se qui illud diligit quod amandum est. Possunt ambo enim esse in homine, & hoc bonum est homini, ut illo proficiēte quo bene uiuimus, iste deficiat quo male uiuimus, donec ad perfectū sanetur, & in bonū commutetur omne quod uiuimus. Quādiu uitij repugnatur, plena pax non est, quia & illa quæ relinquitur, periculo so debellantur prelio, & illa quæ uicta sunt, nō dum securo triumphantur otio, sed adhuc sollicito premuntur imperio. Aegritudo animi rationalis est, cum bonis inferioribus delectatus, superiora ex parte appetit, & ex parte nō

Ex tractatu Psal. 113.

Ex li. sen. Prosperi

Itē ex cod. lib.

appetit. Ideoq; in duas diuiditur uoluntates. Cumq; una est, tota non est, & hoc adest uni, quod deest alteri.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.]

Ex episto. ad Hierony.

Magna mihi uideatur quaestio, quid sit esse sub lege sic quemadmodum Apostolus culpat. Neque enim haec cum propter circumcisiōē arbitror dicere, aut illa sacrificia, quae tunc facta à patribus, nunc à Christianis non fiunt, & cetera eiusmodi. Sed hoc ipsum etiam quod lex dicit, Non concupiscas, qd fatemur certe Christianos obseruare debere, atq; euan-gelicam maxime illustrare praedicationem: legem dicit esse sanctam, & mandatum sanctū, & iustum, & bonum. Et inde subiungit. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors: Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccator, uel peccatū per mandatū. Quod autem hic dicit peccatum per mandatū fieri supra modū, hoc alibi. Lex subintrauit, ut abundaret delictum, ubi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et alibi cum superius de dispensatione gratiae loquitur, quod ipsa iustificaret, uelut interrogans ait. Quid ergo lex? Atque huic interrogationi continuo respondit. Prauaricationis gratia posita est, donec ueniret semē cui promissum est. Hos ergo dānabiliter dicit esse sub lege: quos reos facit lex, non implentes legem, dum non intelligendo gratiae beneficium ad faciendam praesumunt. Plenitudo enim legis charitas. Charitas uero dei diffusa est in cordibus nostris: nō per nos ipsos, sed per spiritum sanctū qui datus est nobis. Ergo & illud quod lex ait: Non concupiscas: si humana infirmitas gratia Dei adiuta non fuerit, sub se reum tenet, & praeruaricatore potius damnat, quam liberat peccatorem. Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: ut non ea quae uultis, faciatis. Et ne ab ipsa pugna desides faceret, & per hanc sententiam laxamentum peccandi dedisse uideretur, adiungit. Quod si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege. Sub lege est em̄ qui timore supplicij qd lex minatur, nō amore iustitiae se sentit abstinere ab opere peccati, nondum liber, nec alienus à uoluntate peccandi. In ipsa em̄ uoluntate reus est, quā mallet si fieri posset, non esse qd timeat: ut libere faciat quod occulte desiderat. Ergo si spiritu, inquit, ducimini, non adhuc estis sub lege, utiq; lege quae timorē incutit, nō tribuit charitatem, quae charitas dei, diffusa est in cordibus nostris: non per legis literam, sed per spiritū sanctum qui datus est nobis. Haec est lex libertatis, nō seruitutis, quia charitatis utiq; nō timoris, de qua & Iacobus ait apostolus. Qui autē perspexerit in legem perfectam libertatis. Quemadmodum cum loca ipsa terra in melius conuertuntur, alia diruuntur, atq; franguntur: alia in meliores usus commutantur: sic & nos sumus. Opera carnis fuerunt in

Ex lib. de nat. & grat

nobis: audistis cum memorarentur.

Manifesta, inquit, sunt opera carnis, quae sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorū seruitus, ueneficia.]

Non beneficia, id est non à bonis dicta, sed à uenenis.

Inimicitiae, contentiones, emulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, inuidiae, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quae praedico uobis, sicut praedixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, aduersus huiusmodi non est lex.]

Ista in nobis tanquam idola frangenda sunt: in usus tamē meliores uertēda ipsa nostri corporis membra: ut quae seruebant immunditiae cupiditatis, seruiant gratiae charitatis. Audiamus ergo & apostolum architectum magistri. Ut sapiens, inquit, architectus fundamentum posui. Audiamus ergo istum architectum quaedam noua construentem: quaedam uetera desicientem. Spiritu, inquit, ambulante. Noua est ista constructio. Et concupiscentias carnis ne perfeceritis. Veterum est ista destructio. Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus carnem, haec enim inuicem aduersantur, ut non ea quae uultis, faciatis. Quae em̄ uultis: ut omnino nullae sint concupiscentiae malarum, & illicitarū delectationū. Quis sanctus non hoc uelit: sed non efficit, quamdiu hic uiuitur, hoc non impletur. Quid ergo restat? Spiritu ambulate. Et quia non potestis efficere, ut concupiscentias carnis consumatis, concupiscentias ne perficiatis. Consumere quidem illas atq; finire, & penitus extirpare, omnimode uelle debetis, sed quamdiu sunt in uobis, & est alia lex in membris uestris repugnans legi mentis uestre, concupiscentias carnis ne perfeceritis. Quid enim uultis: ut omnino non sint concupiscentiae carnis. Non uos permittunt implere quod uultis, nolite eas permittere implere quod uolunt. Quid uultis: ut omnino non sint. Sed sunt. Caro concupiscit aduersus spiritum, concupiscit spiritus aduersus carnem. Si non in totum tibi ceditur, noli & tu cedere prius, sequetur pugna, ut sit aliquando uictoria.

Manifesta autem sunt opera carnis: quae sunt, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, inuidiae, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quae praedico uobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.]

Cum multis modis quos perferuari & colligere longum est, diuina scriptura nuncupet carnem, quid sit secundum carnem uiuere, qd profectio malū est, cum ipsa carnis natura non sit malum, ut inuenire possimus, iste totus epistolae apostolicae locus quantum ad rem praesentem satis esse uidebitur consideratus, poterit hanc dissoluere quaestione. In operibus namque carnis, quae manifesta esse dixit, eaq; commemorata damnauit, non illa tantum inuenimus, quae ad uoluptatem pertinet carnis, sicut

Ex lib. de ciuit. dei. 14. ca. 23.

sicuti sunt fornicationes, immunditiae, luxuriae, ebrietates, comessationes, uerum etiam quibus animi uitia demonstrantur à uoluptate carnis aliena. Quis enim seruitutem quae idolis exhibetur, ueneficia, inimicitias, contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidias, non potius intelligat animi uitia esse, quam carnis? Quandoquidem fieri potest, ut propter idololatriam, uel haeresis alicuius errorem à uoluptatibus corporis temperetur, & tamen etiam tunc homo quamuis carnis libidines continere, ac cohibere uideatur, secū dum carnem uiuere hac Apostolica autoritate conuincitur, & in eo quod abstinet à uoluptatibus carnis, damnabilia opera carnis agere demonstratur. Quis inimicitias non in animo habeat? Aut quis ita loquatur, ut inimico suo, uel quem putat inimicum, dicat malam carnem, ac non potius malum animum habes aduersus me? Postremo sicut carnalitates (ut ita dicam) si quis audisset, non dubitaret carni tribuere, ita nemo dubitat animositates ad animum pertinere. Cur ergo haec omnia, & his similia doctor Gentium in fide & ueritate opera carnis appellat, nisi quia eo locutione modo quo totum significatur à parte, ipsum hominem uult nomine carnis intelligi? Quod si quisquam dicit carnem causam esse in malis moribus quorumcunque uitiorum, eo quod anima carne affecta sic uiuit, profectio non uniuersam hominis naturam diligenter aduertit. Nam corpus quidem corruptibile aggrauat hominem. Vnde etiam idem Apostolus agens de hoc corruptibili corpore, de quo paulo ante dixerat. Et si exterior homo noster corrumpitur. Scimus, inquit, quia si terrena nostra domus habitationis dissoluatur, aedificationem habemus ex Deo, domum non manufactam in caelis aeternam. Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculum nostrum quod de caelo est super indui cupientes, si tamen induiti non nudi inueniamur. Etenim qui sumus in hac habitatio ne ingemiscimus ingrauari, in quo nolumus purgari, sed superest iri, ut absorbeatur mortale à uita. Verum tamen qui omnia mala animae ex corpore putat accidisse, in errore sunt. Nam corruptio corporis quae aggrauat animam, non peccati primi est causa, sed poena. Nec caro corruptibilis animam peccantem: sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnem. Ex qua corruptione carnis, licet existant quaedam incitamenta uitiorum, & ipsa desideria uitiosa, non tamen omnia uitia iniqua tribuenda sunt carni, ne ab his omnibus purgemus diabolum qui non habet carnem. Et si enim diabolus fornicator, uel chriosus, uel si quid huiusmodi mali est, quod ad carnis pertinet uoluptates non potest dici: cum sit etiam talium peccatorum suator & instigator occultus: est tamen maxime superbus atque inuidus, quae illi uitiositas sic obtinuit, ut propter hanc esset in carceribus caliginosi huius aeris aeterno supplicio destinatus. Haec uitia

2. Cor. 4.

quae tenent in diabolo principatum, carni tribuit Apostolus, quae certum est diabolum non habere. Dicit enim, inimicitias, contentiones, emulationes, animositates, inuidias, opera esse carnis, quorum omnium malorum caput, atque origo superbia est, quae sine carne regnat in diabolo. Quis autem illo inimicior est sanctis? Quis aduersus eos contentiosior, animosior, & magis emulus atq; inuidus inuenitur? Athac omnia eum habeat sine carne quomodo sunt ista opera carnis: nisi quia opera sunt hominis, quem sicut dixi nomine carnis appellat? Non enim habendo carnem, quam nō habet diabolus, sed uiuendo secundum seipsum hoc est secundum hominem, factus est homo similis diabolo, quia & ille secundum seipsum uiuere uoluit, quando in ueritate non stetit, ut non de Dei, sed de suo mēdacium loqueretur.

Ex li. 4. de baptif.

Potest nobis si frumenta dominica sumus, cū uitiosis, cū auaris, cū raptoribus, cū ebriosis, & ceteris huiusmodi pestibus, de quibus dicitur, quod regnum Dei non possidebunt, & baptismatis sacramētum esse commune, & tamen uitia, quibus à regno Dei separantur, nō esse communia. Neque enim de solis haeresibus dicit Apostolus: quia qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Sed non pigeat paululum aduertere, quae simul enumeret. Manifesta, inquit, sunt opera carnis, quae sunt, fornicationes, immunditiae, luxuriae, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comessationes, & his similia: quae praedico uobis, sicut praedixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei nō possidebunt. Constituamus ergo aliquem castum continentem, non auarum, non idolis seruientem, hospitalem, indigentibus ministrantem, non cuiusquam inimicum, non contentiosum, patientem, quietum, nullum emulantem, nulli inuidentem, sobrium, frugalem, haereticum. Nulli utique dubium est, propter hoc solum, quod haereticus est, regnum Dei non possessurum. Constituamus alium: fornicatorem, immundum, luxuriosum, auarum, uel etiam aperte idolis deditum, ueneficum, discordiosum, contentiosum, emulum, animosum, seditiosum, inuidum, ebriosum, comessatorem: catholicum. Nunquid propter hoc solum, quod catholicus est, regnum Dei possidebit agens talia? De quibus sic concludit Apostolus. Quae praedico uobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Si hoc dicimus, nos ipsos seducimus. Nam sermo dei non nos seducit, qui nec tacet, nec parcit, nec ulla adulatione nos decipit. Ideo quippe & a se libi dicit. Hoc autem scitote cognoscetes, quoniam omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, nō habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Non est ergo quod de sermone conqueramur. Dicit omnino, & aperte ac libere dicit, eos qui male ui-

Eph. 5.

uunt ad regnum dei non pertinere. His igitur omnibus uitis circumseptum catholicum non adulemur: nec ei quia Christianus catholicus est, impunitatem quam scriptura diuina non promittit, promittere audeamus: nec si aliud unum habeat ex his quae dicta sunt, debemus ei societatem supernae illius patriae polliceri. Ad Corinthios enim singula enumerat: in quibus singulis subauditur, quod regnum Dei non possidebunt. Nolite, inquit, errare. Neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum dei possidebunt. Non ait: qui haec omnia uitia simul habuerint, regnum dei non possidebunt, sed neque illi, neque illi: ut in singulis hoc subaudias, quod nulli eorum regnum Dei possidebunt. Sicut ergo haeretici regnum Dei non possidebunt, sic auari regnum Dei non possidebunt. Nec dubitandum est quidem poenas ipsas quibus cruciabantur qui regnum Dei non possidebunt, pro diuersitate criminum esse diuersas, & alias alijs aciores: ut in ipso igne aeterno pro disparibus ponderibus peccatorum sint disparia tormenta poenarum.

Neque enim frustra ipse dominus ait. *Matth. 10.* Irabilis erit Sodomis quam uobis in die iudicii. Sed tamen ad non possidendum regnum dei, tantum ualeat ex uitis illis quod elegeris mitius, quantum uel plura, uel unum, quod prospexeris grauius: quia & illi possessuri sunt in regnum dei, quos ad dexteram constituet ille iudex: nec eis qui ad dexteram constitui non merebuntur, aliquid aliud quam ad sinistram esse remanebit. Nulla uox reliqua est, quam sicut haedi audiant ex ore pastoris: nisi, sic in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Licet ex illo igne, sicut dixi, diuersa possint distribui pro criminum diuersitate supplicia. Vtrum autem catholicum pessimis moribus, alicui haeretico in cuius uita praeter id quod haereticus est, non inueniant homines quod reprehendant, praepone debeat non audeo praecipitare sententiam. Si autem quis dicat: quia haereticus est, non potest hoc solum esse, quin & alia consequantur: carnalis est enim & animalis: ac per hoc & animalis sit necesse est, & animosus, & inuidus, & inimicus ipsi ueritati, ab eaque dissentiens: intelligat & de illis malis quod unum mitius elegerit solum in quoquam esse non posse: eius causa, quoniam carnalis et animalis est: uelut ebriolitas: quam non solum sine horrore nominare: sed etiam cum hilaritate praedicare iam populi consueuerunt: nunquid in quo fuerit sola esse poterit? Quis enim ebriosus non & contentiosus, & animosus, & inuidus, & a praepceptorum sanitate dissentiens, & arguentibus se grauius inimicus: iam uero ut & fornicator & adulter non sit, difficile est. Potest tamen non esse haereticus: sicut haereticus potest non esse ebriosus; nec adulter aut fornicator

nec luxuriosus, aut amator pecuniae, aut ueneficus: & simul haec omnia potest non esse. Neque enim unum aliquid uitium omnia caetera consequuntur: quamuis contra fidem non uterque disputet, & tamen contra fidem uterque uiuat, & spe uana uterque fallatur, & a charitate spiritali uterque dissentiat, & ob hoc uterque ab illius unice columbae corpore alienus sit.

Qui non solum diabolo & Angelis eius, sed nec ipsis omnibus hominibus liberationem ab aeterno igne promittunt, uerum eis tantum qui Christi baptisate abluti & corporis eius & sanguinis participes facti sunt, quomodo libet uiuerunt, in quaque haeresi uel impietate fuerint, contradicit eis Apostolus, dicens. Manifesta sunt opera carnis: quae sunt, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comestiones, & his similia: quae praedico uobis, sicut praedixi: quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Haec profecto apostolica falsa sententia est, si tales post quantalibet tempora liberati regnum dei possidebunt. Sed quoniam falsa non est, profecto regnum dei non possidebunt. Et si in regni dei possessione nunquam erunt, aeterno supplicio tenebuntur, quoniam non est medius locus ubi non sit in supplicio, qui illo non fuerit constitutus in regno.

Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebit. Non qui aduersus talia conligunt: sed qui talia agunt. Cum enim colligis, aliud opus est. Cum uincis, aliud opus est. Cum pacem & requiem habes, aliud opus est. Suggestur aliquid, lucrum delectat. Habet fraudem: sed magnum est lucrum. Delectat, non consentis: pugnam uide. Adhuc suadet, adhuc instatur, adhuc deliberatur. Ergo qui pugnat, periclitatur. Vidimus pugnam, caetera uideamus. Contempsit iustitiam ut fraudem faceret, uictus est. Contempsit lucrum ut iustitiam seruiret, uicit. In his tribus uictum doleo, pugnantem metuo, uictori gratulor. Sed etiam ille qui uicit, nunquam omnino egit in se ut prorsus eum pecunia non attenter, aut nihil ei excitet delectationis, & sit titillatio, & ille hostis iam nec pugnat nec regnat, inest tamen & quasi moratur in carne mortali. Quod non erit. Ducetur enim totum in uictoriam, sed postea.

Fructus enim spiritus est, charitas, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia. Aduersus huiusmodi non est lex. Quod adiunxit, ut Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det uobis. Tunc utique dabit nobis, si diligamus inuicem, cum & hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum: quia non eum nos elegeramus, & posuit nos ut fructum afferamus, hoc est inuicem diligamus. Quem fructum sine illo afferre non possumus, sicut palmites facere sine uite nihil possunt.

Charitas ergo est fructus noster, quam desiniuit

Ex lib. de ciui. Dei 15.

Ex tractatu psalm. 43.

Ex tractatu euang. sec. Ioan. 85. Ioan. 15.

finiuit Apostolus, de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Haec diligimus inuicem, haec diligimus Deum. Neque enim uera dilectione diligemus inuicem, nisi diligentes Deum. Diligit enim unusquisque proximum tanquam seipsum si diligit deum. Nam si deum non diligit, non diligit seipsum. In his autem charitatis duobus praecipis, tota lex pendet & prophetae. Hic est fructus noster. De fructu itaque nobis mandans. Haec mando (inquit) uobis, ut diligatis inuicem. Vnde & Apostolus Paulus cum contra opera carnis commendare fructum spiritus uellet, a capite hoc posuit. Fructus (inquit) spiritus est charitas, ac deinde caetera tanquam ex isto capite exorta & religata contextit, quae sunt gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Quis autem bene gaudet, qui bonum non diligit unde gaudet? Quis pacem ueram nisi cum illo potest habere, quem ueraciter diligit? Quis est longanimis in bono perseveranter manendo, nisi seruet diligendo? Quis est benignus, nisi diligat cui opitulatur? Quis bonus, nisi diligendo efficiatur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quae per dilectionem operatur? Quis utiliter mansuetus, cui non dilectio moderetur? Quis ab eo continet unde turpat, nisi diligat unde honestatur. Merito itaque magister horum dilectionem sic faepe commendat, tanquam sola praecipienda sit, sine qua non possunt prodesse caetera bona, & quae non potest haberi sine caeteris bonis, quibus homo efficitur bonus.

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitis & concupiscentijs. Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus, non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

Congruit nostrae deuotioni, ut qui Domini crucifixi passionem iam propinquantem celebraturi sumus, reprimendarum carnalium uoluptatum crucem nobis ipsi faciamus, sicut dicit Apostolus. Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus & concupiscentijs. In hac quidem cruce per totam istam uitam, quae in medijs tentationibus ducitur, perpetuo debet pendere Christianus. Non est enim in hac terra tempus euellendi clauos, de quibus in Psalmo legitur. Confige clauis a timore tuo carnes meas. Carnes, sunt carnales concupiscentiae. Clauis sunt praepcepta iustitiae. His illas timor Dei configit, qui nos illi acceptabilem hostiam crucifigit.

Vnde item dicit Apostolus. Obsecro itaque uos per miserationem dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam sanctam, Deo placentem. Haec est hominis uita beata, atque tranquilla, cum omnes motus eius rationi ueritatique consentiant, & uocantur gaudia, & amores sancti, & casti, & boni. Si autem consentiant, nihilominus dum negligenter reguntur conscindunt & dissipant animum, & faciunt uitam miserissimam, & uocantur perturbationes, & libidines, & concupiscentiae male. De qui

bus nobis iam praecipitur, ut eas cum quanto possumus labore crucifigamus in nobis, donec absorbeatur mors in uictoriam. Dicit enim Apostolus. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum perturbationibus & concupiscentijs.

CAPUT VI.

Frater, & si praecipuus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitate, considerans teipsum ne & tu tenteris.

Varitur inter peccatum & delictum quae sit differentia: quoniam si nulla esset, nullo modo diceretur. Quomodo ex peccato, ita & quod pro delicto. Quamuis enim lex eiusque sacrificium nihil distet: quia lex una est eorum: tamen ipsa duo quorum unum est sacrificium, id est peccatum & delictum, si inter se nihil differret, & si unius rei duo nomina essent, non curaret scriptura tam diligenter commendare, unum esse utriusque sacrificium. Fortasse ergo peccatum est perpetratio mali: delictum autem desertio boni: ut quem admodum in laudabili uita, aliud est declinare a malo, aliud est facere bonum: quod & admonemur dicente scriptura, Declina a malo & fac bonum: ita in

damnabili uita aliud sit declinare a bono, aliud facere malum: & illud delictum, hoc peccatum sit. Nam & ipsum uocabulum si discutiamur, quid aliud sonat delictum nisi derelictum? Et qui delinquit, quid derelinquit nisi bonum? Graeci uero duo nomina usitata huic pesti imposerunt. Nam delictum apud eos & paraptoma dicitur & pymmelaia isto quippe loco Leuitici pymmelaia est. Apostolus autem ubi dicit: Si praecipuus fuerit homo in aliquo delicto: paraptomati Graecus habet. Quorum nominum si origo discutiamur, in paraptomate tanquam decidere intelligitur, qui delinquit. Vnde cadaver quod Latini a cadendo dicunt, Graece ptoma dicitur a ptou pipien, id est ab eo quod est cadere. Qui ergo peccando malum facit, prius delinquendo a bono cadit. Et pymmelaia simile nomen est negligentiae. Nam Graece negligentia a melea dicitur: quia cura non est quod negligitur. Potest etiam uideri illud esse delictum, quod imprudenter, id est ignoranter: illud peccatum, quod a sciente committitur. Huic differentiae uidentur ista testimonia consonare diuina. Delicta quis intelligit & illud. Quoniam tu scisti imprudentiam meam. Continuo quippe secutus adiunxit. Et delicta mea a te non sunt abscondita. Velut alio modo repetens eandem sententiam. Nec ab eadem ratione discordat quod paulo ante commemorauit Apostoli dictum. Si praecipuus fuerit homo in aliquo delicto, hinc enim quod praecipuum dicit, imprudenter lapsum esse significat. Peccatum uero ad scientem pertinere apostolus Iacobus tanquam definiens ait. Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. In differentia tamen plerumque dicuntur: ut & peccatum nomine delicti & delictum nomine peccati appellatur.

Ex lib. quest. Leui. 11. 20. Hebr. 5.

Psalm. 36.

pelletur. Neque enim cum dicitur in baptis-
mo fieri remissio peccatorum, non sit etiam de-
lictorum. Nec tamen utrumque dicitur: quia
in illo nomine utrumque intelligitur. Sic &
Dominus ait pro multis effundi sanguinem su-
um in remissionem peccatorum. Nunquid
quoniam non ait, & delictorum, ideo quisquam
dicere audebit in sanguine ipsius, delictorum
non fieri remissionem? Item quod scriptum
est apud Apostolum: Nam iudicium quidem
ex uno in condemnationem, gratia vero ex
multis delictis in iustificationem: quid aliud
quam nomine delictorum etiam peccata com-
prehensa sunt.

Certe David nullo modo recte dicitur iu-
rare debuisse se esse facturum quod postea cer-
neret se facere non debere.

Vnde constat quod non omnia quae a san-
ctis uel iustis uiris legimus facta, transferre de-
bemus in mores, sed etiam hinc discere quam
late pateat, & ad quos usque perueniat quod
Apostolus ait. Fratres si praecipuus fuerit
homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis
instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, inten-
dens teipsum ne & tu tenteris. Praeoccupatio-
nes enim sunt in quibus delinquitur, de quibus
faciendum sit, aut ad horam non uidetur, aut
& qui uiderit non uincitur: ut scilicet fiat pec-
catum, cum uel latet ueritas, uel compellit in-
firmitas. Scimus autem quia lex spiritalis
est, ego autem carnalis sum. Ergo carnalis A-
postolus, qui alijs dicebat: Vos qui spirituales
estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis,
alios tanquam spirituales alloquitur, & ipse
carnalis est? Sed quid dixit ipsis spiritalibus
quia nondum erant iam securi: nondum erant
in perfectione caelesti & angelica, nondum
erant in illius patriae securitate, sed in huius
peregrinationis sollicitudine uersabantur?
Quid eis dixit? Certe spirituales eos uocat.
Vos, inquit, qui spirituales estis, instruite hu-
iusmodi in spiritu lenitatis, intendens teip-
sum, ne & tu tenteris. Ecce quam spiritalem
iam appellauit aetatem, timuit illi temptationis
fragilitatem, Vnde posset spiritalis tentari?

Esti non ex mente, utique ex carne. Spiritua-
lis enim quia secundum spiritum uiuit, adhuc
autem ex parte mortali carnalis, idem spirita-
lis, idemque carnalis. Ecce spiritalis. Mente
seruato legi Dei. Ecce carnalis. Carne autem le-
gi peccati. Idem ipse & spiritalis & carnalis:
idem plane, quamdiu hic uiuit sic est.

Si praecipuus fuerit homo in aliquo
delicto, uos qui spirituales estis instruite hu-
iusmodi in spiritu lenitatis, intendens teip-
sum, ne & tu tenteris. Vide si non dixit fias
tanquam ille, ut illum lucrifacias. Non uti-
que ut ipsum delictum fallaciter ageret, aut se
id habere simularet, sed ut in alterius delicto
quid etiam sibi accidere possit attenderet, at-
que alteri tanquam sibi ab altero uellet, mise-
ricorditer subueniret, hoc est non mentientis
astu, sed compatiens affectu.

Ex ser. de uer.
apost. 5.
Roman. 7.

Ex epist. ad
s. Hieron.

Alter alterius onera portate, et sic adimpletis legem

CHRISTI.

SVb alia significatione intelligitur tetatio,
de qua dictum est. Deus neminem tentat,
& sub alia de qua dictum est. Tentat uos Do-
minus Deus uester, ut sciat si diligitis eum.
Illa seductionis est, haec probationis. Sicut iu-
dicium aliter accipitur de quo dictum est. Qui
bene fecerunt in resurrectionem uitae: qui ma-
le fecerunt, in resurrectionem iudicij. Et aliter
de quo dictum est. Iudica me Deus, & dicer-
ne causam meam de gente non sancta. Illud e-
nim iudicium damnationis est, hoc discretio-
nis. Et multa sunt alia uerba quae non habent
unam significationem, sed diuersis locis con-
gruenter posita diuerso modo intelliguntur,
& aliquando cum expositione dicuntur, ut est
illud, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia
paruuli estote, ut sensibus perfecti sitis. Hoc e-
nim breuiter clausa sententia dici potuit: noli
te esse pueri, sed estote pueri. Et illud. Si quis
putat se sapientem esse in uobis in hoc seculo,
stultus fiat ut sit sapiens. Quid enim aliud di-
xit, quam non sit sapiens, ut sit sapiens? Aliquan-
do autem clausa ita dicuntur: ut exerceant in-
quirentem, ut est quod ait. Inuicem onera ue-
stra portate, & sic adimplebitis legem Chri-
sti. Qui enim putat se aliquid esse, cum nihil
sit, seipsum seducit. Opus autem suum probet
unusquisque: & tunc in semetipso habebit glo-
riam, & non in altero. Vnusquisque enim pro-
prium onus portabit: Nisi oneris nomen sub
diuersis significationibus acceperis, proculdu-
bio putabis eundem sibi esse in loquendo con-
trarium, & hoc in una sententia tam uicine po-
sitis uerbis. Qui cum paulo ante diceret. Alter
alterius onera portate: postea dixit.

Vnusquisque proprium onus portabit. Sed
alia sunt onera participandae infirmitatis: alia
reddendae rationis Deo de actibus nostris.

Illa cum fratribus sustentanda comuni-
cantur, haec propria ab unoquoque portan-
tur. Alia sunt onera in quibus unusquisque
proprium portat, nec portat cum alio alter,
nec projicit in alterum. Et alia sunt onera in
quibus recte dicis fratri, porto tecum, aut por-
to pro te. Si ergo distinctione opus est, non est
facilis intellectus. Contra eos ergo qui puta-
bant posse hominem contaminari peccatis
alienis, respondit Apostolus. Vnusquisque
proprium onus portabit.

Item contra eos quibus per hoc posset ne-
gligentia subintrare, ut quasi securi facti quod
non contaminarentur peccatis alienis, nemi-
nem curarent corrigere, inuicem onera no-
stra portare breuiter dictum, breuiterque di-
stinctum est. Onera quae portat unusquisque,
peccata sunt. Has detestabilium onerum sar-
cinas portantibus hominibus, & sub eis fru-
stra sudantibus dominus dicit. Venite ad me
omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos
reficiam. Quomodo reficit peccatis oneratos,
nisi indulgentia peccatorum?

Quia

Ex li. de conf.
euang. 2.

1. Cor. 14.

Ex ser. de uer.
apost. 22.

Matth. 23.

Ex li. 93. qua.

Quia ueteris testamenti custodia timorem
habebat, non potuit apertius significari noui
testamenti donum esse charitatem quam hoc
loco: ubi Apostolus dicit: inuicem onera ue-
stra portate, & sic implebitis legem Christi.
Hanc enim legem Christi dicere intelligitur,
quia ipse dominus praecipit: ut nos inuicem dili-
gamus, tantum in ea sententia praeccepti pon-
dus constituens, ut diceret. In hoc cognoscitur
quoniam discipuli mei estis, si uos inuicem di-
ligatis. Huius autem dilectionis officium est:
inuicem onera uestra portate. Sed hoc officij
um non est sempiternum. Perducat sane ad
beatitudinem sempiternam, in qua nulla erunt
onera nostra, quae inuicem portare iubeamur.

Ioan. 15.
Ioan. 13.

Proue. 5.
secundum ali-
am lit.

Nunc ergo cum in hac uia, id est in hac uita
sumus, onera uestra portemus, ut ad eam ui-
tam quae caret omni onere, perueniamus. Si-
cut enim de ceruis nonnulli talium cognitionum
studiosi scripserunt, cum fretum ad insulam
transseunt pascuorum gratia, sic se ordinant, ut
onera suorum caputum quae gestant in corni-
bus, super inuicem portent: ita ut posterior su-
per anteriorem ceruice proiecta caput collo-
cet. Et quia necesse est unum esse qui ceteros
praecedens non ante se habeat cui caput incli-
net, uicibus dicuntur id agere: ut lassatus sui
capitis onere ille qui praecedit, post omnes re-
deat, & ei succedat cuius ferebat caput cum
ipse praeret. Ita inuicem onera sua portantes
fretum transeunt, donec ueniant ad terrae stabi-
litate. Istam ceruorum naturam fortasse in-
tenderit Salomon cum ait. Ceruus amicitiae,
& pullus gratiarum colloquatur tecum. Nihil
enim sic probat amicum, quemadmodum o-
neris amicitiae portatio. Nec tamen inuicem por-
tamus onera uestra, si unum tempus infir-
mitatis esset amorum, qui onera sua sustinet,
aut unum infirmitatis genus: sed diuersa tem-
pora, & diuersa genera infirmitatis faciunt,
ut onera uestra inuicem portare ualeamus.
Verbi gratia: iram fratris tunc portabis, cum
aduersum eum non irasceris: ut rursum eo tem-
pore, quo te ira preoccupauerit, ille te lenitate
& tranquillitate supportet. Hoc exemplum
ad id pertinet, cum diuersa sunt tempora por-
tantium onera sua, quamuis par sit infirmitas.
In ambobus enim ab inuicem iram portatur. Ad
diuersum autem infirmitatis genus, aliud ex-
emplum uidendum est. Veluti si quis in se lo-
quacitatem uicerit, & pertinaciam nondum
uicerit: alius uero adhuc loquax, sed iam perti-
nax non sit: debet ille huius loquacitatem, &
iste illius pertinaciam, donec illud in illo, &
hoc in isto sanctur, charitate portare. Par quip-
pe infirmitas in duobus si uno accidat tempo-
re tolerare se inuicem non ualent cum aduer-
sum se intendunt. Nam aduersus aliquem ter-
tium, & duo irati sibi conueniunt & se tole-
rant. Quamquam nec tolerare, sed inuicem
consolari dicendi sunt, sicut & tristes de re u-
na magis se portant, & quasi incumbunt sibi,
quam si unus tristis esset & alius gauderet.

Si autem aduersum se tristes sint, prorsus se to-
lerare non possunt. Et ideo in huiusmodi affe-
ctionibus suscipienda est aliquantulum ipsa
aegritudo de qua, uis per te alium liberari, &
sic suscipienda, ut ad auxilium non ad aequali-
tatem miseriae ualeat. Quemadmodum se in-
clinat qui manum iacenti porrigit. Non enim
se projicit ut ambo iaceant: sed incuruat tamē
ut iacentem erigat.

Ille languidus grabato portabatur, sanatus
autem grabatum portat. Quid dictum est ab
Apostolo? Inuicem onera uestra portate, &
sic adimplebitis legem Christi. Lex ergo Chri-
sti charitas. Nec charitas impletur, nisi inuicem
onera uestra portemus. Sufferentes (inquit)
inuicem in dilectione, studentes seruare unita-
tem spiritus in uinculo pacis. Cum esses lan-
guidus, portabat te proximus tuus: sanus fa-
ctus es, porta proximum tuum.

Ex tracta. euā.
sec. 10. 17.
Ioan. 5.
Eph. 4.

Inuicem onera uestra portate, & sic adim-
plebitis legem Christi. Audi Psalmum quid
dicat. Pax multa diligentibus legem tuam, et
non est illis scandalum. Pacem multam dicit
eis, qui diligunt legem Dei, & ideo non esse
eis scandalum. Illi ergo qui scandalum patiu-
tur, pacem perdunt. Et quos dixit non pati
scandalum, aut non faceret diligentes legem
Dei. Ergo in charitate positi sunt. Sed dicit a-
liquis. Legem dei dixit diligentibus, non fratres.
Audi quid dominus dicat. Mandatum nouum
do uobis, ut uos inuicem diligatis. Quid est
lex nisi mandatum? Quomodo autem patiu-
tur scandalum, nisi dum sufferunt inuicem? Si
cut Paulus dicit. Sufferentes inuicem in dile-
ctione, studentes seruare unitatem spiritus in
uinculo pacis. Et quia ipsa est lex Christi, cum
dem audi Apostolum commendantem ipsam
legem. Inuicem, inquit, onera uestra porta-
te, & sic implebitis legem Christi.

Ex ser. de
epist. 10. 1.
Psalm. 118.

Qui portant inuicem onera sua nisi, qui
habent charitatem? Qui non habent charita-
tem graues sunt sibi. Qui autem habent cha-
ritatem portant se. Lassit te aliquis: petit ueni-
am. Si non dimittis non portas onus fratris tui.
Si dimittis, portas infirmum. Et tu si forte in
aliquam infirmitatem cecideris, quali homo,
oportet ut sic te portet ille, quemadmodum et
tu. Audi quid praecesserit. Fratres, inquit, si pre-
occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos
qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiri-
tu lenitatis. Et ne forte quia spirituales monue-
rat, uelut securi sibi uiderentur, continuo sub-
iecit. Intendens teipsum, ne & tu tenteris.

Ioan. 15.

Ex tractatu
Psalm. 143.

Deinde quod commemorauit subiungit.
Alter alterius onera portate, & sic implebi-
tis legem Christi. Itaque charitas portat one-
ra sua. Sed non timeat ne pramatur one-
ribus talibus, ne peccatis suis unusquisque
prematum attendat. Nam quando portas infir-
mitatem fratris tui, non te oneratis peccata
ipsius, plane si consentias, iam tua te premunt
non alterius. Quisquis enim consenserit
peccatori, non alieni, sed suis grauatur.

lii 4 Con

Consensio enim ad peccatum alterius, tuum sit peccatum. Et non est quare queraris quod peccata aliena te premant: dicitur enim tibi, premunt te, sed tua: uisisti furem, concurristi cum eo. Quid est hoc? Pedibus ambulasti ad furtum: immo mente coniunxisti te furto. Quod ipsius solum eras, factum est & tuum: quia placuit tibi. Si autem displicuerit tibi & oraueris pro eo & deprecatus ueniam dederis: ut possis libera fronte dicere in precibus tuis quas tibi iuris peritus caelestis dictauit: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: didicisti portare onera fratris tui, ut & alius portet si qua sunt tua: & fiat in uobis quod ait Apostolus. Inuicem onera uestra portate, & sic implebitis legem Christi.

Matth. 6.

Non si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit.]

Ex tracta. euā. sec. 10. 99.

Neque enim prorsus nulla res est homo de quo ait Apostolus. Qui se putat aliquid esse cum nihil sit. In comparatione quippe spiritalis hominis qui scit gratia Dei se esse quod est, quisquis uana presumit nihil est. In comparatione enim illius quod est, attendens ista quae ita non sunt, & plus uidens mihi deesse quam adesse, humilior sum ex eo quod deest quam elatior ex eo quod adest. Nam qui putant se aliquid habere, cum hic uiuunt superbiendo, non accipiunt quod deest qui magnum putant esse quod adest. Qui enim putat se esse aliquid, cum nihil sit: seipsum seducit. Nec isti ex hoc magni sunt. Nam & inflatio & tumor imitatur magnitudinem, sed non habet sanitate. Laudans inuoca dominum, & ab inimicis tuis saluus eris. Quia quod ipse dominus: Sacrificium laudis glorificabit me: & ibi uia est ubi ostendam illi salutare meum. ubi uia? In sacrificio laudis. Noli pedem extra hanc uiam mittere, in uia esto, a uia noli recedere, a laude domini nec unguem nedum pedem. Si enim uolueris ab hac deuiare, & pro domino te laudare: non eris saluus ab illis inimicis. Quia de ipsis dictum est: Iuxta semitam scandala posuerunt mihi. Quicquid ergo putaueris boni te habere abs te, deuiasti a laude Dei. Quid iam miraris si te seducit inimicus, quando tu ipsius seductor es? Audi apostolum. Qui enim putat se esse aliquid cum nihil sit, seipsum seducit.

Ex ser. de uer. apo. 12.

Psal. 17.

Psal. 59.

Opus autem suum probet unusquisque: & sic in semetipso tantum gloria habebit, & non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is qui catechizatur uerbo, qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Quae enim seminauerit homo, haec & metet. Quonia qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam eternam.]

Psal. 139.

Ex lib. de gra. noui testā.

Stulti & qui sibi placent tanquam de bono se sibi parto, & ab adulantibus uel errantibus ita laudantur, ac si ipsi sint aliquid. Qui autem putat se aliquid cum nihil sit (sicut dicit Apostolus) seipsum seducit. Opus autem suum probet unusquisque: & tunc in semetipso gloriam habebit, & non in altero. Hoc est por-

tare oleum secum, non ex aliena laude pendere. Sed quam gloriam in se habebit, nisi eum cui dicitur: gloria mea & exaltans caput meum: ut quod saepe dicendum est, qui gloriatur, in domino gloriatur.

Psal. 3.

1. Cor. 1.

Ex epi. ad Iulianum

Et nos quidem de sanctae uirginis disciplina & humilitate Christiana, in qua nutrita & educata est hoc existimamus: quod illa uerba cum legeret (si tamen legit) ingemuit, & per eius humiliter tutuait, ac fortassis & fleuit. De uero cui data est, a q̄ sanctificata est, fidenter orauit, ut quomodo illa non sunt uerba ipsius, sed alterius: ita non sit talis & fides eius qua se aliquid habere credat, de quo in se non in domino gloriatur. Nam gloria quidem eius in ipsa est non in uerbis alienis, sicut ait apostolus. Opus autem suum probet unusquisque, & tunc in semetipso habebit gloriam & non in altero. Sed absit ut gloria sua ipsa sit, & non ille cui dicitur. Gloria mea, & exaltans caput meum. Ita quippe est in ea salubriter gloria eius, cum deus qui in illa est, ipse est gloria eius, a quo habet omnia bona quibus est bona, & habebit omnia quibus melior erit, in quantum in hac uita melior esse poterit, & quibus perfecta erit quando fuerit diuina gratia non humana laude perfecta. In domino enim laudabitur anima eius.

Psal. 33.

Bonum enim facientes non desiciamus. Tempore enim suo metemus non deficientes.]

Sane quadam quamuis in nomine eius petamus id est secundum Saluatorem, & secundum magistrum petamus, non tunc quando petimus facit, sed tamen facit. Neque enim quando & illud petimus, ut ueniat regnum dei, propterea non facit quod petimus quia non statim cum illo in eternitate regnamus. Differtur enim quod petimus non negatur. Verum tamen orantes tanquam seminantes non deficiamus, tempore enim proprio metemus.

Ex tracta. euā. sec. 10. 70.

Ex tracta. euā. sec. 10. 70.

Semen futurae messis opera esse misericordiae apostolus testis est qui dicit. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim proprio metemus. Et iterum. Hoc autem, inquit, qui parce seminat parce & metet, Quid autem fratres potentius, quam ut regnum caelorum non solum zachaeus emat dimidio rerum suarum, sed & uidua duobus minutis, & tantundem ibi utrique possideant? Quid potentius, quam ut idem regnum & thesauris diuiti, & calice aquae frigidae pauperi ualeat?

Ex tracta. euā. sec. 10. 111.

Psal. 111.

1. Cor. 9.

Luc. 9.

Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu. Quicumque enim uolunt placere in carne, hi cogunt uos circumcidi: tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt, sed uolunt uos circumcidi, ut in carne uestra gloriarentur.]

Sunt qui existimant eleemosynas iustis tantummodo esse praebendas: peccatoribus autem nihil eiusmodi dari oportere, ne contra Deum conemur, cuius in eis indignatio declaratur, tanquam ex hoc etiam nobis possit irasci, quia eis uolumus subuenire, quos

Eccle. 12.

quos uult ipse punire. Adhibent etiam testimonia sanctarum scripturarum ubi legimus: Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem: & impijs, & peccatoribus redde uindictam: benefac humili & ne dederis impio: quoniam & altissimus odio habet peccatores & impijs reddet uindictam. Haec uerba quemadmodum accipienda sint non intelligentes, detestabili crudelitate induuntur. Vnde nos oportet de hac re fratres uestram alloqui charitatem, ne cognitione peruersa cum diuina uoluntate consentiatis. Omnibus esse impertendam misericordiam docet Apostolus Paulus apertissime dicens. Infatigabiles (inquit) cum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Vnde reuera satis apparet in huiusmodi operibus iustos esse praeposandos. Quos enim alios intelligamus domesticos fidei, cum aperte sit positum, iustos ex fide uiuere: non tamen alijs hominibus etiam peccatoribus misericordiae claudenda sunt uiscera: nec si etiam aduersum nos hostilem animinum gerant: ipso nostro Saluatore dicente ac monente. Diligite inimicos uestris benefacite his qui oderunt uos. Neque hoc in libris uerbis tacitum est: illud enim tangitur. Si es furierit inimicus tuus ciba illum: si sitit potum da illi. Quo etiam in nouo & Apostolus usus est. Nec ideo tamen falsa sunt quae supra posuimus: quia & ipsa diuina praecepta sunt. Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem. Illa enim ob hoc dicta sunt ne cuiquam peccatori propterea beneficia: quia peccator est. Ut autem beneficia ei qui te odit, non quia peccator, sed quia homo est. Itaque utrumque praeprium tenebis, nec ad uindictandum remissus, nec ad subueniendum inhumanus. Omnis enim qui recte arguit peccatorem, quid aliud quam non uult cum esse peccatorem? Odit ergo in illo quod & deus odit, ut perimatur quod homo fecit, & liberetur quod deus fecit. Peccatum quippe homo fecit: ipsum autem hominem deus. Et duo ista nomina cum dicimus homo peccator, non utique frustra dicuntur. Quia peccator est, corripe: & quia homo est, miserere. Nec omnino liberabis hominem, nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic officio omnis inuigilat disciplina, sicut cuique regem apta & accommodata est: non solum episcopo regenti plebem suam, sed etiam pauperi regenti domum suam: diuiti regenti familiam suam: marito regenti coniugem suam: patri regenti prolem suam, iudici regenti prouinciam suam: Regi regenti gentem suam. Omnes hi cum boni sunt, eis quos regunt bene utique uolunt: & secundum impertitam ab uniuersis domino potestatem qui etiam regentes regunt, dant operam ut iidem ipsi quos regunt, & conseruentur homines, & pereant peccatores. Ita implent quod scriptum est. Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem: ne hoc in illo saluum quod peccator est uelint: & impijs & peccatoribus redde uindictam: ut hoc

Prouc. 25.

ipsum quod impij et peccatores sunt deleatur in eis. Benefac humili propter hoc quod humilis est, ne dederis impio propter hoc quod impius est quonia & altissimus odio habet peccatores, & impijs reddet uindictam.

Quitamen, quia non solum peccatores & impij, uerum etiam & homines sunt, facit oriri solem super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ita nulli homini claudenda est misericordia, nulli peccato impunitas relaxanda. Hinc itaque maxime intelligendum est quam non sit contemnenda eleemosyna, quae quibusque pauperibus iure humanitatis impenditur. Quandoquidem sem dominus subleuabat indigentiam pauperum etiam ex his loculis, quos ex opibus implebat aliorum.

Matth. 5.

Quod si forte quis dixerit, nec illos debiles & medicos quos dominus iussit potius inuitari, nec illos quibus solebat de loculis erogare, peccatores fuisse, ideo non esse consequens ut propter hanc, euangelica testimonia etiam peccatores a misericordibus suscipi uel pati iubeatur: illud attendat quod iam superius memoraui: quia utique peccatores & maxime scelerati sunt qui oderunt & persequuntur ecclesiam. De quibus tamen dicitur. Benefacite his qui oderunt uos. Et hoc exemplo Dei patris astringitur, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Non ergo suscipiamus peccatores propterea quod sunt peccatores, sed tamen eos ipsos, quia & homines sunt, humana consideratione tractemus. Persequamur in eis propriam iniquitatem, misericordiam communem conditionem: & sic infatigabiles cum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid ualeat, neque praeprium, sed noua creatura.]

Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Videte quemadmodum notauerit Euangelista, & improbauerit quosdam, quos tamen in eum credidisse dixit, qui in hoc ingressu fidei si proficerent, a morem quoque humane glorie proficendo superarent, quem superauerat Apostolus dicens. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Ad hoc enim & ipse dominus crucem suam, ubi eum dementia superbia & impietatis irratis, in eorum qui in illum crederent ironibus fixit. Vbi est quodammodo sedes uerecundiae, ut de nomine eius fides non erubescat, & magis dei gloriam quam hominum diligit.

Ex tracta. euā. sec. 10. 111.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Ibat ergo ad locum ubi fuerat crucifigendus portans crucem suam Iesus. Grande speculaculum: sed si spectet impietas, grande ludibrium. Si pietas grande mysterium. Si spectet impietas, grandae ignominiae documentum, si pietas grande fidei munimentum.

Ex tracta. euā. sec. 10. 114.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Si

Si spectet impietas, ridet regem pro uirga re-
gni lignum sui portare supplicij. Si pietas, ui-
det regem baiulatem lignum ad semetipsum
figendum quod fixurus erat etiam in frontibus
regum, in eo spernendus oculis impiorum in
quo erant gloriatura corda sanctorum. Dicitu-
ro enim Paulo, mihi autem absit gloriari, nisi
in cruce domini nostri Iesu Christi, ipsam cru-
cem suam suo gestans humero commenda-
bat, & lucernae arsuræ quæ sub modio ponen-
da non erat, candelabrum ferebat.

Ex tractatu
Psalm. 121.
Cantic. 8.

Fiat pax in uirtute tua, fiat pax in dilectio-
ne tua, quia uirtus tua dilectio tua. Audi Can-
tica canticorum. Valida est sicut mors dilectio.
Magnum uerbū fratres, Valida est sicut mors
dilectio, magnificentius exprimi non potuit
fortitudo charitatis, quam ut diceret, ualida
est sicut mors. Quis enim resistit morti? fratres
intēdat charitas uestra. Resistitur ignibus, un-
dis, ferro, resistitur potestatibus. Resistitur re-
gibus, uenit una mors, quis ei resistit? Nihil
est illa fortius, propterea uiribus eius charitas
comparata est, & dictum est ualida est sicut
mors dilectio. Et quia ipsa charitas occidit qd
fuimus ut simus quod non eramus, facit in no-
bis quādam mortem dilectio. Ipsa morte mor-
tuus erat qui dicebat. Mūdus mihi crucifixus
est & ego mundo. Ipsa morte mortui erāt qui-
bus dicebat. Mortui enim estis: & uestra uita
abscondita est cum Christo in Deo.

Ex li. 2. de
Trinitate

In quantum Dei sapientiam per quam fa-
cta sunt omnia spiritaliter intelligimus, in tan-
tum carnalibus affectibus morimur: ut mortu-
um nobis hunc mundum deputantes, nosq; ip-
si huic mūdo moriamur, & dicamus quod ait
apostolus. Mundus mihi crucifixus est & ego
mundo: De hac enim morte item dicit. Si autē
mortui estis cum Christo, quid adhuc uelut ui-
uentes de hoc mundo decernitis? Non ergo
immerito nemo potest faciem, id est ipsam ma-
nifestationem sapientiæ dei uidere, & uiuere.
Ipsa est enim species, cui contemplandæ suspi-
rat omnis qui affectat diligere deum & ex to-
to corde, & ex tota mente, & ex tota anima:
ad quam contemplandam etiam proximum
quantum potest adificat qui diligit proximum
sicut seipsum, in quibus duobus præceptis to-
ta lex pendet & propheta. Illa est ergo spe-
cies quæ rapit omnem animam rationalem
desiderio sui tanto ardentiore quanto mun-
diorem, & tanto mundiorem quanto ad spi-
ritalia resurgentem: tanto autem ad spirita-
lia resurgentem, quanto à carnalibus morien-
tem. Cum uiderimus eum sicuti est, iam trā-
siet peregrinatio nostra. Postea uero gaudebi-
mus gaudio angelorum. Hæc enim uia
quid est? Via fides est, propter fidem tuam fa-
ctus est deformis Christus. Manet autem spe-
ciosus Christus: speciosus forma præ filiis ho-
minum uidebitur post peregrinationem: mo-
do autem fide qualis uidetur? Et uidimus, &
non habebat speciem neque decorem: sed uul-
tus eius abiectus, & deformis positio eius.

Matt. 22.

Ex ser. de uer.
apost. 20.
Psalm. 44.

Esai. 53.

Hic est uultus eius despectus, & deformis po-
silio eius, homo id plaga positus & sciens fer-
re infirmitates. Deformitas Christi te format.
Ille enim si deformis esse nolisset, tu formam
quam perdidisti non recepisses. Pendebat er-
go in cruce deformis sed deformitas illius pul-
chritudo nostra erat. In hac ergo uita defor-
mem Christum teneamus. Quid est deforme
Christum? Absit mihi gloriari nisi in cruce do-
mini nostri Iesu Christi, per quem mihi mun-
dus crucifixus est, & ego mundo. Hæc est de-
formitas Christi. Nunquid dixi me scire in uo-
bis aliquid nisi uiam? Hæc est uia, credere in
crucifixum. Huius deformitatis signum in frō-
te portamus. De ista deformitate Christi non
erubescamus. Mihi autem absit gloriari, nisi
in cruce domini nostri Iesu Christi. Poterat
dicere in sapientia domini nostri Iesu Christi,
& uerum diceret: in maiestate, & uerum dice-
ret: poterat in potestate, & uerum diceret.
Sed dixit in cruce. Vbi mundi philosophus
crubuit, ibi Apostolus thesaurum repperit:
non contemnendo uile inuolucrum peruenit
ad preciosum inuolutum. Absit inquit, mihi
gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Chri-
sti. Bonam sarcinam sustulisti, ibi totum est
quod quaesisti, & quid ibi magnum lateret o-
stendisti. Quale adiutorium. Per quem mihi
mundus crucifixus est, & ego mundo. Quan-
do tibi crucifigeretur mundus nisi pro te cru-
cifigeretur per quem factus est mundus? Ergo
qui gloriatur in domino gloriatur. Quo domi-
no? Christo crucifixo. Vbi humilitas, ibi ma-
iestas: ubi infirmitas, ibi potestas: ubi mors, ibi
uita. Si uis ad illa uenire noli ista contemnere.

Item ex eodem
sermo.

Nam non est magnum in Christi sapientia
gloriari, magnum est in cruce Christi gloriari.
Vnde tibi insultat impius, inde gloriatur
pius: unde tibi insultat superbus, inde glo-
rietur Christianus. Noli erubescere de cruce
CHRISTI. Ideo in fronte tanquam in sede
pudoris signum ipsum accepisti. Recole fron-
tem tuam, ne linguam expauescas alienam.

Signum ueteris testamenti, circumcisio in
latenti carne. Signum noui testamenti, si-
gnum in libera fronte. Ibi enim occultatio
est, hic reuelatio. Illud est sub uelamine, hoc
in facie. Quandiu enim legitur Moyses, ue-
lamen super cor eorum positum est.

Quare? Quia non transierunt ad Chri-
stum. Cum enim transieris ad Christum aue-
retur omne uelamen: ut qui habebas in oculis
circumcisionem, in fronte portes crucem.
Nos autem reuelata facie gloriam domini
speculantes in eandem (inquit) imaginem
transformamur de gloria in gloriam, tanquā
à domini spiritu, ne tibi tribuas, ne hoc tuū pu-
tes, ne ignorans Dei iustitiam, & tuam uolens
constituere, iustitiæ Dei non sis subiectus.
Nam in eo signum Christi esse præuncia-
tum quis ambigat? Inde cultellus petrinus:
petra autem erat Christus. Inde octauus dies
circumcisionis, dominicus resurrectionis.

Rom. 10.

Ideo

Ideo Apostolus inde transiens, inde ueniens
transiens scilicet ad Christum ut auferatur ue-
lamen, nouit unde gloriatur. Mihi autem, in-
quit, absit gloriari, nisi in cruce domini nostri
Iesu Christi. Quid enim prius dixerat? Neq;
enim qui circumcidiuntur, legem custodiunt,
sed uolunt uos circumcidi: ut in carne uestra
glorietur. Tu quid Apostole? Transfer signū
ad frontem. Mihi autem absit gloriari, nisi in
cruce domini nostri Iesu Christi. Hic habeo, in-
quit, quod ignorabā. Venit testamentū nouū
reuelatum est quod occultabatur, qui sedebat
in umbra mortis lumen ortum est eis: reuela-
tū est quod occultabatur. Quod latebat in aper-
to est: uenit ipsa petra: omnes nos spiritu cir-
cuncidit, & suæ humilitatis signum in redem-
ptorū fronte defixit.

Ex ser. de pas-
dom.

Gloriemur ergo & nos in cruce domini no-
stri Iesu Christi, per quē nobis mundus cruci-
fixus est, & nos mundo crucifigimur. De qua
cruce ut nō erubesceremus, eam in ipsa frōte,
hoc est in pudoris domicilio collocauimus.

Et quicumq; hanc regulam fecuti fuerint, pax super illos &
misericordia, & super Israel dei. De cetero nemo mihi mole-
stus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto.
Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fra-
tres Amen.]

Ex libr. ad uer.
Iud. eos

Nouimus quidem Israel spiritalem, de quo
dicit Apostolus. Et quicumq; hanc regu-
lam sequuntur, pax super illos & misericor-
dia, & super Israel Dei. Istum autem Israel sci-
mus esse carnalem, de quo dicit. Videte Israel
secundum carnem. Sed ista isti non capiunt,
& eo ipso carnales seipso esse conuincunt.

Ex tracta.
Psalm. 67.
Roman. 9.

Super Israel magnificentia eius. De quo di-
cit Apostolus. Super Israel Dei. Non enim
omnes qui ex Israel hi sunt Israel, quoniam est
Israel secundum carnem. Non autem qui filij
carnis, hi filij dei: sed filij promissionis depu-
tantur in semine.

ARGUMENTVM IN EPISTOLAM
ad Ephesios.

Ephesij sunt Asiatici. Hi accepto uerbo ue-
riratis persistenter in fide. Hos collau-
dat Apostolus scribens eis à Roma de car-
cere per Tychicum Diaconum.

EXPOSITIO DIVI
PATRIS AVGVSTINI

EPISCOPI IN EPISTOLAM DI-
ui Pauli Apostoli ad Ephesios,
per uenerabilem Bedam
presbyterum col-
lecta.

CAPVT PRIMVM.

Aulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem
dei sanctis omnibus qui sunt Ephesi, & fidelibus
in Christo Iesu. Gratia uobis et pax à Deo patre
nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus De-



us, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in om-
ni benedictione spiritali in celestibus in Christo, sicut elegit nos
in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immacu-
lati in conspectu eius in charitate, qui prædestinauit nos in ado-
ptione filiorum per Iesum Christum in ipsum secundū propositū
uoluntatis suæ in laudē gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos
in dilecto filio suo in quo habemus redemptionem per sanguinē
eius, remissiones peccatorū secundū diuitias gratiæ eius quæ
superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut no-
tum faceret nobis sacramentum uoluntatis suæ secundū benepla-
citiū eius: quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis tē-
porum instaurare omnia in Christo quæ in celis, & quæ in ter-
ra sunt in ipso, in quo etiam & nos forte uocati sumus præde-
stinati secundū propositū eius, qui omnia operatur secundum
cōsiliū uoluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ eius nos qui
ante sperauimus in Christo. In quo & uis cum audissetis uer-
bum ueritatis, Euangelium salutis uestre accepistis.]

Elegit Deus in Christo ante mundi consti-
tutionem membra eius. Et quomodo elige-
ret eos qui nondum erant, nisi prædestinādo?

Ex lib. de præ-
destinatione
sanct.

Elegit ergo prædestinans nos. Nunquid elige-
ret impios & immundos? Nam si quaestio pro-
ponatur utrum hos eligat, an potius sanctos et
immaculatos, quid horum respondeat quis re-
quirat, ac non statim fecit pro sanctis immacu-
latisq; sententiam? Præsciebat ergo (ait Pela-
gianus) qui essent futuri sancti & immaculati
per liberę uoluntatis arbitrium, et ideo eos an-
te mundi constitutionem in ipsa sua præscien-
tia quales futuros esse præsciebat elegit. Elegit
ergo (inquit) antequam essent, prædestinās fi-
lios quos futuros sanctos immaculatosq; præ-
sciebat. Vtq; ipse non fecit, nec se facturum, sed
ipso facturos esse præuidit. Intueamur ergo
uerba apostoli: atq; uideamus utrū propterea
nos elegerit ante mundi cōstitutionem: quia
sancti & immaculati futuri eramus, an ut esse-
mus. Benedictus, inquit, deus & pater domini
nostri Iesu Christi qui nos benedixit in omni
benedictione spiritali in celestibus in Christo:
sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutio-
nem ut essemus sancti & immaculati. Non er-
go quia futuri eramus: sed ut essemus. Nempe
certum est: nempe manifestum est. Ideo quip-
pe tales futuri eramus, quia elegit ipse præde-
stinans: ut tales per gratiam eius essemus. Ita
nos ergo benedixit benedictione spiritali in
celestibus in Christo Iesu, sicut elegit nos an-
te mundi constitutionem, ut essemus sancti &
immaculati in conspectu eius in charitate præ-
destinans nos in adoptionem filiorum per Ie-
sum Christum in ipsum. Deinde quid adiun-
gat attendite. Secundum placitum (inquit) uo-
luntatis suæ, ne in tanto beneficio gratiæ de pla-
cito gloriaremur uoluntatis nostre. In qua glo-
rificauit nos (inquit) in dilecto filio suo. In
qua utiq; uoluntate sua gloriificauit nos. Sic di-
ctum est gratificauit nos à gratiā, sicut iustifica-
uit dicitur à iustitia. In quo habemus (inquit)
redemptionem per sanguinem ipsius remissio-
nem peccatorū secundū diuitias gratiæ eius,
quæ abundauit in nos in omni sapientia &
prudentia, ut ostenderet nobis mysterium uo-
luntatis

luntatis sive secundum bonam uoluntatem suam. In hoc mysterio uoluntatis suae posuit diuitias gratiae suae secundum bonam uoluntatem suam, non secundum nostram. Quae bona esse non posset, nisi ipse secundum bonam uoluntatem suam ut bona fieret subueniret. Cum autem dixisset secundum bonam uoluntatem suam, subiecit. Quam proposuit in illo, id est in dilecto filio suo, in dispositionem plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quae in caelis sunt, & quae in terris in ipso. In quo etiam & sortem consecuti sumus praedestinati secundum propositum: qui uniuersa operatur secundum consilium uoluntatis suae, ut simus in laudem gloriae eius. Elegit ergo nos deus in Christo ante mundi constitutionem praedestinans nos in adoptionem filiorum: non quia per nos sancti & immaculati futuri eramus: sed elegit, praedestinauit, ut essemus. Fecit autem hoc secundum placitum uoluntatis suae, ut nemo de sua, sed de illius erga se uoluntate gloriaretur. Fecit hoc secundum diuitias gratiae suae, secundum uoluntatem suam quam proposuit in dilecto filio suo: in quo sortem consecuti sumus: praedestinati secundum propositum, non nostrum, sed eius qui uniuersa operatur. Vique adeo ut ipse in nobis operetur & uel le. Operatur autem secundum consilium uoluntatis suae: ut simus in laudem gloriae eius.

Hinc est quod clamamus ut nemo gloriatur in homine: ac per hoc nec in seipso, sed qui gloriatur, in domino gloriatur. Ut simus in laudem gloriae eius. Ipse quippe operatur secundum propositum suum: ut simus in laudem gloriae eius, utique sancti & immaculati. Propter quod nos uocauit praedestinans ante mundi constitutionem. Ex hoc proposito eius est illa electio propria uocatio: quibus omnia cooperantur in bonum: quia secundum propositum uocati sunt: & sine poenitentia sunt dona & uocatio Dei.

Ut simus sancti & immaculati in conspectu eius. Hoc agitur ut hoc simus, si immaculati intelligendi sunt, qui omnino sine peccato sunt. Si autem immaculati sunt, qui sunt sine crimine: etiam in hac uita fuisse atque esse negare non possumus: quia non ideo sine ullo peccato est aliquis: quoniam non habet maculam criminis. Vnde & apostolus cum ministros eligeret ordinandos, non ait, si quis sine peccato, quod inueniri non posset: sed ait: si quis sine crimine: quod utique posset.

Instaurare omnia in Christo, quae in caelis, & quae in terra sunt in ipso. Quae in sanctis angelis & uirtutibus dei est ecclesia, tunc nobis licuit est innotesceret cum ei coniuncti fuerimus in sinem, ad simul habendam beatitudinem sempiternam. Ista uero quae ab illa peregrinatur in terris, eo nobis notior est, quod in illa sumus, & quia hominum est, quod & nos sumus. Haec sanguine mediatoris nullum habentis peccatum ab omni est redempta peccato. Eius uox est. Si deus pro nobis,

quis contra nos? Qui filio proprio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit eum. Non enim pro angelis mortuus est Christus. Sed et deo etiam pro angelis fit quicquid hominum per eius mortem redimitur, & liberatur a malo: quoniam cum eis quodammodo redit in gratiam post inimicitias quas inter homines & sanctos Angelos peccata fecerunt: & ex ipsa hominum redemptione ruinae illius angelicae detrimenta reparantur. Et utique nouerunt angeli sancti docti de Deo, cuius ueritatis & terna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano intergritas illius ciuitatis expectet. Propter hoc ait Apostolus. Instaurare omnia in Christo quae in caelis sunt & quae in terris in ipso. Instaurantur quippe quae in caelis sunt, cum id quod inde in angelis lapsum est, ex hominibus redditur. Instaurantur autem quae in terris sunt, cum ipsi homines qui praedestinati sunt in aeternam uitam, a corruptionis uetustate renouantur.

In quo etiam sorte uocati sumus. Sortem dicit gratiam qua salui facti sumus. Quare sortis nomine gratiam appellauit, quia in sorte non est electio: sed uoluntas dei. Nam ubi dicitur iste fecit, iste non fecit, merita considerantur, et ubi merita considerantur, electio est, non fors. Quando autem Deus nulla merita inuenit: sorte uoluntatis suae nos saluos facit, quia uoluit: non quia digni fuimus, haec est fors. Merito tunica illi domini desuper texta, quae significat charitatis aeternitatem, cum diuidi a persecutoribus non posset: fors super eam missa est. Ad quos peruenit, eos significauit, qui uidentur ad sortem pertinere sanctorum. Gratia salui facti estis per fidem: ait apostolus. Gratia salui facti estis per fidem: & hoc non ex uobis: donum enim dei est: non ex operibus, quasi uos bene feceritis, ut ad hoc accedere digni essetis.

Praedestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium uoluntatis suae. Praedestinati secundum propositum qui operatur uniuersa. Ipse ergo, ut credere incipiamus, operatur qui uniuersa operatur. Uocationem quippe illam de qua dictum est. Sine poenitentia sunt dona & uocatio Dei. Et de qua dictum est. Non ex operibus, sed ex uocatione, cum posset dicere: sed ex credente electionem, quam significauit dominus dicens. Non uos me elegistis: sed ego elegi uos, nec fides ipsa praecedit. Non enim quia credimus: sed ut credamus elegit nos: ne priores eum elegisse dicamur: fallumque sit quod ait. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos.

In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui pignus hereditatis nostrae in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius. Diffusa est enim charitas Christi in cordibus nostris. Non tamen ex nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Si diffusa est charitas in cordibus nostris, & Deus charitas est: ecce iam ex quantum locumque pignore deambulabat deus in nobis. Pignus enim accepimus. Quid illud est cuius pignus tale est: quamquam melius habent codices, qui habent arram, quam qui habent pignus. Eandem rem quippe rem interpretes dicere uoluerunt. Interest tamen aliquid in loquendi usu inter arram & pignus. Pignus enim quando datur, cum datum fuerit propter quod pignus datum est, pignus auferitur. Accipis (uerbi gratia) codicem ab amico tuo: ut tibi det, das aliquid pignus. Cum reddideris quod accepisti, propter quod pignus posuisti, ille quod reddideris habebit, tu pignus recipies, non enim habebit ambas res. Quid ergo fratres? Si charitatem modo Deus tanquam pignus dedit per spiritum suum, cum eam rem ipsam reddiderit, quam pignus dedit, auferendum est a nobis pignus: Absit, sed quod dedit, hoc implebit. Ideo melius arra quam pignus. aliquando enim precium (uerbi gratia) praeparas dare pro ea re quam tenes bene fidei contractu. De ipso precio das aliquid: & erit arra non pignus: quod sit complendum: non quod auferendum. Iam ergo intellige. Si inuenio dilectorem, habet arram, & ex arra desiderat plenitudinem. Arram ipsam consideret, hoc enim implebitur, unde arra data est, ipsam cogitet, ipsam apud se discutiatur, ipsam inspiciat, ipsam de plenitudine illa quam non uidet interroget. Aspice ergo arram. Deus charitas est. Inde habemus aliquid, inde asperis sumus, inde irrorati, cuius ros talis est: qualis fons rore isto aspersus. Sed flagrans in fontem, dic Deo tuo, quoniam apud te est fons uitae. In rore isto natum est desiderium, in fonte satiaberis, ibi est quod sufficit nobis.

Propterea & ego audiens fidem uestram quae est in domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso, gratias agens pro uobis. Deo gratias agit Apostolus pro his qui crediderunt. Non utique quoniam eis annunciatum est Euangelium, sed quoniam crediderunt. Ait enim. In quo & uos audientes uerbum ueritatis, Euangelium salutis uestrae, in quo credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae eius. Propter hoc & ego fide uestra audita in Christo Iesu, & in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro uobis. Noua erat & recensior fides praedicato sibi euangelio. Qua fide audita, gratias Deo pro eis agit apostolus. Si homini gratias ageret pro eo quod illum uel putaret non praestitisse, uel nosset: adulatione uel irrisio, ueritas quam gratiarum actio diceretur. Non erat Deus, non irridetur, donum est enim etiam eius incipiens fides, ne Apostoli falsa uel fallax gratiarum actio merito iudicaretur.

his. Loquimur autem nunc de ipsis inicitis, cum homines qui erant auersi, & aduersi, conuertuntur ad Deum, & uelle incipiunt quod nolent, & habere fidem quam non habebant. Quod ut fiat in eis, oratur pro eis, quamuis non oretur ab eis. Ipsi enim quomodo inuocabunt in quem non crediderunt: Cum uero factum fuerit quod oratur, ei qui fecit, aguntur gratiae, & pro eis, & ab eis.

Memoriam uestri faciens in orationibus meis, ut deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriae det nobis spiritum sapientiae & reuelationis in agnitionem eius.

Patrem propterea etiam Deum esse unigeniti filii, intelligere debemus, quoniam factus est homo: & natus ex foemina. Et hoc esse quod dicitur in Psalmo, ubi quod futurum fuerat praenunciavit. De uentre matris meae deus meus es tu. Ut ostenderet patrem hinc esse Deum suum, quia homo factus es. Homo enim de uentre matris natus est: & secundum hominem de uentre matris natus est deus: ut non solum pater illi esset: qui eum de ipso genuit: uerum etiam Deus eius esset: quem de uentre matris hominem creauit. Ex utero (inquit) ante luciferum genuit te. Qui est pater filio ex utero suo, de uentre matris Deus eius est non de suo.

Illuminatos oculos cordis uestri ut sciatis quae sit spes uocationis eius, & quae diuitiae gloriae hereditatis eius in sanctis: et quae sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos qui credimus. Redi, redi: tolle te a corpore. Corpus tuum habitatio tua est. Cor tuum sentit etiam per corpus tuum, sed corpus tuum non quod cor tuum, dimitte & corpus tuum: redi ad cor tuum. In corpore tuo inuenebas alibi oculos, alibi aures, in corde tuo nunquid hoc inuenis? An in corde non habes aures? De quibus ergo Dominus dicebat: Qui habet aures audient, di audiat: An in corde non habes oculos? Vnde dicit Apostolus: Illuminatos oculos cordis uestri. Redi ad cor: uide ibi quid sentias forte de Deo: quia ibi est imago Dei: in interiore homine habitat Christus: in interiore homine renouaris ad imaginem Dei. In imagine sua cognosce autorem eius. Vide quemadmodum omnes corporis sensus cordi intro nunciant quod fenserunt foris. Vide quam multos ministros habeat, unus interior imperator: & quid apud se etiam sine his ministris agat.

Renunciant oculi cordi, alba & nigra. Renunciant aures eidem cordi canora & dissimulata. Renunciant nares eidem cordi odora & putentia. Renunciat gustus eidem cordi amara & dulcia. Renunciat tactus eidem cordi leuia & aspera. Renunciat sibi ipsum cor iusta & iniusta. Cor tuum & uidet & audit, & cetera sensibilia iudicat: & quo non aspirant corporis sensus, iusta & iniusta, mala & bona discernit. Diuersa sunt quae ad cor tuum referuntur: & diuersa sibi membra non inueniuntur. In carne tua alibi audis: alibi uides: in corde tuo ibi audis ubi uides.

Secundum operationem potentiae uirtutes eius quam operatus est in Christo Iesu: suscitans illum a mortuis, & sedere eum faciens

Ex li. cont. Maxim. 2.

Ex li. cont. Maxim. 2.

Ex li. cont. Maxim. 2.

Ex li. cont. Maxim. 2.

Ex li. cont. Maxim. 2.

Ex li. cont. Maxim. 2.

Ex li. cont. Maxim. 2.

Ex li. cont. Maxim. 2.

Ex li. cont. Maxim. 2.

Ex li. cont. Maxim. 2.

1. Cor. 1.

Roman. 8.

Rom. 11.

Ex lib. de perf. iusti. homi.

Titim. 1.

Ex libro Enchir.

Roman. 8.

Ex tractatu Psalm. 34.

Eph. 2.

Ex lib. de pra. sanctorum Roman. 11. Roman. 9.

Ioan. 15.

Ex ser. de uisione dei. Rom. 5.

1. Ioan. 4.

Psalm. 35.

Ex li. de pra. de san.

Ex epist. ad Vitalem

Ex li. cont. Maxim. 2.

Ex tracta. eu. sec. lo. 13.

Luc. 8.

Eph. 1.

K k k

faciens ad dexteram suam in coelestibus supra omnem principatum & potestatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius.]

Ex lib de ago. christian.

Nec eos audiamus qui negant ad dexteram patris sedere filium. Dicunt enim. Nunquid deus pater habet latus dextrum, aut sinistrum, sicuti corpora? Nec nos de Deo patre sentimus. Nulla enim forma corporis Deus finitur atque coeluditur. Sed dextera patris est beatitudo perpetua quae sanctis datur, sicut sinistra eius rectissime dicitur miseria perpetua, quae impijs datur, ut non in ipso deo, sed in creaturis hoc modo quod diximus intelligatur dextera & sinistra. Quia est corpus Christi quod est ecclesia, in ipsa dextera, hoc est in ipsa beatitudine futura est, sicut Apostolus dicit, quia & simul nos suscitauit, & simul sedere fecit in coelestibus. Quamuis enim corpus nostrum nondum ibi sit, tamen spes nostra iam ibi est.

Propterea & ipse Dominus post resurrectionem iussit discipulis, quos piscantes inuenit, ut in dexteram partem mitterent retia. Quod cum fecissent, ceperunt pisces, qui omnes magni erant, id est iustos significabant, quibus promittitur dextera. Hoc significat quod etiam in iudicio dixit se agnos ad dexteram, haedos autem ad sinistram esse positurum.

Et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

Ex tractatu Psalm. 85.

Nullum maius donum praestare possit Deus hominibus, quam ut uerbum suum per quod condidit omnia faceret illis caput, & illos ei tanquam membra coaptaret, ut esset filius dei & filius hominis, unus Deus cum patre, unus homo cum hominibus, ut quando loquimur ad deum deprecantes, non inde filium separemus, & quando precatur corpus filij, non a se separet corpus suum, sitque ipse unus Saluator corporis sui dominus noster Iesus Christus filius dei, qui & oret pro nobis, & oret in nobis & oretur a nobis. Orat pro nobis, ut sacerdos noster, orat in nobis, ut caput nostrum, oratur a nobis ut Deus noster.

CAPVT II.

Et uos cum effectis mortui delictis & peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios dissidentiae, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostrae facientes uoluntatem carnis & cogitationum.

Ex tractatu Psalm. 126.

Nubilosus iste aer ad abyssum pertinet, ubi nubes, ubi uenti, ubi tempestates ubi pluuia, coruscationes, tonitrua, grandines, nix, & quicquid uult Deus super terram fieri de isto humido & caliginoso aere, totum hoc terrae nomine appellauit, quia nimis mutabile est atque mortale, nisi forte putatis quia pluit sursum stellis. Omnia ista hic fiunt prope ad terram, & aliquando sunt homines in cacuminibus montium, & nubes sub se uident, & fiunt plerumque pluuia, & apparent bene inter omnia ista quae turbato aere concitantur,

hic fieri in ista mundi parte infima. Propterea ad ista caliginosa, id est ad hunc aerem tanquam ad carcerem damnatus est diabolus de apparatu supernorum Angelorum lapsus cum Angelis suis. Nam Apostolus hoc de illo dicit. Secundum potestatem principis aeris huius, qui nunc operatur in filijs dissidentiae. Et alius Apostolus dicit. Si enim deus Angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginosis inferni retrudens, tradidit in iudicio puniendos seruari, infernum hoc appellans quod inferior pars mundi sit.

Ex epi. ad vi.

Haec autem potestas tenebrarum, id est diabolus, qui dicitur etiam princeps potestatis aeris, operatur in filijs dissidentiae, princeps iustre tenebrarum, id est diabolus, dissidentiae filiorum regens eos ad arbitrium suum, quod nec ipse habet liberum ad benefaciendum, sed in maximam malevolentiam poena suis sceleribus obduratum. Vnde nemo sanae fidei credit aut dicit hos apostatas angelos ad pristina uoluntatem correcta aliquando uoluntate conuertere. Quid ergo operatur haec potestas in filijs dissidentiae, nisi opera sua mala? Et in primis maximeque ipsam dissidentiam & infidelitatem, qua sint inimici fidei, per quam scit eos posse mundari, posse sanari, posse perfectissime liberari, quod eis uehementer inuidet, in eternitate regnare. Itaque aliquos eorum per quos amplius decipere affectat, sinit habere nonnulla uelut opera bona. In quibus laudantur per quasque gentes, praecipueque in gente Romana, qui praclare glorioseque uixerunt. Sed quoniam sicut ueracissima scriptura dicit, Omne quod non est ex fide, peccatum est: & sine fide impossibile est utique placere deo, non hominibus, nihil sic agit hic princeps, quam ut non credatur in Deum: nec ad mediatorem a quo soluuntur opera eius credendo ueniantur. Sed ipse mediator intrat in domum fortis, id est in hoc seculum mortaliu, sub potestate diaboli, quantum ad ipsum pertinet, constitutum. De ipso quippe scriptum est quod potestatem habeat mortis. Intrat in domum fortis, id est in suo dominatu habentis humanum genus: & prius alligat eum, id est eius coercet & cohibet potestatem, potestatis suae fortioribus uinculis: & sic eripit uasa eius quaeque praedestinauit eripere, arbitrium eorum ab eius liberans potestate: ut illo non impediante credant in istum libera uoluntate. Proinde hoc opus est gratiae, non naturae. Opus est inquam gratiae quam nobis attulit secundus Adam non naturae, quam totam perdidit in semetipso primus Adam. Opus est gratiae tollentis peccatum, & uiuificantis mortuum peccatorem: non opus est legis ostendentis peccatum, non a peccato uiuificantis.

Misit inquit in eos iram indignationis suae: indignationem & iram & tribulationem immisionem per angelos malos. Esse autem diabolus & angelos eius tam malos utique ut eis ignis praeperaret aeternus; nullus fidelis ignorat

Ex tractatu Psalm. 77.

gnorat. Sed imitti per eos immisiones super quoslibet a Domino Deo, quos ea poena iudicat dignos, durum eis uideretur qui minus idonei sunt cogitare, quemadmodum summa dei iustitia bene utatur & malis. Quos quidem quantum pertinet ad eorum substantiam, quis alius quam ipse fecit: sed malos ipse non fecit: uti tamen eis, quoniam bonus est, bene, id est conuenienter & iuste, sicut e contra iniqui, creaturis eius bonis utuntur male. Vtitur ergo deus Angelis, non solum ad puniendos malos, sicut in istis omnibus loquitur Psalmus: sicut in Rege Achab: quem fallaciae spiritus ex dei uoluntate seduxit ut caderet in bello: uerum etiam ad probandos & manifestandos bonos, sicut fecit in Iob. In libro namque fidelissimo legitur diabolus potuisse etiam de caelo ignem immittere ad sancti uiri tantum pecorum numerum mirabili, & horrendo impetu consumendum. Quod diabolo tribuere nemo fidelium fortassis auderet: nisi sanctae scripturae autoritate legeretur. Sed ille uir Dei dono iustus & fortis & pie peritus non ait: Dominus dedit, diabolus abstulit: sed Dominus dedit, Dominus abstulit: optime sciens diabolus etiam quod facere de istis elementis poterat, non tamen seruo Dei, nisi eius Domino uolente ac permittente, fuisse facturum, malitiam diaboli confundebat, quoniam quis illa in se probando uteretur sciebat. In filijs uero dissidentiae tanquam in suis mancipijs operatur, quemadmodum homines in pecoribus suis, & illic tamen quantum Deus iusto iudicio sinit. Sed aliter est quando potestas eius etiam a suis sicut ei placet tractandis maiore potestate prohibetur, aliud quando ei potestas etiam in eos qui ab illo alieni sunt datur, sicut homo de pecore suo pro humano captu facit quod uult, nec sane facit si prohibetur a potestate maiore. De alieno autem pecore ut faciat, expectat sibi potestatem dari ab illo cuius est. Ibi ergo potestas quae fuerat prohibetur: hic autem quae non fuerat tribuitur. Quae cum ita sint, malis angelis tribuere sine dubitatione possumus mortales pecorum, mortes primitiuorum: & illud maxime unde religata sunt omnia, obduratiorem cordis filiorum ut populum Dei nolent dimittere. Hanc enim iniquissimam & malignissimam obstinationem Deus cum facere dicitur, non instigando & inspirando, sed deserendo facit, ut illi operentur in filijs dissidentiae, quod Deus debite iusteque permittit.

Esa. 64.

Nam & illud quod Esaias propheta dicit, Domine ecce tu iratus es, & nos peccauimus, propterea errauimus & facti sumus sicut imi mundi omnes, ea ratione intellige. Praecessit enim aliquid unde Deus iustissime iratus ab eis fuit lumen auerteret, ut in peccata quae nulla tergiversatione defendi possent non esse peccata, caecitas humanae mentis offenderet ab itinere iustitiae deuiando & errando, & quod in alio Psalmo scriptum est de ipsis Aegyptijs, quod Deus conuerterit cor eorum ut odissent

Psalm. 104.

populum eius, & dolum facerent in seruos eius, bene creditur Deus fecisse per illos Angelos malos, ut iam uitiofae mentes filiorum infidelitatis per eos angelos quibus eadem sunt amica uitia excacarentur, ut odium populi Dei ad quos terrendos & corrigendos bonos illa mirabilia sequerentur. Et ad haec quis idoneus? Vnde cum dixisset, Misit in eos iram indignationis suae, indignationem & iram, & tribulationem immisiones per Angelos malos, illud quod addidit. Viam fecit semitae irae suae, cuius tandem acies sufficit penetrare ut intelligat, capiatque sententiam in tanta profunditate latitantem: Erat enim semita irae Dei, quae Aegyptiorum impietatem occulta aequitate puniret. Sed eidem semitae uiam fecit, ut eos tanquam ex abditis per eos angelos malos in manifesta scelera producents, in euidentissimos impios euidentissime iudicaret.

Psalm. 77.

Ex sermone in natali sancti Cypriani. Vere sibi consulit qui deum iudicem cogitat, apud quem causam gerit huius uitae, atque ab illo sibi muneris iuncti quique dicitur est, ubi omnis homo recipit, sicut testatur Apostolus, quae per corpus gessit siue in bonum, siue in malum. Ita sibi consulit, qui ex fide uiuens & satagens ne ab extremo praecipitetur die, extremum computat omnem diem, & sic Deo placitos mores perducit usque ad extremum diem. Ita sibi beatus Cyprianus episcopus misericordissimus & martyr fidelissimus consulebat, non sicut eum lingua subdola diaboli per os possessi a se impij iudicis monere uidebatur dicens. Consule tibi. Cum enim eius immobilem mentem uideret. Quando ei dixit, Iusserunt te principes cerimoniarum, responditque ille, Non facio, adiecit & ait, Consule tibi. Ipsa est lingua subdola diaboli, et si non huius qui nesciebat quae loqueretur, illius tamen qui per eum loquebatur. Loquebat enim proconsul non tam secundum principes homines, quorum sibi met iussa iniuncta factabat, quam secundum principem potestatis aeris huius, de quo Apostolus dicit. Qui operatur in filijs dissidentiae. Quem per huius quoque linguam operari Cyprianus nouerat: quod ipse non nouerat. Nouerat inquam Cyprianus cum a Proconsule audiret, consule tibi, quod caro & sanguis dicebat stulte, hoc diabolus dicere subdole: atque intuebatur in uno opere duos, istum oculis, illum fide. Nolebat cum iste mori, nolebat ille coronari. Proinde circa istum placidus, circa illum cautus, hic aperte respondebat, illum occulte uincebat.

Ex tractatu Psalm. 143.

Cum tales nos interrogauerunt in quibus diabolus operatur, intelligendus est nos ipse interrogare qui in eis operatur. Apostolus dicit. Et uos cum effectis mortui in delictis & peccatis uestris, cum uiueretis in illis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus eius qui nunc operatur in filijs dissidentiae: in quibus, inquit & nos aliquando conuersati sumus. Ostendit se re-

demptū de Babylonia cœpisse iam exire. Sed tamen adhuc quid dicit? Quia cum hostibus nostris confregistis. Et ne irascamur hominibus qui nobis ingerunt persecutiones: tollit intentionem nostram Apostolus ab odio hominum, & dirigit in luctam quorundam spirituum quos non uidemus, & cum ipsis confregistis. Ait enim. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est aduersus homines quos uidetis, à quibus uidemini mala pati qui uobis important persecutiones.

Nam pro ipsis orare præcepti sumus. Non est nobis, inquit, colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est aduersus homines, sed aduersus principes & aduersus potestates, & retores mundi tenebrarum harum. Quid dixit mundus? Dilectorum mundi. Has appellauit & tenebras, id est iniquos & scelestos infideles peccatores: quibus iam credentibus gratulatur hoc modo ut dicat. Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ergo constituit nos luctam habere cum illis principibus. Quomodo autem diabolus in corde ut traderet Dominum intravit, non autem intraret, nisi ille locum daret: sic multi homines mali de mediâ Babylonia per desideria carnalia & illicita locum dant diabolo & Angelis eius in cordibus suis: ut in illis & de illis operetur. Et eramus natura filij iræ sicut & ceteri.

Qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam: sed ira Dei manet super eum. Non dixit, ira Dei uenit ad eum sed ira dei manet super eum. Omnes qui nascuntur mortales, habent secum iram Dei. Quam iram Dei? Quam excepit primus Adam: Sic enim peccauit primus homo, & audiuit, morte moriemini. Factus est mortalis ille, & cœpimus nasci mortales. Cum ira Dei nati sumus. Venit inde filius non habens peccatum: & indutus est carne, indutus est mortalitate. Et ille nobiscum communicauit iram Dei, nos pigri sumus cum illo communicare gratiam Dei.

Qui ergo non uult credere in filium, ira Dei manet super illum. Quæ ira? De qua dicit Apostolus. Fuimus enim & nos natura filij iræ sicut & ceteri. Omnes ergo filij iræ, quia de maledicto mortis uenientes. Crede in Christum factum pro te mortalem, ut illum capias immortalitatem, nec tu eris mortalis. Viuebat, moriebatur: mortuus est ut uiuas, attulit gratiam Dei: abstulit iram dei. Deus bibit mortem, ne mors biberet hominem.

Genus humanum est iste cæcus. Hæc enim cæcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus: non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Si enim cæcitas est infidelitas: & illuminatio fides: quem fidelem quando uenit Iesus Christus inuenit?

Quandoquidem Apostolus natus in gente Prophetarum dicit. Fuimus enim & nos aliquando natura filij iræ, sicut & ceteri. Si filij iræ, filij uindictæ, filij pœnæ, filij gehennæ. Quo

modo natura, nisi quia peccante primo homine uitium pro natura inoleuit?

Tenebatur itaque iusta damnatione genus humanum: & omnes erant iræ filij. De qua ira scriptum est. Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. De qua ira dicit etiam Iob. Homo enim natus ex muliere breuius uitæ, & plenius iræ. De qua dicit & Dominus Iesus. Qui credit in filium, habet uitam æternam. Qui autem non credit in filio, non habet uitam, sed ira dei manet super eum. Non ait uenit, sed manet. Cum hac quippe omnis homo nascitur. Propter quod dicit apostolus. Fuimus enim & nos natura filij iræ sicut & ceteri. In hac ira cum essent homines per originale peccatum tanto grauius & perniciosius quanto maiora, uel plura in super addiderant, necessarius erat mediator, hoc est reconciliator, qui hanc iram sacrificij singularis, cuius erant umbræ omnia sacrificia legis & prophetarum, oblatione placaret. Vnde dicit Apostolus. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati nunc in sanguine eius, salui erimus ab ira per ipsum. Cum autem Deus iræ scilicet dicitur, non eius significatur perturbatio, qualis est in animo iracentis hominis, sed ab humanis, motibus translato uocabulo, uindicta eius, quæ non nisi iusta est, iræ nomen accipit. Ipsa est ira tua Domine in Adam, ira cuius omnes nati sumus, cui nascendo coheremus, ira de propagine iniquitatis: ira de mascula peccati. Secundum quod dicit Apostolus, Fuimus & nos aliquando natura filij iræ sicut & ceteri. Et unde dicit Dominus. Ira dei manet super eum qui non credit in unigenitum filium Dei. Non enim ait, ira Dei ueniet super eum, quia non tollitur in qua natus est.

Natura nobis facta est pœna. Ex uindicta primi hominis quod erat pœna, nobis natura est. Vnde dicit & Apostolus. Fuimus & nos natura filij iræ sicut & ceteri. Natura filij iræ, id est portantes uindictam. Sed quare dicit fuimus? Quia iam spe non sumus. Nam re sumus adhuc, sed illud melius dicimus quod spe sumus: quia certi sumus de spe. Non enim incerta est spes nostra, ut de illa dubitemus.

Vindicta enim primi peccati ipsa uocatur ira Dei: quia de iudicio Dei uenit. Vnde Dominus de non credente ait. Sed ira Dei manet super eum. Cum ira Dei mortales nascimur. Vnde dicit apostolus. Fuimus & nos aliquando natura filij iræ sicut & ceteri. Quid est natura filij iræ, nisi quia portauimus nobiscum pœnam primi peccati? Sed si conuertimus nos, auferatur ira, præbetur gratia.

Qualis sine uitio primitus condita est, ipsa uere ac proprie natura hominis dicitur.

Translato autem uerbo utimur, ut naturam dicamus etiam qualis nascitur homo. Secundum quam locutionem dicit Apostolus: Fuimus enim & nos aliquando natura filij iræ sicut

Ex lib. enchir. Psalm. 89.

Ex tractatu Psalm. 102.

Ex tractatu Psalm. 37.

Ex tractatu Psalm. 52.

Ex li. 1. retrus.

cut & ceteri. Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos: & cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo: cuius gratia estis saluati: & conuersificauit & confedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu.]

Ex lib. cont. Faustum

Quod hic dixit, Conuiuificauit nos Christo, hoc dicit ad Corinthios, ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Et quod hic dicit: Cuius gratia sumus salui facti iam uelut perfectum sit loquitur quod in spe tenet. Nam apertissime alibi dicit. Spe enim salui facti sumus. Ideoque & hic sequitur, & tanquam perfectum enumerat quod futurum est. Et simul (inquit) excitauit: & simul federe fecit in cœlestibus in Christo Iesu: Certe enim in cœlestibus Christus iam sedet: nondum autem nos. Sed quia spe certa quod futurum est iam tenemus, simul federe nos dixit in cœlestibus, nondum in nobis, sed iam in illo. Namque ne putares iam nunc esse perfectum quod in spe ita dicitur tanquam perfectum sit: atque ut intelligas adhuc futurum: sequitur, & dicit.

Ex tracta. euā. sec. Ioan. 108.

Ut ostenderet in superuenientibus seculis superabundantes diuitias gratiæ suæ in benignitate super nos in Christo Iesu. In cœlo ergo nos futuros esse promisit. Illo enim forma serui leuata est: quam sumpsit ex uirgine, & ad dexteram patris collocata. Propter spem huius tanti boni & Apostolus ait. Deus autem qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus saluati: & simul excitauit, & simul federe fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Hoc ergo potest intelligi dixisse Dominus: Vt ubi ego sum, & illi sint mecum. Et ipse quidem de se dixit quod ibi iam esset: de nobis autem uelle se dixit ut essemus ibi cum illo, non quod iam essemus ostendit: Apostolus autem quod Dominus uelle se dixit ut fieret, tanquam factum fuerit est locutus. Non enim ait, excitaturus est nos, & in cœlestibus facturus federe, sed excitauit & federe in cœlestibus fecit: quia non inaniter, sed fideliter iam deputat factum, quod futurum esse non dubitat. Gratia enim saluati estis per fidem: & hoc non ex uobis. Dei enim donum est: non ex operibus: ut ne quis gloriatur.

Ex li. ad Boni facii pap. urb.

Non quia bona opera ista pia cogitatione frustrantur: cum Deus reddat unicuique secundum opera eius: sitque gloria, & honor, & pax omni operanti bonum: sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia. Quoniam fides quæ per dilectionem operatur, nihil operaretur nisi ipsa dilectio Dei diffunderetur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nec ipsa fides esset in nobis, nisi unicuique Deus partiretur mensuram fidei. Bonum est igitur homini, ut cum totis uiribus liberi arbitrij sui ueraciter dicat, Fortitudinē meam ad te custodiam. Quia ille qui putauit sine ipsius adiutorio se posse custodire quod dedit: profectus in longinqua, & uiuens prodige, cuncta consumplit, & miseria dura serui

Psalm. 58.

tutis attritus, reuersusque in seipsum dixit. Surgam & ibo ad patrem meum. Quam cogitationem bonam quando haberet, nisi & ipsam illi in occulto pater misericordissimus inspirasset? Quod intelligens minister ille noui testamenti: Nō quia idonei sumus (inquit) cogitare aliquid quasi ex nobis meti ipsis: sed sufficientia nostra ex Deo est.

Cum dixisset, Gratia salui facti estis per fidem & hoc non ex uobis, sed donum Dei est, non ex operibus, ne forte quis extollatur, uideat utique putare posse homines hoc ita dictum, quasi necessaria non sint opera bona credentibus, sed eis sola fides sufficiat, & rursus posse homines de bonis operibus extolli, uelut ad ea facienda sufficiant. Mox itaque addidit. Ipsi enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis quæ preparauit Deus ut in illis ambulemus. Quid est hoc, quod cum dei gratiam commendans dixisset, Non ex operibus, ne forte quis extollatur, cur hoc dixerit rationem reddens. Ipsi enim (inquit) sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis? Quomodo ergo non ex operibus, ne forte quis extollatur? Sed audi & intellige non ex operibus dictum tanquam tuis ex teipso tibi existentibus, sed tanquam his in quibus Deus finxit, id est formauit & creauit, hoc enim ait. Ipsi sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, non illa creatione qua homines facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui utique iam homo erat. Psal. 50. Cor mundum crea in me deus. Et de qua dicit apost. Si qua igitur in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt noua. Omnia autem ex Deo. Fingimur ergo, id est formamur & creamur in operibus bonis, quæ non preparauimus nos, sed preparauit Deus ut in illis ambulemus.

Scriptum est, quia sumpsit Deus limum de terra, & formauit hominem. Antequam homo esses, limus eras, antequam limus esses, nihil eras. Sed non de isto solo figmento gratias agas artificij tuo. Audi aliud eius figmentum ubi te fecit. Non ex operibus (ait) ne forte quis extollatur. Sed qui dixit non ex operibus, ne forte quis extollatur, superius quid commemorauit? Gratia salui facti estis per fidem. Et hoc ut salui essetis per fidem non ex uobis.

Quamuis hoc ipsum quod dixerat gratia, utique non ex nobis. Sed ne quis aliter intellexeret planius hoc aperire dignatus est. Da intellectorem & totum dixit. Gratia salui facti estis. Vbi audis gratiam, gratis intellige. Si ergo gratis, nihil tu attulisti, nihil meruisti. Nam si meritis aliquid redditum est, merces est, non gratia. Gratia (inquit) salui facti per fidem. Expone illud apertius propter arrogantes, propter sibi placentes, propter ignorantes Dei iustitiam & suam uolentes constitueret. Audi hoc idem apertius. Et hoc (inquit) quod gratia salui facti estis, non ex uobis, sed Dei donum est. Sed & nos forte aliquid fecimus

Ex li. de gra. & libe. arbit.

Ex tracta. Psal. 144. Genes. 2.

ut dona Dei mereremur. Non ex operibus, inquit, ne forte quis extollatur. Quid ergo? Nos bene non operamur? immo operamur. Sed quomodo? Ipso in nobis operante, quia per fidem locum damus in corde nostro ei qui in nobis, & per nos bona operatur. Audi enim unde opereris bona. Ipsi enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, ut in illis ambulemus.

Ex lib. enchir.

Quomodo quisquam delibero arbitrio in bono gloriatur opere, qui nondum est liber ad operandum bene, nisi se uana superbia inflatus extollat? Quam cohibet Apostolus dicens. Gratia salui facti estis per fidem. Et ne ipsam sibi saltem fidem sic arrogarent, ut non intelligerent diuinitus esse donatam, sicut idem Apostolus alio loco se dicit, ut fidelis esset, misericordiam consecutum: hic quoque adiunxit atque ait. Et hoc non ex nobis, sed Dei donum est, non ex operibus: ne forte quis extollatur. Et ne putarentur fidelibus bona opera defutura, rursus adiecit. Ipsi enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis quae preparauit Deus ut in illis ambulemus. Tunc ergo efficimur uere liberi, cum deus nos fingit, id est format & creat: non ut homines, quod iam fecit: sed ut boni essemus, quod nunc gratia sua fecit, ut simus in Christo noua creatura: secundum quod dictum est.

Psal. 50.

Cor mundum crea in me Deus. Neque enim cor eius quantum attinet ad naturam cordis humani, non iam creauerat deus.

Ex ser. de uer. apost. 15.

Gratia salui facti estis per fidem: & hoc non ex uobis: sed dei donum est: non ex operibus: ne forte dicas, promerui, & ideo accepi. Non putes te promeruisse accepisse, qui non promereri nisi accepisses. Gratia praecessit meritum tuum: non gratia ex merito: sed meritum ex gratia. Nam si gratiam ex merito emisti, non gratis accepisti. Pro nihilo, inquit, saluos facies eos. Nihil in eis inuenis unde salues: & tamen saluas. Gratis das, gratis saluas: omnia merita praecedis ut dona tua cosequantur merita mea. Prorsus gratis das: gratis saluas: qui nihil inuenis unde salues: & multum inuenis unde damnes.

Ex li. de praedest. sanctorum.

Ipsi enim sumus factura: creati in Christo Iesu in operibus bonis: quae preparauit Deus, ut in illis ambulemus. Propter quod memores estote quod aliquando uos qui eratis gentes in carne, qui dicebamini preputium ab ea quae dicitur circumcisio in carne manufacta: qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel, & hospites testamentorum: promissionis spem non habentes: & sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu uos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi.]

Prædestinatio est gratiae preparatio: gratia uero iam ipsa donatio Dei. Quod itaque ait Apostolus: Non ex operibus ne forte quis extollatur: ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis: gratia est. Quod autem sequitur. Quae preparauit deus ut in illis ambulemus: prædestinatio est: quae sine præscientia non potest esse. Potest autem

esse sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe deus ea præsciuit quae fuerat ipse factururus. Unde dictum est. Fecit quae futura sunt. Præscire autem potens est etiam quae ipse non fecit, sicut quaecumque peccata. Quia etsi sunt quaedam quae ita peccata sunt, ut peccata sint etiam peccatorum, unde dictum est, tradidit illos deus in reprobam mentem, ut facerent quae non conueniunt, non sibi peccati dei est, sed iudicium. Quocirca prædestinatio dei quae in bono est, gratia est (ut dixi) preparatio. Gratia uero est ipsius prædestinationis effectus. Ille itaque operetur hominem bonum atque custodiat, qui incommutabiliter bonus est. Sæper ab illo fieri: semperque in eo perfici debemus inhaerentes ei, & in ea conuersione, quae ad illum est, permanentes. De quo dicitur. Mihi autem adherere Deo bonum est. Et cui dicitur. Fortitudinem meam ad te custodiam. Ipsi enim sumus figmentum, non tantum ad hoc ut homines simus, sed ad hoc ut etiam boni simus. Nam & Apostolus cum fidelibus ab impietate conuersis gratiam qua salui facti sunt commendaret, Gratia enim, inquit, salui facti estis per fidem, & hoc non ex uobis, sed donum Dei est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsi enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae preparauit Deus, ut in illis ambulemus. Et a se libi cum dixisset. Cum timore & tremore uestram ipsorum salutem operamini, ne sibi putarent tribuendum, tanquam ipsi se facerent iustos & bonos, continuo subiicit. Deus est enim qui operatur in uobis.

Ex li. de Gene. ad literam.

Psal. 72. et 58.

Philip. 2.

Annunciat firmamentum. Quid? Opera manuum eius. Quae sunt opera manuum eius? Gratia Dei illa qua salui facti sumus, qua creati in bonis operibus sumus. Ipsi enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis. Non solum quippe homines, sed etiam iustos, si tamen sumus, ipse fecit nos, & non ipsinos. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum: & medium parietem maceriae soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in seipsum in unum nouum hominem, faciens pacem ut reconciliet ambos in uno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso.]

Ex tractatu Psal. 13.

Psal. 99.

Apus quem reprobauerunt edificantes factus est in caput anguli, quia ex circumcisione & preputio populi tanquam parietes diuerso uenientes in angulo sibi met tanquam in pacis osculo copulantur. Unde dicit Apostolus. Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum. Qui ergo ex domo Iacob siue Israel uocantem secuti sunt, ipsi sunt lapidi angulari coherentes & in Domini luce ambulantes. Quos uero ibi dimisit, ipsi sunt ruinam edificantes, & angularem lapidem reprobantes.

Ex li. aduer. Iudaeos.

Et ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe fuistis, & pacem his qui prope.]

Ex tractatu Psal. 84.

Quos dixit qui erant prope? Iudaeos, quia unum Deum colebant. Quos dixit qui erant longe? Gentes, quae dimiserant Deum a quo facti

facti erant, & colebant illa quae ipsi fecerant. Non enim regionibus longe a Deo est quisque, sed affectibus. Amas Deum, prope es. Or disti Deum, longe es.

Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem.

Roman. 8.

Et ad Romanos ubi similis quaestio de pace in Christo Iudaeorum gentiumque tractatur, hoc dicit, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Recte autem de presentia & dono spiritus sancti probare uoluit gentibus quod pertineant ad promissionem hereditatis. Non enim euangelizatum est gentibus nisi post ascensum domini, & aduentum spiritus sancti. Ut ergo etiam Gentes quae non erant sub lege, ad eandem tamen adoptionem filiorum pertinere ostenderet, de sancti spiritus dono, qui omnibus datus est, docet. Unde se etiam Petrus de baptizato incircumciso centurione Cornelio defendit apud Iudaeos qui crediderant, dicens non se potuisse aquam negare illis, quos iam spiritum sanctum accepisse clarauerat. Nam ipso grauissimo documento etiam ad Galatas usus est Paulus cum diceret.

Galat. 3.

Hoc solum discere uolo a uobis. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Et paulo post. Qui ergo tribuit uobis spiritum & uirtutes operatur in uobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Et iterum. Quonia[m] (inquit) filij dei estis, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem Abba pater.

Ergo iam non estis hospites & aduenae, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei.]

Ex li. sen. Prosperi.

Duas in toto mundo ciuitates faciunt duo amores. Hierusalem facit amor Dei. Babyloniam amor seculi. Interroget se ergo quisque quid amet, & inueniet unde sit ciuis.

Superedificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & uos coedificamini in habitaculum Dei, in spiritu sancto.]

Ex tractatu Psal. 86.

Fundamenta eius in montibus sanctis. Qui sunt montes sancti, super quos fundata est ista ciuitas? Alter quidam ciuis planius dixit hoc Apostolus Paulus, ciuis inde propheta, ciuis inde Apostolus, & hi propterea loquebantur, ut caeteri ciues exhortarentur. Sed hi id est propheta & Apostoli quomodo ciues? fortasse etiam ut ipsi sint montes, super quos fundamenta sunt huius ciuitatis, cuius portas diligit dominus. Dicit ergo alius ciuis hoc aperte, (ne nos suspicari uideamur) loquens ad gentes, & commemorans ut redirent, & quasi construerentur in fabricam sanctam. Superedificati, inquit, super fundamentum apostolorum & prophetarum. Et quia nec ipsi Apostoli & propheta, in quibus fundamentum est ciuitatis, se tenerent in se, sequitur ibi & ait. Ipso summo existente lapide angulari CHRISTO Iesu. Ne itaque putarent gentes non se pertinere

ad Sion. Erat enim quaedam ciuitas Sion terrena, quae per umbram gestauit imaginem cuiusdam Sion, de qua modo dicitur, caelestis illius Hierusalem. De qua dicit Apostolus. Quae est mater omnium nostrum. Ne ergo illi se non pertinere dicerent ad Sion, quia non erant de populo Iudaeorum: hoc eis dixit. Igitur iam non estis peregrini & inquilini, sed estis ciues sanctorum, & domestici dei, superedificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum. Habes constructionem tantae ciuitatis. Sed omnis ista compages ubi nititur, ubi incumbit, ut nusquam cadat: Ipso, inquit, summo angulari lapide existente Christo Iesu. Dicit fortasse aliquis. Si angularis lapis est Christus Iesus: in illo quidem duo parietes copaginantur, neque enim angulum faciunt, nisi duo parietes, in unum de diuerso uenientes, sicut populi duo ex circumcisione, & ex preputio ad pacem Christianam sibi met connexi in una fide, una spe, una charitate. Sed si angulus summus Christus Iesus, quasi uidentur priora fundamenta, & posterior lapis angularis. Potest ergo aliquis dicere: quia magis Christus super Apostolos incumbit, & prophetas, non illi super illum: si illi sunt in fundamento, ipse in angulo. Sed cogiter qui hoc dicit, angulum & in fundamento esse, neque enim ibi tantum est angulus ubi uidetur ut surgat in apicem. A fundamento enim incipit. Nam ut noueritis quia & fundamentum Christus, & primum & maximum: Fundamentum, inquit apostolus, nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quomodo ergo fundamenta prophetarum & Apostolorum? Et quomodo fundamentum Christus Iesus, quo ulterius nihil est? Quomodo putamus, nisi quem admodum aperte dicitur sanctus sanctorum, sic figurate fundamentum fundamentorum? Si ergo sacramenta cogites, Christus, sanctus sanctorum: si gregem subditum cogites, Christus pastor pastorum: si fabricam cogites, Christus fundamentum fundamentorum. In aedificijs istis non potest esse idem lapis in imo, & in summo. Si fuerit in imo, in summo non erit, & si in summo fuerit, in imo non erit. Angustias enim omnipotentiae corpora patiuntur, nec ubique possunt esse, nec semper. Diuinitas autem quae ubique praesto est, undique ad eam potest duci similitudo: & potest esse totum in similitudinibus: quia nihil horum est in proprietatibus. Ergo fundamentum & lapis angularis ipse est & ab imo surgens: si tamen ab imo. Etenim origo fundamenti huius, summitatem tenet. Et quemadmodum fundamentum corporis fabricae in imo est: sic fundamentum spiritalis fabricae in summo est. Si ad terram aedificaremur, in imo nobis ponendum erat fundamentum. Quia caelestis fabrica est, ad caelos precessit fundamentum nostrum. Ipse ergo angularis lapis, montesque Apostoli & prophetae magni portantes fabricam ciuitatis faciunt unum quoddam aedificium.

Galat. 4.

1. Cor. 3.

Ex tractatu Psal. 81.

Sicut non absurde dicimus fundamenta cœli quibus regnum cœlorum superædificatur in sanctis & fidelibus, quos dicit scriptura lapides uiuos quorum fundamentum est primitus ipse Christus ex uirgine, de quo dicit apostolus. Fundamentum aliud nemo potest ponere præterquam quod est Christus Iesus. Deinde ipsi Apostoli & prophetæ quorum auctoritate locus cœlestis eligitur, ut eam secundo coædificemur. Vnde dicit ad Ephesios. Iam non estis peregrini & inquilini: sed estis ciues sanctorum & domestici dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum: ipso summo angulari lapide Christo Iesu existente, in quo omnis ædificatio constructa creuit in templum sanctum in domino, ita non inconuenienter fundamenta terræ intelliguntur quorum terrenam felicitatē præpollentem atque potentem homines uident, eorum auctoritate ad huiusmodi bona concupiscenda pertrahuntur, & adipiscendo coædificantur, tanquam terrena super terram, sicut in illo superno ædificio, cœlum super cœlum. Quia peccatori dictum est. Terra es, & in terram ibis. Et cœli enarrant gloriam dei: cum in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorum.

CAPVT III.

Huius rei gratia ego Paulus uinctus Christi Iesu pro uobis gentibus: si tamen audistis dispensationem gratiæ dei, quæ data est mihi in uobis: quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio Christi, quod alijs generationibus non est agnatum, filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & prophetis in spiritu: esse gentes coheredes & concorporales & participes promissionis eius in Christo Iesu per euangelium: cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ dei quæ data est mihi secundum operationem uirtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo qui omnia creauit.]

Habet deus in semetipso absconditas quorundam factorum causas, quas rebus conditis non inseruit: easque implet non illo opere prouidentis quo natura substituit ut sint, sed illo quo eas administrat ut uoluerit, quas ut uoluit condidit. Ibi est & gratia per quam saluifunt peccatores. Nam quod attinet ad naturam iniqua uoluntate sua deprauatam, recursum per semetipsam non habet: sed per Dei gratiam qua adiuuatur & instauratur. Neque enim desperandi sunt homines propter illam sententiam in qua scriptum est. Omnes qui ambulat ad eam, non reuertentur. Dicitur enim secundum pœdus iniquitatis suæ: ut quod reuertitur, qui reuertitur, non sibi tribuat, sed gratiæ dei. Non ex operibus, ne forte extollatur. Propterea mysterium gratiæ huius Apostolus absconditum dixit: non in mundo, in quo sunt absconditæ causales rationes omnium rerum naturaliter oriturarum: sicut abscondi-

tus erat Leui in lumbis Abrahæ quando & ipse decimatus est: sed in Deo qui uniuersa creauit. Quamobrem omnia etiam quæ ad hanc gratiam significandam non naturali motu rerum, sed mirabiliter facta sunt: eorum etiam causæ in Deo absconditæ fuerunt. Quorum si unum erat, quod ita mulier facta est de latere uiri, & hoc dormientis: quæ per ipsum firma facta est, tanquam eius osse firmata: ille autem propter ipsam infirmus: quia in locum costæ non costa, sed caro suppleta est: non habuit hoc primarum conditio quando sexto die dictum est. Masculum & femina fecit eos: ut femina sic omnino fieret: sed tantum hoc habuit quia & sic fieri posset: nec contra causas quas uoluntate instituit, mutabilis uoluntate aliquid faceret. Quod autem fieret, ut omnino aliud futurum non esset: absconditum erat in Deo qui uniuersa creauit: Sed quoniam sic dixit absconditum ut innotesceret principibus in cœlestibus & potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei: probabiliter creditur sicut illud semen cui promissum est, dispositum est per angelos in manu mediatoris: sic omnia quæ ad ipsius seminis aduentum prænunciandum in rerum natura præter usitatum naturæ cursum mirabiliter facta sunt, ministrantibus Angelis esse facta: ut tamen ubique creator uel reparator creaturarum non sit nisi qui sine plantatore & rigatore quolibet, solum incrementum dat Deus.

Ut innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei: secundum præfinitionem seculorum quam fecit in CHRISTO Iesu domino nostro. in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.]

Non sane propter inferiorum scientiam nuncijs indiget, quasi per eos fiat scientior, sed illo simplici ac mirabili modo nouit omnia stabiliter atque incommutabiliter.

Habet autem nuncios propter nos, & propter ipsos: quia illa modo deo parere & assistere, ut cum de inferioribus consulant, eiusque supernis præceptis & iussis obtemperent, bonum est eis in ordine propriæ naturæ atque substantiæ. Nuncijs autem Græce Angeli dicuntur. Quo nomine generali, uniuersa illa superna ciuitas nuncupatur. Nam nec illud eos lauit mysterium regni cœlorum, quod opportuno tempore reuelatum est pro salute nostra: quo ex hac peregrinatione liberati eorum cœtui coniungamur. Neque enim hoc ignorarent. Quandoquidem ipsi seminem quod oportuno tempore aduenit, per ipsos dispositum est in manu mediatoris, id est in eius potestate qui Dominus eorum est & in forma dei, & in forma serui. Dicit idem Apostolus.

Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc, in gentibus annunciare inuestigabiles diuitias CHRISTI, & illuminare que sit dispositio sacramenti quod fuit absconditum à seculis in Deo qui uniuersa creauit, ut innotesceret principibus & potestatibus

Gene. 1.

Eccle. 24. Psal. 103.

Ex ser. de eisde uerb. 420. qui 7 est

Ex lib. de Genesi ad lit. 5.

tibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei secundum propositum seculorum, quæ fecit in Christo Iesu domino nostro. Sic ergo fuit hoc absconditum à seculis in Deo, ut tamen innotesceret principibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia dei: quia ibi primitus Ecclesia, quo post resurrectionem & ista Ecclesia congreganda est ut simus æquales angelis dei. Illis ergo à seculis innotuit, quia omnis creatura non ante secula, sed à seculis, ab ipsa enim exorta sunt secula, & ipsa à seculis: quoniam initium eis initium seculorum est. Vni genitus autem ante secula, per quem facta sunt secula. Ideoque ex persona sapientiæ, ante secula, inquit, fundauit me ut ea faceret omnia, cui dictum est. Omnia in sapientia fecisti.

Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra. Huius rei gratia fleto genua uestra ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtutem corroborari per spiritum eius, in interiori homine Christum habitare per fidem in cordibus uestris.]

Consonant omnes diuinæ lectiones, ut spiritus non in nobis, sed in domino collocemus, inquit apostolus, non infirmari in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra. Peto (inquit) uos non infirmari, id est ut non infirmemini quando auditis me pati pro uobis tribulationes, quia hæc est gloria uestra. Peto ergo eos ut non infirmemur. Quod non faceret nisi eorum uellet excitare uoluntatem. Si enim responderent: quid nos petis quod in potestate non habemus: nunquid non uiderentur sibi iustum reddidisse responsum? Et tamen Apostolus nisi sciret in eis uoluntatis propriæ consensionem, ubi & ipsi aliquid agerent, non diceret peto, & si diceret iubeo, nisi eos nosset adhibere posse iussu suæ uoluntatem, sine causa hoc uerbum de eius ore procederet.

Sed rursus sciens sine Dei adiutorio infirmam esse hominis uoluntatem, non solum ne dicerent, uoluntatis arbitrium non habemus, dixit peto, uerum etiam ne dicerent uoluntatis arbitriū sufficit nobis, uidete quid addidit huius rei gratia. Cuius rei gratia: nisi quam super dixerat, peto non infirmari in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra. Quia ergo uoluntatis habetis arbitriū, peto, quæ uero uobis uoluntatis arbitrium non sufficit ad implendum quod peto, huius rei gratia fleto genua uestra ad patrem domini nostri, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, ut det uobis. Quid det uobis? Quod peto à uobis, rogo det uobis. Peto enim à uobis, propter arbitrium uoluntatis, rogo det uobis propter auxilium maiestatis. Sed Apostoli uerba præuenimus. Adhuc fortassis expectatis audire quæ textum eiusdem lectionis memoria non tenetis, utrum reuera ideo pro ipsis ad patrem genua fleat Apostolus, ut det illis quod dixerat eis, peto. Memento et-

go quid petierit ab ipsis. Peto non infirmari in tribulationibus meis pro uobis. Hoc ab ipsis petit. Modo uidete quid illis petit. Fleto genua mea ad patrem domini mei Iesu Christi ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtute corroborari. Quid est aliud nisi non infirmari? Virtute corroborari, inquit, per spiritum eius. Iste spiritus gratiæ uidete quid petit, hoc à Deo petit quod ab hominibus exigit: quia ut deus uelit dare, debes & tu accipiendum accommodare uoluntatem. Quomodo uis accipere gratiam diuinæ bonitatis, qui sinum non aperis uoluntatis? Det, inquit, uobis, non enim habetis, nisi det uobis. Det uobis uirtute corroborari per spiritum eius. Si enim dederit uobis uirtute corroborari, ibi uobis dabit non infirmari, in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Totum hoc det uobis.

In charitate radicati & fundati ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, & longitudo, & subtilitas, & profundum.]

Quid pergis corde homo Christiane per latitudinem terræ, longitudinem temporum, altitudinem cœli, profunditatem abyssi? Quando ista comprehendes, uel mente uel corpore hoc est siue cogitando, siue carnis oculis intueno quando ista comprehendes? Ipsum audi Apostolum dicentem tibi. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Et nos in illa gloriamur, uel quia super illam incumbimus. In illa gloriamur omnes o boni fratres: in illa gloriamur. Ibi forte inueniemus & latitudinem, & longitudinem & altitudinem, & profundum. His enim Apostoli uerbis crux quodammodo nobis ante oculos constituta est. Habet enim latitudinem in qua manus figuntur. Habet longitudinem, quod inde usque ad terram ducitur lignum. Habet & altitudinem, quod ab ipso transuerso in quo figuntur manus excedit altquantulum ubi caput crucifixi ponatur. Habet & profundum: hoc est quod in terra figitur & non uidetur. Videte magnum sacramentum. Ab illo profundo quod non uides, surgit totum quod uides. Vbi est ergo altitudo? Confer te ad uitam moresque sanctorum qui dicunt. Absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu CHRISTI. Inuenimus in moribus eorum latitudinem charitatis, unde illos admonet ipse Apostolus dicens. Dilatamini, ne sitis iugum ducentes cum infidelibus. Et quia ipse latus erat, qui eos ad latitudinem exhortabatur, audi quid dicat. Os nostrum patet ad uos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Latitudo ergo charitas est quæ sola bene operatur. Latitudo fecit ut hilarem datorem diligat deus. Si enim angustiam passus fuerit, tristis dabit. Si tristis dabit perijt quod dabit. Opus est ergo latitudine charitatis, ne pereat quicquid boni facis. Sed quoniam ait dominus: Vbi abundabit iniquitas, refrigescet charitas

Ex eodē serm. 7. de eisde uerb. Apostoli

2. Cor. 6.

ibidem

1. Cor. 9.

Matth. 24.

Matt. 10.

ritas multorum: da mihi & longitudinē. Quae est longitudo: Qui perseverauerit usque in finem hic saluus erit. Haec est longitudo crucis: ubi totum corpus porrigitur: ubi quodammodo statum, quo stando perseveratur. Si ergo quaeris qui in cruce gloriaris habere crucis latitudinem, habeto bene operandi uirtutem. Si uis habere crucis longitudinem, habeto perseverandi longanimitatem. Si autem uis habere crucis altitudinem, nosce quid audias & ubi audias sursum cor: Quid est sursum cor? Ibi spera, ibi ama, inde pete uirtutem: ibi expecta mercedem. Nam si bene operaris, & hilariter tribuis, uideris habere latitudinem. Si in istis bonis operibus usque in finem perseveraueris, uideris habere longitudinem. Sed si omnia haec non propter supernam mercedem facis, altitudinem non habebis, & illa iam nec latitudo erit nec longitudo. Quid est enim habere altitudinem, nisi cogitare Deum, amare Deum, & gratis amare ipsum adiutorem, ipsum spectatorem, ipsum coronatorem, ipsum premij largitorem: postremo ipsum praemium deputare, non aliud ab ipso quam ipsum expectare: Si amas, gratis ama. Si uere amas, ipse sit merces quem amas. An uero tibi cara sunt omnia, et uilis est ille qui condidit omnia? Haec ut possumus, flectit genua sua pro nobis Apostolus: utique ideo ut detur nobis. Terret enim & Euangelium: uobis datum est scire mysterium regni: illis autem non est datum. Quare ergo illi datum est & illi non est datum? Non me piget dicere, hoc est profundum crucis. De profundo nescio quo iudiciorum Dei, que perscrutari contemplarique non possumus, pro cedit omne quod possumus. Quod possum uideo: unde possum, non uideo: nisi quia & hoc haecenus uideo, quia noui esse a Deo. Quare autem illum quod non illum, multum est a me. Abyssus est, profundum crucis est.

Habitare Christi per fidem in cordibus uestris. Fides in nobis, Christus in nobis. Quid enim aliud ait Apostolus, habitare Christum in cordibus uestris per fidem? Ergo fides tua de Christo, Christus est in corde tuo.

In interiore homine habitat Christus, ut ait Apostolus. Ad ipsum enim pertinet uidere ueritatem: cum ille dixerit. Ego sum ueritas. Et cum loquebatur in Apostolo dicente. An uultis experimentum accipere eius qui in me loquitur Christus? Non ei foris utique, sed in ipso corde id est in illo cubili ubi orandum est, loquebatur.

Item eorundem Apostolicorum uerborum explanatio.

Nunc enim dicitur homini. Tolle crucem tuam & sequere me. Cruciatum autem caro, cum mortificantur membra nostra super terram. Fornicatio, immunditia, luxuria, auaritia, & cetera huiusmodi. De quibus dicit. Si enim secundum carnem uixeritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Hinc etiam de seipso dicit. Mi-

hi autem mundus crucifixus est & ego mundo. Et alio loco. Scientes, inquit, quia uetus homo noster simul confixus est cruci cum illo, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruamus peccato. Quandiū ergo id agunt opera nostra ut euacuetur corpus peccati, quandiū exterior homo corrumpitur, ut interior renouetur de die in diem: tempus est crucis. Haec sunt etiam bona opera quidem, tamen adhuc laboriosa, quorū merces requies est. Sed ideo dicitur spe gaudentes: ut cogitantes requiem futuram, cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno ubi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus. Per latitudinem, hilaritatem operantis, quia tristitia facit angustias. Per altitudinem, cui caput adiungitur: expectationem retributionis de sublimi iustitia Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. His quidem qui secundum tolerantiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem: quaerentibus uitam aeternam. Itaque etiam longitudo qua totum corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat unde longanimes dicuntur qui tolerant, profundum autem: quod terrae infixum est: secretum sacramenti praefigurat. Recordaris enim, nisi fallor, quae uerba apostolica in ista designatione crucis expediunt, ubi ait. In charitate radicati, & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis: quae sit latitudo, longitudo, altitudo & profundum. Caritas in commune magis, quam in priuatum consulens: dicitur non quaerere quae sua sunt. Haec uiuunt corda in seculum seculi, tanquam saturata pane caelesti. Merito ergo istorum qui saturantur, uiuent corda in seculum seculi. Vita enim Christus est: qui habitat in cordibus eorum interim per fidem, post etiam per speciem. Vident enim nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Vnde ipsa charitas nunc in bonis operibus dilectionis exercetur, qua se ad subueniendum quaqua uersum potest porrigit, & haec latitudo est. Nunc longanimitate aduersa tolerat, & in eo quod ueraciter tenuit perseverat, & haec longitudo est. Hoc autem totum propter adipiscendam uitam aeternam facit, quae illi promittitur in excelsis, & haec altitudo est. Existit uero ex occulto ista charitas: ubi fundati quodammodo, & radicati sumus, ubi cause uoluntatis Dei non inuestigantur. Cuius gratia sumus salui facti, non ex operibus iustitiae quae nos fecimus: sed secundum eius misericordiam. Voluntarie quippe genuit nos uerbo ueritatis. Et haec uoluntas eius in abdito est. Cuius secreti profunditate quodammodo apostolus expauescens clamat. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Quis enim cognouit sensum domini? Et hoc est profundum. Altitudo quippe commune nomen est excelsis & profundis. Sed cum in excelsis dicitur: sublimitatis eminentia

Rom. 11.

Ex libr. de gra. no. 10. 1. Cor. 13.

Ibidem

Titi. 3. Iacob. 1.

Rom. 11.

Esai. 40.

Psal. 97.

Psal. 35.

1. Cor. 10.

1. Cor. 13.

mentia, commendatur. Cum autem in profundo: difficultas inuestigationis & cogitationis, unde & illud Deo dicitur. Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profunda facta sunt cogitationes tuae. Et iterum. Iudicia tua uelut abyssus multa. Hinc igitur est illud apostoli. Huius rei gratia, inquit, flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtute corroborari per spiritum eius, in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris: ut in charitate radicati & fundati, praeualeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, & longitudo, altitudo, & profundum: scire etiam supereminentem scientiam charitatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Attende omnia diligenter. Huius rei gratia, inquit, flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelo & in terra nominatur. Queris cuius rei gratia hoc supra dixerat. Propter quod peto non infirmari in tribulationibus meis pro uobis. Hoc ergo eis optat, ut non infirmantur in tribulationibus apostoli, quas pro illis sustinebat, & pro hoc flectebat genua ad patrem.

Proinde non infirmari unde illis sit, sequitur & dicit. Ut det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtute corroborari per spiritum eius. Haec sunt diuitiae de quibus dicit. O altitudo diuitiarum. Abditas enim habent causas, ubi nullis meritis praecedentibus quid habemus quod non accepimus? Deinde sequitur, & quid oportet adiungit. In interiore, inquit, homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Haec est uita cordium: qua uiuimus in seculum seculi ab initio fidei usque ad finem speciei. Ut in charitate, inquit, radicati & fundati, praeualeatis comprehendere cum omnibus sanctis. Ista est communio cuiusdam diuinae, caelestisque reipublicae. Hinc saturantur pauperes non sua quaerentes, sed quae Iesu Christi, id est non commoda priuata sectantes, sed in commune ubi salus omnium est consulentes. Nam de ipso pane quo tales saturantur, quodam loco apostolus ait. Vnus panis, unum corpus multi sumus. Quid ergo? Comprehendere quae sit, inquit, latitudo. Sicut iam dixi, in bonis operibus, quibus beneuolentia porrigitur usque ad diligendos inimicos. Et longitudo ut longanimitate pro hac latitudine molestiae tolerentur. Et altitudo: ut pro his aeternum quod in supernis est praemium, non uanum aliquid temporale speretur. Et profundum: unde gratuita gratia Dei secundum secretum, & abditem uoluntatis eius existit. Ibi enim radicati, ubi fundati sumus. Radicati propter agriculturam, fundati propter aedificationem. Quae quoniam non est ab homine, dicit alio loco idem apostolus. Dei agricultura, Dei aedificatio estis. Hoc totum agitur, cum in hac nostra peregrinatione fides per dilectionem

operatur. In futuro autem saeculo perfecta & plena charitas sine ulla malorum tolerantia, non fide credit quod non uidet: nec spe desiderat quod non tenet: sed in aeterna ueritatis incommutabilem speciem contemplabitur: cuius sine fine quietum opus erit laudare quod amat, & amare quod laudat. De hoc consequenter dicit. Scire etiam supereminentem scientiam charitatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. In hoc mysterio figura crucis ostenditur. Qui enim quia uoluit mortuus est, quomodo uoluit mortuus est. Non frustra igitur tale genus mortis elegit, nisi in eo quoque latitudinis huius, & longitudinis, & altitudinis, & profunditatis magister exhiberet. Nam latitudo est in eo ligno quod transuersum desuper figitur, hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo quod ab ipso ligno usque ad terram conspicuum est. Ibi enim quodammodo statum, id est persistitur, & perseveratur: quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quae ab illo quod transuersum figitur, sursum uersus relinquatur, hoc est ad caput crucifixi, quae bene separantium superna expectatio est. Iam uero illud ex ligno quod non apparet, quod fixum occultatur, unde totum illud exurgit, profunditatem significat gratuita gratia, in quo multorum ingenia coneruntur, id est uestigare conantia, ut ad extremum eis dicatur. O homo, tu quis es, qui respondeas deo? Intelligentes igitur peregrinationem nostram in hac uita, mundo crucifigamur, extendentes manus in latitudine bonorum operum, & longanimitate usque in finem perseverantes, atque habentes cor sursum ubi Christus est in dextera Dei sedens, totumque hoc non nobis, sed illius misericordiae tribuentes, cuius profunda iudicia omnem scrutatorem fatigant. Haec enim est non inaniter fabulosa, utiliter uerax latitudo, longitudo, altitudo, profundum: unde perueniamus etiam ad supereminentem scientiam charitatis Christi, & impleamur in omnem plenitudinem Dei.

Non enim frustra talem mortem elegit, in cuius potestate erat, uel mori uel non mori. Quare non in potestate sic, uel sic mori? Non ergo frustra crucem elegit, ubi te huic mundo crucifigeret. Nam latitudo est in cruce transuersum lignum, ubi figuntur manus, propter bonorum operum significationem. Longitudo est in ea parte ligni, quae ab ipso transuerso ad terram tendit. Ibi enim corpus crucifigitur, & quodammodo stat, & ipsa statio perseverantiam significat.

Altitudo autem in illo ligno est, quod ab eodem transuerso sursum uersus ad caput eminet: & significatur superiorum expectatio. Vbi profundum nisi in ea parte quae terrea defixa est? Occulta est enim in abdito. A te non uidetur, sed inde eminet quod uidetur. Post haec omnia tu iam extende te, si potes ad cognoscendam agnitionem charitatis Christi superer-

Roman.

Coloss.

Ex ser. in basilica Triclaris

supereminentem scientia. Cum perueneris, impleberis in omnem plenitudinem dei. Tunc erit illud facie ad faciem. Impleberis enim in omnem plenitudinem Dei, non ut tu sis Deus plenus, sed ut sis plenus Deo.

Ex tractatu Psalm. 103.

Pennae animarum quae sunt, nisi quibus sursum attollantur; Pennae ergo animarum, uirtutes, bona opera, recte facta. In duobus alijs habent omnes pennas. Omnia enim praecipua in duobus praecipuis sunt. Quisquis dilexit deum & proximum, animam habet pennatam liberis alis. sancto amore uolantem ad Deum. Quisq; implicatur amore carnali uiscum habet in pennis. Vnde ille gemens in tribulationibus dicit. Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & uolabo, & requiescam? Item alio loco. Si accepero pennas meas sicut columba, & uolauero in extremis maris. Ergo habent bonas alas & liberatas, & nullo uisco obligatas animae bene operantes, Dei praecipua habentes, charitatem de conscientia pura, & fide non ficta. Sed quantumuis sint praedita uirtutibus charitatis, quid ad illam dilectionem Dei qua sunt dilectae, etiam cum uisco essent implicatae? Maior ergo in nos dilectio Dei, q̄ nostra in illum, Nostra dilectio pennae nostrae sunt. Iam dicebat quibusdam Apostolus. Fleto genera mea pro uobis ad patrem, ut det uobis secundum interiorem hominem habitare Christum per fidem in cordibus uestris. In charitate radicati & fundati. Iam dat illis charitatem, dat illis alas & penas. Ut possitis, inquit, comprehendere, quae sit latitudo, longitudo, altitudo, & profundum. Et quid postea? Cum haec dixisset apostolus adiecit. Scire etiam supereminentem scientiam charitatis Christi, cum iam dictum fuisset. In charitate radicati, & fundati. Amatis enim Christum, & ideo in cruce operamini. Sed nunquid amatis quantum ille uos amauit? Amando autem quantum

Psalm. 54. Psal. 138.

amatis, uolatis ad eum ut cognoscatis quemadmodum uos ille amauerit, hoc est ut sciatis supereminentiam charitatis Christi. Amatis enim uos quantum potestis. Sed ille ambulat super pennas uentorum.

In charitate radicati, & fundati: ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire etiam supereminentem scientiam charitatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus, secundum uirtutem quae operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes saeculi saeculorum Amen.]

Ex lib. ad Paulinam de uidentia deo.

Ergo haec uerba apostoli Pauli sic intelligere soleo. In latitudine bona opera charitatis. In longitudine perseverantiam usq; in finem. In altitudine spem caelestium premiorum. In profundo inscrutabilia iudicia Dei, unde ista gratia in homines uenit, & hunc intellectum coaptare etiam sacramento crucis, ut in latitudine accipiatur transuersum lignum qua extenduntur manus propter operum significacionem. In longitudine ab ipso usq; in terram: ubi

totum corpus crucifixum stare uidetur. Quod significat persistere, hoc est longanimiter permanere. In altitudine ab ipso transuerso ligno sursum uersus quo caput eminet, propter expectationem supernorum, ne illa opera eius bona, atque in eis perseverantia propter beneficia terrena, ac temporalia facienda credatur, sed potius propter illud quod desuper semper iterum sperat fides, quae per dilectionem operatur. In profundo autem pars est illa ligni, quae in terra abdito defixa latet: sed inde consurgit illud omne quod eminet: sicut ex occultata Dei uoluntate uocatur homo ad participationem tantae gratiae, alius sic, alius autem sic. Supereminente uero scientia charitatis Christi eam profecto ubi pax illa est, quae praecelsum omnem intellectum, qui nos in omnem plenitudinem Dei misericordia sua implere dignetur: ut uideri possit a nobis. Hanc plenitudinem Dei, quidam in sermone Apostoli sic intellexerunt: ut putarent nos hoc omnino futuros quod Deus est. Haec enim uerba sicut recognoscit Apostolus ita posuit loquens. Cognoscere etiam supereminentem scientiam charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Quapropter si aliquid (inquit) minus quam Deus habebimus, & in aliquo minores erimus, quomodo implebimur in omnem plenitudinem Dei? Sed quoniam implebimur, profecto erimus aequales. Auerfari istum utique, & detestari humanam mentis errorem, scio, & recte facis. Beati mundo corde, quia ipsi Deum uidebunt. Non cum eis sicut corpus ex aliquo loci interuallo appareret: sed cum uenerit ad eos, et mansionem fecerit apud eos: quoniam sic implebuntur in omnem plenitudinem Dei. Non cum fuerint, & ipsi plenus Deus, sed cum perfecte fuerint pleni Deo.

10

20

30

40

50

60

Matth. 5. Ioan. 14.

CAPVT IIII.

Obsecro itaq; uos ego uictus in domino, ut digne ambuletis uocatione, qua uocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate.

Sic ergo dilectissimi diligite otium, ut uos ab omni terrena delectatione refrenetis, & memineritis nullum locum esse ubi non possit laqueos tendere, qui timet ne reuolemus ad Deum: & inimicum omnium bonorum, cuius captiui fuimus, iudicemus: nullamq; esse nobis perfectam requiem cogitetis, donec trahatur iniquitas, & in iudicium iustitia conuertatur. Item cum aliquid strenue atq; alacriter agitis, & impigre operamini, siue in orationibus, siue in ieiunijs, siue in eleemosynis, uel tribuentibus aliquid indigentibus, uel donantes iniurias, sicut & deus in Christo donauit uobis, siue domantes consuetudines perniciosas, castigantesq; corpus, seruituti subdientes, siue sufferentes tribulationem, & ante omnia uos ipsos inuicem in dilectione. Quid enim sufferat qui fratrem non suffert? Siue prospicientes astutiam, atque insidias tentatoris, & scuto fidei acula eius ignita repellentes, & extinguentes.

Ex epi. ad Eudoxium

Ex ser. 1. in p̄scapite

entes. Siue cantantes, & psallentes in cordibus uestris Domino, uel uocibus a corde non dissotis, omnia in gloriam Dei facite, qui operatur omnia in omnibus, atque ita feruente spiritu, ut in Domino laudetur anima uestra. Ipsa est enim actio recti itineris, quae oculos semper habet ad Dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes. Talis actio nec fragitur negotio, nec frigida est otio, nec turbulenta, nec marcida est, nec audax, nec fugax, nec praecipus, nec iacens. Haec agite, & Deus pacis erit uobiscum. Solliciti seruate unitatem spiritus in uinculo pacis.

Ex ser. de blasf. spiri. sancti.

Ecclesia accepit hoc donum, ut in spiritu sancto fiat remissio peccatorum. Quam remissionem cum trinitas faciat, proprie tamen ad spiritum sanctum intelligitur pertinere. Ipse est enim spiritus adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater: ut ei possimus dicere, Dimitte nobis debita nostra. Et in hoc cognoscimus, sicut Ioannes apostolus ait: Quoniam in nobis manet de spiritu quem dedit nobis. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij dei. Ad ipsum enim pertinet societas qua efficiuntur unum corpus unici filij Dei. Vnde scriptum est. Si qua igitur exhortatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus. Propter hanc societatem illi in quos primitus uenit, linguis omnium gentium sunt locuti: quia per linguas consolatium constat generis humani. Et sic oportebat per linguas gentium significari istam societatem filiorum Dei, & membrorum Christi futuram in omnibus gentibus: ut quemadmodum tunc ille apparebat accepisse spiritum sanctum, qui loquebatur linguis omnium gentium: ita nunc ille se agnoscat accepisse spiritum sanctum, qui tenetur uinculo pacis ecclesiae, quae diffunditur in omnibus gentibus. Vnde dicit Apostolus. Studentes seruate unitatem spiritus in uinculo pacis. Sicut enim corpus unum est, & membra multa sunt: omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum corpus sunt: ita & Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudaei, siue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes uno spiritu potati sumus.

Philipp. 2.

1. Cor. 12.

Ex ser. 1. in p̄scapite

Vnum corpus, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestre.] Ideo spiritus sanctus omnium gentium linguis se demonstrare dignatus est: ut ille se intelligat habere spiritum sanctum, qui in unitate ecclesiae continetur: quae linguis omnium loquitur. Paulus dicit Apostolus. Vnum corpus, & unus spiritus. Membra nostra attendite. Multis membris constat unum corpus, & uegetat membra omnia unus spiritus. Ecce humana spiritu quo sum ipse homo, membra omnia colligo, & aegero: impero membris ut moueantur: intendo oculos ad uidentem: aures ad audiendum: linguam ad loquendum: manus ad operandum: pedes ad ambulandum. Officia membrorum dispersita sunt: sed unitas spiritus continet omnia. Multa iubentur:

multa sunt. Vnus iubet: uni seruitur. Quod est spiritus noster, id est anima nostra ad membra nostra: hoc est spiritus sanctus ad membra Christi, ad corpus Christi, quod est ecclesia. Ideo apostolus cum corpus unum nominasset, ne intelligeremus mortuum corpus: Vnus, inquit, corpus. Sed rogo te, uiuis hoc corpus? Viuis, unde & unus spiritus. Iam uero si membrum praecidatur de corpore, nunquid sequitur spiritus? Et tamen membrum agnoscitur. Sic & homo separatus ab ecclesia. Quae ab illo sacramentum, inuenis. Quae? Quae? Nisi in tus spiritu uegeteris, frustra foris de forma gloriaris. Vnus Dominus, una fides, unum baptisma. Vnus deus, & pater omnium: qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.]

Ex li. de trinitate. 13.

Aliud sunt ea quae creduntur: aliud fides qua creditur. Illa quippe in rebus sunt, quae uel esse, uel fuisse, uel futura esse creduntur. Haec autem in animo credentis est, ei tantum conspicua cuius est: quam uis sit in alijs, non ipsa sed similitudo. Non enim numero est una, sed genere. Propter similitudinem tamen ex nulla diuersitate magis unam dicimus esse quam multas. Nam & duos homines simillimos cum uiderimus, unam faciem dicimus & miramur amborum. Facilius itaq; dicitur multas animas fuisse, singulas utiq; singulorum, de quibus legimus in Actibus Apostolorum quod eis fuerit anima una: quam ubi dixit Apostolus: una fides. Tot eas audet quisquam dicere quot fideles. Et tamen qui dicit: O mulier, magna est fides tua: & alteri: Modicae fidei, quare dubitasti? suam cuiq; esse significabat. Sed ita dicitur eadem fides una, quemadmodum eadem uolentium uoluntas una: cum & in ipsis qui hoc idem uolunt, sua uoluntas sit cuique conspicua, alterius uero lateat, quam uis idem uelit. Et si aliquibus signis sese indicet, creditur potius, quam uidetur. Vnusquisque autem sui animi conscius, non credit utique hanc esse suam, sed plane prauidet uoluntatem.

Matth. 15. et 54

Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.]

Ex tracta. eu. sec. Ioan. 14.

Quid est hoc? Non enim ad mensuram datum est spiritum. Audi Apostolum dicentem. Secundum mensuram donationis Christi: Hominiibus ad mensuram dat: unico filio non dat ad mensuram. Quomodo hominiibus ad mensuram? Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae, secundum eundem spiritum. Alij fides in eodem spiritu. Alij prophetia. Alij diiudicatio spirituum. Alteri genera linguarum, alij donatio curationum. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetae? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes dona habet sanctorum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Aliud habet ille: aliud iste. Et quod habet iste, non habet ille. Mensura est, diuisio quadam diuinarum est. Ergo hominiibus ad mensuram datur, & concordia ibi unum corpus facit. Quomodo

do aliud accipit manus ut operetur: aliud oculus ut uideat: aliud auris ut audiat: aliud pes ut ambulet: anima tamē una est quæ agit omnia: in manu ut operetur, in pede ut ambulet: in auro ut audiat, in oculo ut uideat, sic sunt etiā diuersa dona fidelium, tanquam mēbra ad mensuram propriam cuiq; distributa. Sed Christus qui dat, non ad mensuram accipit.

Propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est, nisi quia descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit: ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia.]

Ex tractatu psalm. 67.

Ad ipsum Dominum locutione conuersa, Ascendisti, inquit, in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Hoc Apostolus sic commemorat, sic exponit de Christo Domino loquens. Vnicuiq; autem nostrū, inquit, datur gratia secundum mensuram donationis Christi: propter quod dicit. Ascendēs in altum captiuasti captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos: ut adimpleret omnia. Christo ergo sine dubitatione dictum est. Ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Nec moueat quod apostolus idē testimoniū commemorans non ait, accepisti dona in hominibus, sed dedit dona in hominibus. Ille quippe autoritate Apostoli, secundū hoc locutus est quod Deus cum patre sit filius. Secundum hoc quippe dedit dona hominibus mittens eis spiritum sanctum, qui spiritus sanctus est patris & filij. Secundum illud uero, quod idem ipse Christus in corpore suo intelligitur, quod est ecclesia: propter quod & mēbra sunt eius sancti, & fideles eius: unde eis dicitur: uos autem estis corpus Christi & membra: proculdubio & ipse accepit dona in hominibus. Christus quippe ascendit in altum, & sedet ad dexteram patris. Sed nisi & hic esset in terra, non inde clamasset: Saule Saule quid me persequeris? Cum igitur idem ipse dicat: Quādo uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: quid dubitamus eum accipere in membris suis, quæ dona membra eius accipiūt? Sed quid est captiuasti captiuitatem? utrum quia uicit mortem, quæ captiuos tenebat in quibus regnabat: an ipsos homines appellauit captiuitatem, quia captiui sub diabolo tenebantur? Cuius rei mysterium continet etiam titulus illius Psalms, quando domus edificabatur post captiuitatem: id est ecclesia post gentilitatem. Ipsos itaq; homines, qui captiui tenebantur, appellans captiuitatem: sicut militia cum dicitur, intelliguntur & qui militant: eandem captiuitatem à Christo captiuatam dicit. Cur enim non sit captiuitas felix? Sic & ad bonum homines possunt capi. unde Petro dictū est. Ex hoc iam homines eris captiens. Captiuati ergo, quia capti, & capti, quia subiugati, sub leuē illud iugum missi, liberati à peccato, cuius serui erāt,

1. Cor. 12.

Actuum. 9. Matth. 25.

Luc. 5.

& iustitiæ serui facti, cuius liberi erant. Vnde & ipse in illis est qui dedit dona hominibus. Ideoq; in ista captiuitate, in ista seruitute, in isto curru, sub isto iugo non sunt millia plorantiū, sed millia latantiū: Dominus quippe in illis in sina in sancto. Cui sensui congruit interpretatio, qua interpretatur Sina mēsurā. Nam de his donis lætitiæ spiritalis apost. loquens id quod supra commemorauit, uniuersis nostrū, inquit, data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Ac deinde sequitur quod etiam hic sequitur. Propter quod dicit. Ascendit in altum, captiuasti captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod hic est, accepisti dona in hominibus. Quid hac & illa ueritate concordius? Quid manifestius? Proculdubio spiritus sanctus donum Dei est, de quo dominus ait. Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. Nam quod ibi ait, Flumina de uentre eius fluent aqua uiuā, hoc isto loco. Fiet, inquit, in eo fons aquæ salientis in uitam æternā. Paulus quoq; apostolus. Vnicuiq; inquit, nostrum datur gratia secundū mensuram donationis Christi. Atq; ut donationem Christi spiritum sanctum ostenderet, secutus adixit. Propter quod dicit. Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Notissimum est autem dominum Iesum, cum post resurrectionem à mortuis ascēdisset in cælum, dedisse spiritū sanctum: quo impleti qui crediderant linguis omnium gentium loquebantur. Nec moueat quod ait dona, nō donum. Id enim testimoniū de Psalmo posuit. Hoc autem in Psalmo ita legitur. Ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Sic enim plures codices habent, & maxime Greci, & ex Hebræo sic interpretatum habemus. Dona itaq; dixit Apostolus quem addum propheta nō donum. Sed cū propheta dixerit accepisti in hominibus, apostolus maluit dicere dedit hominibus: ut ex utroq; scilicet uerbo, uno prophetico, apostolico altero, quia in utroq; est diuini sermōis autoritas, sensus plenissimus redderetur. Vtrūq; enim uerū est, & quia dedit dona hominibus, & quia accepit in hominibus. Dedit hominibus tanquā caput mēbris suis: accepit in hominibus idem ipse utique in membris suis. Propter quæ membra sua clamauit de cælo. Saule Saule quid me persequeris? Et de quibus mēbris suis ait. Quando uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ipse ergo Christus & dedit de cælo & accepit in terra. Porro autem ob hoc dona ambo dixerunt, & propheta & apostolus, quia per donum quod est spiritus sanctus in cōmune omnibus membris Christi multa dona quæ sint, quibusque propria diuiduntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, alij alia: quam uis ipsum donum à quo uniuersis propria diuiduntur, omnes habeant, id est spiritum sanctum. Nam & alibi cum multa dona commemorasset. Omnia, inquit, hæc operatur unus

Psalm. 97.

Ex lib. de trinitate 15.

Ioan. 4.

Ibidem.

Heb. 2.

unus atq; idem spiritus diuidens propria uniuersis, prout uult. Quod uerbum & in epistola quæ ad Hebræos est inuenitur: ubi scriptum est. At testante Deo signis, & ostentis, & uarijs uirtutibus, & spiritus sancti diuisionibus. Et hic cū dixisset. Ascendit in altum, captiuasti captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit ait, quid est nisi quia & descendit in inferiores partes terræ? Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cælos ut impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam uero euangelistas, quosdam autem pastores & doctores. Ecce quare dicta sunt dona. Quia sicut alibi dicit, Nūquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetae, &c.

1. Cor. 12.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos: quosdam autem prophetas: alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij in edificationem corporis Christi.]

Ex li. ad Pauli num. episcop.

De prophetis quod ait Apostolus, Quosdam quidem dedit Deus in ecclesia apostolos: quosdam autem prophetas: hoc intelligo quod ipse scripsit: prophetas eos dictos isto loco, ex quibus Agabus erat: non illos qui uenturum in carne Deum prophetauerunt. Euangelistas uero inuenimus, quos Apostolos fuisse non legimus, sicut fuerunt Marcus & Lucas. Pastores autem & doctores quos maxime ut discerneremus uoluisti, eosdem puto esse: sicut & tibi uisum est, ut nō alios pastores, alios doctores intelligamus. Sed ideo cum prædixisset pastores, subiunxit & doctores, ut intelligerent ad officium suum pertinere doctrinam. Ideo enim non ait, Quosdam autem pastores, quosdam uero doctores, sed cum superiora ipso locutionis genere distingueret, dicendo quosdam Apostolos, quosdam autem prophetas: quosdam uero euangelistas: hos tanquam unū aliquid duobus hominibus complexus est.

Ex lib. de ciu. dei 17.

Genes. 2.

Ex lib. de trinitate 15.

Quosdam autem pastores, & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in edificationem corporis Christi. Ut enim in exordio generis humani de latere uiri dormientis costa detracta femina fieret, Christum & ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille uiri, mors erat Christi, cuius exanimis in cruce pendens latus lancea perforatum est, atq; inde sanguis & aqua defluxit. Quæ sacramenta esse nouimus, quibus edificatur ecclesia. Nam hoc etiam uerbo scriptura usa est: ubi non legitur formauit, aut finxit: sed edificauit eam in mulierem. Vnde & Apostolus edificationem dixit corporis Christi, quod est ecclesia.

Hæc est domus, quæ sicut Psalmus canit, edificatur post captiuitatem: quoniam qui sunt à diabolo eruti, à quo captiui tenebatur: de his edificatur corpus Christi, quæ domus, appellatur ecclesia. Hanc autem captiuitatem ipse captiuasti: quia diabolum uicit. Et ne illa quæ futura erant sancti capitis membra in æternū supplicium secum traheret, eum iustitiæ prius, deinde potētiæ uinculis alligauit. Ipse itaq;

diabolus est appellatus captiuitas: quam captiuasti qui ascendit in altum, & dedit dona hominibus, uel accepit in hominibus.

Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia, ad circumuentionem erroris.]

Ex lib. de ciu. dei 22.

Quod ait Apostolus, occursuros nos omnes in uirum perfectum, si hoc ad resurrectionis formam inquirat quisquam referendū esse, utiq; Christus in ea mensura corporis in qua mortuus est, resurrexit. Nec fas est dicere cum resurrectionis omnium tempus uenerit, accessuram corpori eius eam magnitudinem quam non habuit. Si autem dixerimus ad dominici corporis modum etiam quorumcumq; maiora corpora redigenda, peribit de multorum corporibus plurimum: cum ipse nec capillum periturum promiserit. Restat ergo ut suā recipiat quisq; mensuram, quæ uel habuit in iuuentute, etiam si senex est mortuus, uel fuerat habiturus si est ante defunctus. Atque illud quod commemorauit Apostolus de mensura gratis plenitudinis Christi, aut propter aliud intelligamus dictum esse, id est ut illi capiti in populis Christianis accedente omnium perfectione membrorum ætatis eius mensura compleatur, aut si hoc de resurrectione corporum dictum est, sic accipiamus dictum, ut nec infra, nec ultra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorum, sed in eius ætate & robore, usque ad quam Christum hic peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos defuerunt esse etiam seculi huius doctissimi homines iuuentutem. Quæ cum fuerit proprio spatio terminata, inde iam hominem in detrimenta uergeret grauioris ætatis: & ideo non esse dictum, in mensuram corporis, uel in mensuram staturæ, sed in mensuram ætatis corporis plenitudinis Christi.

Ex lib. de ciu. dei 22.

1. Cor. 12. Coloss. 2.

Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia qui est caput Christus: ex quo totum corpus conuictum et connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuersiusq; membrum augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate.] Ecce qui est uir perfectus, caput & corpus, quod constat omnibus membris, quæ suo tempore complebuntur. Quotidie tamen eisdem corpori accedunt dum edificatur ecclesia, cui dicitur. Vos autem estis corpus Christi & membra. Et alibi. Pro corpore, inquit, eius quod est ecclesia. Itemq; alibi. Unus panis, unum corpus multi sumus, de cuius corporis edificatione, & hic dictum est. Ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in edificationem corporis Christi. Ac deinde subiectum nunc agimus, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionem filij Dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, & cætera. donec eadem mensura in quo corpore intelligenda esset, ostenderet dicens. Augeamur in illo per omnia qui est caput

put Christus, ex quo totum corpus connexum & compactum per omnem tactum subministrationis secundum operationem in mensuram cuiusque partis. Sicut ergo est mensura uniuscuiusque partis, ita totius corporis, quod omnibus suis partibus constat, est utique mensura plenitudinis, de qua dictum est. In mensuram aetatis plenitudinis Christi. Quam plenitudinem etiam illo commemoravit loco ubi ait de Christo. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quae est corpus eius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus impletur.

Ephes. 1.

Hoc igitur dico & testificor in domino: ut iam non ambuletis sicut & gentes ambulantes in uanitate sensus sui: tenebris obscuratum habentes intellectum.

Ex tractatu Psal. 41.

OMnis qui intelligit, luce quadam non corporali, non carnali, non exteriori, sed interiori illustratur. Est ergo quaedam lux intus, quam non habent qui non intelligunt. Vnde iam eos qui desiderant fontem uitae, & inde aliquid carpunt, alloquitur Apostolus obsecrans & dicit. Ut iam non ambuletis sicut & gentes ambulantes in uanitate suae mentis obscurati intelligentia, id est quia non intelligunt obscurantur. Ergo qui intelligunt illuminantur.

Alienati a uita dei per ignorantiam, quae est in illis propter caecitatem cordis ipsorum: qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae omnium, in uanitatem. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & ipso edocti estis.

Ex ser. de sym.

ET anima humana secundum quaedam modum dicitur immortalis, sed non est uera immortalitas, ubi tanta est mutabilitas, per quam & deficere & proficere potest. Vnde mors eius est alienatio a uita Dei, per ignorantiam, quae est in illa. Vita uero eius concurrere ad fontem uitae, ut in lumine Dei uideat lumen.

Psal. 35.

Sicut non est a carne, sed supra carnem quod eam facit beate uiuere, sic non est ab anima quod eam facit beate uiuere. Quia ut uita carnis anima est, ita beata uita hominis Deus est. Duae uitae iunt, una corporis, altera animae. Sicut uita corporis anima, sic uita animae Deus. Et quomodo si anima deserat moritur corpus, sic anima moritur, si deserat deus. Anima recedens a luce iustitiae, quanto magis querit quid inueniat contra iustitiam, tanto plus repellitur a lumine ueritatis, & in tenebrosa demergitur.

Ex lib. sen. Proserpi.

Sicut est ueritas in Iesu: deponite uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

Ex libr. de passione domini.

Nequae enim, ut nonnulli putant, uetus homo corpus est, & nouus homo anima: sed corpus exterior homo est: anima interior. In interiore agitur haec uetustas & nouitas. Cum enim Apostolus diceret: Exuite uos ueterem hominem & induite nouum: non hoc iubebat ut corpus deponeretur: sed uita in melius mutaretur. Hoc denique consequenter edocuit. Nam uolens quid dixerit explanare: Quapropter inquit deponentes mendacium, loquimini ueritatem, unusquisque cum proximo suo.

Renouamini autem spiritu mentis uestrae, & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis.

Cum dixisset ad imaginem nostram, statim subiunxit. Et habeat potestatem piscium maris, & uolatilium caeli, & ceterorum animalium rationis expertum, ut uidelicet intelligamus in eo factum hominem ad imaginem Dei in quo irrationalibus animalibus antecellit. Id autem est ipsa ratio, uel mens, uel intelligentia, uel si alio uocabulo commodius appellatur. Vnde & apostolus ait. Renouamini spiritu mentis uestrae, & induite nouum hominem, qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius qui creauit illum, satis ostendens ubi sit homo creatus ad imaginem dei: quia non corporis lineamentis, sed forma quadam intelligibili mentis illuminata. Sicut enim post lapsum peccati homo in agnitione dei renouatur secundum imaginem eius qui creauit eum, ita in ipsa cognitione creatus est antequam delicto uetera sceret: unde rursus in eadem cognitione renouaretur.

Ex li. de Gene. ad lit. 3. Gen. 1.

Qui uero commemorati conuertuntur ad dominum, ab ea deformitate qua per cupiditates seculares conformabantur huic seculo, reformantur ab illo, audientes apostolum dicentem: Nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate mentis uestrae: ut incipiat illa imago ab illo reformari, a qua formata est.

Ex lib. de in. 14. Rom. 12.

Non enim reformare seipsam potest sicut potuit deformare, dicit enim alibi. Renouamini spiritu mentis uestrae, & induite nouum hominem eum qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Quod ait secundum Deum creatum, hoc alio loco dicitur ad imaginem Dei. Sed peccando iustitiam & ueritatem amisit, propter quod haec imago deformis & decolor facta est. Hanc recipit cum reformatur atque renouatur. Quod autem ait spiritum mentis uestrae, non ibi duas res intelligi uoluit: quia si aliud sit mens, aliud sit spiritus mentis: sed quia omnis mens spiritus est, non autem omnis spiritus mens est. Est enim spiritus & Deus, qui renouari non potest: quia nec ueterascere potest. Dicitur etiam spiritus in homine qui mens non sit: ad quem pertinent imagines similes corporum, de quo dicit ad Corinth. Si autem orauero lingua, spiritus meus orat: mens autem mea infructuosa est. Hoc enim ait, quod id quod dicitur non intelligitur: quia nec dici potest, nisi corporalium uocum imagines sonos oris in spiritu cogitatione perueniant. Dicitur & hominis anima spiritus, unde est et in euangelio. Et inclinato capite tradidit spiritum. Quo significata est mors corporis anima exeunte. Dicitur etiam spiritus pecoris: quod in Ecclesiaste libro Salomonis apertissime est, ubi ait. Quis scit spiritus filiorum hominum si ascendet ipse sursum: & spiritus pecoris si descendet ipse deorsum in terram? Scriptum est etiam in Genesi, ubi dicit diluuium mortuam carnem quae habebat in se spiritum uitae. Dicitur spiritus

spiritus etiam uentus, res apertissime corporalis, unde illud est in Psalmo. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quae faciunt uerbum eius. Quia ergo tot modis dicitur spiritus: spiritum mentis dicere uoluit eum spiritum qui mens uocatur. Sicut idem etiam apostolus in expoliatione corporis carnis non duas utique res intelligi uoluit: quasi aliud sit caro, aliud corpus carnis: sed quia corpus multarum rerum nomen est: quarum nulla caro est: nam multa sunt accepta carne, corpora caelestia & corpora terrestria: corpus carnis dixit corpus quae caro est. Sic itaque spiritum mentis: eum spiritum qui mens est. Alibi quoque apertius etiam imaginem nominauit: scilicet alijs uerbis id ipsum praecipiens. Expoliantes uos, inquit, ueterem hominem cum actibus suis: induite nouum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit eum. Quod ergo ibi legitur: induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est: hoc isto loco, induite nouum hominem qui renouatur secundum imaginem eius qui creauit eum. Ibi autem ait secundum Deum, hic uero imaginem eius qui creauit eum. Pro eo uero quod ibi posuit: in iustitia & sanctitate ueritatis: hoc posuit hic in agnitione dei. Fit ergo ista renouatio reformatioque mentis secundum Deum, uel secundum imaginem dei. Sed ideo dicitur secundum Deum, ne secundam aliam creaturam fieri putaretur: ideo autem secundum imaginem dei, ut in ea intelligeretur fieri haec renouatio ubi est imago dei, id est in mente. Quemadmodum dicimus secundum corpus mortuum esse, non secundum spiritum, eum qui de corpore fidelis & iustus abscedit. Quid enim dicimus secundum corpus mortuum: nisi corpore, uel in corpore: non anima, uel in anima mortuum? Aut si dicamus secundum corpus est pulcher, aut secundum corpus fortis, non secundum animam, quid est aliud quam corpore non animo pulcher aut fortis? Et innumerabiliter ita loquimur. Non itaque sic intelligamus secundum imaginem eius qui creauit eum, quasi alia sit imago secundum quam renouatur: non ipsa quae renouatur.

Colof. 3.

Propter quod deponentes mendacium loquimur ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus in uicem membra.

Ex ser. de hac lectione.

Nemo cogitet cum Christiano loquendam ueritatem, & cum pagano mendacium. Cum proximo tuo loquere. Proximus est omnis homo. Omnes proximi sumus conditione terrena natiuitatis. Et aliter fratrem illa spe caelestis hereditatis proximum tuum debes putare omnem hominem & antequam sit Christianus. Non enim nosti qualis sit futurus apud Deum qui modo aut ludaeus aut haereticus aut paganus est, forte per misericordiam Dei ita conuertetur ad dominum, ut inter sanctos primum locum habere mereatur.

Ex tractatu Psal. 4.

Iraescimini & nolite peccare. Si propterea irasceris seruo tuo quia peccauit, ne ipse pecces, irascere tibi. Iraescimini, inquit, & nolite peccare. Quod duobus modis

intelligi potest. Aut etiam si irascimini nolite peccare, id est etiam si surgit iam motus animi, qui iam propter poenam peccati non est in potestate, saltem non ei consentiat ratio & mens quae intus regenerata est secundum Deum, ut mente seruiamus legi Dei, si adhuc seruimus carne legi peccati. Aut agite poenitentiam, id est irascimini uobismetipsis de praeteritis peccatis, & ulterius peccare desinite.

Legebam, irascimini & nolite peccare: & quomodo mouebat Deus meus: qui iam didiceram irasci mihi de praeteritis: ut de caetero non peccarem?

Ex li. cōfess. 9.

Dictum est in Psalmo. Iraescimini & nolite peccare. Volo uos irasci, sed ut non peccetis. Ut autem non peccetis, quibus habetis irasci nisi uobis? Quid est enim homo poenitens, nisi homo irascens sibi? Ut accipiat ueniam, de seipso exigit poenam. Et recte dicit Deo.

Ex ser. de uer. euang. 35.

Auerte oculos a peccatis meis: quoniam peccatum meum ego agnosco, si tu agnosceris, & ille ignoscit.

Psal. 50.

Sol non occidat super iracundiam uestram.

Ex ser. Psal. 25

Intelligitur quidem & secundum tempus. Quia si ex ipsa conditione & infirmitate mortalitatis quam portamus, subrepat ira Christiano, non debet diu teneri & fieri pridiana. Eijce illam de corde antequam occidat lux ista uisibilis: ne te deserat lux illa inuisibilis. Sed & aliter melius intelligitur: quia noster sol iustitiae & ueritatis Christus est: cuius ueritate anima humana illustratur: ad quem gaudent Angeli prospicere: hominum autem infirmitate acies cordis etiam trepidant sub radijs eius, ad eum tamen contemplandum per mandata purgantur. Cum ipse sol coeperit in homine inhabitare perfidem, non tantam in te uideat iracundiam quae nascitur: ut occidat sol super iracundiam tuam, id est deserat Christus mentem tuam, quia non uult habitare cum iracundia tua.

Nulli irasci enti uidetur sua ira iniusta. Vnde ab omni indignatione cito redeundum est ad mansuetudinis lenitatem. Nam pertinax motus facile in eius odium transit, cui non celeriter ignoscit.

Ex lib. sent. Proserpi

Si irasci non est fas fratri suo: aut dicere racha: aut dicere fatue: multo minus est animo tenere aliquid, ut in odium indignatio conuertatur. Ad quod pertinet etiam quod alio loco dicitur. Non occidat sol super iracundiam uestram. Turbatus est ab ira oculus meus. Sed ira sua dicit oculus suum esse turbatum: neque hoc mirum est. Nam hic forsitan dictum est, Non occidat sol super iracundiam uestram.

Matth. 5. Ex li. 1. de ser. dom. in monte Psal. 6.

Ex tractatu Psal. 6.

Quod interiore solem, id est sapientiam Dei tanquam occasum in se pati arbitratu mens, quae sua perturbatione illum uidere non sinitur.

Supercecidit ignis, & non uiderunt solem. Videtis quomodo dicit quendam poenam obscurationis ignis. Supercecidit ignis superbie, ignis fumosus: ignis concupiscentia, ignis iracundiae. Quantus ignis est: super quem cecidit

Ex tractatu Psal. 57.

derit, non uidebit solem. Ideo dictum est: Non occidat sol super iracundiam uestram.

Psal. 67. Ergo fratres ignem malae concupiscentiae timete, si non uultis liquefieri sicut cera, & perire a facie Dei. Supercadet enim ignis iste, & solem non uidebitis. Quem solem? No istum quem tecum uident & pecora & musce, & boni & mali. Qui facit solem suum oriri super bonos & malos.

Sapient. 5. Est alius sol, de quo dicturi sunt illi: Et sol non est ortus in nobis.

Ex ser. de Psal. 11. In sacramento dictum accipitur: Non occidat sol super iracundiam uestram: neque detis locum diabolo. Intelligitur autem non de isto sole qui habet quandam claritatem inter caelestia uisibilia, qui communiter uideri potest & a nobis, & a bestiis: sed de illa luce quam non uident nisi pura corda fidelium, sicut dictum est. Erat lumen uerum quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. hoc enim lumen uisibilis solis etiam pecora minutissima & breuissima illuminat. Est ergo lumen uerum, iustitia, atque sapientia, quod desinit mens uidere, cum perturbatione iracundiae fuerit tanquam nubo superata, & tunc quasi occidit sol super iracundiam hominis.

Ioan. 1. Nolite locum dare diabolo. Qui surabatur, iam non suretur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat: sed si quis bonus ad edificationem Dei: ut det gratiam audientibus.]

Ex tractatu Psal. 41. Matth. 6. In abscondito te Dominus Iesus Christus iussit orare, sed si agnoscas, cubiculum tuum emundes ubi rogas Deum. Cum autem oratis, inquit, nolite esse sicut hypocritae, qui stant in plateis & uicis orantes, ut uideantur ab hominibus: Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuum, & claude ostium, & deprecare Dominum tuum in occulto. Et qui uidet in occulto, reddet tibi. Si homines redditori sunt, confundite ante homines precem tuam. Si Deus redditorus est, effunde ante eum precem tuam, & claude ostium ne tentator ingrediat. Tentator non cessat pulsare, ut irrumpat. Si clausum inuenerit, tranlit. Ideo apostolus, quia in nostra potestate est ostium claudere, ostium cordis non parietum, tibi enim & cubiculum, quia in potestate nostra est hoc solum ostium claudere. Neque detis, inquit, locum diabolo. Et enim si intrauit & possedit, attende quia tu negligenter clausisti, aut claudere neglexisti.

Quid est autem claudere ostium? Hoc ostium tanquam duas habet ualuas, cupiditatis, & timoris. Aut cupis aliquid terrenum, & hac intrat, aut times aliquid terrenum, & hac intrat. Timoris ergo & cupiditatis ianuam claude contra diabolum, aperi ad Christum. Quomodo ipsas ualuas aperis ad Christum? Cupiendo regnum caelorum, timendo ignem gehennarum. Per cupiditatem seculi diabolus intrat, per timorem ignis aeterni Christus intrat. Ecce martyres clauserunt ianuam contra diabolum, Christo aperuerunt. Promisit eis multa

mundus iste, riserunt. Clauserunt ualuam cupiditatis contra diabolum. Minatus est mundus iste bestias, ignes, cruces, non timuerunt. Clauserunt timoris ualuam contra diabolum. Videamus si aperuerunt illas Christo. Qui confessus, inquit, me fuerit coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo qui in caelis est. Amauerunt ergo regnum caelorum, ubi eos constabitur Christus. Quomodo eos confessurus est? Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab initio mundi. Confitebitur illos ad dexteram positos. Videamus si timoris Christo ualuam aperuerunt, quando diabolo clauserunt. Vno eodemque loco dominus monet hoc, ut & diabolo claudatur, & sibi aperiatur. Nolite inquit, timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Monuit ut timoris ualuam in faciem Diaboli clauderetur, ergo nihil est timendum. Non ergo aperitur aditus timoris Christo, quia clausus est diabolo? Statim subiicit, tanquam dicens, exclusisti eum, aperi mihi. Sed eum timete, inquit, qui habet potestatem & animam & corpus occidere in gehenna ignis.

Deus tunc ut doceat, diabolo tunc ut decipiat. Cui tamen nisi ille qui tunc deditur locum, inanis tunc tatio, & irridenda repellit, ideo Apostolus. Neque detis locum diabolo. Dant autem locum homines diabolo & concupiscentiis suis. Non enim uident diabolum homines cum quo pugnat, sed facile habent remedium. Seipsum interius uincant, & de illo foris triumphant.

Et nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

Sicut recte dicitur Deus facere quicquid ipso in nobis operante fecerimus, ita recte dicitur Deus requiescere cum eius munere requiescimus. Hoc quidem recte intelligimus, quia & uerum est, & non magnae intentionis indiget, ut uideamus ita dicere quiescere Deum cum requiescere nos facit, sicut dicitur cognoscere, cum nos efficit ut cognoscamus. Neque enim deus temporaliter cognoscit quod ante non nouerat, & tamen dixit Abraham, Nunc cognoui quod times deum. Vbi quid aliud accipimus, nisi nunc feci ut cognosceres? His locutionum modis cum ea quae accidunt Deo, tanquam illi accidant loquimur, eum facere agnoscimus, ut nobis accidant ea dumtaxat quae laudabilia sunt. Et haec quantum scripturarum usus admittit. Neque enim temere nos aliquid tale de deo dicere debemus, quod in scriptura eius non legimus. Ex hoc locutionis modo arbitror dictum illud apost. Pauli. Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Neque enim ipsa spiritus sancti quaestio quicquid ipse est, substantia contristari potest: cum habeat aeternam, atque incommutabilem beatitudinem magisque sit ipsa aeterna & incommutabilis beatitudo. Sed in sanctis habitat, ut eos impleat charitate: qua necesse est ut homines ex tempore gaudeant profectu fidelium &

Luce. 12.

Matth. 25.

Ibidem

Ex ser. de imolatioe Isaac

Ex li. de Gen. ad literam 4.

& bonis operibus, & ideo necesse est etiam contristentur lapsibus, uel peccatis eorum, de quorum fide & pietate gaudebant. Quae tristitia laudabilis est, quia uenit ex dilectione: quam spiritus sanctus infundit. Propterea ipse spiritus dicitur contristari ab eis qui sic agunt, ut eorum factis contristentur sancti, non ob aliud, nisi quia spiritum sanctum habent. Quod non tam boni sunt ut eos mali mactificet, hi maxime quos bonos fuisse siue nouerunt, siue crediderunt. Quae profecto tristitia non solum non culpanda, uerum etiam praecipue laudanda, ac praedicanda est. Hoc genere locutionis rursus idem apostolus mirabiliter usus est, ubi ait. Nunc autem cognoscentes Deum, immo cogniti a Deo. Neque enim tunc eos cognouerat Deus, praecognitos uidelicet ante mundi constitutionem: sed quia tunc ipsi eum ipsius munere non suo merito, uel facultate cognouerant, maluit tropice loqui, ut tunc ab illo cognitos diceret: cum eis se cognoscendum praestitit: & uerbum corrigere: quasi hoc minus recte dixerit, quod proprie dixerat: quam sinere ut hoc sibi arrogent se potuisse, quod eis posset ille donauerat. Hic ergo intellectus in eo quod positum est, requiescere Deum ab omnibus operibus suis, quae fecit bona ualde: quia ipse nos facit requiescere cum bona opera fecerimus.

Omnis amaritudo, ira, & indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a uobis: cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, doctores inuicem: sicut & deus in Christo donauit uobis.]

Ex lib. con. mendacium Blasphemia est per quam de ipso deo falsa dicuntur: et ideo peius est blasphemare, quam periurare: quoniam periurando falsa rei adhibetur Deus testis, blasphemando de ipso deo falsa dicuntur.

CAPVT V.

Stote ergo imitatores Dei sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos: & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odore suauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in uobis, sicut deceat sanctos: aut turpitudinis: aut stultiloquium: aut scurrilitas quae ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.]

Extra. 3a. eu. sec. Ioan. 9. Galat. 2. Traditus est propter delicta nostra: & dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Vnde ipse dicit Apostolus. Qui me dilexit, & tradidit seipsum pro me. Nisi ergo se traderet Christus, nemo traderet Christum. Quid habet Iudas nisi peccatum? Neque enim in tradendo Christum salutem nostram cogitauit, propter quam est traditus Christus. Sed cogitauit pecuniam lucrum, & inuenit animae detrimentum. Accipit mercedem quam uoluit, sed nolenti est data quam meruit. Tradidit Iudas Christum, tradidit Christus seipsum. Ille agebat negotium suae uenditionis, iste nostrae redemptionis.

Nolite debetis, & intelligere qui potestis, credere aut qui intelligere non potestis, in ea substantia qua Deus est, non quasi per corporis molem sensus proprijs locis distributos, sicut in carne mortali quorumcumque animalium

Ex tractatu sec. Ioan. 9. 6.

alibi est uisus, alibi auditus, alibi olfactus, per totum autem tactus. Absit hoc credere in illa incorporea immutabilis natura. Audire ergo tibi & uidere id ipsum est. Dicitur & olfactus in Deo, unde dicit apostolus. Sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Et gustus intelligi potest, secundum quem deus & odit amaricantes, & nec frigidus, nec calidos, sed tepidos euomit ex ore suo. Et Deus Christus dicit. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui me misit. Est etiam tactus ille diuinus, unde dicit sponsa de spso. Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius amplectitur me. Non sunt haec in Deo per diuersa corporis loca. Cum enim dicitur scire, tibi sunt omnia, & uidere, & audire, & olfacere, & gustare & tangere sine ulla eius mutatione substantiae sine ulla mole, quae in alia parte maior, in alia minor, etiam in sensibus pueri, i peccatore cogitatur quando deus sic cogitatur. Nec mireris quod ineffabilis Dei scientia qua nouit omnia, per uarios humanae locutionis modos omnium istorum corporalium sensuum nominibus nuncupatur, cum & ipsa mens nostra, id est homo interior, cui uniformiter scienti per hos quinque ueluti corporis nuncios diuersa nunciantur, quando immutabilem ueritatem intelligere eligat, diligit, & lumen uidet, de quo dicitur. Erat lumen uerum. Et uerbum audit, de quo dicitur. In principio erat uerbum. Et odorem caput, de quo dicitur. Post odorem unguentorum tuorum curremus. Et fontem bibit, de quo dicitur. Apud te fons uitae. Et tactu fruitur, de quo dicitur. Mihi autem adherere Deo bonum est. Nec aliud atque aliud, sed una intelligentia tot sensuum nominibus nuncupantur.

Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo uos seducat in uerbis, propter haec enim uenit ira Dei in filios dissidentiae.]

Positurus est enim uos ad dexteram: hoc uos ad sinistram. Et dicitur uobis, id est iustis. Venite benedicti patris mei: percipite regnum quod uobis paratum est a constitutione mundi. De hoc utique regno dixit apostolus, cum enumeraret opera mala: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Audi quid audiant, Ite, inquit, in ignem aeternum qui preparatus est diabolo & angelis eius. Quapropter quis praesumere audeat de nomine Christiano: & non cum omni obedientia & timore audiat apostolum dicentem: Hoc enim scitote cognoscentes: quoniam omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruus, non habet hereditatem in regno dei & Christi. Nemo uos seducat in uerbis: propterea enim uenit ira Dei in filios dissidentiae. Nolite itaque effici participes eorum. Latius autem ad Corinthios haec dicit. Nolite errare: neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles,

Ioan. 4.

Cantic. 2.

Ioan. 1.

Cantic. 1.

Psal. 33. et 72.

Ex lib. de poenitentia

Galat. 5.

Matth. 25.

1. Cor. 6. neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Sed uide quemadmodum timorem & desperationem salutis abstulerit eis, qui hæc in uita uetere commiserunt. Et hæc quidem, inquit, fuistis, sed ab luti estis: sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Quisquis ergo post baptismum aliquo pristinorum malorum opere obligatus tenetur, usque adeo ne sibi inimicus est, ut adhuc dubitet uitam mutare dum tempus est, cum ita peccat & uiuit: Nam utique quod ita perseueranter peccat, thesaurizat sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Quod autem adhuc uiuit, patientia Dei ad poenitentiam eum adducit.

Roman. 2. Implicatus igitur tam mortiferorum uinculis peccatorum detrectat, aut differt, aut dubitat confugere ad ipsas clauces ecclesie, quibus sol uatur in terra: ut sit solutus in celo: & audeat sibi post hanc uitam: quia tantum Christianus dicitur, salutem aliquam polliceri: nec ueridi collo uocis dominicæ tonitruo contremiscit: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. Quod ad Galatas idem Apostolus Nonne talia enumerans eodem fine concludit: Manifesta, inquit, sunt opera carnis: quæ sunt fornicationes, immundities, luxuriae, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidia, ebrietates, comestiones, & his similia: quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Iudicet ergo seipsum homo in istis uoluntate dum potest: & mores conuertat in melius: ne cum iam non poterit, etiam præter uoluntatem à domino iudicetur, & cum in se protulerit feuerissimæ medicinæ, sed tamen medicinæ sententiam, ueniat ad antistites, per quos illi in ecclesia clauces ministrantur: & tanquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine custodito à præpositis sacramentorum accipiat satis factionis suæ modum: ut in offerendo sacrificio contribulati cordis deuotus, & supplex id tamen agat quod non solum sibi proliat ad recipiendam salutem: sed etiam cæteris ad exemplum. Meminerit semper: quia deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Quid enim est felicius: quid peruersius, quam de ipso uulnere quod latere non potest, non erubescere, & de ligatura eius erubescere? Nemo arbitretur fratres propterea se consilium salubre huius poenitentiae debere contemneret: quia multos forte aduertit & nouit ad sacramenta altaris accedere, quorum talia crimina non ignorat. Multi enim corriguntur, ut Petrus: multi uentantur, ut Iudas: multi nesciuntur, donec ueniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis. Cum manifestissimum sit multo gra-

uius peccare scientem, quam nescientem: uel lem mihi aliquis diceret: si quis in hæresim incurrat, nesciens quantum malum sit: & alius ab auaritia non recedat, sciens quantum malum sit: quis eorum sit peior? Possunt etiam ita proponere. Si alius nesciens in hæresim irruat, & sciens alius ab idololatria non recedat. Quia & apostolus dicit. Auaritia, quæ est idolorum seruitus. Quæro ergo quis peccet grauius: qui nesciens in hæresim incurrat: an qui sciens ab auaritia, id est ab idololatria non recesserit? Secundum quidem illam regulam, qua peccata scientium peccatis ignorantia præponuntur, auarus cum scientia uincit in scelere. Sed ne forte hoc faciat in hæresi sceleris magnitudo, quod facit in auaritia scientis admisso, hæreticus nesciens, auaro scienti coæquatur, amborum peccata æqualiter appendantur, ignorantis blasphemia, et scientis idololatria, & eadem sententia iudicetur ille qui Christum querendo in uerisimilem sermonem falsitatis incurrit, & ille qui sciens Christo resistit loquenti per Apostolum, quoniam omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.

Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino, ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate.

Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Cum diceret tenebræ, non addidit in domino. Cum autem dixit lux, addidit utique in domino, quia in se ipsis lux esse non possent, ut qui gloriatur in domino gloriatur. Erat lux uera. Quare additum ueræ. Quia & homo illuminatus dicitur lux. Sed uera lux illa est quæ illuminat. Nam & oculi nostri dicuntur lumina, & tamen nisi aut nocte lucerna accedatur, aut per diem sol exeat, lumina illa sine causa patent. Sicut ergo & Ioannes erat lux, sed non uera lux, quia non illuminatus, tenebræ, sed illuminatione factus est lux, nisi autem illuminaretur, tenebræ erat, sic omnes impii, quibus iam credentibus dixit apostolus. Fuistis aliquando tenebræ. Modo autem quia crediderunt, quid? Nunc autem lux in domino. Nisi adderet in domino, non intelligeremus. Lux, inquit, in domino. Tenebræ non in domino eratis. Fuistis enim aliquando tenebræ, ibi non addidit in domino.

Et terra nostra antequam acciperet formam doctrinæ, inuisibilis erat & incomposita, & ignorantia tenebris tegebatur, quoniam pro iniquitate erudisti hominem, & iudicia tua sicut multa abyssus. Sed quia spiritus tuus superferebatur super aquam: non reliquit miseriam nostram misericordia tua, & dixit. Fiat lux. Poenitentiam agite: appropinquauit enim regnum celorum. Poenitentiam agite, fiat lux. Et quoniam conturbata erat ad nos ipsos anima nostra, commemorata sumus tui domine de terra Iordanis, & de monte aquali tibi, sed prauo propter nos.

1. Cor. 4.
Ex lib. 4.
de baptis.

Ex lib. de
perse. uitæ
hominis

Ex li. confes. 13

Psal. 35.
Genes. 1.
Matth. 3.

Et

Et displicuerunt nobis tenebræ nostræ, & conuersi sumus ad te, & facta est lux: & ecce fuimus aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino. Et tamen adhuc per fidem, non per speciem. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Adhuc abyssus abyssum inuocat: sed iam in uoce cataractarum tuarum. Adhuc & ille qui dicit: Non potui uobis loqui, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: etiam ipse nondum se arbitratur comprehendere: & quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt, extenditur: et ingemiscit grauatus, et sicut anima eius ad Deum uiuum: quemadmodum ceruus ad fontes aquarum: & dicit quando ueniam, habitaculum suum quod de celo est, superindui cupiens: & inuocat inferiorem abyssum, dicens. Nolite conformari huic seculo: sed reformamini nouitate mentis uestræ, & nolite pueri effici mentibus: sed malitia paruuli estote, ut mentibus perfecti sitis. Erò stultus Galatæ, quis uos fascinoi? Sed iam non in uoce sua. In tua enim quæ misisti spiritum tuum de excelsis, per eum qui ascendit in altum, & aperuit cataractas domorum suarum: ut Fluuminis impetus lætificaret ciuitatem tuam. Illi enim suspirat sponsi amicus: habens iam spiritus primitias penes eum: sed adhuc in semetipso ingemiscens, ad optionem expectans redemptionem corporis sui. Illi suspirat, membrum est enim sponsæ, & illi zelat. Amicus est enim sponsi. Illi zelat non sibi, quia in uoce cataractarum tuarum, non in uoce sua inuocat alteram abyssum, cui zelans timet, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, sic et eorum sensus corrumpantur à castitate, quæ est in sponso nostro unico tuo.

Et uidit Deus lucem quia bona est, & diuisit deus inter lucem & tenebras, & uocauit de us lucem diem, et tenebras uocauit noctem. Si ergo Deus uocauit lucem diem, sine dubio illi quibus dicit Apostolus Paulus, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, dies erant, quoniam ille qui iussit de tenebris lumē clarescere, illuminauit eos. Infantes isti quos cernitis exterius dealbatos, interiusque mundatos, qui candore uestri splendorem mentium præfigurant, cum peccatorum suorum nocte præmerentur, tenebræ fuerunt. Nunc autem quia mundati sunt lauacro sancto indulgentiæ, quia irrigati fonte sapientiæ, quia perfusi luce iustitiæ: Hic est dies quæ fecit dominus, exultemus & lætemur in eo. Audiat nos dies domini, audiat nos dies factus à domino, audiat et obaudiat, ut exultemus & lætemur in eo. Quoniam sicut dicit Apostolus. hoc est gaudium & corona nostra, si uos statis in domino. Audite ergo nos o nouelli filij castæ matris, immo audite nos filij uirginis matris. Quoniam fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, ut filij lucis ambulate, filijs lucis adhærete, atque ut hoc ipsum planius dicam, bonis fidelibus adhærete. Sunt enim quod peius est, fideles mali, sunt fideles quocumque, et non sunt, sunt fideles in quibus

bus sacramenta Christi patiantur iniuriam, qui sic uiuunt, ut & ipsi pereant, & alteros perdant, pereunt quippe ipsi male uiuendo, perdunt uero alios male uiuendi exempla præbendo. Vos ergo dilectissimi, nolite talibus sociari, bonos querite, bonis adhærete, boni estote. Quemadmodum in ipsis corporibus, ea quæ inferiora sunt, sicut terra, & aqua, & ipse aer, meliora fiunt participatione melioris, id est cum luce illuminantur, & seruore uegetantur, sic incorporeæ creaturæ rationales ipsius creatoris fiunt participatione meliores, cum ei coherant purissima, & sanctissima claritate. Quia omnino sibi caruerint, tenebrescent, & obdurescent quodammodo. Proinde infideles homines tenebræ sunt, qui per fidem conuersi ad Deum, quadam præmissa illuminatione lux fiunt, in qua proficiendo, si ex fide ad speciem peruenerint, ut id quod credunt, etiam conspicere sicut tantum bonum potest conspici, mereantur, perfectam recipient imaginem Dei. Talibus enim dicit Apostolus. Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.

Probantes quid sit beneplacitum Deo: & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem & redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis: turpe est & dicere.

Nemo ante tempus deserat aream. Tolcret paleam in tritura, toleret in area. Quod enim toleret in horreo non habebit. Veniet uentilator, qui diuidet malos à bonis. Erit etiam corporalis separatio, quam modo spiritualis præcedit. A malis corde semper disiungimini, ad tempus caute corpore copulamini. Nec tamen negligentes sitis in corrigendis uestris, ad curam scilicet uestram quoquo modo pertinentibus, monendo, docendo, hortando, terrendo, quibuscunque modis potestis agite. Nec cum inuenitis in scripturis, & in exemplis sanctorum, siue qui ante, siue qui post domini aduentum in hac uita fuerunt, quod mali bonos in unitate non maculant, efficiamini ad colligendos malos. Duobus modis non te maculat malus. Si non consentias, & si redarguas, hoc est non communicare, hoc est non consentire. Communicatur quippe, quando factio eius confortium uoluntatis, uel approbationis adiungitur. Hoc ergo nos ammonens Apostolus, ait. Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Et quia parum erat non consentire, si sequeretur negligentia disciplinæ, magis autem, inquit, redarguite. Videte quemadmodum utrumque complexus est. Nolite communicare, magis autem & redarguite. Quid est nolite communicare? Nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid est, magis autem & redarguite? Reprehendite, corripite, coercete. Deinde in ipsa correctione uel coercionem alienorum peccatorum, cauendum est, ne se extollat, qui alterum corripit, & apostolica corriganda sententia est.

Ex lib. de
gra. no. test.

Ex ser. de uer.
cu. ang. 18.

23. q. 4. a malis

Qua

1. Cor. 10. Quapropter qui putat se stare, uideat ne cadat. Foris terribiliter personet increpatio, in-
 Galat. 6. tus lenitatis teneatur dilectio. Si praecoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, licet idem dicat apostolus, uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu mansuetudinis, intendens teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Item alio loco. Seruum (inquit) domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, modestia corripientem diuersa sentientes, ne forte det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam ueritatem: & respiciant a diaboli laqueis: a quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Neque enim negligentes litis malis, ut approbetis: neque negligentes, ut non arguatis: neque superbientes, ut insultanter arguatis.

Omnia autem quae arguuntur, a lumine manifestantur. Omne autem quod manifestatur, lumen est.

Ex tracta. eu. sec. Ioan. 12. Ioan. 3.

Hoc est iudicium: quoniam lux uenit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim mala opera eorum. Quid est hoc? Quorum enim erant opera bona? Nonne uenisti ut iustifices impios? Sed dilexerunt, inquit, magis tenebras quam lucem. Ibi posuit uim. Multi enim dilexerunt peccata sua: multi confessi sunt peccata sua: quia qui confitetur peccata, & accusat peccata sua, iam cum Deo facit. Accusat Deus peccata tua: si & tu accuses, contingeris Deo.

Quali duae res sunt homo & peccator: quod audis homo, deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit: dele quod fecisti: ut Deus saluet quod fecit.

Ioan. 3.

Oportet ut oderis in te opus tuum: et ames in te opus Dei. Cum autem ceperit displicere quod fecisti: inde incipiunt bona opera tua: quia accusas mala opera tua. Initium bonorum operum, confessio est operum malorum. Facis ueritatem, & uenis ad lucem: non te palpas: non tibi blandiris: non tibi adularis: non dicis iustus sum, cum sis iniquus, & incipis facere ueritatem, uenis autem ad lucem ut manifestetur opera tua, quia in domino sunt facta, quia & hoc ipsum, quod tibi displicuit peccatum, non tibi displiceret, nisi Deus tibi luceret, & eius ueritas tibi ostenderet. Sed qui ammonitus diligit peccata sua, odit ammonentem lucem, & fugit eam, ut non arguantur opera eius mala quae diligit. Qui autem facit ueritatem, accusat in se mala sua, non sibi parcat, non sibi ignoscit, ut Deus ignoscat, quia quod uult ut Deus ignoscat, ipse agnoscit. Et uenit ad lucem, cui gratias agit, quod illi quod in se offerret, ostenderit.

Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.

Ex tractatu psal. 62.

Quaecunque anima oblita fuerit Deum suum, dormiunt. Ideo dicit apostolus quibusdam oblitis Deum suum, & tanquam in somno agentibus deliramenta culturae idolorum. Sic

sunt enim qui colunt idola, quomodo qui uident in somnis uana. Si autem euigilet anima ipsorum, intelligit a quo facta est, & non colit quod ipsa fecit. Dicit ergo quibusdam Apostolus. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Nunquid corpore dormientem excitabat Apostolus? Sed excitabat animam dormientem, quando ad hoc eam excitabat, ut illuminaretur a Christo. Ergo secundum ipsas uigilias dicit iste, Deus Deus meus ad te de luce uigilo. Non enim uigilares in te, nisi oriretur lux tua, quae te de somno excitaret. Illuminat animas Christus, & facit eas uigilare. Si autem lumen suum detrahat, obdormiunt. Ideo illi dicitur in alio psalmo. Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte. Aut si ab illo auersi obdormiunt, praesens est illis lumen, & non possunt uidere, quia dormiunt. Quomodo & corpore qui dormit, interdum iam ortus est sol, iam dies calet, & ille tanquam in nocte est, quia non uigilat, ut uideat iam ortum diem, sic quibusdam iam praesente Christo, iam praedicata ueritate, inest adhuc somnus animae. Illis ergo uos si uigilatis, dicitis quotidie. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.

Psalm. 62.

Psalm. 112.

Nisi enim ad mortuos suscitandos dominus uenisset, non apostolus diceret. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Dormientem audis cum dicit, Surge qui dormis, sed mortuum intellige cum audis, & exurge a mortuis. Dicitur sunt saepe dormientes, & mortui uisibiliter. Et plane oes ei qui potest excitare, dormiunt. Mortuus enim tibi est, qui quantumlibet pulses, quantumlibet uellies, quantumlibet lanies, non expergiscitur. Christo autem ille dormiebat, cui dictum est, Surge, & continuo surrexit. Nemo tam facile excitat in lecto, quam facile Christus in sepulchro.

Ex ser. de uer. euan. 4. 4.

Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes tempus: quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quae sit uoluntas Dei. Et nolite inebriari uino, in quo est luxuria.

Ex ser. 50. Homiliarum Homil. 10.

Dies malos duae res faciunt, malitia & miseria. Per malitiam hominum, & miseriam hominum dicuntur dies mali. Caeterum dies isti, quantum pertinet ad spatia horarum, ordinati sunt, ducunt uices, agunt tempora. Oritur sol, occidit sol, transeunt tempora. Cui molesti sunt tempora, si homines sibi non sint molesti? Ergo dies malos (sicut dixi) duae res faciunt, miseria hominum, et malitia hominum.

Sed miseria hominum communis est, non debet malitia esse communis. Ex quo enim lapsus est Adam, & de paradiso expulsus, nunquam fuerant dies nisi mali. Istos pueros qui nascuntur interrogemus quare a ploratu incipiunt, qui nec ridere possunt. Nascitur, & statim plorat, post nescio quot dies ridet. Quando plorabat nascens, propheta suae calamitatis erat. Lachryma enim testes miseriae.

miseriae. Nondum loquitur, & iam prophetat. Quid prophetat? In labore se futurum, uel timore, & libene uixerit, & iustus fuerit, certe in medijs positus tentationibus semper timebit. Redimamus tempus, quoniam dies mali sunt. Quid est tempus redimere? Dicitur sum quod pauci audiunt, pauci ferunt, pauci aggrediuntur, pauci agunt, tamē dicam, quoniam ipsi pauci qui me audituri sunt, inter malos uiuunt. Redimere tempus hoc est. Quando aliquis tibi infert litem, perde aliquid ut deo uaces, non litibus. perde ergo, ex eo quod perdis precium est temporis. Certe quando pro tuis necessitatibus procedis ad publicum, das nummos, & emisti panem, aut uinum, aut oleum, aut lignum, aut aliquam uellectile. Das & accipis, aliquid amittis, aliquid acquiris, hoc est emere. Nam si nihil amittas, & habeas quod non habebas, aut inuenisti, aut donatum accepisti, aut hereditate acquisisti. Quando autem aliquid amittis, ut aliquid habeas tunc emis. Quod habes, emptum est, quod amittis, precium est. Quomodo ergo perdis nummos, ut emas tibi aliquid, sic perdas nummos, ut emas tibi quietem. Ecce hoc est tempus redimere. Proteribum notum est Punicum, quod quidem Latine uobis dicam, quia Punice non omnes nostis. Punicum enim est pro uerbum antiquum. Nummum quare pestilentia: duos illi da, & ducat se. Nunquid non hoc pro uerbum de euangelio uidetur natum? Nam quid aliud dixit dominus, qui edimentes tempus quando ait: Si quis uult iudicio tecum contendere: & tunicam tuam uult tollere: dimitte illi & pallium? Iudicio uult tecum contendere, & tunicam tuam tollere: uult auocare te damno, & litibus a Deo tuo. Non habebis quietum cor: non habebis tranquillum animum. Euerteris cogitationibus tuis: irritaris: aduersus ipsum aduersarium tuum. Ecce tempus perdidisti. Quanto ergo melius est: nummum amittas, & tempus redimas.

Matth. 5.

Sed implentini spiritu loquentes uobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus uestris domino.

Ex tractatu psal. 86.

Esai. 64.

Ambulantes ergo in Christo, & adhuc peregrinantes donec perueniamus, & suspirantes desiderio cuiusdam ineffabilis quietis, quae habitat in illa ciuitate: de qua quiete dictum est: hoc nobis esse promissum: quod oculus non uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Ambulantes ergo sic cantemus ut desideremus. Nam qui desiderat, et si lingua taceat, cantat corde. Qui autem non desiderat, quolibet ore, quolibet clamore aures hominum feriat, mutus est Deo.

Ex libr. de ciu. dei. 7.

Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi Deo & patri: subiecti inuicem in timore Christi. Ab hoc uero & uero Deo uitam speramus aeternam, habemus enim ab illo praeter huiusmodi beneficia: quae ex hac amministratione naturae bonis, malisque largitur: magnum & bonorum proprium, magnae dile-

ctionis indicium. Quamquam enim quod sumus: quod uiuimus: quod caelum, terramque conspiciamus: quod habemus mentem atque rationem: qua eum ipsum qui haec omnia condidit inquiramus: nequaquam ualeamus actioni sufficere gratiarum: tamen quod nos oneratos, obrutosque peccatis, & a contemplatione suae lucis auersos, ac tenebrarum idest iniquitatis dilectione cecatos non omnino deseruit: misitque nobis uerbum suum: qui est eius uernicus filius: quo pro nobis assumpta carne nato atque passo, quanti Deus hominem perderet nosceremus: atque illo sacrificio singulari a peccatis omnibus mundaremur: eiusque spiritu in cordibus nostris dilectione diffusa, omnibus difficultatibus superatis in aeternam requiem, & contemplationis eius ineffabilem dulcedinem perueniremus: quae corda, quae linguae ad agendas ei gratias satis esse contenderint.

Mulieres uiris suis subdite sint, sicut domino: quoniam uir caput est mulieris: sicut Christus caput ecclesiae: ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri diligite uxores uestras.

Ex ser. de 10. chordis

Nolite moechari post uxores uestras: quia non uultis ut moechetur post uos uxores uestrae. Nolite ire uos quo eas sequi non uultis. Dicis, non est uxor aliena ad quam uado. Nunquid uis ut dicatur tibi: non est uir alienus ad quem uado? Absit ut dicat hoc illa. Melius dolet te quam imitatur te. Non dolet sancta femina propter carnem: sed dolet propter charitatem: non ideo non uult ut facias, quia ipsa non facit, sed quia tibi non expedit. Nam illa castitatem exhibet Deo. Loquitur enim Christus in corde illius, & consolatur sicut huiusmodi uerbis. De iniurijs uiri tui torqueris. Quid tibi enim fecit? dole, sed ipsum. Et ipsum non imitari ut male facias, sed ipse te imitetur in bono. Nam in eo quod male fecit, nolit eum putare caput tuum, sed me. Nam si in eo quod male facit caput tuum, secuturum est corpus, eunt ambo per preceptum. Ut autem non sequantur malum caput, teneant se ad caput ecclesiae Christum.

Sicut & Christus dilexit ecclesiam: & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquae in uerbo uite.

Ex tractatu eu. sec. 10. 15. Ioan. 4.

Dictum est domino in euangelio. Baptizabat Iesus plures quam Ioanes. Et posteaquam dictum est baptizabat, subiectum est: quoniam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Quid ergo? falsum dictum erat, & correctum est cum additum est, quamquam Iesus non baptizabat, sed discipuli eius? an utrumque uerum est, quia Iesus baptizabat, & non baptizabat? Baptizabat enim, quia praemundabat. Non baptizabat, quia ipse non tingebat. Praebant discipuli ministerium corporis, praebat ille adiutorium maiestatis. Quando enim cessaret a baptizando, quando non cessat a mundando? De quo dictum est ab eodem Ioanne, per Ioannis baptistae personam dicentis. Hic est qui baptizat. Ergo Iesus adhuc baptizat. Et quousque baptizandi sumus Iesus baptizat.

Secur.

Securus homo accedat ad inferiorem mini-
strum. Habet enim superiorem magistrū. Sed
forte ait aliq̄s. Baptizat quidē Christus in spi-
ritu, non in corpore. Quali uero alterius dono
quam illius quisquam etiam sacramento cor-
poralis, & uisibilis baptismatis imbuatur. Vis
nosse quia ipse baptizat non solum spiritu, sed
etiam aqua. Audi apostolum. Sicut Christus,
inquit, dilexit ecclesiam, & semetipsum tradi-
dit pro ea, mundans eam lauacro aquae in uer-
bo, ut exhiberet sibi ipse ecclesiam gloriosam,
non habentem maculam, aut rugam, aut ali-
quid eiusmodi. Mundans eam. Vnde: Laua-
cro aqua in uerbo. Quid est baptismus Chri-
sti: Lauacrum aquae in uerbo. Tolle aqua, nō est
baptismus. Tolle uerbum, non est baptismus.

*Vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem
maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sancta &
immaculata. Ita & uiri debent diligere uxores suas, ut corpo-
ra sua. Qui suam uxorem diligit: seipsum diligit.]*

*Ex libr. de
perf. u. ho.
Iacob. 2.
Proue. 12.
Matth. 13.*

Super exaltat autem misericordia iudicio.
Quod si non esset, quae ipse esset: Quando-
quidem cum rex iustus sederit in throno, quis
glorietur castum se habere cor? Aut quis
glorietur mundum se esse peccator? Tunc er-
go per eius misericordiam iusti plene perfe-
cti; mundati, fulgebunt in regno patris sui si-
cut sol. Tunc plene, atq; perfecte ecclesia erit
non habens maculam, aut rugam, aut aliquid
eiusmodi, quia tunc etiam erit uere gloriosa.
Cum enim non tantum dixit ut exhiberet sibi
ecclesiam non habentem maculam, aut ru-
gam, sed addidit gloriosam, satis significauit
quando erit sine macula, aut ruga, aut ali-
quid eiusmodi. Tunc utique quando glorio-
sa. Non enim modo in tantis malis, in tan-
tis scandalis, in tanta permixtione homi-
num pessimorum, in tantis opprobrijs im-
piorum, dicendum est eam esse gloriosam, quia
reges ei seruiunt, ubi est periculosior maiorq;
tentatio, sed tunc potius gloriosa erit quando
fiet quod idem ait apostolus. Cum Christus
apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebi-
tis cum ipso in gloria. Cum enim dominus ip-
se secundum formam serui per quam se me-
diator coniunxit ecclesiae, non fuerit glorifica-
tus, nisi resurrectionis gloria, unde dictum est,
Spiritus autem non erat datus, quia Iesus non
dum fuerat glorificatus, quomodo dicenda est
ante resurrectionem suam ecclesia eius esse glo-
riosa? Mundat ergo eam nunc lauacro aque
in uerbo: abluens peccata praeueterita, & pellens
ab ea dominationem malorum angelorum:
deinde perficiens eius sanitates facit eam occur-
rere in illam gloriosam sine macula & ruga.

Coloss. 3.

Ioan. 7.

Roma. 8.

Luc. 13.

Quos enim praedestinauit, illos & uocauit: &
quos uocauit, ipsos & iustificauit. Quos autē
iustificauit, illos & glorificauit. In hoc myste-
rio dictum arbitror. Ecce eicio daemonia,
et sanitates perficio hodie, et cras: et tertia die
consumor, id est perficio. Dixit enim hoc ex
persona corporis sui, quod est ecclesia, dispo-
nēs pro distinctis ordinatisq; temporibus quod

in sua resurrectione significauit in triduo.

Ipse est enim finis, ut nihil duplici corde fa-
ciamus, auferentes trabem de oculo nostro, in
uidentiae, uel malitiae, uel simulationis, ut ua-
leamus eicere festucam de oculo fratris. Vi-
debimus enim eam oculis columbae, quales
in sponsa Christi praedicantur: quam sibi ele-
git Deus gloriosam ecclesiam non habentem
maculam, neque rugam, id est mundam & sim-
plicem. Lauabis me, id est mundabis: & su-
per niuem dealbabor. Et si fuerint peccata ue-
stra ut foenicium, tanquam niuem dealbabo.
De talibus sibi exhibet uestem sine macula &
ruga. Proinde uestis eius in monte quae tan-
quam nix dealbata effulsit: significabat eccle-
siam omni macula peccati mundatam. Ve-
stis sacerdotalis ecclesiam significat. Ipsa est
sibi gloriosam ecclesiam non habentem macu-
lam aut rugam. Mundatur ut non habeat ma-
culam: extenditur ut non habeat rugam. Vbi
extendit sullo nisi in ligno? Videmus quoti-
die a fullonibus tunicas quodammodo cruci-
figi, crucifiguntur ut rugam non habeant.

*Ex libr. de ser.
domini in mo.*

*Ex tracta.
Psal. 50.
Esai. 1.*

*Ex tractatu
Psal. 132.*

Exhibete ergo uos dignum corpus tali ca-
pite: dignam sponfam tali sponso. Non potest
habere caput illud nisi condignum corpus: nec
ille uir tantus nisi condignam ducit uxorem:
ut exhiberet sibi (inquit) gloriosam ecclesiam
non habentem maculam, aut rugam: aut ali-
quid eiusmodi. Haec est sponsa Christi non ha-
bens maculam aut rugam. Nō uis habere ma-
culam: fac quod scriptum est. Lauamini, mun-
di estote, auferite nequitias de cordib; uestris.
Non uis habere rugam: extendere in cruce.
Non enim tantum opus est ut laueris: sed eti-
am ut extendaris: ut sis sine macula aut ruga.
Per lauachrum enim auferuntur peccata. Per
extensionem, sit desiderium futuri seculi, pro-
pter quod Christus crucifixus est.

*Ex ser. quod
tribus mod.
Chri. intel.*

Audi ipsū Paulum lotum. Non, inquit: ex
operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secun-
dum suam misericordiam saluos nos fecit per
lauachrum regenerationis. Audi eundem ex-
tensum. Ea, inquit, quae retro sunt oblitus in
ea quae ante sunt extensus secundum intentio-
nem sequor ad palmam supernae uocationis
Dei in Christo Iesu.

Ad Tit. 3.

Philip. 3.

*Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit,
& fouet eam, sicut & Christus ecclesiam: quia membra sumus
corporis eius: de carne eius, & de ossibus eius.]*

Cum de sancta dilectione praeciperet qua-
lis esse debeat uirorum in uxores: ex ani-
ma animantis sumpsit exemplum. Qui diligit,
inquit, uxorem suam, seipsum diligit.
Nemo enim, inquit, carnem suam odio habu-
it: sed nutrit, & fouet eam tanquam Christus
ecclesiam. Ecce in conspectu uestro est carna-
lis uniuersa substantia. Videte quem admodū
in omne animal sibi ad salutem conciliatum
pertendat naturae ista communitio: ut diligit
carnem suam. Neque enim hoc in hominibus
tantum est, qui cum recte uiuant, non solum

*Ex lib. cont.
Faustum*

con.

consulunt salutis carnis suae: uerum etiam car-
nales motus ad usum rationis edomant, & re-
frenant, sed etiā bestiae fugiunt dolorem, formi-
dant interitum, & quicquid illam membrorum
compagem copulamq; carnis & spiritus con-
cordi iunctura discindere, ac dirimere potest,
quanta ualent agilitate deuitant, nutriētes eti-
am ipsae, ac fouentes carnem suam.

*Ex li. de. doct.
christi.*

Nemo enim unquam carnem suā odio ha-
buit, sed nutrit, inquit, ac fouet eā, sicut & Chri-
stus ecclesiam. Videte unde quo ascenderit.
Nemo ergo se odit, & hinc quidem nulla cum
aliqua secta quaestio fuit. Sed neq; corpus su-
um quisquam odit. Verum est enim quod ait
apostolus. Nemo unquam carnem suam odio
habuit. Et quod nonnulli dicunt, male se esse
sine corpore, omnino falluntur. Nō enim cor-
pus suum, sed corruptiones eius, & pondus o-
derunt. Non itaq; nullum corpus, sed incorru-
ptum & celerrimum corpus uolunt habere.
Sed putant nullum corpus esse, si tale fuerit, q-
tale aliquid esse animam putant. Quod autē
continentia quadam & laboribus persequi ui-
dentur corpora sua, qui hoc recte faciunt, non
id agunt ut non habeant corpus, sed ut habe-
ant subiugatum, & paratum ad opera necessa-
ria. Libidines enim male utentes corpore, id
est consuetudines, & inclinationes animae ad
fruentium inferioribus, per ipsius corporis la-
horiosam quandam militiam extinguere af-
fectant. Nam non se interimunt, & curam suae
ualetudinis gerunt. Qui autem peruerse id a-
gunt, quasi naturaliter inimico suo corpori bel-
lum ingerunt. In quo fallit eos quod legunt.

Gal. 5.

Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiri-
tus aduersus carnem. Haec enim inuicem ad-
uersantur. Dictum est enim hoc propter indo-
mitam carnalem consuetudinem aduersus qua
spiritus concupiscit, non ut interimat corpus,
sed ut concupiscencia eius, id est consuetudine
mala edomita faciat spiritui subiugatum, quod
naturalis ordo desiderat. Quia enim hoc erit
post resurrectionem, ut corpus omni modo cū
quiete summa spiritui subditum immortaliter
utigeat, hoc etiam in hac uita meditandum,
ut consuetudo carnalis mutetur in melius, nec
inordinatis motibus resistat spiritui. Quod do-
nec fiat, caro concupiscit aduersus spiritum, et
spiritus aduersus carnem, non per odium resi-
stente spiritu, sed per principatum. Quia ma-
gis quod diligit uult subditū esse meliori, nec
per odium resistente carne, sed per consuetu-
dinis uinculum. Quod à parentum etiam pro-
pagine inueteratum naturae lege inoleuit. Id
ergo agit spiritus in domanda carne, ut soluat
mala consuetudinis quasi pacta peruersa, & si
at pax consuetudinis bona.

Ex li. retrac. 1.

Caro diligitur quidem, nec tamen proprie,
sed propter animam, cui subiacet ad usum. Nā
etsi propter seipsam uidetur diligi, cum eam
nolumus esse deformem, ad aliud referendum
est decus eius, ad illum scilicet à quo decora
sunt omnia.

*Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam: et
adhaerebit uxori suae: & erunt duo in carne una. Sacramentum
hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Uer-
rum tamen & uos singuli unusquisque uxorem suam sicut seip-
sum diligit: uxor autem timeat uirum suum.*

*Ex li. de Gene.
ad literam. 9.*

Illa extasis quam Deus immisit in Adam, ut
soporatus obdormiret, recte intelligitur ad
hoc immissa: ut & ipsius mēs per extalim par-
ticeps fieret tanquam angelicae curiae: & in-
trans in sanctuarium dei, intelligeret in nouis-
sima, deniq; euigilans tanquam prophetia ple-
nus, cum ad se adductam mulierem suam ui-
deret, eructauit continuo, quod magnū sacra-
mentū commendat Apost. Hoc nūc os de os-
sibus meis: & caro de carne mea. Haec uocabi-
tur mulier: quoniam de uiro suo sumpta est.
Propter hoc relinquet homo patrem suum &
matrem, & adhaerebit uxori suae: & erunt duo
in carne una. Quae uerba cum primi hominis
fuisse scriptura ipsa testatur: Dominus tamen
in euangelio Deum dixisse declarauit. Ait e-
nim. Non legistis: quia qui fecit ab initio ma-
sculum & foeminam fecit eos: & dixit: Prop-
ter hoc dimittet homo patrem & matrem, &
adhaerebit uxori suae: & erunt duo in carne u-
na. Vt hinc intelligeremus, propter extalim
quae praecesserat in Adam, hoc eum diuinitus
tanquam prophetam dicere potuisse.

Gene. 2.

Neq; enim dixit frustra Apostolus: Adam
qui est forma futuri. Quis enim non agnoscat
Christum eo modo reliquisse patrem, quo, cū
in forma dei esset, non rapinam arbitratus est
esse aequalis deo: sed semetipsum exinaniuit
formam serui accipiens, & reliquisse etiam ma-
trem Synagogam Iudaeorum ueteri testamen-
to carnaliter inhaerentem, & adhaesisse uxori
suae sanctae ecclesiae: ut pace noui testamēti es-
sent duo in carne una? Quia cum sit Deus a-
pud patrem, per quem facti sumus: factus est
per carnem particeps noster, ut illius capitis
corpus esse possemus.

*Ex lib. cont.
Faustum
Rom. 5.
Philip. 2.*

Quantum mysterium de Christo continet
quod commemorat Apostolus, dicens. Et erūt
duo in carne una. Sacramētum hoc magnum
est. Et ne quis istam magnitudinem sacramen-
ti in singulis quibusq; hominibus uxores ha-
bentibus intelligeret. Ego autem, inquit, dico
in Christo & in ecclesia. Quod est hoc sacra-
mentum magnum? Erunt duo in carne una,
cum de Adam & Eua scriptura Geneseos lo-
queretur, unde uentum est ad haec uerba. Pro-
pterea, inquit, relinquet homo patrem & ma-
trem, & adhaerebit uxori suae: & erunt duo in
carne una. Si ergo Christus adhaesit ecclesiae:
ut essent duo in carne una: quomodo reliquit
patrem? Quomodo reliquit matrem? Reliquit
patrem: quia cum in forma Dei esset, non ra-
pinam arbitratus est esse aequalis Deo: sed se-
metipsum exinaniuit formam serui accipiens.
Hoc est enim, reliquit patrem. Non quia deser-
uit & recessit à patre: sed quia non in ea forma
apparuit hominibus, in qua aequalis est patri.
Quomodo reliquit matrem? Relinquēdo Sy-
nagogam

*Ex tracta. euā.
sec. Ioan. 9.*

M m m nagogam

nagogam Iudaeorum, de qua secundum carnem natus est: & inharendo ecclesiae, quam ex omnibus gentibus congregauit, & quam illuminauit per Apostolos Deum, ut ostenderet nobis quid sibi quereremus in ipsa una sententia, Erunt duo in carne una. Sacramentum magnum in Christo & in ecclesia. Iam licet nobis ubique Christum querere, & de omnibus huiusmodi uisum potare. Dormit Adam ut fiat Eua. Moritur Christus ut fiat ecclesia. Dormienti Adae fit Eua de latere. Mortuo Christo, lancea percussit latus, ut profluant sacramenta quibus formetur ecclesia. Cui non appareat: quia tunc in illis factis futura figurata sunt: Quandoquidem dicit Apostolus ipsum Adam formam futuri esse. Qui est, inquit, forma futuri.

Rom. 5. Ex tracta. Psalm. 30.

Ut noueritis quia unus dicitur Christus caput & corpus suum, ipse dicit cum de coniugio loqueretur. Erunt duo in carne una. Igitur iam non duo, sed una caro. Sed forte hoc dicit de quocumque coniugio. Audi Paulum. Et erunt, inquit, duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Fit ergo ex duobus una quaedam persona ex capite & corpore, ex spōso, & spōsa. Nam unitatem personae huius miram & excellentem commendat etiam Esaias propheta. Nam loquens etiam in eo Christus in prophetia ait. Sicut spōso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento. Sed dixit sponsam, se sponsam. Quare se sponsum, se sponsam, nisi quia erunt duo in carne una? Si duo in carne una, quare non duo in uoce una?

Ex sermone quod tribus modis Christus intelligatur.

Sic ergo aliquando inlinuatur in scripturis Christus, ut intelligas uerbum aequale patri, sic aliquando, ut intelligas mediatorem, cum Verbum caro factum est, ut habitaret in nobis, cum ille unigenitus per quem facta sunt omnia, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo, sed semetipsum exinanituit formam serui accipiens, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Sic autem aliquando, ut intelligas caput & corpus, exponente ipso Apostolo apertissime quod dictum est de uiro & uxore in Genesi. Et erunt, inquit, duo in carne una. Videte ipsum exponentem, ut non coniecturis nostris aliquid ausi dicere uideamur. Erunt, inquit, duo in carne una. Et addidit. Sacramentum hoc magnum est. Et ne adhuc putaret quisquam in uiro esse & uxore secundum naturalem utriusque sexus copulationem corporalemque mixturam, Ego autem dico, inquit, in Christum & in ecclesiam. Secundum hoc ergo quod in Christo & ecclesia accipitur quod dictum est, Erunt duo in carne una, non iam duo, sed una caro est. Et quomodo sponsus & sponsa, sic caput & corpus, quia caput mulieris uir. Siue ergo dicam caput & corpus, siue dicam sponsus & sponsa, unum intelligite. Ideoque idem Apostolus cum esset adhuc Saulus, audiuit. Saule, Saule, quid me

Genes. 2.

Actuum. 9.

persequeris: Quoniam corpus capiti adiungitur. Et quoniam Christi praedicator pateretur ab alijs quae persecutor ipse fecerat, Ut superpleam, inquit, quae defunt pressurarum Christi in carne mea, ad pressuras Christi attendens pertinere quod patiebatur. Quod non potest intelligi secundum caput, quod iam in caelo nihil tale patitur, sed secundum corpus, id est Ecclesiam. Quod corpus cum suo capite unus Christus est.

Dominus noster Iesus Christus Saluator, sedens ad dexteram patris, qui etiam propter nos natus de uirgine, & sub Pontio Pilato passus est fuso innocente sanguine, quod est precium nostrum, redemit innocentes a captiuitate, in qua tenebamur a diabolo, donando nobis delicta, & ipso precio nostro sanguine suo delens chirographum quo debitores tenebamur, ipse est rector & sponsus, & redemptor ecclesiae, caput nostrum. Et utique si caput est, habet corpus, corpus autem eius sancta ecclesia, quae etiam coniunx eius. Cui dicit Apostolus. Vos autem estis corpus Christi & membra. Totus itaque Christus caput, & corpus tanquam integer uir, quia & femina ex uiro facta est, & ad uirum pertinet, & dictum est de primo coniugio. Erunt duo in carne una. Hoc autem ad mysterium interpretatur Apostolus non frustra esse dictum in illis duobus hominibus: nisi quia in eis iam figurabatur Christus & Ecclesia. Nam hoc sic exponit apostolus. Erunt, inquit, duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christum & in Ecclesiam. Dicit etiam ipsum Adam formam futuri. Qui est, inquit, forma futuri. Si ergo Adam formam futuri: quomodo de latere dormientis Eua facta est: sic ex latere Domini dormientis, id est dormientis in passione, & in cruce percusso de lancea manauerunt sacramenta: quibus formaretur ecclesia. Nam de futura eadem passione sua sic dicit in alio Psalmo.

Ego dormiui, & somnum cepi: & exurrexi: quia Dominus suscepit me. Vnde dicit & ipse Dominus in euangelio: cum de coniugio loqueretur. Igitur non iam duo, sed una caro. Vna caro, quia de nostra mortalitate carnem suscepit. Non autem una diuinitas: quia ille creator, nos creatura.

Omnes fideles quid audiunt ab Apostolo? Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte. Si ergo corpus Christi, & membra sunt: nolite facere duos. Nam ut noueritis quia unus homo est sponsus & sponsa secundum carnem Christi, non secundum diuinitatem. Nam secundum diuinitatem quod est ille, nos esse non possumus: quia ille creator, nos creatura: ille effector, nos facti: ille conditor, nos conditi. Sed ut essemus unum cum illo, caput nostrum esse uoluit, accipiendo carnem ex nobis, in qua moreretur pro nobis. Ut noueritis ergo quia hoc totum unus est Christus, per Esaiam dixit. Sicut sponso alligauit mihi mitram: & si,

Ex tractatu Psalm. 138.

Colof. 2.

1. Cor. 2.

Psalm. 3.

Matth. 19.

Ex ser. de uer. euan. 1. Cor. 13.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

& sicut sponsam induit me ornamento. Ipse sponsus, ipse sponsa: Ipse plane sponsus in capite: sponsa in corpore.

Ex li. cot. Mat. nich. Ioan. 16.

Reliquit patrem cum dixit. Ego a patre exiui: & ueni in hunc mundum. Sed non reliquit loco, quia deus loco non continetur: neque auersio ne peccati: sicut apostata relinquit deum: sed apparēdo hominibus in homine: cum Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Quod ipsum non commutationem naturae Dei significat, sed susceptionem inferioris personae, id est humanae. Ad hoc ualet etiam quod dicitur. Semetipsum exinanituit. Quia non ea dignitate apparuit hominibus in qua est apud patrem, blandiens eorum infirmitati, qui cor mundum nondum habebant, unde uidetur uerbum in principio deus apud deum. Quid est ergo quod dicitur. Relinquet patrem, nisi relinquet apparere hominibus sicut est apud patrem: Item relinquit matrem, id est Synagogam ueterem, atque carnalem obseruationem: quae illi mater erat ex femine Dauid secundum carnem. Et adhuc sit uxori suae, id est ecclesiae, ut sint duo in carne una. Dicit enim apostolus, ipsum esse caput ecclesiae corporis sui.

Phil. 2.

Colof. 1.

CAPVT VI.

Filij obedite parentibus uestris in domino. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, & matrem tuam: quod est mandatum primum in promissione: ut bene sit tibi, & sis longeuus super terram. Et uos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina et correptione domini.

Ex li. de decem uerbis.

Ad duo praeccepta, id est ad dilectionem dei & proximi pertinet decalogus. Ad primum praecceptum tres chordae, quia deus trinitas: ad alterum uero praecceptum, id est proximi separationem chordae, quomodo uiuatur inter homines. Nam ipse numerus septenarius incipit ab honore parentum. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Ad parentes enim suos homo aperit oculos, & haec uita ab eorum amicitia sumit exordium. Quisquis autem parentibus suis non defert honorem, quibus parere poterit. Dicit apostolus. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est primum mandatum. Quomodo primum quando quartum, nisi quia in septenario numero est primum pertinens ad dilectionem proximi? Primum est in altera tabula. Nam ideo duae tabulae datae sunt, quod est psalterium decem chordarum. Tria in una tabula ad deum pertinentia, septem in altera tabula ad proximum. In altera ergo tabula primum est. Honora patrem tuum & matrem tuam. Secundum. Non moechaberis. Tertium. Non occides. Quartum. Non furaberis. Quintum. Non falsum testimonium dices. Sextum. Non concupisces uxorem proximi tui. Septimum. Non concupisces rem proximi tui. Haec iungamus illis tribus ad dilectionem Dei pertinentibus. Cantemus in Psalterio decem chordarum, si uolumus cantare canticum nouum.

Psalm. 3.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

uoluntatem Dei ex animo, cum bona uoluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus: scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino siue seruus, siue liber. Et uos domini eadem scite illis remittentes minas: scientes quia & illorum & uester Dominus est in caelis, & persona rum acceptio non est apud Deum. De cetero fratres confortamini in Domino: & in potentia uirtutis eius.]

Prima seruitutis causa peccatum est, ut homo homini conditionis uinculo subderetur. Quod non fuit nisi Deo iudicante: apud quem non est iniquitas: & nouit diuersas poenas meritis distribuere delinquentium. Sicut autem supernus Dominus dicit, omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Ac per hoc multi quidem religiosi Dominis iniquis, non tamen liberi seruiunt. A quo enim quis deus factus est, huic seruus additus est. Et utique foelicus seruit homini quam libidini cum foelicissimo dominatu uastet corda mortalium, ut alia omittam libido ipsa dominandi hominibus. Verum & poenalis seruitus ea lege ordinatur: quae naturalem ordinem conseruari iubet, perturbari uetat, quia si contra eam legem non esset factum nihil esset poenali seruitute coercendum.

Ex lib. de ciu. del. 19.

Ideoque Apostolus etiam seruos monet subditos esse Dominis suis, & ex animo eis cum bona uoluntate seruire: ut scilicet si non possunt a dominis liberi fieri, suam seruitutem ipsi quodammodo liberam faciant: non timore subdolo: sed fidei dilectione seruendo donec transeat iniquitas, & euacuetur omnis principatus & potestas humana: & sit Deus omnia in omnibus. Quocirca etiam si habuerint seruos iusti patres nostri: sic administrabant domesticam pacem, ut secundum haec temporalia bona filiorum sortem a seruorum conditione distinguerent: ad Deum autem colendum, in quo aeterna bona speranda sunt, omnibus domus suae membris pari dilectione consulere. Quod naturalis ordo ita praescribit, ut nomen patris familias hinc exortum sit, & tam late uulgatum, ut etiam inique dominantes hoc se gaudeant appellari. Qui autem ueri patres familias sunt, omnibus in familia sua tanquam filiis suis ad colendum & promerendum Deum consulant, desiderantes atque optantes uenire ad coelestem domum, ubi necessarium non sit officium imperandi mortalibus, quia necessarium non erit officium consulendi iam in illa immortalitate foelicibus.

1. Cor. 13.

Ordinauit enim sic Deus ecclesiam suam, ut omnis potestas ordinata in seculo habeat honorem, & aliquando a melioribus. Sed exempli gratia unam rem dico: hinc conijcite gradus omnium potestatem. Prima & quotidiana potestas hominis in hominem, Domini est in seruum. Propere omnes domus habent huiusmodi potestatem. Sunt Domini: sunt & serui. diuersa sunt nomina: sed homines, & homines paria sunt nomina. Et quid dicit Apostolus: Seruos Dominis suis subditos esse. Serui obedite Dominis uestris secundum carnem. Quia est dominus secundum spiritum. Ille est

Ex tractatu Psalm. 134.

Dominus uerus & aternus, isti autem temporales secundum tempus. Tu cum ambulas in uia, cum uiuis in hac uita, non uult te facere superbum Christus. Contigit tibi ut Christianus efficereris, & haberes Dominum hominē. Nō ideo Christianus factus es ut dedigneris seruire. Cum enim Christo iubente seruis homini: non illi seruis, sed illi qui iussit. Et hoc ait. Obedite dominis uestris secundum carnem cum timore & tremore in simplicitate cordis, nō ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed quasi serui Christi facientes uoluntatē Dei ex animo cum bona uoluntate. Ecce non fecit de seruis liberos, sed de malis seruis bonos seruos. Quantum debent diuites Christo qui illis componit donum: ut si fuit tibi seruus infidelis, conuertat illum Christus, & nō ei dicat. Dimitte dominum tuum: iam cognouisti eum qui uerus est Dominus. Ille forte impius est & iniquus, tu iam fidelis & iustus: indignū est ut iustus & fidelis seruiat iniquo & infideli. Non hoc ei dixit, sed magis serui. Et ut corroboret seruum, hoc dicit. Exemplo meo serui. Prior serui iniquis. Dominus enim tanta in passione sustinens, a quibus sustinuit nisi dominus a seruis. Et a qualibus nisi a malis seruis. Nam si fuissent boni serui, honorarent dominum suum: sed quia mali serui erant, iniuriaerunt. Ille quid contra reddidit? Dilectionem pro odio. Ait enim. Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Si dominus cœli & terræ per quem facta sunt omnia seruiuit indignis, rogauit pro seruientibus & furentibus, & tanquam medicum se exhibuit adueniens: nam & medici & arte & sanitate meliores seruiūt agrotis: quanto magis non debet dedignari homo ex animo, & ex tota bona uoluntate cū tanta dilectione seruire Domino & malor. Ecce serui meliori deterior, sed ad tempus. Quod autem dixi de Domino & seruo, hoc intelligite de potestatibus, & regibus, & de omnibus culminibus huius seculi. Aliquando enim potestates bonæ sunt, timent dominum. Aliquando non timent Dominum. Iulianus extitit infidelis imperator. Nonne extitit apostata iniquus & idololatra? Milites Christiani seruiērunt imperatori infideli: ubi ueniebatur ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum qui in cœlo erat: quando uolebat ut idola colerent, ut thurificarent, præponebant illi Deū. Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem: statim obtemperabant. Distinguiebant dominum æternum a domino temporali: & tamen subditi erant propter dominum æternum etiam domino temporali.

Ex tractatu Psal. 74. Nam si seruus nō ex animo tibi seruiat, manus eius, faciem eius, præsentiam eius potes uidere, cor eius non potes, & tamen ait illis apostolus. Non ad oculum seruientes. Et quid est, non ad oculum? Quid ergo? nō uisurus est Dominus meus quomodo illi seruiam, ut dicas mihi, non ad oculum seruientes? Adiecit. Sed quasi serui Christi. Dominus homo non

uidet, sed Dominus Christus uidet. Ex animo, inquit, cum bona uoluntate.

Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritualia nequitie in cœlestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perficere stare.]

Nunquid homines solos habet inimicos ecclesia? Quid est homo carni & sanguini deditus, nisi caro & sanguis? Sed ait Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & rectores tenebrarum harum, id est rectores iniquorum mundum istum diligentium, & propterea tenebrarum. Quia & nos fuimus aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Aduersus spiritualia, inquit, nequitie in cœlestibus, id est diabolum & angelos eius. Quem diabolum alio loco dicit principem potestatis aeris huius.

Intelligendi sunt inimici pro quibus orandum sit, & cōtra quos orandum sit. Inimici homines qualescumque fuerint, non sunt odio habendi: ne cum odit malum, quem patitur malum, sint duo mali. Diligat bonus & cum patitur malum, ut uel unus sit malus. Illi inimici sunt, contra quos orandum est, diabolum & angelum eius. Ipsi nobis inuident regnum cœlorum. Ipsi nolunt ut nos ascendamus, unde illi deicēti sunt. Ab his oremus erui animam nostram. Nam & quando aduersus nos homines incitantur, uasa ipsorum fiunt. Proinde Apostolus Paulus ammonens nos quam cauti contra inimicos esse debeamus, ait seruis Dei qui tribulationem patiebantur, utique seditionibus, improbitatibus, inimicitijs hominum. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est non aduersus homines, sed aduersus principes & potestates, & rectores mundi. Cuius mundi? Cœli, terræ? Absit. Huius mundi rector non est, nisi creator. Sed quæ dicit mundum? Amatores mundi. Denique addidit, & exponit quod dico. Mundi tenebrarum harum. Quarum utique tenebrarum, nisi infidelium, & impiorum? Nam ex impijs, & infidelibus, cum essent facti pii fideles, sic eos alloquitur idem Apostolus. Fuistis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Aduersus spiritualia, inquit, nequitie in cœlestibus. Aduersus diabolum & eius Angelos dimicantes, hostes uestros non uideatis, & uiuicatis.

Docemur iniquos nosse, contra quos inuisibiliter dimicamus, de quibus admonet Apostolus dicens. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est aduersus homines, aduersus eos quos uideatis, sed aduersus eos, quos non uideatis: aduersus principes & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum. Cum diceret enim rectores mundi (dicebat quippe de diabolo & angelis eius) cauendum erat ne male intelligerent homines

Ex tractatu Psalm. 117.

Ephes. 5.

Ex tractatu Psal. 30.

Ex tractatu Psalm. 84.

nes, & putarent a diabolo & demonibus mundum regi. Sed quia mundus dicitur & in peccatoribus dicitur mundus, & in eis qui diligunt mundum. De quibus dictum est. Et mundus eum non cognouit. Et de quibus dictum est. Totus mundus in maligno positus est. Exponit & Apostolus cuius mundi essent rectores. Tenebrarum, inquit, harum. Mundi dico tenebrarum harum. Rursus cogit nos intellegere quid dixerit tenebrarum harum. Quarum tenebrarum rectores sunt diabolus & angeli eius? omnium infidelium, omnium iniquorum. De quibus dictum est. Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehendunt. Denique ex ipsorum numero credentibus multis quid dixerit idem Apostolus. Fuistis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino. Non uis regni a diabolo, migra ad lucē.

Diabolus & angeli eius in scripturis sanctis manifesti sunt nobis quod ad ignem æternum sunt destinati. Ipsorum tantum desperanda est correctio. Contra quos habemus occultam lucem, ad quam nos armat Apostolus dicens. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est aduersus homines quos uideatis, sed aduersus principes & potestates, rectores mundi tenebrarum harum. Ne forte cū dixisset mundi, intelligeres demones esse rectores cœli & terræ, mundi dixit tenebrarum harum. Mundi dixit amatorum mundi. Mundi dixit impiorum & iniquorum. Mundi dixit de quo dicit Euangelium. Et mundus eum nō cognouit. Si enim mundus nō cognouit lucem: quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt, & ipsæ tenebræ quæ non comprehendunt lucem presentem, mundi nomine appellantur: harum tenebrarum sunt illi rectores. De ipsis ergo rectoribus habemus determinatam scripturarum sententiam, quod omnino inde redit alicuius eorum sperandus non est. At uero de ipsis tenebris quarum illi rectores sunt, non sumus certi, ne forte quæ erant tenebræ: fiant lux. Fidelibus quippe iam factis dicit Apostolus. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Tenebræ in uobis, lux in Domino.

Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, & spiritualia nequitie, id est aduersus diabolum & angelos eius, quia & quando patimur homines importunos, ille instigat, ille inflammat, ille tanquā uasa sua mouet. Attendam ergo duos hostes, quæ uidemus, & quem non uidemus. Hominē uidemus, Diabolū nō uidemus. Hominē diligamus, diabolū caueamus. Pro homine oremus, cōtra diabolū oremus. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem sed aduersus principatus, & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitie in cœlestibus. Ergo aduersus diabolū, & angelos eius inimicitias exercemus. Rectores mundi dixit, quia ipsi regunt dilectores mundi. Non enim regunt mundū quasi re-

Ex tractatu Psalm. 54.

Ex tractatu Psalm. 55.

ctores sint cœli & terræ, sed mundum peccatores dicit. Et mundus eum non cognouit. Talem mundum illi regunt qui non cognoscunt Christum. Contra hos habemus inimicitias perpetuas. Denique quaslibet habeas inimicitias aduersus hominem, cogitas finire siue illius satisfactione si ipse te læsit, siue tua si tu læsisti, siue alterius si uos inuicem læsistis, laboras satisfacere & concordare. Cum diabolo autem & Angelis eius, nulla concordia est. Ipsi nobis inuident regnum cœlorum: mitescere erga nos omnino non possunt.

Habemus hostes inuisibiles. Qualiter persequuntur? Homo persequitur ut occidat corpus. Persequitur alius, ut illaqueat animā. Et ideo per uasa sua, quia de illo dictum est. Operatur in filijs diffidentie per uasa sua, id est homines in quibus operatur. Agit persecutionē corporis, ut intus fiat ruina cordis. Nam sic audente corpore fiat anima, muscipula comminuta est, & nos liberati sumus. Ergo sunt & alij hostes nostri: a quibus deprecari Deum debemus ut eruat nos, ne seducant nos uel fractos molestijs secularibus, uel inductos illecebris. Qui sunt hi hostes? Videamus si aperte ab aliquo seruo dominico describuntur: ab aliquo milite perfecto qui cum illis sit congressus. Audi Apostolum dicentem. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Nolite quasi odia uestra conuertere in homines, & eos uobis hostes existimare, & eorum inimicitijs uos computare. Isti omnes quos timetis, caro & sanguis sunt. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Sic uoluit dicere contemnens hominum mortalitatem. Et aduersus quos? Aduersus principes, inquit, & potestates, & rectores huius mundi tenebrarum harum. Expaueras cum audires rectores mundi. Si rectores istius mundi, nunquid præter mundum iturus es, ubi illos non patiaris? præter mundum iturus es, ubi ab eis eruaris? Sic ergo accipe mundi tenebrarum harum, non rectores cœli & terræ. Nam ista fabrica dei est. Cœlum & terra mundus dicitur, & homines mali mundus. Quare & isti mundus? Quia diligunt mundum. Et ideo tenebræ, quia impij. Ideoque iam ex ipso numero credentibus multis, quid dicit Apostolus? Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Antequam essetis ergo lux, cum tenebræ essetis, attendite quem rectorem habuistis. Quem rectorem habent iniqui nisi diabolum? Quomodo pij & fideles rectorem habent Christum. Ergo diabolum & Angelos eius rectores mundi appellauit, id est rectores dilectores mundi: rectores peccatorum, quod est tenebrarum harum.

Præliorum & bellorum genera commemorare fortasse longum est, & gerere facilius quam explicare. Habes unum bellum quod commemorat apostolus. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est aduersus homines a quibus uideamini pati molestias.

Ex tractatu Psalm. 112.

Ex tractatu Psalm. 143.

Non aduersus ipsos pugnatis, sed aduersus principes, & potestates, & rectores mundi. Et ne intelligeres mundi coeli & terrae, ostendit quid diceret. Tenebrarum, inquit, harum. Mundi scilicet: non qui per ipsum factus est, quia & mundus per eum factus est: sed mundi qui eum non cognouit, quia mundus eum non cognouit. Haec tenebrae non sunt natura, sed uoluntate. Anima per seipsam non lucet, quia humili-
 ter ac ueraciter cantat. Tu illuminabis lucer-
 nam meam domine Deus meus, illuminabis tenebras meas. Apud te (inquit) fons uitae, & in lumine tuo uidebimus lumē, nō in lumine nostro, sed in lumine tuo. Nam & oculi nostri lumina uocantur: & tamen lux extrinsecus si desit, etiam sani & patentes in tenebris remanebunt. Ergo bellum gerimus aduersus rectores tenebrarum harum rectores scilicet insidii diabolum & Angelos eius. Hoc enim unum praelium, alterum autem unicuique in seipso. Modo genus hoc belli ex apostolica
 Epistola legebatur. Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem & sanguinem, ut non ea quae uultis faciat. Et hoc graue bellū, & quod est molestius, internum. In quo bello sit quisquis uictor, illos quos non uidet, inimicos continuo superabit. Non enim tentat diabolus uel angeli eius, nisi quod in te carnale dominatur. Nam quomodo uincimus illos hostes quos nō uidemus, nisi quia carnales motus nostros interiores sentimus. His colligimus, quia illos percutimus. In amore pecuniae dominat avaritia, dominat avaritia ibi diabolus forinsecus lucrum cum fraude
 fraudem feceris. Proponit ergo ille forinsecus avaritiae tuae, quam intus non uicisti, quam non domuisti, quam non tibi subiecisti: proponit athletae suo tanquam malus agonothea fraudem & lucrum, opus & praemium, fac & tolle. Tu autem si calcas avaritiam, si tibi interiorius non dominatur quasi non sentiens uincis. Nam diabolus insidiantem non sentis. Si ergo domuisti avaritiam attendis alterum proponentem opus & praemium. Quid ille proposuit: Fraudem & lucrum. Quid iste proponit: Innocentiam & coronam. Fac & tolle, & ille dicit & iste. Iam tu praeliator interior si non es uictus avaritia, sed uictor avaritiae, illum attendis, hunc uincis. Discernis enim utrumque & dicitis. Hos uideo opus & praemium, illo autem escam & laqueum. Neque enim aliquid dicitis in te, quod non pertineat ad te. Etenim ex peccato diuisus es aduersus te. Trahis concupiscentiae propaginē, ex traduce mortis. Habes contra quod pugnes in te, habes quod expugnes in te. Sed habes quod inuoces ut pugnantem adiuuet te, & uincens coronet te, qui non existentem fecit te.

Psal. 118. et 135.

Galat. 5.

Ex ser. de hac dilecti.

Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, quia non tantum te homo persequitur, sed diabolus per illum. Et antequam te laedat in corpore, se occidit in mente. Non

est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Hominibus aduersus homines, quia caro & sanguis sunt, sed aduersus principes et potestates rectores tenebrarum harum, quia quomodo eos qui lux sunt, Christus gubernat & regit, sic eos qui tenebrae sunt, ad omne malum diabolus praecipitat & instigat. Hoc ergo nos hortatur Apostolus, ut non contra hominem malum, sed contra diabolum qui cum illo operatur oremus, & quicquid possumus faciamus, ut diabolus expellatur, & homo liberetur. Quomodo enim si ad aliquem in praelio constitutum de parte aduersaria armatus equo sedens ueniat, non equo, sed equi irascitur: & quantum potest hoc agere cupit, ut equitē percutiat, & equum possideat, sic circa omnes malos agendum est: & non contra illos, sed contra eum qui illos instigat, totis uiribus laborandum est: ut dum diabolus uincitur, infelix ille quem possidere ceperat liberetur. Aduersus inimicos non conspicuos, non carnem & sanguinem miserandam potius quam cauedam, sed aduersus illos inimicos contra quos Apostolus nos hortatur, armemur.

Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, id est aduersus homines quos uideatis sequere in uobis. Vasa sunt, alius utitur. Organa sunt: alius tangit. Immisit se (inquit) diabolus in cor Iudae, ut traderet dominum. Ait aliquid. Quid ergo fecit? Audi Apostolum. Neque detis locum diabolo. Tu mala uoluntate locum dedisti. Intrauit, possedit, utitur, si locum non dares non possideret. Ergo nos ammonēs ait. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus principes & potestates. Potest quisquam putare aduersus reges terrae, aduersus potestates seculi? Quare? Ipsi non caro & sanguis? Semel dictum est non aduersus carnem & sanguinem. Auertere ab omni homine. Qui ergo restant inimici? Aduersus principes & potestates spiritualis nequitiae rectores mundi. Quali plus dedit diabolo & angelis eius. Plus dedit, rectores mundi appellauit. Sed ne male intelligas, exponit quid sit mundus, cuius sunt illi rectores. Rectores mundi tenebrarum harum. Quid est mundi tenebrarum harum quibus est rector? Dilectoribus suis, & infidelibus plenus est mundus. Has appellat Apostolus tenebras. Harum rectores diabolus & angeli eius. Haec tenebrae non naturales sunt, non incommutabiles sunt, mutantur & lux efficiuntur. Credunt & credendo illuminantur. Quod cum eis factum fuerit audient. Fuiſtis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Nam quando tenebrae, non in domino. Iterum quando lux, non in te, sed in Domino. Quid enim habes quod non accepisti? Quia ergo sunt inuisibiles inimici, inuisibiliter expugnandi. Quippe hostem uisibilem uincis feriendo, inuisibilem uincis credendo.

Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sicut Apostolus dicit, id est aduersus homines mortali corpore infirmos, sed

Ex ser. de uer. euan. 8. Ioan. 13.

Ephes. 4.

1. Cor. 4.

Ex ser. de uer. gi. Pas.

sed aduersus principes & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiae in caelestibus. Nec ideo sane diabolus & angelos eius (quos Apostolus his uerbis significat mundi rectores) mundi huius existimetis esse rectores. De quo scriptum est, Et mundus per eum factus est. Nam eos rectores mundi cum etiam ipse dixisset, ne quis mundum intelligeret qui plerisque scripturarum coeli & terrae nomine nuncupatur: continuo tanquam exponendo addidit tenebrarum harum, hoc est infidelium. Propter quod iam fidelibus dicit. Fuiſtis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Sunt ergo ista spiritualia nequitiae in caelestibus non ubi sidera disposita effulgent, & sancti Angeli commorantur: sed huius aeris infimi caliginoso habitaculo, ubi & nebula conglobatur, & tamen scriptum est. Qui cooperit caelum nubibus. Vbi & aues uolitant, & tamen dicuntur uolantilia caeli. In his ergo caelestibus non illa superiore tranquillitate caelestium habitant isti nequissimi spiritus contra quos nobis colluctatio spiritualis indicitur, ut deus Angelis malis illo praeiudicio perfruamur, quo Angelis bonis incorrupta aeternitate sociemur. Vnde alio loco idem Apostolus cum significaret tenebrosam diaboli principatum. Secundum spiritum (inquit) mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius qui nunc operatur in filiis infidelitatis. Quod ergo est spiritus mundi huius, hoc sunt rectores mundi. Et sicut illic exposuit quid dixerit mundum in filiis infidelitatis, sic etiam cum addidit tenebrarum harum. Et quod ibi ait principem potestatis aeris, hoc isto loco, in caelestibus. Gratias itaque domino deo nostro qui nos eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii charitatis suae. Ab illis ergo tenebris Euangelica luce distincti, & ab illis potestatibus sanguine precioso redempti, Vigilate & orate, ne in tectis in tentatione. Nam quicquid habetis fidee quae per dilectionem operatur: missus est princeps mundi huius foras a cordibus uestris: sed forinsecus tanquam leo rugiens circuit quarens quem deuoret. Non ergo detis locum diabolo quacumque ex parte penetrare moliēti: sed qui eum foras misit patiendo pro uobis, aduersus eum habitet intus in uobis. Cum uobis ille dominaretur, fuiſtis aliquando tenebrae: nunc autem lux in domino, sicut filii lucis ambulate aduersus tenebras carumque rectores: in matre luce uigilate: & patrem luminum de sinu matris lucis orate.

Psal. 14. 6.

Ephes. 2.

Coloss. 3.

Marci. 13.

Ex tracta. eua. sec. 10. 7. Ioan. 1. 4.

Iacob. 4.

go ut sic intelligatur diabolus princeps mundi: tanquam gerat uniuersi mundi, id est coeli & terrae atque omnium quae in eis sunt principatum. De quali mundo dictum est: cum de Christo uerbo sermo esset. Et mundus per eum factus est. Vniuersus itaque mundus a summis caelis usque ad infimam terram creatori est subditus non desertori, redemptori, non interemptori, doctori, non deceptor. Quemadmodum sic intelligendus princeps mundi diabolus, euidentius aperuit apostolus Paulus. Qui cum dixisset, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est aduersus homines: subiicit atque ait. Sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Sequenti enim uerbo exposuit quid dixisset mundi, cum subiicit tenebrarum harum, ne quisquam mundi nomine intelligeret uniuersam creaturam, cuius nullo modo sunt rectores Angeli desertores. Tenebrarum (inquit) harum, id est mundi huius amatorum. Ex quibus tamen electi sunt, non per suum meritum, sed per dei gratiam. Quibus dicit. Fuiſtis enim aliquando tenebrae: nunc autem lux in domino. Omnes ergo fuerunt sub rectoribus tenebrarum harum, id est omnium impiorum, tanquam tenebrae sub tenebris. Sed gratias deo qui eruit nos, sicut dicit idem Apostolus, de potestate tenebrarum & transtulit in regnum filii charitatis suae, in quo princeps huius mundi, hoc est tenebrarum harum, non habebat quicquam: quia neque cum peccato Deus uenerat, nec eius carnem de peccati propagine uirgo pepererat.

Contra spiritualia nequitiae in spiritualibus. Cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simon Scariothes. Si queris quid missum sit in cor Iudae: hoc utique ut traderet eum. Missio ista, spiritualis suggestio est: non fit per aurem, sed per cogitationem, ac per hoc non corporaliter: sed spiritualiter. Neque enim spiritale quod dicitur semper in laudem accipiendum est. Nouit Apostolus quaedam spiritualia nequitiae in caelestibus, aduersus quae nobis colluctationem esse testatur. Non autem essent etiam maligna spiritualia, si non essent etiam maligni spiritus: a spiritu enim spiritualia nominantur. Sed quomodo ista fiant, ut diabolice suggestiones cogitationibus miscantur, ut eas tanquam suas deputet homo, unde scit homo: Nec dubitandum est etiam bonas suggestiones a bono spiritu ita latenter ac spiritualiter fieri. Sed interest quibusnam earum mens humana consentiat, diuino auxilio uel deserti per meritum, uel adiuta per gratiam.

Quia uero & ipsi mali Angeli non a Deo sunt conditi, sed peccando facti sunt mali, sic Petrus in epistola sua dicit. Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferni tradens tradidit in iudicio puniendos seruari. Hic Petrus ostendit adhuc eis ultimi iudicii poenam deberi, de qua dominus dicit. Ite in ignem aeternum, qui

Ioan. 1.

Ex tractatu eua. sec. 10. 55.

Ex libr. de natura bo.

qui paratus est diabolo & Angelis eius. Quia-
uis iam pœnaliter hunc infernum, hoc est in-
feriorem caliginosum aerem acceperint. Qui
tamen quoniam & cœlum dicitur, non illud
cœlum in quo sunt sidera, sed hoc inferius cu-
ius caligine nubila conglobantur, & ubi aues
uolitant: nam & cœlum nubilum dicitur, et uo-
latilia cœli appellantur: secundum hoc Apo-
stolus Paulus eosdem iniquos angelos contra
quos nobis inuidos pie uiuendo pugnamus
spiritalia nequitia in cœlestibus nominat.
Quod ne de illis superioribus cœlesti intelliga-
tur aperte. Alibi dicit. Secundum principem
potestatis aeris huius, qui nunc operatur in fi-
liis diffidentia.

Eph. 2. Stare ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti
lorica iustitia: et calciaui pedes in preparatione euangelij pacis.

Ex libro. 1. que. 1. eu. 1. Stola prima est dignitas quam perdidit A-
dam. Serui qui eam proferunt, reconciliationis
prædicatores. Annulus in manu pignus spiri-
tus sancti, propter partitionem, quæ digito be-
ne signatur. Calciamenta in pedes, prepara-
tio euangelizandi ad non tangenda terrena.

Ex lib. de consen. eu. 2. Marcus dicendo calciari apostolos sanda-
lijs uel soleis, aliquid hoc calciamentum my-
sticæ significationis habere ammonet, ut pes
neq; tectus sit, neq; nudos ad terram, id est ne
occidatetur Euangelium nec terrenis commo-
dis innitatur.

*In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia te-
la ne quisim ignea extinguere.]*

Ex lib. de doctr. chri. Neq; enim melius potest intelligi quod di-
ctum est Deo: Aprehende arma & scutu-
m, et exurge in adiutorium mihi, quam lo-
co illo ubi legitur, Scuto bonæ uoluntatis tuæ
coronasti nos: nec tamen ita, ut iam ubicunq;
scutum pro aliquo munimento positum legeri-
mus, non accipiamus nisi bonam uoluntatem
dei. Dicitur enim. Et scutum fidei in quo pos-
sitis, inquit, omnes sagittas maligni ignitas ex-
tinguere. Nec rursus ideo debemus in armis
huiusmodi spiritualibus scuto tantummodo
fidem tribuere, cum demini pati molestias.

Non aduersus ipsos pugna alio loco etiam
lorica dicta sit fidei. Induti (inquit) lorica fidei
& charitatis.
Dicit arma nostra Apostolus scutum fidei,
& galeam salutis, & gladium spiritus quod
est uerbum Dei. Armavit nos talibus ar-
mis qualibus auditis: laudabilibus & inui-
cis, insuperabilibus & splendidis, spiritualibus
sane & inuisibilibus, quia & hostes inuisibiles
expugnamus. Si uides hostem tuum, uidean-
tur arma tua. Armamur earum rerum fide quas
non uidemus, & sternimus hostes quos non
uidemus. Verum tamen charissimi arma ista
ne putetis sic esse, ut quasi quod scutum est, sem-
per scutum sit, aut quod galea est, semper galea
sit, aut quæ lorica est, semper lorica sit. In istis
enim armis corporalibus ita est. Quamquam

& de ferro qui sunt mutari possunt, ut ex gla-
dio fiat securis. Tamen ipsum Apostolum ui-
demus dixisse quodam locoloricam fidei, &
alio loco dixisse scutum fidei. Scutum ergo est,
quia tela inimicorum excipit & repellit. Lori-
ca est, quia interiora tua transigi non sunt.

*Et galeam salutis assume, & gladium spiritus quod est
uerbum dei, per omnem orationem & obsecrationem orantes
omni tempore in spiritu, & in ipso uigilantes in omni instan-
tia & obsecratione pro omnibus sanctis & pro me: ut detur
mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere my-
sterium euangelij pro quo legatione fungor in catena ista: ita
ut in ipso audeam prout oportet me loqui. Ut autem & uos sci-
atis quæ circa me sunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Ti-
chycus charissimus frater & fidelis minister in domino: quem
misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, &
consolentur corda uestra.]*

Sermo ergo Dei gladius bis acutus. Vnde
bis acutus: Dicit de temporalibus, dicit de æ-
ternis. In utroq; probat quod dicit, & eum quæ
ferit separat à mundo. Nonne ipse est gladius
de quo dominus dicit: Non ueni pacem mitte-
re in terram, sed gladium? Veniat gladius bis
acutus, offerat promissionem uitæ presentis
& futuræ: temporalium consolationem, æter-
norum perfruitionem. Ecce gladius ex utraq;
parte acutus promittens temporalia in quo
non fefellit. Nonne ecclesia dei per totum mû-
dum non erat? Ecce est. Antea legebatur, &
non uidebatur. Modo sicut legitur ita cerni-
tur. Quicquid temporaliter nobis promissum
est, ad unam partem gladii pertinet. Quicquid
in sempiternum, ad alteram partem gladii per-
tinet. Habes spem futuræ rerum, habes consolatio-
nem presentium. Venit ergo dominus ferens
gladium bis acutum: promittens æterna, im-
plens temporalia. Nam ideo & duo testamen-
ta dicuntur. Vetus testamentum terrena pro-
mittit nouum æterna. In utroq; sermo Dei ue-
rax inuentus est.

*Pax fratribus & charitas cum fide à Deo patre nostro &
domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt domi-
num nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.]*

Pax (inquit) fratribus & charitas cum fide.
Magna bona: sed dicat unde. A Deo (inquit)
patre & domino Iesu Christo. Ergo hæc ma-
gna bona non sunt Dei dona.

Non tamen quoniam fides datur prius quæ
postuletur ab illo cui datur: ideo dicenda est
non esse donum dei, sed esse à nobis: quia da-
ta est nobis non perentibus donis. Apostolus
enim apertissime dicit. Pax fratribus & chari-
tas cum fide à Deo patre & domino Iesu Chri-
sto. A quo ergo pax & charitas, ab illo est &
fides. Propter quod ab illo eam non solum au-
geri habentibus, uerum etiam non ha-
bentibus poscimus dari.

F I N I S.

A R G V :

ARGUMENTVM IN EPISTOLAM
AD PHILIPPENSES.

Philippenses sunt Macedones. Hi acce-
pto uerbo ueritatis perstiterunt in fide:
nec receperunt falsos Apostolos. Hos col-
laudat Apostolus, scribens eis à Roma de
carcere per Epaphroditum.

EXPOSITIO DI-
VI PATRIS AVGVSTI-
NI EPISCOPI IN EPISTOLAM
sancti Pauli Apostoli ad Philippenses,
per uenerabilem Bedam pres-
byterum collecta.

C A P. I.

PAULUS & Timotheus serui Iesu Christi, omni-
bus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis,
cum episcopis & diaconibus. Gratia uobis &
pax à Deo patre nostro & dño Iesu Christo.]

Sicut sunt duo timores qui faci-
unt duo genera timentium: sic duæ sunt serui-
tutes quæ faciunt duo genera seruorum. Est timor
quem perfecta charitas foras mittit: est alius
timor castus permanens in seculum seculi. Illi
timor qui non est in charitate, attendebat A-
postolus cum dicebat. Non enim accepistis
spiritum seruitutis iterum in timore. Illum au-
tem timorem castum attendebat cum dicebat.
Noli altum sapere, sed time. In illo timore quæ
charitas foras mittit: est etiam seruitus simul
foras cum ipso timore mittenda. Vtrūq; enim
iunxit Apostolus, hoc est & seruitutem & ti-
morem, dicendo. Non enim accepistis spiritum
seruitutis iterum in timore. Ad hanc seruitu-
tem pertinentem serui intuebatur & dominus di-
cens. Iam non dicam uos seruos: quia seruus
nescit quid faciat dominus eius. Non ille utique
seruus ad timorem pertinens castus, cui dicitur:
Euge serue bone, intra in gaudium domi-
ni tui: sed ille seruus pertinens ad timorem
foras à charitate mittendum. De quo alibi di-
cit. Seruus non manet in domo in æternum, si
lius autem manet in æternum. Quoniam itaq;
dedit nobis potestatem filios dei fieri, non ser-
ui, sed filij sumus: ut miro quodam & ineffabi-
li, sed tamē uero modo serui non serui esse pos-
simus. Serui scilicet timore casto, ad quæ per-
tinet seruus intrans in domini sui gaudium: non
serui autem timore foras mittendo, ad quem
pertinet seruus non manens in domo in æter-
num. Ut autem tales serui non serui simus, do-
minum facere scimus. Hoc seruus ille nescit,
qui nescit quid faciat dominus eius. Et cum a-
liquid boni facit, sic extollitur quasi hoc ipse
faciat non dominus eius, & gloriatur in se, non
in Domino gloriatur: cum se ipse deceperit,
quia sic gloriatur quasi non acceperit.

Ioh. 15.

Ex lib. de gra. & libe. arb.

Ex lib. de boe no perfi.

Matth. 15.

Ioh. 8.

Ioh. 7.

Ex lib. de gra. & libe. arb. philip. 2.

Matth. 6.

Philipp. 2.

Matth. 6.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

cunctis orationibus meis pro omnibus uobis cum gaudio depre-
cationem faciens super communicatione uestra in euangelio
Christi à prima die usque nunc: confidens hoc ipsum, quia qui
cepit in uobis opus bonum, perficiet usq; in diem Iesu Chri-
sti, sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis: eo quod
habeam uos in corde & in uinculis meis, & in defensione &
confirmatione euangelij: socios gaudij mei omnes uos esse. Te-
stis enim mihi est Deus quomodo cupiam omnes uos esse in ui-
sceribus Iesu Christi. Et hoc oro: ut charitas uestra magis ac ma-
gis abudet in omni scientia, & in omni sensu: ut probetis potio-
ra, ut sitis sinceri & sine offensa in diem Christi: repleti fru-
ctu iustitiæ per Iesum Christum in laudem & gloriam Dei. Sci-
re autem uolo uos fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad per-
fectum uenerunt Euangelij: ita ut uincula mea manifesta fierent
in Christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus, ut plures
è fratribus in domino confidentes in uinculis meis, abundantius
auderent sine timore uerbum dei loqui.]

Cooperando incipit: quoniam ipse ut uelimus
operatur incipiens, qui uolentibus coopera-
tur perficiens. Propter quod ait Apostolus.
Certe sum quoniam qui operatur in uobis
opus bonum, perficiet usq; in diem Christi Ie-
su. Ut ergo uelimus, sine nobis operatur. Cui
autem uolumus, & sic uolumus ut faciamus,
nobiscum cooperatur. Tamen sine illo uel o-
perante uelimus, uel cooperante cum uolu-
mus, ad bona pietatis opera nihil ualeamus.

De mûdo (inquit) non sunt, sicut & ego non
sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate.
Querri autem potest quomodo de mundo iam
non erant si sanctificati in ueritate nondum
erant: aut si iam erant, cur poscat ut sint. An
quia & sanctificati in eadem proficiunt san-
ctitate, suntq; sanctiores? Neq; hoc sine adiu-
torio gratiæ dei sed illo eorum sanctificante
profectum qui sanctificauit inceptum. Vnde
& Apostolus dicit. Qui in uobis bonum opus
cepit, perficiet usq; in diem Christi Iesu. San-
ctificantur itaque in ueritate hæredes testa-
menti noui, cuius ueritatis umbra fuerunt san-
ctificationes ueteris testamenti. Et cum sancti-
ficantur in ueritate, utique sanctificantur in
Christo, qui ueraciter dixit. Ego sum uia ue-
ritatis & uitæ.

Quidam quidem & propter inuidiam & contentio-
nem: quidam autem & propter bonam uoluntatem Christum
predicant: quidam ex charitate, scientes quoniam in defensio-
ne euangelij positus sum. Quidam autem ex contentione Chri-
stum annunciant non sincere, existimantes pressuram se susci-
tare uinculis meis.]

Sunt in Ecclesia quidam præpositi, de qui-
bus Apostolus Paulus dicit. Sua quæren-
tes non quæ Iesu Christi: Quid est sua quæ-
rentes? Non Christum gratis diligentes, non
Deum propter Deum quærentes, temporalia
commoda consectantes, lucris inhiantes, ho-
nores ab hominibus appetentes. Hæc quan-
do amantur à præposito, & propter hæc serui-
tur Deo, quisquis talis est, mercenarius est: in-
ter filios se non computet. De talibus enim do-
minus dicit. Amē dico uobis, perceperunt mer-
cedem suam. Audi de Timotheo sancto quid dicat
aposto-

Ex lib. 1. & libero

Ex tractatu eu. sec. 10. 1. 10. 1. 17.

Ex tractatu eu. sec. 10. 4. 6. philip. 2.

Matth. 6.

Philipp. 2.

apostolus Paulus. Spero autem in domino Iesu Timotheum cito mittere uobis, ut & ego bono animo sim, cum cognouero quæ circa uos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem qui germane de uobis sollicitus sit. Omnes enim sua querunt, non quæ Iesu Christi. Inter mercenarios pastor ingemuit. Quæsiuit aliquem qui synceriter diligeret gregem Christi, & circa se in eis qui cum illo eo tempore fuerant non inuenit. Non enim in ecclesia Christi tunc præter Paulum Apostolum & Timotheum, nemo erat qui germane de grege sollicitus esset. Sed contigerat, ut illo tempore quo Timotheum misit, circa se alium de filiis non haberet, sed soli mercenarij cum illo essent sua querentes, non quæ Iesu Christi. Et tamen ipse de grege germane sollicitus, maluit filium mittere, & inter mercenarios remanere.

Ex eod. serm.

Etiam per mercenarios uocem audire pastoris: sed nolite esse mercenarij cum sitis mæbra pastoris. Ipse autem Paulus sanctus Apostolus qui dixit, Neminem habeo qui germane de uobis sollicitus sit: omnes enim sua querunt, non quæ Iesu Christi: alio loco inter mercenarios filiosque distinguens uidete quid dixerit. Quidam per inuidiam & contentionem, quidam uero & per bonam uoluntatem Christum predicant, quidam ex charitate, scientes quia in defensione euangelij positus sum. Quidam uero & per contumaciam Christum annunciant & non caste, existimantes tribulationem suscitari uinculis meis. Isti mercenarij erant, Paulo Apostolo inuidebant. Quare inuidebant, nisi quia temporalia inquirebant: Sed quid adiungat attendite. Quid enim, dum omnimodo, siue occasione, siue ueritate Christus annuncietur: Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Veritas est Christus: ueritas à mercenarijs occasione annuncietur: ueritas à filiis ueritate annuncietur, Filij æternam hereditatem patris patienter expectent. Mercenarij temporalem mercedem conducentes festinãter exoptent. Mihi humana gloria, cui mercenarios inuidere uideo, minuatur: & tamẽ per linguas & mercenariorum & filiorum diuina Christi gloria diffametur, cum siue occasione siue ueritate Christus annuncietur. Possunt isti maledici potius calumniatores quam ueridici iudices, etiam sanctos Apostolos accusare, quod non charitate generandi filios uite æternæ, sed cupiditate laudis humanæ populis tam multis Euangelium prædicauerint: Neque enim de erat illis Euangelicis patribus per omnes Christi Ecclesias fama præclara tot linguis laudantibus comparata: immo uero tanta aderat, ut maior hominibus ab hominibus honor & gloria deferri non debeat. Hanc in Ecclesia gloriam peruersa uoluntate si modo perditus concupiuit, quando ab eis pecunia uoluit cæcus emere, quod illi diuina gratia eadem gratuita meruerunt. Huius auidus gloriæ fuisse intelligitur, quem se uolentem sequi dominus in euangelio reuocat dicēs. Vulpes

Ex lib. con. Pauli. tit. 43.

Actuum. 8.

Matth. 8.

foueas habent, & uolucres cœli diuersoria. Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Videbat enim eum dolosa simulatio ne tenebrosam, & uentosa elatione iactatum, non habere fidei locum ubi se inclinantem doctorum humilitatis exciperet, quia in discipulatu Christi non illius gratiam, sed suam gloriam requirebat. Hoc amore gloriæ corrupti erant quos Paulus Apostolus notat quod per inuidiam & contentionem non caste Christum annunciant. Quibus tamen prædicantibus gaudet Apostolus sciens fieri posse, ut dum illi sectantur humanæ gloriæ cupiditatem, tamẽ his auditis fideles nascerentur non ex eorum inuida cupiditate, qua se uolebant uel æquare, uel anteponi Apostolica gloriæ: sed per Euangelium, quod etiam si non caste, tamen annunciant: ut de malo illorum deus operaretur bonum, sicut fieri potest ut homo ad concubitum non ingrediatur uoluntate generandi, sed luxuriandi libidine rapiatur, & tamen nascatur homo bonum Dei opus de fecunditate seminum, non de turpitudine uitiorum.

Notissimum esse arbitror sanctitati uestre quod ait Apostolus. Non enim omnium est fides. Et quod maior esse solet infidelium multitudo, non ignoratis. Propter quod dicitur. Domine quis credidit auditui nostro? Inter quos etiam illi numerantur, de quibus dicit Apostolus. Omnes sua querunt, non quæ Iesu Christi. Quos alio loco dicit, non ex ueritate, sed ex occasione prædicare uerbum Dei non caste, idest non ex animo puræ ac synceræ charitatis. Aliud enim sentiebant, quod in eorum moribus apparebat: & aliud prædicabãt, ut sancto nomine placerent hominibus. Nam de his iterum dicit. Neque enim isti Deo seruiunt, sed suo uentri. Quos tamen Christum annunciant permissit.

Quamuis enim potius crederent quæ ipsi faciebant ut morerentur: ea tamen prædicabant, quæ si alij credentes facerent, saluarentur. Non enim aliud annunciant præter regulam fidei. Eos quippe excludit Apostolus dicens. Si quis uobis annunciauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Illi non Christum annunciant qui annunciant fallitatem, quia Christus ueritas est. De istis autem dicit quod Christum annunciant, sed non caste, idest non animo simplici & puro ex fide syncera quæ per dilectionem operatur. Terrenis quippe cupiditatibus consulentes, regnum cœlorum annunciant, habentes in pectore fallitatem, in lingua ueritatem. Sciens itaque Apostolus etiam per Iudam euangelizantem credentes esse liberatos, istos quoque ita permittit. Siue (inquit) occasione, siue ueritate Christus annuncietur. Veritatẽ quippe annunciant etiam si non ueritate, id est non uero animo. Isti loquuntur quod non credunt, & ideo reprobati sunt, quamuis sint utiles eis quos iustruit dominus dicēs. Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt.

Vnde,

Ex tractatu Psalm. 115. 2. The. 3. Esa. 63. Philip. 2.

Rom. 16.

Galat. 1.

Matth. 23.

Ex lib. con. mundiciam

Vnde, nisi quia utilia non credunt esse quæ dicunt: Fuerunt enim etiam temporibus Apostolorum qui ueritatem non ueritate, idest non ueraci animo prædicarent. Quos dicit Apostolus Christum annunciasse, non caste, sed per inuidiam & contentionem. Ac per hoc tum etiam nonnulli tolerati sunt annunciantes non casto animo ueritatem: non tamen ulli laudati sunt, tanquam annunciantes casto animo fallitatem. Denique de illis dicit. Siue occasione, siue ueritate Christus annuncietur. Nullo modo autem diceret, ut postea Christus annuncietur, prius negetur.

Ex ser. de uer. euang. 49.

Tres personas dixit dominus, & debemus illas inuestigare in Euangelio: Pastoris, mercenarij, & furis. Pastorem dixit animam suam ponere pro ouibus & intrare per ianuam. Furem dixit & latronem ascendere per aliam partem. Mercenarium dixit, lupum uel etiam furem si uideat, fugere, quia non est illi cura de ouibus. Mercenarius est enim, non pastor. Ille intrat per ianuam qui pastor est. Ille ascendit per aliam partem, qui fur est. Ille uidens eos qui uolunt tollere oues, timet & fugit: quia mercenarius est, quia non est illi cura de ouibus. Mercenarius est enim. Si inuenerimus tres istas personas, inuenit sanctitas uestra & quos diligatis, & quos toleretis, & quos caueatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus est latro. Sunt homines in ecclesia, de quibus dicit Apostolus, qui ex occasione euangelizant querentes ab hominibus comoda sua siue pecuniaria, siue honorum uel laudis humana. Quomodo libet uolentes accipere munera Euangelizant: non tam salutem eius querunt cui annunciant, quam commodum suum. Ille autem qui audit salutem ab eo qui non habet salutem, si ei crediderit quæ illi annunciat, neque in illo spẽ posuerit per quæ illi annuncietur salus, qui annunciat habebit detrimentum, cui annunciat habebit lucrum. Audi Apostolum gementem de talibus. Dicit alios annunciant euangelium per charitatem alios per occasionem. De quibus dicit annunciant euangelium non recte rem rectam, sed ipsi non recti. Quod annunciant rectum est, sed qui annunciant non sunt recti. Quare non est rectus? Quia aliud querit in ecclesia, non Deum querit. Si Deum quereret, castus esset, quia legitimum maritum anima Deum habet. Quisquis à Deo præter Deum aliquid querit, non caste Deum querit. Videte fratres: Si uxor amet maritum quia diues est, non est casta. Non enim maritum amat. Casta & nudum amat, & pauperem amat. Si enim propterea amat, quia diues est: quid si (quomodo sunt casus humani) proscribatur subitò, & egens remaneat? Renunciat illi forte: quia quod amabat non maritus erat, sed res eius. Si autem uere maritum amet, etiam pauperem plus amat, quia cum misericordia amat. Et tamen fratres, Deus noster nunquam pauper esse potest. Diues est, ipse fecit omnia, cœlum & ter-

ram & mare & Angelos: quicquid uidemus, quicquid non uidemus in cœlo, ipse fecit. Sed tamen non diuitias amare debemus, sed eum qui fecit illas. Non enim tibi promissit nisi se. Inueni aliqd preciosius, et hoc tibi dabit. Pulchra est terra, cœlum, & angeli, sed pulchrior est ipse qui fecit hæc. Qui ergo annunciant deum amantes, qui annunciant deum propter deum, pascent oues, & non sunt mercenarij. Ipsam castitatẽ exigebat ab anima dominus noster Iesus Christus quando dicebat Petro. Petre amas me? Quid est amas me? Castus est, non est corruptum adulterum, non tua queris in Ecclesia, sed mea. Si ergo talis es, & amas me, pasce oues meas. Non enim eris mercenarius, sed eris pastor. Illi autem non caste annunciant de quibus gemit Apostolus. Sed quid dicit? Quid enim dum omnimodo siue occasione siue ueritate Christus annuncietur? Permissit ergo esse mercenarios. Pastor ueritate Christum annunciat, Mercenarius occasione Christum annunciat, aliud querens. Tamen & ille Christum annunciat, & ille Christum. Audi uocem pastoris Pauli, siue occasione, siue ueritate Christus annuncietur. Ipse pastor uoluit habere mercenarium. Faciunt enim ubi possunt: utiles sunt quantum possunt. Quando autem ad alios usus quærebatur Apostolus. cuius uis imiterentur infirmi: nisi uobis (inquit) Timotheum quos comone faciat uias meas. Et quid ait? Mihi pastorẽ qui uos commoneret uias meas, idest quia quomodo ego ambulo, & ipse ambulat. Et mittens pastorẽ quid ait? Neminem enim habeo tam unanimem qui syncera affectione pro uobis sollicitus sit. Nonne cum illo erant multi? Sed quid sequitur? Omnes enim sua querunt, non quæ sunt Christi. Idest ego uobis pastorem mittere uolui. Nam multi mercenarij sunt. Sed non oportuerat ut mercenarius mitteretur. Ad alias res & negotia peragenda mittitur mercenarius. Ad illas autem quas tunc uolebat Paulus, pastor erat necessarius. Et uix inuenit unum pastorẽ inter multos mercenarios, quia pauci pastores, multi mercenarij. Sed quid dicitur de mercenarijs? Amẽ dico uobis, perceperunt mercedem suam. De pastore autem quid dicit Apostolus? Quisquis autem mundauerit se ab huiusmodi, erit uas in honore sanctificatum & utile dño ad omne opus bonum paratum semper. non ad quasdam res paratum, & ad quasdam non paratum, sed ad omne opus bonum paratum. In se autem reuersus dicit. Quanti mercenarij patris mei abundant panibus? Vnde hoc scire poterat, in quo tanta erat obliuio Dei, sicut in omnibus idololatriis fuit, nisi quia ista recogitatio iam respicientis est cum Euangelium prædicaretur: iam enim poterat talis animaduertere multos prædicare ueritatem: inter quos quidem essent non ipsius amore ueritatis ducti: sed cupiditate comparandorum secularium commodorum. De quibus dicebat Apostolus esse quosdam qui euangelium annunciant non caste, existimantes quæsum esse pietatem: Non

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

Philip. 2.

Matth. 6.

2. Tim. 2.

Ex li. quæ. euã. cap. 33. Luca. 15.

Non enim aliud annunciant, sicut heretici, sed quod Apostolus Paulus, non eo tamen animo quo apostolus Paulus. Vnde mercenarii recte appellantur: in eandem quidem domo eundem panem uerbi tractantes, non tamen in aeternam hereditatem uocati, sed temporarii mercede conducti. De talibus dictum est. Amen dico uobis, perceperunt mercedem suam.

Quid enim dum omnimodo siue per occasionem siue per ueritatem annuncietur Christus? Et in hoc gaudeo, sed et gau- debo. Scio enim quia hoc mihi prouenit ad salutem, per uestra oratione et subministracione spiritus Iesu Christi secundum expectationem et spem meam quia in nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semper et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem. Mihi enim uiuere Christus est, et mori lucrum.]

Viduales commemorat Apostolus falsos fratres inuidia predicantes uerbum Dei. Et quid de illis dicit? Et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. Christum enim annunciant. Per inuidiam quidem, sed tamen Christum. Non per quid, sed quem uide. Per inuidiam predicatur tibi Christus: Bibe Christum, uita inuidiam. Noli imitari malum predicatorem: sed imitare bonum quem tibi predicat Christum. Ergo a quibusdam per inuidiam predicabatur. Et quid est inuidere? horrendum malum. Ipso malo diabolus delectus est: ipse deiecit. Multum maligna pestis. Et habebant illam quidam predicatores Christi: quos tamen predicare promittit Apostolus. Quare? Quia Christum predicabant. Qui autem inuidet odit. Et qui odit, quid de illo dicitur? Audi Apostolum Ioannem. Qui odit fratrem suum homicida est. Videmus istos rem quidem sanctam et castam non caste annunciasse. Quare gaudet Apostolus? non malo illorum, sed ut Christi gloria diffametur.

Quod si uiuere in carne hic mihi fructus operis est, et quid eligam ignoro. Cooperator enim est duobus, desiderium habens dissolui, et cum Christo esse multo melius: permanere autem in carne magis necessarium est propter uos. Et hoc confidens scio, quia manebo et permanebo omnibus uobis ad profectum uestrum et gaudium fidei, ut gratulatio uestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad uos. Tantum digne Euangelio Christi conuersamini, ut siue cum uenero et uidero uos, siue absens audiam de uobis, quia statis in uno spiritu unanimis collaborantes fidei euangelij.

Cum uerba propria faciunt ambigua scripturam, primo uidentur est, ne male distinxerimus aut pronunciauerimus. Cum ergo adhibita intentio incertum esse prouiderit quomodo distinguendum aut quomodo pronuntiandum sit, consulat regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis et Ecclesie auctoritate percepit. Quod si amba uel etiam omnes si plures fuerint partes ambiguitatis secundum fidem sonuerunt, textus ipse sermone a consequentibus, et praecedentibus partibus quae ambiguitatem illam in medio posuerunt, restat consulendus, ut uideamus cuiusnam sententiae de pluribus quae se ostendunt

ferat suffragium, eamque sibi connexi patiatur. Iam nunc exempla considera. Illa haeretica distinctio: In principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et Deus erat: ut sensus alius sit, Verbum hoc erat apud Deum in principio, non uult deum uerbum confiteri. Sed hoc, regula fidei refellendum est, quia nobis de Trinitatis aequalitate praescribitur ut dicamus, et deus erat uerbum: deinde subiungamus, hoc erat in principio apud Deum. Illa uero distinctionis ambiguitatis neutra parte resistit fidei et ideo textu ipso sermonis diiudicanda est, ubi ait apostolus. Et quid eligam ignoro. Compellor autem ex duobus, concupiscentiam habens dissolui et esse cum Christo, multo enim magis optimum, manere autem in carne necessarium propter uos. Incertum est enim, utrum ex duobus concupiscentiam habens, an compellor ex duobus: ut illud adiungatur, concupiscentiam habens dissolui et esse cum Christo. Sed quoniam ita sequitur, multo enim magis optimum: apparet eum eius optimi dicere se habere concupiscentiam: ut cum ex duobus compellatur, alterius tamen habeat concupiscentiam, alterius necessitatem. Concupiscentiam scilicet dissolui et esse cum Christo, necessitatem manere in carne. Quae ambiguitas uno consequenti uerbo diiudicatur quod positum est enim. Quam particulam qui abstulerunt interpretes, illa potius sententia ducti sunt, ut non solum compelli ex duobus, sed etiam duorum habere concupiscentiam uideretur. Sic ergo distinguendum est. Et quid eligam ignoro. Compellor autem ex duobus. Quae distinctio sequitur, concupiscentiam habens dissolui et esse cum Christo. Et tamquam quare retur quare huius rei potius habeat concupiscentiam: multo enim magis optimum inquit. Cur ergo ex duobus compellitur? Quae est manendi necessitas? Quam ita subiecit: Manere in carne necessarium est propter uos. Vbi autem neque praescriptione fidei, neque ipsius sermonis textu ambiguitas explicari potest, nihil obest secundum quamlibet earum quae ostendunt sententiam distinguere. Veluti est illa ad Corinthios. Has ergo promissiones habentes charissimi mundemus nos ab omni coinquinatione carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Capite nos, nemini nocuimus. Dubium quippe est utrum mundemus nos ab coinquinatione carnis et spiritus secundum illam sententiam. Ut sit sancta et corpore et spiritu: an mundemus nos ab omni coinquinatione carnis: ut alius sit sensus, et spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei capite nos. Tales igitur distinctionum ambiguitates in potestate legentis sunt.

Sunt homines qui cum patientia moriuntur. Sunt autem quidam perfecti qui cum patientia uiuunt. Quid dicit? Qui adhuc desiderat istam uitam, quando ille uenerit dies mortis, patienter tolerat mortem. Luctatur aduersum se ut sequatur uoluntatem Dei, et hoc potius

1. Ioh. 1.

2. Cor. 7.

ibidem.

tius agit animo quod elegit Deus, non quod elegit uoluntas humana, et ex desiderio uitae praesentis fluctata cum morte, et adhibet patientiam et fortitudinem ut aequo animo moriatur. Iste patienter moritur. Qui autem desiderat (sicut dicit Apostolus) dissolui et esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter uiuit: delectabiliter moritur. Vide apostolum patienter uiuentem, id est cum patientia hic non amare uitam, sed tolerare. Dissolui (inquit) et esse cum Christo, multo magis optimum, manere in carne necessarium propter uos.

Haec enim quae nunc agimus tanquam clauis praceptorum in Dei timore confixi, sicut scriptum est, Confige clauis a timore tuo carnes meas, in necessarijs deputantur, non in eis quae per se ipsa appetenda et concupiscenda sunt. Vnde illud optimum dicit se concupiscere, dissolui et esse cum Christo. Manere autem in carne necessarium (inquit) propter uos. Quid ergo ait dissolui et esse cum Christo? inquit de incipit requies: quae non interruptur resurrectione, sed clarificatur: quae tamen nunc fide retinetur quia iustus ex fide uiuit.

Intret ante conspectum tuum gemitus compeditorum. Compedes sunt infirmitas, et corruptibilitas corporis, quae aggrauant animam: per eius enim fragilitatem uelut quorundam dolorum molestiarum materiam ad impietatem poterat compellere persecutor. Ab his compedibus concupiscere ebat dissolui Apostolus et esse cum Christo. Manere autem in carne necessarium propter illos quibus Euangelium ministrabat. Donec ergo corruptibile hoc induat incorruptionem, et mortale hoc induat immortalitatem, uelut compedibus caro infirma promptum impedit spiritum. Has ergo compedes non sentiunt nisi qui in semetipsis ingemiscunt grauati, habitaculum quod de caelo est superindui cupientes: quia et mors horri est et morori uita mortalis. Pro his propheta gemitibus ingemit, ut intret in conspectu Dei gemitus eorum.

Corpus nostrum ornamentum nobis fuit: peccauimus, et compedes inde accepimus. Quae sunt compedes nostrae? Mortalitas ipsa. Audi Apostolum Paulum: quia et ipse adhuc in hac peregrinatione compeditus erat: Quanta peragrauit compeditus iste? Non illi graues fuerunt compedes, cum ipsis compedibus toto orbe Euangelium praedicaui. Spiritus charitatis rapuit compedes et circumiuit quantum potuit. Sed tamen quid ait? Concupiscentiam habens dissolui et esse cum Christo. Quid est dissolui? A compedibus mortalitatis absolui. Et tamen misericordia adhuc uolebat esse in compedibus propter alios compeditos qui bus ministraret.

Manere (inquit) in carne necessarium propter uos. Compellor autem ex duobus concupiscentiam habens dissolui et esse cum Christo, multo enim magis optimum: manere in carne necessarium propter uos. Tadium et

nim illi erat manere in carne, et ex duobus patiebatur angorem, dissolui et esse cum Christo: multum enim optimum ducibat. At cum appropinquaret ipsa passio quomodo exultabat? quomodo gloriabatur? Bonum certamen certauit, cursum consummauit, fidem seruaui, de caetero superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illo die iustus iudex.

Et in nullo terre amini ab aduersarijs, quae est illis causa perditionis, uobis autem salutis. Et hoc a Deo. Quia uobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale et uidistis in me, et nunc audistis de me.

Vobis (inquit) donatum est pro Christo non solum ut credatis in eum, uerum etiam ut patiamini pro eo. Vtrumque ergo ad Dei gratiam pertinet, et fides credentium, et tolerantia patientium: quia utrumque dixit esse donatum.

Vobis donatum est pro Christo non solum ut credatis in eum, uerum etiam ut patiamini pro eo. Vtrumque ostendit dei donum quia utrumque dixit esse donatum, nec ait ut plenius et perfectius credatis in eum: nec seipsum misericordiam consecutum dixit ut fidelis, sed ut fidelis esset: quia sciebat non se initium fidei suae priorem dedisse Deo, et retributum sibi ab illo eius augmentum, sed ab eo se factum fidelem, a quo et Apostolus factus est. Nam scripta sunt etiam fidei eius initia, suntque ecclesiastico celebri lectio et notissima. Aduersus quippe a fide quam uastabat, eique uehementer aduersus, repente est ad illam gratia potentiore conuersus: conuertente illo cui hoc ipsum facturo per prophetam dictum est: Tu conuertens uiuificabis nos. Ut non solum ex nolente fieret uolens credere, uerum etiam ex persecutore persecutionem in eius fidei quam persequabatur defensione pateretur. Donatum quippe illi erat a Christo non solum ut crederet in eum, uerum etiam ut pateretur pro eo.

CAPVT II.

Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera misericordiae, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes id ipsum sentientes.

In hoc cognoscimus, sicut dicit apostolus Ioannes, quoniam Christus manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quia sumus filij Dei. Ad ipsum enim pertinet societas qua efficiuntur unum corpus unici filij Dei. Vnde scriptum est. Si qua igitur exhortatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus. Propter hanc societatem illi in quos primus uenit, linguis omnium gentium sunt locuti. Quia per linguas confociatio constat generis humani: et sic oportebat per linguas omnium gentium significari istam societatem filiorum dei et membrorum Christi futuram in omnibus gentibus. Ut quemadmodum tunc ille apparebat accepisse spiritum sanctum qui loquebatur linguis omnium gentium: ita nunc ille se agnoscat accepisse spiritum sanctum qui

Nnn tene.

Matth. 6.

Ex tract. eu. sec. 10. 5.

1. Ioh. 3. Ex lib. con. Petilianum

Ex lib. de doctrina christiana. 3.

Ex li. ad Ian. 2. Psal. 118.

Roman. 1. Ex tractatu Psal. 78.

1. Cor. 15.

Ex tractatu Psal. 145.

Ex tractatu Psal. 93.

Ex lib. de grat. et libero arbi.

Ex li. de pred. sanctorum.

Psal. 88.

Ex ser. de blas. spiritus sancti. Ioh. 3.

tenetur uinculo pacis Ecclesie, quae diffunditur in omnibus gentibus. Vnde dicit Apostolus. Studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis.

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitantes, non quae sua sunt singuli considerantes; sed ea quae aliorum. Hoc enim sentite in uobis, quod est in Christo Iesu.]

Ex li. quaeft. 83

Non hoc ita debemus existimare, ut non existimemus, sed nos existimare fingamus sed uere existimemus posse esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo uidemur superiores esse, non sit occultum. Ista cogitationes deprimentes superbiam, & augentes charitatem, faciunt onera fraterna inuicem non solum a quo animo, sed etiam libentissime sustineri. Neque ulla res officiosum istum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi: nisi cum cogitamus quanta pro nobis pertulerit Dominus. Hinc admonens Apostolus: Non quae sua sunt (inquit) unusquisque intendentes, sed quae aliorum. Hoc enim sentite in uobis quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & cetera. Ad hoc duntaxat: ut quemadmodum ille in eo quod uerbum caro factus est & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset, peccata nostra suscepit, non attendendo sua sed nostra: ita & nos ad eius imitationem inuicem onera nostra portemus.

Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequale Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.

Ex tractatu eius. sec. 10. 27. Ioan. 5. Matth. 6.

Hinc ergo magis querebant eum Iudaei interficere: quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, non quomodocumque, sed quid? Aequalem se faciens Deo. Nam omnes dicimus Deo. Pater noster qui es in caelis. Et legimus & Iudaeos dixisse. Cum tu sis pater noster. Ergo non hinc irascabantur quia patrem suum dicebat Deum: sed quod longe alio modo quam homines. Ecce intelligunt Iudaei quod non intelligunt Arriani. Arriani quippe inaequalem patri filium dicunt, & inde heresis, pulsa de ecclesia. Ecce ipsi caeci, ipsi interfectores Christi, intellexerunt tamen uerba Christi. Non eum intellexerunt esse Christum, nec eum intellexerunt filium Dei, sed tamen intellexerunt in illis uerbis quia talis commendaretur filius Dei qui aequalis esset Deo. Quis erat nesciebant: rati tamen praedicari agnoscebant: quia patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo. Non erat ergo aequalis Deo: Non ipse se faciebat aequalem, sed ille illum genuerat aequalem. Si se ipse faceret aequalem Deo, caderet per rapinam. Qui enim se uoluit aequalem facere Deo dum non esset, cecidit, & ex Angelo factus est diabolus: & hanc superbiam homini propinauit unde ipse deiectus est. Nam hoc dixit homini, cui stanti lapsum induxit. Gustate & eritis sicut dii. Id est usurpatione ra-

Genes. 2.

pite quod facti non estis, quia & ego rapiendo deiectus sum. Non hoc prodebat, sed hoc suadebat, Christus autem aequalis patri natus erat, non factus: natus de substantia patris. Vnde illum sic commendat apostolus. Quia cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Quid est non rapinam arbitratus est? Non usurpauit aequalitatem Dei, sed erat in ea in qua natus erat: & nos ad aequalem Deo quomodo perueniremus? Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens.

Ex tracta. eius. sec. Ioan. 78.

Non ergo exinaniuit amittens quod erat, sed accipiens quod non erat: Hanc formam serui contemnentis Iudaei, Dominum Christum aequalem patri intelligere non poterant, quamuis eum hoc de se dicere non dubitabant. Et ipse Dominus Iesus dictus est sola caro. Quomodo, inquit, probas? Audeo dicere, & sola caro Christi dictus est Christus. Crede dimus certe non solum Deum patrem, sed & Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum. Modo totum dixi. In Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum. Totum ibi intellige, & uerbum, & animam, & carnem. Sed utique confiteris etiam illud quod habet eadem fides, in eum Christum te credere qui crucifixus est & sepultus. Ergo & sepultum esse Christum non negas, & tamen sola caro sepulta est. Si enim ibi erat anima, non erat mortuus. Si autem uera mors erat, ut eius uera sit resurrectio, sine anima fuerat in sepulcro. Et tamen sepultus est Christus. Ergo Christus erat etiam sine anima, & caro, quia non est sepulta nisi caro. Disce hoc etiam in Apostolicis uerbis. Hoc sentite, inquit, in uobis quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo. Quis nisi Christus Iesus, quantum attinet ad id quod est uerbum Deum apud Deum? Vide autem quod sequitur. Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Et hoc quis nisi idem ipse Christus Iesus? Sed hic iam omnia sunt, & uerbum in forma dei, quae accepit formam serui, & anima & caro in forma erui, quae accepta est a forma Dei. Humiliatus seipsum factus obediens usque ad mortem. Iam in morte sola caro est a Iudaeis occisa. Si enim discipulis dixit: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam non possunt occidere, nunquid in ipso potuerunt plus quam corpus occidere? Et tamen carne occisa Christus occisus est.

Matth. 10.

Ex lib. enchin.

Christus Dei filius est & Deus homo. Deus ante omnia secula, homo in nostro seculo. Deus quia dei uerbum. Deus enim erat uerbum. Homo autem, quia in unitate personae accessit uerbo anima rationalis & caro. Quocirca in quantum deus est, ipse & pater unum sunt. In quantum autem homo est, pater maior illo. Cum enim esset unicus Dei filius non gratia sed natura, ut esset etiam plenus gratia, factus est & hominis filius idem ipse utrumque ex utroque

utroque unus Christus, quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Exinaniuit autem se formam serui accipiens, non amittens formam dei uel minuens. Ac per hoc & minor est factus & mansit aequalis, utrumque unus sicut dictum est, sed aliud propter uerbum, aliud propter hominem. Propter uerbum aequalis, propter hominem minor. Unus dei filius, idemque hominis filius, unus hominis filius, idemque Dei filius. Non duo filii dei deus & homo, sed unus dei filius. Deus sine initio, homo a certo initio, dominus noster Iesus Christus.

Ex epist. ad Maximin.

Nam si temporalibus & passibilibus Deus tribuit ut quod sunt hoc generent, quanto magis ipse aeternus & impassibilis non aliud quam ipse est generauit, unus unicuique. Ideo nostra magna admiratione, quoniam nulla passione tanta secum aequalitate ut eum nec potestate precederet nec etate. Sed ideo totum quod habet & quod potest, non tribuit sibi sed patri: quia non est a seipso sed a patre. Aequalis est enim patri. Sed hoc quoque accepit a patre. Nec sibi accepit ut esset aequalis, sed natura aequalis. Si autem semper natus ita semper aequalis. Non itaque inaequalem genuit, & aequalitatem iam nato addidit, sed gignendo eam dedit, quia aequalem non impari genuit. Ideo in forma dei esse aequalis Deo non ei rapina fuerat, sed natura, quoniam nascendo sumpsit non superbiendo praesumpsit. Propterea uero patrem dicit esse maiorem, quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens non amittens eam. Propter quam serui formam non tantum patre, uerum etiam seipso & spiritu sancto minor factus est. Nec tantum hac excellentissima Trinitate sed etiam minoratus est paulo minus ab angelis. Hominiibus etiam minor fuit, quando puer parentibus subditus fuit. Propter hanc itaque formam serui quam ueniens plenitudine temporis exinaniuit accepit, dixit Ioannis 14. Pater maior me est. Propter illam uero dei formam quam nec exinaniuit amisit, dixit. Ego & pater unum sumus. Ethomo scilicet factus, & permanens Deus. Homo enim assumptus est a Deo, non in homine consumptus est Deus. Ideo ualde rationabiliter & patre minor est homo Christus, & patri aequalis est idem ipse deus Christus. Deus quem genuit quoniam meliorem se generare non potuit (nihil enim Deo melius) debuit aequalem. Si enim uoluit & non potuit, infirmus est.

Ioan. 10.

Ex lib. quaeft. 83. q. 50.

Ex tractatu Psal. 74

Si potuit & noluit, inuidus est. Ex quo conficitur aequalem genuisse filium. Accepit tempus Christus, accepit tempus filius dei & filius Dei non accepit tempus, sed filius hominis accepit tempus. Idem ipse autem filius Dei per quem facti sumus, & filius hominis per quem refectioni sumus, homine assumpto ipse non est assumptus: homine mutato in melius, nullo modo ipse in deterius commutatus. Non desistit esse quod erat, sed accepit quod non erat. Quid erat? Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Apo-

stoli uerba sunt. Et quid accepit? Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Sicut formam serui accepit, ita & tempus accepit. Diminutus est: exilior redditus: in defectum lapsus: Abiit. Quid est ergo, Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens? Exinaniuisse se dictus est accipiendo inferiorem, non degenerando ab aequali.

Ex tractatu Psal. 120.

Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo. Quare illi non erat rapina? Quia natura erat: quia hoc natus erat ut esset aequalis illi a quo genitus est.

Ex li. de tri. 1. Ioan. 14.

Et haeretici quidem dicunt minorem filium esse quam pater est. Quia scriptum est ipse filio dicente. Pater maior me est. Veritas autem ostendit secundum istum modum etiam seipso minorem filium. Quomodo enim non etiam seipso minor factus est qui semetipsum exinaniuit formam serui accipiens? Neque enim sic accepit formam serui ut amitteret formam dei, in qua erat aequalis patri. Si ergo ita accepta est forma serui ut non amitteret formam dei, cum & in forma serui & in forma Dei idem ipse sit filius unigenitus dei patris in forma dei aequalis patri, in forma serui mediator Dei & hominum homo Christus Iesus: quis non intelligat quod in forma dei etiam ipse seipso maior est: in forma autem serui etiam seipso minor est? Non itaque immerito scriptura utrumque dicit, & aequalem patri filium & patrem maiorem filio. Illud enim propter formam dei, hoc autem propter formam serui, sine ulla confusione intelligitur. Et haec nobis regula pia per omnes sanctas scripturas dissoluenda huius quaestionis ex uno capitulo epistolae Pauli Apostoli exprimitur, ubi manifestius ipsa distinctio commendatur. Aut enim. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalis Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Est ergo dei filius deo patri natura aequalis, habitu minor. In forma enim serui quam accepit, minor est patre: in forma autem dei, in qua erat etiam antequam accepisset hanc, aequalis est patri. In forma dei, uerbum per quod facta sunt omnia, in forma autem serui, factus ex muliere, factus sub lege, ut eos qui sub lege erant reddimeret. Proinde in forma dei fecit hominem, in forma serui factus est homo. Nisi pater tantum sine filio fecisset hominem, non scriptum esset. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ergo quia forma dei accepit formam serui, utrumque deus, & utrumque homo. Sed utrumque deus propter accipientem deum, utrumque autem homo propter acceptum hominem. Neque enim illa susceptione alterum eorum in alterum conuersum atque mutatum est. Nec diuinitas quippe in creaturam mutata est, ut desisteret esse diuinitas, nec creatura in diuinitatem mutata est, ut desisteret esse creatura.

1. Tim. 3.

Genes. 1.

Ex li. de tri. 2.

Pater ergo & filius unum sunt, utique secundum unitatem substantiae, & unus Deus est, &

unus magnus, & unus sapiens. Vnde ergo maior pater? Si enim maior, magnitudine maior. Dum autem magnitudo eius filius sit, nec ille utique maior est ea magnitudine qua magnus est. Ergo aequalis est. Nam unde aequalis, si non ex quo est: cui non est aliud esse & aliud magnum esse. Aut si aeternitate pater maior est, non est aequalis filius quacumque re. Vnde enim aequalis? Si magnitudine dixeris, non est par magnitudo quae minus aeterna est. At quia caetera. An forte in uirtute aequalis est, in sapientia uero non est aequalis? Sed quomodo est aequalis uirtus quae minus sapit? An in sapientia aequalis est, in uirtute autem non est aequalis? Sed quomodo aequalis sapientia quae minus potens est? Restat itaque, ut si in ulla re inaequalis est, non sit aequalis. Ac scriptura clamat. Non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Cogitur igitur qui uis aduersarius ueritatis, quomodo tenetur autoritate apostolica, in qualibet uel una re aequalem deo confiteri filium. Eligat quam uoluerit. Hinc ei ostendetur in omnibus esse aequalem, quae de substantia eius dicuntur.

Ex sermone de uerbis Apostoli. 17.

Cuinam enim rapina erat esse equalis deo. Et quoniam quaesuit rapinam, inuenit ruinam. Dominus autem noster Iesus Christus cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Cui enim aequalitas dei natura erat, rapina non erat. Sed tamen semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, ut nos essemus iustitia Dei in ipso. Si enim ille paupertatem uitaret, nos paupertate non careremus. Pauper enim ille factus est cum diues esset, ut illius paupertate sicut scriptum est nos ditaremur. Diuitiae illius quid nos facturae sunt cuius paupertas nos diuites facit?

Ex ser. de ciuisdem apost. uer bis 31.

Ioan. 1.

In principio erat uerbum. Et ideo in principio fecit deus coelum & terram quia erat uerbum. Omnia per ipsum facta sunt. Factum dicitis: Si factum dicitis, filium negas. Filium enim quaerimus natura non gratia, filium unicum, unigenitum non adoptiuum. Talem filium quaerimus, tam uerum filium quaerimus, qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Non rapina quia natura. Natura erat, rapina non erat. Non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Non erat ei rapina, natura erat. Sic erat ex aeternitate, sic erat coaeternus gignenti, sic erat equalis patri. Sic erat. Semetipsum exinaniuit. Quomodo? Amittendo quod erat, an assumendo quod non erat? Sequatur Apostolus. Audiamus. Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.

Sic se exinaniuit formam serui accipiens, non formam dei amittens. Forma serui accessit, non forma dei discessit. Hoc est confiteri Christum in carne uenisse. Arrianus autem quod non confitetur aequalem, non confitetur filium. Si non confitetur filium, non confitetur Christum. Qui non confitetur Christum, quomodo confitetur Christum in carne uenisse?

Vide quantus factus sit tantillus: qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Non enim rapina, sed erat natura aequalitas filii cum patre. Ioannes si se Christum putari uellet, illi rapina esset. Non ergo rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Erat enim, & sine rapina erat, quod aeternus ab aeterno natus erat: tamen semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, hoc est formam hominis accipiens. Qui cum in forma dei esset, non formam dei accepisset. Ergo cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Sic accepit quod non erat ut non perderet quod erat. Manens Deus hominem assumpsit: formam serui accepit: & factus est Deus homo, a quo deo factus est homo. Vide ergo quae maiestas, quae potestas, quae sublimitas, quae cum patre aequalitas uenit propter nos ad indumentum formae seruilis.

Ex ser. de Pa. lo apostola.

Venit aliquis & accepit aliquid. Quis uenit? Aliquis. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Ecce quis uenit. Quid accepit? Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus. Ille factor factus, ille creator creatus. Sed in quo factus & creatus? In forma serui accipiendo formam serui, non amittendo formam domini. In hac ergo forma serui, in eo quod a nobis pro nobis accepit, & natus est, & passus est, & resurrexit, & ascendit in coelum. Quatuor res dixi. Natus est, mortuus est, resurrexit, ascendit in coelum. Duo prima, duo nouissima. Duo prima: Natus est: mortuus est. Duo nouissima, resurrexit, ascendit in coelum. In duobus primis conditionem tuam tibi ostendit. In duobus nouissimis mercedis exemplum praebuit. Nasci & mori noueras, plena est his duobus regio mortalium. Quid hic abundat in omni carne nisi nasci & mori? hoc homo cum pecore habet: hanc ergo uitam cum pecoribus communem ducimus. Nati sumus, morituri sumus. Illud nondum noueras, resurgere, & in coelum ascendere. Duo noueras, duo non noueras. Suscepit quod noueras, ostendit quod non noueras, patere quod susceperat, spera quod ostendit.

Ex sermone quod tribus modis Christus intelligatur.

Dicit Ioannes. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Audite iam utrumque in illo notissimo capitulo Pauli apostoli. Qui cum in forma dei esset, inquit, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Hoc est, in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & deus erat uerbum. Quomodo dixit apostolus, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, si non equalis deo? Si autem pater deus, ille non deus, quomodo aequalis? Vbi ergo ille ait Deus erat uerbum: ibi iste. Non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Et ubi ille, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ibi iste. Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Attendite per hoc ergo quod homo factus est,

per

per hoc quod uerbum caro factum est & habitauit in nobis, per hoc quod semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.

Ex sermone de uerbis Euangelij.

Ipsa est Christus & factor & factus. Vide factorem. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt. Vide factum. Et uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Videmus ergo Iesum Christum & deum & hominem: Christum & factorem rerum, & factum in rebus: Christum & creatorem hominis, & creatum hominem. deus Christus equalis est patri. Tatus est quantum ille. Talis est qualis ille. Hoc est quod ille. Non hic est quod ille: hoc est quod ille. Ille deus, & ipse deus. Ille omnipotens & ille omnipotens. Ille immutabilis, & ille immutabilis.

Hoc est quod ille, non hic est quod ille, quia ille pater, hic filius. Hoc quicumque nouit, illi ad patrem ascendit. Qui hoc non nouit, nondum illi ascendit Christus ad patrem: paruulus cum illo est, in terra cum illo est. Aequalis omnipotenti nondum illi est, proficienti ascendit, & cum illo qui proficit ascendit. Quid est ergo, noli me tangere? Tactus fidem significat: Tangendo enim acceditur ad eum qui tangitur. Mulierem illam uidete quae fluxum sanguinis patiebatur: dixit in corde suo. Sanaabor si tetigero simbriam uestimenti eius. Accessit & tetigit. Sanata est. Quid est accessit & tetigit? Propinquauit & credidit. Ut sciat eum credendo tetigisse, dominus dicit. Tetigit me aliquis. Turba ista premere nouit, tangere non nouit. Constat hoc cum significare uoluisse dicens: quis me tetigit? Tetigit me aliquis. Ut illum tactum fidem credamus esse tangentis, uel potius credentis accessum. Quid sibi ergo uult, Noli me tangere, nondum enim ascendit ad patrem meum? Quod me uidet, hoc me putas. Nondum ascendit ad patrem, hominem me uidet, hominem solum ne putas. Sum quidem homo, sed non hic stes fides tua. Noli me tangere sic ut tantummodo hominem credas. Nondum enim ascendit ad patrem meum. Ascendo ad patrem meum, & tange me, id est profice, intellige me aequalem patri, & tunc tange & salua eris, Noli me tangere. Nondum enim ascendit ad patrem meum. Quod descendit uidet, quod ascendit nondum uidet. Memetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus sum, & habitum inuentus ut homo. Hoc crucifixum est, hoc sepultum est, hoc resuscitatum. Illud autem, cum in forma Dei essem: non rapinam arbitratus sum esse aequalis deo nondum uidet. Noli tangendo terram, coelum perdere, noli remanendo in homine, in Deum non credere. Noli me tangere. Nondum ascendit ad patrem. Procedat Arrianus; prius procedat Fotinianus; haeretici qui dominum Iesum nisi hominem omnino non nouerunt. Homuncionistae dicuntur isti haeretici. Homuncionistae, quia

Ioan. 20.

Matth. 9.

Luc. 8.

non nouerunt Christum nisi hominem. Respondemus Fotiniano. Noli tangere. Quid est noli tangere? Noli sic credere, nondum tibi Christus ascendit ad patrem. Procedat Arrianus. Ego, inquit, credo deum Christum, sed minorem. Nec tibi adhuc ascendit ad patrem. Cum ascendit ad patrem extende te ut tangas. Extende te, tange Deum. Et ego, inquit, profiteor, sed alterius naturae & alterius substantiae. Creatum; non per quem creata sunt omnia. Factum, non in principio uerbum sine tempore. Adhuc ergo infra es, nondum tibi ascendit ad patrem. Vis ascendat tibi ad patrem? Crede: cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Rapina non erat quia natura erat. Rapina usurpatur: natura cognoscitur. In forma Dei non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Sic est natus & semper natus. Eternatus et semper natus & sine initio natus. Tu quid dicitis Arriane? Erat tempus quando non erat filius. Vide quia nondum tibi ascendit ad patrem? Noli tangere, noli sic credere, non est tempus inter patrem & filium. Genuit pater: natus est filius. Sine tempore ille genuit: sine tempore natus est: per quem facta sunt tempora. Sic tange, & ascendit tibi ad patrem uerbum, sed coaeternum deo. Sapientia Dei, sed sine qua nunquam fuit pater. Respondere tibi habet caro tua, & confabulatura tecum, & dictura tibi in tenebris: Quomodo natus si sic fuit? Tenebrae tecum loquuntur. Exponatur mihi exponatur, clamauit & exponatur mihi. Quid tibi exponatur? Natus est aut non natus? Non enim esset filius nisi natus. Si ergo natus est, fuit tempus quando non erat. Falsum est hoc. Terra loqueris, de terra loqueris, expone ergo mihi, ait: quomodo natus si semper fuit? Non expono, non expono; non possum, non expono: sed pro me prophetam oppono. Generationem eius quis enarrabit?

Esu. 63.

Ex libro contra Maximinum primo.

Assumpta autem carne qua factus est homo sicut aequalem se nouit quando dicit, Ego & pater unum sumus, sic se nouit minorem: quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: Non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Natura enim erat non rapina. Non enim usurpauit hoc, sed natus est hoc. Verum tamen semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Agnouisti aequalem: iam accipe agnoscere minorem. Formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Ecce qua forma maior est est pater.

Ioan. 10.

Ex libro contra Maximinum secundo.

Si enim confiteris Dei formam, cur non aperte Dei filium deo confiteris aequalem? Praesertim quia de uerbis Apostoli ubi ait, Non rapinam arbitratus est esse aequalis deo: non potuisti pro tuis partibus inuenire quod diceres. Et quia hoc dixisse Apostolum non potuisti negare, ideo dixisti quod ille non rapuit.

N n n 3 Nec

Nec nos dicimus tanquam hoc sit non rapuit quod est non habuit, id est aequalitatem Dei: atque ita dictum sit non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo, ac si diceretur: non arbitratus est esse rapiendam aequalitatem Dei eo quod ab illo fuerit aliena. Raptor enim rei alienae usurpator est. Tanquam hoc filius cum posset rapere nolisset. Quod uides quanta in sapientia sentiat. Ergo intellige Apostolum id eo dixisse: non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo: quia non alienum arbitratus est quod natus est. Sed tamen quamuis aequalitatem Dei non fuerit arbitratus alienam sed suam, semetipsum exinanivit non quarens quae sua sunt, sed quae nostra sunt. Quod ut no ueris ita esse, attende unde ad hoc Apostolus uenerit. Cum enim Christianis humilitatem praeciperet charitatis: alter alterum, inquit, existimantes superiorem sibi, non quae sua sunt unusquisque intendentes, sed quae aliorum. De inde ut exemplo Christi hortaretur non sua querere uel intendere, sed quae aliorum, singuli quisque, inquit, hoc sentite in uobis quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset, quae illi erat sua, non rapinam arbitratus est, hoc est non alienam arbitratus est esse aequalis deo. Sed tamen querens nostra non sua semetipsum exinanivit non formam Dei amittens, sed formam serui accipiens. Non enim est mutabilis illa natura ut se exinaniret perdendo quod erat: sed accipiendo quod non erat, nec confundendo quae sua sunt, sed assumendo quae nostra sunt: ac deinde in forma serui obediendo sicut homo usque ad mortem crucis. Non itaque: facias imparem Deo formam Dei, quod nec in ipsis hominibus dici potest. Nam cum dictum fuerit, iste homo in forma est illius hominis, nemo intelligit nisi aequales. An forte non uis sic accipere quod dictum est, cum in forma Dei esset, ut in forma Dei patris intelligas filium, ubi nihil aliud quam aequalitas apparet amborum? Sed in forma Dei putas intelligendum in forma sua, quia & ipse utique Deus est. Non multo curo si etiam sic intelligas. Vbi enim plenitudinem formae aetatis incrementa non faciunt: sed Deo gignente perfectus natus est filius. proculdubio si forma filij formae patris non est aequalis, non uerus est filius. Scriptum est autem, ut simus in uero filio eius Iesu Christo. Forma igitur ueri filij formae Dei patris non potest esse inaequalis.

De quo etiam Paulus Apostolus dicit Quoniam cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo. Qui formam implet Dei: nihil habet minus Deo. Totus ergo habitat pater in filio, cuius patris formam idem filius non ex parte, sed implet in pleno. Si enim diceret, qui cum Deus esset non rapinam arbitratus est esse se aequalis deo, posset Angustrii fidei suae quilibet qualecumque et si debile de quo sine mora excluderetur spatium inuenire. Nunc uero qui cum in forma Dei esset dixit, omnem machinationis iniur-

Ex ser. de discipulatione contra Pascentium.

stae aditum interclusit. Vbi est enim forma, nihil habet prorsus minus omnino natura. Deus enim (ait idem Apostolus) erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quomodo ergo susciperet minor maiorem, nisi sese in una natura cognoscere patrem? Neque enim lineamentis spatijque membrorum haec Dei forma distenditur ut pater filium in se suscipiat habitantem, aut in se filius patrem ostendat manentem, sicut ipse ait. Pater in me manens facit opera mea. Aut euacuatur cum spiritum sanctum suum pater & filius omnem creaturam suam profert illustrantem. Quomodo cogitari non potest, quomodo explicari non potest, simul secum unum est quod secundum incommutabilem omnino substantiam in Trinitate Deus est. Si enim in homine credente in se totus Deus credendus est habitare, quomodo filium in se totum pater, aut filius patrem non credatur excipere? Ac per hoc ipse in patre & pater in eo manet, & ex patre uel filio sanctus credendus est spiritus non solum processisse, sed semper ad peragenda opera Trinitatis omnino procedere.

Qui cum in forma dei esset, sicut dicit Apostolus, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo. Neque enim usurpationis erat ut rapina diceretur: sed natura inerat, ut esset aequalis. Semetipsum tamen exinanivit non formam Dei amittens, sed formam serui suscipiens. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Vide quem admodum eundem hominem quem Deum commendat, ut persona una sit, ne non Trinitas, sed quaternitas inducatur. Sicut enim non augetur numerus personarum cum caro accedit animae, ut sit unus homo: sic non augetur numerus personarum cum homo accedit uerbo ut sit unus Christus. Legitur itaque uerbum caro factum, ut intelligamus huius personae singularitatem: non ut suspicemur in carne mutatam diuinitatem.

In similitudine hominum factus, et habitu inuentus ut homo.

Habitum in ea re dicitur quae nobis ut habeatur accidit. Verumtamen hoc interest quod quaedam eorum accidit nobis ut habitum faciant non mutantur a nobis, sed ipsanos mutant in seipsa integra & inconcussa manentia. Sicut sapientia cum accedit homini non ipsa mutatur: sed hominem mutat: quem de stulto sapientem facit. Quaedam uero sic accidunt, ut & mutantur & mutantur: sicuti cibus & ipse amittens speciem suam in corpus nostrum uertitur, & nos refecti cibo ab exilitate atque languore in robur atque ualentiam commutamus. Tertium genus est cum ipsa quae accidunt mutantur ut habitum faciant, & quodammodo formantur ab eis quibus habitum faciunt, sicuti est uestis. Nam cum deiecta uel depositata est, non habet eam formam quam sumit cum induitur atque inducitur membrum. Induta ergo accipit formam quam non habebat exuta, cum ipsa membra & cum induuntur & cum exuuntur in suo statu manent.

2. Cor. 6.

10. ad. 14.

Ex lib. de grat. nouitib.

Ex lib. quae. 83. q. 73.

ant. Potest etiam esse quartum genus, cum ea quae accidunt ad faciendum habitum nec mutant quibus accidunt: nec ab eis ipsa mutantur: sicut annulus digito si non nimis subtiliter attendatur. Verumtamen hoc genus aut nullum est, si diligenter discutias, aut omnino rarissimum. Cum igitur Apostolus de unigenito dei filio loqueretur, quantum pertinet ad eius diuinitatem secundum id quod uerissime Deus est, aequalem dixit patri. Quod ei non fuit tantumquam rapina, id est quasi alienum appetere, si semper manens in ea aequalitate nollet hominem indui & hominibus ut homo apparere. Sed semetipsum exinanivit non formam suam mutans, sed formam serui accipiens, neque conuersus atque transmutatus in hominem incommutabili stabilitate: sed quamquam uerum hominem suscipiendo ipse susceptor in similitudinem hominum factus non sibi, sed eis quibus in homine apparuit est habitu inuentus ut homo: id est habendo hominem inuentus ut homo est. Non enim poterat inueniri ut homo ab his qui cor immundum habebant, & uerbum apud patrem uidere non poterant, nisi hoc suscipiendo quod possent uideri, & per quod ad illud lumen interius duceretur. Iste autem habitus non est ex primo genere. Non enim manens in se natura hominis naturam dei commutauit. Neque ex secundo. Non enim immutauit homo deum, & mutatus est ab illo. Neque ex quarto. Non enim sic assumptus est homo, ut neque ipse mutasset Deum, nec ab illo mutaretur. Sed potius ex tertio. Sic enim assumptus est ut commutaretur ineffabiliter & excellentius atque coniunctius quam uestis ab homine cum induitur. Hoc ergo nomine habitus satis significauit Apostolus quem admodum dixerit in similitudinem hominum factus: quia non transfiguratione in hominem, sed habitu factus est, cum induitus est hominem quem sibi uniens quodammodo atque conformans, immortalitati aeternitatisque sociaret. Sed illum habitum qui est in perceptione sapientiae & disciplinae. Graeci schelin uocant: hunc autem secundum, quem dicimus uestitum uel armatum schima potius appellant. Ex quo intelligitur de isto genere habitus locutum Apostolum, quando quidem in Graecis exemplaribus schimati scriptum est, quod nos in latinis habitu habemus. Quo nomine oportet intelligi non mutatum esse uerbum susceptione hominis, sicuti nec membra ueste induta mutantur: quamquam illa susceptio ineffabiliter susceptum suscipiendi copulauerit. Sed quantum uerba humana rebus ineffabilibus coaptari possunt, ne mutatus intelligatur deus humanae fragilitatis assumptor electum est ut Graece schima & Latine habitus diceretur illa susceptio. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis.]

Cecidit diabolus, & stantem deiecit hominem, deiecit stantem, sed Christus descendens erexit iacentem, unde tamen erexit do-

Ex ser. de uer. euange. 24.

minus deus tuus attende. Humilitate erexit factus obediens usque ad mortem. Humiliauit semetipsum princeps tuus humilis, et tu super bis. Caput humile, & membrum superbum. Absit. Non uult esse de corpore capitis humilis, qui amat superbiam.

Discite, inquit a me. Cum essem in principio deus apud deum, creauit uos. Hoc nolo scitis a me. Sed factus sum quod feci, ne periret quem feci. Vnde sum factus quod feci. Semetipsum exinanivit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum. Hoc discite a me. Humiliauit enim semetipsum inquit. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Non enim, inquit, hoc uos doceo quali in forma dei aliquando fuissetis non rapinam arbitantes esse uos aequales Deo. Illi proprium erat illi rapina non erat. In patris equalitate natus est de patre. Quid tamen fecit propter te? Semetipsum exinanivit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Ecce propter te deus factus est homo. Ecce propter te deus factus est homo sine peccato, & non uis te agnoscere cum peccato ut uenias ad illum quod ait. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, & ego uos reficiam. Intelligens ergo pater effusionem cruoris praeter periculum passionis, quod sequitur Christum debeat Christianus, Apostolus dicit loquens de domino Christo. Cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Quanta maiestas. Sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Quanta humilitas. Humiliauit se Christus: habes Christiane quod teneas. Christus factus est obediens. Quid superbis? Quousque factus est obediens Christus? Usque ad incarnationem uerbi, usque ad participationem mortalitatis humanae, usque ad trinam diaboli tentationem, usque ad irrationem populi Iudaeorum, usque ad sputa & uincula, usque ad alapas & flagella. Si parum est, usque ad mortem. Et si adhuc etiam aliquid de genere mortis addendum est, mortem autem crucis. Habemus tale humilitatis exemplum superbiae medicamentum. Quid ergo intumesceas homo? O pellis morticina quid tenderis? O fantes foetida quid insularis? Quia tibi nescio quis fecit iniuriam, unde flagitas ultionem: litis arenti fauce uindictam: nec prius ab interiore delictis, donec ab illo qui te laeserit uindiceris. Si Christianus es, expecta regem tuum: prius se uindicta Christus. Nondum enim uindictatus est qui pro te tanta perpeffus est. Et utique illa maiestas posset uel nihil perpeti, uel continuo uindictari. Sed cum esset in illo tanta potentia, ideo fuit etiam tanta patientia, quia pro nobis passus est, nobis relinquens exemplum ut sequamur uestigia eius. Humilitate decursa, & morte prostrata ascendit Christus in caelum: sequamur eum. Audiamus dicentem Apostolum.

Ex ser. de uer. Apostoli. 12. Math. 11.

Math. 11. Ex ser. in natali. S. Laurentij

Coloffen. 3. Si confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt querite: non quæ super terram. Quicquid delectabile de temporalibus rebus mundus ingerit, respuitur.

Ibidem

Roman. 5. si non sit charitas ficta. Ille nobis dat iteram uirtutem, qui diffundit in cordibus nostris charitatem factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Ex tracta. eu. sec. ioh. 1. 36.

Creator hominis homo esse dignatus est, factus est quem fecerat ne periret quem fecerat. Quid huic misericordiae addi potest? Et tamen addidit: parum fuit ei hominem fieri, sed uoluit etiam ab hominibus reprobari. Parum erat reprobari: & ex honorari. Parum erat ex honorari & occidi. Sed & hoc parum est: mortem crucis. Nam cum eius obedientiam usque ad mortem factam commendaret Apostolus, parum illi fuit dicere factus obediens usque ad mortem. Non enim qualemcunque mortem, sed addidit: mortem autem crucis. Illa morte nihil peius fuit inter omnia genera mortium.

Denique ubi dolores accerrimi exagitant, cruciatus uocatur a cruce nominatus. Pendentes enim in ligno crucifixi clauis ad lignum pedibus manibusque confixi producta morte necabuntur. Non enim crucifigi hoc erat occidi. Sed diu uiuebatur in cruce, non quia longior uita eligebatur, sed quia mors ipsa protuldebatur ne dolor citius finiretur. Mori uoluit pro nobis. Parum dicimus. Crucifigi dignatus est, usque ad mortem crucis obediens factus. Elegit extremum & pessimum genus mortis, qui omnem fuerat ablaturus mortem. De morte pessima occidit omnem mortem.

Pessima enim erat non intelligentibus ludæis. Nam domino electa erat. Ipsam crucem suam, signum habiturus erat: ipsam crucem de diabolo superato tanquam trophæum in frontibus fidelium positurus: ut diceret Apostolus. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Nihil erat tunc in carne intolerabilius: nihil est nunc in fronte gloriosius. Quid seruat fidei suo qui talem honorem dedit supplicio suo? Denique modo in poenis reorum non est apud Romanos. Vbi enim domini crux honorata est, putatum est quod & reus honoraretur si crucifigeretur.

Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.

Ex tracta. eu. sec. ioh. 1. 35.

In passione magis eius humilitas quam claritas commendatur, Apostolo teste qui dicit. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Deinde sequitur, & de eius clarificatione iam dicit. Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit ei nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Hæc est clarificatio domini nostri Iesu Christi quæ ab eius resurrectione sumpsit exordium. Humilitas ergo eius incipit in sermone Apostoli ab eo locubi ait. Semetipsum exinanuit formam serui accipiens, & peruenit usque ad mortem crucis. Claritas uero eius incipit ab eo loco ubi ait. Propter quod & deus illum exaltauit, & peruenit quod in gloria est dei patris. Ut ergo dei mediator dei & hominum, homo Christus Iesus resurrectione clarificaretur uel glorificaretur, prius humiliatus est in passione. Non enim a mortuis resurrexisset si mortuus non fuisset. Humilitas claritatis est meritum. Claritas humilitatis est præmiu. Sed hoc totu factu est in forma serui. In forma uero dei semper fuit, semper erit claritas. Immo non fuit quasi iam non sit: nec erit quasi nondum sit, sed sine initio sine fine semper est claritas. Propter quod deus eum exaltauit & donauit ei nomen quod est super omne nomen, & ca. Homini ergo donauit ista non deo. Neque enim cum in forma dei esset, non excelsus erat aut non ei genua flectebant caelestia, terrena, & inferna, sed cum dicitur propter quod eum exaltauit, satis apparet propter quod exaltauit, id est propter obedientiam usque ad mortem crucis: in qua ergo forma crucifixus est, ipsa exaltata est. Ipsi donatum est nomen quod est super omne nomen: ut cum ipsa forma serui nominetur filius unigenitus dei.

10

20

30

40

50

60

Novimus Christum sedere ad dexteram patris post resurrectionem a mortuis, & in caelos ascensionem. Factum est iam, nec uidemus, sed credimus, in libris legimus, prædicatum audiuiimus, fide retinemus. Vnde & eo ipso quod erat filius Dauid Christus, factus est dominus Dauid. Illud enim quod natum ex semine Dauid, ita honoratum est ut esset dominus Dauid. Ita miraris hoc, quasi & in rebus humanis ista non fiant. Si enim contingat filium cuiusquam Regem fieri patre priuato, nonne erit dominus patris? An mirabilius est quod potest contingere, ut non solum rex factus priuati filius sit dominus patris sui, sed Episcopus factus laici filius, sit pater patris sui. Ergo & eo ipso quod carnem accepit Christus Iesus, quod in carne mortuus est, quod in eadem ascendit in caelum, & sedet ad dexteram patris, & in eadem ipsa carne sic honorata, sic clarificata, sic in caelestem habitum commutata, & filius est Dauid, & dominus est Dauid. Secundum enim hanc dispositionem transitus Christi, etiam illud ab Apostolo dicitur. Propter quod eum exaltauit a mortuis, & donauit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine Iesu omne genu flectatur

1. Tim. 2.

Ex li. co. Ma. 2.

Ex tractatu Psal. 109.

ctatur caelestium, terrestrium, & infernorum.

Donauit (inquit) ei nomen quod est super omne nomen Christo secundum hominem, Christo secundum carnem mortuo, resurgenti, ascendenti donauit nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Vbi erit Dauid ut non sit ei dominus? In caelo sit, in terra sit, in inferno sit, dominus eius erit qui est dominus caelestium, terrestrium, & infernorum. Gaudeat ergo nobiscum & Dauid filij sui natiuitate honoratus, dominu liberatus: & gaudens dicat & a gaudentibus audiatur. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dicitis uos Christum collere ut Deum omnis creatura cui flectitur omne genu caelestium, terrestrium, & infernorum. Quem tamen deo patri esse non uultis æqualem, quia hoc pater ei donauit. Ait enim apostolus. Propter quod eum exaltauit & donauit ei nomen quod est super omne nomen ut in nomine Iesu omne genu flectatur, & ca. Nec queritis cui donauerit: utrum homini an Deo. Quando enim donauerit, euidenter apparet. Humiliauit, inquit, semetipsum usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus eum exaltauit, & donauit ei nomen quod est super omne nomen, quia factus est obediens usque ad mortem crucis. Nunquid an tequam hoc fieret non erat altus dei filius, dei uerbum, Deus apud deum: sed postea quæ propter hoc exaltatus est quia factus est obediens usque ad mortem crucis: tunc cepit esse altus Dei filius unicus dei deus: tunc cepit habere nomen quod est super omne nomen? Quis hoc insipientissimus dixerit? Hoc ergo illi donatum est ut homini: secundum quem filius factus est obediens usque ad mortem crucis: quod iam habebat idem ipse dei filius Deus de deo natus æqualis. Quod dicit Iacob ad Ioseph quod est somnium quod somniasse? nunquid uenientes ueniemus ego & mater tua & fratres tui adorare te super terram? nisi in aliquo mysterio dictum accipiatur, quomodo intelligitur de matre Ioseph quæ iam erat mortua? Vnde nec in Aegypto cum sublimaretur putandum est hoc esse completum: quia nec pater eum adorauit quando ad eum uenit in Aegyptum, nec mater olim defuncta potuit. In Christi ergo persona facile intelligi potest etiam de mortuis, secundum illud quod dicit Apostolus: Quia donauit ei nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Itaque charissimi mei sicut semper obedistis: non in presentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea: cum metu et tremore uestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate.

Psal. 109.

Ex lib. con. Maxi. 2.

Ex li. quæ. Gene. lib. 123.

Ex li. de gra. et lib. arb.

tur operibus. Tanquam ergo interrogaretur Apostolus & diceretur ei, quare dixisti in timore & tremore horum uerborum rationem reddidit dicens. Deus est enim qui operatur in uobis. Si enim timetis & tremitis, non extollimini tanquam de uestris operibus bonis: quia Deus est qui operatur in uobis.

Audi uocem Apostoli. Cum timore, inquit, & tremore uestram ipsorum salutem operamini. Quare cum timore & tremore? Subiecit causam. Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Si ergo Deus operatur in te, gratia dei operari non uiribus tuis. Ergo si gaudes, & time, ne forte quod datum est humili, auferatur superbo. Mirum est autem quod predicato Christo crucifixo, audiunt duo, unus contemnit, alter ascendit. Qui contemnit imputet sibi, qui ascendit, non arroget sibi. Audiuit enim a ueraci magistro. Nemo uenit ad me, nisi datum ei fuerit a patre. Gaudeat quia datum est: gratias agat dati corde humili non arroganti: ne quod humilis meruit, superbus amittat. Nam etiam qui iam in ipsa uia iusta ambulant si sibi eam tribuerint & uiribus suis, pereunt de illa. Ideo humilitatem nos docens sancta scriptura per Apostolum dicit. Cum timore & tremore uestram ipsorum salutem operamini. Et ne sibi inde aliquid daret, quia dixit operamini, continuo subiunxit. Deus enim est qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate, deus est qui operatur in uobis: ideo cum timore & tremore uallem facite: imbrem suscipite. Depressa implentur: alta siccantur. Gratia pluuia est. Quid ergo miraris si deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? Ideo cum timore & tremore, id est cum humilitate. Noli altum sapere sed time. Time ut implearis, noli autem sapere ne sicceris, deus est enim qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate.

Ex tractatu Psal. 65.

Ex ser. de uer. Apostoli. 2.

Roman. Ex lib. de cor. & gra.

Nec de ipsa perseverantia boni uoluit deus sanctos suos in uiribus suis, sed in ipso gloriosi: qui eis non solum dat adiutum quale primo homini dedit, sine quo non possint perseverare si uelint, sed in eis etiam operatur & uelle, ut quoniam non perseverabunt nisi & possint & uelint, perseverandi eis & possibilitas & uoluntas diuinæ gratiæ largitate donetur. Tantum quippe spiritu sancto accenditur uoluntas eorum, ut ideo possint quia sic uolunt, ideo sic uelint, quia Deus operatur ut uelint. Nam si in tanta infirmitate uitæ huius, in qua tamen infirmitate propter elationem reprimendam perfici uirtutem oportebat, ipsis relinqueretur uoluntas sua, ut in adiutorio dei, sine quo perseverare non possent, maneret si uellent, nec deus in eis operaretur ut uellent, inter tot & tantas tentationes infirmitate sua uoluntas ipsa succuberet, & ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmitate nec uellent, aut non ita uellent infirmitate uoluntatis ut possent. Subuentu est igitur infirmitati uoluntatis humane, ut diuina gratia in declina

declinabiliter & insuperabiliter ageretur, & ideo quamuis infirma non tamen deficeret, neq; aduersitate aliqua uinceretur. Dicente ergo Iesu Christo, Rogauit pro te ne deficiat fides tua, intelligamus ei dictum qui edificatur super terram. Atq; ita homo dei non solum quia misericordiam consecutus est ut fidelis esset, uerum etiam quia fides ipsa non deficit, qui gloriatur, in domino gloriatur.

1. Cor. 7.

Ex libr. de bono perse.

Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Nos ergo uolumus sed deus in nobis operatur & uelle. Nos operamur sed deus in nobis operatur & operari pro bona uoluntate, hoc nobis expedit & credere & dicere, hoc pium & uerum, ut sit humilis & summissa confessio, & detur totum deo.

Ex epi. ad iul.

Proprium quippe arbitrium nisi dei gratia iuuetur, nec ipsa bona uoluntas esse in homine potest. Deus est enim (inquit Apostolus) qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate, non sicut isti sentiunt tantum modo scientiam reuelando ut nouerimus quid facere debeamus, sed etiam inspirando charitatem, ut ea qua discendo nouimus etiam diligendo faciamus. Nam utiq; nouerat ille quam magnum bonum esset continentia, qui dicebat. Et cum scirem quia nemo potest esse continens nisi deus det. Non solum ergo sciebat quantum esset hoc bonum, & quam desiderabiliter esset concupiscendum, uerum etiam quod nisi dante deo esse non posset. Docuerat enim eum sapientia. Nam hoc dicit. Et hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum. Nec tamen ei scientia ista sufficit, sed ait. Adij dominum & deprecatus sum illum. Non igitur tantum modo in hoc nos adiutat Deus ut sciamus quid agendum sit: uerum etiam ut amando agamus quod discendo iam scimus. Nemo itaq; potest esse non solum sciens uerum etiam continens nisi deus det. Vnde cum iam ille haberet sciam precabatur ut esset in illo quod sciebat quia non esset ex illo. Vtq; tantas uoluntatis uires, tantum dilectionis ardorem uolebat accipere spiritu sapientia, qui sufficeret ad implendam magnitudinem continentia.

Sapient. 7.

Quomodo dicis quod te audio dicere: ut recte credamus in Deum, & Euangelio consentiamus, non esse donum Dei, sed hoc nobis esse a nobis; id est ex propria uoluntate quam nobis in nostro corde non operatus est ipse. Et ad hoc cum audieris: quid est ergo quod ait Apostolus, deus in uobis operatur & uelle. Respondens per legem suam, per scripturas suas deum operari ut uelimus, quas uel legimus uel audimus. Sed eis consentire uel non consentire ita nostrum est ut si uelimus fiat: si autem uolumus, nihil in nobis dei operationem ualere faciamus. Operatur quippe ille dicis quantum in ipso est ut uelimus dum nobis nota sunt eius eloquia. Sed si eis acquiescere uolumus, nos ut operatio eius nihil in nobis proficit efficiamus. Que si dicis, profecto nostris orationibus contradicis. Dic ergo apertissime nos

Ex libr. de bono perse.

pro his quibus Euangelium predicamus non debere orare ut credant, sed eis tantum modo predicare. Exerce contra orationes Ecclesiae disputationes tuas. Et quando audis sacerdotem Dei ad altare Dei exhortantem populum dei orare pro incredulis, ut eos Deus conuertat ad fidem: & pro catechuminis, ut eis desiderium regenerationis inspiret: & pro fidelibus, ut in eo quod esse coeperunt eius munere perseuerent: subfanna pias uoces, & dic te non facere quod hortatur, id est Deum pro infidelibus ut eos fideles faciat, non rogare, eo quod non sint ista diuine miserationis beneficia, sed humana officia uoluntatis. Reprehende Apostolum Paulum quoniam dixit. Oramus ad deum ne quid faciatis mali. Neq; enim dicitur es nihil mali eum facere qui non credit in Christum, aut qui fide deserit Christi. Ac per hoc dicit ne quid faciatis mali, nec ista uult fieri: factisq; illi non est precipere, sed constituit se Deum rogare ne fiant: sciens hominis uoluntatem ab ipso corrigi ac dirigi ut ista non faciat. A deo enim gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet.

Omnia autem facite sine murmurationibus & hesitationibus, ut sitis sine querela & simplices filij dei, sine reprehensione in medio nationis prauae & peruersae: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo uerbum uiae continentes ad gloriam meam in die Christi, quia non in uacuum cucurri, neq; in uacuum laboraui. Sed etsi annulus supra sacrificium & obsequium fidei uestra: gaudeo & congratulor omnibus uobis. Id ipsum autem & uos gaudeo: & congratulor mihi.]

2. Cor. 13.

Psal. 16.

Similitudo de luminariis data est ad sanctos, ut sine murmuratione sint in natione tortuosa et peruersa, id est inter iniquos: in quibus appareatis (inquit) sicut luminaria in mundo uerbum uiae habentes. Tales enim sancti in quibus est uerbum uiae, de conseruatione quam habent in caelo despicunt omnia que iniqui faciunt in terra. Et quomodo luminaria in caelo per diem & per noctem procedunt: peragunt itinera sua: cursus suos certos habent: & committuntur tanta mala, nec decidunt de super stellae fixae in caelo agentes tractus caelestes: quos illis praestituit creator ipsorum, sic debent sancti. Sed in caelo figantur corda eorum, si non frustra audiant & respondeant sursum se habere cor: si imitentur eum qui ait. Nostra autem conuersatio in caelis est. Qui ergo sunt in supernis, & de supernis cogitant. Sicut dictum est. Vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuum. De ipsis cogitationibus supernorum patientes fiunt, & quicquid in terra committitur sic non curant donec peragant itinera sua: quemadmodum non curant luminaria caeli quomodo exerceant dies & noctes: quamuis tanta mala uideant fieri super terram. Sed facile est forte ut ferant iusti iniquitates malorum, que non in ipsis sunt. Sic ferant & que in ipsos fiunt. Non enim propterea debent ferre & tolerare qui in alios fiunt. Et si in se fiunt, non debent perdere tolerantiam. Nam qui perdidit tolerantiam, cecidit

Ex tractatu Psal. 93.

Matth. 6.

cecidit de caelo. Qui autem fixum habet cor in caelo, terra ipsius laborat in terra. Quanta & de ipsis luminariis fingunt homines, & patienter ferunt: quomodo iusti patienter debent ferre omnes etiam de se factas criminationes. Sed quid est in caelo? In firmamento caeli. Cuius ergo cor in firmamento libri dei est, ista non curat. Nam caelum intelligitur firmamentum, & per figuram liber legis. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis, inquit, nomina uocans. Sunt stellae quaedam luminaria in Ecclesia consolantia noctem nostram: omnes de quibus dicit apostolus. In quibus apparetis tanquam luminaria in mundo. In ista inquit natione tortuosa & peruersa: in quibus apparuit tanquam luminaria in mundo uerbum uiae habentes. Ipsas stellas numerat Deus omnes secum regnatos, omnes secum aggregandos corpori unigeniti sui. Qui indignus est, nec numeratur. Animaduertat quisque utrum luceat in tenebris: utrum iniquitate seculi tenebrosa non seducatur. Si non fuerit seductus nec uictus, tanquam stella erit, quam numerat Deus. Sicut stellas caeli non extinguit nox, sic mentes fidelium adherentes firmamento sacrae scripturae non obscurat mundana iniquitas.

Ex tractatu Psal. 146.

Ex li. ser. Pre.

Spero autem in domino Iesu Timotheum me cito mittere ad uos: ut & ego bono animo sim cogitis que circa uos sunt. Neminem enim habeo tam unanimum qui sincera affectione pro uobis sollicitus sit. Omnes enim que sua sunt querunt: non que sunt Iesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecum seruiuit in Euangelio. Huc igitur spero me mittere ad uos, moxq; ut uidero que circa me sunt. Confido autem in domino quoniam & ipse uenit ad uos cito. Necessarium autem existimaui Ephroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, uestrum autem Apostolum et ministrum necessitatis meae, mittere ad uos: quoniam quidem omnes uos desiderabat: & moxq; erat propterea quod & audieratis illi infirmum. Nam & infirmus est usq; ad mortem: sed deus miseratus est eius. Non solum autem eius, uerum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Resistantius ergo nisi illi, ut uiso eo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaq; illum cum omni gaudio in domino: & eiusmodi cum honore habetote, quoniam propter opus Christi usq; ad mortem accessit, tradens animam suam: ut impleret id quod ex uobis deus erat erga meum obsequium.]

Ex tracta. eu. sec. Ioan. 4.6.

Inter mercenarios pastor ingemuit, quesiuit aliquem qui sinceriter diligeret gregem Christi: & circa se in eis qui cum illo eo tempore fuerant, non inuenit. Non enim in ecclesia Christi tunc praeter Paulum apostolum, & Timotheum nemo erat qui germane de grege sollicitus esset: sed contigerat, ut illo tempore quo Timotheum misit, circa se alium de filiis non haberet, sed solum mercenarij cum illo essent sua querentes, non quae Iesu Christi: & tamen ipse germane de grege sollicitus maluit filium mittere, & inter mercenarios remanere.

Ex libr. de prec. san.

DE caetero fratres mei gaudeo in domino. Eadem uobis scribere mihi quidem non pigrum: uobis autem necessarium.]

Dixisse quidem Apostolum scimus ad Philippenses: Eadem scribere uobis mihi quidem non pigrum, uobis autem tutum est. Idem scribens tamen ad Galatas, cum se, satis apud eos egisse perspiceret quod illis per ministerium sermonis sui, necessarium esse cernebat: De caetero, inquit, laborem nemo mihi praestet, uel sicut in plerisque codicibus legitur. Nemo mihi molestus sit.

Galat. 6.

Videte canes: uidete malos operarios: uidete ebriationem. Canes appellauit non ratione, sed consuetudine contra insolitam ueritatem latrantes. Haec est enim canum natura: ut cum quibus habent consuetudinem, siue illi boni, siue mali sint, non ad eos latrent: insolitorum autem personis uisus etiam innocentibus irriterent.

Ex libr. de grac. no. to.

Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruiamus deo. Maxime in illo loco satis claret quod spiritus sanctus non sit creatura: ubi iubemur non seruire creaturae, sed creatori. Non eo modo quo iubemur per charitatem seruire inuicem, quod est Graece douleurein, sed eo modo quo tantum Deo seruitur, quod est Graece latreuein. unde idololatras dicuntur, qui simul lacris eam seruitutem exhibent, quae Deo debetur. Secundum enim hanc seruitutem dictum est. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Nam hoc distinctius in Graeca scriptura inuenitur latreueis enim habet. Porro si tali seruitute creaturae seruire prohibemur, quandoquidem dictum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias, unde & apostolus detestatur eos qui coluerunt, & seruiunt creaturae potius, quam creatori: non est utiq; creatura spiritus sanctus, cui ab omnibus sanctis talis seruitus exhibetur, dicente apostolo. Nos enim sumus circumcisio spiritui dei seruietes. Quod est in Graeco latreouentes, plures enim codices etiam Latini sic habent, Qui spiritui Dei seruiamus: Graeci autem omnes, aut pene oes. In nonnullis autem exemplaribus, Latinis inuenimus non spiritui Dei seruiamus, sed spiritu deo seruiamus. Sed qui in hoc errant, & auctoritati grauiori cedere detrectant: nunquid & illud uarium in codicibus reperiunt, Nescitis quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti quem habetis a Deo? Quid autem insanius magisque sacrilegium est: quam ut quisquam dicere audeat membra Christi templum esse creaturae: minoris secundum ipsos, quam Christus est. Alio enim loco dicit. Corpora uestra, membra Christi sunt. Si autem quae membra sunt, templum est spiritus sancti: non est creatura spiritus sanctus. Quia cui corpus nostrum templum exhibemus, necesse est, ut huic eam seruitutem debeamus, qua non nisi Deo seruiendum est, quae latra appellatur. Vnde consequenter dicit. Glorificate ergo & portate deum in corpore uestro.

Ex lib. de tri.

Dente. 8. Leuit. 4.

Rom. 1.

1. Cor. 6.

Ibidem

Ex ser. de ead. dem. Ies. 6.

Audistis dicentem Apostolum Paulum. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritui Dei seruiamus. Scio plerosq; codices habere, Qui spiritu Deo seruiamus: quantum autem inspicere potui,

potuimus, plures Græci habent, Qui spiritui Deo seruius. Sed non ibi quæstio est. Manifestum est enim utrumq; & congruum regulæ ueritatis: quia spiritui Dei seruius. & non carne, sed spiritu, Deo seruius. Carne enim seruit Deo, qui de rebus carnalibus sperat se placere Deo. Cui uero & ipsa caro ad bona opera subditur, spiritu seruius Deo: qui carnem domamus, ut spiritus obtæperet deo. Spiritus enim regit: caro regitur. Nec spiritus bene regit si non regitur. Cum ergo ait, Nos sumus circumcisio, uidete quid uoluerit intelligi in illa circumcissione quæ in umbra data est significante, quæ remota est luce ueniente. Cur autem non dixerit, Nos habemus circumcissionem: sed nos sumus circumcisio: sic accipite, hoc uoluisse dicere apostolum, Nos sumus iustitia. Circumcisio enim iustitia est. Magis enim commendat quod dicit dicendo nos esse iustitiam, quam dicendo nos esse iustos. Sic tamen ut cū iustitiam dicit esse, iustos intelligamus. Non enim illa incommutabilis iusti iustitia, cuius participes facti sumus, sed quemadmodum dicitur, magna ibi inuentus est, pro multis iuuenibus, sic dicitur iustitia, ut intelligantur iusti. Audite hoc ipsum euidentius eodem dicente apostolo. Ut nos, inquit, simus iustitia dei in ipso. Simus iustitia non nostra, sed Dei, ab illo accepta non à nobis assumpta, impertita non usurpata, donata, non rapta. Apostolus ergo non tibi negauit circumcissionem, sed exposuit, lucem præ tendit, umbram remouit. Nos sumus, inquit, circumcisio, qui spiritu Deo seruius. Et gloriamur, in Christo Iesu & non in carne fiditiam habentes.]

Ex co. ser. de uerb. apo. 15. paulo inferius Psal. 110. 1. Cor. 10.

Respexit quosdam in carue fidentes, ipsi erant qui de carnis circumcissione gloria bantur de quibus alio loco dicit. Quorum deus uenter, & gloria in pudendis eorum. Intellege tu circumcissionem, & esto circumcisio, intellige & esto. Intellectus enim bonus, sed omnibus qui faciunt eum. Non utiq; frustra octauo die iussus est infans circumcidit, nisi quia petra, qua circumcidimur Christus erat. Cuius enim petris circumcisus est populus. Petra autem erat Christus. Quare ergo octauo die? Quia in hebdomadibus idem primus qui & octauus. Completis enim septem diebus reditur ad primum, finitur septimus, dominus sepultus, reditur ad primum, domini uisus resuscitatus. Domini enim resuscitatio promissit nobis eternam Diem, & consecrauit nobis dominicum diem, qui uocatur Dominicus, ipse uideatur proprie ad dominum pertinere, quia eo die dominus resurrexit. Reddita est petra. Circidantur qui uolunt dicere. Nos enim sumus circumcisio. Traditus est enim propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Iustificatio tua, circumcisio tua. Nos ergo, inquit, sumus circumcisio, q. spiritui dei seruius, & gloriamur in Christo Iesu. Qui gloriatur, in domino gloriatur. Et non in carne fidentes. Et quid est fidere in carne? Audite.

Rom. 4. 1. Cor. 10. 1. Cor. 11.

Quamquam ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius uidetur cōfidere in carne: ego magis, circūcisus octaua die. Ne arbitremini, inquit, hoc contemnere quod non habeo. Quid magnum est si homo abiectus, plebeius, ignobilis contemnat nobilitatem, & tūc ueram exhibeat humilitatem? Quamquam ego, inquit, habeam fiduciam & in carne. Ideo uos, inquit, doceo contemnere quoniam uidetis me habere quod contemnere. Si quis alius in carne putat se habere fiduciam magis eo. Et audi in carne fiduciam. Circūcisus octaua die, id est non profelytus, non aduena ad populum Dei, non maior circumcisus, sed à parentibus natus Iudæus habeo circumcissionem octaua diei.

Ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus.]

Primarij quidam erant, et quasi ad nobilitatem Iudaicam segregati, non contemptibili plebi commixti, qui dicebantur Pharisæi, nā dicitur hoc uerbum quali segregationem interpretari: quomodo in Latina lingua dicitur egregius, quasi à grege separatus. Fuerunt autem Israelitæ, id est ex genere Israel etiam illi qui separati fuerant à templo. Remāsi autem ad templum tribus Iuda, & tribus Beniamin, tribus Leui sacerdotalis. Tribus Iuda regia, et tribus Beniamin hoc solum remāserat ad Hierusalem, & ad tēplum Dei, quando est illic separatio in seruo Salomonis. Non ergo leuiter accipiatis quod ait de tribu Beniamin, in hærens Iudæ, non recedens à templo, Hebræus ex Hebræis: secundum legem Pharisæus.

Secundum emulationem persequens ecclesiam dei. In ter merita sua commemorat quod fuerit persecutor. Secundum emulationem, inquit. Quā emulationem? Non eram, inquit, piger Iudæus. Quicquid erat quod legi meæ aduersarium uideretur impatienter ferebam: acriter persequer bar. Hæc apud Iudæos nobilitas, sed apud Christum queritur humilitas. Ideo ibi iste Saulus, hic Paulus. Saulus à Saule nomen deriuatur. Qui fuerit Saul nostis. Ipsi uis electa est statura procera. Sic eum describit scriptura, quod supereminens esset omnibus, quando electus est, ut ungeretur in regem. Non fuit sic Paulus, sed factus Paulus. Paulus enim paruus: iudeo Saulus, modicus. Ergo secundum emulationem, inquit, persequens ecclesiam hic intelligant homines qualis apud Iudæos fuerim, qui Christi ecclesiam persequer bar emulatione traditionum paternarum. Addit. Secundum iustitiam quæ est in lege conuersatus sine querela.]

Nouit charitas uestra dictos esse sine querela ambulasse in omnibus iustificationibus domini Zachariæ & Elizabeth. In omnibus (inquit scriptura) iustificationibus domini ambulantes sine querela. Ecce hoc erat & Paulus noster, quando Saulus erat: in lege sine querela ambulabat: & quod in eo fuit sine querela, hoc de illo faciebat magnam quærelam. Quid ergo putamus fratres? Esse sine querela secundum iustitiam quæ in lege est malum est? Si malum

Ex eodem.

Ex eodem.

Ex eodem.

1. Reg. 91

Ex eodem.

Lucæ. 11.

malum est secundum iustitiam quæ in lege est esse sine querela, ergo aliquid mali est lex. Sed habemus eundem apostolum dicentem. Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Si lex sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum, secundum iustitiam quæ est ex lege sancta conuersari sine querela, quomodo potest non esse bonum? Quomodo potest non esse sanctum? An forte sanctum est? Audiamus ipsum Apostolum: uide te quid dicat.

Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.

Rom. 7.

Ex eodem.

Ex eodem.

Ex eodem.

Damna sua dicit, & inter damna sua computat, quod in iustitia quæ est in lege, fuerit sine querela.

Veruntamen, inquit, existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei.

Attendo, inquit, laudes meas: comparo eminentiam domini mei Iesu Christi. Illud sitio: hoc contemno. Paruum est hoc.

Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut sterora, ut Christum lucrificiam.

Quæstio maior exorta est. Si secundum iustitiam quæ in lege est uersabaris sine querela, et hoc in detrimentis tuis, in damnis, in stercoribus computas ut Christum lucrificias, ergo iustitia illa à Christo prohibebatur. Obsecro te expone hoc paululum, Deo propitio dicamus: illuminet & nos, à quo & ipse illuminatus est qui epistolam istam scripsit nobis non attramento, sed spiritu Dei uiu. Videtis charissimi quam sit arduum, quam difficile intelligere hoc. Cum constat legem sanctam esse, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum: contetq; omnino inter fideles catholicos, ita ut nemo dissentiat, nisi qui non uult esse catholicus, hanc legem non datā nisi à Domino Deo nostro: secundum istam iustitiam, quæ in lege est conuersari sine querela, impedimentū fuisse Apostolo ne ueniret ad Christum, nec eum uenisse ad Christum, nisi hoc quod fuit secundum iustitiam quæ in lege est sine querela, inter damna, & detrimenta, & sterora computasset. Sequamur ergo & accedamus aliquantum, ne forte in ipsis uerbis Apostoli elucescat nobis aliquid unde ista remoueat, & soluat obscuritas. Detrimeta, inquit, credidit hæc omnia, & sterora existimaui, ut Christum lucrificiam. In quibus etiam illud commemoro, quod fuerim sine querela secundum iustitiam quæ in lege est. Existimaui ergo hæc omnia detrimenta & sterora, ut Christum lucrificiam.

Ut & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ est ex lege.]

Ex eodem.

Si meam dixerat, quare addidit ex lege? Si enim ex lege est, quomodo tua est? Nunquid tu tibi imposuisti legem. Deus legem dedit, de uis legem imposuit. Deus te legi obtemperare præcepit. Lex si non te doceret quemadmodum uiuere deberes, quomodo posses habere iustitiam sine querela secundum legem? Si secundum legem habes, quomodo dicis non habere

meam iustitiam quæ ex lege est? Sed illam quæ ex fide est Iesu Christi: quæ ex Deo est in iustitia in fide.]

Ex eodem.

Iam ergo dicam ut potero: reuelat meus qui uos possidet: donec & intellectum, & affectum, donabit enim effectum si donauit affectum, hoc est enim quod uolo dicere. Lege dei proposita quisquis timuerit, & suis uiribus eam implere posse putauerit, & fecerit quod iubet lex non amando iustitiam, sed timendo penam, fit quidem secundum iustitiam quæ ex lege est homo sine querela: non furatur non adulterat: nō dicit falsum testimoniū: non facit homicidiū: non concupiscit rē proximi sui. Potest hoc? Potest fortassis. Unde? Timore pœnæ. Quamquam qui timore pœnæ non concupiscit, puto quia concupiscit, Terrore ingenti armorum atq; telorum & circumdantis forsitan multitudinis, uel obuiam euntis etiam leore uocatur à præda & tamen Leo uenit, Leo redit: prædam non rapuit, non malitiam posuit. Si talis adhuc iustitia est, qua iustitia tibi cōsulis ne torquearis, quid magnum est penam timere? Quis eam nō timet? Quis latro, quis sceleratus, quis nefarius? Sed hoc inter est inter timorem tuum, timoremq; latronis, quod latro timet leges hominum: & ideo facit atrocitiam, quia sperat se fallere leges hominum: tu autem leges eius times, quem fallere non potes. Nā si fallere posses, quid non fecisses? Ergo & concupiscentiam tuam malam non amor tollit, sed timor premit. Ad ouile uenit lupus: latro tu canum, & clamore pastorum ab ouili repulsus est lupus: ipse est semper tamē lupus: in ouem uertitur. Facit enim & hoc Dominus: sed ipsa est iustitia eius nō tua. Nam quamdiu habes tuam, potes timere pœnam, non amare iustitiam. Ergo fratres mei habet delicias suas iniuquitas, & iustitia nō habet. Delectat malum, & nō delectat bonum. Delectat omnino: sed Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Ille nisi prior det suauitatem, terra nostra non habebit nisi sterilitatem. Hæc ergo iustitiam concupiuit apostolus, delectatus est: memor fuit Dei, & delectatus est, concupiuit anima eius, & astuauit in atria domini: & uiluerunt omnia quæ pro magno habebat: facta sunt dāna, detrimeta, sterora. Hinc enim erat & illud, quod ecclesiam persequer batur secundum emulationem paternarum traditionum, inde erat, quia suam iustitiam cōstituebat, non iustitiam Dei quærebat. Vide te enim quia inde persequer batur Ecclesiam. Ego non habeo meam iustitiam, sed eam quæ est per fidem Christi: iustitiam ex Deo: iustitiam inquæ ex deo q. iustificat impiū. Tolle te. Tolle inquæ te à te, impedis te. Si tu te ædificas: ruinā ædificas. Nisi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ædificauerunt eam. Noli ergo uelle habere tuam iustitiam. Certe ex lege est: certe Deus dedit legem. Et quia iustitia ex lege est, non sit tua. Apostolus Paulus loquitur mihi: amantes iustitiam suam

Psal. 84.

Psal. 116.

non calumniantur. Tuam iustitiam noli habere. Stercora illam deputat apostolus, quam uis sit ex lege. Et inueniar, inquit, in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est. Quam uis ex lege, tamen meam. Sed eam quae est per fidem Christi: quae impetrat a Deo.

Ad cognoscendum illum, & uirtutem resurrectionis eius.]

Ex eodem.

ALiquid magnū est agnoscere uirtutem resurrectionis Christi. Hoc putatis esse magnum, quia carnem suam resuscitauit? Ipsam dixit uirtutem resurrectionis eius. Nonne erit etiam nostra in fine seculi resurrectio? Nonne & nostrum corruptibile hoc induetur immortalitatem? Nonne quomodo ipse resurrexit a mortuis, & iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur, sic & nos? Mirabilis ut ita dicam, nam illius caro non uidit corruptio-

Rom. 6.

nem: nostra de cinere reparatur. Magnum est quidem, quia praecessit in exemplo: & dedit nobis quid speremus. Sed non est hoc solum illi, qui de iustitia loquebatur non sua sed illa quae est ex Deo: & ibi nominauit uirtutem resurrectionis Christi. Agnosce ibi iustificacionem tuam. Ex illius enim resurrectione iustificamur, tanquam a petra circumcidamur. Propterea inde coepit. Nos sumus circumcisio. Vnde circumcisio? A petra. Qua petra? Christo. Quomodo? octauo die: quomodo resurrexit dominico die. Hanc ergo fratres mei iustificacionem & habeamus in quantum habemus: & augeamus in quantum minores sumus: & perficiemur cum illuc uenerimus ubi dicitur. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Sed totum ex Deo iussit lex: non facies illud, non illud: fac hoc atque illud. Demonstratum est tibi: intellexisti quid facias. Roga ut facias, si cognoscis uirtutem resurrectionis Christi. Traditus est enim propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificacionem nostram. Quid est, propter iustificacionem nostram? Ut iustificet nos, ut iustos faciat nos. Eris opus Dei non solum quia homo es: sed etiam quia iustus es. Melius est enim iustum esse, quam hominem esse. Si hominem te fecit Deus, & iustum tu te facis, melius aliquid facis quam fecit Deus. Sed sine te, te fecit Deus. Non enim adhibuisti aliquem sensum ut te faceret deus. Qui ergo fecit te sine te: non te iustificat sine te. Ergo fecit nescientem: iustificat uolentem. Tamen ipse iustificat: nescit iustitia tua inueniri in illo, non habens iustitiam tuam quae ex lege est: sed iustitiam per fidem Christi quae ex Deo est, iustitia ex fide ad cognoscendum eum, & uirtutem resurrectionis eius.

2. Cor. 15.

Et societatem passionum eius.]
ET ipsa eius uirtus, tua erit. Communicatio passionum Christi uirtus tua erit. Quid autem erit in communicationibus passionum Christi, si charitas non erit? Nonne inueniuntur torti latrones in tanta fortitudine corporum, ut quidam eorum non solum conscios prode noluissent, sed nec nomina sua confiteri dignati sint: inter cruciatus, inter tormenta, effossis lateribus, & pene perditis membris man-

Ex eodem.

serit animas in obstinatione nequissima? Vide ergo quid amabant, facere tamen ista sine magno amore non poterant. Sed non sic amator Dei. Deus non amatur nisi de Deo. Amat ille nescio quid aliud de carne, sicut homo quodlibet amauerit, socios suos amauerit, gloriam in facinoribus amauerit, quodlibet amauerit, multum amauit qui torqueri potuit, de-
ficere non potuit. Si ergo ille non potuit tanta perficere sine amore, nec tu poteris communicare Christi passionibus sine amore. Sed quare quo amore. Non sit cupiditas, sed charitas. Si enim, inquit, tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ut prosit tibi communicatio passionum Christi, charitas adit.

Vnde tibi charitas o emendicissima infirmitas? Vnde tibi charitas Dei? Vis ostendo tibi unde sit tibi? Ipsum interroga hortarium dominicum. Si enim in te fuerit charitas Dei, communicabis Christi passionibus, & uerus eris martyr. In quo charitas coronatur, ipse erit uerus martyr. Vnde ergo tibi? Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus, ait ipse apostolus, ut eminentia uirtutis sit Dei, & non ex nobis. Ergo unde tibi charitas, nisi quia diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis? Ecce ad quod, geme, contemne spiritum tuum, accipe spiritum dei. Ergo ad hoc, inquit, habeam iustitiam quae est a Deo, ad cognoscendum eum, & uirtutem resurrectionis eius & communionem passionum eius. *Configuratus morti eius.]*

1. Cor. 13.

Rom. 5.

Consepulti enim sumus, inquit, Christo per baptismum in mortem: ut quemadmodum Christus surrexit a mortuis, sic & nos in nouitate uitae ambulemus. Morere ut uiuas: sepelire ut resurgas. Cum enim sepultus fueris, & resurrexeris: tunc uere erit sursum cor.

Ex eodem.

Sed quomodo occurrat ad resurrectionem quae est ex mortuis.
De iustitia loquebatur: iustitia quae est ex fide Christi: iustitia quae a Deo est: & sic cuncta executus est. Et cum iustitiam quaereret dicens: Ut inueniar in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est: sed iustitiam quae ex fide est Christi, quae est ex Deo: dicit modo. Si quo modo occurram in resurrectione mortuorum. Quare dixisti, si quo modo occurram?

Ex eodem.

Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequor autem: si quomodo comprehendam in quo & comprehensus sum a Christo Iesu.

Ex eodem.

Præuenit me iustitia ipsius: sequatur illum mea. Tunc autem sequitur mea, si non sit mea. Si quo modo occurram: non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Coeperunt mirari qui hoc audiebant dicentem Apostolum. Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Quid est quod nondum acceperat? Fidem habebat: uirtutem habebat: spem habebat: charitatem flagrabat: uirtutes operabatur: inuictissime praedicabat: omnes persecutiones tolerabat, in omnibus patiens, amans Ecclesiam,

am, sollicitudinem omnium ecclesiarum corde gestans. Quid nondum acceperat? Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Quid est quod dicitis? Dicitis & miramur: dicitis & stupemus. Nouimus enim quem audiamus. Quid dicitis?

Fratres ego me non arbitror comprehendisse.]

Ex eodem.

Nolite, inquit, in me falli: plus me ipse noui quam uos: scio quid mihi desit, nescio quid assit. Ego me ipsum non arbitror apprehendisse.

Unum autem.]

Ex eodem.

Psal. 26.

Hoc me non arbitror apprehendisse unum: multa habeo, & unum nondum apprehendi. Vnam peti a Domino, hanc requiram. Quid petisti? quid requiris? Ut inhabitem in domo domini per omnes dies uitae meae, ut contempler delectationem Domini. Ipsum est unum quod dicebat se nondum apprehendisse Apostolus. Et quantum illi deerat, in tantum perfectus nondum erat. Ergo ego, inquit, me non arbitror apprehendisse, unum autem. Quid ergo facio?

Quae quidem retro sunt obliuiscens, ad ea uero quae sunt priora extendens me ipsum ad destinatum: persequor ad brauium supernae uocationis Dei in Christo Iesu.]

Ex eodem.

Adhuc sequor, adhuc proficio, adhuc ambulo, adhuc in uia sum, adhuc me extendo, nondum perueni. Ergo si & tu ambulas, si te extendis, si ea quae uentura sunt cogitas, obliuiscere praeterita, noli in ea respicere, ne ibi remaneas ubi respexeris. Memento uxoris Loth.

Ex eodem.

Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.]
Dixerat, Non sum perfectus, & dicit, Quot quot perfecti, hoc sapiamus. Ego me non arbitror apprehendisse, non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim, & dicit, Quot quot perfecti, hoc sapiamus. Perfecti & non perfecti, perfecti uiatores, nondum perfecti possessores. Et ut noueris perfectos uiatores dici, qui iam in uia ambulant, perfecti uiatores sunt. Ut scias uiatores eum dixisse, non habitatores, non possessores, audi quod sequitur. Quot quot ergo perfecti, hoc sapiamus.

Ex eodem.

1. Cor. 8.

Et si quid aliter sapitis, hoc uobis Deus reuelabit.
Ne forte subrepat uobis, quia uos aliquid estis. Qui autem putat se ipsum esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit. Et qui putat se aliquid scire, nec dum scit quemadmodum oportet scire. Ergo & si quid aliter sapitis quasi paruuli, id quoque Deus uobis reuelabit.

Verumtamen ad quod peruenimus ut idem sapiamus: & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.]

Ex eodem.

VT reuelet nobis Deus, & quod aliter sapiamus, in quo peruenimus, non in eo remaneamus, sed in eo ambulemus. Videtis quia uiatores sumus. Dicitis, quod est ambulare? Breuiter dico, proficere, ne forte non intelligatis, & pigrius ambuletis. Proficite fratres mei, discutite uos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Non enim aliquis est intus tecum, cui erubescas & iactes te. Est tibi, sed cui placet humilitas, ipse te probe, proba, & te ip-

sum tu ipse. Semper tibi displiceat quod es, si uis peruenire ad illud quod nondum es. Nam ubi tibi placuisti, ibi remanisti. Si autem dixeris sufficit, & peristi. Semper adde, semper ambula, semper profice, noli in uia remanere, noli retro redire, noli deuiare. Remanet qui non proficit, retro redit qui ad ea reuoluitur unde iam abscesserat, deuiat qui apostatat. Melius uel claudus in uia, quam cursor prater uiam.

Item quorundam capitulorum ex eadem lectione explanatio.

Circumcisus octaua die.]

In ueteribus sacramentis circumcisio paruumulorum octauo die fieri praecipitur, quoniam Christus in quo sit delicti carnalis expoliatio, quam significat circumcisio, die dominico resurrexit, qui post septimum octauus est.

Ex epist. ad Titum monachum.

Nec moueat quod ait secundum iustitiam quae in lege est, quod fuerit sine querela. Potuit enim esse intus in affectionibus prauis prauaricator legis, & tamen conspicua opera legis implere, uel timore hominum, uel ipsius Dei, sed poenae formidine, non dilectione & delectatione iustitiae. Aliud est enim uoluntate benefaciendi benefacere, aliud autem ad malefaciendum sic uoluntate inclinari, ut etiam faceret, si haec posset impune permitti. Nam sic profecto in ipsa intus uoluntate peccat, qui non uoluntate sed timore non peccat. In quibus interioribus suis talem se fuisse sciens Apostolus ante gratiam dei quae per Iesum Christum est dominum nostrum, alio loco hoc aperitissime me confitetur, scribens ad Ephesios. Et uos, inquit, cum essetis mortui delictis, & peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus eius qui nunc operatur in filios diffidentiae, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostrae, facientes uoluntatem carnis & affectionum, & eramus naturaliter filij irae, sicut & ceteri. Deus autem qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos, miseratus est nostri: & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo: cuius gratia sumus salui facti. Rursus ad Titum. Fuimus & nos aliquando stulti & increduli, errantes & seruientes desiderijs, & uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia agentes, abominabiles, inuicem odio habentes. Talis fuit Saulus, quando secundum iustitiam quae in lege est, sine querela se fuisse dicit. Nam quia non post hanc abominabilem uitam, ut esset sine querela in lege profecerat, moresque mutauerat: euidenter in his quae sequuntur, ostendit: quando quidem mutatum se non dicit ab his malis, nisi per gratiam Saluatoris: adiungens hoc ipsum etiam hic, sicut ad Titum ait. Cum autem benignitas & bonitas illuxit Saluatoris domini nostri, non ex operibus iustitiae, quae nos fecimus: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti: quem

Ex li. ad Bonifacium pap. urb.

Ad Titum.

ditissime effundit super nos per Iesum Chri-
stum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia
ipsius hæredes efficiamur secundum spem ui-
tæ æternæ.

*Propter quem omnia detrimentum feci: & arbitror ut ster-
cora: ut Christum lucrificiam: & inueniar in illo, non habens
meam iustitiam quæ ex lege est: sed illam quæ ex fide est Iesu
Christi: quæ ex Deo est iustitia in fide.]*

*Ex episto.
ad Hierony.*

Hoc ergo Iudæorum Paulus destruxerat
quod malum habebant: & in primis illud, quod
ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes co-
stituerent, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Deinde
quod post passionem & resurrectionem Chri-
sti dato atque manifestato sacramento gratiæ se-
cundum ordinem Melchisedech, adhuc puta-
bant sacramenta uetera, non ex consuetudine
sollennitatis, sed ex necessitate salutis esse ce-
lebranda. Quæ tamen si nunquam fuissent ne-
cessaria: instructuose atque inaniter pro eis Mac-
cabæi martyres fierent. Postremo illud, quod
prædicatores gratiæ Christi, Iudæi tanquam
hostes legis persequebantur. Hos atque huius-
modi errores, & uitia dicit se damnare: & ster-
cora arbitrat: ut Christum lucrificaret: &
non obseruationes legis, si more patrio cele-
brarentur, sicut ab ipso celebrata sunt sine ul-
la salutis necessitate: sicut Iudæi celebrandas
putabant: aut fallaci simulatione, quod in Pe-
tro reprehenderat.

*Ex li. de grat.
& lib. arb.*

Quid est, Non habes meam iustitiam, quæ
ex lege est: cum sua non esset lex ipsa, sed Dei:
nisi quia suam dicit iustitiam, quam uis ex lege
esset: quia sua uoluntate legem se posse puta-
bat implere sine adiutorio gratiæ, quæ est per
fidem Christi: Ideo cum dixisset. Non habens
meam iustitiam quæ ex lege est, secutus ad iun-
xit. Sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est
ex Deo. Hanc ignorabant de quibus ait. Igno-
rantes Dei iustitiam, id est quæ est ex deo. Hæc
enim dat, non litera occidens, sed spiritus ui-
uificans. Et suam uolentes constituere. Quam
dixit ipse ex lege iustitiam, cum diceret. Non
habens meam iustitiã quæ ex lege est. Iustitiæ
Dei non sunt subiecti, hoc est gratiæ Dei non
sunt subiecti.

Ex li. cõt. Iul.

Qui præcepta legis implere se putat per ar-
bitrium propriæ uoluntatis sine spiritu gratiæ,
suam iustitiam constituere uult, non iustitiam
Dei sumere. Nam unde dicit idem apostolus,
Vt inueniar in illo non habens meam iustiti-
am quæ ex lege est, sed iustitiam quæ ex fide,
iustitiam à Deo: Quare suam dicit iustitiam,
quæ est ex lege, eamque iustitiam probat, nõ au-
tem suam, sed ex Deo iustitiam, quæ est ex fi-
de: Nunquid lex non est ex Deo: Quis nisi in-
fidelis hoc dixerit: Sed ex lege dicit iustitiam
suam, in qua homo putat sufficere sibi legem
ad faciendam diuina mandata, confidens in uir-
tute sua. Ex fide autem iustitiam ideo dicit ef-
se ex Deo, quia Deus unicuique partitur mensu-
ram fidei, & ad fidem pertinet credere, quod
in nobis Deus operetur & uelle. sicut operaba-
tur in illa Purpuraria, cuius aperuerat Deus

mentem, ut intenderet ea quæ à Paulo dice-
bantur. Ac per hoc nec ipsi Iudæi qui credide-
runt in Christum, in quibus & Paulus fuit, ex
lege hæredes omnino dicendi sunt, sed potius
ex promissione. Ideo enim dictum est. In Isaac
uocabitur tibi semen, quia non qui filij carnis,
hi filij Dei, sed filij promissionis deputantur in
femine. Suscitatur à terra pauperem, de nullo
melius quam de illo intelligo qui propter nos
pauper factus est, cum diues esset, ut eius pau-
peritate ditaremur. Ipsum enim de terra susci-
tauit tam cito, ut caro eius non uideret corru-
ptionem. Nec illud ab illo alienabo, quod ad-
ditum est. Et de stercore erigit in opem. In opes
quippe, idem qui pauper. Stercus uero unde
erectus est, rectissime intelliguntur persecuto-
res Iudæi, in quorum numero cum se dixisset
apostolus ecclesiam persecutum, Quæ mihi, in-
quit, fuerunt lucra, hæc propter Christum dam-
na esse duxi, nec solum detrimenta uerum eti-
am stercore existimaui esse, ut Christum lucrifi-
ciam. De terra ergo suscitatus est ille super
omnes diuites pauper, & de illo stercore ere-
ctus est supra omnes opulentos esse in opes.

*Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor
autem si comprehendam, in quo & comprehensus sum à
CHRISTO IESU.*

Notum mihi fac Domine finem meum. Fi-
nem illum dicit quem currens intuebatur apo-
stolus, & de sua imperfectione confitebatur,
aliud in se intuens, aliud alibi quærens. Ait e-
nim. Non quia iam acceperim, aut quia iam
perfectus sim. Fratres, ego me ipsum non arbi-
tror apprehendisse. Et ne diceret, non apprehen-
dit Apostolus, ego apprehendit: Si perfec-
tus non est Apostolus, ego perfectus sum:
Vide quid agat, attende quid dicat. Quid er-
go agis Apostole: Nondum apprehendisti:
Nondum perfectus es: Quid agis: Ad quam
actionem me hortaris: Quid mihi imitandũ,
sequendumque proponis: Vnum autem, in-
quit, quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt ex-
tentus secundum intentionem, sequor ad pal-
mam supernæ uocationis Dei in Christo Iesu.
Secundum intentionem, non secundum per-
uentionem, non secundum apprehensionem.
Non relabamur unde iam transiimus, nec re-
maneamus in illis in quæ iam uenimus. Cur-
ramus, intendamus, in uia sumus, nec tam sis
securus ex eis quæ transisti, quam sollicitus, p-
eis quo nõdum peruenisti. Vnum autem, hoc
est illud unum. Domine ostende nobis patrẽ,
& sufficit nobis. Vnum autem. Quæ & una di-
citur in alio Psalmo. Vnam petij à Domino,
hanc requiram. Quæ retro oblitus, in ea quæ
sunt ante extensus. Vnã petij à domino, hanc
requiram, ut inhabitem in domo domini per
omnes dies uitæ meæ. Propter quid: Vt con-
templer delectationem domini.

Nemo fidelium, quam uis multum profecerit,
dicat, sufficit mihi. Qui enim dixit, remansit,
& hæsit in uia ante finem, qui non persevera-
uerit usque in finem.

*Genes. 22.
Ex li. de ciui.
dei 17. in exp.
Cati. Anna.
Ephes. 2.*

*Ex tractatu
Psalm. 38.*

Ioan. 14.

*Ex lib. sen
Prosperi.*

Noua

*Ex li. ad Ian. 2.
1. Cor. 15.*

Noua uita in fide nunc inchoatur, & spe-
geritur: nam tunc erit cum absorbebitur mors:
in uictoria: cum illa inimica destruetur mors:
cum immutati fuerimus, & æquales Angelis
facti. Omnes enim, inquit, resurgemus: sed nõ
omnes immutabimur. Et erunt, inquit, æqua-
les Angelis Dei. Apprehensi enim sumus mo-
do in timore per fidem: tunc autem apprehen-
demus in charitate per speciem.

*Ex li. confes. 11
Psalm. 17.*

Quamdiu enim sumus in corpore, peregrin-
namur à Domino: per fidem enim ambula-
mus, non per speciem. Ipse itaque Apostolus
qui dicit: Vt apprehendam: sicut & apprehen-
sus sum: aperte se non apprehendisse confite-
tur. Fratres, inquit, ego me non arbitror ap-
prehendisse. Ecce distentio est uita mea: &
me suscepit dextera tua. In Domino meo
mediatore suis hominis, inter te unũ & nos mul-
tos, in multo, per multa: ut per eum apprehen-
dam, in quo & apprehensus sum & à ueteri-
bus diebus colligar sequens unum, præterita
oblitus: non in ea quæ futura & transitoria sunt:
sed in ea quæ ante sunt: non distentio: sed ex-
tentus: non secundum distentionem, sed se-
cundum intentionem, sequor ad palmam su-
pernæ uocationis: ubi audiam uocem laudis:
& contempler delectationem tuam, nec ueni-
entem, nec prætereuntem.

*Ex lib. de spir.
& li.*

*Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Vnum autem,
quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ sunt in prio-
ra, extendens me ad destinatum, persequor ad brauium super-
næ uocationis Dei in CHRISTO IESU. Quique ergo
perfecti hoc sentiamus.]*

Ipse constitetur nondum se accepisse: non-
dum esse perfectum ea plenitudine iustitiæ
quam ad ipsi dilexit in Christo: sed adhuc se-
cundum intentionem sequi: & præterita obli-
uiscens, in ea quæ ante sunt extendi: ut no-
uerimus etiam ad ipsum pertinere illud quod
ait. Et si exterior homo noster corrumpitur:
sed interior renouatur de die in diem. Quam-
uis iam esset perfectus uiator: & si nondum e-
rat ipsius itineris perfectione peruentor. De-
nique tales uult secum in isto cursu comites ra-
pere: quibus continuo subiungit & dicit. Quota-
quot ergo perfecti, hoc sapiamus. Et si quid ali-
ter sapitis: hoc quoque Deus uobis reuelabit: ue-
runtamen in quod peruenimus, in eo ambule-
mus. Ambulatio ista non corporis pedibus,
sed mentis affectibus, & uitæ moribus geri-
tur: ut possint esse perfecti iustitiæ possessores:
qui recto itinere de die in diem sua renouatio-
ne proficientes, iam perfecti facti sunt eiusdem
iustitiæ uiatores.

*Ex ser. epi.
Ioan. 4.*

Tota uita Christiani boni secundum desi-
derium est. Quod autem desideras, nondum
uides: sed desiderando capax efficietis: ut cum
uenerit quod uideas impleris. Sicut enim si
uelles implere aliquem sinum: & nostri quam
magnum est quod dabitur: extendis sinum uel
facci, uel utris, uel alterius rei: nostri quantum
immissurus es: & uides quia angustus est si-
nus, extendendo facis capaciorem, sic Deus

differendo extendit desiderium, desiderando
extendit animum, extendendo facit capa-
cem. Desideremus ergo fratres, quia imple-
di sumus, uideate Paulum extendentem sinum
ut possit capere quod uenturum est. Ait enim.
Non quia iam acceperim, aut perfectus sim.
Fratres, ego me non arbitror apprehendisse.
Quid ergo agis in hac uita, si nondum appre-
hendisti: Vnum autem, quæ retro oblitus in
ea quæ ante sunt extensus secundum intentio-
nem, sequor ad palmam supernæ uocationis.
Extensus se dixit, & secundum intentionem
sequi se dixit. Minorem se sentiebat ad capien-
dum quod oculus non uidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis ascendit. Hæc est uita no-
stra ut desiderando exerceamur. Tantum au-
tem nos exercet sanctum desiderium, quan-
tum desideria nostra amputauerimus ab amo-
re seculi. Fratres ego me ipsum non arbi-
tror apprehendisse. Quid tibi ergo præstitum
est si non apprehendisti: Vnde ergo gratias
agis cum dicis, Sed misericordiam consecu-
tus sum, quia directi sunt pedes, quia iam per
terram ambulabant super Petram: Quid e-
nim ait: Vnum autem, quæ retro oblitus.
Quæ retro: Lacum miseriæ. Quid est retro: Li-
mus luti, concupiscentia carnalis, tenebræ ini-
quitatum. Quæ retro oblitus, in ea quæ ante
sunt extensus. Non se diceret extensus si iam
peruenisset. Extenditur enim animum deside-
rio concupitæ lætitiæ, non consecuta.

*Ex tractatu
Psalm. 82.*

In ea quæ ante sunt, inquit, extensus sequor
ad palmam supernæ uocationis in Christo Ie-
su. Currebat, sequebatur ad palmam. Et alio
loco iam proximus palmæ. Cursum consum-
maui. Quando autem dicebat, Sequor ad pal-
mam supernæ uocationis, quia iam pedes ei-
us in petra directi erant, iam uiam bonam am-
bulabant, habebat unde gratias ageret, habe-
bat quod peteret, gratias agens de acceptis,
petens debita. De quibus acceptis: De indul-
gentia peccatorum, de illuminatione fidei, de
robore spei, de flamma charitatis. Vnde au-
tem adhuc Deum debitorem tenebat.

2. Timo. 4.

De cætero, inquit, superest mihi corona ius-
titiae. Adhuc ergo aliquid mihi debetur. Co-
rona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in
die illa iustus iudex. Primo benignus pater ut
erueret de lacu miseriæ, ut donaret peccata, ut
liberaret de luto limi, postea iustus iudex red-
dens bene ambulanti quod promissit, cui pri-
mo ut bene ambularet donauit.

Ibidem

Præterita, quæ iam post tergum oportet po-
nere, ut in ea quæ nobis promittuntur inten-
damus. Ergo nec ex præterita uita nostra, nec
ex præteriti delectari debemus. Hoc enim mo-
net Apostolus dicens, Quem enim aliquan-
do fructum habuistis, in quibus nunc erubesci-
tis: Reuocandus est animus à recordandis cũ
quodam delectatione præteritis, & cum qua-
dam concupiscentia fruendi, ne redeamus cor-
de in Aegyptum. Quid de præteritis: Quo
modo iubet etiam ipsa contemni: Non respi-
cientibus

*Ex tractatu
Psalm. 57.*

cientibus (inquit) quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt, quæ autem non uidentur, æterna. Item de præfenti uita dicit. Si in hac uita tantum in Christum sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Obliuiscere ergo præterita, quibus male uixisti, contemne præsentia, quibus temporaliter uiuis, ne te alligando præsentia non permittant peruenire ad futura. Si enim præfens uita delectat, aurem in terra posuisti. Si tuis præteritis, etiam retro latetibus, delectaris, aurem de cauda obturasti. Debes ergo ire in lucem, exire de tenebris audita uoce medicamenti, medicari à sapiente, ut iam in luce ambulans, & exultans dicas. Quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus. Non dixit, quæ retro oblitus & præsentibus delectatus. Cum dicit, Quæ retro oblitus, non obliturauit aurem de cauda. Cum dicit, in ea quæ ante sunt extentus, præsentibus non obliturauit. Merito audiens, merito prædicans, merito exultat lingua eius, prædicans ueritatem in luce noua, deposita tunica uetere.

Et ad hoc enim ualeat astutia serpentis ad quam nos imitandū Dominus hortatur. Ait enim. Astuti sicut serpentes. Quid est, astuti sicut serpentes? Offer omnia membra tua percutienti, dummodo caput in te serues. Caput uiri Christus. Sed grauat quasi pondus cor cuiusdam, & quasi senectū ueteris hominis. Audi Apostolum dicentem. Exuentes uos ueterem hominem, induentes nouum. Et quomodo exuo, inquis, ueterem hominem? Imitare astutiam serpentis. Quid enim facit serpens ut exuat ueterem tunicam? Coarctat se per foramen angustum. Et ubi, inquis, inuenio hoc foramen angustum? Audi. Arcta & angusta uia quæ ducit ad uitam.

Matth. 7.

Ex tractatu

Psal. 68.

Quantumcunque hic uixerimus, quantumcunque hic profecerimus: nemo dicat, sufficit mihi, iustus sum. Qui dixit, remansit in uia: non nouit peruenire. ubi dixerit sufficit: ibi hæsit. Attende apostolum cui non sufficit: uide quomodo se uult adiuuari donec perueniat. Fratres, inquit, ego non arbitror me apprehendisse. Ne illi sibi uiderentur apprehendisse. Quibus rursus dicit. Qui se putat aliquid scire: non dum scit quemadmodum oportet scire. Quid ergo ait? Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Vnum autem, quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus secundum intentionem, sequor ad palmam supernæ uocationis. Ille ergo currit: tu hæstisti. Ille dicit nondum se perfectum: & tu iam de perfectione gloriaris.

Ex tractatu

Psal. 82.

Omnia quæ temporis sine clauduntur, protransactis habenda sunt. Vnde ea sibi apostoli postposuit intentio, quæ retro sunt oblituscentis: ubi temporalia cuncta oportet intelligi ut in ea quæ ante sunt extenti: quæ appetitio est æternorum.

Ex tractatu

Psal. 130.

Cui tanta reuelabantur quid ait? Fratres ego me ipsum non arbitror apprehendisse. Paulus dicit. Fratres ego me non arbitror apprehendisse: qui ad hoc accepit colaphizantem angelum Satanæ, ne extolleretur in magnitudine reuelationum suarū. Quis audeat dicere ga comprehendit? Ecce Paulus non apprehendit, & dicit, Non me arbitror apprehendisse. Et quid agis O Paule? Adhuc curro, inquit, ut apprehendam. Adhuc Paulus in uia est: & tu te putas in patriâ. Vnum autem, inquit, quæ retro sunt oblitus. Hoc fac & tu: uitam præteritam malā obliuiscere. Si te delectauit aliquando uanitas, non te delectet. Quæ retro oblitus, inquit, in ea quæ ante sunt extentus secundum intentionem, sequor ad palmam supernæ uocationis dei in Christo Iesu. Audio uocē dei de super: & curro ut apprehendā. Non enim dimisit me in uia remanere, qui non cessat alloqui me. Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus: Non loquor, inquit, imperfectis, quibus adhuc non possum loqui sapientiam: qui adhuc lacte potantur, non solido cibo pascuntur: sed illis dico quæ iam manducant solidum cibum: iam uidentur esse perfecti, quia intelligunt æqualitatem uerbi cum patre. Adhuc non sic uidentur quomodo uidendum est facie ad faciē. Adhuc ex parte in enigmate. Currant ergo, quia cū uia finita fuerit, tunc redimus ad patriā. Currant, extendant se. Quotquot perfecti hoc sapiamus. Et si quid aliter sapitis, hoc quoque uobis deus reuelabit. Si forte erras in aliquo: quare non redis ad lac matris? Quia si non extollimini, si non exaltatis cor uestrum, quia non ingredimini in mirabilibus super uos, sed seruat is humilitatē: reuelabit uobis deus quod aliter sapitis. Si autē hoc ipsum quod aliter sapitis defendere uultis, & pertinaciter astruere contra pacē ecclesię, sit uobis maledictū hoc quod dixit. Super matrem cū estis, ut foris à lacte separemini, foris à uisceribus matris fame moriamini. Si autem perseueratis in pace catholica, si quid forte aliter sapitis quam oportet sapere, deus uobis reuelabit humilibus. Quare? Quia deus superbis relinquit: humilibus autem dat gratiam.

1. Cor. 3.
Isc. 4.
Psal. 68.
Ex li. detri. 9.

Quærite, inquit, deum: & uiuet anima uestra. Et ne quisquam se apprehendisse temere gaudeat: Quærite, ait, faciem eius semper. Et apostolus. Si quis se putat, inquit, aliquid scire, nondum scit quemadmodum scire oportet. Quisquis diligit Deum, hic cognitus est ab illo. Non quidem dixit, cognouit illū: quæ periculosa præsumptio est: sed cognitus est ab illo. Sic & alibi cum dixisset. Nunc autem cognoscentes Deum: statim corrigens, immo cogniti estis, inquit, à Deo. Maxime quæ illo loco. Fratres, inquit, ego me ipsum non arbitror apprehendisse. Vnum autem, quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus secundum intentionem, sequor ad palmam supernæ uocationis Dei in Christo Iesu.

Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus. Perfectionem in hac uita dicit non aliud quam ea quæ retro sunt oblituscenti: & in ea quæ ante sunt extenti secundum intentionem. Tutissima est enim quærentis intentio donec apprehendatur illud quo tendimus, & qua exitum dimur. Sed ea recta intentio est quæ proficitur à fide. Certa enim fides utcumque inchoat cognitionem. Cognitione uero certa non proficitur, nisi post hanc uitā cū uiderimus faciem ad faciem. Hoc ergo sapiamus, ut nouerimus tutiorem esse affectum uera quærendi, quam incognita pro cognitis præsumendi. Sic ergo quæramus tanquam inuenturi, & sic inueniamus tanquam quæsiuri. Cum enim consummauerit homo, tunc incipit. De credendis nulla infidelitate dubitemus. De intelligendis nulla temeritate affirmemus. In illis auctoritas tenenda est: in his ueritas exquirenda.

Ex lib. sen.
Prosperi
Roman. 1.

Iustitia secundum quam iustus ex fide uiuit, quoniam per spiritum gratiæ homini ex Deo est, uera iustitia est. Quæ licet non immerito in aliquibus iustis pro huius uitæ capacitate perfecta dicatur: parua tamen est ad illam magnam quam cepit æqualitas angelorum. Quam qui nondum habebat, & propter illam quæ iam inerat, perfectum: & propter istam quæ adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat. Sed plane minor ista iustitia facit meritū: maior illa præmium. Vnde qui istam non sequitur: illam non assequitur.

Ex lib. de
perf. iu. ho.

Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus, id est quotquot perfecti currimus, hoc sapiamus, quod nondum perfecti sumus, ut illic perficiamur quo perfecte adhuc currimus, ut cum uenerit quod perfectum est, quod ex parte est destruat, id est non iam ex parte sit, sed ex toto, quia fidei & spei iam res ipsa non que creditur, & speretur, sed que uideatur, teneaturque succedet. Charitas autem quæ in his tribus maior est, non auferatur, sed augeatur, & impleatur contemplata quod credebatur, & quod sperabatur indepra. In qua plenitudine charitatis præceptum illud implebitur. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Nam cum est aliquid carnalis concupiscentiæ, quod uel continentur, non omnimodo ex tota anima diligitur Deus. Non enim caro sine anima concupiscit, quamuis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit.

Deut. 6.

Tunc erit iustus sine ullo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis eius: sed prorsus toto corde, tota mente, tota anima diligit Deum: quod est primum summumque præceptum. Cur ergo non preciperetur homini ista perfectio, quamuis eam in hac uita nemo habeat? Non enim recte curritur, si quo currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur?

Et si quid aliter sapitis, hoc uobis deus reuelabit: ueruntamen ad quod peruenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula.]

Ex tractatu
de i. 53.

Si in quo peruenimus in eo ambulemus, ut dicit Apostolus, non solum quod nescimus, & scire debemus: sed etiam quod aliter sapiamus, id quoque nobis deus reuelabit.

Ooo 4 dormi

Peruenimus autem in uiam fidei, hanc per seuerantissime teneamus. Ipsa perducit ad cubiculum regis, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Non enim dominus ipse Iesus Christus suis illis magnis & præcipue electis discipulis inuidebat quando dicebat. Multa habeo uobis dicere: sed non potestis illa portare modo. Ambulandum est: proficiendum est: crescendum est: ut sint corda nostra capacia earum rerum quas capere modo non possumus. Quod si nos ultimus dies proficientes iuenerit: ibi discemus quod hic non potuimus.

Colof. 2.

Ioan. 16.

Ex tractatu
cui. sec. 10. 93.

Beatus apostolus eos alloquens, qui sibi iam uidebantur perfecti esse, cum se imperfectum esse dixisset: Quotquot ergo, inquit, perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis, hoc quoque deus uobis reuelabit. Et ne forte incurrent in seductores qui eos uelint à fide auertere, promittendo scientiam ueritatis, & hoc putarent esse quod dixit Apostolus, id quoque deus uobis reuelabit, continuo subiunxit, ueruntamen in quo peruenimus, in eo ambulamus. Si quid ergo intellexeris quod non sit contra regulam catholicæ fidei, ad quam ueluti iam que te ducat ad patriam peruenisti, & sic intellexeris ut inde dubitari omnino non debeat, adde ad edificium, noli tamē relinquere fundamentum.

Ex li. de ciu. 13

Spero tamen de misericordia Dei, quod in omnibus ueris quæ certa mihi sunt, perseuerantem me faciet. Si quid autem aliter sapio, id quoque mihi ipse reuelabit, siue per occultas inspirationes, atque admonitiones, siue per manifesta eloquia sua, siue per fraternas sermocinationes.

Multienim ambulant quos sepe dicebam uobis: nunc autem et stens dico inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.]

Ex li. sen. Pre.

Hoc ab homine colitur quod deus diligit. Vnde quia de omnibus rebus maior & melior inuenitur, plus omnibus diligendus est ut colatur.

Nostra autem conuersatio in caelis est. Vnde etiam saluatorum expectamus dominum nostrum Iesum Christum: qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis sue: secundum operationem qua etiam possit subijcere sibi omnia.]

Ex tractatu
Psal. 38.

Sic quomodo hic sum, quandiu hic sum, quando in hoc seculo sum: quandiu carnem mortalem porto, quandiu in tentatione uita humana est super terram, quandiu inter scandala suspiro, quandiu timeo ne cadam qui sto, quandiu mihi incerta sunt & mala & bona mea, ueruntamen uanitas omnis homo uiuens, omnis inquam & hærens & transiliens & ipse Idithum ad uniuersam uanitatē adhuc pertinet, quia omnia uanitas, & uanitas uanitatum. Quæ abundantia homini in omni labore suo quo ipse laborat sub sole? Nunquid & Idithum adhuc sub sole est? Habet aliquid sub sole, habet aliquid ultra solem. Sub sole habet uigilare,

Ooo 4 dormi

dormire, manducare, bibere, esurire, sitire, uigere, fatigari, pubescere, iuuenescere, senescere, incerta habere quæ optat, & timet. Hęc omnia sub sole habet etiam ipse Idithum, etiam ipse transiliens eos. Vnde ergo transiliens? Illo desiderio. Notum mihi fac finem meum. Hoc enim desiderium ultra solem est, non sub sole. Sub sole omnia uisibilia. Quicquid uisibile nõ est, sub sole non est, non est uisibilis fides, non est uisibilis spes, non est uisibilis charitas, non est uisibilis benignitas, non est uisibilis postremo timor ille castus permanens in seculo seculi. In his omnibus dulcedinem habens consolationemq; Idithum, & ultra solem conuersans, quia conuersatio eius in his est, & in his quæ adhuc sub sole habet gemit, & ista continet, dolet, & in illa ardeat, & ea desiderat.

In cælo sunt oues quibus pastor uita est. Quid igitur, iam in cælo sumas? In cælo secundum fidem. Si enim non in cælo, ubi sursum cor? Si non in cælo, unde Apostolus Paulus dixit, Nostra autem conuersatio in cælis est? Corpore autē ambulamus in terra, corde habitamus in cælo. Habitamus ibi, si illuc aliquid mittimus quod ibi nos teneat. Nemo enim habitat corde, nisi unde cogitat. Inde autem cogitat ubi thesaurizat. Thesaurizauit in terra, cor ipsius à terra non recedit. Thesaurizauit in cælo, cor ipsius à cælo non discedit. Domino aperte dicente. Vbi est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.

Te decet hymnus, inquit, deus. Sed ubi? in Sion, in Babylone non decet. Etenim quisque cū cœperit iam innouari, iam corde in Hierusalem cantat, dicente Apostolo. Cōuersatio nostra in cælis est. In carne autem ambulantes, inquit, non secundum carnem militamus. Iam desiderio ibi sumus, iam spem in illam terram quasi anchorā premisimus, ne in isto mari turbato naufragemus. Quemadmodum ergo de nauis quæ in anchoris est, recte dicimus quod iam in terra sit, adhuc enim fluctuat, sed in terram quoadmodo eucta est contra uentos, & contra tempestates, sic contra tentationes huius peregrinationis nostræ spes nostra fundata in illa ciuitate Hierusalem fecit nos non abripiri in saxa.

CAPVT IIII.

Itaq; fratres mei charissimi & desiderantissimi, gaudium meum & corona mea, sic stete in domino charissimi. Euchodiam rogo, & Synthicen deprecor id ipsum sapere in domino. Etiam rogo & te germane compar: adiua illas quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro uite, Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete.]

Gaudere nos Apostolus præcipit, sed in domino, non in seculo. Quicumque enim uoluerit amicus esse huius mundi, sicut scriptura dicit, inimicus Dei reputabitur. Sicut autē non potest homo duobus dominis seruire, sic nemo potest & in hoc seculo gaudere in domino. Multum inter se hæc duo gaudia differunt, suntq; omnino contraria.

Psal. 38.

Ex tractatu Psal. 48.

Matth. 5. Ex tractatu Psal. 64.

2. Cor. 9.

Ex ser. de uerb. euang. iacob. 4. Matth. 6.

Quādo gaudetur in seculo nõ gaudetur in domino, quādo gaudetur in domino, nõ gaudetur in seculo. Vincat gaudium in domino, donec finiatur gaudium in seculo. Gaudium in domino semper augeatur: gaudium in seculo semper minuatur, donec finiatur. Nõ ideo ista dicuntur, quoniam cum sumus in hoc seculo, gaudere non debemus: sed ut etiam in hoc seculo constituti iam in domino gaudeamus.

Quid est hoc seculum? & quod est gaudium seculi? Dico fratres breuiter quātum possum, quantum Deus adiuat. Seculi lætitia est impunita nequitia. Luxurientur homines, fornicentur, in spectaculis nugentur, ebrietate ingurgitentur, uirpitudine fœdentur, nihil mali patiantur, & uideat seculi gaudium. Ista mala non castiget fames: non belli timor: non aliud timor: non aliquis morbus: non aliqua aduersitates: sed sint omnia in rerum abundantia: in pace carnis: in securitate malæ mentis: & uideat seculi gaudium. Sed non cogitat Deus sicut homo. Alia est Dei cogitatio: alia hominis. Magna misericordia est nequitiam non impunitam relinquere: & ne cogatur in extremo gehennæ damnare, modo flagello dignatur castigare. Bonum est nobis ut subueniat castigando: & tamen si facta generis humani consideremus, quid patimur? Non secundum peccata nostra fecit nobis.

Filij eius sumus, unde hoc probamus? Mortuus est pro nobis unicus, ne remaneret unus. Multos enim filios Dei fecit unicus filius. Emit sibi fratres sanguine suo: probauit reprobatus: redemit uēditus: honorauit iniuriatus, uiuificauit occisus: dubitas quod dabit tibi bona sua, qui non dedignatus est suscipere mala tua? Ergo fratres gaudere in domino, non in seculo, id est gaudere in ueritate, non in iniquitate. Gaudete in spe æternitatis, non in flore uanitatis. Iragaudete & ubiq; & quandiu cunctis que hic fueritis: dominus in proximo est: nihil solliciti fueritis.

Non potest unquam fraudari delectationibus suis, cui CHRISTVS est gaudium. Aeterna enim exultatio est, quæ bono lætatur æterno.

Modestia uestra nota sit omnibus hominibus.]

Omnia quippe bona opera amant in luce constitui: non propter humanam gloriā: sed ut uideant (ait dominus) bona opera uestra: et glorificent patrem uestrum qui in cælis est. Et ideo non sufficit apostolo monere ut mansuetudine seruaemus: sed ut eā etiā notā omnibus faceremus. Mansuetudo, inquit, uestra nota sit omnibus hominibus. Et alio loco. Mānsuetudinem uestram ostēdentes ad omnes homines. Nec illa sancti Dauid, quando inimico sibi in manus tradito clementer pepercit, præclarissima lenitas emineret: nisi potestas pariter appareret.

Dominus enim prope est. Et si super omnes cælos ascendit corpore: non recessit maiestate: ubique presens est qui fecit omnia. Ille enim qui

Ephes. 4. Ex tractatu Psal. 45. Matth. 28.

Ex li. ad Prob. deorando deo.

Tobie. 12.

Ex li. de tri. 15

Psal. 102.

Ex li. sen. Pro.

Ex epi. ad Marcell.

Titum. 7.

Ex ser. de uerb. euang. 37.

qui ascendit in cælum ut tolleretur ab oculis nostris, promisit nobis dicens, Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi. Merito & Apostolus sic nos alloquebatur. Dominus in proximo, nihil solliciti fueritis. Sed & super cælos Christus: & longe sunt cæli, & ipse qui ibi sedet prope est.

Nihil solliciti stis, sed in omni oratione, et obsecratione, cæ gratiarum actione petitiones uestræ innotescant apud deum.]

Non sic accipiendum est, tanquam deo innotescant, qui eas & antequam essent nouerant, sed nobis innotescant apud Deum per tolerantiam, non apud homines per iactantiam. aut forte innotescant etiam apud angelos qui sunt apud deum, ut quodammodo eas offerant Deo, & de his consulant, & quod Deo iubente implendum esse cognouerint, sicut oportere ibi cognouerint, hoc nobis uel euidenter uel latenter reportent. Dixit enim angelus hominibus. Cum oraretis, ego obtuli orationem uestram in conspectu charitatis Dei.

Ad omnia quippe scienda quæ scit, sufficit sibi illa perfectio. Habet quidem nuncios, id est angelos: non tamen qui ei quæ nescit annunciant, non enim sunt ulla quæ nesciat, sed bonum eorum est de operibus suis, eius consulerent uoluntatem. Et hoc est quod dicuntur nonnulla nunciare, non ut ipse ab eis discat, sed ut ab illo hic per uerbum eius sine corporali sono nuncient etiam quod uoluerit, ab eo missi ad quos uoluerit, totum ab illo per illud uerbum eius audientes, id est in eius ueritate inuenientes quid sibi faciendum, quid, quibus, quando nunciandum sit. Nam & nos oramus eum, nec tamen necessitates nostras docemus eum. Nouit enim (ait uerbum eius) pater uester quid uobis necessariū sit prius quā petatis ab eo.

Nec ista ex aliquo tempore cognouit, ut nosset, sed futura omnia temporalia, atq; in eis etiam quid, & quando ab illo petituri fueramus, & quos & de quibus rebos, uel exauditurus esset sine initio ante præsciuit, uniuersas autem creaturas suas, & spirituales, & corporales, nõ quia sunt ideo nouit, sed ideo sunt quia nouit. Non enim nesciuit quæ fuerat creatura. Quia ergo sciuit, creauit, nõ quia creauit sciuit, nec aliter ea sciuit creata quā creanda. Non enim eius sapientiæ aliquid accessit ex eis, sed illis existentibus sicut oportebat, & quando oportebat, ille mansit ut erat. Ita et scriptum est in libro Ecclesiastico. Antequam crearentur omnia nota sunt ei. Sic & postquam consummata sunt. Sic, inquit, non aliter. Et antequā crearentur, & postquam consummata sunt, sic ei nota sunt. Longe est igitur huic scientiæ scientia nostra dissimilis.

Annunciabitur domino generatio uentura. Quod non sic accipiendum est, tanquam nescienti aliquid annuncietur ut sciat, sed sicut annunciat angeli, non solum nobis beneficia Dei, uerum etiam illi preces nostras. Nam scriptum est ubi angelus hominibus dicit, Ego obtuli memoriam orationis uestræ non ut Deus

tunc nouerit quid uelimus, uel quo indigemus. Nouit enim pater (ait dominus) quid uobis necessarium sit prius quā petatis ab eo, sed quia necesse habet rationalis creatura obtemperans Deo temporales causas ad alteram ueritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat. Qui pius mentis affectus est, ut ipsa construat, non ut Deus instruat. Nam & hæc quædam contestatio est rationalis creaturæ, quod non sibi ipsa sit bonum quo beata fiat, sed illud incommutabile, cuius participatione etiam sapiens efficitur.

Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda uestra & intelligentias uestras, in Christo Iesu Domino nostro.]

Quantum est, aut quid est nostra intelligentia ad illam excellentiam? Ibi enim est pax Dei, quæ sicut dicit Apostolus, superat omnem intellectum.

Quem nisi nostrum? Aut fortasse etiam sanctorum angelorum. Non enim & Dei. Si ergo sancti Dei pace uicturi sunt: profecto in ea pace uicturi sunt quæ superat omnem intellectum. Quoniam nostrum quidem superat, nõ est dubium. Si autem superat & angelorum: ut nec ipsos excepisse uideatur, qui ait omnem intellectum: secundum hoc dictum esse debemus accipere: quia pacem Dei quæ ipse Deus pacatus est, sicut Deus nouit, non eam nos sic possumus nosse, nec ulli angeli. Superat itaque omnem intellectum, non dubium præter suum. Sed quia & nos pro modo nostro pacis eius participes facti sumus, summam in nobis, atque inter nos, & cum ipso pacem, quantum nostrum summum est, isto modo pro suo modo sciunt eam sancti angeli: homines autem hunc longe infra in quantumlibet prouectum mentis excellant.

Considerandum est enim quantus uir dicebat. Ex parte scimus, & ex parte prophetamus, donec ueniat quod perfectum est.

Et uideamus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Sic iam uident sancti angeli, qui etiā angeli nostri dicti sunt: quia erui de potestate tenebrarum, & accepto spiritus pignore translati ad regnum Christi, ad eos angelos iam cœpimus pertinere: cum quibus nobis erit sancta, atque dulcissima Dei ciuitas communis. Sic sunt ergo angeli nostri qui sunt angeli Dei: quemadmodum Christus Dei Christus est noster. Dei sunt, quia Deum non reliquerunt. Nostrum sunt, quia suos ciues nos habere cœperunt. Dixit autem dominus Iesus. Videte, ne contemnatu unum de pusillis istis. Dico enim uobis, quia angeli eorum in cælis semper uident faciem patris mei qui in cælis est. Sicut ergo illi uident, ita & nos uisuri sumus, sed nondum ita uidemus. Propter quod ait apostolus, quod paulo ante dixi. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autē facie ad faciem. Præmium itaque fidei nobis uisio ista seruetur. De qua

Matth. 6.

Ex li. 22. de ci. dei.

&

& Ioannes apostolus loquens, cum apparuerit, inquit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Facies autem Dei manifestatio eius intelligenda est: non aliquod tale membrum, quale nos habemus in corpore, at que isto nomine nuncupamus.

Ex libr. enchi.

Pax ista præcellit omnem intellectum: sed utique nostrum, non eorum qui semper uident faciem patris. Nos autem quantuscunque sit in nobis intellectus humanus, ex parte sciimus, & uideamus nunc per speculum in ænigmate. Cum uero æquales angelis Dei fuerimus, tunc quemadmodum ipsi uidebimus faciem ad faciem. Tantamque pacem habebimus erga eos, quantam & ipsi erga nos: quia tantum eos dilecturi sumus quantum ab eis diligimur. Ita pax eorum nota nobis erit: quia & nostra talis ac tanta erit, nec præcellit tunc intellectum nostrum. Dei uero pax quæ illis est erga nos, & nostrum & illorum intellectum, sine dubitatione præcellit. De ipso quippe beata est rationalis creatura quæcunque beata est, non ipse de illa. Vnde secundum hoc melius accipitur quod scriptum est: Pax Dei, quæ præcellit omnem intellectum: ut in eo quod dixit omnem, nec ipse intellectus sanctorum angelorum esse possit exceptus, sed Dei solius. Neque enim & ipsius intellectum pax eius excellit.

De cætero fratres quæcunque sunt uera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus discipline, hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis & uidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit uobiscum.

Ex lib. ad Iulianam de sancti. ui.

Sanctorum conuersatio cauta etiam debet esse, ne forte cum mala uita non sit per lasciuiam, mala sit fama per negligentiam. Nec audiendi sunt siue uiri sancti, siue foeminae, qui quædam reprehensa in aliquo negligentia sua, per quæ sit ut in malam ueniant suspensionem, unde suam uitam longe abesse sciunt, dicunt sibi coram Deo sufficere conscientiam: existimationem hominum non impudenter solent, uerum etiam crudeliter contemnent, cum occidunt animas aliorum, siue blasphemantium uiam Dei, quibus secundum suspensionem quasi turpis quæ casta est, displicet eis uita sanctorum, uel etiam cum excusatione imitantium, non quod uident, sed quod putant. Proinde quisquis à criminibus flagitiorum atque facinorum uitam suam custodit, sibi benefacit. Quisquis autem famam, & in alios misericors est. Nobis enim necessaria est uita nostra, alijs fama nostra. Et utique etiam quod alijs ministramus misericorditer ad salutem, ad nostram quoque redundat utilitatem. Vnde non frustra apostolus. Prouidemus, inquit, bona non solum mihi coram Deo: uerum etiam coram hominibus. Item dicit. Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut saluisiant. In quadam etiam exhortatione dicit. De cætero fratres quæcunque sunt uera, quæcunque sancta, quæcunque iusta, quæcunque casta, quæcunque charis-

2. Cor. 8. 1. Cor. 10.

simam, quæcunque bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus, hæc cogitate quæ didicistis, & accepistis, uidistis, & audistis in me. Cernis quemadmodum inter multa, quæ exhortando commonuit, non neglexerit ponere, quæcunque bonæ famæ: duobusque uerbis cuncta concluderit ubi ait. Si qua uirtus, si qua laus. Ad uirtutem enim pertinet quæ antea memorauit: bona fama uero ad laudem. Puto quod non ad laudem hominum pro magno suadebat apostolus dicens. Mihi autem minimum est, ut à uobis iudicetur, aut ab humano die. Et alibi. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et iterum. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiam nostram. Sed illorum duorum, id est bonæ uitæ, & bonæ famæ: uel quod breuius dicitur, uirtutis & laudis: unum propter seipsum sapientissime retinebat, alterum propter alios misericordissime providebat. Sed quoniam quantalibet humana cautela suspensiones maleuolentissimas non potest omni ex parte uitare: ubi pro existimatione nostra quicquid recte possumus fecerimus, si aliqui de nobis uel male fingendo, uel male credendo famam nostram decolorare conantur, assit conscientiam solatium, pleneque etiam gaudium, quod merces nostra magna est in cælis etiam cum dicunt homines mala multa de nobis pie iusteque uiuentibus.

Illam enim merces tanquam stipendium est militantium per arma iustitiæ, non solum dextera, uerum etiam sinistra. Per gloriam scilicet & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam.

Gaius sum autem in domino uehementer, quoniam tandem aliquando restoruisit pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis.]

Vere terra fructuosa, cui gaudet apostolus, quando ei miserunt ad necessitates eius. Nec quero datum, inquit, sed quero fructum. Et gratias agit dicens. Quia tandem aliquando repullulastis sapere pro me. Repullulastis arboribus dicit, quæ sterilitate quadam aruerant.

Dicebamus enim eos terræ fructibus significari, & in allegoria figurari opera misericordiam, quæ huius uitæ necessitatibus exhibentur ex terra fructifera.

Talis terra erat pius Onesiphorus: cuius domini dediti misericordiam: quia frequenter Paulum tuum refrigerauit, & catenam eius non erubuit. Hoc fecerunt & fratres, & tali fruge fructificauerunt, qui quod ei deerat suppleuerunt ex Macedonia. Quomodo autem dolet quædam ligna, quæ fructum ei debent non dederunt, ubi ait. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt. Non illis imputetur. Ista enim debentur eis, qui ministrant doctrinam rationalem per intelligentias diuinorum mysteriorum, præbentibus se imitandos in omni continentia. Pascuntur autem his ecclesiis, qui lætantur eis. Nec illi lætantur eis, quorum Deus uenter est. Neque enim & in illis qui præben-

1. Cor. 4.

Galat. 1.

2. Cor. 1.

2. Cor. 6.

Ex tractatu Psal. 49.

Ex lib. cõfess.

2. Tim. 1.

2. Tim. 4.

Philip. 3.

ista, ea que dat, fructus est, sed quo animo dat. Itaque ille qui Deo seruitabat non suo uentri, uideo plane unde gaudeat. Video, & congratulor ei ualde. Acceperat enim à Philippenibus quæ per Epaphroditum miserant. Sed tamen unde gaudeat uideo: unde autem gaudet, inde pascitur. Quia in ueritate loquens, gauisus sum, inquit, magnifice in domino: quia tandem aliquando repullulastis sapere pro me, in quo sapiebatis, tædium autem habuistis. Isti ergo diuturno tædio marcuerant, & quasi exaruerat ab isto fructu boni operis, & gaudet eis qui repullularunt, non sibi, quia eius indigentiam subuenerunt. Ideo secutus ait.

Non quasi propter pœnuriam dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse, scio & humiliari, scio & abundare: ubi que in omnibus institutus sum. Et satiari, & esurire, & abundare, & pœnuriam pati, omnia possum in eo qui me confortat.]

Vnde ergo gaudes, o Paule magne unde gaudes? unde pasceris? quid est quod te pascit lætitia? Quod sequitur audiamus.

Verumtamen benefecistis communicantes tribulationi meæ.]

Psal. 4.

Hinc gaudet, hinc pascitur, quia illi benefecerunt: non quia eius angustia relaxata est. Qui dicit tibi, in tribulatione dilatasti mihi: quia & abundare, & pœnuriam pati nouit in te, qui confortas eum.

Ex li. quæ euangel. 1. Lucæ. 7.

Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. Ostendit filio sapientiæ intelligere de usu ciborum nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam: sed in æquanimitate tolerando esse inopiam, & temperantiam per abundantiam non se corrumpendi, atque opportune sumendi, uel non sumendi ea: quorum non usus, sed concupiscentia refrenanda est. Non enim interest omnino quid alimentorum sumas, ut succurras necessitati corporis: dummodo congruas in generibus alimentorum his cum quibus tibi uiuendum est. Neque quantum sumas multum interest, cum uideamus aliorum stomachum citius satiari: & eos tam illi ipsi paruo quo fatiantur, ardentem, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem plurculo quidem satiari: sed tolerabilius inopiam perpeti: & uel ante ora coram positas epulas, si in tempore aut opus sit, aut necesse sit, cum tranquillitate aspicere neque tangere. Magis ergo interest non quid uel quantum alimentorum pro congruetia hominum, atque persone sue, & pro sua ualetudinis necessitate quis capiat: sed quanta facilitate & serenitate animi carere, ut illud in animo Christiano compleatur quod Apostolus dicit. Scio & minus habere: scio & abundare in omnibus, & in omni imbutus sum, & satiari, & esurire, & pœnuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Et illud. Neque si manducauerimus abundauimus: neque si non manducauerimus, egebimus. Et illud. Non est enim regnum Dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium. Et quia solent homines multum gaudere carnalibus epulis, addidit, in spiritu sancto. Iustificatur ergo sapi-

1. Cor. 8.

Rom. 14.

entia ab omnibus filiis suis, qui intelligunt ut tendis terrenis opportuna tempora esse debere: facilitatem uero carendi talibus, & amorem fruendi eternis, non uariari oportere per tempora, sed perpetuo retineri.

Scitis autem & uos Philipenses, quod in principio euangelij, quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli: quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis.]

Ex lib. cõfess. 13

Ad bona opera eos redisse nunc gaudet, & repullulasse lætatur, tanquam reuiuifcente fertilitate agri. Nunquid propter usus suos: quia dixit uobis meis misistis? Nunquid propterea gaudet? Non propterea. Hoc unde scimus? Quoniam ipse sequitur dicens.

Non quia requiro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Habeo autem omnia, et ab ipso. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorem suauitatis hostiam acceptam placentem Deo. Deus autem meus impleat omnem desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria, in Christo Iesu. Deo autem et patri nostro gloria in secula seculorum, amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Salutant uos omnes sancti: maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.]

Didicit à te Deus meus inter datum & fructum discernere. Datum est res ipsa quam dat qui impartitur hæc necessaria, ueluti est minimus cibus, potus, uestimentum, tectum, adiutorium. Fructus autem bona opera et recta uoluntas datoris est. Non enim ait magister bonus, qui suscepit prophetam tantum: sed addidit in nomine propheta: neque ait tantum, qui suscepit iustum, sed addidit in nomine iusti. Ita quippe ille mercedem prophetae, iste mercedem iusti accipiet. Nec solum ait, Qui calicem aquæ frigida potum dederit uni ex minimis meis: sed addidit, tantum in nomine discipuli. Et sic adiunxit. Amen dico uobis, non perdet mercedem suam.

Matth. 10.

Datum est, suscipere prophetam, suscipere iustum, porrigere calicem aquæ frigida discipulo. Fructus autem est: in nomine prophetae, in nomine iusti, in nomine discipuli hoc facere. Fructus pascitur Helias à uidua sciens quod hominem Dei pasceret, & propter hoc pasceret. Per coruum autem dato pascebatur. Nec interior Helias, sed exterior pascebatur, qui posset etiam talis cibi egestate corrumpi. Ideoque domine cum homines idiotæ, atque infideles, quibus inuitandis, atque lucrandis necessaria sunt sacramenta initorum, & magnalia miraculorum, suscipiunt corporaliter reficiendos, aut in aliquo usu presentis uitæ adiuuandos pueros tuos, cum id quare faciendum sit, & quo pertinere ignorent, nec illi istos pascunt, nec isti ab illis pascuntur: quia nec illi hæc sancta & recta uoluntate operantur: nec isti eorum datis ubi fructum nondum uident, lætantur. Inde quippe animus pascitur, unde lætatur.

Matth. 10.

2. Reg. 17. Ibidem supra.

Accipite Psalmum, & date tympanum. Accipite & date. Quid accipite? Quid date? Accipite Psalmum & date tympanum. Apostolus Paulus reprehendit & dolet, quod nemo

Ex tractatu Psal. 80.

illi

EXPOSITIO BEATISSIMI PATRIS AVGVSTINI IN EPISTOLAM DICTAM A PAULO ad Coloffenses, à venerabili Beda presbytero collesensi.

CAPVT I.



Paulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, et Timotheus frater his qui sunt Colossis sanctis, et fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia uobis et pax à Deo patre nostro. Gratias agimus Deo, et patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu, et dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem quae reposita est uobis in caelis, quae audistis in uerbo ueritatis euangelij quod peruenit ad uos: sicut et in uniuerso mundo est, et fructificat, et crescit sicut in uobis ex ea die qua audistis, et cognouistis gratiam Dei in ueritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro uobis minister Christi Iesu: qui etiam manifestauit nobis dilectionem uestram in spiritu. Ideo et nos ex qua die audiimus, non cessamus pro uobis orantes, et postulantes ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni sapientia, et intellectu spirituali: ut ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei, in omni uirtute confortati, secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia, et longanimitate: cum gaudio gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.]

Tunica illa domini desuper texta, que significat charitatis aternitatem, cum diuidi à persecutoribus non posset, fors super eam missa est. Ad quos peruenit, eos significauit qui uidentur ad sortem pertinere sanctorum.

Gratia salui facti estis per fidem, ait apostolus. Gratia salui facti estis per fidem: et hoc non ex uobis, sed donum Dei est: non ex operibus, quasi uos benefeceritis, ut ad hoc accedere digni estis. Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis. Haec quodammodo fors occulta est. Voluntas Dei in humano genere fors est. Sors ueniens de occulta dei uoluntate, apud quem non est iniquitas. Non enim ille personas accipit, sed occulta illius iustitia tibi fors est.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filij dilectionis suae.]

Quisquis haec legis, et gratiam Dei, qua in aeternam uitam per dominum nostrum Iesum Christum redimimur, legendo in apostolicis literis, in prophetis scrutando cognoscis: et uetus testamentum in nouo reuelatum, in uetere nouum uelatum uides: recole quem dixerit apostolus Paulus principem potestatis aeris, qui operatur in filijs dissidentiae, et illud, ubi ait de quibusdam: Ut resipiscant de diaboli laqueis captiuati ab ipso secundum ipsius uoluntatem, et uerba domini nostri Iesu

Ex tractatu Psalm. 30.

Ephes. 2.

Ex tractatu Psalm. 101.

Ephes. 2.

2. Tim. 2.

su

su Christi, ubi eum expellens de fidelium cordibus ait. Nunc princeps huius mundi missus est foras, et ipsius iudem Apostoli dicentis. Qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filij charitatis suae. Haec atque huiusmodi ratiocinatus intende animum in literas ueteris testamenti, et uide quid canteur in eo Psalmo, cuius est titulus, quando domus aedificabatur post captiuitatem. Ibi enim dicitur. Cantate Domino canticum nouum. Et ne existimes ad Iudaeorum populum tantummodo pertinere. Cantate, inquit, Domino in omni terra. Cantate Domino, benedicite nomini eius. Annunciate, uel potius benedicite: immo ut ipsum uerbum quod in Graeco positum est transferam, Euangelizate diem ex die salutare eius. Hinc enim Euangelium nuncupatum est, in quo annunciatum dicitur die Dominus Christus, lumen ex lumine, filius ex patre. Hoc est enim et salutare eius: quia salutare Dei Christus est. Isti ergo inimici cum rege suo diabolo captiuum tenebant populū Dei. De qua captiuitate cum redimimur, et principis huius mundi mittitur foras, aedificatur domus post captiuitatem, cuius lapis angularis est Christus, qui duos condidit in se uinum nouum hominem, faciens pacem: quia dicitur ex die ueniens Euangelizauit eis qui erant prope, et eis qui erant longe, faciens utraque uinum: et adducens alias oues, quae non sunt ex hoc ouili: ut sit unus grex et unus pastor. Hi ergo inimici diabolus et Angeli eius captiuauerant praedestinos in Dei regnū et gloriam. A redemptore autē nostro foras missi, qui dominari infidelibus solebant in trinfecus, fideles oppugnant extrinsecus. Sed oppugnant non expugnant eos qui apprehenderunt turre fortitudinis à facie inimici. Ut autem oppugnet, sentiunt in nobis esse infirmitatis reliquias: propter quas dicimus. Dimitte nobis debita nostra. Propter quas dicimus. Ne nos inferas in tentationem: sed libera nos à malo.

Psalm. 95.

Ephes. 2.

Ioan. 10.

Matth. 7. Ex tracta. euā. sec. Ioan. 112.

Ioan. 18.

Si charitas qua pater diligit filium suum, et patrem diligit filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborum: quid conuenientius quam ut ille proprie dicatur charitas, qui spiritus est communis ambobus? Alioquin si in illa trinitate solus spiritus sanctus est charitas, profecto et filius non solius patris, uerū etiam spiritus sancti filius inuenitur. Ita enim locis innumerabilibus dicitur et legitur filius unigenitus Dei patris: ut tamen et illud uerū sit, quod apostolus ait de Deo patre. Qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filij charitatis suae. Non dixit filij sui: quod si diceret, uerissime diceret: quae admodum quia saepe dixit, uerissime dicit: sed ait filij charitatis suae. Filius ergo est spiritus sancti si non est in illa trinitate charitas Dei nisi spiritus sanctus. Quod si absurdissimū est: restat ut non solus ibi sit charitas spiritus sanctus: sed propter illa de quibus satis differui, proprie sic uocetur. Quod autem dictum est filij charitatis suae, nihil aliud intelligatur quam filij sui dilecti, quam filij postremo substantiae suae. Charitas quippe patris, quae in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil est aliud quam eius ipsa natura, atque substantia, ut saepe iam diximus, et saepe iterare non piget. Ac per hoc filius charitatis eius nullus est alius, quam qui de substantia est genitus.

Ex li. de tri. 13

Ex epi. ad VII.

Si uere uolumus defendere liberum arbitrium, non oppugnemus unde sit liberum. Nam qui oppugnat gratiam qua nostrum ad declinandum à malo liberatur arbitrium: ipse arbitrium suum adhuc uult captiuum esse. Respondeo de obsecro, quomodo dicit Apost. Gratias agentes patri idoneos facienti nos in parte fortis sanctorum in lumine, qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filij charitatis suae: si non ipse arbitrium nostrum, sed ipsum arbitrium se liberat. Mendaciter ergo agimus gratias patri, tanquam ipse faciat quod ipse non facit. Et errauit qui dixit quod ipse nos faciat idoneos in parte fortis sanctorum in lumine: quia ipse nos eruit de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filij charitatis suae. Responde quomodo ad declinandum à malo, et faciendum bonum, liberum habebamus arbitrium, quando erat sub potestate tenebrarum. Unde nos (si quemadmodum dicit apostolus) Deus eruit, ipse utique illud liberum fecit. Quod tam magnum nostrum bonum, si per suae doctrine praedicationem tantummodo facit, quid de his dicemus, quos de ipsa tenebrarum potestate nondum eruit? Praedicaanda tantum illis est doctrina diuina, an etiam orandum pro eis ut de tenebrarum potestate diuinitus eruantur? Si tantummodo praedicaandum esse dicis, iussu domini, et orationibus ecclesiae contradicis. Si autem pro eis fateris orandum, id utique orandum fateris, ut eisdem doctrine, arbitrio liberato à tenebrarum potestate consentiant. Ita fit ut neque fideles fiant, nisi libero arbitrio: et tamen illius

Ppp gratia

Ex lib. de past.

Ex li. 2. de ser. domi. 4. mon.

illi communicauerat in ratione dati & accepti. Quid est in ratione dati, & accepti, nisi quod in alio loco aperte exposuit: Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est si carnalia uestra metamus? Et uerum, est quod tympanum quod de corio fit, ad carnem pertinet. Psalmus ergo spiritalis est: tympanum carnale.

Ergo plebs Dei, congregatio Dei, accipite psalmum, & date tympanum. Accipite spiritalia, & date carnalia. Si audistis in spiritalibus accipiendis, deuoti estote in carnalibus erogandis.

Ipsae Apostolus datum non querebat: fructuosas tamen oues suas esse cupiebat, non steriles sine lactis ubertate. Itaque cum esset quodam tempore in magna indigentia uinctus in confessione ueritatis, missum est à fratribus unde necessitati & indigentiae eius ministraretur. Respondit autem illis gratias agens, & dixit. Benefecistis communicare necessitatibus meis. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & abundare, noui & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Verum tamen uos bene fecistis uobis meis mittere. Sed ut ostenderet in eo quod illi bene fecerunt, quid ipse querebat, ne inter illos esset qui seipso pascent non oues, non tam suae gaudet subuentum esse necessitati, quam illorum gratulatur fecunditati. Quid ergo ibi querebat? Non quia quero, inquit, datum, sed requiro fructum. Non ut ego, inquit, explear, sed ne uos inanes remaneatis.

Non quia quero datum, sed inquiri fructum, id est quod quero datum uestrum, hoc non quero, sed fructum uestrum. Hoc enim indicio apparere poterat quantum profecissent in deum, cum id libenter facerent, quod non propter gaudium de muneribus, sed propter communionem charitatis ab eis querebatur.

FINIS EPISTOLAE AD PHILIPPENSES.

ARGUMENTVM IN EPISTOLAM AD COLOSSENSIS.

Coloffenses, & hi sicut & Laodicenses sunt Asiani, & ipsi praesenti erant à pseudoapostolis: Nec ad hos accessit ipse apostolus: sed & hos per epistolam corripit. Audierant enim uerbum ab Archippo, qui & ministerium in eos accepit. Ergo apostolus iam ligatus scribit eis ab Epheso per Tichicum diaconum, & Onesimum Acolytum.

gratia fideles fiant, qui eorum a potestate tenebrarum liberauit arbitrium. Sic & Dei gratia non negatur: sed sine ullis humanis praecedentibus meritis uera monstratur: & liberum ita defenditur, ut humilitate solidetur, non elevatione praecipitetur arbitrium: & qui gloria tur, non in homine, uel quolibet alio, uel seipso, sed in Domino gloriatur. Potestas enim tenebrarum quid est, nisi potestas diaboli & angelorum eius? Qui cum fuissent angelus lucis in ueritate per liberum arbitrium non stantes, sed inde cadentes, facti sunt tenebrae. Non te ista doceo: sed quae nosti ut recorderis admoneo.

Huius igitur potestati tenebrarum per illius ruinam, cui primo homini ab ea potestate praeparatio persuasa est, & in quo omnes cecidimus, subiectum est genus humanum. Propter quod de hac potestate tenebrarum erunt paruuli, & regenerantur in Christo. Neque hoc apparet in eorum arbitrio liberato, nisi cum ad annos peruenerint ratione utentis aetatis: habentes consentientem doctrinae salutari in qua nutriti sunt uoluntatem, & in ea finientes istam uitam, si electi sunt in Christo ante constitutionem mundi, ut essent sancti, & immaculati in conspectu eius, in charitate praedestinati in adoptionem filiorum.

In quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis.]

Non est difficile uidere diabolum uictum, quando qui ab illo occisus est, resurrexit. Illud est maius, & ad intelligendum profundius, uidere diabolum uictum, quando uicisse sibi uidebatur, id est quando Christus occisus est. Tunc enim sanguis ille, quoniam eius erat qui nullum omnino habuit peccatum, ad remissionem nostrorum fusus est peccatorum: ut quae eos diabolus merito tenebat, quos peccati reos conditione mortis obstrinxerat, hos per eum merito dimitteret, quem nullius peccati reum immerito poena mortis affecit. Hac instituta uictus, & hoc uinculo uictus est fortis: ut uasa eius eriperentur, quae apud eum cum ipso & angelis eius fuerant uasa irae, & in uasa misericordiae uerterentur. Haec uerba quippe ipsius domini nostri Iesu Christi de caelo ad se facta cum primum uocatus est, narrat Apostolus Paulus. Nam inter caetera quae audiuit, etiam hoc sibi dictum sic loquitur. Ad hoc enim tibi apparui: ut constituam te ministrum, & testem eorum quae a me uides, quibus etiam praeco tibi, liberans te de populo, & de gentibus, in quos ego mittam te aperire oculos caecorum: ut auertantur a tenebris, & potestate Satanae ad Deum: & ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem quae in sanctis, & fidem quae in me est. Unde & exhortans idem Apostolus credit ad gratiarum actionem deo patri: qui eruit nos inquit, de potestate tenebrarum: & transtulit in regnum filii charitatis suae, in quo habemus redemptionem in sanguine eius remissionem peccatorum. In hac redemptione tanquam precium pro nobis datus est sanguis Christi: quo

accepto diabolus non ditatus est: sed necatus: ut nos ab eius nexibus solueremur, nec quoniam secum eorum, quos Christus ab omni debito liber, indebite fuso suo sanguine redemisset, peccatorum retribus obuolutum traheret ad secundam, ac sempiternam mortis exitum: sed haec tenus morerentur ad Christi gratiam pertinentes, praecogniti, & praedestinati, & electi ante constitutionem mundi, quatenus pro ipso ipse mortuus est Christus, carnis tantum morte non spiritus. Qui est imago Dei inuisibilis.

Ad quendam modum erit homo imitator Dei uelut imago: sed non qualis imago est filius. Filius hominis habet imaginem patris sui, & hoc est quod pater eius, quia homo est sicut pater eius. In speculo autem imago tua non est quod tu. Aliter enim est imago tua in speculo, aliter in speculo. Sed in creatura non hoc est imago dei quod est in filio, qui hoc est quod pater, id est Deus uerbum Dei, per quod facta sunt omnia. Recipe ergo similitudinem Dei, quam per mala facta amisisti. Sicut enim in nummo imago imperatoris aliter est, & aliter in filio: nam imago & imago est: sed aliter impressa est in nummo, aliter habetur in filio: Sic & tu nummus es Dei: & hoc melior, quia cum intellectu, & cum quadam uita nummus es Dei: ut scias etiam cuius imaginem geras, & ad cuius imaginem factus sis. Nam nummus nescit se habere imaginem regis.

In tribus primis praecceptis decalogi, quae ad Deum pertinent, caetera enim septem ad proximum pertinent, id est ad hominem: quia in duobus praecceptis tota lex pendet. In primo praeccepto prohibetur aliqua infigmentis hominum Dei similitudo: non quia non habet imaginem Deus: sed quia nulla imago eius coli debet, nisi illa quae hoc est quod ipse: nec ipsa pro illo, sed cum illo.

Primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt uniuersa in caelis, & in terra, uisibilia & inuisibilia. Sicut throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.]

Secundum formam Dei dictum est. Ante omnes colles genuit me, id est ante omnes altitudines creaturarum, & ante luciferum genuit te, id est ante omnia temporalia & temporaria. Secundum autem formam serui dictum est Dominus creauit me in principio uiarum suarum, quia secundum formam Dei dixit. Ego sum ueritas, & secundum formam serui: Ego sum uia. Quia enim ipse est primogenitus a mortuis, iter facit ecclesiae suae ad regnum Dei, ad uitam aeternam, cui caput est, ad immortalitatem etiam corporis. Ideo creatus est in principio uiarum dei in opera eius. Secundum formam enim Dei, principium quod & loquitur uobis: in quo principio fecit Deus caelum & terram. Secundum autem formam serui sponsum procedens de thalamo suo. Secundum formam dei, primogenitus omnis creaturae: & ipse est ante omnes, & omnia illi constant. Secundum

dum formam serui, ipse est caput corporis ecclesiae. Fides catholica quae inter creatorem creaturamque distinguit, nullam patitur, in his duobus nominibus intelligendi facultatem: unigenitum eum accipiens secundum id quod scriptum est. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Primogenitum autem uniuersae creaturae, secundum id quod apostolus ait: Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos ei pater ad fraternam societatem non aequalitate substantiae: sed adoptione gratiae generauit. Et post alia. Ut Christus Iesus & unigenitus sit secundum id quod uerbum Dei est Deus apud deum, pariter incommutabilis, & pariter aeternus, non rapinam arbitratus est esse se aequalis Deo: & primogenitus omnis creaturae, secundum id quod in ipso condita sunt omnia in caelis & in terra uisibilia & inuisibilia: quoniam in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum omnia reconciliari in ipsum. Et ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens.]

Aliud est sapientem tantum fieri per sapientiam Dei, & aliud est ipsam personam sustinere sapientiae Dei. Quamuis enim eadem natura sit corporis ecclesiae, multum tamen distare inter caput & membra caetera, quis non intelligat? Si enim ecclesiae caput est homo ille, cuius susceptione uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: membra caetera sunt omnes sancti quibus perficitur & completur ecclesia. Quomodo ergo anima totum corpus nostrum animat & uiuificat, sed in capite & uiuendo sentit, & audiendo, & odorando, & gustando, & tangendo, in caeteris autem membris tangendo tantum, & ideo capiti cuncta subiecta sunt ad operandum, illud autem supra collocatum est ad consulendum, quia ipsius animae quae consulit corpori, quodammodo personae sustinet caput, ibi enim omnis sensus apparet, sic uniuerso populo sanctorum tanquam uni corpori caput est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Et propterea sapientia dei, & uerbum in principio per quod facta sunt omnia, non sic assumptum illum hominem ut caeteros, sed multo excellentius, multoque sublimius, quomodo ipsum solum assumi oportuit, in quo sapientia hominibus appareat, sicut uisibiliter eam decebat ostendi. Quae propter aliter sunt sapientes caeteri homines quicunque sunt, uel esse potuerunt, uel poterunt, & aliter ille unus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui sapientiae ipsius per quam fiunt sapientes quicunque homines, non solum beneficium habet, sed etiam personam gerit. De caeteris enim sapientibus & spiritalibus animis recte dici potest quod habeat in se uerbum Dei, per quod facta sunt omnia: sed in nullo eorum recte dici potest, quod uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, quod in solo domino nostro Iesu Christo rectissime dici-

tur. Totus Christus secundum ecclesiam id est caput & corpus praedicatur. Etenim caput & corpus unus Christus: non quia sine corpore non est integer: sed quia & nobiscum integer esse dignatus est, qui & sine nobis semper est integer, non solum in eo quod uerbum est unigenitus filius aequalis patri, sed & in ipso homine quem suscepit, & cum quo simul Deus & homo est. Verumtamen fratres quomodo corpus eius nos, si non & nobiscum unus Christus? Vbi inuenimus hoc quia unus Christus est caput & corpus, id est corpus cum capite suo? Sponsa cum sponso suo, quasi singulariter loquitur apud Esaiam. Certe unus idemque loquitur. Et uidete quid ait. Velut sponsus alligauit mihi mitram, & ueluti sponsum induit me ornamento, ut sponsus & sponsa. Eundem dicit sponsum secundum caput: sponsum secundum corpus. Duo uidentur, & unus est. Alioquin quomodo membra Christi sumus? Apostolo aperitissime dicente. Vos estis corpus Christi & membra. Membra Christi & corpus omnes simul sumus: non quia hoc loco tantum sumus: sed & per uniuersam terram, neque tantum hoc tempore, sed quid dicam: ex Abel iusto usque in finem saeculi, quamdiu generat & generantur homines: quisquis iustorum per hanc uitam transiitum facit, quicquid nunc, id est non in hoc loco, sed in hac uita, quicquid post nasciturum futurum est, totum hoc unum corpus Christi: singuli autem membra Christi. Si ergo omnes corpus, singuli membra, est utique caput cuius hoc sit corpus. Et ipse est, inquit, caput corporis ecclesiae, primogenitus, ipse primatum tenens. Et quia de illo ait etiam quod semper caput omnis principatus, & potestatis sit, adiungitur ista ecclesia quae nunc peregrina est, illi caelesti ecclesiae ubi angelos ciues habemus: quia aquales nos futuros post resurrectionem corporum impudenter nobis arrogaremus, nisi ueritas promississet dicens. Erunt aequales angelis dei. & sit una ecclesia ciuitas Regis magni.

Non igitur mirum si propter exemplum quod nobis ut reformemur ad imaginem Dei praebet imago aequalis patri: cum de sapientia scriptura loquitur, de filio loquitur: quem sequimur uiuendo sapienter. Cuius imaginis exemplo & nos non discendumus a deo: quia & nos imago Dei sumus, non quidem equalis: facta quippe a patre per filium, non nata de patre, sicut illa. Et nos quia illuminamur, lumen: illa uero, quia lumen, illuminans. Et ideo illa sine exemplo nobis exemplum est. Neque enim imitatur precedentem aliquem ad patrem, a quo nunquam est omnino separabilis: quia id ipsum est, quod ille de quo est. Nos autem nitentes imitamur manentem, & sequimur stantem, & in ipso ambulantes tendimus ad ipsum, quia factus est nobis uia temporalis per humanitatem, quae mansio nobis aeterna est per diuinitatem. Quoniam quippe spiritibus mundis intellectualibus quae superbia non lapsi sunt, in forma Dei, & deo aequalis, & Deus praebet e-

Ex ser. q. trib. modis Christ. intell.

Esai. 61.

Ex li. de tri. 7.

1. Cor. 1.

Ex li. de tri. 33

Actuum. 26.

Ex li. de 10 chordis.

Philipp. 2.

Ex li. de ago christ.

Ex li. de ian. 1. Matth. 22.

Ex li. de trim. 3

Prouerb. 8. Ioan. 14.

Genes. 1. Psalm. 118. Eccl. 24.

xemplum: ut se idem exemplum redeundi etiam lapsio praberet homini, qui propter immunditiam peccatorum, poenamque mortalitatis deum uideri non poterat, semetipsum exinanuit non mutando diuinitatem suam, sed nostram mutabilitatem assumendo. Et formam serui accipiens uenit ad nos in hunc mundum, qui in hoc mundo erat, quia mundus per eum factus est: ut exemplum sursum uidentibus Deum, exemplum deorsum imitantibus hominem, exemplum sanis ad permanendum, exemplum infirmis ad conualescendum, exemplum morituris ad non timendum, exemplum mortuis ad resurgendum esset, in omnibus ipse primum tenens. Quia enim homo ad beatitudinem sequi non debebat nisi deum, & sentire non poterat Deum, sequendo Deum hominem factum sequeretur simul & quem sentire poterat, & quem sequi debebat. Amemus ergo eum, in haereamus illi charitate diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Ex lib. enchir.

Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in terris, siue quae in caelis sunt. Et nos cum effectis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere uos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles a spe euangelij quod audistis, quod praedicatum est in uniuersa creatura quae sub caelo est.]

Per illud singulare sacrificium, in quo mediator est immolatus, quod unum multa in lege uictima figurabant, pacificantur caelestia cum terrestribus, & terrestria cum caelestibus. Quoniam, sicut idem Apostolus dicit, in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliari omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in terris sunt, siue quae in caelis. Pax ista praecellit (sicut scriptum est) omnem intellectum: neque sciri a nobis, nisi cum ad eam uenerimus potest. Quomodo enim pacificantur caelestia nisi nobis, id est concordando nobiscum? Nam ibi semper est pax, & inter se uniuersis intellectualibus creaturis, & cum suo creatore. Quae pax praecellit (ut dictum est) omnem intellectum: sed utique nostrum, non eorum qui semper uident faciem patris.

Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est Ecclesia. Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei quae data est mihi in uobis.]

Ex tractatu Psalm. 61.

Debemus intelligere personam nostram personam Ecclesiae, personam corporis Christi. Unus enim homo cum capite & corpore suo Iesus Christus, saluator corporis & membra corporis, duo in carne una, & in uoce una, & in passione una, & cum transierit iniquitas in requie una. Passiones itaque Christi non in solo Christo: immo passiones Christi non nisi in Christo. Si enim Christum intelligas caput & corpus, passiones Christi non nisi in Chris-

sto. Si autem Christum intelligas solum caput, passiones Christi non in solo Christo.

Si enim passiones Christi in solo Christo, immo in solo capite: unde dicit quoddam membrum eius Paulus Apostolus, Ut suppleam quae desunt pressurarum Christi, in carne mea. Si ergo in membris Christi es, quicquid patieris ab eis qui non sunt in membris Christi, deerat passionibus Christi. Ideo additur quia deerat, mensuram implens non superfundens. Tantum pateris quantum ex passionibus tuis inferendum erat uniuersae passioni Christi: qui passus est in capite nostro, & patitur in membris suis, id est nobis ipsis. Ad communem haec quasi rempublicam nostram quisque pro modo nostro exoluimus quod debemus, & pro posteritium nostrarum quasi canonem passionum inferimus paratoria plenaria passionum omnium. Non erit finis, nisi cum seculum finitum erit. Videte quid dixit apostolus, quia in ipso Christus patiebatur. Ut adimpleam, inquit, quae desunt pressurarum Christi in carne mea. Ut adimpleam, inquit, quae desunt. Cui desunt? Pressurarum Christi. Et ubi desunt? In carne mea. Nunquid aliquid pressurarum deerat in illo homine quod factum est uerbum Dei, nato de Maria uirgine? Passus est enim quicquid pati deberet, ex sua uoluntate, non ex peccati necessitate. Et uidetur quia omnia. In cruce enim positus accepit acetum ultimum, & ait, perfectum est: & inclinato capite emisit spiritum. Quid est perfectum est? Iam de mensura passionum nihil mihi deest. Omnia quae de me praedicta sunt, completa sunt, tanquam ideo expectaret ut completerentur. Ergo impletae erant omnes passiones, sed in capite, restabant adhuc in corpore Christi passiones, uos autem estis corpus Christi & membra. In his ergo membris cum esset Apostolus dixit, Ut adimpleam quae desunt pressurarum Christi in carne mea. Ut suppleam, inquit, quae desunt pressurarum non mearum, sed Christi in carne nostra iam Christi, sed mea. Patitur, inquit, Christus adhuc pressuram non in carne sua in qua ascendit in caelum: sed in carne mea, quae adhuc laborat in terra. Christus, inquit, pressuram patitur in carne mea. uiuo enim iam non ego, uiuit uero in me Christus. Nisi enim Christus in membris suis, hoc est fidelibus suis, pressuram ipse pateretur, Saulus in terra Christum in caelo sedentem non persequeretur.

Ut impleam uerbum Dei, mysterium quod absconditum fuit a saeculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus uoluit Deus notas facere diuitias gloriae sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in uobis spes gloriae, quem nos annunciamus, corripientes omnem hominem, & docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu, in quo & laboro eertando secundum operationem eius quam operatur in me in uirtute.]

Primo uolens ostendere mihi domine Deus meus quam resistas superbis, humilibus autem des gratiam, & quanta misericordia tua demonstrata sit omnibus uia humilitatis, quod uer-

Ex tractatu Psalm. 86.

Ioan. 19.

Ex tractatu Psalm. 44.

Ex li. cōfess. 7. lac. 4. Ioan. 7.

uerbum caro factum est & habitauit inter homines, procurasti mihi per quandam hominem immanissimo typo turgidum, quosdam Platoniorum libros ex Graeca lingua in Latinam uersos. Et tibi legi non quidem his uerbis, sed hoc idem omnino multis & multiplicibus suaderi rationibus, quod in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in eo uita est, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehederunt. Et quia hominis anima quam uis testimonium um perhibeat de lumine, non est ramen ipsa lumen, sed uerbum, Deus lumen uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: & quia in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Quia uero in sua propria uenit, & sui eum non receperunt: quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri credentibus in nomine eius: non tibi legit. Item ibi legi quia Deus uerbum non ex carne, non ex sanguine, non ex uoluntate uiri, neque ex uoluntate carnis: sed ex Deo natus est. Sed quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: non legi. Indagai quippe in litteris uarie dictum & multis modis, quod sit filius in forma patris non rapinam arbitratus esse aequalis Deo, quia naturaliter id ipsum est. Sed quia semetipsum exinanuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inuentus ut homo, humiliter factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod deus exaltauit eum a mortuis, & donauit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flexatur caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est Dei patris: non habent illi liberi. Quod enim ante omnia tempora, & supra omnia tempora incommutabiliter manet unigenitus filius tuus coaeternus, & quia de plenitudine eius accipiunt animae ut beatae sint: & quia participatione manentis in se sapientiae renouantur ut sapientes sint: est ibi. Quod autem secundum tempus pro impijs mortuus est: & filio tuo unico non pepercisti: sed pro nobis omnibus tradidisti eum: non est ibi. Abscondisti enim haec a sapientibus, & reuelasti ea paruulis: ut uenirent ad eum laborantes & onerati, & reficeret eos, quoniam mitis est, & humilis corde, & dirigit mites in iudicio, & docet mansuetos uias suas: uidens humilitatem nostram, & laborem nostrum, & dimittens omnia peccata nostra. Qui autem cothurno tanquam doctrinae sublimioris elati, non audient dicentem, Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris: & si cognoscunt Deum, non sicut Deum glorificant, aut gratias agunt: sed euane-

Philii. 2.

Matth. 11.

Ibidem Psal. 24. et 22.

Roma. 1. scunt in cogitationibus suis: & obscuratur in-

spiciens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Verbum enim tuum eter na ueritas superioris creaturae tuae partibus supereminens subditos erigit ad seipsum: in inferioribus autem aedificauit sibi humilem domum de limo nostro: per quam subdendos de primeret a seipsis, & ad se traiceret sanans tumorem & nutries amorem: ne fiducia sua progredieretur longius: sed potius infirmare: tur uidentes ante pedes suos infirmam diuinitatem ex participatione tunicae pellice nostrae, & lassi prosternebantur in ea, illa autem surgens leuaret eos. Quid enim faciet miser homo? Quis eum liberabit de corpore mortis huius, nisi gratia tua per Iesum Christum Dominum nostrum, quem genuisti coaeternum, & creasti in principio uerum tuarum, in quo princeps huius mundi non inuenit quicquam morte dignum, & occidit eum, & euacuatum est chirographum quod erat contrarium nobis? Hoc illae litterae non habent, non habent pagina uultu pietatis huius, lacrymas confessionis, sacrificium tuum spiritum contribulatum, cor contritum & humiliatum, populi salutem, sponsam, ciuitatem, aram spiritus sancti, portulum precij nostri. Nemo ibi cantat. Nonne Deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum. Etenim ipse est deus meus, & salutaris meus, susceptor meus: non mouebo amplius. Nemo ibi audit uocantem. Venite ad me qui laboratis, dedignantur ab eo discere: quoniam mitis est & humilis corde. Abscondisti enim haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et aliud est de syluestri cacumine uidere patriam pacis, & iter ad eam non inuenire, & frustra conorari per inuia, cum obsidentibus & insidiatibus fugitiuis defertoribus cum principe suo Leone & draconem. Et aliud tenere uiam illuc, ducentem cura caelestis imperatoris munitam, ubi non latrocinantur qui caelestem militiam deseruerunt, uitant enim eam sicut supplicium.

Rom. 7.

Ioan. 12. Colof. 2.

Psalm. 61.

CAPVT II.

Volo enim uos scire qualem sollicitudinem habeam pro uobis, & pro his qui sunt Laodicia, & quicunque non uiderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionem mysterij Dei patris & Christi Iesu: in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Hoc autem dico: ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonum. Nam estis corpore absens sum: sed spiritu uobiscum sum gaudeo & uideo ordinem uestrum, & firmamentum eius quae in Christo est fidei uestra. Sicut ergo accepisti Iesum Christum Dominum nostrum, in ipso ambulate: radicati & superaedificati in ipso, & confirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione.]

Uitiorum omnium humanorum causa, est superbia. Ad hanc conuincendam atque auferendam talis medicina caelitus uenit: ad elatum hominem per superbiam, deus humilis descendit per misericordiam, gratiam clarum manifestamque commendans in ipso homine, quem tanta praeparticipibus suis charitate

Ex li. de spiritu & littera

tate suscepit. Neq; enim & ipse ita uerbo Dei coniunctus ut ipsa coniunctione unus filius dei, & idem ipse unus filius hominis fieret, præcedentibus suæ uoluntatis meritis fecit. Vnum quippe illum esse oportebat. Essent autem & duo & tres & plures si hoc fieri posset non per Dei proprium donum: sed per hominis liberum arbitrium. Hoc ergo præcipue commendatur: hoc in sapientiæ atq; scientiæ thesauris, in Christo absconditis quantum existimare audeo, præcipue docetur & discitur.

Ex li. de tri. 13

Hæc autem omnia quæ pro nobis uerbum caro factum temporaliter & locaciter fecit & pertulit, secundum distinctionem quam de monstrare suscepimus, ad scientiam pertinent: non ad sapientiam. Quod autem uerbum est sine tempore, & sine loco, est patri coæternus, & ubiq; totum. De quo si quisquã potest quantum potest ueracem proferre sermonem sermo erit ille sapientiæ. Ac per hoc uerbum caro factum, quod est Christus Iesus, & sapientiæ thesauros habet, & scientiæ. Nam scribēs Apostolus ad Coloffenses, Volo enim uos scire (inquit) quantum certamen habeam pro uobis, & pro his qui Laodiciæ sunt, & quicum que non uiderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda eorum copulati in charitate, & in omnibus diuicijs plenitudinis intellectus ad cognoscendum mysteriũ dei, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Quatenus nouerat Apostolus thesauros istos, quantum eorũ penetrauerat, & in eis ad quanta peruenerat, quis potest nosse? Ego autem, secundum id quod scriptum est. Vnicuiq; autem nostrum datur manifestatio spiritus ad utilitatem: alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum: si ita inter se distant hæc duo ut sapientiã diuinis, scientia humanis attributa sit rebus: utrunq; agnosco in Christo, & mecum omnes eius fideles. Et cum lego Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, in uerbo intelligo uerum dei filium, in carne agnosco uerum hominis filium, & utrunq; simul unam personã deum & hominem ineffabilis gratiæ largitate coniunctum. Propter quod sequitur & dicit. Et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis. Si gratiam referamus ad scientiam: ueritatem ad sapientiam: puto nos ab illa duarum istarum rerum distinctione quam commendauimus, non abhorre. In rebus enim per tẽpus ortis illa summa gratia est, quod homo in unitate personæ coniunctus est deo. In rebus uero æternis summa ueritas recte tribuitur Dei uerbo. Qd uerbum idem ipse est unigenitus à patre, plenus gratiæ & ueritatis. Id actum est, ut idem ipse sit in rebus pro nobis temporaliter gestis, cui per eandem fidẽ mundamur ut eum ita libenter con-
templamur in rebus æternis. Scientia ergo nostra Christus est. Sapientia quoq; nostra idem Christus est. Ipse nobis fidem de rebus tempo-

1. Cor. 12.

ralibus inserit, ipse de sempiternis exhibet ueritatem. Per ipsum pergimus, ad ipsum tendimus per scientiam & sapientiam. Ab uno tamen eodemq; Christo non recedimus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Nec ista duo accipiamus quasi non liceat dicere uel istam sapientiã quæ in rebus humanis est, uel illam scientiam quæ in diuinis. Loquedi enim latiore consuetudine utruq; sapientiã, utrunque scientiã potest dici. Nullo modo tamen scriptum esset apud apostolum alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ: nisi & proprie singulis nominibus hæc singula uocarentur.

Videte ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.

Quid est Iuno? Iuno (inquiunt) est aer. Iam dudum inuitabat ut mare coleremus in Neptuno: terram coleremus in simulacro Teluridis: nunc inuitat ut aerem colamus. Elementa sunt ista quibus mundus iste consistit. Hoc ergo Apostolus Paulus in epistola sua proponens, Cauete (inquit) ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum elementa mundi huius.

Ipsos enim tangebatur qui quasi prudentius idola exponunt. Ideo cum diceret Philosophiam, in eodem loco ait secundum elementa huius mundi: non quasi qualescunq; adoratores simulacrorum, sed quasi doctiores interpretatores signorum cauendos esse admonens. Respondendum est hominibus qui calumniari libris nostræ salutis & eruditionis affectant, ut quicquid ipsi de natura rerum ueracibus documentis demonstrare potuerint, ostendamus nostris literis non esse contrarium: quicquid autem de quibuslibet suis uoluntatibus nostris literis, id est catholice fidei, contrarium protulerunt, aut aliqua etiam facultate ostendamus, aut nulla dubitatione credamus esse falsissimum. Atque ita teneamus mediatorem nostrum in quo sunt omnes thesauri sapientiæ atque scientiæ absconditi: ut neque falsæ philosophiæ loquacitate seducamur, neque falsæ religionis superstitio-
ne terreamur. Et cum diuinis libros legimus in tanta multitudine uerorum intellectuum qui de paucis uerbis eruuntur, & sanitate catholice fidei muniantur, id potissimum deligamus quod certe apparuerit eum sensisse quem legimus. Si autem hoc latet, id certe quod circumstantia scripturę non impedit, & cum sana fide concordat. Si autem & scripturæ circumstantia pertractari ac discuti non potest, saltem id solũ quod fides sana præscribit. Aliud est enim quod potissimum scriptor senserit non dignoscere: aliud autem à regula pietatis errare. Si utrunque uideatur, perfecte se habet fructus legentis. Si uero utrunq; uitari non potest, etiam si uoluntas scriptoris incerta sit sanę fidei congruam nõ inutile est eruisse sententiam.

Ex ser. de Cal. 14.

Ex li. Gene. ad liter. 1.

Quia

Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis.

Ex li. ad Dar. da. de presen.

Deus qui ubiq; præsens est, & ubique totus præsens, nec ubique habitans, sed in templo suo, cui per gratiam benignus est & propitius. Capitur autem habitans ab alijs amplius, ab alijs minus. De ipso uero capite nostro Apostolus ait. Quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Non ideo corporaliter quia corporeus est deus: sed aut uerbo translato usus est tanquã in templo manu factio non corporaliter, sed umbraliter habitauerit, id est præfigurantibus signis. Nam illas omnes obseruationes, umbras futurorum uocat, etiam ipso translato uocabulo. Summus enim Deus (sicut scriptum est) non in manu factis templis habitat. Aut certe corporaliter dictũ est: quia in Christi corpore quod assumpsit ex uirgine, tanquam in templo habitat deus. Hinc est enim quod cum ludæis signum petentibus dixisset: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud: Euangelista quid hoc esset consequenter exponens ait. Hoc autem dicebat de templo corporis sui.

Act. 17. & 1.

Quid ergo interesse arbitramur inter caput & membra cetera? Quod in quolibet quamuis præcipuo membro uelut in aliquo magno propheta aut Apostolo quamuis diuinitas habitet, non tamen sicut in capite quod est Christus, omnis plenitudo diuinitatis. Nam & in nostro corpore inest sensus singulis mēbris, sed non tantus, quantus in capite: ubi prorsus omnis est quinq; partitus. Ibi enim & uisus est, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus. In ceteris autem solus est tactus. An etiam præter quod tanquam templo in illo corpore habitat omnis plenitudo diuinitatis, est aliud quod interlit inter illud caput & cuiuslibet membri excellentiam? Est plane: quod singulari quadam susceptione hominis una facta est persona cum uerbo. De nullo enim sanctorum dici ci potuit, aut potest aut poterit, Verbum caro factum est. Nullus sanctorum qualibet præsentia gratiæ unigeniti nomen accepit: ut quod est ipsum Dei uerbum antefecula, hoc simul cum assumpto homine diceretur. Singularis est illa susceptio, nec cū hominibus aliquibus sanctis quantalibet sapientiã & sanctitate præstantibus ullo modo potest esse communis. Vbi diuinã gratiã satis perspicuum claratq; documentum est. Quis enim tam sit sacrilegus ut audeat affirmare aliquam posse animã per meritum liberi arbitrij ut alter sit Christus efficere? Vt ergo ad personam uerbi unigeniti pertinet, quo pacto per liberum arbitrium communiter omnibus & naturaliter datum una sola anima meruisset, nisi hoc singularis gratia præstitisset, quam fas est prædicare: de qua nefas est uelle iudicare.

Ex lib. de Ge. ad liter. 12.

Satis est ergo scire corporale aliquid uel proprie dici cum de corporibus agitur, uel etiam translato uocabulo, sicut dictum est, quia

in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Neq; enim diuinitas corpus est. Sed quia sacramenta ueteris testamenti appellat umbras futuri, ppter umbrarũ cõparatiõnẽ corporaliter dixit habitare in Christo plenitudinẽ diuinitatis quo in illo impleatur omnia quę illis umbris figurata sunt: ac si quodam modo umbrarum illarũ ipse sit corpus: hoc est figurarum & significationum illarum ipse sit ueritas. Sicut ergo ipse figurarũ significatiue, translato utiq; uocabulo non propria dicitur sunt umbræ, ita & quod ait plenitudinem diuinitatis corporaliter habitare, translato uerbo usus est.

Mõtem in quo placuit deo habitare in eo. Non quia in alijs non inhabitat, sed quia in ipse per ipsum. In ipso quippe habitat omnis plenitudo diuinitatis non umbraliter tanquã in templo à rege Salomone factio, sed corporaliter id est solide atq; ueraciter. Quoniam deus erat in Cristo mūdum reconcilians sibi. Quod siue de patre dictum accipiamus: quoniam ipse ait: Pater autem in me manens facit opera, & ego in patre, & pater in me, siue ita intelligatur, Deus erat in Christo, uerbum erat in homine: sic erat utiq; uerbum in carne, ut uerbum etiam caro factum solus proprie diceretur, id est homo uerbo in unam Christi personam copularetur.

Ex tractatu Psal. 67.

Vt quid ergo suspicamini montes in caesatos cum monte in quo placuit Deo habitare in eo: Longe utiq; aliter quam in illis montibus quorum aliquem etiam hunc suspicamini. Non enim quia & illi per adoptionis gratiam filij Dei sunt, ideo quisquam illorum est unigenitus cui diceret, sed ad dexteram meã, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis. Deo itaque placuit habitare in isto monte qui paratus est in cacumine montium, cui dicit.

Alis coagulatos

Esai. 2. Mar. 1.

Tu es filius meus dilectus in quo bene complaceui. Ipse autem mons dominus est, qui alios montes inhabitabit in finẽ, in quorum cacumine paratus est, Vnus enim deus, & unus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus mons montium sicut sanctus sanctorum. Unde dicit. Ego in eis & tu in me.

2. Tim. 2.

In quo & circumcisi estis circumcissione non manifesta in expoliatione corporis carnis: sed in circumcissione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei qui suscitauit illum à mortuis.

Illud sabbatum nisi & ipsum inter prophetiã quæ de Christo scripta sunt haberet intellectum non ei Christus sic attestaretur ut caro eius in sepultura sabbato requiesceret ab omnibus operibus suis, ut tertio die resurgens quem dominicum dicimus, qui post sabbatum numeratur octauus, etiam circumcissione octauis diei ad prophetandum pertinere declararet quid enim significat circumcissio carnis nisi, expoliationem mortalitatis quam de carnali generatione portamus: Hæc est fides nostra. Et quoniam sicut testimonium prophetiã cum Paulus commemorat, iustus ex fide ui-

Ex lib. cõ Euan. titul. 33.

uit, hæc est iustificatio nostra. Mortuum quippe Christum & pagani credunt, resurrexisse autem Christum propria fides est Christianorum. Si enim confitearis, ait apostolus, in ore tuo, quia Dominus est Iesus, & credideris in corde quia deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Quia ergo ex ista resurrectionis fide iustificamur, ideo & illud de Christo Apostolicum est, quia mortuus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram. Et quia resurrectio ista quæ creditâ nos iustificat, illa octauâ diei circumcisione figurata est, propterea de ipso Abraham cui primû tradita est, dicit Apostolus, Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei, in expoliatione corporis carnis.

Roman. 4. ibidem

Ex li. de tri. 14.

Non duas utiq; res intelligi uoluit: quasi aliud sit caro: aliud corpus carnis: sed quia corpus multarum rerum nomen est: quarum nulla caro est: nam multa sunt excepta carne corpora cœlestia & corpora terrestria: corpus carnis dixit corpus quæ caro est: sicut spiritû mentis, eum spiritum qui mens est.

In circumcisione Christi, & cetera.]

Ex tracta. euâ. sec. Ioan. 27.

Resurrectio Christi quæ facta est tertio quidam die passionis: sed octauo in diebus hebdomadis: ipsa nos circumcidit.

Coloſen. 3.

Audi circumcisos uera petra, apostolo ad monente. Si ergo resurrexistis cum Christo quæ sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt querite, non quæ super terram. Circumcisis loquitur.

Resurrexit Christus, abstulit uobis desideria carnalia, abstulit concupiscentias malas, abstulit superfluum, cum quo nati eratis, & multo peius quod male uiuendo addideratis. Circumcisi per petram quare adhuc sapitis super terram.

Et uos cum mortui esetis in delictis & præputio carnis uestræ, conuiuificauit cum illo donans uobis omnia delicta.

Ex lib. ad Paul. episcopum

Præputium uocauit quod significatur præputio, hoc est delicta carnalia quibus expoliandi sumus.

Deles quod aduersus nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio affigens illud cruci.]

Ex li. de bapt. par. 2.

Nostrum ergo corpus mortuum est propter peccatum. Christi autem corpus solû mortuum est sine peccato, ut fuso sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa delerentur, quibus debitores qui in eum credunt, à diabolo antea tenebantur. Et ideo hic est (ait) sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Ex tractatu Psalm. 88.

Tu (inquit) humiliasti sicut uulneratum superbum: humiliasti te: & humiliatus es. Superbus enim per superbiam superbos tenebat: humiliatus est magnus: credens autem in eum, factus est paruus. Dum nutritur paruus: exemplo magnificati paruus perdidit diabolus quod tenebat, quia superbus non nisi superbos tenebat. Dato tanto humilitatis exemplo, didicerunt homines damnare superbiam suam, imi-

tari dei humilitatem. Ita ergo ille perdendo quos tenebat, etiam ipse humiliatus est non correctus, sed prostratus. Tu humiliasti sicut uulneratum superbum, humiliatus es & humiliasti, uulneratus es & uulnerasti. Neq; enim eum non uulnerauerat sanguis tuus qui fusus est, ut deleret chirographum peccatorû. Vnde enim superbiebat nisi quia cautionem contra nos tenebant: Hanc tu cautionem, hoc chirographum tuo sanguine deleuisti. Illum ergo uulnerasti, cui tot abstulisti. Vulneratum enim intelligas diabolum: non penetrata carne quam non habet, sed percussio corde ubi superbus est.

Victimam sanctam qua deletum est chirographum quod erat contrarium nobis, quia triumphatus est hostis, computans delicta nostra: & querens quod obijciat, & nihil inueniens in illo in quo uincimus quis eis refundit innocentem sanguinem: quis ei restituit precium quo nos emit, ut nos auferat ei? Ad cuius precij nostri sacramentum ligauit ancilla tua animam suam uinculo fidei. Nemo à profectione dirumpat eam: non se interponat nec ui nec insidijs leo & draco.

Expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.]

Vnde accepit diabolus exterius potestatem dominicæ carnis occidenda, inde interior qua nos tenebat potestas eius occisa est. Factum est enim ut uincula peccatorum multorum in multis mortibus per unius unâ mortem quam peccatum nullum præcesserat soluerentur. Quam propterea dominus pro nobis indebitâ reddidit, ut nobis debita non nocerent. Neque enim cuiusquam iure potestatis exutus est carne, sed ipse se exiuit. Nam qui posset non mori si nollet, proculdubio quia uoluit mortuus est. Et ideo principatus & potestates exemplauit fiducialiter triumphas illas in semetipso. Morte sua quippe uerissimo sacrificio pro nobis oblato, quicquid culparum erat unde nos principatus & potestates ad luenda supplicia iure detinebant, purgauit, aboleuit, extinxit, & sua resurrectione in nouam uitam nos prædestinatos uocauit, uocatos iustificauit, iustificatos glorificauit. Ita diabolus hominem quem per consensionem seductum tanquam iure integro possidebat, et ipse nulla corruptione carnis & sanguinis se-

ptus, per istam corporis mortalis fragilitatem nimis egeno & infirmo, tanto superbior quanto uelut ditior, & fortior quasi pannoso & arumnoſo dominabatur: ipsa morte carnis amisit. Quo enim cadentem non securus impulit peccatorem, illuc descendentem persecutus non compulſit redemptorem. Sic in mortis cõfortio filius diei nobis fieri dignatus est amicus, quo non perueniendo, meliorem se nobis, atq; maiorem putabat inimicus. Dicit enim redemptor noster. Maiorem dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

Ex li. cõfess. no. no cū pro san. matre sua olim defuncta oraret

Ex li. de tri. 4.

Quo

Quocirca etiam ipso domino se credebatur diabolus superiorem, quantum illi Dominus in passionibus cessit, quia & de ipso intellectum est quod in psalmis legitur. Minuisti eum paulominus ab Angelis, ut ab iniquo uelut æquo iure aduersus nos agente, ipse occisus innocens eum iure æquissimo superaret, nosq; liberaret à captiuitate propter peccatû iusta, suo iusto sanguine iniuste effuso mortis chirographum delens, & iustificandis redimendis peccatores, agnoscentibus gentibus & pia humilitate bibentibus precium suum, eiusq; fiducia deserentibus hostem suum & concurrentibus ad redemptorem suum.

Quod enim dicit exuisse se carnem, eo loco carnem mortalitatem carnis intelligimus, secundum quam proprie corpus hoc caro nominatur. Quæ mortalitas proprie caro appellata, quia in illa resurrectionis immortalitate non erit, propterea scriptum est. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Hoc enim corpus quod propter mortalitatem proprie caronominatur, mutari dicit in resurrectione, ut iam non sit corruptibile atq; mortale. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Ut ergo induatur immortalitate, exiuit mortalitate. Hoc est circumcissionis mysterium, quæ octauo fieri die iussa est, & octauo die, id est dominica post sabbatum, iam in ueritate à domino impleta. Vnde dicitur. Exuens se carnem principatus, & potestates exemplauit. Per hæc enim mortalitatem nobis inuide diabolicæ potestates dominabantur, quas exemplasse dignatus est: quia in seipso capite nostro prauit exemplum quod in toto eius corpore, id est Ecclesia ex diaboli potestate liberanda, in ultima resurrectione complebitur.

Principatus exemplauit, id est exemplum dedit de illis, ut quæ admodum se exiuit carne: sic suos ostenderet exuendos carnalibus uitijs, per quæ eis illi dominabantur. Multi dicunt, quod possumus uincere diabolum quæ non uidemus: Sed habemus magistrum: qui nobis demonstrare dignatus est quod inuisibiles hostes uincantur. De illo enim dixit Apostolus. Exuens se carne principatus & potestates exemplauit fiducialiter triumphans eos in semetipso. Ibi ergo uincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, ubi uincuntur inuisibiles cupiditates: & ideo qui in nobis ipsis uincimus temporalium rerum cupiditates, necesse est ut nobis ipsis uincamus & illum, qui per ipsas cupiditates regnat in homine. Sic & Apostolus dicit quod in semetipso pugnet aduersus potestates exteriores. Ait enim. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates huius mundi harum tenebrarû, aduersus spiritalia nequitie in cœlestibus. Cœlum enim dicitur & iste aer, ubi uenti, & nubes, & procellæ, & turbines fiunt, sicut etiam scriptura dicit multis locis. Et intonauit de cœlo dominus. Et aues cœli, & uo-

Ex li. cõf. Euâ. titulo. 33.

1. Cor. 15.

Ex li. ad Paul. episcopum Ex libr. de ago. christ.

Eph. 6.

latilia cœli. Cum manifestum sit aues in aere uolare: & nos in consuetudine hæc aerem cœlum appellamus. Nam cum de sereno uel nubilo querimus, aliquando dicimus, qualis est aer, aliquando dicimus, quale est cœlum. Hoc dixi ne quis existimet ibi habitare mala demonia: ubi solem & stellas deus ordinauit. Quæ mala demonia ideo Aposto. appellat spiritalia, quia etiã mali angeli in scripturis spiritus appellatur. Ideo autem rectores tenebrarum harum eos dicit, quoniam peccatores homines tenebras appellat, quibus isti dominantur. Ideo & alio loco dicit. Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quia ex peccatoribus iustificati erant. Nam ipse Aposto. stolus alio loco diabolum principem potestatis aeris huius appellat. Quamuis ille locus ubi ait, Spiritalia nequitie in cœlestibus possit & aliter intelligi, ut non ipsos prauaricatores Angelos in cœlestibus esse dixerit, sed nos potius de quibus alio loco dicit. Conuersatio nostra in cœlis est, ut nos in cœlestibus constituti, id est in spiritalibus præceptis ambulantes, dimicemus aduersus spiritalia nequitie quæ nos inde conantur abstrahere. Magis ergo illud querendum est, quomodo aduersus eos quos non uidemus pugnare possimus & uincere, ne putent stulti aduersus aerem nos debere certare. Docet itaq; ipse apostolus dicens. Non sic pugno quasi aerem cadens, sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicans ipse reprobus inueniar. Item dicit. Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Quamobrem intelligendum est etiam ipsum Apostolum in semetipso triumphasse de potestatibus huius mundi, sicut de domino dixerat, cuius se imitorem esse profiteatur. Imitemur ergo & nos illum, sicut hortatur, & castigemus corpus nostrum & in seruitutem redigamus si mundum uolumus uincere, quia per illicitas delectationes suas & pompas & perniciosam curiositatem nobis dominari potest hic mundus, id est ea quæ in hoc mundo & pernicioſa delectatione colligant amatores rerum temporalium, & diabolo & Angelis eius seruire cogunt.

Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi: aut neomenias, aut sabbatorum quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.]

Patres nostri qui duo placuerunt, tenuerunt ordinem suum in ipsa obedientia, ut quicquid Deus temporibus congruis iubendo distribuit, sic obseruarent quemadmodum ille distribuit. Itaque non solum carnes ad eos datas, cum omnes natura mundæ essent, quasdam tamen nonnulla significatione immundas illo tempore non ederunt, quo eas præceptum non edi erat, ut talibus significationibus futura rerum manifestatio præfiguraretur, sed & azymum panem & cetera huiusmodi, in quibus fuisse umbram futurorum dicit Apostolus. Propter quæ tam reſerent illius temporis & illius populi homines si obe-

Philip. 3.

1. Cor. 9. & 11.

Ex li. cõf. Euâ. titulo. 13.

si obseruare contemnerent, quando illa sic fieri, & ista quæ nunc reuelata sunt, sic prænu-
ciare oportebat, quam nos decipientes esse-
mus, si nunc iam manifestato nouo testamen-
to illas prænucciatiuas obseruationes aliquid
nobis prodesse putaremus. Quapropter non
manducare azymum per statutos septem di-
es, tempore ueteris testamenti peccatum fuit.
Tempore autem noui testamenti non est pec-
catum, sed in spe futuri seculi quam habemus
in Christo, qui & animam nostram induens
iustitia, & corpus nostrum induens immorta-
litate totos nos innouat, credere aliquid ex ue-
teris corruptionis necessitate atq; indigentia
nos passuros, uel asturos, semper peccatū est
quandiu uoluuntur isti septem dies quibus pe-
ragitur tempus. Sed hoc ueteris testamenti tē-
poribus in figura occultatum à quibusdā fan-
ctis intelligebatur, tempore autem noui testa-
menti in manifestatione reuelatum populis
prædicatur. Vnde scriptura ipsa tunc erat præ-
ceptum, nunc testimonium. Illud enim erat
tempus significandi, hoc manifestandi. Ergo
ipsa scriptura quæ tunc fuit exatrix operum si-
gnificantium, nunc testis est rerum significa-
tarum. Et quæ tunc obseruabatur ad prænun-
ciationem, nunc recitatur ad confirmationē.

Ex tracta. eud.
sec. Ioan. 25.

Omnia quæ dicta sunt antiquo populo Is-
rael in multiplici scriptura sanctæ legis, quæ
gerent in sacrificijs, siue in sacerdotijs, in die-
bus festis, & omnino in quibuslibet rebus qui-
bus deum colebant, quæ cum illis & præcep-
ta sunt, umbræ fuerunt futurorum. Quorum
futurorum: Quæ implerentur in Christo. Vn-
de dicit Apostolus. Quotquot enim promissi-
siones Dei, in illo est. Id est in illo impletæ sunt.
Deinde dicit alio loco. Omnia in figura con-
tingebant illis. Scripta sunt autē propter nos
in quos finis seculorum obuēnit. Dicit et alibi.
Finis enim legis Christus. Item. Nemo uos in
dicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi,
aut neomeniæ, aut sabbatorum, quod est um-
bra futurorum. Si ergo illa omnia umbræ fue-
runt futurorum ergo & scenophegiæ umbra
erat futurorum. Celebratio erat tabernaculo-
rum, propterea quia populus de Aegypto li-
beratus, per desertum tradens ad terram pro-
missionis, in tabernaculis habitauit.

1. Cor. 9.
Roma. 1.

Quid sit animaduertamus, & nos erimus,
nos inquam qui membra Christi sumus. Si au-
tem sumus, illo dignante sumus, non nobis p-
merentibus. Attendamus ergo: nos fratres e-
ducti sumus de Aegypto, ubi diabolo tanquā
Pharaoni seruebamus, ubi lutea opera in ter-
renis desiderijs agebamus, & in eis multum la-
borabamus. Etenim nobis Christus quasi late-
res facientibus clamauit. Venite ad me om-
nes qui laboratis. Hinceducti per baptismum
tanquam per mare rubrum (Ideo rubrum quia
Christi sanguine consecratum) mortuis om-
nibus inimicis nostris qui nos insectabantur,
id est deletis omnibus peccatis nostris, tra-
iecti sumus.

Matth. 11.

Modo ergo antequam ad patriam promissio-
nis, id est regnum æternum, ueniamus, in
deserto in tabernaculis sumus. Qui ista cogno-
scunt in tabernaculis sunt. Futurum enim erat
ut quidam hoc agnoscerent. Ille enim est in ta-
bernaculis: qui se esse in mūdo intelligit pe-
grinum. Ille se intelligit peregrinantem, qui
se uidet patriæ suspirantem.

Cum autem corpus Christi est in taberna-
culis, Christus est in tabernaculis. Sed tunc nō
euidenter, sed latenter. Adhuc enim umbra
lucem obscurabat. Veniente luce umbra re-
mota est. Christus erat in occulto, in scenophe-
gia Christus erat, sed latens Christus. Modo
iam cū manifestata sunt ista, agnoscimus nos
iter agere in æremo. Si enim agnoscimus, in
æremo sumus. Quid est in æremo? In deserto.
Quare in deserto? Quia in isto mundo, ubi siti-
tur in uia in aquosa. Sed sitiamus ut futuremur.
Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam,
quoniam ipsi saturabuntur. Et sitis nostra, de
petra impletur in æremo. Petra em̄ erat Chri-
stus. Et uirga percussa est. Ut autem maneret,
his percussa est, quia duo ligna sunt crucis.
Omnia ergo hæc quæ fiebant in figura, mani-
festantur in nobis. Et non uacat quod de domi-
no dictum est, ascendit ad diem festum nō ma-
nifeste, sed tanquam in occulto. Figura enim
erat ipsum in occulto: quia in ipso die festo
Christus latebat, quia ipse dies festus Christi
membra peregrinantia significabat.

Matth. 5.

1. Cor. 11.
Nume. 20.

Ioan. 7.

Primo Iudæorum ille redarguendus est er-
ror, quo putant ad nos ideo non pertinere tes-
tamenti ueteris libros, quia iam non uetera,
sed noua sacramenta seruamus. Dicunt enim
nobis. Quid apud uos facit lectio legis & pro-
phetarum, cuius præcepta seruare non uultis?
Eo quod carne præputij non circumcidimus
masculinum: & uescimur carnibus quas lex di-
cit immundas, nec sabbata & neomenias & di-
es festos eorum carnaliter obseruamus: nec ui-
ctimis pecorum sacrificamus deo, nec pascha
in oue & azymis similiter celebramus, & si-
qua alia uetera sacramenta generali uocabu-
lo umbras futurorum appellat apostolus quia
ea significabant suo tempore reuelanda, quæ
nos reuelata percipimus, ut remota umbra, nu-
da eorum luce fruermur. De quibus sigilla-
tim longum est disputare, quemadmodum ex
uendo ueterem hominem circumcidimur in
expoliatione corporis carnis, & quos cibos
uitant in pecoribus: uitamus in moribus, & ex-
hibemus corpora nostra hostiam uiuam, san-
ctam, Deo placentem, cui animas nostras in
desiderijs sanctis pro sanguine intelligenter
effundimus. Et Christi uelut agni immaculati
sanguine ab omni iniquitate mundamur, cui
propter similitudinem carnis peccati, etiam
caprino pecore in ueteribus sacrificijs figura-
tur. Nec enim negat in crucis cornibus
taurum, qui in illo cognoscit maximam ui-
ctimam. In illo requiem cum inuenimus, ue-
re sabbatizamus.

Ex li. aduer.
Iudæos

Eph. 4.

Et

Matth. 6.

Et lunæ nouæ obseruatio, uitæ nouæ est sancti-
ficatio. Et pascha nostrum Christus est, & a-
zymum nostrum synceritas ueritatis, fermen-
tum non habent uetustatis. Et si qua alia sunt,
in quibus nunc immorari non opus est, quæ in
illis ueteribus adumbrata sunt signis, in isto
habent finem: cuius regni non erit finis. In il-
lo quippe omnia oportebat impleri, qui uenit
legem & prophetas non soluere sed implere.
Proinde illa uetera signa rerum non euacua-
uit arguendo, sed implendo mutauit, ut alia ef-
fent quæ nunciarent uenisse iam Christum,
quam fuerunt illa quæ prænucciabant esse uē-
turum. Quid sibi autem uult quod sic præno-
tantur quidam psalmi, quos & ipsi legunt, &
habent in literarum auctoritate sanctarum, ut
in eorum titulis scriptum sit, pro his quæ im-
mutabuntur, textus uero eorundem psalmo-
rum prædicat Christum, nisi quia illorum mu-
tatio per illum futura prædicta est, per quem
apparet impleta, ut populus dei qui nunc est
populus Christianus, iam non cogatur obser-
uare quæ prophetæ temporibus obserua-
bantur, non quia damnata, sed quia mutata
sunt: Non ut res ipsæ quæ significabantur peri-
rent, sed ut rerum signa suis quæq; temporibus
conuenirent. Ista certe dicta mutatio non psal-
morum titulo intelligentibus paucis signifi-
cantur, sed manifesto præconio propheti-
cæ uocis exprimitur. Aperte promissum est testa-
mentum nouum, non secundum testamentum
quod factum est ad populum quando eductus
est de Aegypto. Cum ergo in illo ueteri testa-
mento præcepta sunt ista quæ nos ad nouum
pertinentes obseruare non cogimur, cur non
Iudæi se potius in uetustate superuacanea re-
manisse cognoscunt: quam nobis noua pro-
missa tenentibus quod uetera non obseruemus
obijciunt? Quoniam ergo, sicut scriptum est in
Cantico canticorum, aspirauit dies, remouean-
tur umbræ, spiritalis significatio iam luceat,
carnalis celebratio iam quiescat.

Canti. 2.

Ex libro de uera innocet. Cap. 34.

Dominus sabbatum soluebat, sed non ideo
reus. Quid est quod dixi sabbatum soluebat?
Lux ipse uenerat, umbras remouebat. Sabba-
tum enim à domino Deo præceptum est, ab ip-
so Christo præceptum qui cum patre erat, quā-
do lex illa dabatur. Ab ipso præceptum est, sed
in umbra futuri. Nemo ergo uos iudicet in ci-
bo aut potu, aut in parte diei festi, aut neome-
niæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futuro-
rum. Venerat quod uenturum ista nunciabāt
delectant umbræ. Obseruatione sabbati quæ
uacatione unius diei figurabatur, ablata per-
petuum sabbatū obseruat qui spe futura quie-
tis est operibus intentus, nec in ipsis bonis a-
ctibus suis, quasi de proprijs, & de his quæ nō
acceperit gloratur illum in se operari cogno-
scens, qui simul operatus & quietus est. Verū
sabbatum Christianus obseruat abstinentes ab
opere seruilis, id est à peccato: quoniam qui fa-
cit peccatum seruus est peccati.

Nemo uos seducat uolens in humilitate & religione An-
gelorum, quæ non uidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis
sue, & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & cō-
iunctiones subministratum & constructum crescit in augmen-
tum dei. Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi
quid adhuc tanquam uiuentes in mundo discernitis?

Et post pauca.

Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neque contrectaueritis,
quæ sunt omnia in interitu ipso usu secundum præcepta & do-
ctrinas hominum: quæ sunt rationem quidem habentia sapien-
tiæ in superstitione & humilitate, et non ad parcendum corpo-
ri, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.]

In his uerbis adhibenda est quedam pronun-
ciatio in uultu, & in modo uocis. Per irritio-
nem quippe uerba posuit eorum qui dicunt
ne tetigeris, neque gustaueris, cum sint om-
nia munda mundis. Hanc autem sub nomine
scientiæ curam uanarum obseruationum ab
his qui philosophi nominati sunt, etiam in iu-
daismo cauendam esse cernebat, ubi erant um-
bræ futurorum remouendæ, quia iam lumen
earum Christus aduenerat.

Ex li. ad Pau.
episcopum

Ambulans frustra inflatus sensu carnis sue, & non tenens
caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones submi-
nistratum & constructum crescit in augmentum fidei.]

Non autem solum uaniloquos & mentis se-
ductores, fabulosa & falsa garrientes, & in eis
uani tatiibus uelut altam scienti promittentes
contra regulam fidei quam catholicam susce-
pistis, cauere debetis: uerum etiam ipsos qui
de diuinæ ipsa immutabilitate naturæ, uel in-
corporea creatura siue creatore ueraciter di-
sputant, & quod dicunt omnino documentis
atq; rationibus certissimis probant, & tamen
ab uno dei & hominum mediatore conantur
auertere: tanquam pestem infidiosiore mæte-
ris fugite. Tales enim sunt de quibus dicit A-
postolus: Quia cognoscetes Deum, non si-
cut deum glorificauerunt.

Ex tracta. enā.
sec. Ioan. 125.

Rom. 1.

Quid enim prodest habere intelligen-
tiam ueram de immutabili dei bono, ei qui
non tenet per quem liberetur à malo?

Si autem mortui estis cum Christo ab elementis huius mun-
di quid adhuc tanquam uiuentes in mundo decernitis?

Quicquid passus est, in illo & nos passi su-
mus, quia & nos quod patimur, in nobis & ip-
se patitur. Quomodo si aliquid patitur ca-
put, nunquid potest dicere manus, quia non
patitur? Aut si aliquid patitur manus: nun-
quid potest caput dicere quia non patitur?

Ex tractatu
Psalm. 62.

Quando aliquid patitur membrum no-
strum: omnia membra currunt ut subueniant
membro quod patitur. Probamus, quia nos
in illo passi sumus dicente Apostolo. Si autem
mortui estis cum Christo, quid adhuc uiuen-
tes de hoc mundo decernitis? Item dicit.

Rom. 5.

Quia uetus homo noster simul crucifixus
est cum illo, ut euacuetur corpus peccati. Si er-
go in illo mortui sumus, in illo etiā resurrexi-
mus. Dixit enim ipse apostolus. Si autem re-
surrexistis cum Christo, quæ sursum sunt
sapite, quæ sursum sunt querite, ubi Chri-
stus est in dextera Dei sedens. Si ergo in illo
mortui

mortui sumus, & in illo resurreximus, & ipse in nobis moritur, & in nobis resurgit: ipsa est unitas capitis & corporis.

Ex tractatu
cua. sec. 10. 29.

Vbi inuenis aliter & aliter, facta est ibi que dam mors, mors enim est non esse quod fuit. Immortalis dicitur anima. Est quidem, quia ui uit semper anima, & est in illa quedam uita permanens, sed mutabilis uita secundum mutabilitatem uite huius, & mortalis dici potest: quia si uiuebat sapienter & desipit, mortua est in deterius, si uiuebat insipienter & sapit, mortua est in melius. Nam esse mortem in deterius, & esse mortem in melius, scriptura nos docet. Vtiq; in deterius mortui erant de quibus dicitur. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Et surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Et quando mortui audiunt, & qui audierint uiuent, in deterius mortui erant: ideo reuiuiscunt. Reuiuiscendo moriuntur in melius quia & in reuiuiscendo non erant quod erant. Non esse autem quod erat, mors est. Sed forteli in melius est, non appelletur mors. Appellauit illam mortem apostolus. Si autem mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis? Et iterum. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Mori nos uult ut uiuamus: quia uiximus ut moreremur.

CAPVT III.

igitur si resurrexistis cum Christo que sursum sunt, querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, que sursum sunt sapite, non que super terram.]

Ex li. co. Fau.

Non utiq; resurreximus sicut Christus sed tamen secundum spem que nobis in illo est: iam nos cum illo resurrexisse testatus est. Vnde etiam dicit. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Tanquam iam data esset eadem salus, Alfo quippe loco dilucidisse dicit. Spe enim salui facti sumus.

Romano. 8.
Ex ser. de ref.
mortuorum

Commutatio que corruptionem non habebit, sanctorum erit illorum qui modo habent resurrectionem spiritus. De qua resurrectione dicit apostolus. Si autem resurrexistis cum Christo: que sursum sunt querite: ubi Christus est in dextera dei sedens, que sursum sunt sapite, non que super terram.

Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo.]

Quomodo mortui secundum spiritum, & resurgimus secundum spiritum, sic postea morimur secundum carnem. Quae est prima mors? Non facere que faciebas: non credere quod credebas. Idolis seruiebat: unum deum cognouit. Mortuus est in idololatria: resurrexit in fide. Ebriosus erat: sobrius est. Mortua est ebrietas, resurrexit sobrietas. Omnia erga facta mala que delinimus facere, quasi mors est in nobis. Si uis esse coelum: purga de corde tuo terram. Si terrenas concupiscentias non habueris, & non frustra sursum te cor habere responderis. Si resurrexistis cum Christo (fidei

Ex tractatu
Psal. 96.

bus apostolus loquitur) que sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera dei sedens, que sursum sunt sapite: non que super terram. Coepisti sapere que sursum sunt, & non que super terram: nonne factus es coelum? Carnem portas, & carne iam coelum es. Conuersatio enim tua in coelis est.

In uoce tubae cornea. Cornu excedit carnem: necesse est ut carnem superando sit firmum. Firmum ad perdurandum, & capax uocis. Sed unde hoc? Quia carnem superauit. Qui uult esse tuba cornea, superet carnem. Quid est, superet carnem? Transcendat carnales affectus uincat carnales libidines. Audi tubas cornetas. Si autem resurrexistis cum Christo (Apo. dicit) que sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, que sursum sunt sapite, non que super terram. Quid est que sursum sunt querite? Id est carnem excedite. Nolite carnalia cogitare. Nondum erant tubae cornea, quibus adhuc loquebatur. Fratres non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escam. Neq; enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Estis enim adhuc carnaliter. Ergo non erant tubae cornea: quia non excellerant carnem. Cornu & carni haeret & carnem excedit, & quamquam de carne oriatur, super carnem est. Fies ergo & ex carnali spiritalis: adhuc carne calcas terram: & spiritu eris in coelum. In carne enim ambulantes, inquit, non secundum carnem ambulamus.

Philip. 3.
Ex tractatu
Psal. 97.

Secundum hanc fidem & spem & dilectionem qua coepimus esse sub gratia, iam commortui sumus cum Christo: & consepulti illi per baptismum, sicut dicit Apostolus. Quia uetus homo noster simul crucifixus est cum illo, & resurreximus cum illo, quia simul nos exci tauit & simul sedere fecit in coelestibus. Vnde est & illa exhortatio. Quae sursum sunt querite, non que super terram. Sed quia sequitur & dicit. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo, cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Satis indicat quid uelit intelligi quia nunc transitus noster de morte ad uitam: qui fit per fidem: spe peragitur futurae in fine resurrectionis & gloriae: cum corruptibili hoc, id est caro ista in qua gemimus modo, induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Nunc enim iam quidem habemus per fidem primitias spiritus: sed adhuc in nobis in ipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Hoc igitur uniuersa Ecclesia, quae in peregrinatione mortalitatis inuenta est, expectat in fine seculi, quod in domini nostri Iesu Christi corpore praemonstratum est, qui est primogenitus a mortuis, quia & corpus eius cui caput est, non nisi Ecclesia est.

1. Cor. 3.
2. Cor. 9.
Ex lib. ad Iac.

Quae sursum sunt querite. Ecce quae sursum sunt sapere iubemur, spiritalia scilicet: que non locis & partibus huius mundi sursum esse intelligenda

1. Cor. 15.
Rom. 8.

Ex li. que
83. q. 29.

telligenda sunt: sed merito excellentiae suae, ne in huius mundi parte figamus animu nostru: quo uniuerso nos debemus exuere. Si deus & hominem de terra, & bestias de terra formauit, quid habet homo excellentius in hac re, nisi quod ipse ad imaginem dei creatus est? Nec tamen hoc secundum corpus, sed secundum intellectum mentis, quamquam in ipso corpore habeat quandam proprietatem quae hoc indicet, quod erecta statura factus est, ut hoc ipso admoneretur non sibi terrena esse sectanda, uelut pecora quorum uoluptas omnis ex terra est. Vnde in altum cuncta prona atq; prostrata sunt. Congruit ergo & corpus eius animae rationali, non secundum lineamenta si quasq; membrorum: sed potius secundum id quod in coelum erectum est ad inuenda quae in corpore ipsius mundi superna sunt. Sic anima rationalis in ea debet erigi, quae in spiritalibus natura maxime excellunt: ut quae sursum sunt sapiat: non que super terram.

Ex li. de Gene.
ad literam 6.

Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria.]

Ex li. ad Iac. 2.

Manifestum est, & cuius aduertenti facile cognitus, quod Luna non augeatur ad oculos nostros, nisi a Sole recedendo, neq; minuatur nisi ad Sole ex parte alia propinquando. Attende nunc quod in Ecclesiastico legitur. Sapiens sicut sol permanet, stultus autem sicut Luna mutatur. Et quis est sapiens qui permanet, nisi Sol ille iustitiae de quo dicitur. Oratus est mihi iustitiae Sol: Et quem sibi non fuisse ortum in die nouissima plangentes impij dicitur sunt. Et iustitiae lumen non luxit nobis, et Sol non ortus est nobis. Nam istum carnis oculis uisibilem Solem oriri facit super bonos & malos Deus, qui etiam pluit super iustos & in iustos. Ducuntur semper ex rebus uisibilibus inuisibilem congruae similitudines. Quis ergo est ille stultus, qui tanquam Luna mutatur, nisi Adam, in quo omnes peccauerunt: Anima quippe humana recedens a Sole iustitiae, ab illa scilicet aeterna contemplatione incommutabilis ueritatis, omnes uires suas in terrena conuertit, & eo magis, magisque obscuratur in interioribus suis. Sed cum redire coeperit ad illam incommutabilem sapientiam: quanto magis ei propinquat affectu pietatis: tanto magis exterior homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, omnisq; lux illa ingenij quae ad interiora uergebat, ad superiora conuertitur & a terrenis quodammodo auertitur, ut magis magisque huius seculo moriatur, & uita eius abscondatur cum Christo in Deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediens, & in uita sua proiciens intima sua: & hoc terra, id est eis qui terrena sapiunt, melius uideretur, cum laudatur peccator in desiderijs animae suae, & qui iniqua gerit, benedicitur. Mutatur autem in melius: cum intentione & gloriam suam a terrenis, quae in hoc seculo apparent paulatim auertit, & ad superiora, atq; in-

Ecclef. 27.

Matth. 5.

Romano. 5.

Psal. 9.

teriora conuertit, & hoc terra, id est eis qui terrena sapiunt, deterius uidetur. Vnde illi impij postremam infructuosam agentes penitentiam, etiam hoc inter multa dicitur sunt. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improprij, nos insensati uitam illorum existimabamus infantiam.

Sapient. 4.

Tunc enim aliquid desiderio nostro non de-

Ex tracta. eua.
sec. Ioan. 7.

erit quando omnia in omnibus erit Deus. Talis finis non habet finem. Nemo ibi moritur, quia nemo peruenit nisi huic seculo moriatur, non morte omnium, qua corpus ab anima deseritur, sed morte electorum: quae etiam cum in carne mortali adhuc moreret, cor sursum ponitur. De quali mortalitate dicebat Apostolus. Mortui enim estis: & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Hinc fortasse dicitur est. Valida est sicut mors dilectio. Hac enim dilectione fit, ut in ista adhuc corruptibili carne constituti moriamur in seculo, & uita uestra cum Christo abscondatur in Deo. Immo ipsa dilectio est mors uestra seculo, uita uestra cum Deo. Si enim mors est quando de mundo amor noster exit: ualida est ergo ut mors dilectio. Quid ea ualidius per que uiuuntur mundus? Quoniam tanquam foenum cito arefcit, & sicut olera prati cito cadunt. Olera prati uisita quaedam sunt & superficiem terrae tenentia, altam radicem non habent. Proinde per hyemem uident, at ubi sol aestatis seruescere coepit, arefcunt. Modo ergo tempus est hyemis, Gloria tua nondum apparet, sed si alta radix est charitatis tuae, sicut multarum arborum, per hyemem tranlit frigus, uenit aestas, id est iudicij dies. Tunc arefcet uiror sceni, tunc apparebit arborum gloria. Mortui enim estis, ait apostolus. Quomodo uidentur arbores per hyemem? Quasi aridae, quasi mortuae. Ergo quae spes? Si mortui sumus, intus est radix. Ibi radix uestra, ubi uita uestra, ubi est charitas uestra. Et uita uestra, inquit, abscondita est cum Christo in deo. Quando arefcet qui sic habet radicem? Quando autem uer nostrum, quando aestas uestra? Quando autem circumuestis dignitas foliorum, & ubertas fructuum, & locupletatur: Quando hoc erit? Audi quod sequitur. Cum Christus apparuerit uita uestra: tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria.

Ex tractatu
Psal. 36.

Omnes ergo diuites boni fideles, sed non diuites huius mundi. Deniq; diuitias suas nec ipsi sentiunt, sentiunt postea. Viuit radix, sed hyemis tempore etiam uiridis arbor arida similis est. Tempore quippe hyemis, & arbor quae ariet, & arbor quae uiget, utraq; nuda est honore foliorum, utraq; uacua honore frugum. Venit aestas, & discernet arbores: uiua radix folia producit: impletur fructibus: inanis arida aestate sicut hyeme remanebit. Itaq; illi horum preparatur: huic securis adhibetur, ut amputata in ignem mittatur. Sic aestas uestra Christi est aduentus, hyems uestra Christi occulta, aestas uestra Christi reuelatio. Deniq; arboribus bonis & fidelibus hanc allocutionem

Ex ser. de uer.
lib. Salomonis

præbet Apostolus. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Certe mortui, sed mortui specie, uiui in radice. At tunc autem uenturum tempus æstatis quomodo sequatur, & dicat. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria.

Ex tracta. euã. sec. 10. 25.

Simus ergo recti corde. Tempus gloriæ nõdum nõdum uenit. Dicatur amatoribus seculi huius quales erant fratres Domini. Tempus uestrum semper est paratum, tempus nostrum nõdum aduenit. Audeamus enim hoc dicere & nos, quoniam corpus domini nostri sumus, quoniam membra eius sumus, quoniam carput nostrum gratanter agnoscimus dicamus prorsus, quoniam propter nos & ipse hoc dignatus est dicere. Quando nobis insultant amatores seculi, dicamus eis. Tempus uestrum semper & paratum, tempus nostrum nondum uenit. Nobis enim dixit Apostolus. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cū Christo in Deo. Quando ueniet tempus nostrum? Cum Christus (inquit) apparuerit uita uestra, tunc & uos cū ipso apparebitis in gloria.

Ex li. de resur. mort.

Mortificate ergo membra uestra que sunt super terram. Mortificatis ergo istis membris resurgimus in fide prius. Quomodo autem præcedit mors secundum spiritum, resurrectionem quæ est secundum spiritum, sic præcessura est mors secundum carnem, resurrectionem quæ futura est secundum carnem. Audi scripturam. Initium sapientiæ timor Domini. Cœpit ergo timere diem iudicij, timendo corrigi se, uigilat aduersus hostes suos, id est aduersus peccata sua. Incipit reuiuiscere interius, & mortificare membra sua quæ sunt super terram, sicut Paulus Apostolus dicit. Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Spiritualia nequitiæ dicit membra super terram. Nam sequitur & exponit. Auaritiam, immunditiam, & cætera quæ illic exequitur. Quantum autem mortificat iste qui timere cœpit diem iudicij membra sua super terram, tantum surgunt & corroborantur membra cœlestia. Membra autem cœlestia, omnia opera bona. Surgentibus cœlestibus membris cœpit desiderare quod timebat. Timebat enim ne ueniret Christus, & inueniret impiũ quem damnaret, desiderat ut ueniat, quia inuenturus est quem coronet. Concupiscentiã malam & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus. Fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus, propter quæ uenit ira Dei super filios incredulitatis, in quibus & uos ambulastis aliquando cum uiueretis in illis. Nunc autem deponite & uos omnia, iram, indignationem, malitiam blasphemiam, turpem sermonem de ore uestro. Nolite mentiri inuicem.]

Ex li. de bap.

Neque auari, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Auaritiam quippe idolorum seruituti comparat. Et auaritiam, inquit, quæ est idolorum seruitus. Quem sensum beatus Cyprianus sic exaggerauit in Epistola ad Antonium, ut eorum peccato qui tempore persecu-

tionis per libellos se thurificatos professi erant, auaros comparare non dubitaret.

Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum.

Veterem hominem nihil aliud Apostolus quam uitam ueterem dicit, quæ in peccato est, in quo secundum Adam uiuitur. De quo dicit. Per unum hominem peccatũ intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertrãsiuit, in quo omnes peccauerunt. Ergo totus homo ille, id est interiore & exteriori sui parte inueterauit propter peccatum, & pœnæ mortalitatis addictus est. Renouatur autem nunc secundum interiorem hominem, ubi secundum sui creatoris imaginem reformatur exuens se iniustitiam, hoc est ueterem hominem, & induens iustitiam, hoc est nouum hominem. Tunc autem cum resurget corpus spiritale quod seminatur animale, etiã exterior, percipiet cœlestis habitudinis dignitatem, ut totum quod creatum est recreatur, & totum quod factum est reficiatur, illo recreante qui creauit, & reficiente qui fecit. Nam quis catholica ueritate instructus ignorat secundum corpus esse alios homines masculos, alios feminas, non secundum spiritum mentis in quo renouamur secundum imaginem Dei?

Sanguis (inquit) filij eius purgabit nos ab omni delicto. Quid est ab omni delicto? Attēdite. Ecce iam in nomine Christi per sanguinem crucis domini, quem nunc cõfessi sunt isti qui appellatur infantes, mundata sunt omnia peccata ipsorum. Veteres intrauerunt, noui exierunt. Quid est, ueteres intrauerunt, noui exierunt? Senes intrauerunt, infantes exierunt. Senectus enim ueternosa, uetusta uita. Infantia autem regenerationis noua uita. Sed quid facimus? Præterita peccata donata sunt, non statim ipsis, sed & nobis. Et post donationem & abolitionem omnium peccatorum uiuendo in hoc seculo inter tentationes quædam forte contracta sunt, ideo quod potest homo faciat. Ipse confiteatur quod est, ut ab illo curetur qui semper est quod est. Ergo te si cõfessus fueris peccatorem, est in te ueritas. Nam ipsa ueritas lux est. Nondum perfecte splenduit uita tua, quia insunt peccata. Sed tamen iam illuminari cœpisti, quia inest confessio peccatorum. Vide enim quid sequatur. Quod si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis & iustus est, ut dimittat nobis delicta nostra, & purget nos ex omni iniquitate. Non tantum præterita, sed & si qua forte contraximus ex hac uita. Quia non potest homo quamdiu carnem portat nisi habere uel leuia peccata. Sed ista leuia quæ dicimus: nolite contemnere. Si contempnis quando appendis, expauesce quando numeras. Leuia multa faciunt unũ grande: multa gutte implent flumen: multa grana faciunt massam. Et quæ spes est? Ante omnia confessione quisquam se iustum putet: & ante oculos dei qui uidet quod est, erigat ceruicem homo qui non erat, & est. Ante omnia ergo confessio:

Ex li. cõt. Pan Romano. 5.

Ex ser. in epi. Ioan. 1. 1. Ioan. 1.

fessio: deinde dilectio. Quia de charitate quid dictum est? Charitas operit multitudinem peccatorum.

Eum qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginẽ eius qui creauit eum: ubi non est masculus & femina: gentilis & Iudeus: circumcisio & præputium: Barbarus & Scythas: seruus & liber: sed omnia & in omnibus Christus. Induite uos ergo sicut electi Dei sancti & dilecti uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam.

Ex li. de Gene. ad literam 3.

Satis ostendit ubi sit homo creatus ad imaginem dei, quia non corporis lineamentis: sed forma quadam intelligibili mentis illuminatione. Sicut enim post lapsum peccati homo in agnitionem Dei renouatur secundum imaginem eius qui creauit eum: ita in ipsa agnitione creatus est antequam delicto ueteralceret. Unde rursus in eadẽ agnitione renouaretur.

Ex li. de tri. 12

Si ergo spiritu mentis renouamur, & ipse nouus homo qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius qui creauit eum: nulli dubium est, non secundum corpus, neque secundum quamlibet partem animæ: sed secundum rationale mentem, ubi potest esse agnitiõ dei, hominem factum ad imaginem eius qui creauit eum. Secundum hanc autem renouationem efficimur etiam filij Dei per baptismũ Christi: & induentes nouum hominem, Christum utiq; induimus per fidem.

Ex li. de tri. 4

Ista renouatio reformatioq; mentis secundum Deum, uel secundum imaginem dei. Sed ideo dicitur secundum deum: ne secundum aliam creaturam fieri putetur.

Ideo autem secundum imaginem dei: ut in eare intelligatur fieri renouatio: ubi est imago dei, id est in mente. Non itaq; sic intelligamus, secundum imaginem eius qui creauit eũ, quasi alia sit imago secundum quam renouatur, non ipsa quæ renouatur.

Ex tract. euã. sec. 10. 5. Ioan. 13.

Supportantes inuicem, & donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut & dominus donauit uobis, ita & uos.]

Lauando pedes iam honorum atque mundorum discipulorũ significauit Dominus propter humanos quibus in terra uersamur affectus, quantumlibet proficerimus in apprehensione iustitiæ, nos sine peccato non esse. Quod subinde abluuit interpellando pro nobis, cum oramus patrem qui in cœlis est: ut debita nostra dimittat nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quomodo ergo adhuc intellectum poterit pertinere hoc quod ipse postea docuit: ubi illi operis statim exposuit rationem dicens. Si ergo laui pedes uestros Dominus & magister, debetis & uos alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis: ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos facitis. Nunquid dicere possumus quod etiam frater fratrem a delicti poterit contagione mundare? Immo uero id etiam nos esse admonitos in huius dominici operis altitudine nouerimus ut confessi inuicem delicta nostra oremus pro nobis, sicut Christus interpellat pro nobis. Audiamus Apostolum Iacobum hoc ip-

sum euidentissime precipientem ac dicentem. Confitemini inuicem delicta uestra, & orate pro uobis, quia ad hoc Dominus nobis dedit exemplum. Si enim ille qui ullum peccatum nec habebit, orat pro peccatis nostris: quanto magis nos inuicem pro nostris orare debemus? Et si dimittit nobis ille cui non habemus quod dimittamus, quanto magis dimittere debemus inuicem nobis: qui sine peccato hic uiuere non ualemus? Quid enim uideretur in hac altitudine sacramenti Dominus significare, cum dicit. Exemplũ enim dedi uobis, ut quẽ admodum ego feci uobis, ita & uos faciatis, nisi quod aperuissime dicit Apostolus, Donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit uobis, ita & uos? Inuicem itaque nobis delicta donemus, & pro nostris delictis inuicem oremus, atque ita quodammodo inuicem pedes nostros lauemus. Nostrũ est donante ipso ministerium charitatis & humilitatis exhibere: illius est exaudire, ac nos ab omni peccatorũ contaminatione mundare per Christum, & in Christo, ut quod etiã alijs dimittimus, hoc est in terra soluimus, soluat in cœlo.

Super omnia autem hæc charitatem habentes, quod est uiscerum perfectionis, & pax Christi exaltet in cordibus uestris, in qua & uocati estis in uno corpore, & grati estote. Verbum Christi habitet in uobis abundanter, in omni sapientia.

Tunica illa sortita, omnium partium significat unitatem, quæ charitatis uinculo continetur. De charitate autem locuturus Apostolus, Super eminentiorem (inquit) uiam uobis demonstro, & alio loco ait. Cognoscere etiam super eminentem scientiæ charitatem Christi. Itemque alibi. Super omnia autem hæc charitatem quæ est uinculum perfectionis. Si ergo & charitas super eminentiorem habet uiam & supereminet scientiæ, & super omnia præcepta est, merito uestis qua significatur, desuper contexta perhibetur.

Inconsutilis autem, ne aliquando dissuatur: & ad unum peruenit: quia in unum omnes colligit.

Docentes & commonentes uosmetipsos in Psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus in gratia, cantantes in cordibus uestris Deo. Omne quodcumque facitis in uerbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo & patri per ipsum.

Nec enim omnis qui labijs personat, cantat canticum nouum, sed qui eo modo cantat, ut Apostolus admonet dicens, Cantantes & psallentes in cordibus uestris Domino. Intus enim est hoc gaudium, ubi uox laudis & cantatur, & auditur. Qua uoce laudatur, qui gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente, amatoremq; suum accendit in se gratia sancti spiritus sui.

Mulieres subdite estote uiris sicut oportet in Domino. Viri diligite uxores uestras, & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est in Domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios uestros, ut nõ pusillo animo fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus,

1. Cor. 3.

Ex tract. euã. sec. 10. 105. 1. Cor. 12.

Ex li. de grat. noui testamẽti Deut. 6.

Ex li. quæst. Gen. titu. 140.

bus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Deum.

Est etiam ordo naturalis in hominibus, ut seruiant feminae uiris, & filij parentibus, quia & illic haec iustitia est, ut infirmior ratio seruiat fortiori. Haec igitur in dominationibus, & seruitutibus clara iustitia est, ut qui excellunt ratione, excellent dominatione. Quod cum in hoc seculo per iniquitatem hominem perturbatur, uel per naturam carnalium diuersitatum, serunt iusti temporalem diuersitatem, in fine habituri ordinatissimam, & sempiternam felicitatem.

Ex li. eod. Pauli sum tit. 12.

Quam multi in nostra comunione ueraciter faciunt ista sublimiora praecipua Euangelica: quam multi homines utriusque sexus ab omni concubitu puri atque integri, quam multi experti & postea continentes, quam multi rerum suarum distributores & relictores, quam multi ieiunij, uel crebris uel quotidianis, uel etiam, incredibiliter continuatis corpus seruituti subijcientes, quam multae fraternae congregationes nihil habentes proprium, sed omnia communia: & haec non nisi ad uictum, & tegumentum necessaria, unam animam, & cor unum in Deum charitatis igne conflagrantes: quam multi humiliter & fideliter sanctum custodientes propositum usque in finem perseverant, & salui fiunt, in quorum societate quasi dispersae apparent: sed tamen eadem charitate copulantur, qui propter aliquam necessitudinem secundum Apostoli exhortationem habent uxores tanquam non habentes, & emunt tanquam non possidentes, & utuntur hoc mundo tanquam non utentes. His subiunguntur secundum abundantes diuitias misericordiae dei etiam illi quibus dicitur. Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi, & iterum ad id ipsum estote: ne uos tentet satanas propter in temperantiam uestram. Hoc autem dico secundum uentiam, non secundum imperium. Qualibus idem Apostolus dicit. Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis uobiscum. Et eorum portans infirmitatem paulopost dicit. Secularia igitur iudicia si habueritis, eos qui contemptibiles sunt in Ecclesia hos collocate. Neque enim illi soli, qui ut sint perfecti uendunt, uel dimittunt omnia sua & sequuntur Dominum, pertinent ad regnum caelorum: sed huic militiae Christianae propter quoddam quasi commercium charitatis subiungitur etiam quadam stipendiaria multitudo, cui dicitur in fine. Esuriui, & dedistis mihi manducare & caetera. Alioquin damnandi erunt illi, quorum domos tam negligenter & sollicite componit Apostolus: monens mulieres subditas esse uiris suis, uiros diligere uxores suas: filios obtemperare parentibus: parentes filios nutrire in disciplina: & correptione Domini, seruos obedire cum metu Domini carnalibus: Dominos quod iustum est, & aequum, seruis prestare. Sed absit ut istos a mandatis Euangelicis alienos, & a uita aeterna se-

1. Cor. 7.

ibidem

1. Cor. 6.

parandos iudicet, quia ubi ait Dominus, Si quis non tulerit crucem suam, & secutus me fuerit, non potest meus esse discipulus, exhortans firmiores ad perfectionem, ibi statim & ipsos consolatus est dicens. Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, & qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Unde non tantum qui modicum uini Timotheo dedit propter stomachum, & frequentes infirmitates eius, sed etiam qui saniori atque fortiori calicem aquae frigidae porrexerit tantum in nomine discipuli, sicut ibi sequitur, non perdet mercedem suam.

Haec tibi regula proponitur. Nonne manifestum est eum minime offendendum qui maior est caeteris? discute nunc maiores tuos. Primum tibi sunt mater & pater, si recte educantes, si in Christum nutrietes, audiendi in omnibus, obtemperandum eis in omni iussione, contra maiorem si nihil iubeant, & seruiatur illis. Quis est, inquit, maior eo qui me genuit? nonne ille qui te ipsum creauit? Generat enim homo, creat Deus. Unde generat homo nescit, quid generaturus sit, nescit. Ille qui te uidit ut faceret antequam esset quem fecit, certe maior est patre tuo. Maior sit patria & ipsi parentibus tuis, ut quicquid iusserint parentes contra patriam, non audiat, & quicquid iusserit patria contra deum audiatur. Si enim sanari uis, si post fluxum sanguinis, si post duodecim annos in illo morbo, si post consumpta omnia in medicis & non recepta sanitate, aliquando uis sana fieri, & mulier quam alloquor in typo Ecclesiae, iubet illud pater tuus, & illud iubet populus tuus. Sed dicit tibi dominus tuus. Obluiscere populum tuum, & domum patris tui. Quo honore? Quo fructu? Qua mercede? Quoniam concupiuit, inquit, Rex decorem tuum. Concupiuit quod fecit, quoniam ut faceret pulchram, foedam amauit, pro infideli & foeda sanguinem fudit, fidelem & pulchram reddidit, dona sua in te amauit. Quid enim sponso tuo contulisti? Quid in dotem a priore patre, & priore populo accepisti? nonne luxurias & pannos peccatorum? Abiecit pannos tuos, discidit cilicium tuum, miserus est ut ornaret, ornauit ut amaret. Pax domestica est ordinata cohabitatio imperandi obediendique concordia. Imperant enim qui consulunt, sicut uir uxori, parentes filijs, domini seruis. Obediunt autem quibus consulunt, sicut mulieres maritis, filij parentibus, serui Dominis. Sed in domo iusti uentis ex fide, & adhuc ab illa ciuitate peregrinantis, etiam qui imperat seruiunt eis quibus uidentur imperare, quia non dominandi cupiditate imperat, sed officio consulendi, nec principandi superbia, sed prouidendi beneficentia. Quocumque facitis, ex animo operamini, sicut dominis & non hominibus: scientes quod a Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique gessit, & non est personarum acceptio apud Deum.]

Ex ser. 1. de uer. euang.

Ex lib. sen. Prosperi.

Eam

Ex li. sent. Prosperi.

Am Deus innocentiam probat, qua homo non metu poenae fit innocens, sed amore iustitiae. Nam qui timore non peccat, quamuis non noceat cui uult nocere, sibi tamen plurimum nocet, & abstinens ab iniquo opere, sola tantum est uoluntate. Simulata innocetia, non est innocetia, simulata aequitas non est equitas, sed duplicatum peccatum, in quo est iniquitas & simulatio. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet idem quod inique gessit. Et non est personarum acceptio apud deum.

Ex lib. sen. Prosperi.

Nomen & conditionem seruitutis culpa genuit non natura. Et prima huius subiectionis causa peccatum est, quia supernus Dominus dicit. Qui facit peccatum seruus est peccati. Ac per hoc multi quidem religiosi Dominis iniquis, non tamen liberis seruiunt. A quo enim quis deuictus est, huius seruo additus est. Et utique foeliciter seruitur homini quam libidini, cum seuisimo dominatu uasit corda mortalium (ut alia omittam) libido ipsa dominandi hominibus. Melior est tristitia iniqua patientis, quam latitia iniqua facientis. De malitia mali flagellatur bonus, & de seruo emendatur filius.

CAPVT IIII.

Ex lib. de ciui. dei. 19.

Domini quod iustum est & equum seruis praestare: scientes quod & uos Dominum habetis in caelo.]

Etiam si habuerint seruos iusti parentes nostri, sic amministrabant domesticam pacem, ut secundum haec temporalia bona filiorum fortem a seruorum conditione distinguerent: ad Dominum autem colendum, in quo aeterna bona speranda sunt, omnibus domus suae membris pari dilectione consulerent. Quod naturalis ordo ita praescribit, ut nomen patrum familias hinc exortum sit, & tam late uulgatum, ut etiam inique dominantes hoc se gaudeant appellari. Qui autem ueri patres familias sunt, omnibus in familia sua tanquam filijs ad colendum, & promerendum Deum consulunt, desiderantes atque operantes uenire ad caelestem domum, ubi necessarium non sit officium operandi mortalibus: quia necessarium non erit officium consulendi iam in illa immortalitate foelicibus. Quo donec ueniat, magis debent patres quod dominantur, quam serui tolerare quod seruiunt.

Ex lib. sent. Prosperi.

Ex episto. ad Marcel.

Sicut in potestatibus societatis humanae maior potestas minori ad obediendum praenotatur, ita Deus omnibus. Qui doctrinam Christi aduersam dicunt esse reipublicae, dent exercitum talem, quales doctrina Christi milites esse iussit. Dent tales prouinciales, tales maritimos, tales coniuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales seruos, tales reges, tales iudices, tales denique debitorum ipsius fisci redditores & exactores, quales esse praecipit doctrina Christiana, & audeant eam dicere aduersam esse reipublicae: immouero non dubitent confiteri, magnam si ei obtemperetur salutem esse reipublicae.

Orationi instate uigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermo-

nis ad loquendum mysterium Christi: propter quod etiam uimatus sum, ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. Insipientia ambulat ad eos qui fors sunt tempus redimentes. Sermo uerster semper in gratia sale sit conditus: ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere. Quae circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, & conseruus in Domino: quem misi ad uos ad hoc ipsum ut cognoscat quae circa uos sunt: et consoletur corda uestra cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex uobis est: qui omnia quae hic aguntur nota facient uobis. Salutat uos Aristarchus conceptiuus meus: & Marcus consobrinus Barnabae: de quo accepistis mandata. Si uenerit ad uos, suscipite illum. Et Iesus qui dicitur iustus: qui sunt ex circumcissione. Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei: qui mihi fuerunt solatio.

Ex ser. in epi. loant. 1.

Ioannes dicit. Et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Sed dicit aliquis. Ergo non petunt pro nobis? Sed attendite scripturas, & uidete quia praepositi commendant se populo. Nam Apostolus dicit plebi. Orantes simul & pro nobis. Orat Apostolus pro plebe: orat plebs pro Apostolo. Oramus pro uobis fratres: sed & uos orate pro nobis inuicem: pro se omnia membra orient: caput pro omnibus interpellat.

Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Iesu Christi: semper sollicitus pro uobis in orationibus: ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate Dei. Testimonium enim illi perhibeo quod habet multum laborem pro uobis: et pro his qui sunt Laodiceae, & qui Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceae & Nympham, & quae in domo est Ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud uos Epistola haec, facite ut in Laodicensium Ecclesia legatur, & ea quae Laodicensium est, uobis legatur. Et dicit Archippo. Vide ministerium quod accepisti in domino, ut illud impleras. Salutatio mea manu Pauli. Memores estote uinculorum meorum. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Amen.

Ex lib. de cor. & grat.

Si dixerimus istam perseverantiam tam laudabilem, tamque foelicem sic esse hominis ut ei non sit ex Deo, illud primitus euacuamus quod ait Dominus Petro. Rogavi pro te, ne deficiat fides tua. Quid enim rogauit nisi perseverantiam usque in finem? Quae profecto si ab homine homini esset, a Deo postcenda non esset: Deinde cum dicat Apostolus, oramus ad dominum ne quid faciatis mali, proculdubio perseverantiam eis orat ad Deum. Neque enim nihil mali facit qui bonum deserit, & a quo declinare debet, inclinatur in malum non perseverans in bono. Illo etiam loco ubi dicit, Gratias ago deo in omni memoria uestra semper, in omni pace mea, pro omnibus uobis cum gaudio deprecationem faciens super omni communicatione uestra in Euangelio a prima die usque nunc, confidens hoc ipsum, quoniam qui cepit in uobis opus bonum, ipse perficiet usque in diem Christi Iesu, quid aliud eis quam perseverantiam in bono usque in finem de Dei miseratione promittit? Itemque ubi dicit, Salutat uos Epaphras qui ex uobis est seruus Christi Iesu semper certans pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate Dei. Quid est ut stetis, nisi ut perseveretis? Unde dictum est de diabolo. In ueritate non sit

Q99 tit.

tit, quia fuit ibi, ſed non permanſit. Nam utiq; iſti in fide iam ſtabant: Nec aliud oramus, cum oramus ut qui ſtat, ſtet, niſi ut perfeueret. Item Iudas Apoſtolus cum dicit, ei autem qui potens eſt conſeruare eos ſine offenſione, & conſtituere ante conſpectum gloria ſuæ immaculatos in lætitiâ, nonne apertiffime oſtendit dei donum eſſe in bono perfeuerare uſq; in finē? Quid enim aliud donat qui conſeruat ſine offenſione, ut conſtituat ante conſpectum gloria ſuæ immaculatos in lætitiâ, niſi perfeuerantiam bonam? Quid eſt etiam quod in Apoſtorum actibus legimus, Audientes autem gratæ gauifæ ſunt, & exceperunt uerbum Domini, & crediderunt quotquot erant ordinati in uitam æternam? Quis in æternam uitam potuit ordinari ſine perfeuerantiæ dono? Quando quidem qui perfeuerauerit uſq; in finē, hic ſaluus erit. Qua ſalute, niſi æterna? Cum uero in oratione dominica Deo patri dicimus, Sanctificetur nomē tuum, quid aliud dicimus quā ut nomen eius ſanctificetur in nobis? Quod cū iam per lauacrum regenerationis effectum ſit, quare quotidie à fidelibus poſcitur, niſi ut in eo qd factū eſt in nobis, perfeueretur à nobis.

Actuum. 13.

Matth. 6.

ARGVMENTVM IN EPISTOLA ad Theſſalonicenſes. I.

Theſſalonicenſes ſunt Macedones, qui accepto uerbo ueritatis perſiſterunt in fide, etiam in perſecutione ciuium ſuorum. Præterea nec receperunt falſos Apoſtolos, nec ea quæ à falſis Apoſtolis dicebantur. Hos collaudat apoſtolus ſcribens eis ab Athenis per Tychicum diaconum, & Onesimum acolytum.

EXPOSITIO
PRIORIS EPISTOLAE
BEATI PAULI APOSTOLI AD
Theſſalonicenſes ex operibus diui Auguſtini, per uenerabilem Bedā collecta.

CAPVT I.



Aulus & Syluanus & Timotheus, Theſſalonicenſum eccleſiæ: in deo patre noſtro et domino Ieſu Chriſto, gratia uobis & pax, gratias agimus deo ſemper pro omnibus uobis memoriâ ueſtri faciētes in orationibus noſtris, ſine intermiſſione memores operis ſidei ueſtræ & laboris, & charitatis, et ſuſtinentiæ ſpei Domini noſtri Ieſu Chriſti ante deū et patrē noſtrū ſcientēs fratres dilecti à deo electionē ueſtrā, quia euangeliū noſtrū non fuit ad uos in ſermone tantū, ſed & in uirtute, & in ſpiritu ſancto, & in plenitudine multa: & ſicut ſcitis quales fuerimus in uobis propter uos, & uos imitatores facti eſtis et domini: excipientes uerbum in tribulatione multa cū gaudio ſpiritus ſancti, ita ut facti ſit

tis forma omnib. credentibus in Macedonia et in Achaia. A uobis enim diſſamatus eſt ſermo domini, nō ſolū in Macedonia et Achaia, ſed et in omni loco fides ueſtra quæ eſt ad deū profecta eſt: ita ut nō ſit nobis neceſſe quicquā loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualē introitū habuerimus ad uos: & quomodo cōuerſi eſtis ad deum à ſimulacris ſeruare deo uiuo & uero.]

Iudeorū proprie Synagoga dici ſolet, quam uis & eccleſia dicta ſit: noſtrā uero Apoſtoli nunquam Synagogam dixerunt, ſed ſemper eccleſiam, ſiue diſcernēdi cauſa ſiue qd inter congregacionem, unde Synagoga, & conuocacionem, unde eccleſia nomen accepit, diſtinet aliquid: quod ſcilicet congregari & pecora ſolent, quorum & greges proprie dicimus. Conuocari autē magis eſt utentiū ratione, ſicut ſunt homines. Vnde ex perſona ipſius Aſaph in alio Pſal. canitur. Quasi pecus factus ſum à te, et ego ſemper tecū. Quando utiq; quāuis uis uero deo mācipatus uideretur: pro magnis tamen ac ſummis bonis ab illo carnalia, terrena, temporalia requirebat. Et expectare filiū eius de cœlis, quē ſuſcitauit ex mortuis Ieſum, q. eripuit nos ab ira uētura. Ira Dei non perturbatio eſt, ſed iudicium quo interrogatur pœna peccati.

Ex tractatu Pſalm. 81.

Ex lib. ſen. Proſperi.

CAPVT II.

Nam & ipſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad uos, quia non inanis fuit: ſed ante paſſi multa & contumelijs affecti ſicut ſcitis in Philippis, fiduciam habuimus in Deo noſtro loqui ad uos Euangelium Dei in multa ſollicitudine. Exhortatio enim noſtra non de errore, neq; de immunditia, neq; in dolo: ſed ſicut probati ſumus à deo ut crederetur nobis euangelium, ita loquimur: non quaſi hominibus placentes: ſed Deo, qui probat corda noſtra. Neq; enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neq; in occaſione auaritiæ, Deus teſtis eſt: nec quaerentes ab hominibus gloriam, neq; à uobis, neq; ab alijs cum poſſemus uobis oneri eſſe, ut Chriſti Apoſtoli.

Ex lib. ſen. Proſperi.

Quas uires nocendi habeat humane gloriæ amor, nō ſentit niſi qui ei bellum indixerit, gaſi cuiquam facile eſt laudem non cupere dum negatur, difficile eſt ea non delectari cū offert. Sed facti ſumus paruuli in medio ueſtrum, tanquam ſinuatrix foueat filios ſuos ita deſiderantes uos cupide, uolebamus tradere uobis non ſolum euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras: quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. Memores enim eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis: nocte & die operantes, ne quem ueſtrum grauaremus: predicauimus in uobis Euangelium Dei. Vos teſtes eſtis & deus, quam ſanctē & iuſtē, & ſine querela uobis qui credidiſtis aſſuimus, ſicut ſcitis: qualiter unū quemq; ueſtrum ſicut pater filios ſuos deprecantes uos & conſolantes, teſtificati ſumus ut ambularetis digne Deo qui uocauit uos in ſuum regnum & gloriam.]

Ex tractatu Pſalm. 49.

Non nutrix nutriens filios, ſed nutrix fouens filios ſuos. Sunt enim matres, quæ cum pepererint dant nutricibus: illæ quæ pepererunt non fouent filios ſuos, quia nutriendos dederunt: ille autem quæ fouent, non ſuos fouent, ſed alienos. Ille uero ipſe pepererat ipſe fouet, nulli nutrici quos pepererat committēbat. Dixerat enim, Quos iterū parturio do, nec Chriſtus formetur in uobis. Fouebat ergo & lactabat. Erant autem quidam quaſi doctores ſpirituales, qui Paulo detrahebant. Epistolę quidem (autē) graues & fortes ſunt, præſentia autem

autem corporis infirma, & ſermo contemptibilis. Dicit ipſe in Epistoła ſua quosdam detraçtores ſuos ita dixiſſe. Sedebant, & aduerſus fratrem ſuum detrahebant, & aduerſus filium lactandum matris ſuæ ponebant ſcandalum, merito fecerunt ipſi matri, ut iterū parturiret. Ex ſermone de tribus uirgis.

Ideo non dixit mater, quia aliquando matres, uel delicaciores ſunt, uel minus amantes filios ſuos, cū pepererint tradunt alijs nutriendos. Rurſum ſi ſolum dixiſſet tanquam nutrix fouens, & non addidiſſet filios ſuos, tanquam ab alia pariente nutriendos accepiſſe uideretur. Et nutricem ſe dixit quia alebat: & filios ſuos quia ipſe pepererat: dicens. Filioſi mei quos iterum parturio quoaduſq; reformetur Chriſtus in uobis. Parit autem ſiue parturit Eccleſia utero non ſemine ſuo.

Ex ſer. de uer. euā. 1.

Et mater paruulum amat nutrire, ſed eum non amat paruulum remanere. In ſinu tenet, manibus fouet, blanditijs conſolatur, lacte nutrit. Omnia paruulo facit, ſed optat ut creſcat ne ſemper talia faciat. Videte Apoſtolū. Melius enim ipſum intuemur qui ſe etiam matrem non dedignatus eſt dicere, ubi ait. Factus ſum paruulus in medio ueſtrum tanquam nutrix fouens filios ſuos. Sunt enim nutrices fouentes quidem, ſed non filios ſuos. Item ſunt matres nutricibus dantes, non fouentes filios ſuos. Apoſtolus uero germano, & pingui charitatis affectu & nutricis perſonam ſuſcepit dicendo, fouet, & matris, addendo filios ſuos. Idem ergo nutritor & fotor, alio loco dicit.

1. Cor. 2.

Cum timore & tremore multo ſui apud uos. Sed dicis, quales illi erant, ut ille cum timore & tremore multo eſſet ad illos? Tanquam paruulus, inquit, in Chriſto, lac uobis potum dedi non eſcam. Neque enim poteratis, ſed nec adhuc poteſtis. Eſtis enim adhuc in carne. Quos carnales dicit, paruulos tamen in Chriſto dicit: ſic arguit, ut nō abdicet. Et carnales & paruuli in Chriſto, non uult tamen eos eſſe carnales, quos dicit paruulos eſſe in Chriſto. Oportet eſſe ſpirituales omnia dijudicantes, & qui à nemine dijudicentur. Animalis enim homo, ſicut ipſe dicit, non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia eſt enim illi, & non ſcire poteſt quoniam ſpiritualiter dijudicatur. Spiritus autem dijudicat omnia, ipſe autem à nemine dijudicatur. Idem ipſe dicit. Sapientiam loquimur inter perfectos. Vt quid ergo loqueris ſi inter perfectos? Quid enim opus eſt te loquente homini perfectos? Sed quere in quo perfectus ſit. Forte enim non inuenio perfectum cognitorē, ſed iam inuenio perfectum auditorem. Eſt ergo & auditor perfectus mente iam carpat, cui ſolidus cibus nullam faciat perturbacionem, nullam ingerat cruditatē. Quis eſt hic & laudabimus eū? Scalas uidit Iacob per ſomnium, & ipſis ſcalis aſcendentes & deſcēdentes angelos. Sic eſt & eccleſia fratres. Angeli dei boni predicatores predicātes Chriſtū, hoc eſt ſuper filiū hominis aſcendūt & de-

Eccleſ. 31. Ex tracta. euā. ſec. Ioan. 7.

ſcendunt. Quomodo aſcēdunt? quomodo deſcendunt? Ex uno habemus exemplum, audi Paulum Apoſtolum, quod in ipſo inuenimus, hoc de cæteris ueritatis prædicatoribus credamus. Vide Paulum aſcendentem. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim raptum fuiſſe uſq; in tertium cœlum, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio deus ſcit, & audiſſe ineffabilia quæ non licet homini loqui. Qui aſcendentem audiſtis, deſcendentem audite. Non potui loqui uobis quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Quaſi paruulus in Chriſto lac uobis potum dedi non eſcam. Ecce deſcendit qui aſcenderat. Quare quo aſcēderit, uſq; in tertium cœlum. Quare quo deſcenderit, uſq; ad lac paruulis dandum. Audi qua deſcendit. Factus ſum, inquit, paruulus in medio ueſtrum tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos. Videmus enim & nutrices & matres deſcendere ad paruulos: & ſi norunt Latina uerba dicere, decurtant illa, & quaſſant quodammodo linguam ſuam ut poſſint de lingua diſerta fieri blandimēta puerilia: quia ſi ſic dicant, non audit infans nec proficit infans. Et diſertus aliquis pater ſi ſit tantus orator ut lingua illius fora concrepent, & tribunalia concutiantur, ſi habeat paruulum ſuum, cum ad domum redierit ſeponit forenſem eloquentiam quo aſcenderat, & lingua puerili deſcendit ad paruulum. Audi uno loco ipſum Apoſtolum aſcendentem & deſcendentem in una ſententia. Siue enim, inquit, mēte exceſſimus deo ſiue temperantes ſumus uobis. Quid eſt mente exceſſimus Deo: ut illa uideamus quæ non licet homini loqui. Quid eſt temperantes ſumus uobis? Nunquid iudicauit me ſcire aliquid inter uos niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum? Sed quod ipſe deus aſcendit, & deſcendit, manifeſtum eſt, quia & prædicatores ipſius aſcendunt imitatione, deſcendunt prædicacione.

1. Cor. 12.

1. Cor. 2.

Ideo & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione: quoniam cum accepiſſetis à nobis uerbum auditus dei accepiſtis illud non ut uerbum hominum, ſed ſicut eſt uere uerbum Dei qui operatur in uobis qui credidiſtis. Vos enim imitatores facti eſtis fratres eccleſiarum dei quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu: quia eadem paſſi eſtis & uos à contribulibus ueſtris ſicut & ipſi à Iudæis: qui & dominum occiderunt Ieſum, & prophetas, & nos perſecuti ſunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur: prohibentes nos gentibus loqui ut ſaluæ ſiant: ut impleant peccata ſua ſemper. Peruenit ira dei ſuper illos uſq; in finem. Nos autem fratres deſolati à uobis ad tempus ore, aſpectu non corde, abundantius feſtinauimus faciem ueſtram uidere cum multo deſiderio, quoniam uoluimus uenire ad uos: ego quidem Paulus & ſemel & iterum, ſed impediuit nos ſatanas. Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudiū, aut corona gloriæ: nonne uos ante dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudiū.]

Quid eſt quod hinc deo gratias agit? Nempe uanum eſt atq; inane, ſi cui gratias agit, hoc ipſe nō fecit. Sed quia hoc uanū & inane non eſt, profecto deus, cui de hoc opere gratias agit, ipſe fecit, ut cū percepiſſent ab Apoſtolo

Ex lib. de præd. ſan.

uerbum auditus dei, exciperent illud non ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum Dei. Deus igitur operatur in cordibus hominum uocatione illa secundum propositum suum, non ut inaniter audiant Euangelium, sed eo audito conuertantur & credant, excipientes non ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum dei.

CAPVT III.

Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis, & misimus Timotheum fratrem nostrum & ministrum dei in euangelio Christi ad confirmandos uos & exhortandos pro fide uestra ut nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Nam & cum apud uos essemus, predicabamus uobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est & scitis. Propterea & ego amplius non sustines, nisi ad cognoscendam fidem uestram: ne forte tentauerit uos is qui tentat: & inanis fiat labor noster. Nunc aut ueniente Timotheo ad nos a uobis & annunciate nobis fide & charitate uestra, et quia memoria nostri habetis bona semper, desiderantes nos uidere sicut & nos quoque uos, ideo consolati sumus fratres in uobis in omni necessitate & tribulatione uestra per fidem uestram quoniam nunc uiuimus si uos statis in domino.

Defecit (inquit) in dolore uita mea. Dicit apostolus. Nunc uiuimus, si uos statis in domino. Quicumque perfecti sunt ex euangelio & gratia Dei, non hic uiuunt nisi propter alios. Nam uita eorum in hoc seculo eis iam non esset necessaria. Sed quia dispensatio eorum alijs necessaria est, fit in eis quod ait idem apostolus concupiscentiam habens dissolui & esse cum Christo. Multo enim magis optimi: manere in carne necessarium propter uos. Quando aut uidet homo ex dispensatione sua, ex laboribus suis, ex predicatione sua non proficere homines, infirmatur in egestate uita eius.

Nunc autem uiuimus si uos fratres statis in domino. Nolo in nobis, sed in domino, quia ne que qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.

Ammonemus charitatem uestram, & uos exhortamur in domino: presentia contemnatis fratres mei, quae non uobiscum moriendo portatis. Cauetis peccata, cauetis iniquitates, cauetis seculares cupiditates. Tunc est enim fructus noster in uobis integer, & merces uestra apud deum plena gaudiorum. Nam & si dicimus quod dicendum est, etsi predicamus quantum predicandum est, & soluimus nos apud dominum in conspectu domini, quia non tacuimus quod timeamus, non tacuimus quod amamus, ut super quem uenerit gladius iudicis dominice, quid speculatore imputet non inueniat: tamen nolumus mercedem uestram securam esse uobis perditis, sed uobis inuentis. Nam & apostolus Paulus securus erat de mercede sua: & tamen quod ait populo: Nunc uiuimus si uos statis in domino.

Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro uobis in omni gaudio quo gaudemus propter uos ante deum: nocte ac die abundatius orantes ut uideamus faciem uestram, & compleamus ea quae desunt fidei uestrae: ipse autem deus & pater noster, & dominus Iesus Christus dirigat uiam uestram ad uos.

Ex tractatu Psal. 30.

Ex ser. de uer. euang. 5. 1. Cor. 3. Ex ser. de uer. libr. ecclesiast.

Cernebat utique quandam fabricam spiritalem, sicut alibi dicit. Dei edificatio estis, & in ea cernebat utrumque, & unde gauderet, & unde fatageret. Gaudebat ex eo quod iam edificatum uidebat: fatagebat ex eo quod usque ad culmen perfectionis adhuc edificandum esse sentiebat.

Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat in charitate inuicem, & in omnes quemadmodum & nos in uobis ad confirmanda corda uestra sine querela in sanctitate ante deum & patrem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

Apostolus Paulus benedicens Thessalonicenses. Vos (inquit) dominus multiplicet & abundare faciat in charitate inuicem, & in omnes. Hanc benedictionem dedit, ut nos inuicem diligeremus: qui legem dederat, ut inuicem diligamus.

CAPVT IIII.

De cetero ergo fratres rogamus uos & obsecramus in domino Iesu, ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat uos ambulare & placere Deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quae praecepta dederim uobis per dominum Iesum. Haec est enim uoluntas Dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos a fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passionibus desiderij, sicut & gentes quae ignorant Deum. Et ne quis supergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam uindex est dominus de his omnibus, sicut praediximus uobis & testificati sumus. Non enim uocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui haec spernit non hominem spernit sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere uobis. Ipsi enim uos a deo didicistis: ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres, in uniuersa Macedonia. Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis, & operam detis ut quieti sitis, & ut uestrum negotium agatis, & operemini manibus uestris sicut praecipimus uobis, & ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.

Adulterium facere prohiberis ne noceas proximo. Quomodo enim non uis accedi ad tuam, sic non debes accedere ad alie nam uxorem. Si autem tua intemperanter usus fueris, nunquid uideris nocere alicui, quia tua ueris? Sed eo ipso concessio immoderatius utendo, corrumpis in te templum Dei: nemo te accusat extraneus. Sed quod responsum dabit conscientia tua Deo dicenti per apostolum: Ut sciat unusquisque uestrum suum uas possidere in sanctificatione, non in morbo desiderij sicut & gentes quae ignorant deum: Quis autem habet uxorem, qui eo modo utatur uxore ut non excedat legem liberos procreandi: Ad hoc enim data est. Conuincunt te tabulae quae scribuntur in matrimonio, pactus es quemadmodum duceres.

Resonat tibi scriptura pacis liberos procreandorum causa. Non ergo accedas si potes nisi liberorum procreandorum causa. Si modum exceperis, contra illas tabulas facies & contra pactum. Nonne manifestum est? Eris mendax, & pacti uiolator, & quaerit in te Deus

Ex li. cot. Rom. titul. 3. 1. Cor. 3.

Ex libr. de gra. & libero arti.

Ex ser. de con. uer. Pau.

Deus integritatem templi sui, & non inuenit. Non quia tua non usus es, sed quia immoderate us usus es. Nam & uinum de apotheca tua bibis & tamen sic bibis ut inebrieris, non quia re tua usus es, ideo non peccasti. Donum enim Dei conuertisti ad corruptionem tuam. Quid ergo fratres? certe manifestum est & renunciat omnium conscientia, quam difficile est sic uti rebus concessis, ut non aliquantum excedatur modus. Quia do autem exceperis modum, offendis deum cuius templum es. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Nemo se fallat: quisquis templum dei corruperit, corrumpet illum deus. Dicta sententia est: teneris reus. Quid dicitur es in orationibus tuis quando rogabis deum quem offendis in templo suo, quem pellis de templo suo? Quomodo mundabis rursum in te domum Dei? quomodo eum reduces ad te? quomodo nisi dicendo ex uero corde tuo & uerbis & factis: Dimitte nobis debita uestra si cur & nos dimittimus debitoribus uestris?

Quis enim accusabit immoderate utentem tuo cibo, tuo potu, tua coniuge? nemo accusabit hominum. Sed tamen quia deus arguit exigens de te integritatem templi sui & incorruptionem habitationis suae, dedit tibi remedium: tanquam dicens, si excedendo modum offendis me, & ego tenebo te reum ubi te nullus hominum accusat, dimitte homini quod in te peccauit, ut dimittam tibi quod peccas in me. Tenere istud fortiter fratres. Qui enim & huiusmodi antidoriter renunciauerit, nulla illi spes salutis omnino remanebit.

Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui residui sumus, in aduentu domini non praueuiemus eos qui dormierunt.

Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut la somno excitem eum. Verum dixit: fororibus mortuus erat: domino dormiebat. Homini mortuus erat, qui eum suscitare non poterant. Nam Dominus tanta facilitate excitabat de sepulchro, quanta tu non excitas dormientem de lecto. Ergo secundum potentiam suam dixit dormientem, qui & alij mortui dicitur in scripturis saepe dormientes, sicut apostolus dicit. De dormientibus autem nolo uos ignorare fratres ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Ideo & ipse dormientes appellauit, quia resurrecturos praenunciauit. Dormit ergo omnis mortuus & bonus & malus. Sed quomodo interest in ipsis qui quotidie dormiunt & exurgunt quid quisque uideat in somnis, alij sentiunt laeta somnia, alij torquentia, ita ut euigilans dormire timeat, ne ad ipsa iterum redeat: sic unusquisque hominum cum causa sua dormit, cum causa sua surgit: & interest quali custodia quisque recipiatur, ad iudicem postea producendus. Nam et receptiones in custodiam pro meritis

Ex tracta. euang. sec. Ioan. 4. 6. Iohn. 11.

causarum adhibentur. Alios iubentur custodire lectores, humanum, & mite officium atque ciuile. Alij traduntur opinionibus. Alij mittuntur in carcerem, & in ipso carcere non omnes, sed pro meritis grauiorum causarum in ima carceris contruduntur. Sicut ergo diuersae custodiae agentium in officio, sic diuersae custodiae mortuorum, & diuersa merita resurgentium. Receptus est pauper receptus est diues. Sed ille in linu Abrahae, ille ubi sitiret & guttam non inueniret. Habent ergo omnes animae, ut ex hac occasione instruantur charitatem uestram, habent omnes animae cum de seculo exierint, diuersas receptiones suas. Habent gaudium bonae, malae tormenta. Sed cum facta uerit refurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Recepti sunt in pace sancti patriarchae, & prophetae, apostoli, martyres, boni fideles: omnes tamen adhuc in fine accepturi sunt quod promissit deus. Promissa est enim resurrectio etiam carnis, mortis consumptio, uita aeterna cum Angelis, haec omnes simul accepturi sumus. Nam requiem quae continuo post mortem datur, si ea dignus est, tunc accipit quisque cum moritur. Priores accepturi patriarchae, uidete ex quo requiescunt, posteriores prophetae, recentius apostoli: multo recentiores sancti martyres: quotidie sancti fideles, & alij intra requiem iam diu sunt, alij non tandiu, alij annis paucioribus, alij in recenti tempore. Cum uero de hoc somno euigilabunt, simul omnes quod promissum est accepturi sunt.

Ammonet nos beatus apostolus ut de dormientibus hoc est mortuis charissimis uestris non contristemur sicut & ceteri qui spem non habent, spem scilicet resurrectionis & incorruptionis aeternae. Nam ideo & dormientes eos appellat scripturae ueracissima consuetudo, ut cum dormientes audimus, euigilatos minime desperemus unde etiam cantatur in psalmo. Nunquid qui dormit non adiciet ut resurgat? Est ergo de mortuis eis qui diliguntur quaedam tristitia quodammodo naturalis. Mortem quippe horret non opinio, sed natura. Nec mors homini accideret, nisi ex poena, quam praecesserat culpa. Quapropter si animalia quae ita creata sunt ut suo quaque tempore moriantur, mortem fugiunt, diligunt uitam, quanto magis homo, qui sic fuerat creatus, ut si uiuere sine peccato uoluisset, sine termino uiueret? Hinc itaque necesse est ut tristes simus, quando nos morientes deserunt quos amamus, quia etsi nouimus eos non in aeternum nos relinquere mansuros, sed aliquantum praecedere secuturos: tamen mors ipsa quam natura refugit, cum occupat dilectum, contristat in nobis ipsius dilectionis affectum. Ideo non ammonuit apostolus ut non contristeretur, sed non sicut & ceteri qui spem non habent. Contristamur ergo nos in nostrorum mortibus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi.

Ex ser. de euang. uer. apostoli.

Psalm. 138.

Inde

Inde angimur, hinc consolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides reficit. Inde dolet humana cōditio, hinc sanat diuina promissio. Proinde pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, monumentorum opulenta constructio, uiuorum sunt qualiæ que solatia, non adiutoria mortuorum. Oratio nibus uero sanctæ Ecclesiæ & sacrificio salutari & elemosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandū mortuos adiuuari, ut cum eis misericordius agatur à domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim à patribus traditū uniuersa obseruat Ecclesia, ut pro eis qui in corporis & sanguinis communionem defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur oratur, ac pro illis quoque id offerri commemoratur. Cum uero eorum commendandorum causa opera misericordiæ celebrantur, quis eis dubitet suffragari pro quibus orationes Deo non inaniter eligantur. Non omnino ambigendum est ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita uiuerunt ante mortem, ut possint eis hæc utilia esse post mortem. Nam qui sine fide quæ per dilectionem operatur, eiusque sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis impenduntur officia, cuius dum hic essent pignore caruerunt, uel non suscipiētes, uel in uacuum suscipientes Dei gratiam, & sibi non misericordiam thesaurizantes, sed irā. Non ergo mortuis noua merita comparantur cum pro eis boni aliquid operantur sui, sed eorum precedentibus consequentia ista redduntur. Nō enim actum est nisi cum hic uiuere destitissent. Et ideo istam finiēns quisque uitam nisi quod meruerit in ipsa non poterit habere post ipsam. Permittantur itaque pia corda charorum de suorum mortibus contristari dolore sanabili, & consolabiles lacrymas fundant conditione mortali. Quas tamen reprimat fidei gaudium, qua creduntur fideles quando moriuntur, quantulum à nobis abire, & ad meliora transire. Sit pro uiribus cura sepeliendi, & sepulchra construendi, quia & in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt. Nec solum in corporibus patriarcharum, aliorumque sanctorum inhumatis cadaueribus corporibusque iacentium, uerum etiam in ipsius domini corpore prædicati atque laudati sunt qui ista fecerunt. Impleant hæc homines erga suos officia postremi muneris & sint humani lenimenta mœroris: uerum illa quæ adiuuant spiritus defunctorum, oblationes, erogationes, multo pro eis obseruantius, abundantius impendant, qui suos carne non spiritu mortuos non solum carnaliter, sed etiam spiritaliter amant.

Nō ex ser. 2. de eadem lect.

De dormientibus (inquit) nolo uos ignorare fratres ut non contristemini sicut & gentes quæ spem non habent. Non tantum ait ut nō contristemini, sed ut non contristemini quem admodum Gentes quæ spem non habent. Ne cesse est enim ut contristemini, sed ubi contris-

statis consoletur te spes. Quomodo enim non contristaris ubi corpus quod uiuit ex anima fit exanime discedente anima? Qui ambulabat iacet, qui loquebatur tacet, clausi oculi lucem non capiunt, aures nulla uoce patefcunt. Omnia membrorum officia conqueuerunt. Non est qui moueat gressus ad ambulandum, manus ad operandum, sensus ad percipiendū. Nonne ista est domus quam nescio quis inuisibilis habitator ornabat? Discessit qui non uidetur, remansit quod cū dolore uideatur. Ista est causa tristitiæ, sit cōsolatio. Quæ cōsolatio?

Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de celo. Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquitur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera.]

Nunquid & hoc ad tempus? Nō. Sed quid est? Et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem in uerbis istis.]

Pereat contristatio ubi tanta est consolatio. Detergatur luctus ex animo, fides expellat dolorem. In tanta spe non decet esse triste templum dei. Ibi habitat bonus consolator: ibi qui non fallit promissor. Quid mortuum diluimus? Quoniam mors amara est. Per illam transiit & dominus. Consolemur nos ergo inuicē & in his sermonibus nostris. Potest non dolere cor humanum defuncto charissimo? Melius tamen cum dolet sanatur cor humanum, quam non dolendo fit inhumanum. Maria dominum quærebat: & mortuū fratrem dolebat. Sed quid miraris quia Maria dolebat tunc cum ipse dominus flebat? Mouere autem quem uis potest quomodo flebat mortuum, se continuo iubente uicturum. Nō mortuum flebat quem ipse suscitauit: sed mortem quam sibi homo peccando comparauit. Si enim peccatū non præcessisset, sine dubio mors secuta nō fuisset. Secuta est ergo mors etiā corporis quā præcessit mors animæ. Mors animæ præcessit deserendo Deū, & mors corporis secuta est deserente anima. Hac deseruit uolēs, hac coacta est deserere nolens. Tanquam illi dice-ret. Recessisti ab eo quem diligere debuisti, recede ab eo quod dilexisti. Quis enim uult mori? Prorsus nemo. Et ita nemo, ut beato Petro diceretur. Alter te cinget, & feret quo tu non uis. Si ergo nulla esset mortis amaritudo, non esset magna martyrum fortitudo.

Et mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquitur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus.]

Poterat etiam hoc donare credentibus, ut nec istius experirentur corporis mortem. Sed nō hoc fecisset carni quædam felicitas augeretur, minueretur autem fidei fortitudo. Sic enim homines mortem istam timent, ut non ob aliud felices dicerent esse Christianos, nisi quod mori omnino non possent. Ac per hoc nemo propter uitam illam quæ post istam mortem beata futura est, per uirtutem etiam commendat ipsius mortis ad Christi gratiam festinare, sed propter remouendam mortis

Ex. li. 2. de baptis. par.

tis molestiam delicatius crederetur in Christum. Plus ergo gratiæ præstitit, plus fidelibus suis sine dubitatione donauit. Quid enim magnum erat uidentem non mori eos qui crederent, credere se nō moriturū: quāto maius est, quanto fortius, quāto laudabilius ita credere, ut se speret moriturus sine fine uicturum? Denique hoc quibusdam in fine largietur, ut mortē istam repentina commutatione non sentiant, sed simul cum resurgentibus rapiantur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino uiuant. Et recte illis, quia non erunt iam posteri qui propter hoc credant non sperando quod uident, sed amando quod uident. Quæ fides est eneruis & debilis, nec fides omnino dicenda. Quandoquidem fides ita definita est: Fides est sperantium substantia, coniunctio rerum quæ non uidentur.

Ex. li. ad Dulcium

Dixit Apostolus cum loqueretur de resurrectione mortuorum. Et nos uiuentes qui reliqui sumus, simul cū illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & ita semper cum domino erimus. Reuera quantum ad uerba beati apostoli pertinet, uideatur asserere quosdam in fine seculi adueniente domino cum futura est resurrectio mortuorum nō esse morituros, sed uiuos repertos in illam immortalitatem quæ sanctis etiam cæteris dabitur repente mutandos, & simul cum illis rapiendos (sicut dicit) in nubibus. Sed uellem hinc potius audire doctiores, ne illis etiā qui putant aliquos morituros non præcedente uiuificatos ad uitam perpetuam transituros, dicere inueniatur Apostolus. Stulte tu quid feminas non uiuificatur nisi prius moriatur. Nam & illud quod in plerisque codicibus legitur, omnes resurgemus: unde fieri poterit nisi omnes moriamur? Resurrectio quippe nisi mors præcesserit nulla est. Et quod nonnulli codices habent, omnes dormiemus: multo facilius & apertius id cogitur intelligi. Et si quid aliud tale in sanctis literis inuenitur, ad id uidetur impelli, ut nullus hominum existimetur immortalitatem nisi mors præcesserit adepturus. Proinde uellem sicut dixi de his uerbis audire doctiores: Si autem in his uerbis Apostoli nullus alius sensus poterit reperiri, & hoc eum uoluisse intelligi claruerit, quod uidentur uerba ipsa clamare, id est quod futuri sint in fine seculi & aduentu domini qui non expolietur corpore, sed super induatur immortalitate, ut absorbeat mortale à uita: huic sententiæ proculdubio conueniet quod in regula fidei confitemur, uenturū dominum iudicaturum uiuos & mortuos, ut non hic intelligamus uiuos iustos, mortuos autem iniustos, quamuis iudicandi sunt iusti & iniusti, sed uiuos quos nondum exiisse: mortuos quos iam exiisse de corporibus aduentus eius inueniet. Quæ si ita esse constiterit, illa uerba excutienda erunt: quomodo sic accipiamus, Tu quod feminas nō uiuificatur, nisi moriatur, & omnes resurgemus, siue omnes dormiemus, ut non aduersentur huic sententiæ qua

2. Cor. 5.

quidam credentur etiam cum suis corporibus in aeternum non gustata morte uicturi.

Ex lib. de ciui. dei. 20.

Quæri solet utrum illi quos hic uiuentes inuenturus est Christus, quorum personam in se atque illos qui tunc secum uiuebant transfigurabat Apostolus, nunquam omnino morituri sunt. An ipso temporis puncto quocumque resurgentibus rapiantur in nubibus obuiam Christo in aera, ad immortalitatem mira celeritate transibunt. Neque enim dicendum est fieri nō posse, ut cum per aera in sublimē portentur in illo spatio & moriantur & reuiuifcant. Quod enim ait, & ita semper cum domino erimus, non sic accipiendum est, tanquam in aere nos dixerit semper cum domino esse manuros, quia nec ipse utiq; ibi manebit, quia ueniens transiturus est. Venienti quippe itur obuiam non manenti. Sed ita cum domino erimus, id est sic erimus habentes corpora sempiterna, ubicunq; cum illo fuerimus. Ad hunc autem sensum quo existimemus etiam illos quos hic uiuos inuenturus est dominus, in ipso paruo spatio & passuros mortem & accepturos immortalitatem, ipse Apostolus nos uidetur urgere ubi dicit. In Christo omnes uiuificabimur. Cū alio loco de ipsa loquens resurrectio ne corporū dicat: Tu quod feminas non uiuificatur nisi moriatur. Quomodo igitur quos uiuentes hic Christus inueniet, per immortalitatem in illo uiuificabuntur si non & moriantur? cum uideamus propter hoc esse dictū: Tu quod feminas nō uiuificatur nisi prius moriatur. Si ergo sanctos qui reperierunt Christo ueniente uiuentes, eiq; in obuiam rapiantur: credimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros, nullas in uerbis Apostoli patiemur angustias, siue ubi dicit. Tu quod feminas non uiuificatur nisi moriatur: siue ubi dicit: Omnes resurgemus, uel omnes dormiemus. Quia nec illi per immortalitatem uiuificantur, nisi quamlibet paululum, tamen ante moriantur, ac per hoc & à resurrectione non erunt alieni, quam dormitione præcedūt, quā uis breuissima, non tamen nulla. Cur autē nobis incredibile uideatur illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter, atque incorruptibiliter reuiuifcere: cum credamus quod idē ipse Apostolus apertissime dicit, in icū oculi futuram resurrectionē, & in membra sine fine uictura tāta facilitate tāque inestimabili uelocitate rediturū antiquissimorum cadauerū puluerē? Nec ab illa sententiā qua homini dictū est, Terra es, & in terram ibis, futuros illos sanctos arbitremur immunes, si eorū morientium in terra nō recident corpora, sed sicut in ipso raptu moriatur, ita & resurgāt, dū feruntur in aera. In terrā quippe ibis, est in hoc ibis amissa uita quod eras antequam sumeres uitā, id est hoc eris exanimatus quod eras antequam esses animatus. Terra quippe insufflauit Deus in faciem flatum uitæ cum factus est homo in animam uiuam, tanquam

1. Cor. 15.

tanquam diceretur. Terra es animata quod non eras: terra eris exanimis sicut eras.

Quod sunt & antequam putrescant omnia corpora mortuorum: quod erunt & illa si morientur ubicumque moriantur: cum uita carebunt, quam continuo receptura sunt. Sic ergo ibunt in terram, quia ex uiuis hominibus terra erunt, quemadmodum ita in cinerem quod sit cinis: ita in uetustatem, quod sit uetus: ita in terram, quod ex luto sit terra, & alia sexcenta sic loquimur. Quomodo autem sit futurum quod nunc pro nostra ratione uiribus utcumque conuincimus, tunc erit potius ut nosse possimus.

CAPVT V.

DE temporibus autem & momentis fratres non indigetis ut scribamus uobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies do-

Ex epi. ad Ephy-
chium episcopo.

Non dixit, post quantum temporis hoc futurum sit, sed quomodo futurum sit: id est non quanta erit etatis breuitas uel prolixitas, sed quantumlibet interuallum sit, non tamen hoc eis ueniet malum nouissimum, nisi cum dixerint pax & securitas. Quibus uerbis uidetur apostolus huius nouissimi diei, uel spem, uel timorem ab hoc nostro tempore remouisse. Non enim uidemus ipsos amatores huius seculi quibus subitaneus apparebit interitus iam dicere pax & securitas. Quid ergo scire sufficiat, satis ipse demonstrat apostolus dicendo. De temporibus & momentis non habemus uobis opus scribere, uel sicut alij codices habent, Non opus habetis uobis scribi. Nam secutus adiunxit: Vos enim ipsi diligenter scitis, quia hora domini sicut fur ita in nocte ueniet. Hoc ergo opus est scire, ut curent filij lucis esse, & parato corde uigilare qui noluit ab illa hora sicut a nocturno fure comprehendit. Nam si ad cauendum hoc malum, id est ne hora domini tanquam fur inueniat imparatos, opus esset nosse temporum spatia, non diceret apostolus non opus esse ut hoc scriberet, sed hoc potius esse scribendum tanquam doctor prouidentissimus iudicaret. Nunc autem nec illis opus esse monstrauit, quibus sufficiebat ut scirent imparatis, atque dormientibus horam domini sicut furem esse uenturam: atque hoc sciendo essent ipsi uigilanter parati post quanta libet tempora ueniret: & suam seruauit modum ut licet apostolus, non tamen presumeret alios docere, de quo Apostolis dominum dixisse cognouerat. Non est uestrum scire.

Athenum. 1.
Ex li. que. 83.
1. 59. Mat. 24.
Matth. 25.
1. Cor. 15.

Media autem nocte, id est nullo sciente aut sperante. Quippe cum ipse dicat dominus: De die autem nemo scit, & apostolus dicit. Dies domini tanquam fur in nocte ita ueniet. Ex quo significat penitus latere cum uenit, clamor factus est, ecce sponsus uenit, surgite obuiam in ictu oculi in nouissima tuba omnes resurgemus.

Ex epi. ad Ephy-
Luce. 21.

Sed confiteri nos inquis poena nostra compellit ad esse iam finem, dum impletur quod

iam predictum est arescentibus hominibus pre timore, & expectatione qua superuenient uniuerso orbi. Nullam, inquis, patriam, nullum locum nostris temporibus non affligi, aut tribulari certum est, sicut dictum est pre timore & expectatione qua superuenient uniuerso orbi. Si ergo ista mala qua nunc patitur genus humanum, certa sunt indicia iam dominum esse uenturum: quid est quod ait apostolus, Cum dixerint: pax & securitas? Cum enim dixisset euangelium, Arescentibus hominibus pre timore, & expectatione: continuo subiunxit. Nam uirtutes caelorum mouebuntur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem cum potestate magna & maiestate. Videamus itaque ne forte melius intelligatur non ea modo impleri qua predicta sunt in illis, sed tunc esse potius uentura, quando sic erit tribulatio uniuerso orbi: ut ad ecclesiam pertineat, qua uniuerso orbe tribulabitur, non ad eos qui tribulant eam. Ipsi enim dicturi sunt: pax & securitas: ut repentinus illis superueniat interitus, & eos aduentus domini sicut fur in nocte comprehendat, quando econtrario gaudebunt, & exultabunt qui diligunt manifestationem domini. Nunc cum ista mala qua tanquam summa & extrema creduntur utriusque gentibus & utriusque regno, Christi scilicet et diaboli, uidemus esse communia: pariter quippe his & boni affliguntur & mali: nec est qui dicat pax & securitas, ubicumque contingunt, uel metuatur ne contingant: inter qua tamen mala adhuc usquequaque frequentantur luxuriosa conubiata, feruet ebrietas, auaritia grassatur, perstrepunt lasciuia, cantant organa, tibicia, lyrae, citharae, tesserae: multa & uaria sonorum genera, atque ludorum: hoc cuncta arefcere pre timore, an potius madescere pre libidine? Sed haec filij tenebrarum abundantius habebunt & exercebunt cum dixerint, pax & securitas. Quid ipsi filij lucis, & filij Dei, qui non sunt in tenebris, ut eos tanquam fur dies ille comprehendat? Nonne adhuc utuntur hoc mundo tanquam non utentes? Quia etiam ad multos temporibus apostolorum dictum est, pia tamen sollicitudine cogitant quod dictum est. Tempus breue est. Nonne a maxima parte eorum nouellatur, aedificatur, emitur, poscitur, geruntur adhuc honores, ducuntur uxores: De his loquor qui expectantes dominum suum quando ueniat a nuptijs, non tamen abstinent a carnalibus nuptijs, sed obedientissima charitate audiunt apostolum praecipientem quemadmodum uiuere debeant uxores cum uiris: uiri cum uxoribus: filij cum parentibus: serui cum dominis: domini cum seruis. Nonne hioes in omnibus his utuntur hoc mundo? Arant, nauigant, comparant, generant, militat, amministrant. Puto quod nouerunt sic quando erunt qua in euangelio predicta sunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris praesura gentium praes confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus hominibus pre timore, &

Luce. 21.

& expectatione, qua superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes caelorum mouebuntur.

Vos autem fratres non estis in tenebris, ut uos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis estis, & filij diei: non sumus noctis, neque tenebrarum.

Ex tractatu
Psal. 120.

Illi qui presumunt de cupiditatibus suis, et in delictis huius seculi diffluentes tument, & eriguntur aduersus humiles, & insultant sanctis intelligentibus angustam uiam qua ducit ad uitam, talibus ueniet illa hora subito, quia tales erant & in diebus Noe, quorum dierum commemorationem audistis factam in euangelio. Sic erit aduentus filij hominis, inquit, quomodo in diebus Noe: manducabant, bibebant, nubebant: uxores eum ducebant, nouellabant, aedificabant, donec introit Noe in arcam, & uenit diluuium, & perdidit omnes.

Luce. 17.

Quid ergo? Omnes peribunt qui ista faciunt? Quae nubunt, qui uxores ducunt: qui nouellant, qui aedificant? Non, sed qui de his praesumunt: sed qui ista Deo praeserunt: sed qui propter haec offendere Deum cito parati sunt. At uero qui istis omnibus aut non utuntur, aut utuntur, tanquam non utentes, plus praesumentes de illo quod dedit, quam de his qua data sunt, & intelligentes in his eius consolationem & misericordiam, & non occupati donis, ne a dolore ruerent: qui tales sunt, non filios inuenit imparatos hora illa sicut fur. Talibus dixit apostolus. Vos autem non estis in tenebris, ut dies ille uos tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis estis, & filij diei. Ideo Dominum cum diceret timendam esse horam, sicut furem in nocte posuit. Et apostolus ira quia hora domini sicut fur in nocte ita ueniet. Non uis ut te inueniat? Noli esse in nocte. Quid est? Noli esse in nocte: filij lucis estis & filij diei. Non sumus noctis, neque tenebrarum. Qui sunt filij noctis & tenebrarum? Iniqui, impij, infideles. Sed ipsi audiant antequam ueniat hora, & dicat illis apostolus: Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Igitur non dormiamus sicut & ceteri: sed uigilemus & sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus: indui loricae fidei, & charitatis, & galeam spem salutis: quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis: ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. Propter quod consolamini inuicem: & aedificate alterutrum: sicut & facitis. Rogamus autem uos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos: & praesunt uobis in domino: & mouent uos ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: & pacem habete cum eis.

Ephes. 5.

Ex tractatu
Psal. 121.

Molti cum dormiunt, non faciunt locum domino. Tales excitat apostolus. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Et alio loco. Nos autem qui diei sumus, uigilemus, & sobrij simus. Na qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur nocte ebrij sunt. Noctem dicens iniquitatem in qua illi obdormierunt cupiendo ista terrena. Et omnes istae felicitates qua uidentur

seculi, somnia sunt dormientium. Et quomodo qui uidet thesauros in somnis dormiens diues est, sed uigilabit, & pauper erit: sic omnia ista uana huius seculi, de quibus homines qui gaudent, in somno gaudent. Euigilabit quando uidebit: si non modo euigilant quando utile est: & inuenient somnia iustis illa, & transire (sicut scriptura dicit) uelut somnium exurgentis. Et alio loco. Dormierunt autem somnium suum, & nihil inuenierunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Dormierunt somnium suum, finitus est somnus. Et nihil inuenierunt in manibus suis, quia in somno uidebant diuitias transitorias.

Psal. 72. et 73.

Digna debemus operari, id est tanquam in luce, quando Christo demonstrante operamur. Quicumque operatur mala, in nocte operatur non in diluculo. Apostolo dicente: Qui inebriantur, nocte inebriantur: & qui dormiunt, nocte dormiunt. Nos qui diei sumus, sobrij simus. Hortatur nos, ut secundum diem ambulemus. Et iterum. Vos, inquit, & filij lucis estis, & filij diei. Non sumus noctis neque tenebrarum. Qui sunt filij noctis & filij tenebrarum? Qui omnia mala operantur usque adeo filij noctis sunt, ut timeant uideri que operantur: & qui publice operantur mala, ideo publice operantur, quia multi illa operantur qua pauci in abscondito. Qui autem publice talia operantur, sunt quidem in luce solis, sed in tenebris cordis. Nemo ergo in diluculo operatur, nisi qui in Christo operatur.

Ex tractatu
Psal. 61.

Rom. 13.

Rogamus autem uos fratres corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in inuicem & in omnes.

Ex lib. de cor.
& grat.

Quantum ad nos pertinet, omnes saluos fieri uelle debemus. Omnibus ne pereant, uel ne alios perdant, adhibenda est a nobis medicinaliter seuera correctio. Dei est autem illis eam facere utilem quos ipse praesciuit & praedestinauit conformes imaginis filij sui. Si enim aliquando timore non corripimus, ne aliquis inde pereat, cur non etiam timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? Neque enim dilectionis uiscera maiora gestamus quam beatus apostolus qui dicit. Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes, uidete ne quis malum pro malo reddat alicui. Vbi intelligendum est tunc potius malum pro malo reddi, si corripit endus non corripitur, sed parua dissimulatio ne negligitur.

Quando uidet homo aliquem male uiuentem, & forte Ecclesiae aliquid praestantem, & non eum corripit, animo fugit. Quid est animo fugere? Timere. Timor est fuga interior. Quare timet? Quia mercenarius est: ne forte ille male accipiat quod corripatur, & non det quod solet. Videt lupum uenientem, id est diabolum male uiuentis colla frangentem, & fugit animo: abstinet ab utili correptione, ple-

Ex ser. de uer.
euang.

nus timore. Qui autem pastor est, & est ei cura pro ouibus, non eum dimittit, & facit quod ait Apostolus. Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, & cetera. Non ergo puter quisquam pastorem, uel qui se dicit pastorem, quia non reddat malum pro malo ei, qui reddit potius bonum pro bono. Ille enim et si peccator est & scelestus, de bonis suis dat Ecclesia. Ille autem malum pro malo reddit, cui subtrahit correptionem. Sed quoniam hoc totum dilectissimi faciendum est: aliquando autem homines correptores suos putant inimicos suos: ideo cum dixisset: Corripite inquietos: subiicit, consolamini pusillanimes. Forte enim de correptione incipit deficere, & perturbatur. Tunc oportet consolari. Suscipite infirmos, ne per infirmitatem cadant. Si titubare eum fecit infirmitas, si nu suo suscipiat charitas. Et cum ista dixisset, adiecit in nouissimo, Videtene quis malum pro malo alicui reddat. Ergo non est malum correptio si sit. Sed bona ouis quando corripitur a praeposito suo quid dicit? Emendabit me iustus in misericordia.

Ex tractatu Psalm. 94. *Semper gaudete.* Venite exultemus domino. Inuit ad magnas epulas exultandi, non seculo, sed domino, nisi enim esset in hoc seculo exultatio mala, quae distinguenda est ab exultatione bona, sufficeret dicere, uenite exultemus. Sed breuiter distinxit quid sit bene exultare, domino exultare. Ergo exultatio mala est exultare seculo: exultatio bona est exultare Domino. Pie debes Domino exultare, si uis securus mundo insultare.

Ex tractatu Psalm. 88. Misericordia & ueritas praecunt ante faciem tuam. Iudicium tuum uenturum timerem, nisi antecederet te misericordia & ueritas tua. Quid timeam in sine iudicia tua, quando praecedente misericordia tua deles peccata mea, & exhibedo ueritatem implem promissa tua? Misericordia & ueritas praecunt ante faciem tuam. Vniuersa enim uia domini misericordia & ueritas. In his omnibus non exultabimus: aut quod exultamus capimus? aut uerba sufficient laetitiae nostrae: aut lingua idonea erit explicare gaudium nostrum? Si ergo nulla uerba sufficiunt, beatus populus sciens iubilationem. Nullo modo beatus es, nisi intelligas iubilationem. Scias unde gaudeas, quod uerbis explicare non possis. Gaudium enim tuum non de te, ut Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Noli ergo exultare in superbia tua, sed in gratia Dei. Vide ipsam gratiam tantam esse, cui lingua explicanda non sit idonea, & intellexisti iubilationem. Denique si intellexisti in gratia iubilationem, ipsius gratiae audi commendationem. Beatus certe populus sciens iubilationem. Quam iubilationem? Vide si non de gratia, uide si non de Deo, & omnino non de te. Domine in lumine uultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. Si uolunt tota die in nomine tuo. Si autem exultabunt in nomine suo, non tota die exultabunt. Non enim in gaudio perseverabunt

Psalm. quo supra.

quando de seipsis gaudebunt, & per superbiam cadent. Ergo ut tota die exultent, in nomine tuo exultabunt.

Beati eritis, inquit, cum uobis maledicent, & persequentur, & dicent omne malum aduersum uos mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in caelis. Animaduertat quisquis delicias huius seculi, & facultates rerum temporalium querit in nomine Christiano, intrinsecus esse beatitudinem nostram: sicut de anima ecclesiastica ore prophetico dicitur. Omnis pulchritudo filiae regis intrinsecus. Na extrinsecus maledicta & persecutiones, & detractiones promittuntur: de quibus magna merces uestra multa est in caelis. Sentiant iam ergo istam mercedem, qui gaudent spiritualibus bonis. Sed omni ex parte perficietur, cum etiam hoc mortale induerit immortalitatem.

Sine intermissione orate. Dominus ait. Oportet semper orare, & non deficere. Et apostolus. Sine intermissione orate. Quod sanissime sic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi. Sit desiderium tuum ante illum, & pater qui uidet in occulto reddet tibi. Ipsum enim desiderium tuum, oratio tua est. Et si continuum desiderium, continua oratio. Non enim frustra dixit Apostolus. Sine intermissione orate. Nunquid sine intermissione genua flectimus, corpus prosternimus, aut manus leuamus, ut dicat sine intermissione, quod non possunt facere? Est alia sine intermissione oratio. Quae est desiderium. Quicquid aliud agis, si desideras illud sabbatum, non intermittis orare. Si non uis intermittere orare, noli intermittere desiderare. Continuum desiderium tuum, continua uox tua est. Tacebis si amare destiteris: quia tacuerunt de quibus dictum est: Quoniam abundant iniquitas, refrigescet charitas multorum. Frigus charitatis silentium cordis est: flagrantia charitatis clamor cordis est.

In omnibus gratias agite. Haec est enim uoluntas Dei in Christo Iesu in omnibus uobis.

Vera fidelium humilitas est in nullo superbire, in nullo murmurare, nec ingratum esse, nec querulum, sed in omnibus dei iudicij gratias Deo agere, Deumque laudare, cuius omnia opera, aut iusta sunt, aut benigna.

Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia autem probate; quod bonum est tenete; ab omni specie mala abstinete uos.

Non

Ex li. 1. de ser. dom. in motu. Matth. 5.

Rom. 9.

Ex li. de heres. libus. Luc. 11.

Matth. 24.

Ex li. sent. Properi.

Ex tractatu Psalm. 76. Non quia extingui potest, sed quantum in ipsis est, extinctores eius merito uocantur qui sic agunt, ut extinctum uelint. Nox enim est antequam effulgeat dies in aduentu clarificationis domini nostri Iesu Christi. Nam uultis uideri quia nox est? Nisi lucernam habemus in tenebris permaneremus. Petrus enim dicit. Nos habemus certiores prophetico sermonem, cui benefacitis intendentes, uelut lucerna in obscuro loco, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. Venturus est ergo dies post istam noctem: interim in hac nocte lucerna non desit. Et hoc est fortasse quod nunc facimus has literas exponentes: lucernam inferimus, ut in hac nocte gaudeamus. Quae quidem debet accensa esse semper in domibus uestris. Talibus enim dicitur. Spiritum nolite extinguere. Et tanquam exponens quid diceret, secutus ait. Prophetiam nolite spernere, id est lucerna in uobis semper luceat.

Ipsae autem Deus pacis sanctificet uos per omnia: ut integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi conseruetur. Fidelis est qui uocauit uos: qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes, in osculo sancto. Adiuro uos per Dominum: ut legatur epistola haec omnibus sanctis fratribus. Gratia Domini nostri Iesu Christi uobiscum. Amen.

Ex li. ad victo re Vicetium. 2.

Quamuis & proprie dicatur spiritus non uniuersa anima, sed aliquid ipsius, sicut Apostolus dicit: Et integer spiritus uester, & anima, & corpus: uel illud multo expressius in libro Iob: absoluiisti animam meam a spiritu meo: tamen & uniuersa anima appellatur hoc nomine. Cum constat enim esse aliquid in anima quod spiritus nominetur, illud etiam ego dico proprie uocari spiritum quo ratiocinamur & intelligimus, quando ita distincte ista dicuntur, quemadmodum Apostolus ait: Ut integer spiritus uester, & anima, & corpus. Hunc autem spiritum etiam mentem uidetur appellare, cum dicit: Mente seruo legi Dei: carne autem legi peccati. Nam ista sententia est, Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Ut quod sibi dixit mentem, hoc intelligatur hic spiritum dicere. Mentem quippe nostram nisi rationale, & intellectuale nostrum dicere non solemus. Ac per hoc quod ait idem Apostolus, Renouamini spiritu mentis uestrae: quid aliud dixit quam renouamini mente uestrae? Sic enim spiritus mentis nihil aliud est quam mens, quomodo corpus carnis nihil aliud potest quam caro. Nam & hoc scriptum est. In expoliatione corporis carnis. Vbi carnem corpus appellat. Dicit sane & alio modo spiritum hominis: quem prorsus a mente discernit. Si enim orauero lingua, spiritus meus orat, mens autem infructuosa est. Habet iste suam, eandemque difficilem quaestionem. Multis enim modis, atque in diuersis significationibus scripturae diuinae spiritum nominant: sed de quo nunc agimus, quo ratiocinamur, intelligimus, sapimus, constat inter nos, sic etiam proprie spiritum nuncupari, ut

1. Pet. 1.

Galat. 5.

1. Cor. 14.

non sit uniuersa anima: sed aliquid eius. Tamen animam eius spiritum esse, si propterea negas quia eius intelligentia distincte dicitur spiritus, poteris negare uniuersum semem in Iacob appellari Israel: quoniam excepto Iuda etiam distincte appellatus est Israel in tribubus decem, quae in Samaria fuerunt. Sed quid opus est hic diutius immorari? Attende eam quae anima est etiam spiritum dici, cum audis, uel legis domino moriente quod scriptum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Attende etiam quibus uerbis spiritum definiens, atque descripsit, cum illum ab anima distinguere nitere. Haec anima, inquis, quia ex flatu Dei habet originem, sine sensu proprio aut intellectu in animo esse non potuit, quod est spiritus. His uerbis satis indicas quid esse spiritum hominis sentias, id est rationale nostrum quo sentit atque intelligit anima, non sicut sentitur corporis sensibus, sed sicut est ille intimus sensus, ex quo est appellata sententia. Hinc autem pecoribus sine dubitatione praeposimus, eo quod sunt illa rationis expertia. Non habent itaque spiritum pecora, id est intellectum, & rationis ac sapientiae sensum, sed animam tantum. Na & de illis dictum est. Producant aquae repentina animarum uiuentium, & Producat terra animam uiuentem. Ut ergo planissime, ac plenissime noueris eam quae anima est, more diuinorum eloquiorum etiam spiritum dici, appellatur pecoris spiritus. Et utique non habent pecora illum spiritum, quem tua dilectio discernens ab anima definiuit. Vnde manifestum est quod generaliter uocabulo anima pecoris recte potuit sic uocari, sicut legitur in libro Ecclesiaste. Quis scit si spiritus filiorum hominum ascendat ipse sursum, & spiritus pecoris si descendat ipse deorsum in terram? Itaque in diluuij uastitate scriptum est. Et mortua est omnis caro quae mouebatur super terram, uolatilium, pecorum, & iumentorum, & ferarum, & omnis homo, & omnia quaecumque habent spiritum uitae. Vbi re motis omnibus dubitationis ambagibus generale animae nomen esse intelligimus spiritum, cuius quidem nominis significatio tam late patet, ut etiam Deus uocetur spiritus. Iste flatus aereus quamuis sit corporeus, appellatur in Psalmo spiritus tempestatis. Quapropter eam quae anima est, etiam spiritum nuncupari puto, secundum illud. Auferes spiritum eorum, & deficient. Et iterum. Exibit spiritus eorum, & reuertetur in terram suam, hoc est, corpus in puluerem suum. Ergo nomen animae spiritus est, ab eo quod spiritualis est. Anima nomen est ab eo quod corpus animet, hoc est uiuificet.

10. Ioh. 19.

Genes. 1.

Genes. 7.

Psalm. 10. et 103.

Ex tracta. ena. sc. 10. 49. 102. 11.

Rrr a tum,

tum, & animam, & corpus, & illud quo intelli-
gimus, & illud quo uiuimus, & illud quo uiſi-
biles & contrectabiles ſumus. Qui enim dicit,
Capillus capitis ueſtri non peribit, omnia tra-
hit poſt ſe.

Ex ſer. de ſym.

Tria ſunt quibus homo conſtat. Spiritus, a-
nima, & corpus. Quæ rurfus duo dicuntur: quia
ſepe anima ſimul cum ſpiritu nominatur. Pars
enim quedam eiuſdem rationalis qua carent
beſtiæ, ſpiritus dicitur. Principale itaq; noſtrū
ſpiritus eſt. Deinde uita qua coniungit corpo-
ri, anima dicitur. Poſtremo ipſum corpus, quo
niam uiſibile eſt, ultimum noſtrum eſt. Hęc au-
tem omnis creatura ingemſcit & parturit uſ-
que nunc. Dedit tamen primitias ſpiritus qui
credidit deo, & bonæ iam uoluntatis eſt. Hinc
enim ſpiritus etiam mens uocatur. De quo di-
cit Apoſtolus. Mentē ſeruo legi Dei. Qui ait
& alio loco. Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſer-
uio in ſpiritu meo. Anima uero cum carnalia
bona adhuc appetit, caro nominatur: & reſi-
ſtit ſpiritu, non natura, ſed conſuetudine pec-
catorum, unde dicitur. Mentē ſeruo legi dei:
carne autem legi peccati. Quæ conſueudo in
naturam uerſa ſecundum generationem mor-
talem, peccato opprimit hominē. Itaq; ſcrip-
tum eſt. Et nos aliquando fuimus natura filij
iræ, id eſt uindictæ, per quam factum eſt ut ſer-
uimus legi peccati. Eſt autem animæ natura
perfecta, cum ſpiritu ſuo ſubditur, & eum ſe-
quitur ſequentem deum. Ideo animalis homo
non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Sed non
tam cito ſubiungitur ad bonam operationem,
quàm cito ſpiritus ad ueram fidem, & bonam
uoluntatem: ſed aliquando tardius eius impe-
tus quo in carnalia & temporalia deſiuit, re-
frenatur. Sed quoniam & ipſa mundatur reci-
piens ſtabilitatem naturæ ſuæ dominante ſpi-
ritu, qd ſibi caput eſt, cui capiti caput eſt Chri-
ſtus, non deſperandum etiam corpus reſtitui
naturæ propriæ, ſed utiq; non tam cito, quàm
animam, ſicut nec animam tam cito, quàm ſpi-
ritum, ſed tempore opportuno in nouiſſima
tuba: cum mortui reſurgent incorrupti, & nos
immutabimur.

Rom. 7. c. 1.

1. Cor. 2.

Ex li. de perf.
iuſt. ho.

Aliud eſt eſſe ſine peccato, quod de ſolo in
hac uita unigenito dictum eſt: aliud eſt eſſe ſi-
ne querela, quod de multis iuſtis etiam in hac
uita dici potuit: quoniam eſt quidam modus
bonæ uitæ, de quo etiam in iſta humana con-
uerſatione, iuſta querela eſſe non poſſit. Quis
enim iuſte queritur de homine qui nemini ma-
le uult, & quibus poteſt fideliter conſulit, nec
contra cuiuſquam iniurias tenet libidinē uin-
dicandi, & ueraciter dicit. Sicut & nos dimitti-
mus debitoribus noſtris: Et tamen eo ipſo qd
uerum dicit, Dimitte ſicut & nos dimittimus,
ſine peccato ſe non eſſe declarat.

Matth. 6.

FINIS EPISTOLAE AD THESSALONICEN-
ſES PRIMÆ.

ARGUMENTVM IN EPISTO-
lam Secundā ad Theſſalonicenſes.


AD Theſſalonicenſes ſecundam ſcribit
Epiſtolam Apoſtolus: & notum facit
eis de temporibus nouiſſimis, et de aduer-
ſarij deiectione. Scribit hanc Epiſtolam ab
Athenis per Titum diaconem, et Oneſi-
mum acolytum.

EXPOSITIO SE-
CVNDÆ EPISTOLAE

EIVSDEM DIVI PAULI APO-
ſtoli ad Theſſalonicenſes: ex operibus
diui patris Auguſtini, per uenera-
bilem Bedam preſbyterum
ſtudioſiſſime col-
lecta.

Epistola ſecunda ad Theſſalonicenſes.

CAPVT I.



Aulus & Syllanus & Timotheus, ec-
cleſiæ Theſſalonicenſium: in Deo pa-
tre noſtro & domino Jeſu. Gratia uo-
bis & pax à Deo patre noſtro & do-
mino Jeſu Chriſto. Gratias agere de-
bemus ſemper Deo pro uobis fratres,
ita ut dignum eſt: quoniam ſupercre-
ſcit fides ueſtra, & abundat charitas uniuſcujuſque ueſtrum
in inuicem.]

Hoc dixit, ne forte de tanto bono quod ex
Deo habebant, tanquam ex ſeipſis id haben-
tes extollerentur. Quod ergo ſupercreſcit fi-
des ueſtra, inquit, & abundat charitas uniuſ-
cuiuſque ueſtrum in inuicem gratias agere de-
bemus Deo de uobis, non ita uos laudare tan-
quam hoc habeatis ex uobis.

Ita ut & nos ipſi in uobis gloriemur in eccleſiis Dei pro pa-
tientia ueſtra & fide, & in omnibus perſecutionibus ueſtris, et
tribulationibus quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, ut
digni habeamini in regno dei pro quo & patimini: ſi tamen iu-
ſtum eſt apud Deū retribuere tribulationem his qui uos tribu-
lant: & uobis qui tribulamini, requiem nobiſcum.]

Preſſuras perſecutionesque iuſtorum dicit
exemplum eſſe iuſti iudicij Dei. Quæ ſenten-
tia latius ab Apoſtolo Petro manifeſtatur u-
bi ait: tempus eſt ut iudicium incipiat à do-
mino Domini. Et ſi iuſtium, inquit, à uobis, qua-
lis finis erit eis qui non credunt Dei euange-
lio: Et ſi iuſtus uix ſaluus erit, peccator & im-
pius ubi parebūt. Hinc enim intelligitur quo
modo non parcatur impijs tanquam fermen-
tis præciſis ad cōbuſtionem, quando iuſtis non
parcitur propter perficiendam purgationem.

In reuelatione Domini Jeſu de celo cū angelis uirtutis eius
in flamma ignis dantis uindictam his qui non nouerunt Deum,
et qui non obediunt euangelio domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui
penas dabunt in interitu æternas à facie domini, & à gloria
uirtutis eius: cum uenerit glorificari in ſanctis ſuis: & admira-
bilis

Ex li. de grat.
& lib. arbi.

Ex tractatu
cōt. Fauſt. 44.

Ex li. de grat.
a libero arbi.
Luca. 12.

bilis fieri in omnibus qui crediderunt.] Si peior eſt con-
ditio neſcientium quàm ſcientium legem dei,
quomodo uerum erit quod in euangelio domi-
nus ait, Seruus qui neſcit uoluntatem domini
ſui: & fecit digna plagis, uapulabit paucis: Ser-
uus autem qui ſcit uoluntatem Domini ſui, &
non fecit, plagis uapulabit multis: Ecce ubi o-
ſtendit grauius eſſe peccare hominem ſcientē
quàm neſcientem, nec tamen ideo conſugien-
dum eſt ad ignorantiam tenebras ut in eis quiſ-
que requirit excuſationem. Aliud eſt enim
neſciſſe, aliud ſcire noluiſſe. Voluntas quippe
arguitur in eode quo dicitur. Noluit intelli-
gere, ut bene ageret. Sed & illa ignorantia quæ
non eſt eorum qui ſcire nolunt, ſed eorum qui
tanquam ſimpliciter neſciunt, neminem ſic ex-
cuſat, ut ſempiterno igne non ardeat: ſi prope-
rea non credidit, quia non audiuit omnino qd
crederet: ſed fortaiſſe ut mitius ardeat. Non e-
nim ſine cauſa dictum eſt. Effunde iram tuam
in gentes quæ te non nouerunt. Et illud quod
ait Apoſtolus. Cum uenerit in flamma ignis
dare uindictam in eos qui ignorant Deum.

2. Tim. 1.

Quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper uos in die il-
lo. In quo etiam oramus ſemper pro uobis, ut dignetur uos uo-
catione ſua Deus noſter, & impleat omnem uoluntatem bonita-
tis ſuæ, et opus fidei in uirtute: ut clarificetur nomen domini no-
ſtri Jeſu Chriſti in uobis: & uos in illo: ſecundum gratiam Dei
noſtri, & domini Jeſu Chriſti.

Ex lib. retrā-
ctati. 2.

Salus religionis huius per quam ſolam uerā
ſalus uera, ueraciterq; promittit, nulli unquā
deſuit qui dignus fuit: & cui deſuit, dignus nō
fuit: non tanquam ex meritis ſuis quiſquam
dignus fuerit: ſed quemadmodum ait Apoſto-
lus, non ex operibus, ſed ex uocante dictum
eſt. Maior ſeruiet minori. Quam uocationem
ad Dei proſitum aſſerit pertinere. Vnde di-
cit. Non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum
ſuum proſitum, & gratiam. Et unde item di-
cit. Scimus, quoniam diligentibus Deum om-
nia cooperantur in bonum, his qui ſecundum
proſitum uocati ſunt ſancti. De qua uoca-
tione ait, Vt dignos uos habeat uocatione
ſua ſancta.

Roman. 8.

CAPVT II.

Rogamus autem uos fratres, per aduentum Domini noſtri
Jeſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum: ut non ci-
to moueamini à ueſtro ſenſu, neq; terreamini. Neq; per ſpiritu,
neq; per ſermonem, neque per epiſtolam, tanquam per nos miſe-
ſam, quaſi iſtet dies Domini. Ne quis uos ſeducat ullo modo.

Ex epi. ad Eſy-
chium epiſco-
pū de ſine mū-
di.

Quando dicebat, Nō cito moueamini mē-
te, neq; terreamini, ſiue per uerbum, ſiue
per epiſtolam tanquam miſſam per nos, quaſi
iſtet dies domini, nolebat utique ut crederēt
eis qui iam propinquare Domini arbitra-
bantur aduentum: nec tamen uolebat ut tanquam
ſeruus ille, dicerent: Moram facit Dominus
meus uenire: & traderent ſe ſuperbiæ, luxu-
riæq; perdendis: ſed ſic eos nolebat de propin-
quante die nouiſſimo falſis auſcultare rumori-
bus: ut tamen uellet eos paratos aduentum do-
mini ſui lumbis accinctis, & lucernis ardentibus
opperiri. Quibus dicit. Vos autem fratres

non eſtis in tenebris, ut dies ille uos tanquam
ſur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis
eſtis & filij diei, non ſumus noctis neque tene-
brarum. Ille autem qui ſic dicit. Moram facit
dominus meus uenire, ut percutiat conſeruos
ſuos, & epuletur cum ebrioſis, non eſt lucis,
ſed tenebrarum. Et ideo eum dies ille tanquā
ſur comprehendet. Quod unusquiſque debet
etiam de die uitæ ſuæ nouiſſimo formidare. In
quo enim quenque inuenit ſuus nouiſſimus
dies, in hoc eum comprehendet mundi nouiſ-
ſimus dies: quoniam qualis in die iſto quiſque
moritur, talis in die illo iudicatur. Ad hoc per-
tinet quod in euangelio ſecundum Marcum
ita ſcriptum eſt. Vigilate ergo, quia neſcitis
quando Dominus domus ueniet, ſero, an me-
dia nocte, an gallicantu, an mane: ut cum uene-
rit repente, inueniat uos dormientes. Quod au-
tem uobis dico, omnibus dico, uigilate.

10

20

30

Quibus enim omnibus dicit, niſi electis, & di-
lectis ſuis ad corpus eius pertinentibus, quod
eſt eccleſiæ: Non ſolum ergo illis dixit, quibus
tunc audientibus loquebatur: ſed etiam illis q
fuerunt poſt illos ante nos, & ad nos ipſos, &
qui erunt poſt nos uſque ad eius nouiſſimum
aduentum. Nunquid autem omnes inueni-
tus eſt dies ille in hac uita? Cur itaq; omnibus
dicit quod ad eos ſolos pertineat qui tunc e-
rūt, niſi quia eo modo ad omnes pertinet quo
modo dixit? Tunc enim uniuſique uenit dies,
ut talis hinc exeat qualis iudicandus eſt illo
die. Ac per hoc uigilare debet omnis Chriſtia-
nus, ne imparatum eum inueniat Domini ad-
uentus. Imparatum autem inueniet dies ille,
quem imparatum inuenit ſuus uitæ huius
dies ultimus.

Diligendus ergo eſt & expeſtandus Domi-
ni, ſicut ſancte exhortaris, aduentus, magnā di-
cens eſſe beatitudinem diligentibus eius ad-
uentum. Et adhibes apoſtoli teſtimonium, cu-
ius uerba ſic ponis. De cætero reſpoſita eſt mi-
hi corona iuſtitie, quam reddet mihi Domi-
nus iuſtus iudex in illa die. Non ſolum autem
mihi, ſed & his qui diligunt aduentum Domi-
ni. Tunc enim, ſicut ex Euangelio commemo-
ras, Iuſti fulgebūt ſicut ſol in regno patris ſui.

Itē ex ead. epi.

Matth. 13.

Et quod Propheta dicit. Ecce enim caligo &
tenebræ operient terram ſuper gentes, in te ue-
ro apparebit Dominus: & maieſtas eius in te
uidebitur. Item quod ſcriptū eſt. Qui uero ex-
pectant Dominum, exultabunt cum uirtute:
producent pennas ſicut aquilæ: current, & nō
laborabunt: ambulabunt, & non eſuriēt. Hęc
plane piſſime & ueriſſime dicitis, commendās
eorum habitudinem qui diligunt aduentum
Domini. Sed & illi, quibus dicebat apoſtolus:
Non cito moueamini mente, quaſi iſtet dies
Domini: nec eos hoc dicens doctor gentium
ab illa dilectione frangebat, qua ut inſtans ma-
rentur uolebat. Et ideo nolebat ut crederēt eis
à quibus audiebant inſtare diem Domini, ne
forte cum tranſiret tempus qd eū crediderant
eſſe uenturum, & ueniſſe non cernerent, etiā

Eſaiæ 40.

cætera fallaciter sibi promitti arbitantes, de ipsa mercede fidei desperarent. Non ergo ille diligit aduentum domini, qui cum asserit propinquare, nec ille qui asserit, non propinquare: sed ille, qui eum siue prope, siue longe sit, sinceritate fidei, firmitate spei, ardore charitatis expectat. Nam si tanto magis diligitur Dominus, quanto magis creditur & prædicatur citius esse uenturus, magis eum diligebant, qui eius aduentum iam instare dicebant, quam hi quos apostolus eis credere prohibebat, uel ipse apostolus qui hoc utiq; non credebat.

Quoniam nisi uenerit discessio primum: & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus: aut quod colitur: ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. Non retinetis quod cum adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis? Et nunc quid detineat scitis: ut reuelatur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanae in omni uirtute, & signis, & prodigijs mendacibus, et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt.]

Ex lib. de ciui. dei. 20. cap. 19

Rogamus uos, inquit, fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum, ut non cito moueamini mente, neque per spiritum, neque per uerbum, neque per Epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini: ne quis uos seducat ullo modo. Quoniam nisi uenerit refuga primum, &c.

Nulli dubium est eum de Antichristo ista dixisse, dieq; iudicij. Hunc enim appellat diem Domini non esse uenturum, nisi ille prior uenerit, quem refugam uocat, utique a Domino Deo. Quod si de omnibus impijs merito dici potest quæto magis de isto: Sed in quo templo Dei sit sessurus incertum est: utrum in illa ruina templi quod a Salomone rege constructum est, aut uero in Ecclesia. Non enim alicuius idoli aut demonis templum, Dei Apostolus diceret. Vnde nonnulli non ipsum principem, sed uniuersum quodammodo corpus eius, id est ad eum pertinentem hominum multitudinem, simul cum ipso suo principe, hoc loco intelligi Antichristum uolunt: rectiusq; putant etiam Latine dici, sicut in Græco est: ne in templo Dei, sed in templum Dei sedeat, tanquam ipse sit templum dei, quod est ecclesia: sicut dicimus, sedet in amicū, id est uelut amicus, uel si quid aliud isto locutionis genere dici solet. Quod autem ait, & nunc quid detineat scitis, id est quid sit in mora, quæ causa sit dilationis eius, ut reuelatur in suo tempore, scitis. Quoniam scire illos dixit, aperte hoc dicere noluit. Et ideo nos qui nescimus quod illi sciebant, peruenire cum labore ad id quod sensit Apostolus cupimus: nec ualeamus: præsertim quia & illa quæ addidit, hunc sensum faciunt obscuriorē. Nam quid est. Iam enim mysterium iniquitatis operatur: tantum qui modo tenet, teneat donec de medio fiat: & tunc reuelabitur iniquus

Ego prorsus quid dixerit, me fateor ignorare. Suspitiones tamē hominum quas uel audire, uel legere potui, non tacebo. Quidam putant hoc de imperio dictum fuisse Romano: & propterea Paulum apostolum non id aperte scribere uoluisse, ne calumniam uide licet incurret, quod Romano imperio male optauerit, cum speraretur æternum: ut hoc quod dixit. Iam enim mysterium iniquitatis operatur. Nerone uoluerit intelligi, cuius iam facta uelut Antichristi uidebantur. Vnde nonnulli ipsum resurrecturum, & futurum Antichristum suspicantur. Alij uero nec occisum putant, sed subtractum potius ut putaretur occisus, & uiuum occultari in uigore ipsius ætatis in qua fuit crederetur extinctus, donec suo tempore reuelatur, & restituitur in regnum. Sed multū mihi mira est hæc opinantium tanta presumptio. Illud tamen quod ait Apostolus, tantum qui modo tenet teneat: donec de medio fiat: non absurde de ipso Romano imperio creditur dictum, tanquam dictum sit: tantū qui modo imperat, imperet donec de medio fiat, id est de medio tollatur: & tunc reuelabitur iniquus, quæ si significari Antichristum nullus ambigit. Alij uero & quod ait: Quid detineat, scitis, & mysterium operari iniquitatis, non putant dictū, nisi de malis & fictis qui sunt in ecclesia, donec perueniant ad tantum numerum qui Antichristo magnum populum faciat: & hoc esse mysterium iniquitatis: quia uidetur occultū. Hortari autem Apostolus. fideles, ut in fide quam tenent, tenaciter perseverent, dicendo: tantū qui modo tenet, teneat donec de medio fiat, hoc est, donec exeat de medio ecclesiæ mysterium iniquitatis quod nunc occultum est. Ad ipsum enim mysterium pertinere arbitrat, quod ait in epistola sua Ioannes euangelista. Pueri nouissima hora est. Et sicut audistis quod Antichristus sit uenturus: nunc autem Antichristi multi facti sunt: unde cognoscimus quod nouissima hora sit. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: quod si fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum. Sicut ergo ante finem in hac hora, inquit, quam Ioannes nouissimam dicit, exierunt multi hæretici de medio ecclesiæ: quos multos dicit Antichristos: ita omnes tunc inde exhibunt, qui non ad Christum, sed ad illum nouissimum Antichristum pertinebunt, & tunc reuelabitur: Alius ergo sic, alius autem sic Apostoli obscura uerba coniecit. Quod tamen eum dixisse non dubium est, non ueniet ad uiuos & mortuos iudicandos Christus, nisi prius uenerit ad seducendos in anima mortuos aduersarius eius Antichristus: quamuis ad occultum iam iudicium Dei pertineat quod ab illo seducuntur. Præsentia quippe eius erit (sicut dictū est) secundum operationem Satanae in omni uirtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt. Tunc enim soluetur Satanas, & per illum Antichristus in omni sua uirtute mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur.

1. Ioan. 2.

Quæ

Quæ solet ambigi utrum propterea dicta sint signa, & prodigia mendacij, quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est: ut quod non facit, facere uideatur: an quia illa ipsa, etiam si erunt uera prodigia, ad mendacium pertrahent credituros non ea potuisse nisi diuinitus fieri, uirtute diaboli nescientes, maxime quando tantam, quantam nunquā habuit, acceperit potestatem. Non enim quando de cælo ignis cecidit, & tantam familiam cū tantis gregibus pecorum sancti Iob uno impetu absumpsit: & turbo irruens, & domum derijciens filios eius occidit, phantasmata fuerūt. Quæ tamen fuerunt opera Satanae, cui Deus dederat hæc potestatem. Propter quid horū ergo dicta sunt prodigia, & signa mendacij, tunc potius apparebit. Sed propter quodlibet horum dicta sint, seducuntur eis signis, & prodigijs, qui seduci merebuntur, pro eo quod dilectionem ueritatis non receperunt, inquit, ut salui fierent. Nec dubitauit apostolus dicere, atq; addere. Ideo mittet illis Deus operationem erroris: ut credant mendacio. Deus enim mittet, quia Deus diabolum facere ista permittit iusto ipse iudicio, quantum faciat ille iniquo malignoq; consilio: ut iudicentur, inquit, omnes qui non crediderunt ueritati: sed consenserunt iniquitati. Proinde iudicati seducuntur, & seducti iudicabuntur. Sed iudicati seducuntur, illis iudicij Dei occulte iustis, iuste occultis, quibus ab initio peccati rationalis creaturae nunquam iudicare cessauit. Seducti autem iudicabuntur nouissimo manifestosq; iudicio per Iesum Christum iustissime iudicaturum.

Non retinetis quod cum adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reuelatur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis tantum ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.]

Ex epi. ad Ephesiu epi.

Hæc uerba apostolica ita sane obscura sunt. & mystice dicta: ut tamen appareat eum nihil de statutis dixisse temporibus, nullumq; eorum interuallum spatiumq; aperuisse. Ait enim, in suo tempore, ut reuelatur: nec dixit, post quantum tempus hoc futurum sit. Deinde subiunxit. Iam enim mysterium operatur iniquitatis. Hoc iniquitatis mysterium quomodolibet intelligatur quid sit, ab alio sic, ab alio autem sic, quandiu tamen operetur occultum est, neque id expressit apostolus, tanquam homo ex eorum numero quibus dictum est. Non est uestrum scire tempora. Quamuis enim nondum inter eos erat quando eis hoc dictum est, ad eorum tamen collegium atq; societatem eum non ambigimus pertinere. Item quod sequitur, tantummodo qui tenet teneat donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: docet nos Antichristum manifestum futurum. Siquidem ipsum uidetur aliquando euidentiore significatione tetigisse interficiendum spiritu oris domini Iesu Christi: sed primo quantum

temporis tunc erit, nec saltem obscure locutus est. Quisnam sit enim qui modo tenet, uel qui teneat, uel quid sibi uelit, quod ait, De medio fiat: potest quisque se coarctare ut intelligat, uel aliquatenus suspicetur, quoniam quomodo scriptum legit, Quandiu autem teneat, & post quanta temporum spatia de medio fiat, hic tacetur omnino.

Eo quod charitatem ueritatis non receperunt ut salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio: ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati: sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere deo semper pro uobis fratres dilecti à Deo, quod elegerit nos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus, & in fide ueritatis: in qua & uocauit uos per euangelium nostrum in acquisitione glorie domini nostri Iesu Christi. Itaq; fratres staretis: & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & Deus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.]

Idem qui putant ad suum regnum uisibilem istam pertinere prophetiam: quia spe uisibilium bonorum gaudere non norunt: in laqueos illius ruaturi sunt, de quo dominus ait. Ego ueni in nomine patris mei, & non suscepistis me, alius ueniet in nomine suo, hunc suscipietis. De quo Paulus apostolus dicit. Quia reuelabitur homo peccati, filius interitus, qui aduersatur, & super extollitur supra omne quod dicitur Deus: aut quod colitur: ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Et paulo post. Tunc reuelabitur, inquit, iniquus, quæ dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatione præsentis æuæ eum, cuius est præsentia secundum operationem Satanae in omni uirtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, pro eo quod dilectionem ueritatis non receperunt, ut salui fierent. Et ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati: sed consenserunt iniquitati per istum refugam, per istum qui se extollit super omne quod dicitur deus, & quod colitur. Videtur mihi populum Israelitarum carnalium putaturum impleri istam prophetiam qua dictum est: Saluos fac nos nomine Deus noster, & congrega nos de gentibus: quod illo duce uelut in conspectu inimicorum suorum uisibilem qui eos uisibiliter captiuauerant, habituri sunt uisibilem gloriam. Sic credent mendacio: quia dilectionem ueritatis non receperunt, ut non bona carnalia, sed spiritualia concupiscerent. Sic enim à diabolo decepti sunt ut occiderent Christum, quando dixerunt. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent nostrum locum & gentem, quando Caiphas unus ex ipsis cum esset pontifex anni illius dixit eis. Vos nescitis quicquam, nec cogitatis quia expedit uobis, ut unus moriatur pro populo, & non tota gens pereat.

Ex tractatu Psal. 105.

1. Ioan. 5.

1. Ioan. 22.

Ex epi. ad Eph
chium episco.

Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi neque fiet. Sic est positum secundum Matthæum, & secundum Marcum, ut incertum sit utrum de excidio illius ciuitatis, an de seculi fine intelligi debeat. Lucas uero, ut ostenderet tunc factam fuisse abominationem desolationis, quæ à Daniele prædicta est, quando expugnata est Hierusalem, hæc eodem loco domini uerba commemorat. Cum autem uideritis circumdari ab exercitu Hierusalem, scitote quia appropinquabit desolatio eius. Apparet itaque tunc ibi positam desolationis abominationem. Nam Iosephus qui Iudæam descripsit historiam talia mala dicit illi populo tunc accidisse, ut uix credibilia uideantur. Vnde non immerito dictum est talem tribulationem non fuisse à creaturæ initio nec futuram. Sed si tempore Antichristi talis aut maior forsitan erit, intelligendum est de illo populo dictum, quod eis talis amplius futura non erit. Si enim Antichristum illi primitus & præcipue recepturi sunt, facturus est idem tunc populus tribulationem potius quam passurus.

CAPVT III.

De cætero fratres orate pro nobis, ut sermo dei currat, & clarificetur sicut & apud uos, & ut liberemur ab importunis, & malis hominibus.]

Ex epi. ad Vitalicem
Roman. 10.

Nunquid postremo apostolus Paulum pro Iudæis infidelibus habentem talia uota culpabis: de quibus ait. Bona uoluntas quidem cordis mei, & deprecatio ad deum pro illis in salutem. Qui etiam Thessalonicensibus dicit. De cætero iratres, orate pro nobis, ut uerbum domini currat, & glorificetur, sicut etiã apud uos, ut eruamur ab iniquis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. Quomodo curreret, & glorificaretur uerbum Dei, nisi ad fidem conuersis eis quibus predicaretur? Quãdo quidem iam credentibus dicit. Quemadmodum & apud uos. Scit certe hoc ab illo fieri, quem uult rogari ut hoc faciat etiam, ut eruatur ab iniquis & malis hominibus: qui profecto & illis orationibus non erant credituri. Propter quod addidit. Non enim omnium est fides. Tanquam diceret. Non enim apud omnes etiam orantibus uobis glorificabitur uerbum Dei: quia ipsi uti fuerant credituri qui ordinati erant in uitam æternam, prædestinati in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, & electi in ipso ante mundi constitutionem. Sed ideo Deus per orationes creditur non tunc credentes credere facit, ut ostendat quia ipse facit. Nemo est enim tam imperitus, tam carnalis, tam tardus ingenio, qui non uideat deum facere quod rogari se precepit ut faciat.

Non enim omnium est fides. Fidelis autem dominus est, qui confirmabit uos, & custodiet à malo. Confidimus autem de uobis fratres in domino, quoniam quæ precepimus & facitis, & facietis. Dominus autem dirigat corda uestra in charitate Dei & patientia Christi. Denūcians autem uobis fratres in nomine domini Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos.]

Possit habere fidem, sicut possit habere charitatem, natura est hominum. Habere autem fidem, sicut habere charitatem, gratia est fidelium. Sed cum uoluntas credendi alijs preparatur, alijs non preparatur à domino, discernendum est quid ueniat de misericordia eius, quid de iudicio. Vniuersæ enim uitæ domini, misericordia, & ueritas. Inuestigabiles autem sunt uitæ ipsius. Inuestigabiles ergo sunt & misericordia qua gratis liberat: & ueritas qua iuste iudicat.

Quoniam non inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione, nocte & die operantes, ne quem uestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud uos, hoc denunciabamus uobis, quoniã si quis non uult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter uos quosdam ambulantes in quiete, nil operantes, sed curiosi agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denūcians, & obsecrans in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent.

Non (inquiunt) de hoc opere corporali, in quo uel agricolæ, uel opifices laborant, precepit apostolus cum diceret. Qui non uult operari, non manducet: ne euangelio possit esse contrarius, ubi ait ipse dominus. Ideo dico uobis ne solliciti sitis animæ uestræ quid manducetis: neque corpori uestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam uestimentum? Ecce, inquiunt, ubi nos dominus iubet de uictu & tegumento nostro esse securos. Quomodo ergo apostolus sentire aduersus dominum possit, ut præcipere ita esse debere sollicitos quid manducemus, & quid bibamus, & unde cooperiamur: ut nos etiam opificum artibus, curis, laboribus, oneraret? Quapropter in eo quod ait, Qui non uult operari, non manducet, opera spiritalia (inquiunt) debemus accipere. De quibus alio loco dicitur, Vnicuique sicut Deus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Et paulo post. Vnusquisque suam mercedem accipiet secundum suum laborem, Dei enim sumus cooperarij. Dei agricultura, Dei ædificatio estis. Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui. Sicut ergo apostolus operatur plantando, rigando, ædificando, & fundamentum ponendo: ita qui non uult operari, non manducet. Quid enim prodest manducare spiritaliter, id est pasci uerbo Dei, si non inde operatur aliorum ædificationem? Sicut illi pigro seruo quid profuit accipere talentum, & abscondere, nec operari lucra dominicæ? An ut ei auferretur in fine, & ipse in exteriores tenebras mitteretur? Sic (inquiunt) nos facimus. Legimus cum fratribus qui ad nos ab æstu seculi ueniunt fatigati, ut apud nos in uerbo Dei & orationibus, psalmis, hymnis, canticis spiritalibus requiescant. Alloquimur eos, consolamur, exhortamur, ædificantes in eis si quid eorum uitæ pro suo gradu deesse perspiciamus. Talia opera si non faceremus, periculose à domino alimen-

Ex li. sen. Pro.

Ex li. de opere
monachorum

Matth. 6.

30

40

50

60

Psal. 35.

Lucæ. 12.
Matth. 6.

Matth. 6.
Lucæ. 12.

Ex eo. lib.

limeta ipsa spiritalia fumeremus. Sed si hoc solum de hac dixisset apostolus, Qui non uult operari, nec manducet: possent hæc uerba in aliam traduci sententiam. Cum uero multis alijs locis epistolarum suarum quid hinc sentiat apertissime doceat, superfluo conantur, & sibi, & cæteris caliginem obducere: ut quod utiliter illa charitas monet, non solum facere nolint: sed nec intelligere ipsi, aut ab alijs intelligi uelint, non timentes quod scriptum est: Nolumus intelligere, ut bene ageret. Sciendum itaque beatum apostolum opera corporalia seruos Dei operari uoluisse, quæ finem haberent in magnam spiritalem mercedem. Ad hoc, ut ipso uictu, & tegumento à nullo indigerent, sed manibus suis hæc procurarent sibi, & euangelica præcepta apostolico præcepto, & exemplo non esse contraria. At enim dominus ait. Nolite solliciti esse animæ quid manducetis, neque corpori uestro quid uestiamini. Recte: quoniam supra dixerat, Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Qui enim propter hoc euangelium prædicat, ut habeat unde manducet, & unde uestiatur, simul se putat & deo seruire quia euangelium prædicat, & mammonæ quia propter hæc necessaria prædicat, quod dominus dicit fieri non posse. Ac per hoc ille qui propter ista euangelium prædicat, non Deo sed mammonæ seruire conuincitur, etsi Deus illo ad aliorum prouectum quomodo ipse nec scit utatur. Nam huic sententiæ subiungit dicens. Ideo dico uobis, nolite solliciti esse anime quid manducetis, neque corpori uestro quid uestiamini. Non ut ista non procurent, quantum necessitati fat est, unde honeste potuerint: sed ut non ista intueantur, & propter ista faciant quicquid in euangelij præconio facere iubentur.

Vos autem fratres nolite deficere benefacientes.]

Propter necessitates sanctorum, qui quamuis præceptis apostoli obtemperant, ut ceteris silentio operantes suum panem manducant: possunt tamen multis ex causis indigere supplemento aliquo talium sustentationum: cum dixisset talia docens & præmonens, His autem qui eiusmodi sunt præcipimus, & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent: ne illi qui habebant unde seruis Dei necessaria præberent, hac occasione pigrescerent: præuidens continuo subiicit. Vos autem fratres nolite infirmari benefacientes. Et ad Titum cum scriberet dicens. Zenam legisperitum, et Apollo sollicitè præmitte, ut nihil illis desit: ut ostendat, unde illis nihil deesse deberet, continuo subiungit. Discant autem & nostri, bonis operibus præesse ad necessarios usus: ne sint infructuosi. Quod si quis non obdierit uerbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commiscamini cum illo ut confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Ipse autem Deus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus uobis. Saluatio manu Pauli, quod est signum in omni epistola, ita scribo. Gra-

tia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.] Diligamus inimicos: corripiamus: castigemus, & excommunicemus cum dilectione: à nobis etiam separemus. Videte enim quid dicat apostolus. Si quis autem non obdierit uerbo nostro per epistolam: hunc notate, & nolite commisceri cum eo. Sed ne subreperet tibi ex hoc iracundia: & turbaret oculum tuum, Non, inquit, ut inimicum eum existimetis: sed corripite ut fratrem ut erubescat. A quo indixit separationem non præcidit dilectionem. Superbo oculo & insatiabili corde huic non conuescebar. Quid est non conuescebar? Non cum illo comedebam. Quomodo nobis proponit hoc, quando ipse non fecit? Ad imitationem suam nos hortatur: uidemus eum conuiuatum esse cum superbis, quomodo nos prohibet, ne conuiuemur cum eis? Nos quidem fratres propter correctionem, aliquando tenemus nos etiam à fratribus nostris, & non cum eis conuiuamur, ut corrigantur: cum extraneis potius conuiuamur, cum paganis, quam cum his qui nobiscum erant, si uiderimus eos male uiuere, ut erubescant, & corrigantur. Sicut dicit apostolus. Si quis non obedit uerbo nostro per epistolam, hunc notate, & nolite commisceri cum eo. Et non ut inimicum existimetis: sed corripite ut fratrem. Facimus hoc plerumque propter medicinam: & tamen cum extraneis multis, & cum impijs sæpe uescimur. Quid est hoc quod ait: Superbo oculo, & insatiabili corde, huic non conuescebar?

Habet epulas suas cor pium. Habet epulas suas cor superbum. Nam propter cibos ipsos cordis superbi, ideo dixit insatiabili corde.

Cor superbum unde pascitur? Si superbus est, inuidus est: aliter non potest. Superbia, mater inuidentiæ est: non potest nisi generare hanc, & cum illa semper esse. Omnis ergo superbus inuidus est: malis alienis pascitur. Vnde dicit apostolus. Si mordetis, & comeditis inuicem, uidete ne ab inuicem consumamini. Videtis ergo comedentes, nolite his conuesci, fugite tale conuiuium. Neque enim se fatiant gaudentes de malis, quia insatiabili corde sunt.

Caue ne capiaris in epulis eorum laqueo diaboli. Cibis talibus pascebantur Iudæi quando crucifixerunt dominum: quia pascebantur tãquam de poena domini. Nam & nos de cruce domini pascimur: quia corpus ipsius manducamus. Dicebant enim cum uiderent pendentes in cruce insultantes, quia insatiabiles corde erant. Dicebant ergo. Si filius Dei est, descendat de cruce. Alios saluauit: se saluare non potest. Pascebantur cibo crudelitatis sue: & ille pascebatur cibo misericordiæ suæ. Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Habent ergo impij epulas suas. Audi epulas piorum. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

F I N I S.

A R G V.

Ex tractatu
Psal. 54.

Ex tractatu
Psal. 100.

Galat. 5.

Matth. 27.

Lucæ 23.

Matth. 5.

ARGUMENTVM IN EPISTOLAM ad Timotheum priorem.

Timotheum instruit, et docet de ordina- tione episcopatus, et diaconij, et omnis ecclesiasticæ disciplinæ, scribens à Laodicia per Thythicum diaconem.

EXPOSITIO DI- VI PATRIS AVGVSTI NI, IN PRIMAM EPISTOLAM diuini Pauli Apostoli ad Timotheum, col- lecta à Venerabili Beda presbyte ro, Epistola prior ad Ti motheum.

CAPVT I.



Aulus Apostolus Iesu Christi secundum imperiū Dei saluatoris nostri, et Chri- sti Iesu spei nostræ, Timotheo dilecto fi- lio in fide, Gratia, et misericordia, et pax à Deo patre, et Christo Iesu domi- no nostro. Sicut rogavi te ut remaneres Ephe- si cum irem in Macedoniam, ut denunciare- s quibusdā ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, et genealogijs inter- minatis, quæ quæstiones præstant magis, quam ædificationem Dei quæ est in fide.]

Ex li. cõt. ini. legis et proph.

Quod iste prophanas, et aniles fabulas, et genealogias infinitas appellasse apostolum existimat diuina eloquia legis et prophetarum: quia dixit, Prophanas et aniles fabulas deuota: et alio loco: Non intendentes fabulis Iudaicis, et genealogijs infinitis, quæ quæstiones præstant magis quam ædificationem: quis ita nisi hæreticus multum cæcus erraret? Cur ergo hoc Apostolus ipse non fecit, si has esse aniles fabulas iudicauit? Cur dicit ad Galatas: Dicite mihi sub lege uolentes esse, legem non audistis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et alium de libera: quæ sunt in allegoria: hæc sunt duo testamenta. Et ad Corinthios. Nolo uos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt, et omnes per Moysen baptizati sunt in nube et mari, et oēs eundem cibum spiritalem manducauerunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt, bibebant autem de spiritali cõsequente eos petra. Petra autem erat Christus. Nescit autem habere præter scripturas legitimas et propheticas Iudeos quasdā traditiones suas, quas non scriptas habent, sed memoriter tenent, et aliter in alterum loquendo transfundit, quæ Deuterofin uocant. Vbi etiam dicere audet et credere Deum primo homini duas creasse mulieres. Ex quibus texunt genealogias uere (sicut ait Apostolus) infinitas, parientes infructuosissimas quæstiones. Sed si huic talia nunquam euenit audire, nunquid et contra euangelium sic obsurdescere debuit, ut non aduerteret uerba domini Christi, quibus arguit Iudeos, quod de parentibus non honorandis impietate docerent si-

lios suos: Ibi quippe et Dei præceptum quod in lege conscriptum est, attestando commemorauit. Nec ob aliud eos arguit nisi quod reijcerent mandatum Dei, ut statuerent traditiones suas. Cum ergo interrogassent Pharisei et Scribæ: quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed cõmunibus manibus manducant panem: ille respondens dixit eis. Bene prophetauit Esaias de uobis hypocritis, sicut scriptum est. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. In uanum autem me colunt, docentes doctrinas et præcepta hominum, relinquentes autem mandatum Dei. Tenetis traditionem hominum, baptizata urceorum et calicum, et alia his similia facitis multa. Et dicebat illis. Bene irritum fecistis præceptum Dei, ut traditionem uestram seruetis. Moyses enim dixit. Honora patrem tuum, et matrem tuam: et qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis. Si dixerit homo patri, aut matri corbæ: quod est, donum quoddamque ex me tibi profuerit: et ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri, rescindentes uerbum Dei per traditionem uestram, quam tradidistis: et similia huiusmodi multa facitis. Vbi euidenter Christus ostendit, et illam Dei esse legem quam prophanus iste blasphematur, et Iudeos habere suas traditiones à libris prophetis, et legitimis alienas: quas appellasse apostolum prophanas fabulas, et aniles, et genealogias interminatas, non hæreticus, sed catholicus lector intelligit.

Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.]

Diuinarum scripturarum multiplicem abundantiam, latissimamque doctrinam sine ullo errore comprehendit, et sine ullo labore custodit, cuius cor plenum est charitate, dicente apostolo. Plenitudo autem legis charitas. Et alio loco. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. Quid est autem præcepti finis, nisi præcepti adimpletio? Et quid est præcepti adimpletio, nisi legis plenitudo? Quod ergo ibi dixit, Plenitudo legis charitas: hoc etiam hic dixit, Finis præcepti est charitas. Nec dubitari ullo modo potest quin templum Dei sit homo in quo habitat charitas. Dicit enim et Ioannes. Deus charitas est. Quapropter quisquis uetus peccatum uis extinguere mandato nouo, extingue cupiditatem, et amplectere charitatem. Sicut enim radix omnium malorum est cupiditas, ita radix omnium bonorum charitas. Totam magnitudinem, et amplitudinem diuinarum eloquiorum secunda possidet charitas, qua Deum proximumque diligimus. Docet enim nos cœlestis unus magister, et dicit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his duobus præceptis tota lex pendet et propheta. Si ergo non uacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere,

Marci. 7. Esai. 29.

Ex ser. de lau. de charitatis

Roman. 13.

1. Ioan. 4. 1. Tim. 7.

Matth. 22. Mar. 12. Lucæ, 10.

euoluere, omnia scripturarum secreta penetrare, tene charitatem, ubi pendet omnia: ita tenebis quod ibi didicisti: tenebis etiam quod nunquam didicisti. Si enim nostri charitatem, aliquid nostri: unde et illud pendet quod forte non nosti. Et in eo quod in scripturis intelligis, charitas patet, et in eo quod non intelligis, charitas latet. Ille itaque tenet et quod patet, et quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus.

Matth. 22. Ex li. de doct. chri. primo.

Diliges, inquit, dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et diliges proximum tuum tanquam te ipsum. In his duobus præceptis tota lex pendet, et propheta. Finis itaque præcepti est dilectio, et ea gemina, id est Dei et proximi. Nullum rerum diligendarum genus in his duobus præceptis prætermisum est. Cum enim præcurrat dilectio Dei, eiusque dilectionis modus præscriptus appareat, ita ut cetera in eum confluant, de dilectione tua nihil dictum uidetur: sed cum dictum est, Diliges proximum tuum tanquam teipsum: simul et tui abs te dilectio non prætermisum est. Ille autem iuste et sancte uiuit, qui rerum integer aestimator est. Ipse est autem qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligit quod non est diligendum, aut non diligit quod diligendum est, aut amplius diligit quod minus diligendum est, aut æque diligit quod uel minus, uel amplius diligendum est, aut minus uel amplius quod diligendum est. Omnis peccator in quantum peccator est, non est diligendus: et omnis homo in quantum homo, est diligendus propter Deum. Deus uero propter seipsum. Et si Deus omni homine amplius diligendus est, amplius quisque Deum debet diligere quam seipsum. Item amplius alius homo diligendus est quam corpus nostrum, quia propter deum omnia ista diligenda sunt, et potest nobiscum alius homo perire: quod non potest corpus, quia corpus per animam uiuit, qua fruimur Deo. Omnes autem eque diligendi sunt. Sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum et temporum uel harum quarumlibet rerum opportunitatibus constructius tibi quasi quadam sorte iunguntur.

Ex eod. li.

Omnium igitur hæc summa est, ut intelligatur legis, et omnium diuinarum scripturarum plenitudo, et finis esse dilectio rei, qua fruendum est, et rei qua nobiscum ea re frui potest, quia ut se quisque diligit, præcepto non opus est. Hoc ergo ut nossemus, atque possemus facta est tota pro nostra salute per diuinam prouidentiam dispensatio temporalis. Quisquis igitur scripturas diuinas, uel quamlibet earum partem intellexisse sibi uidetur, ita ut in eo intellectu non adificet istam geminam charitatem Dei et proximi, nondum intellexit.

Noli ire longe, ueni ad Christum, uides inde finem omnis cõsummationis. Quis est iste finis? Paulum interroga. Finis autem præcepti, est charitas de corde puro, et conscientia bona,

Ex ser. in epi. Ioan. 10.

na, et fide non ficta. Alio loco. Plenitudo autem legis est charitas. Quid tam finitum, et terminatum quam plenitudo? Etenim fratres finem poni laudabiliter nolite putare consumptionem, sed consummationem. Aliter enim dicitur finiri panem: aliter finiri tunicam. Finiri panem manducando, finiri tunicam intextendo. Et ibi finis sonat, et illic finis sonat. Sed tamen panis finitur ut consummatur, tunica finitur ut consummetur. Panis finitur ut non sit: tunica finitur ut perfecta sit.

Ex lib. Enchi.

Omnia igitur præcepta diuina referuntur ad charitatem, de qua dicit Apostolus. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. Omnis itaque præcepti finis charitas est, id est ad charitatem refertur omne præceptum. Quod uero ita fit, uel timore pœnæ, uel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad illam charitatem, quam diffundit spiritus sanctus in cordibus nostris, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamuis fieri uideatur. Charitas quippe ista Dei est et proximi. Et utique in his duobus præceptis tota lex pendet et propheta. Adde euangelium: adde apostolos. Non enim aliud de uox ista est: Finis præcepti est charitas, et Deus charitas est.

Quæcumque ergo mandat Deus, ex quo us unum, Non inuocaberis: et quæcumque non iubentur, et spiritali consilio uentur, ex quibus unum est, bonum est homini mulierem non tangere: tunc recte fiunt cum referuntur ad diligendum Deum, et proximum propter deum, et in hoc seculo, et in futuro: nunc Deum per fidem, tunc per speciem: et ipsum proximum nunc per fidem, non enim scimus mortales corda mortalium. Tunc autem illuminabit dominus abscondita tenebrarum, et manifestabit cogitationes cordis, et laus erit unicuique à Deo: quia id laudabitur, et diligetur à proximo in proximo, quod ne lateat ab ipso illuminabitur Deo. Minuitur autem cupiditas charitate crescente, donec ueniat hæc ad tantam magnitudinem, qua maior esse non possit. Maiorem enim charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis. Ibi autem quis explicet quanta erit charitas, ubi cupiditas, quam uel coercendo superet, nulla erit, quoniam summa erit sanitas.

Ex tractatu. psalm. 31.

Amate: sed quid amatis uideate. Amor dei, amor proximi, charitas dicitur. Amor mundi, amor huius seculi, cupiditas dicitur. Cupiditas refrenetur, charitas excitetur. Ipsa enim charitas bene operantis, dat ei spem bonæ cõscientiæ. Spem enim gerit bona conscientia. Quomodo mala conscientia in tota desperatione, sic bona conscientia in tota spe. Et erunt tria hæc de quibus dixit apostolus. Fides, spes, charitas. Et alio loco ipsa tria, sed pro spe bonam conscientiam posuit. Finis enim præcepti est, dixit. Quid est finis præcepti? Quo perficitur, non quod cõsumitur. Finis, inquit, præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, &

& fide non ficta. Pro spe conscientiam posuit: Ille enim sperat qui bonam conscientiam gerit: quem uero pungit mala conscientia, retrahit se à spe, & non tibi sperat, nisi damnationē. Vt ergo speret regnum, habeat bonam conscientiam: credat & operetur. Quod credit, si des est: quod operatur, charitas est. Illo ergo loco à fide cœpit apostolus. Fides, spes, charitas. Alio loco ab ipsa charitate cœpit. Charitas de corde puro, et conscientia bona, & fide nō ficta.

1. Cor. 13.

Ex tractatu Psal. 140.

Quicquid ergo salubriter mēte concipitur, uel ore profertur, uel de qualibet diuina pagina exculpitur, non habet finem nisi charitatem. Hęc autem charitas non qualiscunq; est. Nam & male uiuentes irretiuntur sibi societas perditę conscientię, & dicuntur amare se, nolle discedere ab inuicem, suis colloctionibus consiliari, desiderari se absentes, gaudere ad pręsentiam suam. Amor iste tartareus est: uiscum habet quo deiciat in profundum, non pennas quibus leuet in cœlum. Quamobrem ut à ceteris qui appellantur charitates, segregaretur, & distingueretur ea quę charitas dicitur uera Christianorum, à Paulo definita est, atq; ita suis quibusdam terminis circumscripta cum sit diuinitate infinita, ut omnino disceratur à ceteris. Finis, inquit, pręcepti est charitas. Possit hucusq; dicere. Nā & in locis, ubi tanquam scientibus loquebatur, hucusque dixit. Plenitudo, inquit, legis est charitas. Et non dixit qualis charitas. Ideo ibi non dixit, quia dixit alibi. Non enim ubique omnia dici, aut possunt, aut debent. Ergo hic. Plenitudo legis charitas. Quarebas forte quę charitas, qualis charitas? Audis alio loco. Finis pręcepti est charitas de corde puro. Iā uide utrum inter se habeant latrones charitatem de corde puro. Pura cor in charitate hoc est, quando diligis hominem secundum Deum: quia & te ipsum sic debes diligere, ut uon erret regula. Diligis proximum tuum tāquam te ipsum. Si enim male te diligis, & inutiliter: ita & proximum diligendo quid ei consulis? Quomodo autem male diligis? Quomodo inuenit scriptura quę neminem palpat, & conuincit, quia nō te diligis, immo & cōuincit quia odisti te? Qui autem diligit, inquit, iniquitatē, odit animam suam. Si ergo diligis iniquitatem, putas quod te ipsum diligas? Erras. Ita & proximum diligens ad iniquitatem duces, & dilectio tua laqueus erit dilecti.

Marci. 12.

Ex libr. de doc. chri. 1.

Cum enim diceret charitas, addidit de corde puro, ut nihil aliud quā id quod diligendum est, diligatur. Conscientiam uero bonam subiugit propter spem. Ille enim se ad id quod credit & diligit peruerturum esse desperat, cui malę conscientię scrupulus inest. Tertio: & fide, inquit, non ficta. Si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc & non diligimus quod nō est diligendum, & recte uiuendo id speramus, ut nullo modo spes nostra fallatur.

A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in uaniloquiū, uolentes esse legis doctores, non intelligentes, neque

que loquuntur, neque de quibus affirmant.]

Quid enim molestię, tristitięq; ingerant prudentibus fratribus temerarij pręsumptores, satis dici non potest, cum si quando de praua, & falsa opinatione sua reprehendi, & conuincit cœperiat ab eis qui librorum autoritate non tenentur, ad defendēdū id quod leuissima temeritate, & apertissima falsitate dixerunt, eisdem libros sanctos unde id probet proferre conātur: uel etiā memoriter quę ad testimonij ualere arbitrat̄ur, multa inde uerba pronūciat: nō intelligētes, neq; quę loquuntur neq; de quibus affirmat. Ad hoc em̄ considerandum, & obseruandum libri Geneseos multipliciter quantum potui enucleaui: protulique sententias de uerbis ad exercitationem nostram obscure positas: non aliquid unum temere affirmans cum pręiudicio alterius expositionis fortasse melioris, ut pro suo modulo eligat quisque quod capere possit. Vbi autem intelligere non potest, scripturę Dei det honorem, tibi timorem. Sed cum tam multis exitibus uerba scripturę quę tractauimus exponantur, cohibeant se tandē qui literis inflati secularibus hęc ita posita, ut omnia pia corda nutriant uelut imperitū, atq; impolitum aliquid exagitat sine pennis in terra reptantes, & uolaturarum auium nidus irridentes. Periculosus autem errant quidam infirmi fratres: qui cum istos impios de cœlestium corporum numeris, uel de quibuslibet elementorum mundi huius questionibus subtiliter, & copiose disserere audiunt, euanescent: & eos sibi cum spiritu pręponentes, & magnos putantes saluberrimę pietatis libros cum fastidio repetunt, & quod dulciter audire deberēt, uix patienter attingunt à segetis asperitate abhorrentes, & spinarum floribus inhiantes. Non enim uacant uidere quā suauis est dominus: nec in sabbato esuriunt: atque ideo pigri sunt potestate à domino sabbati accepta uellere spicas, & tādū uersare manibus contritasq; purgare donec ad escam perueniant.

Ex li. de Gene. ad literam

Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur.

Ex libr. de spir. & lit.

Iusto enim non est lex posita: quę tamen bona est, si quis ea legitime utatur. Hęc duo apostolus, uelut inter se contraria connectens monet, mouetq; lectorem ad scrutandam quęstionem atq; soluendam. Quomodo enim bona est, si quis ea legitime utatur? Si etiā quod sequitur uerum est, Sciens hoc quia iustus lex non est posita. Nam quis legitime utatur lege nisi iustus? At ei non est posita sed iniustus. An & iniustus ut iustificetur: id est ut iustus fiat, legitime lege uti debet, qua tanquam pädagogus perducatur ad gratiā, per quam solam, qđ lex iubet possit implere: per ipsam quippe iustificatur gratis, id est nullis suorū operum pręcedentibus meritis. Alioquin gratia iam non est gratia: quandoquidem ideo datur non quia bona opera fecimus, sed ut ea facere ualeamus: id est nō quia legem impleuimus: sed ut legem implere possimus. Iniustus ergo legitime

igitime lege utitur, ut iustus fiat. Quod cum factus fuerit, ea iam non utatur tanquam uehiculo cum peruenerit, uel ut potius supra dicta similitudine Apostoli utatur tanquam pädagogus cum eruditus fuerit. Quomodo enim iusto lex non est posita, si & iusto est necessaria: Nō qua iniustus ad iustificandam gratiam perducatur, sed qua legitime iam iustus utatur. An forte immo uero non forte, sed certe, sic legitime utitur lege iam iustus cum eam terrendo imponit iniustis, ut cū & in ipsis cœperit inolita concupiscentię morbus in centiuo prohibitionis, & cumulo pręuaricationis augeri, confugiant per fidem ad iustificandam gratiam, & per donum spiritus suauitate iustitię delectati pœnam literę minantis euadant. Ita non erūt contraria, neq; inter se duo ista pugnabunt, ut etiā iustus legitime bona lege utatur, & tamen iusto lex posita non sit. Non enim ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei, qua credit nullo modo posse suę infirmitati ad implenda ea quę lex factorum iuberet, nisi diuina gratia subueniri.

Ex epi. ad An. stasim.

Bona est lex illi qui ea legitime utitur. Vritur autem legitime, qui intelligēs quare sit data, per eius comminationem confugit ad gratiam liberantem. Huic gratię, qua iustificatur impius quisquis ingratus, uelut ad legem implendam de suis uiribus fidit, ignorans Dei iustitiā, & suam uolens constituere, iustitię dei non est subiectus: ac per hoc fit ei lex non ab solutionis adiutorium: sed uinculum criminis: non quia lex malum, sed quia peccatum (si cut scriptum est) per bonum talibus operatur mortem.

Per mandatum enim grauius delinquit, qui per mandatum scit, quā malum sit quod admittit. Inaniter autem putat uictorem se esse peccati, qui pœnę timore non peccat: quia et si non impletur foris negotium malę cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas inus est hostis. Et quis coram Deo innocens inuenitur, qui uult fieri quod ueratur, si subtrahas quod timeatur? Ac per hoc in ipsa uoluntate reus est, qui uult facere quod non licet facere: sed ideo non facit quia impune non potest fieri. Nam quantum in ipso est, mallet non esse iustitiā peccata prohibentem atq; punientem. Et utiq; si mallet non esse iustitiā, quis dubitauerit qđ eam si posset auferret? Ac per hoc quomodo iustus est iustitię talis inimicus, ut eam si potestas detur pręcipientem auferat, nec comminantem, uel iudicantem ferat? Inimicus ergo iustitię est qui pœnę timore non peccat. Amicus autem erit, si eius amore non peccet. Tūc enim uere timebit peccare. Nam qui gehennas metuit, non peccare metuit, sed ardere. Ille autem peccare metuit qui peccatum ipsum sicut gehennas odit. Ipse est timor castus permanens in seculum seculi. Nam ille timor pœnę tormentum habet, & non est in charitate, eumq; perfecta charitas foras mitrit. Tantum porro quis peccatum odit, quantum iustitiā

diligit. Quod non poterit lege terrente per literam: sed spiritu sanante per gratiam.

Scientes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis & nō subditis, impijs, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, patricidis, & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagarijs, mendacibus, & periuris, & si quid aliud sanę doctrinę aduersatur, quę est secundum euangelium gloria beati Dei, quod creditum est mihi.] Deo uiuit qui sub Deo est, legi autem, quis sub lege est. Sub lege autem uiuitur, in quantum quisq; peccator est, id est in quantum à ueteri homine non est mutatus. Sua enim uita uiuit.

In expos. epi. ad Gal.

Et ideo lex supra illum est, quia qui illam non implet, infra illam est. Nam iusto lex posita non est, id est imposta, ut supra illum sit. In illa est enim potius quā sub illa. Quia non sua uita uiuit cui cōercendę lex imponitur. Ut enim sic dicam, ipsam quodammodo legem uiuit, qui cum dilectione iustitię non proprio aut transitorio, sed communi ac stabili gaudens bono.

Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu Domino nostro quia fidelem me existimauit ponens in ministerio. Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione quę est in Christo Iesu. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.]

Ex ser. de conuersione Pauli

Apostolus Paulus ex persecutore Christianorum Christi annunciator factus est. Vt illitas autem rei gestę huius hęc est, quam ipse commemorat. Dicit enim ob hoc sibi ueniam datam omnium peccatorum suorum, & illius furoris atq; insanii, qua pertrahebat Christianos ad necem, qui minister erat furoris iudeorum, siue in lapidatione sancti martyris Stephanii, siue in ceteris exhibendis & adducendis ad pœnam: ut nemo de se desperet qui fuerit magnis peccatis inuolutus, & magnis sceleribus irretitus, quasi uentam non sit accepturus, si conuersus fuerit ad eum, qui pendens in cruce pro persecutoribus orauit dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Factus est ille ex persecutore pädicator & doctor gentium. Fui primo, inquit, blasphemus, & persecutor, & iniurius.

Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in uitam eternam.]

Ex tractatu Psal. 83.

Quia misericordiam & ueritatem diligit Deus. Misericordiam diligit, quia mihi primo subuenit, ueritatem diligit, ut credenti det quod promisit. Audi misericordiam & ueritatem in Apostolo Paulo prius Saulo. Persecutor indigebat misericordia, & dixit in se facta. Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & iniurius: sed misericordiam cōsecutus sum: ut in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem in eos, qui credituri sunt illi in uitam eternam: ut cum indulgentiam tantorum scelerum acciperet Paulus, nemo desperare posset sibi donari quęcunq; peccata. Ecce ha-

bes misericordiam. Noluít tunc Deus exercere ueritatem, ut puniret peccantem. Etenim si puniretur peccator, nonne ueritas esset? Aut auderet dicere non habeo puniri, qui non posset dicere, non peccauit? Primo ergo, inquit, misericordiam consecutus sum: qui prius fui blasphemus, & persecutor, & iniurius. Sed gratia Dei sum quod sum. Postea dicit, cum passioni propinquaret. Bonum agonem certauit, cursum consummauit, fidem seruauit: superest mihi corona iustitiae. Ille qui tribuit misericordiam, seruat ueritatem.

Vnde seruat ueritatem: Quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex. Indulgentiam donauit, coronam reddet. Donator est indulgentiae, debitor coronae. Vnde debitor: Accipit aliquid: Cui debet aliquid Deus? Ecce uideamus: quia tenet eum debitorem. Paulus consecutus est misericordiam exigens ueritatem. Reddet mihi, inquit, Dominus in illo die. Quid tibi reddet, nisi quod tibi debet? Vnde tibi debet? Quid ei dedisti? Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Debitorem dominus ipse se fecit: non accipiendo, sed promittendo. Non ei dicitur, redde quod accepisti: sed redde quod promissisti. Misericordiam mihi praerogauit, inquit, ut faceret me innocentem. Nam prius fui blasphemus, & iniurius: sed ex illius gratia factus innocens. Ille autem qui praerogauit misericordiam, negare poterit debitum?

Sed misericordiam consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate.

Magna est misericordia tua: & de magna misericordia tua, multae sunt miserationes tuae. Attendis contemptores, ut corrigas: attendis nescientes, ut doceas: attendis confitentes, ut ignoscas. Fecit hoc quidem nesciens. Et quid ait? Fecerat aliqua, & multa mala fecerat. Misericordiam, inquit, consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Istud David non potest dicere: ignorans feci in incredulitate. Non enim ignorabat quantum mali esset contrectatio coniugis alienae, aut quantum mali esset interfectio mariti nescientis, & nec saltem irascens. Consequuntur ergo misericordiam Dei qui ignorantia fecerunt, & qui scientes consequuntur non quamlibet misericordiam, sed magnam misericordiam.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum ego sum primus. Sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam: ad informationem eorum qui credituri sunt illi in uitam aeternam.

Nulla causa fuit ueniendi Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle uulnera: & nulla est causa medicinae. Si uenit de caelo magnus medicus, magnus per totum orbem terrae iacebat egrotus. Ipse egrotus genus humanum est: sed non omnium est fides: nouit Dominus qui sunt eius. Venit ergo, ut ipse alio loco dicit. Venit filius hominis quaerere & saluare quod perierat. Totum enim perierat ex quo peccauit unus ubi erat totum,

1. Cor. 15.
1. Timo. 3.

Ex tractatu
psalm. 50.

Ex ser. de cist.
uer. ap. 9.

Luce. 19.

perijt totum: sed uenit unus sine peccato, qui saluos faceret a peccato. Christus Iesus uenit in mundum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Quomodo erat primus? Ante illum non fuerunt peccatores tot Iudei? Ante illum non fuerunt peccatores in genere humano? Ante illum in omnibus hominibus non peccato tenebatur Adam? Non ante illum fuit qui primus peccauit? Quid est quorum primus sum ego? Ad quos uenit, primus sum ego? Sed nec hoc uerum est, Prius electus est Petrus, prius Andreas, prius alij Apostoli. Tu apostolus es nouissimus, quomodo dicitis, quorum primus ego sum? Apostolus nouissimus, primus peccator. Et hoc quomodo, quia peccator? Quorum primus ego sum, quia omnibus peior sum. Ergo peior uoluit intelligi primum. Quomodo in artificibus, quicumque uult aedificare quid dicit? Quis est hic primus structor? quis est primus faber? Aut si curari uult, quis est hic primus medicus? Non utique interrogat quis prior sit arte, aut quis prior sit professione, sed quis prior sit arte. Quomodo illi in arte primi, sic iste in iniquitate primus. Quare Paulus in iniquitate primus? Recolite Saulum, & inuenietis. Attenditis Paulum, obliti estis Saulum. Nonne ille est, cui ad lapidandum Stephanum manus una non sufficiebat, & aliorum uestimenta seruabat? Nonne ipse est qui ecclesiam ubique persequabatur? Nonne ipse est qui literas acceperat a principibus sacerdotum? Quia parum illi erat persequi Christianos qui erant in Hierusalem, sed uolebat ad alia loca uenire ubi eos inueniret, & ligaret, & puniendos adduceret. Nonne cum iter agens spirat, & anhelat ad caedes, de caelo percussus est, & uocem Domini ad salutem fulminantis audiuit? Dum ambulabat prosternitur, ut uideat excacatur. Ipse est ergo qui primus erat persecutor, illo peior non fuit. Ipse Saulus, postea Paulus gratulatur se ad Dei pertinuisse misericordiam, qui primus hoc est excellens in peccatis inuentus est, & tamen misericordiam consecutus sum, ut in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem propter eos qui credituri sunt illi in uitam aeternam, ut dicant sibi omnes. Si Paulus sanatus est, ego quare despero? Si a tanto medico tam desperatus aeger sanatus est, ego non uulneribus meis illas manus optabo: ad illas manus non festinabo? Ut hoc dicerent homines, ideo Saulus ex persecutore factus est apostolus. Quia quo uenit medicus, quaerit aliquem sibi desperatum, & ipsum sanat. Et si pauperimum inueniat, tamen desperatum inueniat, non ibi quaerit mercedem, sed commendat artem. Quomodo ergo Saulus gratulatur se a Christo, quia peccator erat, assumptum atque sanatum, nec dixit, maneam in peccato, quia propter me uenit Christus, non propter iustum, ita tu qui audieras quia Christus propter peccatores uenit, noli tibi dormire in dulci

ci

ci stratu, sed audi ipsum Paulum dicentem. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illumina te Christus. Noli amare stratum peccati. Totum stratum eius uersasti in infirmitate eius.

Ex ser. 10. de
cist. uer. apo.

Christus Iesus uenit in mundum peccatores, inquit, saluos facere, quorum primus ego sum. Ante Paulum non erant peccatores? Dicit ergo Apostolus alio loco, unde primus sit peccator. Ego (inquit) sum nouissimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Nemo acrior inter peccatores, ergo nemo prior inter peccatores. Sed misericordiam (inquit) consecutus sum. Et quare sit misericordiam consecutus, exponit causas. Ut in me (inquit) ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem ad informationem eorum qui credituri sunt illi in uitam aeternam. Christus (inquit) daturus ueniam conuersis ad se peccatoribus, usque ad inimicos suos, me primo elegit acriorem inimicum, quem cum sanaret, nemo in ceteris desperaret. Faciunt hoc medici, quando ad ea loca ueniunt ubi aegroti sunt, quos curent primitus eligunt desperatos, ut in eis & beneuolentiam exerceant, & commendent doctrinam, ut unusquisque in illo loco dicat proximo suo, uade ad illum medicum, securus esto, sanabit te. Et ille me sanet. Non uides quid patiar? Ego noui, inquit, quod pateris, & ego passus sum. Sic dicit Paulus unicuique aegroti, & de se uolenti desperare. Qui curauit me, misit me ad te: & dixit mihi. Illi desperanti uade, & dic quid habuisti: quid in te sanauit, quam cito sanauit: de caelo uocauit: una uoce percussit, & deiecit: alia erexit, & elegit: tertia impleuit, & misi: quarta liberauit, & coronauit. Vade dic aegrotis: clama desperatis. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in mundum peccatores saluos facere.

Quid timetis? Quid trepidatis? Quorum primus ego sum. Ego, inquit, uobis loquor sanus aegrotantibus: sanus tacentibus: securus desperantibus. Ideo enim misericordiam consecutus sum, ut in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem. Morbum meum diu pertulit, & sic abstulit. Tanquam bonus medicus phreneticum patienter tolerauit: sustinuit me ferientem: sed donauit mihi ieriri pro se. Omnem, inquit, longanimitatem ostenderet in me ad informationem eorum qui credituri sunt illi in uitam aeternam. Nolite ergo desperare. Aegroti estis: Accedite ad eum & sanamini. Caeci estis: Accedite ad eum & illumina mini. Et qui sanati estis, ei gratias agite: & qui aegrotatis, ad eum sanandi currite.

Ex serm. 8. de
cist. uer. apo.

Audiuimus beatum apostolum Paulum dicentem: Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus uenit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Humanus ergo sermo, & omni acceptione dignus. Quare humanus, & non diuinus?

Proculdubio nisi iste humanus sermo etiam diuinus esset, dignus omni acceptione non es-

set. Sed sic est sermo iste humanus, & diuinus, quomodo est ipse Christus homo, & Deus. Si ergo recte intelligimus sermonem istum non solum humanum, uerum etiam diuinum, quare Apostolus humanum maluit dicere, quam diuinum? Proculdubio enim qui non mentitur, si diceret diuinum, non sine causa maluit dicere humanum. Hoc ergo elegit, per quod Christus in mundum uenit. Venit enim per quod homo erat: nam per quod deus erat semper hoc erat. Vbi enim non est Deus qui dixit: Coelum, & terram ego impleo? Christus est certe uirtus, & sapientia Dei, de qua dicitur. Attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Ergo in hoc mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Et hic erat, & huc uenit. Hic erat per diuinam maiestatem, uenit per humanam infirmitatem.

Sapient. 8.
Ioan. 1.

Quia ergo uenit per infirmitatem humanam, ideo praedicans aduentum eius dixit, humanus sermo. Non liberaretur humanum genus, nisi sermo Dei dignaretur esse humanus. Nam & homo ille dicitur humanus, qui se exhibet hominem: & maxime qui hospitio suscipit hominem. Si ergo humanus dicitur qui in domo sua suscipit hominem: quam humanus est qui in seipso suscipit hominem? Ergo humanus sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in mundum peccatores saluos facere. Attende Euangelium. Venit enim filius hominis quaerere, & saluare quod perierat. Si homo non perisset, filius hominis non uenisset. Ergo perierat homo, uenit Deus homo, & inuentus est homo. Perierat homo per liberam uoluntatem, uenit Deus homo per gratiam liberatricem. Quaeris quid ualeat ad malum liberum arbitrium? Recole hominem peccantem. Quaeris quid ualeat ad ad auxilium Deus & homo? Attende in eo gratiam liberantem. Nusquam potuit sic ostendi quantum ualeat uoluntas hominis usurpata per superbiam ad uitandum sine adiutorio Dei malum: non potuit plus & manifestius exprimi, quam in homine primo. Ecce perijt primus homo: & ubi esset, nisi uenisset secundus homo? Quia ille homo, ideo & iste homo, & ideo humanus sermo. Voca & tu Iesus sum: noli tibi sanus uideri. Cum spe aegrotat, qui medicum suscipit. Desperate egrotat, qui per insaniam medicum caedit. Qualis ergo eius insaniam, qui medicum occidit? Quanta uero bonitas, & patientia medici: qui de sanguine suo insano interfectori suo medicamentum fecit? Neque enim ille qui uenerat quaerere & saluare quod perierat, pendens sine causa dicebat. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Insani sunt: medicus sum. Sauerant, patienter fero: cum occiderint, tunc sanabo. Simus ergo inter illos quos sanat. Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in mundum peccatores saluos facere. Magnos, pusillos peccatores, sal

uos facere. Venit filius hominis querere & saluare quod perierat. Qui dicit infantilem aetatem non habere quod saluet Iesus, omnibus fidelibus infantibus Christum negat esse Iesum. Qui dicit inquam infantilem aetatem non habere quod in ea saluet Iesus, nihil aliud dicit quam Christum dominum fidelibus infantibus, id est in Christo baptizatis infantibus non esse Iesum. Quid enim Iesus interpretatur? Iesus, saluator. Saluator est Iesus. Quos non saluat non habendo quid in eis saluet, non est in illis Iesus. Iam sic corda uestra tolerant aliquibus baptizatis Christum non esse Iesum, nescio utrum fides uestra in regula sana possit agnosci. Infantes sunt: sed membra eius sunt. Infantes sunt: sed mensae eius participes fiunt, ut habeant in se uitam. Quid mihi dicitis: Sanus est: non habet uitium: quare cum illo curris ad medicum? Si non habet uitium, non times ne dicat tibi, aufer hinc eum, quem putas sanum? Filius hominis non uenit nisi querere & saluare quod perierat. Quare illum ad me affers, si non perierat? Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in mundum. Quare ueniat in mundum? Peccatores saluos facere. Alia causa non fuit quare ueniret in mundum. Non enim de caelo ad terram merita nostra bona, sed peccata duxerunt. Haec est causa cur uenerit peccatores saluos facere. Et uocabis, inquit, nomen eius Iesum. Quare uocabo nomen eius Iesum? Ipse enim saluum faciet populum suum. Vnde uocabis nomen eius Iesum? Quare Iesum? Quae ratio est huius nominis? Audi quare. Ipse enim saluum faciet populum suum. Vnde? A peccatis eorum. Nunquid ad istum populum non pertinent paruuli quem saluum faciet Iesus a peccatis eorum? Pertinent plane: pertinent fratres mei. Sic habete in corde, sic credite: cum ista fide paruulos ad gratiam Christi portate: ne si hanc fidem in corde non habueritis, pro quibus respondetis, lingua uestra occidatis. Profus fratres, qui non cum ista fide cum paruulo cucurrerit, fingit: sanus est, nihil mali habet, nihil uitij habet. Sed tollam illum ad medicum. Quare? Quia sic solet fieri. Non times, ne dicat tibi medicus, tolle hinc te cum ipso, non est opus sanis medicus, sed male habentibus? Comenda uerim charitati uestrae causam eorum qui pro se loqui non possunt. Omnes paruuli tanquam pupilli considerentur, etiam qui nondum parentes proprios extulerunt, omnis praedestinatorum numerus paruulorum populum dei quarit tutotem, qui expectat Dominum saluatorem. Vniuersam massam generis humani in homine primo uenator ille percussit. Nemo ad secundum transit ex primo, nisi per baptismatis sacramentum. In paruulis natis, & nondum baptizatis agnoscat Adam: in paruulis baptizatis, & ob hoc renatis agnoscat Christus. Qui Adam non agnoscit in paruulis natis, nec Christum agnoscere poterit in renatis. Sed quare, inquit, iam baptizatus ho-

mo fidelis, iam dimissis peccatis, generat eum cum primi hominis peccato? Quia carne illi generat: non spiritu.

Quod enim natum est de carne: caro est. Et si exterior homo noster (ait Apostolus) corrumpitur: sed interior renouatur de die in diem. Ex eo quod in terrenouatur non generas paruulum. Tu ut non in aeternum moriaris natus es, & renatus es: ille adhuc natus est, renatus nondum est. Si tu renascendo uiuis, sine ut ille renascatur, & uiuat. Sine inquam renascatur, sine renascatur. Quare contradicis? Quare nouis disputationibus antiquam fidei regulam frangere conaris? Quid est enim quod dicitis, paruuli non habent omnino uel originale peccatum? Quid est quod dicitis: nisi ut non accedat ad Iesum? Sed clamat tibi Iesus. Sine paruulos uenire ad me.

Regi autem seculorum immortalis inuisibili soli Deo honor & gloria in secula seculorum. Amen. Hoc praecipuum commentum tibi fili Thimothee secundum praecedentes in te prophetias: ut milites in illis bonam militiam,

Virgam uirtutis tuae emittet Dominus ex Sion. Apparet fratres, euidentissime apparet: non de illo regno Christi prophetam loqui quo semper regnat apud patrem rerum Dominum quae per illum creatae sunt. Quando enim non regnat in principio uerbum Deus apud Deum? Dicitur enim. Regi autem seculorum honor & gloria in secula seculorum. Cui? Regi seculorum inuisibili: incorruptibili. In eo enim quod & Christus est cum patre inuisibilis & incorruptibilis, quia uerbum eius est, & uirtus eius, & sapientia eius, & Deus apud Deum, per quem facta sunt omnia, rex est seculorum. Secundum tamen illud dispensatoriu, & transitoriu quo nos per medietatem carnis suae uocauit in aeternitatem, regnum eius incipit a Christianis, sed regni eius non erit finis.

Si in illis uocibus quae fiebant in Exodo, & illis omnibus corporalibus demonstrationibus Dominus Iesus Christus ostendebatur aut alio Christus, sicut loci consideratio persuadet: alio spiritus sanctus, sicut ea quae supra diximus admonent: non hoc efficitur, ut Deus pater nunquam tali aliqua specie patribus uisus sit. Multa enim talia uisa facta sunt illis temporibus non euidenter nominato, & designato in eis uel patre uel filio uel spiritu sancto, sed tamen per quasdam ualde probabiles significationes nonnullis indicijs existentibus: ut nimis temerarium sit dicere Deum patrem nunquam patribus aut prophetis per aliquas uisibiles formas apparuisse. Haec enim opinionem illi pepererunt, qui non potuerunt in unitate Trinitatis intelligere quod dictum est. Regi autem seculorum immortalis, inuisibili, soli Deo, & quem nemo hominum uidit nec uidere potest. Quod de ipsa substantia summa summeque diuina, & incommutabili, ubi pater & filius & spiritus sanctus, unus & solus est Deus, per sanam fidem intelligitur. Visio- nes autem illae per creaturam commutabilem Deo

Deo incommutabili subditam factae sunt, non proprie sicuti est, sed significatiue, sicut pro rerum causis, & temporibus oportuit, ostendentes Deum. Quamquam nescio quemadmodum isti intelligant, quod Danieli apparuit antiquus dierum: a quo filius hominis, quod propter nos esse dignatus est, accepisse intelligitur regnum. Ab illo scilicet qui ei dicit in Psalmis. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me: & dabo tibi gentes haereditatem tuam. Et qui omnia subiecit sub pedibus eius. Si ergo Danieli & pater dans regnum, & filius accipiens apparuerunt in specie corporali, quomodo isti dicunt patrem nunquam uisum esse prophetis? Et ideo solum debere intelligi inuisibilem: quem nemo hominum uidit: nec uidere potest. Ita enim narrauit Daniel. Aspicebam, inquit, donec throni positi sunt, & uetus stus dierum sedebat: & indumentum eius quasi nix alba, & capillus capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flamma ignis. Rotae eius ignis flagrans: & flumen ignis trahebat in conspectu eius: & mille millia deseruebant ei: & dena millia denum millium assistebant ei: & iudicium collocauit: & libri aperti sunt, &c. Et paulo post. Aspicebam, inquit, in uisione noctis: & ecce cum caeli nubibus quasi filius hominis ueniens erat, & usque ad ueterem dierum peruenit, & oblatu ei, & ipsi datus est principatus & honor & regnum, & omnis populus tribus linguarum seuerim: potestas eius potestas aeterna: quae non praeteribit, & regnum eius non corrumpetur. Ecce pater dans, & filius accipiens regnum sempiternum: & sunt ambo in conspectu prophetantis uisibili specie. Non ergo inconuenienter creditur etiam Deo pater eo modo solere apparere mortali- bus. Nisi forte aliquis dicit ideo non esse uisibilem patrem quia in conspectu somniantis apparuit: ideo autem filium & spiritum sanctum uisibiles, quia Moyses illa omnia uigilans uidit. Quasi uero uerbum & sapientiam Dei uidit Moyses carnalibus oculis, aut uideri spiritus uel humanus potest qui carnem istam uiuificat, uel ipse corporeus qui uetus dicitur: quanto minus ille spiritus Dei qui omnium hominum & angelorum mentes ineffabili excellentia diuinae substantiae supergreditur? Aut quisquam tali praecipitetur errore: ut audeat dicere filium & spiritum sanctum etiam uigilantibus hominibus esse uisibiles, patrem autem non nisi somniantibus. Quomodo ergo de solo patre accipiunt: quem nemo hominum uidit nec uidere potest? An cum dormiunt homines? Aut qui formare similitudinem corporis potest ad se significandum per uisa somniantium, non potest formare ipsam corpoream creaturam ad se significandum oculis uigilantium: cum eius ipsa substantia qua est ipse quod est, nulla corporis similitudine dormienti, nulla corporea specie uigilanti possit ostendi: nec solum patris uerum etiam filij & spiritus sancti. Et certe qui uigilantium uisus mouetur ut

non patrem sed tantum filium uel spiritum sanctum credat corporalibus hominum apparuisse conspectibus, ut omittam tantam latitudinem sanctarum paginarum, & tam multiplicem earum indulgentiam: unde nemo sancti capitis affirmare debet, nusquam personam patris per aliquam speciem corporealem uigilantium oculis demonstratam. Sed ut hoc (ut dixi) omittam, quid dicunt de patre nostro Abraham? Cui certe uigilanti, & ministranti cum scriptura praemississet dicens, Visus est dominus Abraham, non unus aut duo, sed tres apparuerunt uiri, quorum nullus excelsius alijs eminuisset dicitur est, nullus honoratius effulsi, nullus imperiosius egisse.

De inuisibili Deo inter nos agit. Et hoc est quod quaestionem facit, quia uos inuisibilem solum patrem dictum putatis. Vbi Apostolus ait: Immortalis, inuisibilis soli Deo, si dixisse soli patri, difficilius fortasse quaestio solueretur: quia uero dixit soli Deo, non est utique contra nos. Et unigenitus quippe in Dei forma & spiritus sanctus in sua natura est inuisibilis. Unus enim & solus Deus a nobis ipsa Trinitas praedicatur. Nunc in ista quaestione non immerito potest mouere quomodo de solo Deo qui est ipsa Trinitas dictum sit, inuisibilem soli Deo, cum sit etiam quaedam inuisibilis creatura. Propter quod dictum est de Christo, quia in ipso condita sunt omnia uisibilia & inuisibilia. Quia ergo sunt dii falsi uisibiles, ideo dictum est inuisibili soli Deo honor & gloria. Et enim est creatura inuisibilis, non tamen deus nobis est. Sed & si non dictum esset soli deo, sed dictum esset, Regi autem seculorum immortalis inuisibili honor & gloria: quis nisi deus esset? Honor & gloria soli Deo qui Deus inuisibilis est, non qui solus inuisibilis, quoniam est (ut diximus) & creatura inuisibilis. Item quaeri potest quomodo dictum sit, Deum nemo uidit unquam, cum eiusdem Domini uerba sint: Nescitis quia Angeli eorum semper uident faciem patris mei qui in caelis est? Quae sententia uos redarguit, qui nescitis quemadmodum dicatis inuisibilem patrem. Illud autem quod ait. Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui a Deo, hic uidit patrem, ad homines referri potest quod dictum est quisquam. Et quia ipse homo erat qui tunc loquebatur in carne, ita hoc dixit, ac si diceret, non quia patrem uidit quisquam hominum, nisi ego sicut dictum est. Quis sapiens, & intelliget haec? Non enim & de sanctis Angelis id accipi potest. Vnde Apostolus de inuisibili deo apertius posuit. Quem nemo hominum uidit, nec uidere potest. Non enim ait nemo, sed nemo hominum, ubi ostendit quemadmodum intelligi debeat, quod dictum est, Deum nemo uidit unquam, id est nemo hominum, sicut nemo ascendit in caelum: cum Angeli soleant illuc ascendere, quia solent inde descendere. Nec tamen Apostolus dixit nemo hominum poterit uidere Deum, sed nemo potest. Poterit enim ho-

mo, sed tunc, cum aeternum erit fidelium praemium uidere deum. Propter quod Ioannes Apostolus. Dilectissimi (inquit) filij Dei sumus, & non dum aparuit quid erimus. Scimus quia cum aparuerit similes ei erimus, quia uidebimus eum sicuti est.

Habens fidem & bonam conscientiam: qua quidem repellentes circa fidem naufragauerunt: ex quibus est hymeneus & Alexander, quos tradidi Satanae ut discant non blasphemare.

Stud Apostoli quale est: nonne ita mirabile ut nisi quia ipse dicit, cui uera dicenti contradicere nefas est, sit incredibile: Quis enim nesciat fidelium a Satana uenisse primam peccati suasionem, & quod ille primus autor sit omnium peccatorum: Et tamen quidam traduntur Satanae ut discant non blasphemare.

Quomodo igitur opus Satanae excluditur opere Satanae? Nulla creatura est, siue qua in ueritate manet dans gloriam Deo, siue qua in ueritate non stetit querens gloriam suam: nulla inquam creatura est qua non uelit nolit diuinae prouidentiae seruiat. Sed uolens facit eam quod bonum est, de illa uero qua hoc non uult, fit quod iustum est. Nam si etiam ipsi prauaricatores Angeli cum principe suo diabolo non recte dicerentur procuratores uel actores diuinae prouidentiae, non dominus magistratum huius mundi diabolum diceret, nec ueretur illo ad correptionem hominum ipsa potestas Apostolica, eodem Paulo a sebi dicente. Quos tradidi Satanae ut discant non blasphemare. Et alio loco ad salutem. Ait enim. Ego quidem sicut ab sens corpore, praesens autem spiritu, iam iudica ui quali praesens eum qui sic operatus est in nomine Domini nostri IESU CHRISTI congregatis uobis, & in eo spiritu cum potentia domini nostri Iesu tradere huiusmodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. Sed et magistratus sub tanto imperatore non facit nisi quantum illi permittitur, & procuratores actoresque huius mundi nihil faciunt nisi quantum dominus sinit. Non enim later eum aliquid sicut hominem, aut in aliquo est minus potens, ut procuratores atque actores qui sunt in eius potestate, aliquid ipso siue non permittente siue nesciente in subiectis sibi pro suo gradu rebus efficiant. Non eis tamen rependitur quod de ipsis iuste fit, sed quo animo ipsi faciunt, quia neque liberam uoluntatem rationali creaturae suae Deus negauit, & tamen potestatem quo etiam iniustos iuste ordinat, sibi retinuit.

CAPVT II.

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt: ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.

Quamdiu permixtae sunt ambae ciuitates, utimur & nos pace Babylonis, ex qua ita per

Ex lib. de nat. & grat.

In expo. epist. ad Gal.

Ex lib. de ciui. di. 19.

fidem populus Dei liberatur: ut apud eam interim peregrinetur. Propter quod & Apostolus ammonuit ecclesiam, ut oraret pro regibus eius atque sublimitibus, addens & dicens.

Ut quietam & tranquillam uitam agamus cum omni pietate & castitate. Et propheta Hieremias cum populo Dei ueteri praeuocaret captiuitatem, & diuinitus imperaret ut obedienter irent in Babyloniam, Deo suo etiam ista patientia seruientes, monuit & ipse ut oraretur pro illa, dicens. Quia in eius est pax pax uestra. Utique interim temporalis, quae bonis malisque communis est. Pax autem nostra propria, & hic est cum Deo per fidem, & in aeternum erit cum illo per spem.

Sicut autem Hierusalem significat ciuitatem societatemque sanctorum, sic Babylonia significat ciuitatem societatemque iniquorum.

Quoniam dicitur interpretari consilio. Illa ergo captiuitas Hierusalem ciuitatis, & ille populus in Babyloniam ductus, ad seruitutem ire iubetur a Domino per Hieremiam illius temporis prophetam. Et extiterunt reges Babyloniae sub quibus illi seruiebant, qui ex eorum occasione commoti quibusdam miraculis cognoscerent & colerent & colui uerent unum uerum Deum qui condidit uniuersam creaturam. Iussi sunt autem pro eis orare, a quibus captiui tenebantur, & eorum pace pacem sperare ad gignendos filios, & domos edificandas, & plantandos hortos & uineas.

Post septuaginta autem annos promittitur eis ab illa captiuitate liberatio. Hoc autem totum figurate significat Ecclesia Christi in omnibus sanctis eius qui sunt ciues Hierusalem caelestis seruituram fuisse sub regibus huius seculi. Dicit enim & apostolica doctrina, ut ois anima sublimioribus potestatibus subdita sit, & ut reddant omnibus oia, cui tributum tributum, cui uectigal uectigal, & car. Quae saluo Domini nostri cultu constitutionis humanae principibus reddimus. Quando & ipse Dominus ut nobis huius sanae doctrinae preberet exemplum, pro capite hominis quo erat hominis indutus, tributum luere non dedignatus est.

Iubentur autem etiam serui Christiani & boni fideles Domini suis temporalibus equanimiter fideliterque seruire, quos iudicaturi sunt, si usque in finem iniquos inuenerint, aut cum quibus aequaliter regaturi sunt, si & illi ad uerum Deum conuersi fuerint. Omnibus tamen praecipitur seruire humanis potestatibus atque terrenis quousque post tempus praecipitum quod significant septuaginta anni, ab istius seculi confusione, tanquam de captiuitate Babyloniae sicut Hierusalem liberetur Ecclesia. Ex cuius captiuitatis occasione, ipsi etiam terreni reges desertis idolis, pro quibus persequebantur Christianos, unum uerum Deum & Christum Dominum cognouerunt & colunt. Pro quibus Apostolus Paulus iubet orari etiam cum persequerentur Ecclesiam. Sic enim dicit. Obsecro itaque primum

Ex lib. de cate. chizandis rudibus.

* Verbum Domini.

mum fieri deprecationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt, ut securam & tranquillam uitam agamus, cum omni pietate & castitate. Itaque per ipsos data est pax Ecclesiae, quamuis temporalis tranquillitas temporis, ad edificandas spiritaliter domos, & plantandos hortos & uineas. Nam ecce modo per istum sermonem edificamus, atque plantamus, & hoc fit per totum orbem terrarum, cum pace regum Christianorum, sicut idem dicit Apostolus. Dei agricultura, dei edificatio estis.

1. Cor. 3. Ex li. ad Pau. episcopum

Ista plane difficillime discernuntur, ubi ait. Obsecro itaque omnium primum fieri obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones. Precationes & deprecationes, multi nostri hoc idem putant, & hoc quotidiano uisum omnino praualuit. Qui autem distinguuntur in optandis bonis, deprecationibus uero in deuitandis malis. Precari enim dicebant esse se praecando bona optare: imprecari mala, quod uulgo iam dicitur maledicere: deprecari autem mala praecando depellere. Sed uisum iam loquendi modum potius sequamur, & huc praedicationes, huc deprecationes, inuenerimus, quas Graecis deyllas uocant, non putemus esse emendandum. Multa hinc dici possunt quae improbanda non sunt, sed eligo in his uerbis hoc intelligere, quod omnis, uel pene omnis inueniat Ecclesia, ut precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud quod est in domini mensa incipiat benedici. Orationes, cum benedicitur & sanctificatur & ad distribuendum comminuitur: quam totam benedictionem fere omnis ecclesia dominica oratione concludit. Interpellationes autem, siue ut nostri codices habent postulationes, cum populus benedictus. Tunc enim antistites uel aduocati susceptos suos per manus impositionem misericordissimae offerunt potestati. Quibus peractis, et participato tanto sacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam uerbis ultimam commendauit Apostolus. Haec autem causa praecipua fuit ista dicendi, ut his breuiter praescriptis atque significatis, non putaretur negligendum esse quod sequitur. Pro omnibus hominibus, pro regibus & his qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate: ne quisquam sicut se habet humanae cogitationis infirmitas existimaret ista non esse faciendam pro his a quibus persecutionem patiebatur Ecclesia, cum membra CHRISTI ex omni essent hominum genere colligenda. Unde adiungit & dicit. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo: qui omnes homines uult saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Et ne quisquam diceret, posse esse salutis uitam in bona conuersatione, & unius dei omnipotentis cul

tu sine participatione corporis, & sanguinis Christi: Unus enim Deus, inquit, & unus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Ut illud quod dixerat, omnes homines uult saluos fieri, nullo alio modo intelligatur praestari, nisi per mediatorem non deum, quod semper erat uerbum sed hominem Christum Iesum, cum uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.

Ex lib. enchir.

Cum audimus, & in sacris literis legimus quod uelit omnes homines saluos fieri, quamuis certum sit nobis non omnes saluos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissimae Dei uoluntati aliquid erogare, sed ita intelligere quod scriptum est quod oes homines uult saluos fieri, tanquam diceretur, nullum hominem fieri saluum nisi quem fieri ipse uoluerit. Non quod nullus sit hominum nisi quem saluum fieri uelit, sed quod nullus fiat nisi quem uelit, & ideo sit rogandus ut uelit, quia necesse est fieri si uoluerit. De orando quippe Deo agebat Apostolus ut hoc diceret. Si enim intelligimus & quod in Euangelio scriptum est, Qui illuminat omnem hominem, non quia nullus est hominum, qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Aut certe sic dictum est, qui uult omnes homines saluos fieri, non quod nullus hominum esset quae saluus fieri nollet, qui uirtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse praesentiam si fecisset, sed ut omnes homines omne genus hominum intelligamus per quae cunctae differentiae distributum, reges, priuatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, foeminas, infantes, pueros, adolecentes, iuuenes, seniores, senes, in linguis omnibus, in moribus, in uoluntatibus, & in conscientiarum uarietate innumerabiliter constitutos, & si quid aliud differentiarum est in hominibus. Quid est enim eorum unde non deus per unigenitum suum, dominum nostrum per omnes gentes saluos homines fieri uelit, & ideo faciat, quia omnipotens uelle inaniter non potest quodcumque uoluerit. Praecepit enim Apostolus ut oraretur pro omnibus hominibus, & specialiter addiderat pro regibus & his qui in sublimitate sunt, qui putari poterant fastu & superbia seculari a fidei Christianae humilitate abhorrere, proinde dicens, Hoc enim bonum est coram saluatore nostro Deo, id est ut etiam pro talibus oretur, statim ut desperationem tolleret addidit. Qui omnes homines uult saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire. Hoc quippe Deus bonum iudicauit, ut oratione humilium dignaretur salutem praestare sublimium. Quod utique iam uideamus impletum. Isto locutionis modo & dominus est usus in euangelio: ubi ait pharisaeis. Deci

matris mentam & rutam, & omne holus. Neque enim Pharisei & quęcunq; aliena, & omnium per omnes terras alienigenarū omnia holera decimabant. Sicut ergo hic omne holus omne holerum genus, ita illic omnes homines, omne hominum genus intelligere possumus, & quocunq; alio modo intelligi potest, dum tamen credere non cogamur aliquid omnipotentem uoluisse fieri, factumq; non esse. Quis sine ullis ambiguitatibus nō credat, si in celo & in terra (sicut eum ueritas cantat) omnia quęcunq; uoluit fecit, quia profecto facere noluit quodcunq; non fecit.

Psalm. 113.
Exepli. ad Vi-
talem.
Sicut illud quod dictum est, omnes in Christo uiuificabuntur, cum tamen multi æterna morte puniantur, ideo dictum est, quia omnes quicunq; uitam æternam percipiunt, nō percipiunt nisi in Christo: Ita quod dictum est, omnes homines uult deus saluos fieri: ideo dictum est: quia omnes qui salui fiunt, nisi ab ipso uolente non fiunt.

Ex lib. de spi.
& lit.
Vult autē deus omnes homines saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire, non sic tamen ut eis adimat liberum arbitrium, quo uel bene uel male utentes iustissime iudicentur.

Quod cū fit, infideles quidē contra uoluntatē dei faciunt: cum eius Euangelio non credunt, nec ideo tamen eam uincunt: uerum se ipsos fraudant magno & summo bono, malisq; peccatibus implicant, experturi in supplicijs potestatis eius, cuius in donis misericordiam cōtempserunt. Ita uoluntas Dei semper inuicta est. Vinceretur autē, si nō inueniret quid de cōtemptoribus faceret, aut ullo modo possent euadere, quod de talibus ille cōstituit. Qui enim dicit (uerbi gratia) uolo ut omnes serui mei operentur in uinea: & post laborem requiescentes epuletur: ita ut quisquis eorum hoc noluerit, in pistrino semper molat: uidetur quidem quicunq; cōtempserit cōtra uoluntatē domini sui facere, sed tunc eā uincet si & pistrinum cōtempnent effugerit. Quod nullo modo fieri potest sub dei potestate. Quia ergo nos qui salui futuri sint nescientes, omnes quibus prædicamus hanc pacem, saluos fieri uelle deus iubet, & ipse hoc in nobis operatur: diffundendo istam charitatem in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis: potest etiā sic intelligi, quod omnes homines uult deus saluos fieri, quoniam nos facit uelle. *Vnus enim deus: unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.*

Ex lib. de nat.
& gra.
Cū sit ipse Christus sapientia Dei per quā creata sunt omnia: cumq; nullæ mētes rationales, siue Angelorū, siue hominū nisi participatione ipsius sapientes fiant, cui per spiritum sanctum, per quem charitas in cordibus nostris diffunditur, inheremus, quę trinitas unus deus est, consultum est diuina prouidentia mortalibus, quorum temporalis uita in rebus orientibus & occidentibus occupata tenebatur: ut eadē ipsa dei sapientia ad unitatem personę suę hominē assumpto, in quo tempora-

Ex lib. de cōf.
euang.
liter nasceretur, uiueret & moreretur, & resurgeret: congrua salutis nostrę dicendo & faciendo, patiendo & sustinendo fieret deorsum hominibus exemplum redeundi, qui sursum est angelis exemplum monendi. Ac per hoc cū rebus æternis contemplantiū ueritas perfruat, rebus autem ortis fides credentiū debeatur, purgatur homo per rerum temporalium fidem, ut æternarum percipiat ueritatem. Nā & quidam nobilissimus philosophus plato in eo libro quem Timæum uocant, sic ait. Quantum ad id quod ortum est æternitas ualeat: tantum ad fidem ueritas. Duo illa sursum sunt, æternitas & ueritas. Duo ista deorsum, quod ortum est & fides, ut ergo ab imis ad summa reuocemur, atq; id quod ortum est recipiat eternitatem, per fidem ueniendum est ad ueritatē. Et quia omnia quę in contrarium pergūt, per aliquod medium reducuntur, & ab æterna iustitia tēporalis iniquitas nos alienabat, opus ergo erat mediā iustitia tēporali, quę mediętas temporalis esset de imis, iusta de summis: atq; ita se nec abruptens a summis, et contempserat imis, ita redderet summis. Ideo Christus mediator Dei & hominum dicitur est, inter Deum immortalem & hominem mortalem, & deus & homo reconcilians hominem deo, manens id quod erat, factus quod non erat. Ipse est nobis fides in rebus ortis, qui est ueritas in æternis.

Plato in
Timeo.
Tu es ueritas super omnia præsidens. At ego per auaritiam meam non ammittere te uolui, sed uolui tecum possidere mendacium, sicut nemo uult ita dicere falsum ut nesciat ipse quod uerum sit. Itaq; amisi te, quia non dignaris cum mendacio possideri. Quem inuenire qui me reconciliaret tibi. Ambiendum mihi fuit ab Angelis, quorum precibus & sacramentis multi conantes ad te redire, neq; per ipsos ualentes, sicut audio, tentauerunt hæc & inciderunt in desiderium curiosarum uisionum, & digni habitū sunt illusionibus. Elati enim te querebant doctrinæ fastu, et erigentes potius quam tundentes pectora. Et adduxerunt sibi per similitudinem cordis sui conspirantes & socias superbie suę potestates aeris huius, a quibus per potentias magicas deciperentur quærentes mediatorem per quem purgarentur, & non erat. Diabolus enim erat transfigurans se in Angelum lucis. Et multū illexit per carnē quod carneo corpore ipse non esset. Erant enim illi mortales & peccatores: tu autē domine cui reconciliari superbe querebant immortalis & sine peccato. Mediator autē inter Deū & homines oportebat ut haberet aliquid simile Deo, aliquid simile hominibus, ne in utroq; hominibus similis longe esset a deo, aut in utroq; deo similis, longe esset ab hominibus, atq; mediator non esset. Fallax itaque ille mediator quo per secreta iudicia tua superbia mereretur illud, unum cū hominibus habet, id est peccatum, aliud uideri uult habere cum deo, ut quia carnis mortalitate nō regitur pro

Ex lib. conf.
10.
immortali se ostendet. Sed quia stipendium peccati mors, hoc habet commune cum hominibus, ut inde simul damnatur in mortem. Verax autem mediator quem secreta tua misericordia demonstrasti humilibus & misisti, ut eius exemplo etiam ipsam discerent humilitatem, mediator ille dei & hominū, homo Christus Iesus, inter mortales peccatores & immortalem iustum apparuit, mortalis cum hominibus, iustus cum Deo, ut quoniam stipendium uitę pax est, per iustitiam coniunctam Deo euacuaret mortem iustificatorum impiorum: quam cum illis uoluit habere communē. Hic demonstratus est antiquis sanctis, ut ita ipsi per fidem futurę passionis eius, sicut nos per fidem præteritę salui fierent. In quantum enim homo, in tantum mediator: in quantum autem uerbum, non mediū, quia equalis deo, & deus apud deum, & simul unus deus: Quomodo nos amasti pater bone, qui filio tuo unico non pepercasti, sed pro nobis impijs tradidisti eum: Quomodo nos amasti, pro quibus ille non rapinam arbitratus esse æqualis tibi, factus est subditus usq; ad mortem crucis: Vnus ille in mortuis liber, potestatem habens ponēdi animam, potestatem habens iterum fumen di eam: pro nobis tibi uictor & uictima, & ideo uictor, quia uictima: pro nobis tibi sacerdos & sacrificium, & ideo sacerdos quia sacrificium, faciens tibi nos deseruis filios, dete nascendo, nobis seruando.

Ex lib. de ciui.
dei.
Si omnes homines quamdiu mortales sunt etiam miseri sint necesse est, quærēdus est mediū, qui non solum homo, uerum etiam deus sit, ut homines ex mortali miseria ad beatā immortalitatē huius medię beata mortalitas interueniendo perducatur quę neq; non fieri mortalem oportebat, neq; permanere mortalem. Mortalis quippe factus est non infirmata uerbi diuinitate, sed carnis infirmitate suscepta. Non autem permansit in ipsa carne mortali quam resuscitauit a mortuis, quoniam ipse est fructus mediationis eius, ut nec ipsi propter quos liberandos mediator effectus est in perpetua uel carnis morte remaneret. Proinde mediatorem inter nos & deum & mortalitatem habere oportuit transeuntem, & beatitudinem per manentem, ut per id quod transit congruens morituris, ad id quod permanet, transferret ex mortuis. Boni igitur angeli inter miseros mortales, & beatos immortales medię esse non possunt, quia ipsi quoq; & beati & immortales sunt. Possunt autem medię esse angeli mali, quia immortales sunt cum illis, miseri cum istis. His contrarius est mediator bonus, qui aduersus eorum immortalitatem & miseriam, & mortalis esse ad tempus uoluit, & beatus in æternitate persistere potuit: ac sic eos & immortales superbos ac miseros noxios ne immortalitatis iactantia seduceret ad miseriam, & suę mortis humilitate, & suę beatitudinis benignitate destruxit in eis: quorum corda per suam fidem mundās, ab illorum im-

mundissima dominatione liberauit. Homo itaq; mortalis & miser longe se iunctus ab immortalibus & beatis, quid eligat mediū per quod immortalitati & beatitudini copuletur? Quod possit delectare in dæmonum immortalitate, miserum est: quod possit offendere in Christi mortalitate, iam non est. Ibi ergo ca uenda est miseria sempiterna, hic mors uimenda non est, quæ non esse potuit sempiterna, & beatitudo amanda est sempiterna. Ad hoc se quippe interponit mediū, immortalis & miser, ut ad immortalitatem beatam transire non sinat, quoniam persistit quod impedit, id est ipsa miseria. Ad hoc se autem interposuit mortalis & beatus, ut mortalitate transacta, & ex mortuis faceret immortales, quod in se resurgendo monstrauit, & ex miseris beatos, unde nunquam discessit. Alius ergo est mediū, qui separatur amicos. Alius bonus qui reconciliat inimicos. Et ideo multi sunt medię separatores, quia multitudo quę beata est, unius dei participatione fit beata. Cuius participationis priuatione misera multitudo malorum angelorum, quę se opponit potius ad impedimentum, quam interponit ad beatitudinis adiutorium, etiam ipsa multitudine ob strepit quodammodo, ne possit ad illud unū beatificum perueniri, ad quod ut perduceremur non multis, sed uno mediatore opus erat & hoc eo ipso, cuius participatione sumus beati, hoc est uerbo dei, non factio per quod facta sunt omnia. Nec tamen ob hoc mediator est quia uerbum: maxime quippe immortale, & maxime beatum uerbum longe est a mortalibus miseris: sed mediator per quod homo, eo ipso utiq; ostendens ad illud nō solum beatum, uerum etiam beatificum bonum, non oportere quærī alios mediatores, per quos arbitremur nobis peruentiois gradus esse molendos, quia beatus & beatificus deus factus particeps humanitatis nostrę, compendium præbuit participandę diuinitatis suę.

Neque enim nos a mortalitate & miseria liberans, Ad Angelos immortales beatosq; perducit, ut eorum participatione etiam nos immortales & beati simus, sed ad illam Trinitatem, cuius Angeli sunt beati. Ideo quando in forma serui, ut mediator esset, infra Angelos esse uoluit, in forma Dei super Angelos mansit, id est in inferioribus uia uitę, qui in superioribus uita.

An Apostolus Petrus, sicut eum quidam fauore peruerso excusare nituntur, Christum non negauit, quia interrogatus ab ancilla hominem se nescire respondit, sicut alij Euangelistę contestantur expressius: Quasi uero qui hominem Christum negat, non Christum negat, & hoc in eo negat q̄ factus est propter nos, ne periret quod fecerat nos.

Qui ergo ita confitetur Christum Deum, ut hominem neget, non pro illo mortuus est Christus, quia secundum hominem mortuus est Christus. Qui negat hominem Christum, non

Ex tracta. euā.
sec. Ioan. 63.

non reconciliatur per mediatorem Deo. Vnus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Qui negat hominem Christum, non iustificatur, quia sicut per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam unius hominis, iusti constituentur multi. Qui negat hominem Christum, non resurget in resurrectione uitae, quia per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Per quid autem est caput Ecclesiae, nisi per hominem, quod uerbum caro factum est id est Dei patris unigenitus deus homo factus est: Quomodo est igitur in corpore Christi, qui negat hominem Christum? Qui enim caput negat, quomodo est membrum? Nec ullus se beati Petri defendat exemplo, qui se multis lachrymis & accusauit & lauit, ut principem suum Ecclesia non negationis, sed poenitentiae imitatione sequeretur.

Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Habes maiestatem ad quam ores, habes humanitatem quae pro te orat. Nam hoc dictum est ab Apostolo etiam post resurrectionem domini nostri Iesu Christi. Qui sedet (inquit) ad dexteram Dei, qui & interpellat pro nobis. Quia mediator esse dignatus est. Quid est mediatorem esse inter Deum & homines, non inter patrem & homines, sed inter deum & homines. Quid est deus? pater & filius & spiritus sanctus. Quid sunt homines? Peccatores, impii mortales. Inter illam trinitatem & hominum infirmitatem & iniquitatem mediator factus est homo non iniquus, sed tantum infirmus: ut ex eo quod non iniquus, iungeret te deo, ex eo quod infirmus, propinquaret tibi, atque ita inter Deum & hominem existeret.

Iob inter multa hoc etiam dixit. Ille autem gestabat personam magnae prophetiae. Vtinam (inquit loquens ad Deum) utinam nobis esset arbiter. Sed quid prauidere quid petebat? Multi (inquit dominus) iusti & prophetae uoluerunt uidere quae uideretis: & non uiderunt. Arbitrum desiderabat. Quid est arbiter? Medius ad componendam causam. Nonne inimici eramus dei? & malam causam habebamus aduersus Deum? Quis finiret causam istam malam: nisi ille medius arbiter: de quo apostolus dicit: Vnus enim deus, unus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Si non homo, non mediator: quia aequalis patri deus. Dicit alio loco. Mediator autem unius non est: deus autem unius est inter duos mediator. Ergo Christus mediator inter homines & Deum, non quia Deus, sed quia homo, non quia Deus aequalis patri, si aequalis patri, non mediator. Ut autem sit mediator, descendat a superiore ad inferiorem: ab aequalitate patris: adiciat quod ait Apostolus. Semetipsum excinuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Fundat sanguinem, deleat chirographum non

nostrum, componat inter nos & Deum nostrum, nostram uoluntatem corrigens, ad iustitiam illius sententiam flectens ad misericordiam. Talem se Deus praebuit hominibus: ut etiam panem de caelo miserit, & filium suum aequalem, qui hoc est quod ipse, dederit hominem faciendum, & pro hominibus occidendum, ut per hoc quod tu es, gustes quod non es. Multum enim ad te erat gustare suauitatem Dei: quia remota erat illa & nimis alta, tu autem nimis abiectus & in imo iacens. In magna ista separatione, missus est mediator. Non poteras ad Deum homo, Deus factus est homo: ut quoniam homo potes ad hominem, qui non potes ad deum, per hominem uenires ad Deum. Et factus est mediator dei, et hominum, homo Christus Iesus. Sed si homo solum esset, hoc se quendo quod es nunquam peruenires, si deus solum esset, non comprehendendo quod non es nunquam peruenires. Deus factus est homo, ut hominem sequendo quod potes, ad deum peruenias, quod non poteras.

Mediatorem dominum Iesum Christum secundum hominem dici, ex ista sententia fit planius cum ait. Vnus enim deus, unus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Mediator enim inter Deum, & Deum esse non posset, quia unus est deus. Mediator autem unius non est, quia inter aliquos medius est. Angeli porro qui non lapsi sunt a conspectu dei, mediatore non opus habent, per quem reconcilientur. Item Angeli qui nullo suadente spontanea prauaricatione sic lapsi sunt, per mediatorem non reconciliantur. Restat ergo, ut qui mediatore superbo diabolo superbiam persuadente deiectus est, mediatore humili Christo humilitatem persuadente erigatur. Nam si filius dei in naturali aequalitate patris manere uellet, nec se exinaniret, formam serui accipiens, non esset mediator dei & hominum: quia ipsa Trinitas unus est deus, eadem in tribus patre & filio & spiritu sancto deitatis aeternitate, & aequalitate constante. Sic itaque unicus dei filius mediator Dei & hominum factus est, esse uerbum dei deus apud Deum, & maiestatem suam usque ad humana deposuit, & humilitatem humanam usque ad diuina subiecit, ut mediator esset inter deum & homines, homo per deum ultra homines. Ipse est enim speciosus forma praefilijs hominum, & unctus oleo exultationis praeparticipibus suis. Sancti sunt ergo ab impietate superbiam, ut reconcilientur deo, quicumque homines humilitatem Christi per reuelationes antequam fieret, & per Euangelium posteaquam facta est, credendo dilexerunt, diligendo imitati sunt.

Nam neque per ipsum liberaremur unum mediatorem dei & hominum, hominem Iesum Christum, nisi esset & deus. Sed cum factus erat Adam homo scilicet reclusus mediatore non opus erat. Cum uero genus humanum peccata longe separauerint a deo, per mediatorem, qui solus sine peccato natus est, uixit, occisus

10an. 1.

Ex tractatu Psalm. 29.

10an. 1.

Roman. 8.

Ex tractatu Psalm. 103.

sermone. 4.

Iob. 6.

Matth. 13.

Philip. 2.

Ex tracta. psal. 134.

In expo. epi. ad Gal.

Psalm. 44.

Ex li. enchir.

occisus est, reconciliari nos oportebat deo usque ad carnis resurrectionem in uitam aeternam: ut et humana superbia per humilitatem dei argueretur, ac sanaretur: & demonstraretur homini quam longe a deo recesserat, cum per in carnatum deum reuocaretur, ac per hominem deum exemplum obedientiae contumaci homini praeretur, & unigenito suscipiente formam serui, quae nihil ante meruerat, fons gratiae panderetur, & carnis resurrectio redemptis promissa in ipso redemptore praemonstraretur, & per eandem naturam quam se de cepisse laetabatur diabolus uinceretur, nec tamen homo gloriaretur, ne iterum superbia nasceretur: & si quid aliud de tanto mediatoris sacramento a proficientibus uideri, & dici potest aut tantum uideri, si dici non potest.

Ego, inquit, dominus, ero illis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Quare in medio eorum? Quia uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Princeps in medio eorum. Inde & mediator dei & hominum quia deus cum patre, quia homo cum hominibus. Ecce mediator, non mediator homo praeter deitatem, non mediator Deus praeter humanitatem. Diuinitas sine humanitate non est mediatrix, humanitas sine diuinitate non est mediatrix, sed inter diuinitatem solam & humanitatem solam, mediatrix est humana diuinitas, & diuina humanitas Christi.

Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est, in quo posuit sum ego predicator & Apostolus: ueritatem dico, non mentior, doctor Gentium in fide & ueritate.]

It dominus Iesus his qui crediderant in eum. Si uos manseritis in uerbo meo, ueritatem discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Si manseritis, inquit, in uerbo meo. Ideo manseritis, quia initiati estis, quia esse ibi coepistis. Si manseritis, hoc est in fide qua in uobis credentibus esse coepit: quo peruenietis? Vide quale initium quo perducit, amasti fundamentum, culmen attinge. Vere discipuli eritis. Et quid nobis prodest? Et cognoscetis ueritatem. Quid promittit credentibus fratres. Et cognoscetis ueritatem. Quid enim? non illam cognouerant quando dominus loquebatur? Si non cognouerunt quomodo crediderunt? Non quia cognouerunt, crediderunt, sed ut cognoscerent crediderunt.

Credimus enim ut cognoscamus, non cognoscamus ut credamus. Quod enim cognituri sumus, nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quid est enim fides nisi credere quod non uides? Fides ergo est quod non uides credere, ueritas quod credidisti uidere. Cognoscetis ueritatem? Quid enim? quod dixisti non est ueritas? Veritas est, sed adhuc creditur, nondum uidetur, si maneat in eo quod creditur, peruenitur ad id quod uideatur. Magna promissio, sed merces est fidei. Quaeis mercedem? opus praecedat.

Volero ergo uiros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira, & discipatione, similiter & mulieres in habitu ornata

to cum uerecundia & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste preciosa, sed quod deceat mulieres promittentes pietatem per opera bona.]

Leuauit pro nobis Dominus noster manus suas in cruce, & extentae sunt manus eius pro nobis. Ideo extentae sunt manus eius in cruce, ut manus nostrae extendantur in bona opera, quia crux ipsius misericordiam nobis praebuit. Ecce leuauit ille manus, & obtulit pro nobis sacrificium Deo seipsum, & per illud sacrificium deleta sunt omnia peccata nostra. Leuemus & nos manus nostras ad Deum, in prece, & non confundatur manus nostra leuata ad Deum, ut exerceatur in bonis operibus. Quid enim facit qui leuat manus? Unde praecceptum est, ut leuatis manibus oremus ad deum. Apostolus enim dicit. Leuantes puras manus sine ira & discipatione. Ut cum leuas ad Deum manus, ueniant tibi in mentem opera tua. Quia enim manus istae leuantur ut impetres quod uis, ipsas manus cogita in bonis operibus exercere, ne erubescat leuari ad deum.

Mulier in silentio discat, cum omni subiectione, Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in uirum, sed esse in silentio.]

Quod dictum est, Et ad uirum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur: uidendum est quemadmodum possit accipi. Neque enim ante peccatum aliter factam fuisse decet credere mulierem, nisi ut uir ei dominaretur: & ad eum ipsa seruido conuerteretur. Sed recte accipi potest hanc seruitutem significatam, quae cuiusdam conditionis est potius quam deiectionis, ut etiam ipsa talis seruitus, quae homines hominibus postea serui esse coeperunt, de poena peccati reperitur exorta. Dixit quidem Apostolus. Per charitatem seruite inuicem. Sed nequaquam dixit, inuicem dominamini. Possunt itaque coniuges per charitatem seruire inuicem: sed mulierem non permittit Apostolus dominari in uirum. Hoc enim uiro potius sententia dei detulit: et maritum habere dominum meruit mulieris non natura, sed culpa. Quod tamen nisi seruetur: deprauabitur amplius natura, & augebitur culpa.

Adam enim primus formatus est, deinde Eua: & Adam non est seductus: mulier autem seducta in prauaricatione fuit.]

Si iam spiritualis erat Adam, quamuis mente non corpore, quomodo credere non potuit, quod per serpentem dictum est, ideo Deum prohibuisse, ne fructu ligni illius uesceretur, quia sciebat eos si fecissent futuros, ut deos propter dignoscantiam boni & mali, tamquam hoc tantum boni creaturae suae creator inuiderit: Hoc mirum si homo spiritali mente praeditus credere potuisset. An quia hoc credere non posset, propterea mulier addita est, quae parui intellectus esset, & adhuc fortasse secundum sensum carnis, non secundum spiritum uiueret. Et hoc est quod ei Apostolus non tribuit imaginem Dei. Sic enim ait. Vir quidem non debet uelare caput, cum sit imago & gloria dei, mulier autem gloria

Ex tracta. psal. 12.

Ex li. de Gene. ad literam. 11. Genesis. 3.

Ex eo lib.

gloria uiri est. Non quo mens foemina eandem imaginem capere non possit, cum in illa gratia nos dicat nec masculum esse, nec foeminam, sed quod fortassis illa hoc nodum perceperat quod fit in agnitione Dei, & uiro regente, ac dispensante paulatim fuerat perceptura. Neque enim frustra, & illud Apostolus ait. Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Et Adam non est seductus, mulier autem seducta, in prauaricationem facta est, id est ut per illam etiam uir prauaricaretur. Nam & ipsum dicit prauaricatorem, ubi ait. In similitudinem prauaricationis Adae, qui est forma futuri. Seductum tamen negat. Nam & interrogatus non ait, mulier quam dedisti mihi seduxit me, & manducaui, sed ipsa (inquit) mihi dedit de ligno, & manducaui. Illa uero. Serpens (inquit) seduxit me. Ita Salomon uir tantae sapientiae, nunquidnam credendum est quod in simulacrorum cultura credidit esse aliquid utilitatis? Sed mulierum amori ad hoc malum trahenti resistere non ualuit, faciens quod sciebat non esse faciendum, ne suas quibus deperibat atque diffuebat, mortiferas delicias contristaret. Ita & Adam posteaquam de ligno prohibito seducta mulier manducauit, ei quoque dedit ut simul ederet, noluit eam contristare, quam credebat posse sine suo solatio contabescere, si ab eius alienaretur animo, & omnino illa interire discordia non quidem carnis uictus concupiscentia, quam nondum fenserat in resistente lege membrorum legi mentis suae, sed amicali quadam beneuolentia, qua plerumque fit ut offendatur Deus, ne homo ex amico fiat inimicus. Quod est facere non debuisset diuinae sententiae iustus exitus indicauit. Ergo alio modo quodam etiam ipse deceptus est, sed doleo illo serpentine quo mulier seducta est, nullo modo illum arbitror potuisse seduci. Hanc autem seductionem proprie appellauit Apostolus, quia id quod suadebatur cum falsum esset: uerum putatum est, id est quod Deus ideo lignum istud tangere prohibuerit, quod sciebat eos si tetigissent uelut deos futuros, tanquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat. Sed etiam si uirum propter aliquam mentis elationem, quae Deum interiorum scrutatorem latere non poterat, sollicitauit aliqua experientia cupiditas, cum mulierem uideret accepta illa esca non esse mortuam, non tamen eum arbitror, si iam spirituali mente praeditus erat, ullo modo credere potuisse, quod eos Deus ab esca illius ligni inuidendo uetisset.

Ex li. de ciu. dei. 14.

Superbus ille Angelus, ac per hoc inuidus, male suadenda uersutia in hominis sensum serpere affectans, cui utique stanti quoniam ipse ceciderat inuidebat, fallaciam sermocinatus est foeminae, a parte scilicet inferiore illius humanae copulae incipiens, ut gradatim perueniret ad totum, non existimans uirum facile credulum, nec errando posse decipi, sed dum alieno cedit errori. Sicut enim Aaron erranti populo ad idolum fabricandum non consentit indu-

ctus, sed cessit obstrictus, nec Salomonem credibile est errore putasse idolis esse seruandum sed blanditijs foemineis ad illa sacrilegia esse compulsum, ita credendum est illum uirum suae foeminae, uni unum, hominem homini, coniugem coniugi, ad Dei legem transgrediendam, non tanquam uerum loquenti credidisse seductum, sed sociali necessitudine paruiffe. Non enim frustra dixit Apostolus: Sed Adam non est seductus: mulier autem seducta est, nisi quia illa quod ei serpens locutus est tanquam uerum esset, accepit: ille autem ab unico noluit consortio dirimi, nec in comunione peccati. Nec ideo minus reus, si sciens prudensque peccauit. Vnde & Apostolus non ait, non peccauit, sed non est seductus. Nam utique ipsum ostendit ubi dicit. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum. Et paulo post apertius. In similitudinem (inquit) prauaricationis Adae. Hos autem seductos intelligi uoluit, qui id quod faciunt, non putant esse peccatum. Ille autem sciuit. Alioquin quomodo uerum erit, Adam non est seductus? Sed inexpertus diuinae seueritatis in eo falli potuit, ut uentale crederet esse commissum. Ac per hoc in eo quidem quo mulier seducta est, non est ille seductus, sed eum fefellit quomodo fuerat iudicandum quod erat dicturus. Mulier quam dedisti mecum, ipsa dedit mihi & manducaui. Quid ergo pluribus? Et si credendo non sunt ambo decepti: peccando tamen ambo sunt capti, & diaboli laqueis implicati.

Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.

In isto sexu masculi & foeminae, Apostolus Paulus occultationis cuiusdam rei figurasse mysterium uel hinc intelligi potest, quod cum alio loco dicat ueram uiduam esse desolatam sine filijs & nepotibus, & tamen eam sperare in domino debere, et persistere in orationibus nocte ac die, hic dicit mulierem seductam in prauaricationem factam, saluam fieri per generationem filiorum. Et addidit. Si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Quasi uero possit obesse bonae uirtutis, si uel filios non habuerit: uel hi quos habuerit, in bonis operibus permanere noluerint. Sed quia ea quae dicuntur bona opera: tanquam filij sint uirtutis nostrae: secundum quod quaeritur, cuius uirtus sit quisque, id est quomodo agat haec temporalia. Quam uitam Graeci non zoni sed bion uocant. Et haec opera bona, maxime in officijs misericordiae frequentari solent. Opera uero misericordiae nihil proficiunt, siue paganis, siue Iudaeis, qui Christo non credunt, siue qui busque haereticis, uel schismaticis, ubi fides, & dilectio, & sobria sanctificatio non inuenitur.

Ex li. de triu.

1. Tim. 5.

Cor meum & caro mea exultauerunt in deo uiuum. Exultauerunt hic in illud. Vnde exultatio, nisi de spe quod exultauerunt in deo uiuum. Quae tibi exultauerunt? Cor meum & caro mea. Vnde exultauerunt? Nam et passer (inquit) inuenit sibi domum, et turtur nidum

Ex tractatu Psalm. 83.

dum sibi ut reponat pullos suos. Quid est hoc? duo dixerat, & duo reddit in similitudinibus auium. Dixerat exultasse cor suum & carnem suam, & his duobus reddit passerem & turturum. Cor tanquam passer, caro tanquam turtur. Inuenit sibi domum passer, inuenit sibi domum cor meum, & exercet pennas in uirtutibus huius temporis, in ipsa fide, spe, & charitate, quibus uolet in domum suam, & cum uenerit permanebit. Etiam querula uox passeris, quae hic est, non erit tibi. Nam & ipse est querulus passer, de quo in alio Psalm. dicit. Sicut passer singularis in tecto. Volet ad domum, iam sit in tecto, calcet domum carnalem. Habebit quendam coelestem locum, perpetuam domum, quando passer iste finiet querelas suas. Turturi autem dedit & pullos, id est carni. Inuenit nidum turtur, ubi ponat pullos suos, passer domum, turtur nidum. Et nidum utique ubi ponat pullos suos. Domus tanquam ad sempiternum erigitur, nidus ad tempus congeritur. Corde cogitamus Deum, tanquam uolante passere ad suam domum, carne autem agimus opera bona. Videtis enim per carnem sanctorum quanta bona fiunt. Per hanc enim operamur quae iussi sumus operari. Passer ergo ille qui cogitat domum suam, non recedit a turture querente sibi nidum, ubi ponat pullos suos, non enim abiicit illos ubicunque, sed inuenit sibi nidum, ubi eos ponat. Dicimus autem fratres quod nostris. Quanti uidentur praeter Ecclesiam bona operari, quam multi etiam pagani pascunt esurientem, uestiunt nudum, suscipiunt hospitem, uisitant aegrotum, consolantur inclusum: quam multi haec faciunt, quasi uideretur parere turtur, sed non sibi inuenit nidum. Quam multa multi haeretici non in Ecclesia operantur: non in nido pullos ponunt. Conculcabuntur, & conterentur, non seruabuntur, non custodientur. In huius enim carnis operatricis natura posita est quaedam mulier ab Apostolo Paulo cum ait. Adam non est seductus, mulier autem seducta est. Postea enim Adam consensit mulieri. Nam a serpente mulier seducta est. Nec modo potest aliqua mala uasio, nisi carni tuae primo desiderium commouerit, cui postea si mente consenseris, cecidit & passer. Si autem uincuntur desideria carnis, tenentur membra ad opera bona, auferuntur concupiscentiae arma, & incipit turtur habere pullos suos. Propter quod ibi ait Apostolus. Salua autem erit per filiorum generationem. Mulier uidua sine filijs, si perseuerauerit, nonne beator erit? Nunquid salua non erit, quia non parit filios? Virgo Dei nonne melior erit? nunquid salua non erit, quia filios non habet? aut ad deum non pertinet? Salua ergo erit mulier, quae in typo carnis accipitur per filiorum generationem, id est si faciat opera bona. Sed non ubicunque turtur inueniat nidum sibi, ubi ponat pullos suos. In fide uera, in fide catholica in societate unitatis ecclesiae, pariat opera sua. Propterea et de illa cum loqueretur apostolus, ita subiicit.

Salua autem erit per filiorum generationem, si permanferit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Permanendo ergo in fide, ipsa fides nidus est pullosum tuorum. Nam propter infirmitatem pullosum turturis tuae, dignatus est dominus praebere tibi unde nidum faceres. Indutus est enim foeno carnis, ut ad te ueniret. In ista fide pone pullos tuos, in isto nido operare opera tua. Qualis pax? quae oculis non uidit, nec auris audiuit. Qualis pax? de Hierusalem: quia Hierusalem interpretatur uisio pacis. Si ergo benedicat te Dominus ex Sion, & uideas bona quae sunt Hierusalem, omnes dies uitae tuae: & uideas non filios tuos tantum, sed filios filiorum tuorum. Quid est filios tuos? Opera tua quae hic agis. Qui sunt filij filiorum? Fructus operum tuorum. Facis eleemosynas filij tui sunt, propter eleemosynas accipis uitam, filij filiorum tuorum sunt. Videas filios filiorum tuorum, & erit quod sequitur. Pax super Israel.

Ex tractatu Psalm. 127.

CAPVT III.

Fidelis sermo. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, uirum uxoris uirum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suae domui bene praepositum filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domus suae praefesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei diligentiam habebit. Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones sint unius uxoris uiri, qui filijs suis bene praefint, & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirunt, & multam fiduciam in fide, quae est in Christo Iesu. Haec tibi scribo fili Timothee, sperans me ad te uenire cito. Si autem tardauero, ut scias quomodo oportet te in domo Dei conuersari, quae est Ecclesia Dei uiui, columna & firmamentum ueritatis.

Ex lib. de ciu. dei. 19.

Nec sic esse quisquam debet otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi: nec sic actiuus, ut contemplationem non requirat Dei. In otio non iners uacatio delectare debet, sed aut inquisitio, aut inuentio ueritatis, ut in ea quisque proficiat, & quod inuenierit ne alteri inuideat. In actione uero non amandus est honor in hac uita, siue potentia, quoniam omnia uana sub sole, sed opus ipsum quod per eundem honorem, uel potentiam fit, si recte atque utiliter fit, id est ut ualeat ad eam salutem subditorum quae secundum Deum est. Propter quod ait Apostolus. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Exponere uoluit quid sit episcopatus, quia nomen est operis, non honoris. Graecum est enim, atque inde ductum uocabulum, quod ille qui praeficitur, illis quibus praeficitur superintendit, curam eorum scilicet gerens, epi quippe super, scopos uero

T r t i n t e n t

tentio est. Ergo episcopum, si uelimus latine si per intendentem possumus dicere: ut intelligat se non esse episcopum, qui præesse dilexit non prodesse. Itaque ab studio cognoscende ueritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Locus uero superior, sine quo regi populus non potest esse ita teneatur atque administraretur ut decet, tamen indeceter appetitur. Quamobrem otium sanctum quærit charitas ueritatis, negotium iustum suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ, atque intueudæ uacandæ est ueritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatē. Sed nec sic omnimodo ueritatis delectatio deferenda est ne subtrahatur ipsa suauitas, & opprimat ista necessitas.

Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

Ex li. de Gene si ad lucra 5.

Non in Deo tantum innotescit Angelis quod absconditum est, uerum etiam hic eis apparet cum efficitur atque propalatur. Et nisi fallor, mirum est si non omnia quæ dicitur Deus tanquam ad præsens tempus cognoscere: ideo dicitur quia cognosci facit, siue ab angelis, siue ab hominibus. Modus quippe iste locutionis cum per efficientem id quod efficitur significatur, crebro est in scripturis sanctis: maxime cum de deo aliquid dicitur, quod ei ad proprietatem locutionis non conuenire, præsidens mentibus nostris ipsa ueritas clamat.

CAPVT IIII.

Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum in hypocrisis, loquentium mendaciis, et cauteriatà habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, et his qui cognouerunt ueritatem.

Ex li. cōt. Euan. sum.

Audi ergo quod confiteris te non uidere, quam mente aut consilio hoc aduersum uos capitulum proferamus, non quod à carnibus abstineatis. Nam hoc à quibusdā & primi patres nostri fecerunt, sicut commemoras non tamen ea damnandi, sed significandi gratia: quod non intelligitis, & christiani non heretici, sed catholici edomandi corporis causa, propter animam in orationibus amplius humiliandam, non quod illa esse immunda credant, non solum à carnibus uerum à quibusdā etiam terræ fructibus abstinent, uel semper sicut pauci, uel certis diebus atque temporibus, sicut per quadragesimam fere omnes, quanto magis quisque uel minus seu uoluerit, seu potuerit. Vos aut ipsam creaturam negatis bonam, & immundam dicitis, quod carnes diabolus operetur foetulentiore materia mali, ac per hoc eas tanquam immundiora, & truculentiora dei uestri uincula exhorrentes abijcitis. Cum enim Apostolus dixisset: abstinentes à cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, secutus ait. Et his qui

cognouerunt ueritatem. Quoniam omnis creatura dei bona est, & nihil abijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum Dei & orationem. Hac sunt quæ negatis, hoc animo, hac uoluntate, hac opinione ab eis huiusmodi temperantes, quod non significatione, sed natura malæ & immundæ sint. Quia in re creatorem earum sine dubio blasphematis, hoc est quod pertinet ad doctrinam demoniorum. Nolite ergo mirari hoc de uobis tanto ante à sancto spiritu prophetatum. Iterum si ad uirginitatē sic hortaremini, quemadmodum hortatur Apostolica doctrina, qui dat nuptum bene facit, & qui non dat nuptum, melius facit, ut bonum esse nuptias diceretis, sed meliorem uirginitatē sicut facit ecclesia, quæ uere Christi est ecclesia: non uos spiritus sanctus ita prænunderet dicens, prohibentes nubere. Ille enim prohibet qui hoc malum esse dicit, non qui huic bono aliud melius anteponit. Denique uos eum præcipue concubitum detestamini, qui solus honestus, & coniugalis est, & quæ maritalia quoque tabulæ præ se gerunt, liberorum procreandorum causa. Unde uere non tam concumbere quam nubere prohibetis. Concumbitur enim etiam causa libidinum. Nubitur autem non nisi filiorum. Videtis ergo multum interesse inter hortantes ad uirginitatē, bono minori bonum amplius præponendo: & prohibentes nubere, concubitum propagationis, qui solus proprie nuptialis est, uehementius accusando: Multum interesse inter abstinentes à cibis propter sacratam significationem, uel propter corporis castigationem, & abstinentes à cibis quos Deus creauit, dicere quod non creat ueritatem. Proinde illa est doctrina prophetarum & Apostolorum, hæc demoniorum mendaciorum. Hinc etiam illud præceptum quod est. Non moechaberis, ita uiolatis, ut hoc maxime in coniugio detestemini, quod filij procreantur, ac si auditores uestros, dum cauent ne fornicationibus nascentur concipiant, etiam uxoribus adulteros faciatis. Quomodo ergo non prohibes nubere, quod de tanto ante prædixit Apostolus, quando id conaris auferre de nuptiis unde sunt nuptiæ: Quo ablato mariti erunt turpiter amatores, meretrices uxores, thalami fornices, sacerdotum lenones. Ac per hoc etiam illud præceptum quod est, Non occides, ex eiusdem erroris peruersitate non seruas. Dum enim times ne Dei tui membrum ligetur in carnem, non das esurienti panem: hic formidans homicidium falsum, illic perpetrans uerum. Itaque si incurras in eum famelicum, qui mori possit nisi cibum porrigendo subuenias: iam tu homicida teneberis, aut lege Dei, si non dederis, aut lege Manichæi, si dederis.

Quod autem Dominus inuitatus uenit ad nuptias etiam hoc excepta mystica significatione confirmare uoluit quod ipse fecit. Futuri enim erant de quibus dixit Apostolus, prohibentes nubere, & dicentes quod malum essent

1. Cor. 7.

ut ex cōt. libris.

Ex tracta. cōt. sec. ioh. 9.

sent nuptiæ, & quod diabolus eas fecisset, cum idem Dominus dicit in Euangelio interrogatus utrum licet homini dimittere uxorem suam ex qualibet causa, non licere excepta causa fornicationis. In qua responsione si meministis hoc ait. Quod deus coniunxit, homo non separet. Et qui bene eruditus sunt fide catholica, nouerint quod Deus fecerit nuptias. Et sicut coniunctio à Deo, ita diuortium à diabolo fit. Sed propterea in causa fornicationis licet uxorem dimittere, quia ipsa esse uxor prior noluit, quæ fidem coniugalem marito non seruauit. Nec illæ quæ uirginitatem Deo uouent, quamquam ampliore gradum honoris & sanctitatis in ecclesia tenent, sine nuptiis sunt. Nam & ipse pertinet ad nuptias, cum tota ecclesia, in quibus nuptiis sponsus est Christus. Ac per hoc ergo Dominus inuitatus uenit ad nuptias, ut coniugalis castitas firmaretur, & ostenderetur sacramentum nuptiarum, quia & illarum nuptiarum sponsus, personam Domini figurabat, cui dictum est. Seruasti bonum uinum usque adhuc.

Matth. 19.

Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum Dei, & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus uerbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assuecisti.

Ex li. cont. Euan. sum.

Testamento ueteri, ubi quidam cibi carniū prohibentur, cur non sit contraria ista sententia qua dicit Apostolus. Omnia munda mundis, & omnis creatura Dei bona est, si possunt intelligant, hoc Apostolum de ipsis dixisse naturis, illas autem literas propter quædam præfigurationes temporis congruentes anima quædam non naturas, sed significationes immundas dixisse. Itaque uerbi gratia, si de porco & agno requiratur, utrumque natura mundum est, quia omnis creatura Dei bona est. Quædam uero significatione agnus mundus, porcus immundus est. Tanquam si stultum & sapientem diceret. Vtrumque hoc uerbum natura uocis, & literarum, & syllabarum, quibus constat, utique mundum est, significatione autem unum horum uerbum quo dicitur stultus, immundum dici potest, non natura sui, sed quoniam quiddam immundum significat. Et fortasse quod est in rerum figuris porcus, hoc est in rerum genere stultus. Et tam illud animal quam ista duæ syllabæ quod dicitur stultus, quiddam unum idemque significant. Immundum quippe illud animal in lege positum est eo quod non ruminet, non autem hoc eius uitium, sed natura est. Sunt autem homines, qui per hoc animal significantur immundi proprio uitio non natura. Qui cum libenter audient uerba sapientia, postea de his omnino non cogitant. Quod enim uile audieris, uelut ab inuestigato memoria tanquam ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare, quid est aliud quam spiritualiter quodammodo ruminare: Quod qui non faciunt illorum animalium genere figurantur. Unde & ipsa à talibus car-

nibus abstinentia, tale uitium nos cauere præmonuit. Cum enim thesaurus desiderabilis sit ipsa sapientia, de hac munditia ruminandis, & immunditia non ruminandis, alio loco ita scriptum est: Thesaurus desiderabilis & oleum requiritur in ore sapientis: uir autem stultus glurit illud. Sed prior populo multa alia non tantum audienda, uerum etiam obsequanda præcepta sunt. Tempus enim erat quo non tantum dicitis, sed etiam factis prophetari oporteret ea quæ posteriore tempore fuerant reuelanda, quibus per Christum atque in Christo reuelatis, fidei gentium onera obseruationum non sunt imposta, prophetia tamen autoritas commendata.

Omnia munda mundis, domini est terra & plenitudo eius. Omnis creatura Dei bona est. Omnia quippe quæ naturaliter sunt in ordine suo, bona sunt & nemo in eis peccat, nisi qui ordinem suum in dei obedientia non custodit, ens, eorum quoque ordinem male utendo perturbat. Patres autem nostri qui deo placuerunt, tenuerunt ordinem suum in ipsa obedientia, ut quicquid deus temporibus congruis iubendo distribuit, sic obseruarent, quemadmodum illi distribuit. Itaque non solum carnes ad cibos datas, cum omnes naturæ mundæ essent, quædam tamen nonnulla significatione immundas illo tempore non ederunt, quo eas non ad præceptum erat: ut talibus significationibus futura rerum significatio præfiguraretur. Id azyzum panem, & cætera huiusmodi, in quibus fuisse umbram futurorum dicit Apostolus. Quæ tam rei essent illius temporis, & illius populi homines si obseruare contemnerent, quando illa sic fieri, & ista que nunc reuelata sunt, sic prænunderi oportebat, quam nos desipientes effemus, si nunc iam manifestato nouo testamento illas prænunderias obseruationes aliquid nobis prodesse putaremus. Sed hoc ueteris testamenti temporibus in figura occultatum, à quibusdā sanctis intelligebatur, tempore autem noui testamenti in manifestatione reuelatum populis prædicatur. Unde scriptura ipsa tunc erat præceptum, nunc testimonium. Illud enim erat tempus significandi, hoc manifestandi. Ergo ipsa scriptura, quæ tunc fuit exactrix operum significantium: nunc testis est rerum significantarum. Et quæ tunc obseruabatur ad prænunderiam, nunc recitatur ad confirmationem.

ut ex cōt. libris. ad Titum. 1. psalm. 23.

Ineptas autem & inanes fabulas deuota. Exerce autem te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ quæ nunc est, & futura.

Videte amatoria sancta cantica. Videte Cantica Canticorum, nuptiarum celestium Christi & Ecclesie. Quid dicit sponsa de sponso: Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius amplectetur me. Sinistra sub capite, dextera super caput. Amplectentis enim dextera super brachium super caput, sinistra autem subter caput. Sinistra (inquit) eius sub capite

Ex tractatu psalm. 144. Cantico. 2.

meo. Non enim me deserit, & in temporalibus necessarijs: sed tamen ipsa sinistra sub capite erit, non capiti præponetur, sed erit sub capite, & dextera eius cõplectetur me, pollicens uitam æternam: Ista enim sinistra sub capite, dextera super caput, impletur quod scriptum est: Promissionem habens uitæ præsentis & futuræ. Quid in præsentibus sinistra sub capite.

Lucæ. 12.

Quid in futuro: Dextera eius cõplectetur me. Tempori necessaria quæritis, quærite primũ regnum dei, id est dexteram, & hæc omnia apponentur uobis. Habebitis & hic (inquit) diuitias & gloriam, & in futuro seculo uitam æternam. Et sinistra continebo infirmitatem uestram, & dextera coronabo perfectionem uestram. An forte Apostoli relinquentes omnia sua, aut pauperibus quod habebant distribuentes, sine diuitijs in hoc seculo remanserunt: Et ubi est illa promissio sinistra? Accipiet in hoc seculo septies tantum, multiplicationem promissit. Et reuera quid desit homini dei? Si quis forte infidelis est, unam domum, aut pauca habet, fidelis hominis torus mundus diuitiarũ est. Vide sinistra eius plenã sub capite. Accipiet in hoc seculo septies tantum. Vide dexteram complectentem. Et in futuro uitam æternam. Merito & alio loco de ipsa sapientia dicitur. In dextera eius anni uitæ, & in sinistra eius diuitiæ & honor.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur: quia speramus in Deum uiuum, qui est saluator omnium hominum maxime fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum uenio attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Hæc meditare, in his esto ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Atten- de enim tibi & doctrinæ instæ in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

Ex tractatu Psal. 8.

Quid est homo in his que dicitur? Quis filius hominis quoniam uisitatus eum? Omnis filius hominis homo, quamuis non omnis homo filius hominis possit intelligi. Adã quippe homo, sed non filius hominis. Quapropter hic etiam licet attendere, atque discernere quod hoc in loco inter hominem & filium hominis distet, ut qui portant imaginem terreni hominis, qui non filius hominis, hominum nomine significantur: qui autem portant imaginem cœlestis hominis, filij hominum potius appellantur. Ille enim uetus homo dicitur, iste autem nouus homo. Ergo hoc loco terrenus est, filius autem hominis cœlestis. Et ille longe seiunctus à Deo, hic autem præfens Deo. Et propterea illius memor est tanquam in longinquo positi, hinc uero uisitat, quem præfens illustrat uultu suo. Longe est enim à peccatoribus saluus. Et signatum est in nobis lumen uultus tui domine, sic in alio Psalmo homines iumentis associatos, non per præsentem interiorem illuminationem, sed per multiplicationem misericordiarum Dei, quæ eius bonitas usque ad infima

Psalm. 4.

tenditur, saluos fieri dicit cum ipsis iumentis, quoniam carnalium hominum salus carnalis est tanquam pecorum, filios autem hominum seiungens ab eis quos sociatos pecoribus dixit, longe sublimiori modo ipsius ueritatis illustratione & quadam uitalis fontis inundatione beatos fieri prædicat.

CAPITULUM V.

Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem, iuuenes ut fratres, anus ut matres iuueniculas ut sorores, in omni castitate. Viduas honora: quæ uere uiduæ sunt. Si qua autem uidua filios aut nepotes habet, disceat primum domum suam regere, & mutuum uicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram Deo.

Qualis illa erat docente te magistro in timore in schola pectoris. Denique etiam uirum suum iam in extrema uita temporali eius lucrata est tibi, nec in eo iam fideli planxit, quod in nondum fideli tolerauerat. Erat etiam serua seruatorum tuorum, quibus eorum nouerant eam, multum in ea laudabat, & honorabat, & diligebat te: quia sentiebat præsentiam tuam in corde eius sanctæ conuersationis fructibus testibus. Fuerat enim unius uxor, mutuum uicem parentibus reddiderat, domum suam pie tractauerat, in operibus bonis testimonium habebat. Nutrierat filios, totiens eos parturiens quotiens à te deuare cernebat. Postremo nobis domine omnibus, quia ex munere tuo finis loqui seruis tuis, qui ante dormitionem eius in te etiam confociati uiuebamur percepta gratia baptismi tui, ita curam gessit, quasi omnes genuisset, ita seruiuit, quasi ab omnibus genita fuisset. Quæ autem uere uidua est, & desolata speret in deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte & die.

Ex li. cõfess. 3. in laude matris sue.

Omnia anima quæ intelligit se derelictam omni auxilio, nisi solius Dei, uidua est. Quomodo enim deseribit Apostolus uiduam? Quæ autem uere uidua est, & desolata, sperauit in Deum. Agebat autem de istis uiduis, quas omnes dicimus in Ecclesia. Dixerat autem. Quæ in delitijs agit, uiuens mortua est, & non illam numerauit inter uiduas. Describens autem uiduas sanctas quid ait: Quæ autem uere uidua est, & desolata, sperauit in Deo, & persistit in precibus & obsecrationibus nocte ac die. Ibi subiicit. Quæ autem in delitijs agit, uiuens mortua est. Unde ergo uidua? Quia non habet auxilium aliunde, nisi solius dei. Ille ergo quæ habent uiros, quasi superbiunt de auxilio uirorum. Desertæ uidentur uiduæ, & robustius est auxilium earum. Ergo tota Ecclesia una uidua est, siue in uiris, siue in foeminis, siue in conjugatis, siue in maritatis foeminis, siue in adulescentibus, siue in senibus, siue in uirginibus, omnis Ecclesia una uidua est, deserta in hoc seculo, si sentit illud, si nouit uiduitatem suam, tunc enim auxilium præsto est illi.

Ex tractatu Psal. 139.

Concerta in oratione, uince hoc seculum, ora fideliter & amate, ora instanter atque patienter, ora sicut uidua Christi. Quamuis enim ad omnia membra eius, hoc est ad omnes qui in eam credunt, & eius corpori sociantur, sic

Ex li. ad Probam de oratione Deo.

cut docuit, orare pertineat, specialiter tamen diligenter cura orationum in scriptura eius uiduis inuenitur iniuncta. Nam dux fuerunt Annae honorabiliter nominata: una coniugata, quæ sanctum Samuelem peperit: alia uidua, quæ sanctum sanctorum cum adhuc infans esset, agnouit. Orauit & coniugata in dolore animi & afflictione cordis, quia filios non habebat. Tunc ipsum Samuelem impetrauit, & acceptum Deo reddidit, quia cum posceret, uouit. Sed oratio eius quomodo ad orationem dominicam pertineat non facile reperitur, nisi quia in eo quod positum est, Libera nos à malo, non paruum malum uideretur & nuptiam esse, & fructu carere nuptiarum, cum sola excuset nuptias procreandorum causa filiorum. De illa uero Anna uide quid scriptum est. Quia non discedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus seruans nocte & die. Nec aliunde Apostolus Paulus quod supra commemorauit. Quæ autem uere uidua est (inquit) & desolata, ipse rauit in Dominum, & persistit in orationibus nocte ac die. Et dominus cum ad semper orandum, & non deliciendum nos hortaretur, uiduam commemorauit, quæ licet iniquum & impium iudicem, ac dei & hominum contemptorem ad audiendam causam suam assidue interpellandum conuertit. Cum ergo præceteris uiduæ debeant uacare orationibus, satis hinc intelligi potest quod omnibus ad suscipiendum orandi studium de uiduis propositum est exhortationis exemplum. Quid autem in hoc operis genere in uiduis electum est, nisi desolutio & desolatio? Quæ propter si se omnia anima intelligat in hoc seculo desolutam, atque desolatam quamdiu peregrinatur à domino, profecto quandam uiduitatem suam deo defensori assidua, & impensissima precatio commendat. Ora ergo ut uidua Christi, nondum habens eius conspectum, cuius precaris auxiliium, & licet sis ditissima, tanquam pauper ora. Nondum enim ueras futuræ seculi diuitias habes, ubi nulla damna formides. Quantaunque temporalium bonorum felicitate circumfluas, ut persistas in orationibus nocte ac die desolatam te esse memineris. Non enim Apostolus qualicumque uiduæ tribuit hoc munus, sed quæ uere uidua est (inquit) & desolata, sperauit in domino, & persistit in orationibus nocte ac die. Quod uero sequitur, uigilantissime caue.

Lucæ. 1.

Item ad Probam de oratione Deo.

Quæ autem in delitijs agit, uiuens mortua est. Et hoc præcipe ut irreprehensibiles sint. Agit enim homo in his que diligit, quæ pro magno appetitu quilibet esse beati credit. Quapropter quod scriptura dicit, de delitijs, Diuitiæ si affluant non apponatur cor: hoc etiam de delitijs tibi dico: Delitiæ si affluant non apponas cor. Non ideo te magnipèdas quod non desunt, quod affatim suppetunt, quod uelut ex fonte largissimo terrenæ felicitates flunt. Omnino hæc in te despice atque contemne, nec in his quicquam requiras præter integram corporis ualitudinem. Hæc enim con-

temnenda non est propter necessarios usus uitæ huius, antequam mortale hoc induatur in mortalitate, hoc est uera & perfecta sanitate, quæ non terrena infirmitate deficiens, corruptibili uoluptate reficitur, sed cœlesti firmitate persistens æterna incorruptibilitate uegetatur.

Ex libro de sancta uiduitate.

Delitiæ igitur spirituales delitijs carnalibus in sancta castitate succedant: Lectio, oratio, Psalmus, bona cogitatio, bonorum operum frequentatio, spes futuri seculi, & cor sursum, atque de his omnibus gratiarum actio patri luminum: à quo sine ulla dubitatione, omne datum optimum, & omne donum perfectum (scriptura testante) descendit. Nam quando pro delitijs nuptiarum quas in carne uirorum habent, aliarum carnalium deliciarum tanquam in solatio usus assumitur, quid ego dicam quæ sequantur mala, cum breuiter Apostolus dixerit, uiuentem mortuam esse uiduam quæ in delitijs uiuit? Absit ergo à uobis ut diuitiarum cupiditate capiimini, pro cupiditate nuptiarum, & in cordibus uestris nummus uirorum amor succedat. Intuentes enim hominum conuersationem sepe experti sumus in quibusdam laiciuita compressa, creuisse auaritiam. Nam si cut in ipsis sensibus corporis acutius audiunt qui non uident, & tangendo multa discernunt, nec tanta uisacitate tangunt qui oculis utuntur, ubi intelligitur ex uno aditu, id est luminum compressa intentione sentiendi eam se alios sensus promptiori dignoscendi acumen exercere, tanquam ex altero conetur implere quod negatur in altero: ita etiam sepe carnis cupiditas concumbendi uoluptate cohibita, maioribus uiribus in pecuniæ se porrigit appetitum: & illinc uersa, huc se impetu ardentiore conuertit. In uobis autem amor diuitiarum simul frigeat cum amore nuptiarum, & pius usus rerum quas possidetis ad spirituales delicias conferatur, ut liberalitas uestra magis serueat adiuuandis egenis, quam ditandis auaris. In thesaurum quippe cœlestem non mittuntur dona cupidorum, sed elemosynæ pauperum, quæ in immensum modum orationes adiuuant uiduarum. Ieiunia quoque ac uigiliae in quantum ualitudinem non perturbant operando, psallendo, legendo, in lege Dei meditando, si sumantur in delitijs spirituales, etiam ipsa quæ uidentur laboriosa, uertuntur. Nullo modo enim sunt onerosi labores amantium, sed etiam ipsi delectantur: sicut uenantium, aucupantium, piscantium, uindemiantium, negotiantium, ludo aliquo se oblectantium. Interest ergo quid ametur. Nam in eo quod amatur, aut non laboratur, aut & labor amatur. Et uide quam pudendum & dolendum sit, si delectat labor ut fera capiatur, ut cupa & sacculus impleatur, ut pila iaciatur: & non delectat ut Deus acquiratur.

Iacob. 3.

Ex tractatu Psal. 9.

Qui exaltas me de portis mortis. Exaltatur enim homo in illo, non solum quem gestat quod caput Ecclesie est, sed etiam quisquis no-

strum in cæteris membris. Et exaltatur ab omnibus prauis cupiditatibus, quæ sunt portæ mortis, quia per illas itur ad mortem. Mors autem est etiam ipsa lætitia in perfruendo, cū quisque adipiscitur quod perdit concupiuit. Radix est enim omnium malorum cupiditas.

1. Tim. 6.

Et propterea porta mortis est, quia mortua est uidua quæ in delictis uiuit. Ad quas delictas per cupiditates tanquam per portas mortis peruenitur.

Ex li. cont.

Manich. 2.

Vita quæ in peccatis est, mors appellari in scripturis solet, sicut Apostolus dicit mortuam esse uiduam quæ in delictis uiuit. Et mortui nomine ipsum peccatum significari legitur ubi dictum est. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit in lauacro suo? Sic & qui ieiunat super peccata sua, & iterum ambulans hæc eadem facit. Pro peccato enim mortuum posuit. Abstinentiam uero ieiuniumque à peccato, tanquam baptismum, hoc est mundationem à mortuo. Iterum autem redire ad peccatum, tanquam iterum tangere mortuum.

Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit.]

Ex lib. de ciui.

dei 19. cap. 14.

Quia duo præcipua præcepta, hoc est ad dilectionem Dei, & dilectionem proximi, docet magister Deus, in quibus tria inuenit homo quæ diligat, Deum, seipsum, & proximum, arque ille in se diligendo non errat, qui Deum diligit: consequens est ut etiam proximo ad diligendum Deum consulat, quem iubetur sicut seipsum diligere. Sic uxori, sic filiis, sic domesticis, sic cæteris quibus potuerit hominibus. Et ad hoc sibi à proximo si forte indiget, consuli uelit. Ac per hoc erit pacatus quantum in ipso est omni homini pace hominum, id est ordinata concordia. Cuius hic ordo est: primum ut nulli noceat: deinde ut etiam prolii cui poterit. Primitus ergo inest ei suorum cura. Ad eos quippe habet opportunioris facilioremque aditum consulendi, uel naturæ ordine, uel ipsius societatis humanæ. Vnde Apostolus dicit. Quisquis autem suis et maxime domesticis non prouidet, fidem negat, & est infideli deterior.

Ex tracta. euã.

1. Cor. 10. 11. 6.

1. Cor. 13. 12.

Cum uidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quæ diligebat: dixit matri suæ. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tuâ. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Hæc nimirum est illa hora de qua Iesus aquam conuersurus in uinum, dixerat matri. Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea. Hanc itaque horam prædixerat, quæ tunc nondum uenerat: in qua deberet agnoscere moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo diuina facturus, non diuinitatis, sed infirmitatis matrem uelut incognitam repellat: nunc autem humana iam patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano.

Tunc enim qui Mariam creauerat, innotescere uirtute, nunc uero quod Maria pepererat, pendebat in cruce. Mortalis igitur inlinuatur locus: facit, quod faciendum admonet: exemplo suo suos instruit præceptor bonus, ut à filiis pijs impendatur cura parentibus, tanquam lignum illud ubi fuerant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit docentis. Ex hac doctrina sana didicerat Paulus Apostolus quod docebat quando dicebat. Si quis autem suis, & maxime domesticis non prouidet: fidem negat, & est infideli deterior. Quid autem cuique tam domesticum quam parentes filijs, aut parentibus filijs?

Huius itaque saluberrimi præcepti, ipse magister sanctorum de seipso constituerebat exemplum, quando non ut famulæ deus quam creauerat & regebat, sed ut matri homo de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium prouidebat. Nam cur hoc fecerit, quod sequitur indicat. Ait enim Euangelista. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Si quid sane pecuniæ res tua familiaris habet, cuius te implicari negotio nec oportet, nec decet: re uera tribuendum est matri, & domesticis tuis. Horum quippe indigentia, si pauperibus, ut sis perfectus, instituiti distribuere talia tua, primum apud te locum obtinere debet. Si quis enim suis & maxime domesticis (ut Apostolus ait) non prouidet: fidem negat, & est infideli deterior.

Ex epist. ad Letum

Si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulatione patientibus subministravit, si omne opus boni subsecuta est.]

Ex tracta. euã.

1. Cor. 13. 12.

Didicimus fratres humilitatem ab excelsis: faciamus inuicem humiles, quod humiliter fecit excelsus. Magna est commendatio humilitatis, & faciunt hoc sibi inuicem fratres, etiam opere ipso uisibili, cum se inuicem hospitio suscipiunt. Est enim apud plerisque consuetudo huius humilitatis usque ad factum quod cernatur expressa. Vnde & apostolus cum benemoratam uiduam commendaret: Si hospitio, inquit, recepit, si sanctorum pedes lauit. Et apud sanctos ubicunque hæc consuetudo non est, quod manu non faciunt, corde faciunt, si in illorum numero sunt quibus dicitur in hymno beatorum trium uirorum. Benedicite sancti & humiles corde dominum. Multo est autem melius & sine controuersia uerius, ut etiam manibus fiat, nec dedignetur quod fecit Christus, facere Christianus. Cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso uel excitatur, uel si iam inerat confirmatur ipsius humilitatis affectus.

Daniel. 3.

Adolescentiores autem uiduas deuota. Cum enim luxuriata fuerint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.]

Ex lib. ad Gal.

de sanct. uid.

In conjugali quippe uinculo si pudicitia conseruatur, damnatio non timetur. Si in uiduali continentia, & uirginali excellentia uirtus muneris amplioris expetitur quæ experta & electa & uoto deuoto oblata, iam non solum

solum capeffere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere uelle damnabile est. Nā ut hoc demonstraret Apostolus, non ait, cum in delictis egerint, in Christo nubunt, sed nubere uolunt, habentes (inquit) damnationem: quoniam primam fidem irritam fecerunt. Et si non nubendo, tantum uolendo. Non quia ipsæ nuptiæ uelut malum damnandæ iudicantur, sed damnatur propositi fraus, damnatur fracta uoti fides: damnatur non susceptio à bono inferioris, sed uelut a bono superiore. Postremo dānantur tales, non quia conjugalem fidem posterius inuenerunt, sed quia continentia primam fidem irritam fecerunt. Quod ut breuiter insinuaret Apostolus, uoluit eas dicere habere damnationem, quia post amplioris sanctitatis propositum nubunt, non quia non damnantur: sed ne in eis ipse nuptiæ dānari putarētur. Sed cum dixisset, nubere uolunt, continuo addidit habentes damnationem. Et dixit quare? Quoniam priorem fidem irritam fecerunt, ut uoluntatem, quæ à proposito cecidit, appareat esse damnatam, siue subsequantur nuptias, siue desint.

Ex tractatu

Psal. 75.

Vouete et reddite domino deo uestro. Quis quod uouere uoluerit uoueat: illud attendat, ut quod uouerit reddat unusquisque deo, quod uouet, si respicit retrorsum: malum est. Neicio quæ castimonialis nubere uoluit? Quid uoluit? Quod & uirgo quælibet. Quid uoluit? Quod & mater ipsius. Aliquid male uoluit? Male plane. Quare? Quia iam uouerat domino deo suo. Quid enim dixit de talibus Apostolus Paulus cum dicat: uiduas adolescentulas nubere si uelint: Sed tamen ait quodam loco. Beatior autem erit, si sic permanerit secundum meum consilium. Ostendit beatior si sic permanerit, non tamen damnandam si nubere uoluerit. Quid autem ait de quibusdā: quæ uouerunt, & non reddiderunt? Habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est, primam fidem irritam fecerunt? Vouerunt, & non reddiderunt. De die iudicij cum dominus minaretur quid ait? Memento te uxoris Loth. Omnibus dixit. Quid enim fecit uxor Loth? Liberata est à Sodomitibus, & in uia posita, retrorsum respexit. Vbi respexit, ibi remansit. Facta est autem statua salis, ut illius contemplatione condiantur homines, cor habeant, non sint fatui, non retro respiciant, ne malum exemplum dantes ipsi remaneant, & alios condiant. Vouete & reddite domino deo uestro. Quia illa uxor Loth ad omnes pertinet. Maritata mulier uoluit facere adulterium, de loco suo quo peruenerat, retro respexit. Vidua quæ iam sic permanere uouerat: uoluit nubere. Hoc uoluit, quod licuit ei quæ nupsit, sed illi non licuit, quia de loco suo retro respexit. Virgo est castimonialis facta Deo, habeat & cætera quæ ornent ipsam uirginitatem, & sine quibus ipsa uirginitas turpis est. Quid enim si sit corpore integra, & mente corrupta? Quid est quod dixit

Quid sit, nullus tetigerit corpus, sed sit forte ebriosa, sit superba, litigiosa sit lignosa sit. Hæc oia dānat apostolus. Si antequam uouisset nupsisset: non damnaretur. Elegit aliquid melius, spreuit quod ei licebat. Spreuit, & illicita tanta committit? Hoc dico, nubere licet antequam uoueat: superbare nunquam licet. O tu uirgo dei, nubere noluisse quod licet: extollis te, quod non licet. Melior inquit uirgo quam maritata. Sed melior maritata humilis quam uirgo superba. Quæ autem respexerit ad nuptias, non quia uoluit nubere damnatur: sed quia iam antecesserat, & sit uxor Loth respiciendo retrorsum. Non sitis pigri qui potestis quibus aspirat deus, apprehendere gradus meliores: quia non ista ideo loquimur, ut non ista uoueat: sed ut uoueat, & reddat.

Quod enim cuique antequam uouisset licet, cum id se nunquam facturum uouerit, non licebit. Si tamen id uouerit quod uouendum fuit, sicuti est perpetua uirginitas, uel continentia post experta connubia, solutis à uinculo conjugali, uel ex consensu uouentibus, & carnaliter debita sibi inuicem relaxantibus fidelibus, castisque coniugibus. Vel alteram sine altero uouere fas non est. Hæc ergo & si qua alia sunt quæ rectissime uouentur: cum homines uouerint nulla conditione rumpenda sunt, quæ sine ulla conditione uouerunt.

Ex li. ad Pol.

Quia & hoc dominum præcepisse intelligendum est: ubi legitur. Vouete & reddite domino deo uestro. Vnde Apostolus de quibusdam quæ continentiam uouent, & postea nubere uolunt, quod eis antequam uouissent uirginitas licet: Habentes (inquit) damnationem: quoniam primam fidem irritam fecerunt.

Simul autem et otiose discunt circuire domos, non solum otiose, sed et uerbose, et curiosi, loquentes que non oportet.]

Ex tractatu

Psal. 99.

Nemo uos fallat. Si non uultis falli & uultis amare, fratres, scitote omnem professionem in ecclesia habere fictos. Non dixi omnem hominem esse fictum: sed omnem professionem habere fictas personas. Sunt Christiani mali, sed sunt & boni. Quasi plures malos uides: quia paleæ sunt, nec te ad grana peruenire permittunt. Sunt ibi & grana, accede, tenta, excute, adhibe oris iudicium, inuenis sanctimoniales indisciplinatas. Nunquid ideo sanctimonialium reprehendendum est? Multæ non stant in domibus suis, circumeunt domos alienas curiose agētes, loquentes quæ non oportet superbare, linguatæ, ebriosæ. Sed si uirgines sunt quid prodest integra caro mente corrupta? Melius est humile coniugium quam superba uirginitas. Si enim nubere, non haberet nomen unde extolleretur, & haberet frenum quo regeretur. Sed nunquid propter uirgines malas damnaturi sumus & sanctas corpore & spiritu? Aut propter istas laudabiles, etiam illas improbandas laudare cogemur? Vndique unus assumetur, & unus relinquetur.

Volo autem iuniores nubere: filios procreare: matres famulas esse: nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.

tia. Iam enim quedam conuerse sunt retro post Satanam.]

Ex li. ad Iulian. de sancta uidualitate. Nuptiarum bonum Apostolica auctoritate & sobrietate commendat, non procreandi officium etiam eis quae continenti bonum capiunt tanquam ad obsequelam legis imponit. Denique cur hoc dixerit pandit, cum adiungit & dicit. Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quedam conuerse sunt retro post Satanam. Vt his uerbis eius intelligamus eas quas nubere uoluit: melius uoluisse continere quam nubere, sed melius nubere quam retro ire post Satanam, id est ab excellenti illo uirginalis uel uidualis castitatis proposito in posteriora respiciendo cedere & interire.

Si quis fidelis habet uiduas, subministret illis, ut non graue tur Ecclesia Dei, ut his quae uerae uiduae sunt sufficiat.]

Ex tract. eu. sec. 10. 59. 12. qu. est. 1. Habebat. Habebat & dominus oculos, & a fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiasticae pecuniae forma est instituta, ubi intelligeremus quod praecipit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse praecipitum ut nihil pecuniae seruetur a sanctis, sed ne deo propter ista seruiatur, & propter inopiae timorem iustitia deferatur. Nam & Apostolus in posterum prouidens ait. Si quis fidelis habet uiduas, sufficienter tribuat eis, ut non grauetur Ecclesia, quo ueris uiduis sufficere possit.

Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Dicit enim scriptura. Non alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.]

Ex tract. eu. sec. 10. an. 17. Operarij enim sumus, & adhuc in uinea laboramus. Finito die, finito opere, merces restituetur. Sed quis operarius perdurat ad accipendam mercedem, nisi qui pacitur dum laborat? Non enim & tu operarij tuo mercedem solam daturus es. Non etiam affers illi unde uires reparat in labore? Pacis utique, cui mercedem daturus es.

Vnde ergo uiuitur, est necessitatis accipere: est charitatis praebere non tanquam uenale sit euangelium, ut illud sit precium eius, quod sumant qui annuntiant, unde uiuant. Si enim licent uendunt, magnam rem uendunt. Accipiunt sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a domino. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate euangelij seruiunt. Non expectant illi mercedem, nisi unde & isti salutem. Dicit enim scriptura. Non infraenabis os boui trituranti.

Deut. 19. 1. Cor. 9. Nunquid de bobus pertinet ad Deum? Dixit enim. Non infraenabis os boui trituranti. Sed propter nos scriptura dicit. Omnis ergo qui praedicat uerbum Dei, monet, obiurgat, terret, triturat aream, & bouis implet officium.

Ex tractatu Psal. 126. 1. Cor. 9. Sed propter nos scriptura dicit. Omnis ergo qui praedicat uerbum Dei, monet, obiurgat, terret, triturat aream, & bouis implet officium. Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant. Testor coram Deo & Christo Iesu & electis Angelis, ut haec custodias sine prauidicio, nihil faciens in alteram partem declinando.]

Christum dominum, & Paulum seruum eius audiamus. Quid dicis domine? Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum solum. Quid dicis Apostole Paulus? Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant. Quid facimus? Controuersiam istam uelut iudices audimus? Absit: immo sub iudice constituti, pulsemus ut nobis aperiari impetremus, fugiamus sub alas domini. Non enim Apostolo suo contrarium locutus est, quia & in illo ipse est locutus, sicut dixit. An uultis experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Christus in Euangelio: Christus in Paulo. Christus ergo utrunque dixit, unum ore suo, alterum ore praecanis sui. Quia quando praeco de tribunali aliquid dicit, non conscribitur in gestis, praeco dixit, sed ille dixisse conscribitur, qui praeconi quod diceret imperauit. Duo ergo ista, duo praecpta fratres sic audiamus, ut nos intelligamus, nos in utroque praecpto pacati constituamur cum corde nostro, non concordemus, & scriptura sancta in nullo discordat. Verum est, sed discernere debemus aliquando illud esse faciendum, aliquando corripiendum fratrem inter te & ipsum solum, aliquando corripiendum coram omnibus, ut ceteri timorem habeant. Si aliquando illud, aliquando illud fecerimus, concordiam scripturarum tenebimus, & in faciendo atque obtemperando non errabimus. Sed dicit mihi aliquis quando facio illud, quando illud? ne tunc corripiam inter me & ipsum solum, quando debeo coram omnibus corripere, aut tunc corripiam coram omnibus quando debeo in secreto corripere. Cito uidebit charitas uestra quid quando facere debeamus, sed utinam facere pigri non simus. Intendite & uide. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum. Quare? Quia in te peccauit. Quid est in te peccauit? Tu scis quia peccauit. Quia enim secretum fuit quando in te peccauit, secretum quare cum corrigis quod peccauit. Nam si solus nostri quia peccauit in te, & cum uis coram omnibus arguere: non es corrector, sed proditor.

Attende quemadmodum iustus Ioseph tanto flagitio quod de uxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit antequam sciret unde illa conceperat: quia grauidam senserat: & se ad illam non accessisse nouerat.

Restabat igitur certa adulterij suspitio: & tamen quia ipse solus senserat, ipse solus sciebat: quid de illo ait Euangelium? Ioseph autem cum esset iustus, & nollet eam diuulgare, uoluit eam occulte dimittere. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quae peccantur coram omnibus. Ipsa corripiantur secretius quae peccantur secretius. Distribuite tempora, & concordat scriptura. Sic agamus, & sic agendum est, non solum quando in nos peccatur, sed quando peccatur ab aliquo ut ab altero nesciatur. Nescio quem homicidam nouit episcopus, et alius illum nemo nouit. Ego nul-

Ex ser. de uer. euangelij. 10. Matth. 18.

Matth. 18.

Ex li. 7. de ba. Ex ser. con. Religianum

Ex li. 2. de ser. domini in mo.

CAPVT VI.

lo publice corripere, & tu quaeris inscribere. Prorsus nec prodo, nec negligo. Corripio in secreto, pono ante oculos dei iudicium. Terreo cruentam conscientiam, persuadeo poenitentiam. Hac charitate praedicti esse debemus. Vnde aliquando homines reprehendunt nos quod quasi non corripiamus, aut putant nos scire quod nescimus: aut putant nos tacere si scimus. Forte quod scis & ego scio, non coram te corripio, quia curare uolo: non accusare. Sed homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant, aliquando nobis produntur ab uxoris suis plerumque zelantibus, aliquando maritorum salutem quaerentibus, nos non prodimus sed in secreto arguimus. Vbi contigit malum, ibi moriatur. Non tamen uulnus illud negligimus, ante omnia ostendentes homini in tali peccato constituto, fauciamque gerenti conscientiam, illud uulnus esse mortiferum.

Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico uino utere propter stomachum tuum, & frequenter tuas infirmitates.]

Sicut se habet firmissima ueritas, non nisi consensione intelligenda est comunio peccatorum, quam uetat apostolus.

Iubetur nobis continentia, ubi iubet Apostolus ad Thimotheum. Contine te ipsum. Iusio est, praecipitio est. Audiendum est, faciendum est. Sed nisi dominus adiuuet, remanemus. Conamur quidem facere uoluntate, & nititur aliquid uoluntas, non praesumat potestas, nisi adiuuetur infirmitas. Certe enim iussum est. Contine te ipsum. Audi alium locum scripture. Et cum scirem, inquit, quia nemo esse potest continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiae scire cuius esset donum. Et quid, inquit, feci? Adhuc dominum & deprecatus sum. Quid opus est multa percurrere fratres meos? Quicquid multa iubetur, orandum est ut impleatur. Sed non sic ut dimittamus nos. De nobis aliquid & nos agere debemus, conari debemus, & in eo gratias agere in quo potuerimus, in eo quod non potuerimus, orare. Quando gratias agis, caue ne damneris ingratus. Quando autem quod nondum habes petis, caue ne remaneas inanis quia impediaris.

Quorunda hominum peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium, quosdam autem subsequuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt, & quae aliter se habent, abscondi non possunt.]

Manifesta ea dicit, de quibus clarum est quod animo fiant. Haec praecedunt ad iudicium id est, quia si fuerit ista subsecutum iudicium, non est temerarium. Subsequuntur autem illa quae occulta sunt: quia nec ipsa latebunt tempore. Sic & de bonis factis intelligendum est. Nam ita subiungit. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quaecumque aliter se habent abscondi non possunt. De manifestis ergo iudicemus, de occultis uero. Dei iudicio relinquamus: quia & ipsa abscondi non possunt, siue mala, siue bona, cum tempus aduenierit quo manifestentur.

Quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnunt: quia fratres sunt: sed magis seruiant quia fideles sunt et dilecti, quia beneficij participes sunt. Haec doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi: & ei quae secundum pietatem est doctrina: superbus nihil sciens, sed languens circa questiones & pugnas uerborum: ex quibus oriuntur inuidiae, contentiones, blasphemie, suspitiones male, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui ueritate priuati sunt, existimantium quae sunt esse pietatem.]

Qua de seruo Hebraeo praecipitur: ut sex annos seruiat, & dimittatur liber gratis, ne serui Christiani hoc flagitent a dominis suis esse subiectos: ne nomen Dei & doctrina blasphemetur. Illud enim ex hoc satis constat in mysterio praecipitum: quia & per tundi subula eius aurem ad postem praecipit Deus, qui libertatem illam recusasset.

Est autem quaedam magnus pietas cum sufficientia.]

Hanc igitur sufficientiam non indecenter uult, quisquis uult, nec amplius uult. Alioquin non ipsam uult, & ideo nec decenter uult. Haec optabat, & pro hac orabat, qui dicebat. Diuitias & paupertates ne dederis mihi. Constitue autem mihi quae nec essaria sunt sufficienter: ut ne satiatas mendax efficiar: & dicam, quis me uidet? Aut pauper factus, furer: & iurem nomen Dei mei. Vides certe & istam sufficientiam non appeti propter seipsam: sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personae hominis: quo habitu non sit inconueniens eis cum quibus honeste officioseque uiuendum est.

Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre aliquid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.]

Recole diues primordia tua: uide utrum huc aliquid attuleris. Iam uenisti, et tanta inuenisti: dic rogo te quid attulisti? Aut si dicere erubescis: Apostolum audi. Nihil (inquit) intulimus in hunc mundum. Sed forte quia nihil attulisti, & hic multa inuenisti: aliquid hinc tecum ablaturus es? Et hoc fortasse amore diuitiarum trepidas confiteri. Audi & hoc: Apostolus dicit, qui tenon palpat. Nihil intulimus in hunc mundum. Vtique quando nati sumus. Sed nec auferre aliquid possumus, utique quando de mundo eximus. Nihil attulisti, nihil hinc auferes. Quid te inflas contra pauperem? Ecce diues nihil attulisti in hunc mundum: sed nec auferre hinc aliquid potes. Quod dixi de natis: hoc dico de mortuis. Certe quando aliquo casu uetera sepulcra franguntur, ossa diuitis agnoscantur. Ergo diues audi apostolum. Nihil intulimus in hunc mundum. Agnosce: uerum est. Sed nec auferre aliquid possumus. Agnosce, & hoc uerum est. Quid ergo sequitur? Victum & tegumentum habentes, his contenti simus.

Ex lib. qu. Exod.

Ex lib. ad Pro. de orando deo

Ex ser. de uer. euangelij. 8.

Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nocua, quae mergunt homines in interitum & perditionem.]

Ex tractatu Psal. 136.

Videte quid diuitibus dictum sit. Nō superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum suarum. Bona operari, tribuere, thefabrizare fundamentum bonum in futurum. Pauperibus autem quid dictum est? Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem. Nam si iam diuites essent, alterum canticum audirent. Diues audit ut erogat; pauper audit ne desideret.

Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo Dei haec fugē, sectare uero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehendē uitam aeternam, in qua uocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Praecipio tibi coram Deo qui uiuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem.]

Ex ser. de uer. euā. 8.

Attende quid dimiserunt. Dolēs quia hoc dimiserunt, uide quo se inseruerunt. Audi a fide errauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. Sed qui uolunt diuites fieri. Aliud est esse diuitem, aliud uelle fieri diuitem. Hic cupiditas accusatur, non aurum, non argentum, non diuitiae, sed cupiditas.

Ex li. de Ge. ad lit. 11. Eccl. 10

Initium omnis peccati superbia. Scriptura definiuit dicens. Initium omnis peccati superbia. Cui testimonio non inconuenienter aptatur quod apostolus ait. Radix omnium malorum est auaritia, si auaritiam generalem intelligamus, qua quisq; appetit. aliquid amplius quam oportet; propter excellentiam suam, & quandam propriae rei amorem, cui sapienter nomen Latina lingua indidit, cum appellauit priuatum, quod potius à detrimento quam ab incremento dictum elucet. Omnis enim priuatio minuit. Vnde itaq; uult eminere superbia, inde in angustias egelstatemq; contruditur, cū à communi ad proprium. damno suo amore redigitur. Specialis est autem auaritia, quae uisitatius amor pecuniae dicitur. Cuius nomine Apostolus per speciem genus significans, uniuersalem auaritiam uolebat intelligi dicendo. Radix omnium malorum est auaritia. Hac enim est diabolus cecidit, qui utiq; non amauit pecuniam, sed propriam potestatem. Proinde peruersus sui amor priuat sancta societas

2. Tim. 3.

turgidum spiritū, eumq; coarctat miseria, iā per iniquitatem fatiari cupientem. Hinc alio loco cum dixisset; Erunt enim homines seipos amantes, continuo subiecit. Amatores pecuniae, ab illa generali auaritia, cuius superbia caput est, ad hanc specialem descendens, quae propria hominum est. Neq; enim essent etiam homines amatores pecuniae, nisi eos putarent excellentiores, quos ditiores. Cui morbo contraria charitas, non quaerit que sua sunt id est non priuata excellentia latatur. Merito ergo & non inflatur. Hi duo amatores, quorum alter sanctus est, alter immundus, alter socialis, alter priuatus, alter communi utilitati

1. Cor. 13.

consulens propter supernam societatem, alter etiam rem communem in potestatem propriam redigens propter arrogantem dominationem, alter subditus, alter aemulus Deo, alter tranquillus, alter turbulentus, alter pacificus, alter seditiosus, alter ueritatem laudibus errantium praefrens, alter quoquo modo laudis auidus, alter amicalis, alter inuidus, alter hoc uolens proximo, quod sibi, alter subijcere proximo sibi, alter propter proximi utilitatem regens proximum, alter propter suam, praefersunt in Angelis, alter in bonis, alter in malis; & distinxerunt conditas in genere humano ciuitates duas sub admirabili & ineffabili Dei providentia, cuncta quae creat administratis, & ordinatis: alteram iustorum, alteram iniquorum. Quarū etiā quadam temporali commixtione peragitur seculum, donec ultimo iudicio separentur: & altera coniuncta Angelis bonis, in rege suo uitam consequatur aeternā, altera coniuncta Angelis malis, in ignem cū rege suo mittatur aeternum.

consulens propter supernam societatem, alter etiam rem communem in potestatem propriam redigens propter arrogantem dominationem, alter subditus, alter aemulus Deo, alter tranquillus, alter turbulentus, alter pacificus, alter seditiosus, alter ueritatem laudibus errantium praefrens, alter quoquo modo laudis auidus, alter amicalis, alter inuidus, alter hoc uolens proximo, quod sibi, alter subijcere proximo sibi, alter propter proximi utilitatem regens proximum, alter propter suam, praefersunt in Angelis, alter in bonis, alter in malis; & distinxerunt conditas in genere humano ciuitates duas sub admirabili & ineffabili Dei providentia, cuncta quae creat administratis, & ordinatis: alteram iustorum, alteram iniquorum. Quarū etiā quadam temporali commixtione peragitur seculum, donec ultimo iudicio separentur: & altera coniuncta Angelis bonis, in rege suo uitam consequatur aeternā, altera coniuncta Angelis malis, in ignem cū rege suo mittatur aeternum.

Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Auaritia radix omnium malorum. Tali uerbo Graeco hic appellatur, quo possit intelligi generalis auaritia: qua plus appetit quisquam quam sat est. pleō Latine plus est: ezis habitus est, ab eo quod est habere, ergo ab amplius habendo appellata est pleonegia: quam Latini interpretes in hoc loco nonnulli interpretati sunt emolumentum: quidam uero utilitatem, sed melius qui auaritiam. Dicit autem Apostolus. Radix enim omnium malorum auaritia est. Sed in Graeco, unde in nostram linguam uerba ipsa translata sunt, non legitur apud Apostolum pleonegia in loco isto psalmi huius, sed philargyria, quo uerbo significatur amor pecuniae. Verum Apostolus intelligēdus est isto nomine genus significasse per speciem, id est per amorem pecuniae uniuersalem generalemq; auaritiam, quae uere radix est malorum omnium. Nā ipsi primi homines per serpentem decepti & deieci nō fuissent, nisi plus quam acceperant habere, & plusquam facti fuerāt esse uoluissent. Hic quippe promiserat dicens. Eritis sicut dii. Ergo ista pleonexia subuersi sunt. Plus enim uolentes habere quam acceperant, & quod acceperant amiserunt. Cuius uestigium ueritatis quae ubi que dispersa est, & in forensi iure deprehensum est, quo institutum est ut plus petēdo causa cadat, id est ut qui plus petierit quam ei debetur, & quod ei debebatur amittat. Omnis autem à nobis circumciditur auaritia, si gratis colatur Deus. Ad quod sanctum Iob in agone contentionis ipse prouocat inimicus: cum de illo dicit. Nunquid gratis colit Iob Deum? Putabat enim diabolus quod in Deo colendo uir iustus cor inclinatum haberet in auaritiam, & causa emolumentum uel utilitatis rerum temporalium quibus eum ditauerat Dominus, uelut mercenarius, ei pro tali mercede seruiret. Sed quam gratis Deū coleret: tētatus aperuit.

Ex tractatu Psal. 118.

peruit. Si ergo cor non habemus inclinatum in auaritiam: Deum non colimus nisi propter Deum, ut sui cultus ipse sit merces: ipsum diligamus & in seipso, ipsum diligamus in nobis: ipsum in proximis nostris, quos diligimus sicut nosmetipsos, siue habeant eum, siue ut eum habeant. Quod nobis quoniam ipso donante confertur: ideo illi dicitur. Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.

Psal. 118.

ut serues mandatu sine macula irreprehensibili usq; in aduentum domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus potēs, rex regū, & dominus dominantium.]

Ex li. cont. Maxim. 2. 1. Tim. 1.

Stendi non esse consequens ut ideo credamus in forma Dei uisibilem filium, quia scriptum est, Inuisibili soli Deo. Quod tu de patre sic te accipere demonstrabas, tanquam filius inuisibilis non sit, cum eum inuisibilem creatorem scriptura testetur. Verum restat ut tu dicas: ambo quidē inuisibiles sunt, id est pater & filius, sed pater inuisibilior est. Ac si dando aliquid patri, quod non sit filij: mendacem facis eundem filium dicentem. Omnia quaecunque habet pater, mea sunt. Hoc & de potentia sapis, quod scilicet sit quidem pater & filius, sed potentior pater filio, ut actoribus & doctoribus uobis potuerit potentem potens, nec potuerit omnipotentem gignere omnipotens. Ac per hoc si habet pater omnipotentiam, quā non habet filius, falsum est quod ait filius. Omnia quaecunque habet pater mea sunt. Deinde si aliquid facit pater, quod facere non potest filius, merito dicitur potentior pater quam filius. Cum uero dicat: Quaecunque pater facit, haec & filius similiter facit: nonne melius auditur ipse quam uos? meliusq; ipsi creditur docenti, quam decipientibus uobis? Sed potentiam pater (inquis) à nemine: filius uero accepit à patre. Fatemur & nos filium ab illo accepisse potentiam, de quo natus est potens. Patri uero nullus potentiam dedit: quia nullus eum genuit. Gignendo enim dedit potentiam pater filio, sicut omnia quae habet in substantia sua gignendo dedit ei, quae genuit de substantia sua. Sed quaeritur utrum tantam quanta ipsi est potentia, pater filio dederit, an minorem. Si tantam, non solum potentem potens, uerum etiam omnipotentem genuisse dicitur, credatur, intelligatur omnipotens. Si minorem, quomodo omnia quae habet pater filij sunt? Si patris omnipotentia, filij non est: quomodo quaecunque pater facit, haec & filius similiter facit? Quod utiq; non potest, si omnipotens non est. Ac per hoc, quod ait Apostolus, Beatus & solus potens: non cogor de patre tantummodo accipere: sed de Deo, quod est ipsa Trinitas. Loquens enim ad Thimotheum. Praecipio (inquit) tibi coram Deo, qui uiuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues mandatum sine macula irreprehensibile usq; ad aduentum domini nostri Iesu Christi, quem temporibus proprijs ostendet beatus, & solus potens, rex regum, & do-

Ioan. 16.

minus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibile, quae nemo hominum uidit, nec uidere potest: cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen. Nihil hic uideo dictum, quod non conueniat Trinitati. Sed ut taceam de spiritu sancto, quae nec saltem minorem filio deum uultis, qui omnino Deum esse non uultis, sufficit ut uos de patre conuincamus & filio. Nunquid enim quia dixit Apostolus, Testificor tibi coram Deo qui uiuificat omnia: si dixeris patrem uiuificare omnia, quomodo ergo quaecunque pater facit, haec & filius similiter facit? quando quidem pater ut putas uiuificat omnia, quod filius non facit. Deinde ubi ait: Sicut pater suscitauit mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat: quomodo uerum est si pater siue filio uiuificat omnia? Proinde quod addidit: Et Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, de filio proprie dicere uoluit, quia filius quidem sicut pater uiuificat omnia. Sed sub Pontio Pilato in forma serui filium nouimus passum fuisse, non patrem. Deinde subiungitur. Ut serues mandatum sine macula irreprehensibile usq; ad aduentum domini nostri Iesu Christi, quem temporibus proprijs ostendet beatus & solus potens. Quem scilicet aduentum domini nostri Iesu Christi ostendet utique deus, quod non solus est pater: quia secundum ueritatem, non secundum uestrum errorem, trinitas unus est Deus. Beatus & solus potēs, rex regum, & dominus dominantium. Nunquid enim uel uos dicere audetis: filium non esse regem regum: & dominum dominantium? De quo inter cetera scriptum est in Apocalypsi Ioannis. Et ipse calcat torcular uini potentis: & in tunica, & in femore habet nomen scriptum: Rex regum, & dominus dominantium. Sed ne forte dicatis, quod nomen patris filius habet scriptum in ueste & in femore, alio loco eiusdem libri superius legitur. Et agnus uincet eos: quoniam dominus dominantium est: & rex regum. Quapropter secundum uos, duo sunt reges regum, & domini dominantium. Et contra uos est, si de patre tantum agit apostolus: Beatus, & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, uerum autem secundum fidem rectam: ipsa trinitas unus est Deus, beatus, & solus potens, rex regum, & dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem: & lucem habitat inaccessibilem. Et quomodo erit uerum: Accedite ad eum & illuminamini: nisi quia hoc nemo potest, si de se quisque praesumpserit: sed si ei ipse donaauerit? Immortalitatem autem Deus habere dicitur solus: quia est immutabilis solus. In omnium enim mutabili natura, nonnulla mors est ipsa mutatio: quia facit aliquid in ea non esse quod erat. Proinde & ipsa anima humana, quae propterea dicitur immortalis, quoniam quaelitercunque secundum modum suum nunquam desinit uiuere, habet tamen pro ipso suo

2. Tim. 4.

Ioan. 5.

Apoc. 19.

Apoc. 17.

fuo modo quādam mortem suam : quia si iuste uiuebat, & peccat, moritur iustitia: si peccatrix erat, & iustificatur, moritur peccato. Ut alias eius mutationes taceam, de quibus longum est disputare: & creaturarum natura celestium mori potuit: quia peccare potuit. Nam & angeli peccauerunt, & demones facti sunt: quorum est diabolus princeps: & qui non peccauerunt peccare potuerunt. Et cuiusque creaturæ rationali præstatur ut peccare non possit: non est hoc naturæ propriæ, sed dei gratiæ. Ac per hoc solus Deus habet immortalitatem: qui non cuiusquam gratiâ, sed natura sua nec potuit, nec potest aliqua conuersione mutari, nec potuit, nec poterit aliqua mutatione peccare. Quem secundum naturam qua deus est, nemo hominum uidit: nec uidere potest: sed poterit aliquando si ad illius numerum hominum pertinere, de quibus dictum est. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Cui Deo: id est patri & filio & spiritui sancto: quæ trinitas unus est deus: honor, & gloria, in secula seculorum. Amen. Omnipotens itaque pater, omnipotentem genuit filium: quoniam quæcumque pater facit, hæc & filius similiter facit. Filium quippe ipsum genuit utique patris natura, non fecit.

Ex li. de tri. 1.

Vnius igitur eiusdem cum patre substantiæ est: & ideo non tantum Deus, sed & uerus Deus. Quod Ioannes in epistola sua apertissime dicit. Scimus quod filius Dei uenerit: & dedit nobis intellectum ut cognoscamus uerum, & simus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus Deus: & uita æterna. Hinc etiam consequenter intelligitur, non tantummodo de patre dixisse apostolum Paulum, Qui solus habet immortalitatem, sed de uno & solo Deo, quod est ipsa trinitas. Neque enim ipsa uita æterna mortalis est secundum aliquam mutabilitatem. Ac per hoc filius Dei, qui uita æterna est, cum patre etiam ipse intelligitur, ubi dictum est. Solus habet immortalitatem. Eius enim uitæ æternæ & nos participes facti pro modulo nostro immortales efficiamur. Sed aliud est ipsa cuius participes efficiamur uita æterna, aliud nos qui eius participatione uiuimus in æternum. Si enim dixisset, quem temporibus proprijs ostendet pater beatus, & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, nec sic inde separatim filium oporteret intelligi. Neque enim quia ipse filius alibi loquens uoce sapientiæ (ipsa enim est Dei sapientiâ) ait. Girum cœli circuiui sola, separauit à se patrem. Quanto magis ergo non est necesse, ut tantummodo de patre præter filium intelligatur quod dictum est. Qui solus habet immortalitatem: cui ita dictum sit, Ut serues, inquit, mandatum sine macula irreprehensibile usque in aduentum domini nostri Iesu Christi, quem temporibus proprijs ostendet beatus, & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat in ac-

Eccle. 24.

cessibilem; quem nemo hominum uidit, nec uidere potest, cui est honor, & gloria, in secula seculorum. Amen. In quibus uerbis nec pater proprie nominatus est, nec filius, nec spiritus sanctus, sed beatus, & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, quod est unus, & solus uerus Deus ipsa trinitas. Nisi forte quæ sequuntur perturbabunt hunc intellectum, quia dixit. Quem nemo hominum uidit, nec uidere potest, cum hoc etiam ad Christum pertinet secundum eius diuinitatem accipiatur, quæ non uiderunt Iudæi, qui tamen carnem uiderunt & crucifixerunt. Videri autem diuinitas humano uisu nullo modo potest, sed eo uisu uidetur, quo iam qui uiderint, non homines, sed ultra homines sunt. Recte ergo deus ipsa trinitas intelligitur beatus, & solus potens ostendens aduentum domini nostri Iesu Christi temporibus proprijs. Sic enim dictum est. Solus habet immortalitatem, quomodo dictum est. Qui facit mirabilia magna solus. Quod uelim scire de quo dictum accipiant. Si de patre tantum, quomodo ergo uerum est quod ipse filius dicit. Quæcumque enim pater facit, hæc & filius facit similiter. An quicquam est inter mirabilia mirabilius, quam resuscitare & uiuificare mortuos? Dicit autem idem filius. Sicut pater suscitauit mortuos, & uiuificauit, sic & filius quos uult uiuificat. Quomodo ergo solus pater facit mirabilia, cum hæc uerba nec patrem tantum, nec filium tantum permittant intelligi, sed utique Deum unum uerum solum, id est patrem & filium & spiritum sanctum.

Quicquid etiam à meliore in deterius, & à deteriore in melius moritur, non est hoc deus, quia neque in melius ire potest summa bonitas, neque in deterius uera æternitas. Vera autem æternitas est ubi temporis nihil est. Erat autem modo hoc, & modo illud, iam tempus admissum est, æternum non est. Nam ut noueritis quia non sic Deus quomodo anima, certe immortalis est anima. Quid ergo est, quod ait apostolus de Deo: Qui solus habet immortalitatem? Quia solus habet ueram æternitatem. Ergo ibi nulla mutabilitas.

Quod ait apostolus. Qui solus habet immortalitatem: cum & anima quodammodo immortalis dicatur esse, & sic non diceret solus habet, nisi quia uera immortalitas incommutabilitas est, quam nulla potest habere creatura, quoniam solus creatoris est: hoc & Iacobus dicit. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio. Hoc & Dauid. Mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idem ipse es.

Vera æternitas, & uera immortalitas non est nisi in deitate trinitatis: cui quod est esse, perpetuum est: quia natura initio carens incremento non indigens, sicut nullum finem, ita nullam recipit mutabilitatem. Creaturæ autem etiam illæ, quibus Deus æternitatem dedit, uel

Psal. 135.

Ioan. 5.

Ex tractatu. sec. 10. 20.

Ex li. de tri. 1.

Psal. 101. Ex lib. sen. Prosperi.

uel daturus est, non penitus omnis finis alienæ sunt, quia non sunt extra commutationem, dum illis finis est & temporalis institutio & localis motio, & ipsa in augmentum sui facta mutatio. Et lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest: cui honor, & imperium sempiternum Amen.]

Ex epist. ad Galicam.

Mene quippe quod oculis corporis conspici potest, in loco aliquo sit nec esse est, nec ubique sit totum, sed minore sui parte maiorem locum occupet, & maiore maiorem. Non ita est deus inuisibilis, & incorruptibilis, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem: quem nemo hominum uidit, nec uidere potest. Per hoc enim uideri ab homine non potest, per quod uidet homo corpore corpora. Nam si & mentibus piorum esset inaccessibilis, non diceretur. Accedite ad eum & illuminamini. Et si mentibus piorum esset inuisibilis, non diceretur. Videbimus eum sicuti est.

Ex tractatu Psal. 118. et 33.

Dictum est. Deus habitat lucem inaccessibilem, & audimus tamen. Accedite ad eum & illuminamini. Quæ utique soluitur quæstio, ut inaccessibilis sit uiribus nostris: accedatur autem ad eum in uerbis suis.

Ex li. de Gene si ad litera. 8.

Si modum querimus quomodo locutus sit deus, certissime tenere debemus Deum, aut per suam substantiam loqui, aut per sibi subditam creaturam. Sed per suam substantiam non loquitur nisi ad credandas omnes naturas: ad spirituales uero atque intellectuales non solum creaturas, sed etiam illuminandas: cum iam possunt capere locutionem eius, qualis est in uerbo eius, quod in principio erat apud Deum, & Deus erat uerbum, per quod facta sunt omnia. Illis autem qui eum capere non possunt, cum loquitur Deus non nisi per creaturam loquitur, aut tantummodo spiritalem siue in somnis, siue in extasi in similitudinem corporalium: aut etiam per ipsam corporalem, dum sensibus corporis, uel aliqua species apparet, uel insonant uoces. Ad hoc enim aliquanto latius de hac re differere uolui, quia nonnulli hæretici putant substantiam filij Dei nullo assumpto corpore per seipsam esse uisibilem: & ideo, antequam ex uirgine corpus acciperet, ipsum esse uisum patribus opinantur: tanquam de solo Deo patre dictum sit. Quem nemo hominum uidit, nec uidere potest: quia filius uisus sit ante acceptam serui formam, etiam per ipsam substantiam suam: quæ impietas procul à catholicis mentibus repellenda est.

Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuio, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi futuramentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam.

Ex ser. de uer. cuan.

Nihil enim tam timendum est in diuitijs, quam superbia. Denique Apostolus Paulus hoc ammonet Timotheum. Præcipe, inquit, diuitibus huius mundi non superbe sapere. Non enim diuitias expauit, sed morbum diuitiarum.

Morbus autem diuitiarum, est superbia magna. Nam grandis animus est, qui inter diuitias isto morbo non tentatur. Maior animus diuitijs suis uiuens non concupiscendo, sed contentando. Magnus est ergo diues, qui non se ideo magnum putat, quia diues est. Qui autem ideo magnum se putat, superbus, & egenus est: in carne crepat, in corde mendicat: inflatus est non plenus. Vires autem duos uideas, unum plenum, alterum inflatum: in utroque eadem est magnitudo, sed non in utroque eadem plenitudo. Si attendis, falleris: si appendis, inuenies. Qui plenus est, difficile mouetur, qui inflatus est cito aufertur.

Præcipe ergo, inquit, diuitibus huius mundi.]

Non adderet huius mundi, nisi quia sunt diuites, & non huius mundi. Qui sunt diuites non huius mundi: Quorum princeps, & caput est ille, de quo dictum est. Pauper pro nobis factus est, cum diues esset. Sed si ille solus, quid profuerit? Vide quid sequitur. Ut illis paupertate uos ditaremini. Puto, quia paupertas Christi non nobis attulit pecuniam, sed iustitiam. Paupertas autem illius unde? Quia mortalis effectus est. Ergo diuitia uera immortalitas. Ibi enim uera copia, ubi nulla indigentia. Quia ergo nos immortales fieri non possemus, nisi pro nobis Christus mortalis esset effectus: ideo pauper factus est, cum esset diues. Hi sunt diuites, sed non huius mundi. Nec tamen & diuites mundici contempti sunt: & ipsos lucratus est sua paupertate: qui cum diues esset, propter nos pauper effectus est. Nam si eos contempnisset, & in numero suorum habere nolisset, non Timotheo (sicut dicebam). Apostolus præcepisset, ut ipse præcipret. Præcipe, inquit, diuitibus huius mundi. Inter hos qui fide sunt diuites, sunt quidam diuites huius mundi: præcipe illis, quia & ipsi membra illius pauperis facti sunt: præcipe illis, quid illis timeas à diuitijs.

Non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Inde enim superbit diues, quia sperat in incerto diuitiarum. Nam si incerta diuitiarum prudenter attenderet, nunquam superbiret, sed semper timeret, quanto esset ditior, tanto fieret sollicitior, & secundum hanc uitam, non solum secundum illam. Multi enim in istis istius seculi perturbationibus securiores pauperes fuerunt. Multi autem propter suas diuitias quæsi & correpti sunt. Multi se habuisse planxerunt, quod semper habere minime potuerunt. Præcipe ergo diuitibus huius mundi non superbe sapere, & fiet in eis quod audiimus in proverbio Salomonis. Sunt qui se humiliant, cum sint diuites. Et secundum istas diuitias temporales, fieri potest. Sit humilis, plus gaudeat quia Christianus est, quam quia diues est. Non infletur, non extollatur. Attendat pauperem fratrem, non dedignetur frater pauperis appellari. Quantumcumque enim diues sit, ditior est Christus, qui fratres suos uoluit esse, pro quibus sanguinem sudit. Tamen ne dicerent diuites, se non habere quid faciât, de

2. Cor. 8.

ibidem.

diuitijs suis: admonuit Thimotheum, ut eos etiam consilio regeret, non solum precepto cohiberet. Cum dixisset, neque sperare in incerto diuitiarum: ne se spem perdidisse arbitrarentur, subiicit: Sed in Deo uiuo, qui prestat nobis omnia abundanter ad fruendum. Temporalia ad utendum: aeterna ad fruendum. Sed de diuitijs suis quid faciant? Diuites, inquit, sint in operibus bonis, facile tribuant. Hoc profunt diuitiae, ne sit tibi difficultas tribuendi. Vult enim pauper, & non potest, uult diues & potest. Facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futuro, ut apprehendant ueram uitam. Nam ista uita falsa est. Huius uitae falsitate deceptus ille in purpura, & bysso, iacentem ulcerosum pauperem ante suam ianua[m] contemnebat. Sed ille linctus a canibus thesaurum sibi aeternum in Abrahamae gremio comparabat, et non abundantia facultate, pia tamen & optima uoluntate. Ille autem diues, qui sibi magnus uidebatur in purpura & bysso, mortuus est & sepultus est. Et quid inuenit? Aeternam sitim, in deficientes flammis. Successit ignis purpurae & bysso: ea tunica ardebat, qua se expoliare non poterat. Pro epulis ariditas, & desiderium guttae de digito pauperis, sicut ille micarum de mensa diuitis. Sed illius egestas praeteriens: huius poena permanens. Hoc attendant diuites huius mundi, & non superbe sapiant, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futuro: ibi sunt uere diuites, sed non huius mundi.

Ut apprehendant ueram uitam.]

Ue ex ferm. de uerb. euang. 5.

Qui nolunt diuites fieri, uel qui non curant, uel non ardent cupiditatibus, non avaritia fabricis accenduntur sed diuites sunt, audiant apostolum. Praeceptum diuitibus huius mundi. Praeceptum. Quid? Praeceptum ante omnia non superbe sapere. Nihil est enim, quod sic generet diuitie quomodo superbiam. Omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet uermem suum, & alius est uermis mali, alius piri, alius fabae, alius tritici. Vermis diuitiarum superbia. Ergo praecipite diuitibus huius mundi non superbe sapere. Vnde autem superbe sapere? de eo quod sequitur. Neque sperare in incerto diuitiarum. Qui non sperat in incerto diuitiarum, non superbe sapiunt. Si non altum sapiunt, timeant: si timeant, non altum sapiunt. Quam multi heri diuites hodie pauperes? Quam multi dormiunt diuites, & uentibus latronibus, & cuncta auferentibus euigilant pauperes? Ergo non sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo, qui prestat nobis omnia abundanter ad fruendum, temporalia & aeterna: sed magis ad fruendum, aeterna: ad utendum temporalia tanquam uiatoribus: ad fruendum, aeterna tanquam habitatoribus: temporalia, unde bona faciamus: aeterna, ut boni efficiamur. Ergo hoc faciant diuites, non superbe sapiant, neque sperent in incerto diuitiarum: sed in Deo uiuo, qui prestat nobis omnia abun-

danter ad fruendum, hoc faciant. Ex eo autem quod habent quid faciant? Audi quid. Diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, habent enim unde, quare non faciunt? Paupertas difficultas est: facile tribuant, habent unde communicent: id est pares suos mortales agnoscant. Communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum. Non enim quia dico, inquit, facile tribuant, communicent, expoliare illos uolo, nudare illos uolo, inanes relinquere uolo. Doceo lucrum cum ostendo: thesaurizent sibi. Non enim uolo, ut pauperes remaneant. Thesaurizent sibi: non ut perdant dico, sed quo migrent ostendo. Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. Hac ergo falsa uita est: apprehendant ueram uitam. Vanitas enim uanitas: & omnia uanitas. Quae abundantia tanta hominis in omni labore suo: quo ipse laborat sub sole? Apprehendenda est ergo uera uita, migranda sunt facultates nostrae ad locum uerae uitae, ut hoc ibi inueniamus quod hic damus.

Pauper Dei in animo est: non in seculo. Proceedit aliquando homo habens plenam domum, uberes terras, multa praedia, multum auri & argenti: nouit quia in his non est presumendum, humiliat se Deo, facit inde bene, ita cor ipsius erigitur ad deum, ut nouerit quia non solum nihil illi proficiunt diuitiae ipsae, sed impediunt pedes ipsius, nisi ille erigat, & ille subueniat, & numerat inter pauperes qui saturantur panibus. Inuenis alium mendicum inflatum, aut ideo non inflatum quia nihil habet, quarentem tamen unde inflatur, non attendit Deus facultatem, sed cupiditatem, & iudicat eum secundum cupiditatem, qua inhilat rebus temporalibus, non secundum facultatem, quia non ei contigit adipisci. Inde enim de diuitibus dicit Apostolus. Diuitibus huius seculi praecipite non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui nobis prestat omnia abundanter ad fruendum. Quid ergo facient de diuitijs suis? Sequitur & dicit. Diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent. Et uide quia hic pauperes sunt. Thesaurizent (inquit) sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uera uita. Cum apprehederint, tunc erunt diuites, quando autem non eam adhuc habent nouerint se pauperes. Ita fit ut oes humiles sancto corde, & in charitate germana constitutos quae quid habuerint in hoc seculo, inter pauperes suos numeret Deus quos saturaret panibus.

O Thimothee depositum custodi, deuitans prophanas uocis nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.]

Veniat in mentem aduersus tales apostolica illa ammonitio. Aptauit uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Euam fecellit sua astutia, sic & uestra[m] mentes corrumpantur a castitate quae est in Christo. Quid enim agunt isti euangelizantes nobis praeter quod accepimus, nisi

Eccles. 3.


Ex tractatu Psal. 137.

Ex li. cot. 1. Cor. 12.

EXPOSITIO
EIVSDEM DIVI AVRE
LII AVGVSTINI EPISCOPI, IN
Secundam eiusdem diui Pauli ad Thimotheum
Epistolam: ab eodem Venerabili Beda
presbytero collecta.

Epistola secunda ad Thimotheum.

CAPVT I.



Daulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, secundum promissionem uite quae est in Christo Iesu, Thimotheo charissimo filio. Gratia, et misericordia, & pax a Deo patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro.

Gratias ago deo meo, cui seruo a progenitoribus meis in conscientia pura: quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die, desiderans te uidere, memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear: recordationem accipiens eius fidei quae est in te non ficta: quae & habitauit primum in auiua tua Loida, & matre tua Eunice: certus sum autem, quod & in te. Propter qua[m] causam admono te, ut resuscites gratiam Dei quae est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed uirtutis & dilectionis & sobrietatis. Noli itaque & rubescere testimonium Domini nostri, neque me uinctum eius: sed collabora euangelio secundum uirtutem Dei, qui nos liberauit, & uocauit uocatione sua sancta: non secundum operam, sed secundum propositum suum, & gratiam quae data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia: manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi: qui destruxit quidem mortem: illuminauit autem uitam & incorruptionem per euangelium: in quo positus sum ego praedicator, & Apostolus, & magister gentium. Ob quam causam etiam haec patior: sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illi diem. Formam habeo sanctorum uerborum quae a me audisti in fide, & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi, per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Scis enim hoc, quod auersi sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phigelus et Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia saepe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: sed cum Roman uenisset, sollicito me quaesuit & inuenit. Det illi Dominus inuenire misericordiam a Deo in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.]

Ex ser. de gra. & libero arb. Esai. 11.

In hoc Apostoli testimonio cauere debemus, ne nos arbitremur non accepisse spiritum timoris Dei: quod sine dubio magnum est Dei donum, de quo dicit propheta Esaias. Requiescet super eum spiritus sapientiae & intellectus spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, spiritus timoris dei. Non quo timore Petrus Christum negauit, sed illius timoris spiritum accepimus, de quo dicit ipse dominus Iesus. Eum timeo qui habet potestatem, & corpus & animam perdere in gehennam. Ita dico uobis, hunc timeo. Hoc autem dixit, ne illo timore negaremus eum quo turbatus est Petrus. Hunc enim au-

V u u 2 ferri

nisi ut nos a castitate corrumpant, quam Christo seruamus: Quando legem Dei culpant nomine uetustatis, & errorem suum laudant nomine nouitatis, quasi omnis uetustas fugienda sit, aut omnis nouitas appetenda, cum & mandatum uetus in laudem ponat apostolus Ioannes, & prophanas uerborum nouitates euitari iubeat Apostolus Paulus.

Ex tracta. eu. sec. Ioan. 9. 4.

Non enim ait, deuitans uerborum nouitates, sed addidit prophanas. Sunt enim & doctrinae religionis congruentes uerborum nouitates, sicut ipsum nomen Christianorum, quando dici coeperit scriptum est. In Antiochia enim primum post ascensionem Domini appellati sunt discipuli Christiani, sicut legimus in Actibus Apostolorum. Et xenodochia, & monasteria postea sunt appellata nouis nominibus. Res tamen ipsae, & ante nomina sua erant, & religionis ueritate firmantur, qua etiam contra improbos defenduntur aduersus impietatem Arrianorum haereticorum. Nouum nomen patres homouision condiderunt, sed non rem nouam tali nomine signauerunt. Hoc enim uocatur homouision: quod est ego & pater uerum sumus, unius uidelicet eiusdemque substantiae. Nam si omnis nouitas prophana esset, nec a Domino diceretur. Mandatum nouum do uobis: nec testamentum nouum appellaretur: nec cantaret uniuersa terra canticum nouum. Sed prophanas sunt uerborum nouitates, ubi dicit mulier insipiens & audax. Pares occultos libenter attingite, & aquae furtiuae dulcedinem. Ab hac pollicitatione false scientie prohibet dicens. O Thimothee depositum custodi, deuita prophanas uocum nouitates, & contradictiones falsi nominis scientiae: quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Nihil enim sic amant isti, quam scientiam promittere: & fidem rerum uerarum, quas credere paruuli praecipuntur, uelut imperitiam deridere.

Prouerb. 9.

FINIS EPISTOLAE AD Thimotheum primam.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM Secundam ad Thimotheum.

Item Thimotheo scribit de exhortatione martyrij, & omnis regulae ueritatis: & quid futurum sit temporibus nouissimis, & de sua passione, scribens a Roma.

ferri à nobis uoluit, cum prius dixit. Nolite timere eos qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant. Huius timoris non accipimus spiritum, sed uirtutis, & charitatis, & continentiae. De quo spiritu idem ipse ad Romanos ait. Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spes. Spes autem non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non itaque per nos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ipsa charitate fit, quam donum Dei esse manifestat: ut tribulatio non auferat, sed potius operetur patientiam.

Ex li. de correptione et grat. Maior quippe libertas est necessaria aduersus tot & tantas tentationes, quae in paradiso non fuerunt, dono perseverantiae munita atque firmata: ut cum omnibus amoribus, terroribus, erroribus suis uincatur hic mundus. Hoc sanctorum martyria docuerunt, donante illo, à quo misericordiam consecuti sunt ut fideles essent: à quo acceperunt spiritum non timoris, quo persequētibz cederent: sed uirtutis, & charitatis, & continentiae, quo cuncta minantia, cuncta mutantia, cuncta cruciantia superarent.

CAPVT II.

T ergo fili mi confortare in gratia, quae est in Christo Iesu: et quae audisti à me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere.]

Ex tractatu Psal. 71. Excellenti ergo sanctitate eminentes in ecclesia, idonei sunt & alios docere: sic loquendo ut fideliter instruantur: sic uiuendo ut salubriter imitentur.

Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probauit. Nam qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige quae dico, dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.]

Ex li. de opere monachoru. 1. Tim. 5. Thimotheum quem dicit germanissimum filium: quoniam sciebat corpore infirmum, sicut ostendit, monens eum ne aquam biberet: sed modico uino uteretur, propter stomachum, & frequentes suas infirmitates: quia in opere corporali laborare non poterat: ne forte cum indigere nollet uictu quotidiano, ab eis quibus euangelium ministrabat aliqua sibi negotia quereret, quibus animi eius implicaretur intentio. Aliud est enim corpore laborare animo libero, sicut opifex potest, si non sit fraudulētus & auarus, & priuata rei auarus. Aliud autem ipsum animum occupare curis colligendae sine corporis labore pecuniae: sicut sunt uel negotiatores, uel procuratores, uel conductores: cura enim praesunt, non manibus operantur: ideoque ipsum animum suum occupant habendi sollicitudine. Thimotheum ergo ne in talia incideret, qui per infirmitatem corporis manibus operari non poterat: sic exhortatur, & monet, & consolatur. Labora, inquit, sicut bonus miles Christi Iesu.

Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus: ut placeat cui se probauit. Nam qui in agone contendit, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Hinc, ne ille angustias pateatur dicens: Fodere non possum, mendicare confundor: adiunxit statim. Laborantem agricolam primum oportet de fructibus percipere, secundum id quod ad Corinthios dixerat.

Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Fecit itaque securum castum euangelicam, non ad hoc euangelizantem, ut uenderet euangelium: sed tamen huic uitae necessaria sibi exhibere manibus non ualētem: sumebat enim ab eis quibus tanquam prouincialibus militabat, & quos tanquam uineam cultor exercebat, uel tanquam gregem pascebat: non esse mendicitatem, sed potestatem. Propter has igitur, uel occupationes seruorum Dei, uel infirmitates corporales, quae omnino deesse non possunt, non solum permittit apostolus sanctorum indigentiam suppleri à bonis fidelibus: sed etiam saluberrime hortatur. Profectus fidelium sine tentatione non prouehit, nec sibi quisquam innotescit, nisi probationis examine, nec coronabitur, nisi uicerit, neque uincet, nisi certauerit. Quis autem certat nisi inimicum habens, & tentationi resistens?

Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum.]

C redamus in Christum crucifixum: sed eum qui die tertia resurrexit. Ipsa est fides, quae nos distinguit. Distinguit à Paganis, distinguit à Iudaeis, fides qua credimus Christum Iesum resurrexisse à mortuis. Apostolus dicit Thimotheo. Memor esto Christum Iesum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum. Itemque ipse apostolus. Quia si credideris, inquit, in corde tuo, quia Dominus est Iesus: & confessus fueris ore tuo, quia Deus suscitauit illum à mortuis: saluus eris. Ipsa est salus, qua qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Scio uos credere, salui eritis: corde retinete, ore proferte: quia Christus resurrexit à mortuis. Sed fidem habete Christianorum, non daemoniorum. Fides ista qua credimus Christum resurrexisse à mortuis, distinguit nos à Paganis. Quæro à Pagano utrum crucifixus sit Christus, clamat ualde. Vtrum resurrexerit, negat. Quæro à Iudæo utrum crucifixus sit Christus, confitetur crimen ubi habet & patrem. Bibit enim quod parentes sui ei propinauerunt. Sanguis huius super nos, & super filios nostros. Sed quæro ab illo utrum resurrexerit à mortuis. Negabit: irridebit: accusabit: distincti sumus. Credimus enim nos Christum ex semine Dauid secundum carnem resurrexisse à mortuis. Nunquid hoc daemones nescierunt? Aut ita daemones non crediderunt quod & uiderunt? Adhuc antequam resurrexisset, clamabant, & dicebant. Scimus qui

Luce. 4. qui sis filius Dei. Discernebamus nos à Paganis credendo Christum resurrexisse: si aliquid possumus, à daemonibus nos discernamus: ipsa est fides qua Christianos à daemonibus discernit: fides non quæcumque. Nam ait apostolus Iacobus. Tu credis quia unus est Deus: bene facis. Et daemones credunt, & contremiscunt. Ipse hoc dixit, qui in eadem epistola scriptum est. Si fidem habeat aliquis, opera autem non habeat: nunquid potest fides saluare eum?

Iacob. 2. Et apostolus Paulus discernens ait. Neque circūcisio aliquid ualeat, neque preputium: sed fides quae per dilectionem operatur. Discreuimus: distinctum immo distinctam inuenimus: distinctam legimus: distinctam esse didicimus. Quomodo distinguimus fide: sic distinguamus & moribus: sic distinguamus operibus accensi charitate, quam charitatem daemones non habebant. Quo igne & illi duo in uno ardebat. Cognito enim Christo, & ab eis discendente, dixerunt apud se. Nonne cor nostrum erat ardens in uia cum aperiret nobis scripturas?

Ibidem. Filium hominis Christum ita credamus, sicut apostolica ueritate praedicatur: non sicut Manichaeorum fallitate confingitur. Cum igitur eum euangeliste annunciant natum ex cœmina de domo Dauid: Paulusque ad Thimotheum scribat dicens: Memor esto Christum Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum euangelium meum: satis apparet quem admodum Christum filium hominis credere debeamus. Qui filius Dei, per quem facti sumus, etiam filius hominis per assumptionem carnis factus est, ut moreretur propter delicta nostra: & resurgeret propter iustificationem nostram. Ideo utrumque se dicit, & filium dei, & filium hominis.

Galat. 5. Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum Effrem non elegit: sed elegit tribum Iuda. Per haec praclaris meriti nomina quid aliud quam populum uniuersum uetusta cupiditate à Domino terrena praemia requirentem repulsum & reprobatum intelligimus? electam autem tribum Iuda non pro meritis Iudae ipsius: Longe quippe maiora sunt merita Ioseph: sed per tribum Iuda, quoniam inde exiit Christus secundum carnem, nouum populum Christi illi populo ueteri praetatum scriptura testatur. Aperiente Domino in parabolis os suum. Et elegit Dauid seruū. Tribum ergo Iuda propter Dauid. Dauid autem propter Christum. Tribum igitur Iuda propter Christum. Quo transeunte clamauerunt caeci. Miserere nobis fili Dauid. Et continuo misericordia eius lumen receperunt, quia uerum erat. Hoc ideo non transeunter dicit: sed attente commendat apostolus scribens ad Thimotheum. Memor esto Christum Iesum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid secundum euangelium meum.

Ex li. cō. Pau. tit. 9. In quo laboro usque ad uincula quasi male operans: sed uerbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: ut et ipsi salutem consequantur, quae est in Christo Iesu cum gloria caelesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, &

Ex li. cō. Pau. tit. 9. si uiuimus, & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. Haec autem commune testificans coram Deo. Noli contendere uerbis: ad nihil enim utile est, nisi ad uersionem audientium. Sollicite autem cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem uerbum ueritatis.

Ex li. cō. Pau. tit. 9. Credidi, inquit, propter quod locutus sum: Ego autem humiliatus sum nimis. Passus enim multas tribulationes propter uerbum quod fideliter tenebat, fideliter impendebat, humiliatus est nimis. Quod illi timuerunt, qui amauerunt gloriam hominum magis quam Dei. Sed quid est, ego autem? Diceret potius. Credidi, propter quod locutus sum, & humiliatus sum nimis. Cur addidit, ego autem, nisi quia homo humiliari potest ab eis qui ueritati contradicunt: non ipsa ueritas quam credit & loquitur? Unde & apostolus, cum de catena sua diceret: Sed sermo, inquit, Dei non est alligatus: Sic & iste quia ipsa est una persona sanctorum testium, hoc est martyrum Dei: Credidi, inquit, propter quod locutus sum. Ego autem non illud quod credidi, non sermo quem protulit sed ego humiliatus sum nimis.

Ex li. cō. Pau. tit. 9. Dicit ergo ecclesia Christi: ciuitas regis magni: gratia plena: prole fecunda. Dicit quod tanto ante de se prophetatum per os patris martiris agnoscit. Confirmatum est cor meum in Domino. Vere confirmatum est cor & cornu uere exaltatum: quia non in se: sed in domino Deo suo dilatatum est super inimicos meos os meum. Quia & in angustijs pressurarum sermo Dei non est alligatus, nec in praconibus alligatus. Si non credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest.

Ex li. cō. Pau. tit. 9. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Elías. Excacauit oculos eorum, & indurauit eorum cor. Sic autem dictum est non poterant ubi intelligendum est quod nolabant: quemadmodum dictum est de Domino Deo nostro: Si non credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. De omnipotente dictum est non potest. Sicut ergo quod Dominus negare seipsum non potest, laus est uoluntatis diuinae: ita quod illi non poterant credere, culpa est uoluntatis humanae.

Ex li. cō. Pau. tit. 9. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex li. cō. Pau. tit. 9. Cum sint inter se duo ista contraria proficere, & deficere, uisitatius profectus in bono accipitur, defectus in malo: quando non additur, uel subiugitur in quid proficiatur, uel deficitur. Cum uero additur, potest & malum esse proficere, bonumque deficere. Aperite quippe dixit apostolus. Prophanas autem uerborum nouitates euita. Multum enim proficiunt ad impietatem. Ait & de quibusdam, proficient in poenis. Ita & defectus à bono in malum malus est, à malo in bonum bonus est. De bono quippe defectu dictum est. Desiderat & deficit anima mea in atria domini.

Ex li. cō. Pau. tit. 9. Vuu 3 Ex

Ex tractatu Psal. 118. Credidi, inquit, propter quod locutus sum: Ego autem humiliatus sum nimis. Passus enim multas tribulationes propter uerbum quod fideliter tenebat, fideliter impendebat, humiliatus est nimis. Quod illi timuerunt, qui amauerunt gloriam hominum magis quam Dei. Sed quid est, ego autem? Diceret potius. Credidi, propter quod locutus sum, & humiliatus sum nimis. Cur addidit, ego autem, nisi quia homo humiliari potest ab eis qui ueritati contradicunt: non ipsa ueritas quam credit & loquitur? Unde & apostolus, cum de catena sua diceret: Sed sermo, inquit, Dei non est alligatus: Sic & iste quia ipsa est una persona sanctorum testium, hoc est martyrum Dei: Credidi, inquit, propter quod locutus sum. Ego autem non illud quod credidi, non sermo quem protulit sed ego humiliatus sum nimis.

Ex li. de ciuit. dei 17. Dicit ergo ecclesia Christi: ciuitas regis magni: gratia plena: prole fecunda. Dicit quod tanto ante de se prophetatum per os patris martiris agnoscit. Confirmatum est cor meum in Domino. Vere confirmatum est cor & cornu uere exaltatum: quia non in se: sed in domino Deo suo dilatatum est super inimicos meos os meum. Quia & in angustijs pressurarum sermo Dei non est alligatus, nec in praconibus alligatus. Si non credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest.

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Elías. Excacauit oculos eorum, & indurauit eorum cor. Sic autem dictum est non poterant ubi intelligendum est quod nolabant: quemadmodum dictum est de Domino Deo nostro: Si non credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. De omnipotente dictum est non potest. Sicut ergo quod Dominus negare seipsum non potest, laus est uoluntatis diuinae: ita quod illi non poterant credere, culpa est uoluntatis humanae.

Ex tractatu Psal. 118. Cum sint inter se duo ista contraria proficere, & deficere, uisitatius profectus in bono accipitur, defectus in malo: quando non additur, uel subiugitur in quid proficiatur, uel deficitur. Cum uero additur, potest & malum esse proficere, bonumque deficere. Aperite quippe dixit apostolus. Prophanas autem uerborum nouitates euita. Multum enim proficiunt ad impietatem. Ait & de quibusdam, proficient in poenis. Ita & defectus à bono in malum malus est, à malo in bonum bonus est. De bono quippe defectu dictum est. Desiderat & deficit anima mea in atria domini.

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu Psal. 118. Cum sint inter se duo ista contraria proficere, & deficere, uisitatius profectus in bono accipitur, defectus in malo: quando non additur, uel subiugitur in quid proficiatur, uel deficitur. Cum uero additur, potest & malum esse proficere, bonumque deficere. Aperite quippe dixit apostolus. Prophanas autem uerborum nouitates euita. Multum enim proficiunt ad impietatem. Ait & de quibusdam, proficient in poenis. Ita & defectus à bono in malum malus est, à malo in bonum bonus est. De bono quippe defectu dictum est. Desiderat & deficit anima mea in atria domini.

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu Psal. 118. Cum sint inter se duo ista contraria proficere, & deficere, uisitatius profectus in bono accipitur, defectus in malo: quando non additur, uel subiugitur in quid proficiatur, uel deficitur. Cum uero additur, potest & malum esse proficere, bonumque deficere. Aperite quippe dixit apostolus. Prophanas autem uerborum nouitates euita. Multum enim proficiunt ad impietatem. Ait & de quibusdam, proficient in poenis. Ita & defectus à bono in malum malus est, à malo in bonum bonus est. De bono quippe defectu dictum est. Desiderat & deficit anima mea in atria domini.

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex tractatu eua. sec. 10. 50. Esa. 6. Ioan. 12. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.]

Ex quibus est Hymeneus & Philetus qui a ueritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem.]

Ex tract. euā. sec. Ioan. 18.

Omnes enim sectae quae se aliquam religionem hominibus inferere praesumpserunt, non negauerunt istam mentium resurrectionem, ne diceretur eis. Si non resurgit anima, quare mihi loqueris? Quid in me facere uis? Si non facis ex deteriore meliorem, quare mihi loqueris? Si non facis ex iniquo iustum, ex impio pium, ex stulto sapientem, fac teris resurgere animam meam, si tibi obtemperauero, si tibi credidero. Volentes ergo credi sibi omnes qui instituerunt alicuius etiam falsae religionis sectam, negare istam resurrectionem mentium non potuerunt. Omnes de illa consenserunt, sed multi carnis resurrectionem negauerunt. Dixerunt in fine iam factam esse resurrectionem. Talibus resistit Apostolus dicens. Ex quibus est Hymeneus & Philetus: qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt. Iam factam esse resurrectionem dicebant: sed eo modo ut alia non speraretur. Et reprehendebant homines qui sperabant resurrectionem carnis: uelut iam resurrectio quae promissa erat credendo impleteretur in mente. Reprehendit eos Apostolus. Cur eos reprehendit? Nonne hoc docebant quod Dominus loquebatur? Venit hora, & nunc est quando mortui audient uocem filii Dei, & qui audierint uiuent. Sed de uita mentium loquor adhuc. At tibi Iesus. Nondum loquor de uita corporum, sed loquor de uita uitae corporum, id est animarum in quibus est uita corporum. Nam scio esse corpora in monumentis iacentia: scio & corpora uestra in monumentis futura. Nondum de illa resurrectione loquor, de ista loquor. In ista resurgite, ne ad poenam in illa resurgatis. Cum ergo ipsi menti loquor, audiat, id est obediatur, & uiuat. Noli itaque Domine tacere de resurrectione carnis, ne non ea credant homines, & remaneamus nos argumentatores, non praedicatores. Nunc audite de resurrectione corporum, non me: sed Dominum locuturum. Quia uenit hora, non addidit, & nunc est. Ergo horam quandam uult insinuarere in finem seculi. Hora nunc est, ut resurgant mortui. Hora erit in fine seculi, ut resurgant mortui, sed resurgant nunc in mente, tunc in carne. Resurgant nunc in mente per uerbum Dei, filium Dei: resurgant tunc in carne per uerbum Dei carnem factum filium hominis. Expressus hoc dicat, ut calumniam haereticus negator resurrectionis corporis non inueniat. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt. Quid euidentius? Quid expressius? Corpora sunt in monumentis, animae non sunt in monumentis, nec iustorum, nec iniquorum. Iusti anima in sinu Abraham fuit, iniqui anima apud inferos torquebatur. In monumento nec illa, nec illa.

Ioan. 5.

Omnes qui sunt in monumentis, hoc est iusti & iniusti, audient uocem eius, & procedent. Quomodo noluit dicere, & uiuent? Omnes enim procedent, & non omnes uiuent. In eo quippe quod supra dixit. Et qui audierint uiuent: in ipsa obediuntione uitam aeternam intelligi uoluit & beatam, quam non omnes habebunt, qui de monumentis procedent. Iam ergo & commemoratione monumentorum, & expressione processionis de monumentis aperte intelligimus corporum resurrectionem.

Nonnulli enim attendentes uerba quae asidue dicit Apostolus, Quia & mortui sumus cum Christo, & resurreximus cum eo, nec intelligentes quatenus dicatur: arbitrati sunt iam factam esse resurrectionem, nec ullam ulterius in fine temporum esse sperandam. Ex quibus est, inquit, Hymeneus, & Philetus, qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse: & fidem quorundam subuerterunt. Idem apostolus eos arguens detestatur, qui tamen dicit nos resurrexisse cum Christo. Vnde, nisi quia per fidem, & spem, & dilectionem factam esse dicit in nobis secundum primitias spiritus? Sed quia spes quae uidetur non est spes: & ideo si quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus: restat utique redemptio corporis nostri, quam expectantes in nobismet ipsis ingemiscimus. Vnde est & illud. Spe gaudentes, in tribulatione patientes.

Sed firmum fundamentum dei stat habens signaculum hoc. Cognouit Dominus quae sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.]

Dicebat Apostolus. Ex quibus est Hymeneus & Philetus, qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt. Nunquid isti ad orbem terrarum pertinebant qui non commouebitur? Sed palea erant. Et fide, inquit, quorundam subuerterunt. Et si omnium diceret, oēs intelligere deberemus pertinentes ad ciuitatem Babyloniam, quae habet damnari cum diabolo: tamen fidem quorundam dixit. Et quasi diceretur ei, & quis eis potest resistere? Subiecit statim. Firmum autem fundamentum Dei, stat habens signaculum hoc. Quod signaculum habet firmum fundamentum: Nouit Dominus qui sunt eius. Et recedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen Domini. Modo ab iniquitate recedit. Ab iniquis enim non potest recedere, quia mixta est palea tritico usque dum uentiletur. Quid dicimus fratres? Et in ipsa area mira est de tritico. Recedit a palea cum expoliatur, non recedit ab area cum trituratur.

Quando autem omnino separabitur? Cum uenerit uentilator. Ergo modo area in orbe terrarum est. Necessesse est ut si proficis, inter iniquos uiuas. Ab iniquis recedere non potes, ab iniquitate recede.

Satis enim fixum atque immobile debet corde retineri, Hierusalem captiuam ab huius seculi

Ex li. ad Iac. 2. Rom. 6. 1. Cor. 15.

Ex tractatu Psal. 92.

Ex li. de ciuitate chizand. rnh. culi

culi Babylonia decursis temporibus liberari, nullumque ex illa esse periturum, quia qui perierit, non ex illa erat. Firmum enim fundamentum Dei stat habens signaculum hoc. Nouit dominus qui sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini.

Ex libr. de ciuit. dei. 20.

Nec moueat quod saepe diabolus seducit etiam illos qui regenerati iam in Christo uias ingrediuntur Dei. Nouit enim dominus qui sunt eius. Ex his in aeternam damnationem neminem ipse seducit. Sic enim eos nouit dominus ut Deus, quem nihil latet etiam futurorum, non ut homo, qui hominem ad praesens uidet, si tamen uidet, cuius cor non uidet. Qualis autem postea sit futurus, nec seipsum uidet. Nondum apparuit iudicium, sed iam factum est iudicium. Nouit enim dominus qui sunt eius. Nouit qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammam. Nouit in area sua triticum, nouit paleam, nouit segetem, nouit zizania:

Ex tracta. euā. sec. Ioan. 12.

Ex tracta. euā. sec. Ioan.

Modo enim corpus Christi mixtum est tanquam area, sed nouit dominus qui sunt eius, si cut tu nosti quod trituras, quia ibi est latens massa. Nec consumit trituratio, quod purgatura est uentilatio. Certi sumus fratres, quia omnes qui sumus in corpore domini, & manemus in illo, ut & ipse maneat in nobis. In hoc seculo necesse habemus usque in finem inter malos uiuere. Non inter illos dico malos, qui blasphemant Christum. Raro enim iam inueniuntur, qui lingua blasphemant, sed multi qui uita. Necesse est ergo, ut inter illos usque in finem uiuamus. Sed quid est quod ait, Qui manet in me, & ego in illo? Quid, nisi quod martyres audiebant? Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. De illis ouibus, de quibus dicit apostolus. Nouit dominus qui sunt eius, & quos praesciuit, ipsos & praedestinauit, quos autem praedestinauit, hos & uocauit, quos autem uocauit, ipsos & iustificauit, quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. De ouibus istis nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit. Securus est de numero earum qui pro eis nouit quod dedit, & hoc est quod ait. Non rapiet eas quisquam de manu mea.

Ioan. 15.

Matth. 10.

Ex tract. euā. sec. Ioan. 4. 5.

Roman. 8.

Ex li. 5. de ba. Cantic. 4.

Numerus ergo iustorum, qui secundum positum sunt, de quibus dictum est, Nouit dominus qui sunt eius, ipse est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uitae, paradysus cum fructu pomorum. Ex hoc numero quidam spiritaliter uiuunt, & super eminentem uiam charitatis ingrediuntur: & cum praecuratum hominem in aliquo delicto instruunt in spiritui lenitatis, intendunt ne & ipsi tententur: & cum forte ipsi praecurpentur reprimuntur in eis aliquantulum, non autem extinguuntur charitatis affectus: rursusque insurgunt, & inardescunt pristino cursu resurgunt. Norunt enim dicere. Dormitauit anima mea praetadio: confirma me in uerbis tuis. Cum autem aliquid aliter sapiunt, id quod illis in charitatis flagrantia permanentibus, nec rumpentibus uinculum pacis, Deus reuelabit. Quidam uero adhuc

carnales & animales proeectus suos instanter exercent: & ut cibo spiritualium fiant idonei, sanctorum mysteriorum lacte nutriuntur. Ea quae in prauis moribus populari etiam iudicio manifesta sunt, in Dei timore deuantant & ut minus minusque rebus terrenis, & temporalibus delectentur, uigilantissime satagunt. Regulam fidei diligenter inquisitam firmissime tenent: & si qui ab ea deuiant, cito auctoritate catholica corriguntur: quauis in eius uerbis pro sensu carnali uarijs adhuc phantasmatum concursibus fluent. Sunt etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter uiuant: aut etiam in haeribus, uel gentiliu superstitionibus iaceant. Et tamen etiam illic nouit dominus qui sunt eius, Namque in illa ineffabili praescientia dei multi qui foris uidentur, intus sunt: & multi qui intus uidentur, foris sunt. Ex illis ergo omnibus, qui ut ita dicam, intrinsecus, & in occulto intus sunt, constat ille hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uitae, paradysus cum fructu pomorum. Horum munera esse diuinitus, partim sunt propria, sicut in hoc tempore infatigabilis charitas, & in futuro uita aeterna: partim uero cum malis peruersisque communia, sicut omnia caetera: in quibus sunt & sacrosancta mysteria.

In magna autem domo, non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quaedam quidem in honorem: quaedam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis: erit uas in honorem sanctificatum: & utile domino ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem desideria fuges: sectare uero iustitiam, fidem, spem, & charitatem, et pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro.]

Quosdam qui circa ueritatem aberrauerunt, quorum sermo ut cancer serpebat, cum euitandos esse diceret, in una tamen domo magna eos fuisse significat, sed tanquam uasa in contumeliam. Credo quod nondum foras exierant: aut si iam exierant quomodo eos dicit in eadem magna domo cum uasis honorabilibus (nisi forte propter ipsa sacramenta, quae separatis etiam haereticorum conuenticulis non mutata sunt) ad unam magnam domum, sed diuersis meritis pertinere, alios in honorem, alios in contumeliam. Si quis ergo emundauerit semetipsum ab istiusmodi, erit uas in honore sanctificatum, utile domino ad omne opus bonum paratum. Quid est autem mundare semetipsum a talibus, nisi quod paulo ante dixit: Recedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen domini. Et ne quisquam putaret, tanquam in una domo magna, perire se posse cum talibus, uigilantissime praedixit. Nouit dominus qui sunt eius. Eos uidelicet qui recedendo ab iniquitate se mundant a uasis fictis in contumeliam: ne cum ipsis pereant, quos in domo magna tolerare coguntur.

De quibus ait apostolus, Sermo eorum sicut cancer serpit: uellem intelligere foris fuisse, sed me Cyprianus non sinit. Cum enim ad Antonianum scribens, ostendere ante tempus ultimae separationis, iustorum & iniquorum, nullo

Cantic. 4.

Ex li. 3. de ba.

Ex li. 4. de ba.

nullo modo esse propter commixtionem malorum ab unitate ecclesie recedendum, ubi de clarat quam sit sanctus, & illa quam meruit martyrij claritate dignissimus, ait. Quantus ar rogantia tumor est, quanta humilitatis & lenitatis obliuio, & arrogantiae suae quanta factatio, ut quis audeat, aut facere se posse credat, quod nec apostolis concessit dominus, ut zizania à frumento putet se posse discernere: aut quasi ipsi palam facere, & aream separare cessum sit, paleas conetur & tritico separare? Cumq; apostolus dicat: In domo autem magna non solum sunt uasa aurea, & argentea: sed & lignea & fictilia: contemere, & abscere, & danare, quando non nisi in die domini uasa lignea diuini ardoris incendio concrementur, & fictilia ab eo cui data est ferrea uirga frangantur? Sic igitur arguens Cyprianus eos qui tanquam malorum consortium deuitantes se ab unitate diruperant, ostendit magnam domum quam dicit Apostolus, ubi essent non solum aurea uasa, & argentea, sed & lignea fictilia, non se intellexisse nisi ecclesiam, ubi essent boni & mali, donec in fine sicut area uentilata purgetur. Quod si ita est, in ipsa ecclesia, id est in ipsa domo magna, erant uasa in contumeliam, quorum sermo ut caner serpebat.

Ex li. 7. de ba. Cantic. 4.

Omnibus consideratis puto me non temere dicere, alios ita esse in domo Dei, quae dicitur aedificari super petram, quae unica columna appellatur, quae sponsa sine macula & ruga, & hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uivae, paradusum cum fructu pomorum. Quae domus etiam clares accepit, ac potestatem soluendi & ligandi. Hanc domum si quis corripientem, corrigentemq; contempserit, sit tibi, inquit, tanquam ethnicus & publicanus. De hac domo dicitur. Domine dilexi decorum domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae, & qui habitare facit unanimes in domo, & locum condatus sum in his quae dixerunt mihi, in domum domini ibimus, & Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te, et innumerabilia talia. Haec domus etiam triticum dicitur, siue tricenum, siue sexagenum, siue centenum fructum afferens cum tolerantia. Haec domus est in uasis aureis, & argenteis & lapideis preciosis, & lignis imputribilibus. Huic domui dicitur. Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, & Templum Dei sanctum est, quod estis uos. Haec quippe in bonis fidelibus est, & sanctus Dei seruis ubiq; dispersis, & spiritali unitate deunctis, in eadem communionem sacramentorum, siue se facie nouerunt, siue non nouerunt. Alios autem ita dicit esse in domo, ut non pertineant ad compagem domus, nec ad societatem fructiferae, pacificaeq; iustitiae, sed sicut esse palea dicitur in frumentis. Nam & istos in domo esse negare non possumus, dicitur apostolo. In magna autem domo non solum aurea uasa sunt, uel argentea, sed & lignea & fictilia. Et alia quidem sunt in honorem, alia

Matth. 22. Psal. 25. Psal. 67. Psal. 121.

uero in contumeliam. Ex hoc numero innuberrabili non solum turba intus premens cor paucorum in tanta multitudinis comparatione sanctorum, sed etiam diruptis retibus haereses & schismata existunt in eis: qui magis iam ex domo, quam in domo esse dicendi sunt. De quibus dicitur. Ex nobis exierunt: sed non erant ex nobis. Separationes enim sunt iam etiam corporaliter segregati, quam illi qui interior carnaliter, & animaliter uiuunt, & spiritaliter separati sunt. Ne quaramus eum absq; nobis, sed potius uniusmodi habitates in domo mereamur, ut habitare etiam ipse dignetur in nobis. Iste est locus sanctus domini, quem plerique homines quaerunt, ut habitent ubi orantes exaudiantur. Sint ergo ipsi quod quaerunt, & quod dicunt in cordibus suis, id est in talibus cubilibus suis compungantur habitantes unius modi, ut a domino magnae domus habitentur, & apud seipsos exaudiantur. Est enim domus magna, in qua non solum aurea uasa sunt, & argentea: sed & lignea, & fictilia. Et alia quidem sunt in honorem, alia in contumeliam. Si qui autem mundauerint seipsos a uasis contumelie, erunt uniusmodi in domo, & locus sanctus domini. Nam sicut in magni hominis domo non in qualicumq; loco eius requiescit dominus eius, sed in aliquo utiq; secretiore, & honoratiore loco, sic Deus non in omnibus qui in domo sunt habitat. Non enim habitat in uasis contumelie, sed locus sanctus eius sunt quos habitare facit unius modi, uel unius moris in domo.

Ex tractatu Psal. 67.

Psal. 67.

De uasis aureis & argenteis in domo magna constitutis sensum Cypriani secutus sum: qui haec accipit in bonis: in malis autem lignea & fictilia, ad illa referens quod dictum est. Alia uero in contumeliam. Sed magis approbo in utrisq; intelligendum, quaedam in honorem, non sola scilicet aurea & argentea: & rursus in utrisq; quaedam in contumeliam, non utiq; sola lignea & fictilia.

Ex li. retr. 2.

Stultas autem & sine disciplina quaestiones de uita: sciens quia generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt ueritati.

Mundo & simplici oculo opus est ut inueniatur uia sapientiae, cui tanta malorum, & peruersorum hominum deceptiones, erroresq; obstrepunt. Quos omnes euadere, hoc est uenire ad certissimam pacem, & immobilis stabilitatem sapientiae. Vehementer enim metuendum est, ne studio altercandi, & contendendi quisque non uideat quod a paucis uideri potest, ut paruus sit strepitus contradicentium, nisi etiam sibi ipsi obstrepant. Quo pertinet etiam illud quod apostolus dicit. Seruum autem domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes: ne forte det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam ueritatem.

Ex lib. 2. de ferm. dom. in monte

In exposit. epi ad Ga.

Ita nos nec deesse uoluit fratrum correptioni, nec

nec studere certamini. Multi enim homines cum a somno excitantur litigare uolunt, aut rursus dormire cum litigare prohibentur. Pax ergo & dilectio communis periculi cogitatione in corde seruentur. Modus autem sermonis, siue acrius, siue blandius proferatur, sicut salus eius quem corrigis uidetur postulare, moderandus est. Seruum (inquit) domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem. Et ne quisquam ex eo putet cessandum sibi esse a correptione erroris alterius, uide quid adiungat. In modestia (inquit) corripientem diuersa sentientes. Quomodo in modestia? Quomodo corripientem? Nisi scilicet lenitate corde retinemus, & aliquam medicamentum acrimonia uerbo correptionis aspergimus. Ne quando Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam ueritatem, & respiciant a diaboli laqueis a quo capti uentur ad ipsius uoluntatem.

Ex libr. de cor. & gra.

Correptionis utilitas, quae nunc est maior, nunc minor pro peccatorum diuersitate salubriter adhibetur: & tunc est salubris, quando supernus medicus respicit. Non enim aliquid proficit, nisi cum facit ut peccati sui quemq; poeniteat. Et quis hoc dat, nisi qui respexit a postolum Petrum negantem, & fecit sientem? Vnde & Paulus apostolus postea quam dixit cum modestia corripandos esse diuersa sentientes, protinus addidit: Ne quando det eis deus poenitentiam ad cognoscendam ueritatem, & respiciant a diaboli laqueis. Ipsa poenitentia quando digna causa est secundum morem ecclesiae ut agatur, plerumq; in infirmitate non agitur, quia & pudor timor est displicendi, dum plus delectat hominum existimatio, quam iustitia, qua se quisq; humilia poenitendo. Vnde non solum cum agitur poenitentia, uerum etiam ut agatur, Dei misericordia necessaria est. Alioquin non diceret Apostolus de quibusdam, ne forte det illis Deus poenitentiam. Et ut Petrus amare fletet praemisit euangelista, & ait. Respexit eum dominus.

Luc. 22.

CAPVT III.

Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, ceci, tumidi, & uoluptatum amatores magis quam Dei.

Extract. eu. sec. Ioan. 120.

Qui hoc animo pascunt oues Christi, ut si uelint esse, non Christi, se conuincuntur amare non Christum, uel gloriandi, uel dominandi, uel acquirendi cupiditate, non obediendi, & subueniendi, & deo placendi charitate. Contra hos ergo uigilat totiens inculcata ista uox Christi, quos apostolus gemit sua quaerere, non quae Iesu Christi. Nam quid est aliud: Diligis me? Pasce oues meas: quam si diceretur: si me diligis, non te, pasce te cogita oues meas? Et sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam in eis quaere, non tuam, meum dominium, non tuum: lucra mea, non tua: ne sis in eorum societate

Philip. 2.

qui pertinent ad tempora periculosa seipsos amantes: & caetera quae huic malorum initio connectuntur. Haec enim omnia mala ab eo uelut fonte manant quod primum posuit, se ipsos amantes. Merito dicitur Petro: diligis me: & respondit, amo te. Eiq; refertur: pasce agnos meos, & hoc iterum, hoc tertio. Ibi etiam demonstratur unum, atque idem esse amorem & dilectionem. Nam etiam dominus nouissime non ait, diligis me, sed amas me. Non ergo nos, sed ipsum amemus: & in pascedis ouibus eius, ea quae sunt eius non ea quae sunt nostra, quaeramus. Nescio quomodo in explicabili modo quisquis se ipsum non Deum amat, non se amat: & quisquis Deum non se ipsum amat, ipse se amat.

Qui enim non potest uiuere de se, moritur utiq; amando se. Non ergo se amat qui ne uiuat, se amat. Cum uero diligitur de quo uiuitur, non se diligendo magis diligit: qui propterea se non diligit, ut eum diligit de quo uiuit. Non sint ergo seipsos amantes qui pascunt oues Christi: ne tanquam suam non tanquam ipsius pascant eas, & uelint ex illis sua lucra conquirere, sicut amatores pecuniae: uel eis dominari, sicut elati: uel gloriari de honoribus, quos ab eis sumunt, sicut superbi: uel in tantum progredi ut etiam haereses faciant, sicut blasphemii: nec cedant sanctis patribus, sicut parentibus non obedientes, & eis qui illos corrigere uolunt quia perire nolunt, mala pro bonis reddant, sicut ingrati: interficiant animas, & suas, & alienas, sicut scelesti: materna ecclesiae uiscera dissipent, sicut irreligiosi: non compatiantur infirmis, sicut sine affectione: famam sanctorum maculare conentur, sicut detractores: cupiditates peccatae non refrenent, sicut incontinentes: exerceant lites, sicut immites: nesciant subuenire, sicut sine benignitate: indicent inimicis piorum quae occultanda cognouerint, sicut proditores: humanam uerecundiam inuerecunda exagitatione perturbent, sicut procaces: non intelligant, neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant, sicut caecati: latitias carnales spiritalibus gaudijs anteponant, sicut uoluptatum amatores magis quam Dei. Haec enim atque huiusmodi uitia, siue uni homini accidant omnia, siue his alia, illis alia dominentur, ex illa radice quodammodo pullulant cum sunt homines seipsos amantes. Quod uitium maxime cauendum eis est qui pascunt oues Christi, ne sua quaerant, non quae Iesu Christi & in usus cupiditatum suarum conferrant, pro quibus sanguis fusus est Christi. Cuius amor in eo qui pascit oues eius, in tam magnum debet spiritalem crescere ardorem, ut uincat etiam mortis naturalem timorem, quo mori nolumus, & quando cum Christo uiuere uolumus. Nam & apostolus Paulus dicit se habere concupiscentiam dissolui, & esse cum Christo, ingemiscit tamen grauatus, & non uult spoliari, sed superuestiri, ut absorbeat mortale a uita. Et huic dominus dilectio

Philip. 2.

Ioan. 21.

ri suo. Cum senueris, inquit, extends manus tuas: & alius te cinget, & ducet quo non uis, hoc enim dixit significans qua morte clarificaturus erat Deum. Solutus quippe à corpore, uolebat esse cū Christo: sed si fieri posset præter mortis molestiam, uitam concupisceret æternam: ad quam molestiam nolens ductus est, sed ab ea uolens educus est: nolens ad eam uenit, sed uolens eam uicit.

Ex Epistola ad Esychium episcopum.

Vide quando dixit Apostolus. Nunc enim propior est nostra salus, quam cū credidimus: nox præcessit, dies autem appropinquauit. Ecce quot ani transierunt, nec tamen quod dixit falsum est, quanto magis nunc dicendum est propinquare domini aduentum, quando tantus est ad finem factus accessus: Apostolus certe spiritus, inquit, manifeste dicit quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide. Nondum utiq; erant eadem tempora, hæreticorum scilicet talium, quales eodem sermone descripsit, sed iam uenerunt, ac per hoc in nouissimis temporibus uidemur etiam per ipsos de fine seculi commoneri. Itemq; alibi dicens. Hoc autem scito, quoniam in nouissimis diebus instabunt tempora sæua. Vel sicut alij cordices habent, periculosa. Deinde qualia futura sint experimens, Erunt enim, inquit, homines seipsos amantes, amatores pecuniarum, elati, superbi, blasphemæ, parentibus non obediētes, ingrati, scelesti, irreligiosi, sine affectione, detractores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, procaces, cæcati, uoluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem pietatis, uirtutem eius abnegantes. Mirum si tales homines aliquando defuerūt. Deniq; quia & tūc erant, adiungit ac dicit. Et hos euita. Ex his enim sunt qui penetrant domos. Non aut penetrant, tanquam & hic futurū prænuñtians, sicut supra dixerat, instabunt tempora periculosa, sed ait, penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas. Non ait, ducēt, uel ducūri sunt, sed iam ducunt.

Nec putandus est hoc loco pro temporis futuri uerbis præsentis temporis uerba posuisse, quando quidem illos ab eo cui scribit euitari admonebat. Nec tamen frustra dixit, In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & hinc ea periculosa futura demonstrās, tales homines futuros esse prædixit. Nisi quia tanto plures erunt, magisq; abundabunt, quanto magis propinquatur ad finem.

Videmus ergo tales nunc abundare. Sed quid si abundantiores erunt post nos, & omnino abundantissimi, quando iam iamq; ipse finis instabit, qui quandiu aberit, ignoratur? Nouissimi quippe dies dicti sunt, et in ipsis primis apostolorum diebus, cum domini in cœlum recens esset ascensus, quando die pentecostes misit promissum spiritum sanctum, & quidam stupebant ammirantes eos, quia linguas quas non didicerant, loquebantur. Quidam retro irridentes, musto plenos esse dice-

bant. Quo die Petrus loquens ad illos qui de hac re uarie mouebantur, Non enim sicut uos (inquit) suspicamini ebrii sunt isti, cum sit hora diei tertia, sed attendite quoniam hoc est quod dictum est per prophetam. Erit in nouissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem &c. Iam tunc ergo erant dies nouissimi, quanto magis nunc? Etiam si tantum dierum remansit usque in finem, quantum ad hanc diem à domini ascensione transactum est, uel aliquid siue minus restet, siue amplius quod profecto nescimus, quia non est nostrum scire tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, cum tamen sciamus in nouissimis temporibus, in nouissimis diebus, in nouissima hora nos agere, sicut apostoli, sed multo magis qui fuerunt post illos ante nos, & multo magis nos, & magis quam nos qui erunt post nos, donec ad illos ueniat, qui erunt (si dici potest) nouissimorum nouissimi, atque ad ipsum omnino nouissimum, quem uult intelligi dominus, ubi dicit, Et resuscitabo eum in nouissimo die.

Qui quamuis longe absit, comprehendere non potest.

Habentes speciem quidem pietatis: uirtutem autem eius abnegantes. Et hos euita.

In nullum nomen religionis, seu uerum, seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculo, uel sacramentorum uisibiliū consortio colligentur. Quorum sacramentorum uis in enarrabiliter ualet plurimum, & ideo contempra sacrilegos facit. Impie quippe contemnitur, sine qua perfici non potest pietas. Verum tamen quia uisibilia sacramenta pietatis inesse possunt etiā impijs, sicut habuisse sanctum baptismum etiam Magum Simonem legimus: sunt tales, quales apostolus ait. Habentes formam pietatis: uirtutem autem eius abnegantes. Virtus autem pietatis est finis præcepti: id est charitas de corde puro: & conscientia bona: & fide non ficta. Vnde apostolus Petrus, cum de sacramento arcæ in qua Noe domus à diluuiō liberata est, loqueretur. Sic & uos, inquit, simili forma baptismi saluos facit. Et ne sibi sufficere putarent uisibile sacramentum, per quod habebāt speciem pietatis: & per malos mores perditæ uiuēdo uirtutem eius abnegarent: continuo subiecit. Nō carnis depositio fordidū: sed conscientia bonæ interrogatio.

Certe iam renati ex aqua, & spiritu fratres nostri: & nos ante aliquot annos renati sumus ex aqua et spiritu. Bonum est nobis ut non diligamus mundum: ne remaneant in nobis sacramenta ad damnationem nostram, non firmamenta ad salutem. Firmamentum salutis est habere radicem charitatis: habere uirtutem pietatis non formam solam. Bona forma: sancta forma: sed quid ualet forma, si non teneat radicem? Sarcimentum præcisum nonne in ignem mittitur? Habe formam, sed in radice. Quomodo autem radicamini, ut non eradicemini? Tenendo charitatem, sicut dicit apostolus

Actuum. 2.

Ioelis. 2.

Actuum. 2.

Ex li. cō. Fati. titu. 39.

Ex ser. in epi. 10. all. 2.

stolus Paulus. In charitate radicati & fundati.

Ponite corda uestra in uirtute eius: nō ut habeatis formam pietatis, uirtutem eius negetis: sed in uirtute eius ponite corda uestra. Quæ est uirtus ciuitatis huius? Qui uult intelligere uirtutem huius ciuitatis, intelligat uim charitatis. Ipsa est uirtus quam nemo uincit: nullus ignis: nullus fluctus seculi nulla tentationis flumina extinguit. De hac dictum est. Valida est sicut mors dilectio. Quomodo enim mors quando uenit, resisti ei non potest: sic contra uiolentiam charitatis mūdus nihil potest. Econtrario enim similitudo data est de morte. Quomodo enim mors ad auferendum uiolentissima est: sic charitas ad saluandum uiolenta est. Per charitatem enim multi mortui sunt, ut uiuerent deo. Hac charitate accenti martyres, non simulati, non uana gloria uentilati, non tales de quibus dictum est: Si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem nō habeam, nihil mihi prodest: sed tales quos uere Christus, & ueritatis charitas perduceret ad passionem. Quid eis fecerunt tentationes sæuientium? Maiorem uiolentiam habuerunt oculi flentium suorum, quam persecutiones insectantium. Quam multos tenebant in ligno paterentur? Quam multorum genibus prouolebantur uxores, ne uiduæ derelinquerentur? Quam multos parentes prohibebant mori? sicut nouimus, & legimus in passione beata Perpetuæ. Facta sunt ista: ac lachrymæ quantalibet, & quantolibet impetu fluere, quando ardorem charitatis extinguerent? Hac est uirtus Sion: cui & alibi dictum est. Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Ponite corda uestra in uirtute eius: et distribuite domos eius. Quid hic intelligimus? Ponite corda uestra in uirtute eius & distribuite domos eius? Id est distinguite domū à domo: nolite confundere domos. Est enim forma habens, & pietatem non habens. Sed distribuite: nolite confundere. Tunc autem distribuitis, & non confunditis, quando corda in uirtute eius ponitis: id est cum facti fueritis per charitatem spirituales, tunc temere non iudicabit. Tunc uidebitis nihil ebeffe malos bonis: quando uisus in hac area.

Sacramentum sancti lauacri nusquam est, nisi ex catholica ecclesia. Sed eam formam se cum habent sacramenta præcisā, quam in ipsa uirtute antequam præciderentur acceperant. Hi sunt enim de quibus apostolus dicit. Habentes speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Est enim magna uirtus pietatis, pax & unitas: quia unus est Deus. Hanc illi non habent, quia præcisi ab unitate sunt. Itaq; si qui ex ipsis ad catholicam ueniunt, non iterant speciem pietatis quam habent, sed accipiunt uirtutem pietatis quam non habent. Nam & amputatos ramos denuo posse inseri si non permanserint in incredulitate, apertissime apostolus docet.

Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducūt

Ex tractatu Psalm. 47.

Cantic. 8.

1. Cor. 13.

Psal. 121.

Psal. 47.

Ex li. de agone Christiano

mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uarijs desiderijs: semper discētes, et nunquā ad scientiā ueritatis perueniētes.]

Diuini cantici uox est. Querite dominum, & uiuet anima uestra. Queramus inueniendū, queramus inuentum. Ut inueniendus queratur, occultus est, ut inuentus queratur, immensus est. Vnde alibi dicitur. Querite faciem eius semper. Satiat enim quærentem in quantum capit, & inueniētem capaciorem facit, ut rursus quærat implere ubi plus capere cœperit. Non ergo ita dictum est. Querite faciem eius semper, quemadmodum dictum est de quibusdam, semper discētes, & ad ueritatis scientiam nunquam peruenientes, sed potius sicut ille ait. Cum consummauerit homo, tunc incipit, donec ad illam uitam ueniamus, ubi sic impleamur, ut capaciōres non efficiamur, quia ita perfecti erimus, ut iam non proficiamus. Tunc enim ostendetur nobis quod sufficit nobis, hic autem semper queramus, & fructus inuentionis nō sit finis inquisitionis. Neq; enim propterea non semper, quia hic tantum, sed ideo hic semper dicimus esse querendum, ne aliquando hic putemus ab inquisitione cessandum. Nam & de quibus dictum est, Semper discētes, & ad ueritatis scientiam nunquam peruenientes, hic sunt utiq; semper discētes, cum uero de hac uita exierint, iam non erunt discētes, sed erroris sui mercedem recipientes. Sic enim dictum est, Semper discētes, & ad ueritatis scientiam nunquam peruenientes, tanquam diceretur, semper ambulantes, & ad uiam non peruenientes. Nos autem semper ambulabimus in uia, donec eo ueniamus quo ducit uia. Nusquam in illa remaneamus, donec perducatur ubi maneamus. Atque ita & querendo tendimus, & inueniēdo ad aliquid peruenimus, & ad id quod restat querendo, & inueniēdo transimus, quousque ibi fiat finis querendi, ubi perfectioni non superet intentio proficiēdi.

Quemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficiēt. Insuper enim eorum manifesta erit in omnibus: sicut & illorum fuit. Tu autem affectus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passionem, qualia mihi facta sunt Antiochie, Iconio, Listris: quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me dominus.]

A Nimofitas hæreticorum semper inquieti est: quos magorum Pharaonis habere conatum declarat apostolus dicens, Sicut etiam Iannes & Mambres restiterunt Moysi, sic & hi resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed ultra non proficiēt. Dementia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Quia enim per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in tertio signo defecerunt, fatētes sibi aduersum esse spiritum sanctū qui erat in Moysi. Nā deficientes dixerunt, Digitus Dei est hoc. Sicut autem conciliatus spiritus sanctus requiem præstat

Ex tractatu enā. sec. 10. so.

Exodi. 7.

Ex li. ad La. 2.

prestat mitibus & humilibus corde: ita contra-
 rius & aduersus immites ac superbos inque-
 tudine exagitat. Quam inquietudinem muce-
 illa breuissime significauerunt, sub quibus ma-
 gi Pharaonis defecerunt dicentes, Dignus dei
 est hoc. Ait Hieremias propheta. Clamauit
 perdix: congregauit quae non peperit, faciens
 diuitias suas non cum iudicio. Perdix enim ni-
 mis contentiosum animal, notum est quanta
 auditate ipsius contentionis currat in laque-
 um. Non enim disputare amant haeretici, sed
 quoquomodo superare impudentissima per-
 uicacia: ut congregent (sicut hic dixit) quae non
 pepererunt. Christianos enim quos maxime
 Christi nomine seducunt, iam per ipsius Chri-
 sti euangelium natos inueniunt, & faciunt il-
 los diuitias suas, non sane cum iudicio, sed cum
 temeritate inconsiderata. Non enim intelligunt
 ibi esse ueram, & salubrem, & quodammodo
 germanam, atque radicalem Christianam so-
 cietatem, unde istos separauerunt, quos ad uer-
 as diuitias congregauerunt. Et quia de talibus di-
 cit apostolus. Sicut enim Iamnes & Mambres
 resistenter Moyse: sic & isti resistunt ueritati,
 homines mente corrupti, reprobis circa fidem,
 sed ultra non proficiunt. Dementia enim eor-
 um manifesta erit omnibus: sicut & illorum
 fuit, sequitur & hic propheta, & dicit de per-
 dice, quae congregauit, quae non peperit. In di-
 midio dierum eius derelinquunt eam: & in no-
 uissimis suis erit insipiens. Id est quae primo
 tanquam per pollicitationem, & ostentatio-
 nem excellentis sapientiae seducebat, erit insi-
 piens, id est apparebit insipiens. Eis quippe
 quibus primo sapiens erat, tunc erit insipiens
 cum apparebit: quia dementia eius nota erit
 omnibus.

*Et omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecu-
 tionem patientur.*

*Ex li. de pass.
 Eccles. 2.*

40 Illi accedens ad seruitutem Dei, sta in iusti-
 tia, & timore, & prepara animam tuam ad
 tentationem. Qui enim haec loquitur, confortat
 infirmum: & ex infirmo facit firmum: ut non
 ille cum crediderit, prospera huius seculi spe-
 ret. Si enim doctus fuerit sperare prospera se-
 culi, ipsa prosperitate corrumpitur: superueni-
 entibus aduersitatibus sauciatur, aut fortassis
 extinguitur. Non ergo eum aedificat super pe-
 tram, qui sic aedificat: sed super arenam ponit.
 Petra autem erat Christus. Christi passiones
 imitandae, non a Christianis delictis conqueren-
 dae. Confortatur infirmus, cum ei dicitur, spe-
 ra quidem tentationes huius seculi, sed ab om-
 nibus eruet te dominus, si ab illo non recesseris
 retro cor tuum. Nam ad confortandum cor
 tuum, uenit ille pati, uenit ille mori, uenit spu-
 ris illiniri, uenit spinis coronari, uenit oppro-
 bria bibere, uenit postremo ligno configi.

1. Cor. 10.

Omnia haec ille pro te: tu nihil pro illo,
 sed pro te. Quales autem sunt, qui timentes
 eos laedere coram quibus loquuntur, non so-
 lum non preparant ad imminentes tentatio-
 nes: sed etiam promittunt felicitatem huius se-

culi quam Deus ipse seculo non promissit. Ille
 praedicat labores super labores usque in finem
 uenturos ipsi seculo: & tu uis ab ipsis labori-
 bus exceptum esse Christianum? Quia Chri-
 stianus est, aliquid plus passurus est in hoc se-
 culo. Etenim ait Apostolus. Omnes qui uo-
 lunt in Christo pie uiuere, persecutionem pa-
 tientur. Iam tibi si placet pastor sua quaerens,
 non quae Iesu Christi, ille dicat, Omnes qui uo-
 lunt in Christo pie uiuere, persecutionem pa-
 10 tientur: & tu dic, Si in Christo pie uixeris, ab ipsis
 dabunt tibi omnia bona: & si filios non habes,
 suscipies, & enutries omnes, & nemo tibi mo-
 rietur. Haecne est aedificatio tua? Attende
 quid facias: ubi ponas. Super arenam est quod
 constituis: uenturus est imber: influxurus est
 fluuius: flaturus est uentus: impingent in do-
 mum istam, & cadet: & fiet ruina eius ma-
 20 gna. Leua de arena: pone super petram:
 in Christo sit quem uis esse Christianum.
 Attendat ad passiones Christi indignas: at-
 tendat illum sine ullo peccato quae non rapu-
 it exoluentem.

Quod ait Apostolus Paulus: Quicumque uo-
 lunt in Christo pie uiuere, persecutionem pa-
 30 tientur: nullis putandum est deesse posse tem-
 poribus: quia & cum ab eis qui foris sunt non
 fauentibus uidetur esse tranquillitas, & reue-
 ra est, plurimumque consolationis affert maxi-
 me infirmis, non tamen desunt, immo multi sunt
 intus, qui corda pie uiuentium suis perditis mo-
 ribus cruciant, quoniam per eos blasphematur
 Christianum et catholicum nomen. Quod
 quanto charius est eis qui uolunt pie uiuere in
 Christo, tanto magis dolent quod per malos
 intus positos sit ut minus quam piorum men-
 tes deliderant diligatur. Ipsi quoque haeretici cum
 cogitantur habere nomen & sacramenta Chri-
 40 stiana, & scripturas, & professionem, magnam do-
 lorem faciunt in cordibus piorum, quia & mul-
 ti uolentes esse Christiani, propter eorum dis-
 sentiones haesitare coguntur, & multi maledi-
 ci etiam in his inueniunt materiam blasphemandi
 Christianum nomen, quia & ipsi quoque
 modo Christiani appellantur. His atque huius-
 modi praui moribus, & erroribus hominum
 persecutionem patientur, qui uolunt in Chri-
 50 sto pie uiuere, etiam nullo instantante, neque ue-
 xante corpus illorum. Patientur quippe hanc
 persecutionem non in corporibus, sed in cor-
 50 dibus unde illa uox est. Secundum multitudi-
 nem dolorum meorum in corde meo. Non enim
 ait, in corpore meo. Sed rursus, quoniam
 cogitatur immutabilia diuina promissa, & quod
 ait apostolus, Nouit dominus qui sunt eius, quos
 enim praesciuit, & praedestinauit conformes
 fieri imaginis filij eius, ex eis perire nullus po-
 test, ideo sequitur in illo Psalmo. Consolatio-
 nes tuae iocundauerunt animam meam. Dolor
 60 autem ipse, qui fit in cordibus piorum, quos per-
 sequuntur mores Christianorum malorum, si-
 ue salforum, prodest dolentibus, quoniam de
 charitate descendit, qua eos perire noluit, nec
 impedire

*Ex lib. de ciu.
 dei. 18.*

Psalm. 93.

*2. Timo. 2.
 Rom. 8.*

Psalm. 96.

impedire aliorum salutem. Denique magna
 consolationes fiunt, etiam de correctionibus
 eorum, quae piorum animas tanta iocunditate
 perfundunt, quantis doloribus de sua per-
 ditione cruciauerunt.

Sic in hoc seculo in his diebus malis, non so-
 lum a tempore corporalis praesentiae Christi,
 & Apostolorum eius, sed ab ipso Abel, quem
 primum iustum impius frater occidit, & de-
 inceps usque in huius seculi finem, inter perse-
 10 cutiones mundi, & consolationes Dei pere-
 grinando percurrit ecclesia.

*Ex epist. ad
 Sebastianum.*

Sensi in epistola tua, quod tedium te detinere
 rit a peccatoribus relinquentibus legem dei.
 Illo enim spiritu uiuis, quo dictum est. Vidi
 insensatos & tabescere eam. Pia est illa tristitia,
 & si dici potest, beata miseria, uitae alienis tri-
 bulari, non implicari: morere, non harere: con-
 trahi, non amore attrahi. Haec est persecutio
 quam patientur omnes qui uolunt in Christo
 pie uiuere, secundum Apostolicam morda-
 cem, ueramque sententiam.

Quid enim hic tam persequitur uitam bo-
 norum, quam uita iniquorum? Non cum cogit
 imitari quod displicet, sed cum cogit dolo-
 re quod uidet. Quoniam coram pio uiuere im-
 pie, etsi non obligat consentientem, cruciat
 sentientem. Nam saepe, & diu piorum corpo-
 ribus a secularibus temporibus, & quorumlibet
 uexationibus parcitur: piorum autem cordi-
 bus malis hominum moribus nunquam usque
 ad huius seculi finem. Sic ergo potius imple-
 tur, quod commemorauit dixisse Apostolum:
 Quia omnes qui uolunt in Christo pie uiuere,
 persecutionem patientur: & tanto amarius,
 quanto interius: donec diuiniuium transeat, ubi
 arca continet eorum, & columbam.

*Ex tractatu
 Psal. 54.*

Verum est illud. Omnes qui uolunt pie ui-
 uere in Christo, persecutionem patientur. Non
 pateris persecutionem: non uis pie uiuere in
 40 Christo. Vis probare uerum esse quod dictum
 est: Incipe uiuere in Christo. Quid est pie ui-
 uere in Christo? Ut pertineat ad uiscera tua.
 quod ait Apostolus. Quis infirmatur, & ego
 non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non
 uror? Aliorum infirmitates, aliorum scanda-
 la, persecutiones illi fuerunt. Nunquid ergo
 sunt hoc tempore plures? Abundant illis qui
 ea curant.

*Ex tractatu
 Psalm. 55.*

Nemo sibi dicat: fuerunt tribulationes apud
 patres nostros: apud nos non sunt. Si pu-
 50 ras te non habere tribulationes, nondum coe-
 pisti esse Christianus. Et ubi est uox Apostolo-
 rum? Sed & omnes qui uolunt in Christo pie
 uiuere, persecutiones patientur. Si ergo non
 pateris ullam pro Christo persecutionem, ui-
 dene nondum coepisti in Christo pie uiuere.
 Cum autem coeperis in Christo pie uiuere, in-
 gressus est orcular: prepara te ad pressuras: sed
 noli esse aridus, ne de pressura nihil exeat.

*Ex tractatu
 Psalm. 122.*

Omnes qui secundum Christum pie uolunt
 uiuere, necesse est patientur opprobria: neces-

se est contemnantur ab his qui uolunt impie
 uiuere, quorum felicitas tota terrena est. Irru-
 dentur illi qui felicitatem uocant, quam oculis
 uidere non possunt, & dicitur eis. Quid cre-
 dis insaner? Vides quod credis? Reuersus est
 aliqis ab inferis, & retulit tibi quid ibi agitur?
 Ecce quod ego amo, uideo, & fruor. Despice-
 ris, quia speras quod non uides: Et despicit te
 ille, qui quasi tenet quod uidet. Attende ipse si
 10 tenet, noli turbari, uide si ipse tenet: ne, dum pu-
 tas eum felicem in praesenti, amittas ueram fe-
 licitatem futuram. Noli turbari, attende si te-
 net: labitur hoc ab illo quod tenet, uel ipse ab
 eo quod tenet. Necesse est transeant aut ipse
 per suas, aut res ipsius per illum. Per quem tran-
 seant res suae? Qui eas labefactauerit. Qui tra-
 sit per res suas? Qui in diuitijs moritur: quia
 cum moritur, non eas secum affert ad interos.
 Tu securior esto, quia resurrexit, & docuit te
 20 quod in alia uita daturus sit: certus esto quod dar-
 Sed insultat ille, quia tenet. Ferto insultatem,
 & ridebis gementem. Postea enim ueniet tem-
 pus, quando dicturi sunt illi ipsi. Hi sunt quos
 aliquando habuimus in risum. Verba sunt li-
 bri Sapientiae: quia prodidit nobis scriptura,
 quae dicturi sunt illi ipsi, qui nos modo irrident,
 & qui nos despiciunt, & a quibus impleti su-
 mus opprobrio, & despectione. Quae uerba ha-
 bebunt, tunc quando a ueritate despicientur.

Sapient. 5.

30 Videbunt enim ad dexteram fulgere, quos
 secum commixtos contempserant: cum factum
 in illis fuerit, quod dicit apostolus. Cum Chri-
 stus apparuerit uita uestra, tunc & uos cum
 illo apparebitis in gloria, & dicent. Hi sunt qui
 aliquando habuimus in risum, & in similitudi-
 nem impropertij. Nos insensati uitam illorum
 existimabamus insaniam, & finem eorum si-
 ne honore. Quomodo computati sunt inter fi-
 lios Dei, & inter sanctos fors illorum est? Ser-
 40 quantur in eo sermone, & adhaerent. Ergo erra-
 uimus a uia ueritatis: & iustitiae lumen non lu-
 xit nobis, & sol non ortus est nobis. Quid no-
 bis profuit superbia? & diuitiarum factantia
 quid contulit nobis? Ibi tu non eis insultas: quia
 ipsi sibi iam insultant. Quod donec fiat fratres
 leuemus oculos ad eum qui habitat in caelo:
 & non ab illo tollamus oculos quousque mise-
 reatur nostri: & liberet ab omni tentatione, &
 opprobrio, & despectu.

50 Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Ie-
 su, persecutionem patientur. Non enim mor-
 do quia diabolus per reges non saeuit, ideo non
 Christiani patientur persecutionem. Si mor-
 tuus est diabolus, mortuae sunt persecutiones.
 Si autem ille aduersarius noster uiuit, unde
 non tentationes suggerit? Unde non saeuit?
 unde non minas aut scandala procurat? Osi in-
 cipias pie uiuere, uidebis quia omnes qui uo-
 lunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem
 patientur. Pugnamus cum concupiscentijs no-
 60 stris: pugnamus foris cum infidelibus, & inobe-
 dientibus hominibus: & pugnamus cum sugge-
 stionibus

*Ex tractatu
 Psalm. 127.*

ffionibus, cum perturbationibus carnalibus. Vbi que pugnamus adhuc, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Pugnamus adhuc, quoniam si spiritus uita est, tamen corpus mortuum est propter peccatum. Sed quid futurum est? Si autem spiritus eius habitat in uobis, qui suscitauit Christum, a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra propter spiritum qui habitat in uobis. Cum ergo uiuificata fuerint membra nostra mortalia, iam nihil resistet spiritui nostro.

Ex ser. de uer. apost. 24.

Ait Apostolus. Omnes qui uolunt in Christo pie uiuere, persecutionem patientur. Ecce quia dies mali sunt, sine persecutione hic iusti uiuere non possunt, qui inter malos uiuunt persecutionem patiuntur. Omnes mali persequuntur bonos, non ferro & lapidibus, sed uita, & moribus. Nunquid aliquis sanctum Loth persequeretur in Sodomis? Nemo illi molestus erat, & tamen inter impios uiuebat, inter imundos, superbos, blasphemos. Persecutione patiebarur non uapulando, sed malos uidentem. Quisquis me audis, & nondum uiuis in Christo, incipe in Christo pie uiuere: & probas quod dico. Denique Apostolus cum memoraret pericula sua, Periculis, inquit, in mari, periculis in fluminibus, periculis in deserto, periculis in latronibus, periculis in falsis fratribus. Cetera pericula quiescere possunt: pericula a falsis fratribus quiescere usque in finem seculi non nouerunt.

Ex li. sent. Prosperii.

Magnus honorum labor est mores tolerare contrarios: quibus qui non offenditur, parum proficit. Tantum enim torquet iustum iniquitas aliena, quantum recedit a sua.

Mali autem homines & seductores proficiunt in peius: errantes, & in errorem mittentes. Tu uero permanc in his que didicisti, & credita sunt tibi, sciens a quo didicisti: & quia ab infantia sacras literas nosti: que te possunt instruere ad salutem per fidem que est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.

Ex tractatu Psal. 54. Math. 15.

Cæcus si cæcum ducat, simul in foueam cadunt, merito cadunt in puteum corruptionis. Quid ergo ait? Proficient in peius, non tamen dicit. Nam ante paulo dixit. Sed ultra non proficient, hoc est, non dimidiabunt dies suos. Sequatur Apostolus & dicat quare. Dementia enim eorum manifesta erit omnibus sicut illorum iuit.

CAPVT IIII

Testificor coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos & mortuos, & aduentum ipsius & regnum eius: predica uerbum, in sta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.

In exposit epistolæ ad Galat.

Importunitas opportunitati utique contraria est. Neque omnino ulla medicamentum sanatur, nisi quod oportune adhibueris. Quanquam ergo, & sic possit distinguere: in sta opportune: ut alius sit sensus, importune argue: deinde cetera contextantur, hortare, increpa cum omni longanimitate & doctrina: ut tunc opportu-

nus sentiaris cum instas edificando: cum autem destruis arguendo, non culperis etiam si importunus uidearis, sicut est talibus importunum: ita duo que sequuntur, ad duo superiora possunt sigillatim referri: hortare cum oportune instas: increpa cum importune arguis: deinde cetera duo similiter, sed conuerso ordine referentur: cum omni longanimitate ad sustinendas indignationes eorum quos destruis: & doctrina ad instruenda eorum studia que edificas. Tamen etiam illo utiliore modo distinguatur. In sta opportune: quod si hoc modo non perficis, importune. Ita intelligendum est, ut tu opportunitatem omnino non deseras: & sic accipias quod dictum est importune, ut illi uidearis importunus, qui non libenter audit que dicuntur in eum: tu tamen illis scias hoc esse opportunum: & dilectionem curamque sanitatis eius animo teneas mansueto, & modesto. & fratre: non. Multi enim postea cogitantes que audierint, & quam iuste audierint ipsi se grauius, & seuerius arguerunt: & quamuis perturbatiores a medico uidentur abscedere paulatim uerbi uigore in medullas penetrante sanati sunt. Quod non fieret, si semper expectaremus periclitantem putrescentibus membris, quando eum liberet uris, aut secari, quod nec ipsi corporis medici attendunt, qui terrenæ mercedis intuitu curant.

Quotus enim quisque reperitur qui ferrum eorum, aut ignem non ligatus expertus sit? Cum & illi chariores sint, qui uolentes ligati fuerint. Plures enim resistentes, & morose male clamantes, quam illo curari modo, uix lingua ipsa illorum relicta libera, omnibus membris constrinxerunt, neque ad suum, neque ad reluctantis, sed ad ipsius artis arbitrium. Quorum tamen uocibus, conuictisque dolentium, nec commouetur curantis animus, nec quiescit manus. Medicinæ autem celestis ministeri, aut per odiorum trabem cernere stipulam in oculo fratris uolunt, aut tolerabilius mortem uidere peccatis, quam uerbum indignantis audire. Quod non ita accessisset, si tam sanum animum curando alterius animo adhiberemus, quam sanis manibus illi medici aliena membra pertractant. Nunquam itaque alieni peccati obiurgandi suscipiendum est negotium, nisi cum interius interrogationibus examinantem nostram conscientiam, liquido nobis coram deo responderimus, dilectione nos facere. Quod si conuictum, uel minæ, uel etiam persequutiones eius quem argueris, lacerauerunt animum: si adhuc ille per te sanari posse uidebitur: nihil respondeas, donec saneris prior: ne forte carnalibus motibus uis ad nocendum consentias, & exhibeas linguam tuam arma iniquitatis peccato ad reddendum malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Quicquid enim lacerato animo dixeris punientis est impetus, non charitas corrigentis. Dilige: & dic quod uoles.

Nulla

Nulla modo maledictum erit quod specie maledicti sonuerit, si memineris, senserisque te in gladio uerbi Dei liberatorem hominis esse uelle ab obsidione uitiorum. Quod si forte ut plerumque accidit, dilectionem talem quidem suscipias actionem, & ad eam corde dilectionis accedis: sed inter agendum subrepsit aliquid dum tibi resistitur, quod te auferat ab hominis uitio percutiendo, & ipsi homini faciat inferum: postea te lachrymis lauante huiusmodi puluerem multo salubrius meminisse oportebit, quam non debeamus super aliorum superbiere peccata, quando in ipsa eorum oburgatione peccamus: cum facilius nos ira peccantis iratos, quam miseria misericordis facit.

Ex li. de pass. Ezech. 34.

Quod errabat, non reuocastis, & quod perijt, non inquististis. Hinc inter manus latronum, & dentes luporum furentium utrinque uersamur: & contumaces sunt oues, quia que runtur errantes: alienas se a nobis dicunt errorem suo, & perditione sua. Quid nos uultis? Quid nos quaritis? Quasi non ipsa causa sit, quare eos uelimus, & quare quæramus, quia errant, & pereunt. Si in errore, inquit, sum, si in interitu, quid me uis? Quid me quaris? Quia in errore es, reuocare uolo: quia peristi, inuenire uolo. Sic uolo errare, sic uolo perire. Sic uis errare: sic uis perire: quanto melius ergo nolo. Prorsus audeo dicere, importunus sum. Audio dicentem Apostolum. Predica uerbum Dei, in sta opportune, importune. Quibus oportune? Quibus importune? Opportune itaque uolentibus, importune nolentibus. Prorsus importunus sum, audeo dicere. Tu uis errare? Tu uis perire? Ego nolo. Non uult postremo ille qui me terret, si uoluerit. Vi de quid dicat: uide quid increpet. Quod errabat, non reuocastis: & quod perijt non inquististis. Te magis timeo quam ipsum. Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi.

Ex tractatu Psal. 128.

Sonet uerbum Dei uolentibus opportune, nolentibus importune: inuenit sibi locum: inuenit sibi corda ubi requiescat: inuenit terram ubi germinet, & fructum ferat. Nam quia multi mali sunt & iniqui, quos portat Ecclesia usque in finem, manifestum est. Et hi sunt quibus uerbum Dei superfluum est. Aut sic in illos cadit quomodo semen in uia conculcatur, & a uolatilibus colligitur. Aut sic in eos cadit, quomodo semen in petrosaloca, ubi non habet terram multam, & statim exit, & calescente sole arefcit, quia non habebat radicem. Aut sicut inter spinas: quod etsi germinet, & conetur in auras surgere, suffocatur tamē multitudinem spinarum. Tales autem sunt qui uerbum Dei contemunt, sicut uia: aut qui ad horam gaudet, & facta tribulatione sicut aestu solis arefcunt: aut qui cogitationibus & curis, & sollicitudine huius mundi, tanquam spinis auaritiæ, suffocant quod in illis cæperat germinare. Est autem etiam terra bona, quo semē cum ceciderit, affert fructum, aliud tricenum,

aliud sexagenum, aliud centenum. Siue parum, siue multum, omnes in horreo erunt. Sunt ergo tales: & propter hos loquimur: propter hos loquitur scriptura: propter hos non tacet euangelium. Sed illi audiant, ne forte aliud sit horreum, aliud cras, ne forte audiendo mutentur, aut arent uiam, aut lapides purgent, aut spinas euellant.

Ex li. de tri. 15. capite ultimo Prouerb. 10.

Scio scriptum esse. In multiloquio non effugies peccatum. Sed utinam prædicando uerbum tuum, & laudando te tantummodo loquerer: non solum fugerem peccatum, sed meritum bonum acquirerem: quamlibet multum sic loquerer. Neque enim homo de te beatus peccatum præciperet germano in fide filio suo, cui scripsit dicens. Predica uerbum: in sta opportune, importune. Nunquid dicendum est istum non multum locutum, qui non solum opportune, uerum etiam importune uerbum tuum domine non tacebat? Sed ideo non erat multum: quia tantum erat necessarium.

Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a ueritate quidem auditum auerterent, ad fabulas autem conuertentur. Tu uero uigila in omnibus labora: opus fac euangelista: ministerium tuum imple: sobrius esto.

Ex tract. cont. sec. 10. 24.

Cauete timendo, & orando, ne irruatis in illud ænigma Salomonis: ubi mulier insipientis, & audax, inops panis effecta conuocat pratererentes, dicens. Panes occultos libenter attingite, & aquæ furtiue dulcedinem. Hæc enim mulier uanitas est impiorum, cum sint insipientissimi, aliquid se scire opinantur: sicut de ista muliere dictum est, inops panis efficietur. Que cum sit inops panis, promittit panes, id est cum sit ignara ueritatis promittit scientiam ueritatis. Occultos tamen panes promittit, quos dicit libenter attingi, & aquæ furtiue dulcedinem: ut ea scilicet libentius & dulcius audiantur, & agantur, que palam in ecclesia disci credique prohibentur. Ipsa quippe occultatione codicit quodammodo nefarii doctores sua uenena curiosis, ut ideo se existimet dicere aliquid magnum, quia meruit habere secretum: & sita uis hauriant insipientiam, quam putant scientiam cuius prohibitionem quodammodo furantur aut diuertunt propter illicita, atque punienda secreta. Mulier illa non solum insipiens, uerum audax etiam nuncupatur. Hæc mulier insipiens & audax sub Christiano uocabulo tot sceleratas hæreses condidit, quot nefandas fabulas finxit: utinam tales quales in theatris siue cantantur, siue saltantur, siue mimica scurrilitate ridentur: & non quasdam tales, quales ad uerum Deum fingere potuissent sic illam doleamus insipientiam, ut miremur audaciam. Hoc Apostolus in spiritu sancto præuidens, ait. Erit etiam tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum sua desideria magistros sibi coaceruabunt prurientes auribus: et a ueritate quidem auditum suum auerterentes: ad fabulas autem conuertentur. Illa enim se-

Prouerb. 2.

XXXI creti

creti suntque commemoratio qua dicitur: Pa- nes occultos libenter attingite, & aqua furti- uae dulcedinem: pruritu facit audientibus in auribus spiritualiter fornicantibus: sicut quo- dam pruritu libidinis etiam in carne corrup- tum pruritu integritas castitatis.

Audite itaque Apostolum talia praudentem, & ea uitanda salubriter admonentem. Profa- nas, inquit, uerborum nouitates euita. Multum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eo- rum sicut cancer serpit.

Ego enim iam delibor: & tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi: cursum consummaui: fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae: quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed et his qui diligunt aduentum eius. Festina ad me uenire cito. De- mas enim me reliquit diligens hoc seculum, & abiit Thessaloni- cam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est me- cum solus. Marcum assume, & adhuc tecum: est enim mihi uti- lis in ministerio. Tybicum autem misi Ephesum. Penulam qua reliqui Troade apud Carpum, ueniens affer tecum & libros: maxime autem membranas.

Ex li. de grat. et libero arbi.

Apostolus Paulus, quem certe inuenimus si- ne ullis meritis bonis, immo cum multis meritis malis Dei gratiam consecutum red- dentis bona pro malis, sua iam propinquante passione scribens ad Timotheum ista utique iam merita sua bona commemorat, ut post bo- na merita consequatur coronam, qui post ma- la merita consecutus est gratiam. Denique su- perest (inquit) mihi corona iustitiae: quam red- det mihi dominus in illa die iustus iudex. Cui redderet coronam iustus iudex, si non donas- set gratiam misericors pater. Et quomodo es- set ista corona iustitiae, nisi praecessisset gratia, quae iustificat impium? Quomodo ista debita redderetur, nisi prius illa gratuita donaretur? Proinde consideremus ipsa merita, quibus di- xit coronam redditurum iudicem iustum: & uideamus utrum merita ipsius tanquam ipsi- us, id est ex ipso ei comparata, an dona sint Dei. Bonum, inquit, certamen certavi, cur- sum consummaui, fidem seruaui. Primo ista bona opera, si non ea praecessissent cogita- tiones bonae, nulla essent. Attendite itaque quid de ipsis cogitationibus dicat.

Ait enim scribens ad Corinthios. Non quia idonei sumus cogitare aliquid, tanquam ex no- bismet ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Deinde singula inspiciamus. Bonum, inquit, certa- men certavi. Quero qua uirtute certauerit: utrum quae illi ex semetipso fuerit, an quae desuper da- ta sit? Sed absit ut tantus doctor Gentium igno- rauerit legem Dei, cuius uox est in Deutero- nomio: Ne dicas in corde tuo: fortitudo mea, & potentia manus meae fecit mihi uirtutem magnam hanc. Sed memoraberis domini Dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem facere uir- tutem. Quid autem prodest bonum certamen, nisi sequatur uictoria? Et quis dat uictoriam, nisi ille de quo dicit ipse: Gratias deo, qui dat nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum

Deut. 8.

2. Cor. 2.

Christum. Et alio loco, cum commemorasset testimonium de Psalmo: Quoniam propter te mortificamur tota die: deputati sumus ut o- ues occisionis: subiecit, atque ait. Sed in his o- mnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Non ergo per nos, sed per eum qui dilexit nos. Deinde dixit. Cursum consummaui. Sed ille hoc dixit, qui alio loco dixit. Igitur non uo- lentis, neque currentis, sed misericordis est dei. Quae sententia nullo modo potest etiam sic co- uerti ut dicatur: non misericordis Dei, sed uolen- tis, & currentis est hominis. Quisquis enim hoc ausus fuerit dicere, aperte se ostendit A- postolo contradicere. Postremo dixit. Fidem seruaui. Sed ille hoc dixit, qui alibi ait. Miseri- cordiam consecutus sum ut fidelis essem. Non enim dixit, Misericordiam consecutus sum, quia fidelis era: sed ut fidelis essem: hinc ostendens etiam ipsam fidem haberi, nisi Deo miserante non posse, & esse donum Dei.

Roman. 9.

Ex tractatu Psalm. 102. 1. Cor. 15.

Plus omnibus laboraui, ait Apostolus. Sed uide quid adiunxit. Non autem ego, sed gra- tia Dei mecum. Et post labores omnes expe- ctat ipsam coronam, & dicit. Bonum agonem certavi: cuius consummaui: fidem seruaui. De caetero mihi superest corona iustitiae: qua mihi reddet Dominus in illa die iustus iudex. Quare? Quia agonem certavi. Quare? Quia fi- dem seruaui. Vnde certasti? Vnde consumma- sti? Vnde seruaisti? Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Ergo & quod conaris, illius mise- ricordia conaris.

Reposita est mihi corona iustitiae: quam red- det mihi dominus in illa die iustus iudex. Vti- que iustus, retribuendo bona pro bonis: quia prius misericors retribuendo bona pro malis. Quamuis & ipsa iustitia, qua retribuntur bo- na pro bonis, non est sine misericordia. Quia & hoc scriptum est. Qui coronat te in misera- tione & misericordia. Qui enim dixit, Bonum certamen certavi: quando uinceret, nisi illo do- nante, de quo ait, Gratias Deo qui dat nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Chri- stum? Et qui cursum consummauit, quando cur- reret, quando perueniret, nisi illo adiuuante: de quo ait, Igitur non uolentis, neque curren- tis, sed misericordis est Deus. Et qui fidem serua- uit, quando id faceret, nisi ut ipse ait, Miseri- cordiam consecutus sum, ut fidelis essem? Nus- quam ergo se extollat humana superbia: do- nis suis Deus retribuit omnia praemia.

Ex tractatu Psalm. 108.

Ex li. de spiri- & lit.

Quomodo potuit haec dicere, cui adhuc re- stabat ipsius passionis quam sibi iam impende- re dixerat, tam magna conflictatio, tam mole- stum, ac grande certamen? An ad eius consum- mandum cursum parum adhuc deerat, quan- do illud deerat, ubi erat futurus acrior, & cru- delior inimicus? Quod si ideo talibus uerbis certus, securusque gaudebat, quia de uictoria fu- turi certaminis certum eum, securumque iam fecerat, qui eandem iam illi reuelauerat immi- nere: non re plenissima, sed spe firmissima haec dixit:

dixit: & quod futurum esse praesumpsit, tan- quam factum fuerit indicauit. Si ergo his uer- bis etiam hoc adderet, ut diceret, Nullum habeo iam peccatum: hoc quoque illum intelligere- mus, non de rei facta, sed de rei futura perfe- ctione dixisse. Hoc ergo totum nos dicimus tunc fuisse adhuc perficiendum, quando iam de Dei promissione praedens totum ita dice- bat, tanquam fuisset effectum. Ad ipsius quip- pe cursus consummationem pertinebat, & etiam quod peccata dimitteret debitoribus suis, atque ita sibi ut dimitteretur, orabat.

Qua Domini pollicitatione certus erat in illo fine, quem adhuc futurum iam fidendo dicebat impletum, nullum se habiturum pec- catum. Si enim fides gratia est, & uita aeter- na quasi merces est fidei, uidetur quidem De- us uitam aeternam tanquam debitam redde- re. Cui debitam? Fidelis, quia promeruit illam per fidem. Sed quia ipsa fides gratia est, & ui- ta aeterna, gratia est pro gratia. Audi Pau- lum Apostolum consistentem gratiam, & pos- tea debitum expentem. Confessio gratiae quae est in Paulo: Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & iniurius: sed Misericordi- am, inquit, consecutus sum. Indignum se di- xit, qui consequeretur: consecutum tamen, non per merita sua, sed per misericordiam dei.

Ex tract. euu. sec. Ioan. 3.

Audi illum iam flagrantem debitum, qui primo indebitam suscepit gratiam. Ego enim, inquit, iam immolor, & tempus resolu- tionis meae instat. Bonum certamen certavi, cur- sum consummaui, fidem seruaui. De caetero mihi reposita est corona iustitiae. Iam debitum flagrat, iam debitum exigit. Nam uide uerba sequentia. Quam mihi reddet Dominus in il- la die iustus iudex. Ut ante susciperet grati- am, misericordem patrem opus habebat, ut primum gratiae iustum iudicem. Qui non damnauit impium, damnauit fidelem? Et ta- men si bene cogites, ipse dedit fidem primo, qua eum promeruisse. Non enim de tuo prome- ruisse, ut tibi aliquid deberetur. Quod ergo praemium immortalitatis postea tribuet, dona sua coronat, non merita tua. Non solum autem mi- hi, sed & his qui diligunt nomen eius.

Ex tractatu Psalm. 100.

Apostolus ubi spem dat bonis de iudicio, seipsum ponit, & dicit, & ostendit, & ipse in se tempus misericordiae. Quia nisi & ipse inueni- ret tempus misericordiae, qualem illum inue- niret iudicium: Blasphemum, persecutorem, iniuriosum. Sic enim dicit & commendat tem- pus misericordiae, in quo modo sumus. Qui pri- us, inquit, fui blasphemus, & persecutor, & ini- uriosus, sed misericordiae consecutus sum. Sed forte ipse solus consecutus est misericordiam? Audi quomodo nos erigat. Ut in me, inquit, ostenderet Christus Iesus omnem longanimit- ratem ad informationem eorum qui creditu- ri sunt illi in uitam aeternam. Quid est in me os- tenderet longanimitatem? Vt alius quisque peccator, & sceleratus uideret quia Paulus ac

cepit ueniam, & non desperaret. Ecce ostendit, se erexit, & alio in tempore misericordiae. Audi in tempore iudicij quid di- cat de bonis, iterum dicens de se, & alijs. Primo misericordiam consecutus est. Quare? Quia fuit blasphemus, & persecutor, & iniurius: uenit Dominus ut donaret Paulo, non ut redderet. Nam si reddere uellet, quid inueniret quod redderet peccatori, nisi poenam & supplicium: noluit reddere poenam, sed do- nauit gratiam. Audi quia ille cui donauit, te- net etiam Deum debitorem. Inuenit eum do- natorem tempore misericordiae: tenet debito- rem tempore iudicij. Quomodo hoc dixit?

Videte. Ego enim iam immolor, dixit, & tempus resolutionis meae proximum est. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, hoc tempore misericordiae. Audi de iudicio. De caetero superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non dixit donat, sed reddet. Quando donabat misericors erat, quando red- det iudex erit, quia misericordiam & iudici- um cantabo tibi Domine. Sed donando deli- cta, fecit se coronae debitorem. Ibi miseri- cordiam consecutus sum. Misericors ergo Do- minus primo: hic autem reddet mihi coro- nam iustitiae. Vnde reddet? quia iustus iu- dex est. Quare iustus iudex? Quia bonum cer- tamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. Ideo iustus non potest nisi coronare ista. Inuenit enim ista quae coronaret. Antea uero quid inuenerat? Qui prius fui blasphe- mus, & persecutor. Ista donauit, illa corona- bit. Donauit haec tempore misericordiae: coro- nabit illa tempore iudicij, quia misericordi- am & iudicium cantabo tibi Domine.

Psalm. 108.

1. Tim. 1.

Sed nunquid solus Paulus hoc meruit cum dixisset, Reddet mihi Dominus in illa die iu- stus iudex. Non solum mihi, inquit, sed omni- bus qui diligunt manifestationem eius & re- gnum eius.

Inuentes igitur quod commemorasti de Apostolo, quia Dominum dixit redditurum coronam iustitiae non tam sibi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem eius: ita recte uiuimus, & in hoc seculo tanquam peregrini agimus cum se in hac dilectione cor nostrum proficenter extendit, siue citius siue tardius ueniat quam putatur, cuius manifestatio fide- li charitate diligitur, & pio desiderat affectu.

Ex epist. ad Eph. 2. 10.

Defecit in salutare tuum anima mea. Bo- nus est ergo iste defectus, indicat enim deside- rium boni nondum quidem adepti, sed audidit sine concupiti. Sed quis hoc dicit nisi genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, po- pulus acquisitionis? Ab Origine generis hu- mani usque huius seculi finem in eis qui suo quique tempore hic uixerant, uiuunt, uictu- ri sunt, desiderant Christum, teste sanctissimo sene Symeone, qui cum eum infantem acce- pisset in manus, dixit. Nunc dimittis Domine

Ex tractatu Psalm. 118.

seruum tuum secundum uerbum tuum in pace. Quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. Acceperat enim responsum diuinum, non se gustaturum mortem donec uideret Christum Domini. Quale autem desiderium fuit in isto sene, tale fuisse credendum est in omnibus superiorum temporum sanctis. Vnde & ipse Dominus discipulis ait. Multi prophetae & reges uoluerunt uidere quae uos uidetis, et non uiderunt, & audire quae auditis, & non audierunt. Vt ipforum etiam uox hoc loco agnoscatur. Defecit in salutare tuum anima mea. Nec tunc ergo quiescit hoc desiderium sanctorum, nec nunc quiescit in Christi corpore, quod est Ecclesia usque ad terminum seculi, donec ueniat desideratus cunctis gentibus sicut promittitur per prophetam. Propter hoc dicit Apostolus. Superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iudicis iudex. Non solum autem mihi, sed omnibus qui diligunt manifestationem eius. Hoc itaque desiderium de quo nunc agimus, ex dilectione confurgit manifestationis eius. De qua item dicit. Cum Christus apparuerit uita nostra, tunc & uos cum illo apparebitis in gloria. Prima ergo tempora Ecclesiae ante uirginis partum sanctos habuerunt qui desiderant incarnationis eius aduentum. Ista uero tempora ex quo ascendit in caelum, sanctos habent qui desiderant eius manifestationem ad uiuos & mortuos iudicandos. Neque hoc Ecclesiae desiderium ab initio usque in finem seculi requieuit aliquantum, nisi quamdiu hic cum discipulis in carne uersatus est ut totius corporis Christi uox in hac uita gementis conuenienter intelligatur defecit in salutare anima mea, & in uerbum tuum speraui, hoc est in promissum. Quoniam spes facit ut patientiam expectetur, quod a credentibus non uideatur.

Matth. 13. Luc. 10.

Agg. 2.

Coloss. 3.

Extr. stat. Psal. 147.

1041. 12.

Si enim amamus Christum, utique aduentum eius desiderare debemus. Peruersum enim est, & nescio utrum uerum: quem diligis, timere ne ueniat: orare, Adueniat regnum tuum, & timere ne exaudiaris. Vnde autem timor: Quia iudex uenturus est: Nunquid iniustus? Nunquid male uolens? Nunquid inuidus? Nunquid postremo ab altero spectans nosse causam tuam: ne forte ille quem instruxisti, uel prauaricatione decipiat, uel minore facultate deficiens, innocentiae tuae bonum uerbis demonstrare non possit. Nihil horum. Quis ergo uenturus est iudicare te, nisi qui uenit iudicari propter te? Non timeas accusatorem: de quo ipse dixit. Princeps huius mundi missus est foras. Non timeas malum aduocatum, ille enim tibi modo aduocatus est, qui tunc iudex futurus est. Ille erit & tu & causa tua: sermo causa tua, testimonium conscientiae tuae. Quisquis ergo futurum iudicem times, praesentem conscientiam tuam modo corrige. Parum ne tibi est quod praeterita non

requirit: Sine reliquo spatio temporis tunc iudicabit: sed cum quanto spatio temporis modo praecipit: Tunc iam corrigi non licebit: modo quis prohibet?

Superest mihi corona iustitiae. Omnia dici possunt de illa ineffabili perfruitione ueritatis. Et tanto magis omnia dici possunt, quanto minus digne dici aliquid potest. Nam & lux est illuminatorum, & requies exercitatorum, & patria redeuntium, & esca indigentium, & corona uincuntium: & quaecunque bona temporaliter transeuntia per creaturam partes error appetit infidelium, ueriores in aeternum manentia in creatore omnium simul inuentura est pietas filiorum.

Alexander Aerarius multa mala mihi ostendit, reddet illi Dominus secundum opera eius, quem & tu deuita. Valde enim resistit uerbis nostris.

Non ait reddat, sed reddet illi Dominus secundum opera eius. Quod uerbum praenunciantis est, non imprecantis. Sicut & de illa hypocrisis Iudaeorum cui euerisionem imminere cernebat, dixit. Percutiet te Deus paries dealbate. Prophetae autem maxime solent figura imprecantis futura praedicere, sicut figura praeteriti temporis ea quae uentura erant sepe cecinerunt.

Et redditione reddet uobis omnia mala quae ostendimus ei. Ex hac locutione ait & apostolus Alexander Aerarius multa mala mihi ostendit, pro eo quod est fecimus, & fecit.

In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Dominus autem mihi assistit, & confortauit me, ut per me praedicatio impleatur, & audiant omnes gentes quia liberatus sum de ore eius leonis. Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum caeleste, cui gloria in secula seculorum. Amen.

Saluta priscillam & Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum militem. Festina ante hyemem uenire. Salutant te Eubolus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. Dominus IESVS CHRISTVS cum spiritu tuo. Gratia uobiscum. Amen.

Non orat pro Alexandro qui inuidentia fraternitatem oppugnando peccauerat, pro his autem qui non abruperant amorem, sed timore succubuerant orat ut eis ignoscatur. Quapropter multum interest, cum postagnitionem Dei per gratiam Domini nostri IESVS CHRISTI, quisquam oppugnat fraternitatem, & ad ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo inuidentiae facibus agitur: & si quisquam non amorem a fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita per aliquam infirmitatem animi non exhibuerit.

FINIS EPISTOLAE SECVNDAE ad Timotheum.

Ex li. quest. euang. 2.

Ex lib. de ser. dom. in mote.

Ex lib. locutionum Genes. titul. 108.

Ex li. 1. de ser. dom. in mote.

ARGVMENTVM IN EPISTOLA ad Titum.

Titum commonefacit & instruit de constitutione presbyterij, & de spiritali conversatione, & haereticis uitandis, qui traditionibus Iudaicis credunt, scribens ei a Nicopoli.

EXPOSITIO DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, in epistolam Diui Pauli Apostoli ad Titum, per uenerabilem Bedam presbyterum diligentissime collecta.

Epistola ad Titum.

CAPVT I.



Paulus seruus Dei, apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum dei et agnitionem ueritatis, quae secundum pietatem est in spe uite aeternae, quae promissum est in uerbis suis, in praedicatione quae credita est mihi secundum praecipium Saluatoris nostri Dei, Tito dilecto filio secundum communem fidem. Gratia & pax a Deo patre & Christo Iesu Saluatore nostro.

Dicit Apostolus, tempora aeterna: nec futura, sed quod magis est mirandum, praeterita. Sic enim ait. In spem uitae aeternae quam promissum non mendax Deus ante tempora aeterna: manifestauit autem temporibus suis uerbum suum. Ecce dixit retro, quod fuerit tempora aeterna, quae tamen non fuerunt deo coaeterna. Si quidem ille ante tempora aeterna non solum erat, uerum etiam promissum uitam aeternam, quam manifestauit temporibus suis, id est congruis. Quid aliud quam uerbum suum: hoc est enim uita aeterna. Quomodo autem promissum, cum hominibus utique promiserit, qui nondum erant ante tempora aeterna, nisi quia in eius aeternitate atque in ipso uerbo eius eiusdem coaeterno iam praedestinatione fixum erat, quod suo tempore futurum erat: Si in principio temporis Deum fecisse caelum & terram credamus, debemus utique intelligere quod ante principium temporis non erat tempus. Deus enim fecit tempora. Et ideo ante quam faceret tempora non erant tempora. Non ergo possumus dicere fuisse aliquod tempus quando Deus nondum aliquid fecerat. Quomodo enim erat tempus quod deus non fecerat cum omnium temporum ipse sit fabricator? Ideo dixit Apostolus Paulus. Agnitionem ueritatis quae est secundum pietatem Dei in spem uitae aeternae, quam promissum non mendax Deus ante tempora aeterna. Aeterna enim tempora

Ex lib. de ciu. dei. 12.

Ex lib. con. Manich. 1. Genes. 1.

quid ante se habere potuerunt: Non enim coaetuum deo mundum istum dicimus, quia non eius aeternitatis est mundus cuius aeternitatis est deus. Mundum quippe Deus fecit: & sic ab ipsa creatura quam fecit Deus, tempora esse coeperunt: & ideo dicuntur aeterna tempora. Non tamen sic sunt aeterna tempora, quomodo aeternus est Deus, quia Deus est ante tempora, qui fabricator est temporum: sicut omnia quae fecit Deus bona sunt ualde: sed non sic bona sunt, quomodo bonus est deus qui illa fecit. Haec autem facta sunt, nec ea genuit de seipso ut hoc essent quod ipse est: sed ea fecit de nihilo ut non essent aequalia, nec ea quo facta sunt, nec filio eius per quem facta sunt. Iustus est enim.

Quaeri potest quomodo ab Apostolo dictum sit ante tempora aeterna. Si enim tempora, quomodo aeterna: nisi forte ante omnia tempora intelligi uoluit. Quia si dixisset ante tempora, neque addidisset aeterna: posset accipi ante quaedam tempora quae ante se habent alia tempora. Aeterna autem maluit dicere quam omnia. Fortasse ideo: quia tempus non coepit ex tempore. An aeterna tempora aeternum significauit: Inter quod & tempus hoc distat, quod illud stabile est: tempus autem mutabile.

Huius rei gratia reliqui te Crete, ut ea quae desunt corrigas: & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi, si quis sine crimine est.

Nullus in Ecclesia recte posset ordinari minister si dixisset Apostolus si quis sine peccato: ubi ait, Si quis sine crimine est: aut si dixisset, nullum peccatum habentes ubi ait, Nullum crimen habentes. Multi quippe baptizati fideles sunt sine crimine. Sine peccato autem in hac uita neminem dixerim: quanta libet Pelagiani, quia haec dicimus, aduersus nos instentur & dirumpentur infamia. Non quia peccati aliquid remaneat quod in baptismate non dimittatur: sed quia in nobis in huius infirmitate manentibus quotidie fieri non quiescunt quae fideliter orantibus quotidie remittantur. Quemlibet ualde iustum discutias in hac uita: quamuis iam sit dignus iusti uocabulo, non est tamen sine peccato. Audi ipsum sanctum Ioannem in epistola sua loquentem. Si dixerimus (inquit) quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Sed plane multi iusti dicti sunt sine quarela, quod intelligitur sine crimine. Nulla enim quarela iusta est de his in rebus, qui non habent crimen. Crimen est autem peccatum graue, accusatione & damnatione dignissimum. Non ergo Deus quaedam peccata damnat: quaedam iustificat, & laudat. Nulla laudat: odit omnia. Quomodo odit medicus aegritudinem aegroti: & id agit curando ut aegritudo pellatur: eger leuetur: sic Deus gratia sua hoc in nobis agit ut peccatum, consumatur: homo liberetur. Sed quando consumitur inquires: Si minuitur, quare non consumitur? Minuitur autem in uita proficiendum, quod in

Ex lib. quest. 83. q. 7. 2.

Ex li. ad Boni. papam urbis

Extr. a. eu. sec. 10. 28.

uita consumitur perfectorum. Prima est ergo libertas carere criminibus. Ideo & Apostolus Paulus quando eligit ordinandos, uel presbyteros, uel diaconos, & quicumque ordinandus est ad proposturam Ecclesiae, non ait, si quis sine peccato est: hoc enim si diceret omnis homo reprobareretur, nullus ordinaretur: sed ait. Si quis sine crimine est, sicuti est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cetera huiusmodi. Cum ceperit ea non habere homo: debet autem omnis Christianus non habere: homo incipit caput erigere in libertatem. Sed ista inchoata est, non perfecta libertas. Illa quae a pathia Graece dicitur, quae si Latine posset, impassibilitas diceretur, si ita intelligenda est (in animo quippe non in corpore accipitur) ut sine his affectionibus uiuatur quae contra rationem accidunt, mentemque perturbant bonam: plane & maxime opranda est: nec ipsa est huius uitae. Non enim qualiscumque hominum uox est: sed maxime piorum, multumque iustorum, atque sanctorum. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Tunc itaque apathia erit, quando peccatum in homine nullum erit. Nunc uero satis bene uiuatur sine crimine: sine peccato autem qui se uiuere existimat, non id agit ut peccatum non habeat, sed ut ueniam non accipiat. Cum itaque animum contingere omnino non potest ullus affectus, quis hunc stuporem non omnibus uitis iudicet esse peiorem.

Ex libr. de ci. dei. 13.

1. Ioan. 1.

Ex libr. de bono coniug.

Vnius uxoris uir: filios habens fideles non in accusatione luxuria, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum: non iracundum: non uinolentum: non percussorem: non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem.]

Ecclesiae dispensatorem non licere ordinari nisi unius uxoris uirum, acutus intellexerunt, qui nec eum qui catechumini uel paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. De sacramento enim agitur, non de peccato. Nam in baptismo peccata omnia dimittuntur. Sed qui dixit: Si acceperis uxorem non peccasti, & si nupserit uirgo, non peccat, & quod uult faciat non peccat si nubat, satis declarat nuptias nullum esse peccatum.

Propter sacramenti autem sanctitatem, sicut femina etiam si catechumina fuerit uirginitate, non potest post baptismum inter Dei uirgines consecrari, ita non absurde uisum est eum qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed nonnam quandam sacramenti amisisse, non ad uitae bonae meritum, sed ad ordinationis Ecclesiae signaculum necessariam. Ac per hoc sicut plures antiquorum patrum uxores significauerunt futuras ex omnibus gentibus Ecclesias uni uiro subditas Christo, ita nos ter antistes unius uxoris uir significat ex omnibus gentibus unitatem uni uiro subditam Christo. Ita quae sicut duobus dominis pluribusue seruit,

sic a uiro uiro in alterius transire connubium, nec tunc licuit, nec nunc licet, nec unquam licebit. Apostatare quippe ab uno deo & ire in alterius aduersionem superstitionem, semper est malum.

Amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contra dicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, uani loqui, & seductores, maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quae non oportet turpis lucri gratia.]

Inter multa quibus scripsit Apostolus qualis esse episcopus debeat, ait episcopum potentem esse debere in doctrina sana, ut contradicentes redarguere possit. Magnum opus est, gradus sarcina, cluius arduus. Sed sperabo in Deum, quoniam ipse (inquit) liberabit me de laqueo uenantium & a uerbo aspero. Nulla enim causa est quae magis faciat hominem dispensatorem dei pigriorem ad redarguendos contradicentes, quam timor uerbi asperi. Prius ergo quid sit contradicentes redarguere, ut dominus donauerit: exponam uobis. Contradicentes non uno modo intelligendi sunt. Paucissimi enim nobis contradicunt loquendo, sed multi male uiuendo.

Quando mihi audeat Christianus dicere, bonum esse rapere res alienas: quando quidem non audeat dicere, bonum esse tenaciter seruare res suas? Quis enim audeat aperitissime loquendo contradicere ueritati?

Non ergo facimus quod Apostolus monuit, nec contradicentes redarguimus: obediētes alloquimur: laudantes instruimus, non contradicentes redarguimus. Ita uero, non contradicunt lingua, sed uita. Moneo, rapit, doceo, rapit, praecipio, rapit, arguo rapit, quomodo non contradicit.

Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta. Cretenses semper mendaces, male bestiae, uentres pigri. Testimonium hoc uerum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentes iudicis fabulis & mandatis hominum auersantium se a ueritate.]

Iam illud non miror, quod homo in eruditus de prophetis Iudaeorum existimat dictum, quod ait apostolus. Dixit quidam ex ipsis proprius eorum propheta. Cretenses semper mendaces, male bestiae, uentres pigri, testimonium hoc uerum est, ignorans dictum esse de quodam Epimenide, qui Cretensis fuit, in cuius libris hoc inuenitur. Qui homo inter prophetas dei non inuenitur, nec ad illa eloquia dei pertinet quae Iudaeis dicitur credita, qui non mentitur. Ideo non commemorauit apostolus nomen eius, sicut solet commemorare prophetas dei aliquando dicens sicut & Dauid dicit. Et iterum. Esaias autem audeat & dicit, sicut & Osee dicit, uel tacitis eorum nominibus cum dicit, sicut scriptum est, & ea scriptura intelligitur in qua est auctoritas Dei. Aut euidenter Deum dicere asserit, cum aliquod adhibet testimonium de lege uel prophetis dei, quale est illud, Boui triturantis non infrenabis.

Ex ser. de uer. apostoli. 19. Psal. 90.

Ex li. co. inimi. legis et proph.

1. Tim. 5. 1. Cor. 9.

Nun

Nunqui de bobus (inquit) cura est Deo? An propter nos scriptura dicit ostendens utique in eadem scriptura deum loqui, uel illud. Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes deus praenunciavit Abraham, dicens. In semini tuo benedicentur omnes gentes. Ipsam scripturam pro deo posuit, quia Dei est. Vel illud de Abraham. In promissione (inquit) dei non haesitauit incredulitate, sed confortatus est, fide dans gloriam deo, & plenissime credens quia quae promissit potens est & facere. Contra quam diuinam & apostolicam uocem canis iste rabiosus oblatrans ausus est dicere, Abraham deo suo promittenti prole non credidisse, ignorans illud quod ait, Si mihi centum annos habenti nascetur filius, ammirantis esse gaudium non diffidentiam dubitatis. Vbi autem aliquid etiam de auctoribus gentium dicit apostolus, non eos appellat prophetas dei, nec illarum scripturarum deum dicit auctorem, quamuis ibi aliqua uera reperiat, sicut de isto Cretensi ait. Dixit quidam ex ipsis proprius eorum propheta. Cretenses semper mendaces. Non ergo Iudaeorum proprius, sed Cretensium. Quod utique ad hoc dictum est, ne dei propheta putaretur. Et in actibus Apostolorum cum loqueretur Atheniensibus, ait de Deo. In illo enim uiuimus, & mouemur & sumus, sicut & quidam secundum uos dixerunt. Licet enim diuinam auctoritati inde uoluerit quod uerum inuenit testimonium sumere, sed non ideo omnia quae ibi scripta sunt accipienda confirmat.

Galat. 3. Genes. 12. Actuum. 3. Roman. 4.

Genes. 21.

Ex li. co. Rauff. titul. 61. Genes. 1.

Omnia munda mundis, coinquatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens & conscientia.]

Cum ait apostolus. Omnia munda mundis, naturas ipsas intelligi uoluit quas deus creauit. Secundum illud quod Moyses in Genesi scripsit, Et fecit Deus omnia. Et ecce bona ual de. Non significationes, secundum quas deus per eundem Moysen, ab immundis munda disceruit. Proinde illos qui iam tempore reuelationis noui testamenti ad hoc illas umbras futurorum ita custodiendas putarunt, ut sine his gentes salutem quae in Christo est percipere non posse contenderent, immundos dicit Apostolus, quod carnaliter saperent, & infideles, quod tempus gratiae a legis tempore non discernere. Quibus ideo dicit nihil esse mundum quia & his quae respuebant & his quae sumebant, non sancte & iuste utebantur, sicut omnes quidem infideles, sed uos praecipue Manichaei, quibus omnino nihil est mundum. Videtis ergo propter quos istam sententiam dixit Apostolus. Talem tamen dixit, quae omnes in fideles & immundos teneret, sed uos praecipue maximeque conuinceret. Omnia ergo munda mundis secundum naturam in qua creata sunt, non tamen omnia secundum significationem munda primo populo Iudaeorum, nec nobis omnia, uel propter salutem corporis, uel propter consuetudinem humanae societatis apta sunt. Sed cum sua cuique redduntur, & naturalem ordinem seruant, omnia munda sunt mundis. Im-

mundis autem & infidelibus, quales praecipue uos estis, nihil est mundum. Cetera iam uerbo Apostoli quae sequuntur uos ipsi uobis salubriter diceretis si cauteriatam uestram conscientiam sanari uelletis. Sequitur enim. Sed polluta sunt eorum mens & conscientia.

Immundis autem & infidelibus nihil est mundum. Qua ergo causa? Sed polluta sunt eorum (inquit) mens & conscientia. Si nihil est eis mundum, nec deus, nisi forte putatis mundum uideri Deum illi qui quotidie blasphemant eum. Si mundus est, placeat. Si placet, laudetur. Si autem blasphematur, displicet. Si displicet, quomodo potest tibi mundus esse qui displicet?

Immundis & infidelibus, quorum polluta sunt mens & conscientia, ita nihil est mundum, ut quosdam eorum etiam de uirgine secundum carnem natus Christus offendat. Sed tamen in spiritalibus illis summis, ubi non est aliquid uiolabile, aut corruptibile, nec natum ex tempore, nec ex informi formatum, si qua dicuntur talia, ad quorum similitudinem etiam ista inferioris creaturae genera quamuis longe remotissime, facta sunt, non debent cuiusquam sobriam perturbare prudentiam, ne cum uanitate deuita horrorem, in perniciosum incurrat errorem. Assuecat in corporibus ita spiritalium reperire uestigia, ut cum inde sursum uersus duce ratione ascendere ceperit, ut ad ipsam incommutabilem ueritatem per quam facta sunt ista perueniat, non secum ad summa pertrahat quod contemnit in infimis. Nec enim erubuit quidam uxorem sibi eligere sapientiam, quia nomen uxoris in prole gignenda corruptibilem concubitum ingerit cogitanti. Aut uero ipsa sapientia sexu foemineo est, quia foemini generis uocabulo, & in graeca, & in Latina enunciatum.

Ex tractatu Psal. 103.

Ex li. 12. de tri.

Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobii.]

Quicumque negat quod Iesus non sit Christus, ipse est Antichristus. Si negatio non tantum lingua fit, sed & factis: certe multos inuenimus antichristos, qui ore confitentur Christum, & moribus dissentiunt a Christo. Vbi inuenimus hoc in scriptura? Paulum audi Apostolum, de talibus cum loqueretur ait. Confitentur enim se nosse Deum, factis autem negant. Inuenimus & istos Antichristos. Quisquis factis negat Christum, antichristus est. Non audio quid sonet, sed uideo quid iuuat. Opera loquuntur, & uerba requirimus?

Ex ser. in epi. 10. 3. 1. Ioan. 2.

Quis enim malus non bene uult loqui? Sed quid dicit de talibus dominus? Hypocrite, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Voces uestras ad aures meas affertis: ego cogitationes uestras inspicio uoluntatem ibi malam uideo, & falsos fructus ostenditis, noui quid inde colligam. Non colligo de tribulis ficus, non colligo de spinis uuas. Vnaquaeque arbor a fructu cognoscitur. Magis medax est antichristus, qui ore profitetur Iesum esse Christum &

Mat. 7.

& factis esse negat. Ideo mendax aliud loquitur, aliud agit. Si discutiamus omnes haereses, inuenimus eas negare Christum. Omnes haeretici negant Christum in carne uenisse.

Itē ex tracta. episto. eiusdem

Quid miramini si pagani negant Christum in carne uenisse? Quid miramini si Iudaei negant Christum in carne uenisse? Quid miramini si Manichaei apertissime negant Christum in carne uenisse? Sed dico charitati uestrae. Etiam omnes mali catholici uerbis contententur Christum in carne uenisse, factis autem negant. Nolite ergo esse tanquam de fide securi. Adhuc gite fidei recte uitam rectam, ut Christum confiteamini in carne uenisse, & uerbis uera dicendo, & factis bene uiuendo. Nam si confiteamini uerbis, & factis negatis, fides talium morum prope est fides demoniorum. Iacobus Apostolus cum de fide & operibus loqueretur aduersus eos qui sibi putabant fidem sufficere, & opera bona habere nolebant, ait. Tu credis quia unus est Deus, beneficus, & demones credit, & contremiscunt. Nunquid ideo demones ab aeterno igne liberabuntur, quia credunt & contremiscunt?

Iaco. 1.

Ex li. de pasto.

Vitia ouium late iacent: sana atque crassa oues perpauca sunt, id est solidae in cibo ueritatis, ut res pascuas bonis de munere dei. Sed mali illi pastores non parcunt talibus. Parum est quod illas languentes & infirmas & errantes & perditas non curant: etiam istas fortes & pingues necant quantum in ipsis est. Et ille uiuunt de misericordia Dei, uiuunt tamen: quantum ad pastores malos attinet, occidunt. Quomodo (inquit) occidunt? Male uiuendo: malum exemplum praebendo. An frustra dictum est seruo dei eminenti in membris summi pastoris: Circa omnes te ipsum bonorum operum praebens exemplum, & forma esto si delibus? Attendendo enim ouis etiam fortis plerumque praepositum suum male uiuentem, si declinet oculos a regulis domini, & intendat in hominem, incipit dicere in corde suo. Si praepositus meus sic uiuit, ego sum qui non faciam quod ille facit: Occidit ouem fortem. Ita de caeteris quid facit: quid illud quod non ipse fortificauerat, sed forte aut robustum inuenerat, male uiuendo interficit. Dico charitati uestrae, iterum dico. Et si uiuunt oues, et si forte sunt, oues in uerbo domini, & tenent illud quod audierunt a domino suo: Quae dicuntur facite, quae autem faciunt facere nolite: tamen qui in conspectu populi male uiuunt, quantum in illo est eum a quo attenditur occidit. Non sibi ergo blandiatur quia ille non est mortuus. Et ille uiuit, & ille homicida est. Quomodo cum lasciuus homo intendit mulierem ad concupiscendum, ecce illa casta est, & moechatus est iste: domini enim uera & aperta sententia est: Quisquis uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo: non peruenit ad illius cubiculum, & in interiore iam suo cubiculo uoluptatur: Sic omnis qui male uiuit in conspectu eorum quibus praepositus est, quantum in ipse

Mat. 23.

est occidit & fortes. Qui imitatur moritur, qui non imitatur uiuit, tamen quantum ad illum pertinet occidit.

CAPVT II.

Utrum loquere quae decent sanam doctrinam. Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto non criminatrices, non multo uino seruientes, bene docentes ut prudentiam doceant. Adulescentulas, ut uiros suos amet, filios suos diligat, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas uiris suis, ut non blasphemetur uerbu dei. Iuuenes similiter hortare ut sobrii sint. In omnibus te ipsum praebere exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, uerbum sanum, irreprehensibile: ut his qui ex aduerso est uereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fide bona ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam illam spem & aduentum gloriae magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Haec loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

Jeiumum magnum & generale est abstinere ab iniquitatibus & illicitis uoluptatibus seculari, quod est perfectum ieiunium, ut abnegantes impietatem & seculares cupiditates, temperanter & iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Huic ieiunio quam mercedem addidit apostolus? Sequitur & dicit. Expectantes illam beatam spem & manifestationem gloriae beati dei & saluatoris nostri Iesu Christi. In hoc ergo seculo quasi quadragesimam abstinere celebamus, cum bene uiuimus, cum ab iniquitatibus & illicitis uoluptatibus abstinemus. Sed quia haec abstinencia sine mercede non erit, expectamus beatam illam spem & reuelationem gloriae magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi.

Extracta. cu. sec. 10. 17.

CAPVT III.

Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Erasmus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs et uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia agetes, odibiles, odietes inuicem. Cui autem benignitas & humanitas apperuit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitia quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem uitae aeternae. Fidelis sermo est. Et de his uolo te confirmare, ut curer bonis operibus praeesse qui credit Deo. Haec sunt bona et utilia hominibus. Stultas autem quaestiones & genealogias & contentiones & pugnas legis de uita. Sunt enim inutiles & uanae. Haeretici hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eius modi est, & deliquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Cum misero ad te Arteman aut Tychicum festina ad me uenire Nicopolim, ipse enim statui hyemare, Zenam legisperitum, & Appollo sollicito

licite permittit, ut nihil illis desit. Discant autem & uestri bonis operibus praeesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi. Salutate qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus uobis. Amen.]

Ex li. co. Pau. titul. 25.

Quis non intelligat in lauacro regenerationis spem nobis datam salutis futurae, non iam salutem ipsam quae promittitur? Et tamen quia certa spes est, tanquam iam data esset eadem salus, saluos nos (inquit) fecit. Alio quippe loco dilucidissime dicit. Nos in nobis ipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae uidetur non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus.

FINIS.

ARGUMENTVM IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

Philemoni familiares literas facit pro Onesimo seruo eius. scribens ei ab urbe Roma de carcere per superscriptum Onesimum.

EXPOSITIO EIVSDEM PER EVNDEM COLLECTA IN EPISTOLAM DNI PAULI AD PHILEMONEM.

CAPVT I.



Aulus uinctus Christi Iesu & Timotheus frater, Philemoni dilecto adiutori nostro, & Appie sorori charissimae, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesiae quae in domo tua est. Gratia uobis et pax a Deo patre nostro, et domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo semper memoria tua facies in orationibus meis audies charitatem tuam & fidem quam habes in domino Iesu, & in omnibus sanctis, ut communicatio fidei tuae euidenter fiat in agnitione operis boni in Iesu Christo. Gaudium enim magni habui & consolationem in charitate tua, quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multa fiducia habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro cum sis talis ut Paulus senex, nunc autem & uinctus Iesu Christi, obsecro te pro meo filio quem genui in uinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis quem remisisti tibi. Tu autem illum ut mea uiscera suscipe. Quae ego uolueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis Euangelij. Sine consilio autem tuo nihil uolui facere, uti ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium. Forsitan enim ideo distulisti ad horam a te, ut in aeternum illum reciperes, iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maxime mihi. Quamto autem magis tibi & in carne & in domino? Si ergo habes me

focium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. Ego red dam, ut non dicam tibi, quod & te ipsum mihi debes.]

Ad Philemonem scripsit Apostolus, ut non quali ex necessitate bonum eius esset, sed uoluntarium. Sed uoluntarium bonum non aliter est, nisi cum Deus operatur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate.

Ex li. de per. iust. h. e.

Ita frater ego te fruar in domino, refice uiscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico facies. Simul & para mihi hospitium. Nam spero per orationes uestras donari me uobis. Salutat te Epaphras concepitius meus in Christo Iesu, Marcus Aristarchus, Demas, & Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.]

Ex li. de doct. christ.

Cum homine in Deo frueris, Deo potius quam homine frueris. Illo enim frueris quo efficacis beatus, & ad eum te peruenisse letaberis in qua spem ponis ut uenias. Inde ad Philemonem Paulus. Ita frater (inquit) ego te fruar in domino. Quod si non addidisset in domino, & te tantum fruar dixisset, in eo constituisset spem beatitudinis suae. Quamquam etiam uicinis dicitur frui, cum delectatione uti. Cum enim adest quod diligitur, etiam delectationem secum necesse est gerat: per quam si transferis, eamque ad illum ubi permanendum est retuleris, uteris ea, & abulue non proprie diceris frui. Si uero inhereris atque permaneris finem in ea ponens letitiae tuae, tunc uere & proprie frui dicendus es. Quod non faciendum nisi in illa Trinitate, id est summo & incommutabili bono.

FINIS.

ARGUMENTVM IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS.

In primis dicendum est cur Apostolus Paulus in hac epistola scribendo non ser uauerit morem suum, ut uel uocabulum nominis sui uel ordinis describeret dignitate. Haec causa est: quod ad eos scribens qui ex circumsione crediderant, quasi Gentium apostolus & non Hebraeorum: sciens quoque eorum superbiam, suamque humilitatem ipse demonstrans, meritorium officij sui noluit anteferre. Nam simili modo etiam Ioannes Apostolus propter humilitatem in epistola sua nomen suum eadem ratione non praetulit. Hanc ergo epistolam fertur Apostolus ad Hebraeos conscripsit, tam Hebraica lingua misisset cuius sensum & ordinem retinens Lucas Euangelista, post excessum apostoli Pauli Graeco sermone composuit.

EXPOSITIO

EXPOSITIO IN EPISTOLAM AD HEBRÆOS EORUNDĒM opera edita & collecta, Quorum Superior res.

CAPVT I.



Vltisarie multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit heredem uniuersorum.]

Ex tract. euā. sec. 10. 21.

Erat ille dominus prophetarū, impletor prophetarum, sanctificator prophetarum, sed & propheta. Nam & Moyſi dictū est. Suscitabo eis prophetam similem tui. Similem secundum carnem, non secundum maiestatem. Et de ipſo Christo illam domini promissionem habere intellectum, aperte in Actibus Apostolorum exponitur & legitur. Et ipse dominus de se ait. Non est propheta sine honore nisi in patria sua: Propheta dominus, & uerbum dei dominus, & nullus propheta sine uerbo dei prophetat. Cum prophetis uerbum dei, & propheta uerbum dei, meruerunt priora tempora prophetas afflatos & impletos uerbo dei: meruimus nos prophetam ipsum uerbum dei. Sic autem propheta Christus dominus prophetarū, sicut angelus Christus dominus Angelorum. Nam & ipse dictus est magni consilij Angelus. Verumtamen ubi quid dicit propheta? Quia non legatus, neq; angelus, sed ipse ueniēs saluos faciet eos, id est ad saluos eos faciendos non mittet legatum, nō mittet angelum, sed ueniet ipse. Quis ueniet & ipse angelus. Certe non per angelum, nisi quia iste sic Angelus, ut etiam dominus Angelorum, Etenim Angeli Latine nuncij sunt. Si Christus nihil annunciat, non diceretur Angelus, si Christus nihil prophetaret, propheta non diceretur. Exhortatus est nos ad fidem, & ad capeffendam uitam aeternā. Aliquid præsens annunciauit, aliquid futurum prädixit. Ex eo quod præsens annunciauit, angelus erat: ex eo quod futurum prädixit, propheta erat. Ex eo quod uerbum dei caro factum est, & angelorum & prophetarum dominus erat.

Ex tractatu Psalm. 73.

Tempus constituit dominus promissis suis, & tempus eis quæ promissit implendis. Promissionum tempus erat tempore prophetarū usq; ad Ioannem Baptistam. Ab illo autem & deinceps usque in finem tempus est implendi quæ promissa sunt. Vnicus itaq; filius dei uenturus ad homines, assumpturus hominem, & per id quod sumpsit futurus homo, moriturus, resurrecturus, ascensurus in cœlum, sessurus ad dexteram patris, & impleturus in gentibus quæ promissit, & post impletionem promissorum suorum in gentibus, etiam hoc im-

pleturus ut ueniat, & quod erogauit exigat, & discernat uasa iræ a ualis misericordiæ, redat impijs quod minatus est, iustis quod pollicitus. Hoc ergo totum prophetandum fuit, prænunciandum fuit uenturum, commendandum fuit, ut non subito ueniens horreretur, sed creditum expectaretur.

Per quem fecit & secula.]

Deus autem rex noster ante secula, quia ipse est in principio uerbum per quod facta sunt secula operatus est salutē in medio terre. Qualem salutem nisi ut discerent homines aeterna desiderare, non semper temporalibus inhærente. Creaturæ motibus cœperunt currere tempora, unde ante creaturam frustra tempora requiruntur quasi possint inueniri ante tempora. Motus em̄ si nullus esset uel spiritalis, uel corporalis creaturæ, quo per præfens præteritis futura succederent, tempus ullum omnino nō esset. Moveri autē creatura, non utiq; possit, si nō esset. Porius ergo tempus a creatura, quam creatura cœpit a tempore. Vtrunq; autem ex deo. Ex ipſo enim & per ipsum, & in ipſo sunt omnia.

Qui cum sit splendor gloria, & figura substantiæ eius.]

In aeternitate stabilitas est, in tempore autē uarietas. In aeternitate omnia stant, in tempore alia succedunt, alia accedunt. Potēs inuenire minorem filium in uarietate temporis succedentem patri, quia etiam patri suo ipse successit, non aeterno patri temporalis. Quid ergo possumus in creatura inuenire coæternū, quando in creatura nihil inueniamus eternū? Inueni aeternum patrem in creatura, & inuenio coæternum filium. Si autem non inuenis aeternum, & uincunt se in tempore, sufficit, ut ad similitudinem inueniamus coæuum. Aliud est enim coæternum, aliud coëuum. Coëuos quotidie dicimus eos qui eandem habent mēsuram temporum, non alter ab altero præceditur, ambos tamē esse cœpisse quos dicimus coëuos. Si potuerimus inuenire coëuū quod nascitur ei a quo nascitur, si possunt inueniri coëua duo, generans, & generatus: hic inuenimus coëua, ibi intelligamus coeterna. Si inuenio hic genitum, ex eo esse cœpisse ex quo cœpit generator, & ex eo tempore esse incipiat, ex quo cœpit aliud unde nascitur: hoc ex eo ex quo illud cœpit, illud ex eo ex quo illud non cœpit. Hoc ergo coëuum, illud coeternū, non posse comparari temporalia aeternis, sed posse ex aliqua tenui & parua similitudine coëua coeternis. Inueniamus utiq; coëua, & de scripturis commoueamur ad has similitudines. Legimus in scripturis de ipsa sapientia. Candor est enim lucis aeternæ. Item legimus. Speculū sine macula dei maiestatis. Ipsa sapientia dicta est candor lucis aeternæ, dicta est imago patris. Hinc accipiamus similitudinē, ut inueniamus coëua, ex quib. intelligamus coeterna. O Arriane si inuenero genitorē nō præcedere tempore illud quod genuit, si genitū non esse minorem tempore illo a quo generatus est.

Ex tractatu Psal. 73.

Ex lib. sent. Prosperi.

Ex ser. de uer. euangeliij. 38.

Sapient. 7.

est, iustum erit ut concedas mihi posse ista coeterna inueniri in creatore quando coeterna in creatura inueniri potuerunt. Dixit. Candor est enim lucis aeternæ. Ignis enim lucem fundit, lux ab igne funditur. Quid a quo existat si quæramus, quotidie cum lucernam accendimus ammonemur rei cuiusdam inuisibilis, & inenarrabilis ut lucerna aliqua intelligentiæ nostræ in ista nocte seculi possit accendi. Attende enim qui lucernam accendit. Non accensa lucerna, nondum est ignis, nondum est fulgor qui ab igne exit. Interrogo autē ego & dico, fulgor ab igne existit, an ignis a fulgore? Omnis anima mihi respondet. Voluit enim Deus inſeminare omni animæ initia intellectus, initia sapientiæ. Omnis mihi anima respondet, & nemo dubitat, quod splendor ille de igne existit, non ignis de splendore. Ponamus ergo ignem patrem illius splendoris, quia iam prælocuti sumus coëua nos quærere, non coeterna. Si lucernam accendere cupio, nondum est ibi ignis, nondum & ille splendor. Mox autem ut accendero, simul cum igne & splendor existit. Da hic mihi ignem sine splendore, & credo tibi patrem fuisse sine filio. Dicta est ut potuit a nobis tanta res dici. Illa tamē ineffabilia sunt, nihil dignū putetis, uel eo ipſo quod coëua coeternis comparantur, temporalia semper manentibus, extingui bilia immortalibus. Pōt ergo semper esse generans & semp cū illo quod de illo natū est. Ergo filius dei secundum hoc dicitur quod ei pater est quod habet de quo sit, non secundum hoc quod prior esset pater & postea filius, Sēper pater, semper filius de patre. Et quæ quicquid de aliquo est, natū est, semper igitur filius natus, semper pater, semper de illo imago. Non potuisti inuenire coeterna genita aeternis genitoribus, & inuenisti coëua nata temporalibus gignentibus. Intelligo coeternum filium natum coeterno gignentī. Quod enim est temporalis coëuum, hoc est aeterno coeternum. Sed splendor qui funditur de igne, minus luget quam ipse ignis. Habent ista similitudinē, sed non habēt omnimodam æqualitatem. Sed dicat aliquis. Talis est ergo filius ad patrem, qualis ad ignem splendor? Non, sed æqualitas omnimoda est. Crede Apostolo, quia potuit uidere quod dixi. Ait em̄. Nō rapinā arbitratuſ est esse æqualis Deo. Aequalitas omnimodo coniungitur. Et quid dixit: Non rapinam. Quare? Quia illud est rapina, quod alienum est. Tamen ex durabus istis collationibus & generibus duobus similitudinem fortassis inuenimus in creatura, quomodo intelligamus filium & coeternum patri, & nequaquam minorem. Sed non illud possumus inuenire in uno genere similitudinum. Iungamus ambo genera, unum unde ipsi dant similitudines, & alterum unde nos dedimus. Dederunt enim illi similitudines ex his quæ nascuntur in tempore, & præcedunt tempore ab eis a quib. nascuntur, sicut homo de homine. Maior ille tempore

prior natus, sed tamen homo & homo, id est eiusdem substantiæ. Homo enim hominem generat, & equus equum, & pecus pecudem. Eandem substantiam generant ista, sed non ad id tempus. Diuersa sunt tempore, sed nō sunt diuersa natura. Quid ergo hic laudamus in ista natiuitate? Certe æqualitatem naturæ. Quid deest? Aequalitas temporis. Teneamus hoc unum quod laudatur, id est æqualitatem naturæ. In illo autē genere similitudinū quod nos dedimus de splendore ignis, æqualitatem naturæ non inuenis sed inuenis coauitatem. Quid hic laudamus, cogitatem. Quid deest? Aequalitas naturæ. Coniūge quæ laudas. In creaturis enim deest aliquid quod laudas. In creatore nihil deesse potest: quia quod inuenis in creatura, a creatore artifice processit. Quid ergo in coæuis? Nōne hoc quod ibi laudas? Quod autem deest, non tribuendum maiestati, in qua nullus defectus est. Ecce offero tibi genitis coëua gignentia. Laudas ibi cogitatem, sed disparilitatē reprehendis. Quod reprehendis, noli attribuire deo: quod laudas tribue. Et tribuis illi ex isto genere similitudinum pro coauitate aeternitatem, ut coeternus sit natus cum eo a quo natus sit. De alio autem similitudinum genere, quia & ipsa creatura Dei est, & debet laudare creatorem: quid ibi laudas? Aequalitatem naturæ. Iam propter illam distinctionem dederas coeternitatem: da propter istam, æqualitatem: & perfecta est natiuitas eiusdem substantiæ. Quid enim demētius quam ut in aliquo laudē creaturam, quod non sit in creatore? Laudo in homine æqualitatem naturæ, & non credo in eo qui fecit hominem. Quod de homine natum est homo est & quod de Deo natum est non id erit quod ille de quo natum est: Laudent ergo creatorem omnia opera sua. Inuenio hic coëuum: agnosco ibi coeternum. Hic æqualitatem inuenio naturæ, ibi intelligo æqualitatem substantiæ. Totum ergo ibi simul, & non hoc solum, quod in creaturis. Totum inuenimus ibi, sed tanquam in creatore. Quanto amplius, quod hæc uisibilia, illa inuisibilia: hæc temporalia, illa aeterna: hæc commutabilia, illa incommutabilia: hæc corruptibilia, illa incorruptibilia. Postremo in ipſo homine ea quæ inuenimus homo & homo, duo homines sunt, ibi pater & filius unus est deus.

Portansque omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens.]

Creatoris omnitenentis omnipotētia causa est subsistendi omni creatura. Quæ uirtus si ab eis quæ condidit regendis aliquando cessaret, simul omnium rerū species & natura concideret. Proinde quod Dominus ait, Pater meus usque nunc operatur, cōtinuationem quandam operis eius qui simul omnia continet atque amministrat, ostendit: in quo opere etiam sapientia ipsius perseveret, de qua dicitur. Pertingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Idque etiam

Ex lib. sent. Prosperi

Apostolus sentit, cum Atheniensibus Deum prædicans ait. In quo uiuimus, mouemur & sumus. Quia si opus suum rebus creatis subtraheret, nec uiuere, nec moueri, nec esse posset. Et ideo sic Deus intelligendus est reque uisse ab omnibus operibus suis, ut iam nullam nouam creaturam conderet, non ut conditas continere aut gubernare cessaret. Deus enim omnipotens & omnitenens, incommutabili æternitate, ueritate, uoluntate semper idem, mouet per tempus creaturam spiritalem, mouet etiam per tempus & locum creaturam corporalem, ut eo motu naturas quas intrinsecus substituit, etiã extrinsecus amministret. Cum ergo tale aliquid agit non debemus opinari eius substantiam qua Deus est, temporibus locisque mutabilem, aut per tempora & loca mobilem, sed in opere diuinæ providentiæ ista cognoscere, non in illo opere quo naturas creat, sed in illo quo in intrinsecus creatas etiam extrinsecus amministret, cum sit ipse nullo locorum uel interuallo uel spatio, incommutabili excellentique potentia, & interior omnium re, quia in ipso sunt omnia: & exterior omnium re, quia ipse est super omnia. Item nullo temporum uel interuallo uel spatio incommutabili æternitate & antiquior est omnibus, quia ipse est ante omnia, & nouior omnibus, quia idem ipse.

Ex li. 8. de Genesi ad literã.

Ex tractatu Psalm. 103.

Fundauit post omnia terram super firmamentum eius, non inclinabitur in seculum seculi. Firmauit terram, intelligo Ecclesiã. Quæ est firmitas eius super quam fundata est, nisi fundamentum eius? Quod est illud? Fundamentum (inquit) nemo potest ponere præterquam quod positum est, quod est Christus Iesus. Ibi ergo firmati sumus merito, quia ibi firmati non inclinabitur in seculum seculi. Nihil enim firmius isto fundamentum. Infirmus tu eras, sed firmum fundamentum te portat. In te firmus esse non poteris: firmus eris semper si ab illo firmo fundamento non recedas. Non inclinabitur in seculum seculi. Ipsa est prædestinata columna, & firmamentum ueritatis. Et ideo tali fundamento suffulta, quid meruit audire? Non inclinabitur in seculum seculi. Firmauit terram super firmitatem eius, id est firmauit Ecclesiam super firmamentum Christum. Nutabit ecclesiã nutauerit fundamentum. Et unde nutabit Christus qui antequam ueniret ad nos, & carnem suscipere omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? Qui omnia continet maiestate & bonitate non nutante Christo, non inclinabitur in seculum seculi.

Ex tractatu Psalm. 50.

Purgationem peccatorum faciens. Asperges me uinum hyssopo & mundabor. Hyssopum nouimus hærbam humilem, sed medicinalem. Saxo hæere radicitus dicitur, inde in ministerio mundandis assumpta est. Apprehende & tu radicem dilectionis petram tuam, esto humilis in humili Deo tuo, ut sit excelsus in glorificato Deo tuo. Aspergeris hyssopo, humilitas Christi te mundabit. Noli herbam con-

temnere: uim medicamento attende. Aliquid etiam dicam quod à medicis solemus audire uel experiri in ægrotis. Hyssopum dicitur purgatis pulmonibus aptam esse. In pulmone solet notari superbia. Illic enim inflatio, illic anhelitus. Dicebatur autem de Saulo persecutore tanquam Saulo superbo quod ibat ad uincendos Christianos spirans cædis. Anhelabat sanguinem nondum purgato pulmone. Audi & hic humiliatum, quia hyssopo purgatum. Asperges me hyssopo & mundabor, lauabis me, id est mundabis, & super niuem dealbabor. Et si fuerint (inquit) peccata uestra ut foenicium, tantam niuem dealbabo. De talibus sibi exhibet uestem sine macula & ruga. Proinde uestis eius in monte tanquam nix dealbata effulset. Significabat autem Ecclesiam omni macula peccati mundatam.

Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit. Et adoret eum omnes angeli Dei.]

Quamquam possit etiam ille dies in propheta dicitur uideri, quo Iesus Christus secundum hominẽ natus est, tamen hodie, quia presentiam significat, atque in æternitate nec præteritum quicquam est quasi esse desiderit, nec futurum quasi nondum sit, sed præsens tantum: quia quicquid æternum est semper est: diuinitus accipitur secundum id dictum esse, Ego hodie genui te, quo sempiternam generationem uirtutis & sapientiæ dei, qui est unigenitus filius, fides sincerissima & catholica prædicat.

Et ad Angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.]

Et hoc, quamuis non uideamus apparitionem Angelorum, abscondita est enim ab oculis nostris & est in quadam republica magna imperatoris Dei, tamen esse angelos nouimus ex fide, & multos apparuisse scriptum legitur & tenemus, nec inde dubitare fas nobis est. Spiritus autem sunt angeli: & cum spiritus sunt, non sunt angeli: cum mittuntur, sicut angeli. Angelus enim officij nomen est, non naturæ. Quæris nomen eius naturæ.

Spiritus est. Quæris officium? Angelus est. Ex eo quod est, spiritus est. Ex eo quod agit, Angelus est. Vide illud in homine, nomen naturæ homo, officij miles. Nomen naturæ uir, officij præco. Homo ergo sit præco, id est qui erat homo sit præco, non qui erat præco sit homo. Sic ergo qui erant iam spiritus conditi, à creatore Deo, facit eos angelos mittendo eos nunciare que iusserit. Et ignem flagrantem facit ministros suos. Legimus apparuisse ignem in rubo, legimus etiam ignem missum de super, & implese quod præceptum est. Ministrauit ergo cum implet. Cum esset in natura sua, spiritus erat: cum egit quod iussum est, ministerium impleuit. Sic secundum literam in creatura. Quid est autem in ecclesia figurate? Quomodo

Ex tractatu Psalm. 2.

Ex tractatu Psalm. 103.

1. Cor. 2.

modo accipimus, qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem flagrantem. Spiritus spirituales dicit: bene facit spirituales Angelos suos, id est nuncios uerbi sui. Spirituales enim omnia iudicat, ipse autem a nemine iudicatur. Vide spiritalem factum angelum dei. Non potui (inquit) loqui uobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. De spiritali quadam affectione missus est ad carnales, tanquam angelus de celo ad terram. Quomodo dicit, Et ministros suos ignem flagrantem: nisi quomodo dicit spiritus feruentes? Si enim feruet spiritus, ignis ardens est omnis minister dei. Nonne ardebat Stephanus? Quo igne ardebat? & quod ignis ille erat? Quando lapidabatur, rogabat. Cum audis, ignis est minister dei, in sententiam illum putas. Incendat licet: sed foenum tuum, id est carnalia omnia desideria tua. Currat minister Dei prædicans uerbum dei. Audi illum. Sic nos existimet homo ut ministros dei & dispensatores mysteriorum dei. Quomodo autem ardebat cum diceret: Os nostrum patet ad uos ò Corinthii cor nostrum dilatatum est: Ardebat & flagrabat charitate, ibat in eos ut incenderet. Hunc ignem se missurum Dominus in terram dicebat cum ait. Ignem ueni mittere in terram. Quomodo gladium, sic ignem. Gladius diuidit affectum carnalem, ignis absumit. Totum in uerbo dei intellige, totum in spiritu dei cognosce. Incipe feruere charitate per uerbum quod audis, & uide quid in te fecerit ignis minister dei.

Rom. 12. Actuum. 7.

Luce. 12.

Ex li. de tri. 3.

Illam ipsam supernam atque celestem unde peregrinamur patriam cogitemus. Illic enim Dei uoluntas, qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem, in spiritibus summa pace atque amicitia copulatis, & in una uoluntate quodam spiritali charitatis igne conflatis, tanquam in excelsa & sancta & secreta sede prædens, uelut in domo sua, & in templo suo, inde se quibusdam ordinatissimis creaturæ motibus primo spiritalibus, deinde corporalibus per cuncta diffudit, & utitur omnibus ad incommutabile arbitrii sententiæ suæ siue incorporeis, siue corporeis rebus, siue rationabilibus, siue irrationabilibus spiritibus, siue bonis per eius gratiam, siue malis per propriam uoluntatem. Sed quemadmodum corpora crassiora & inferiora per subtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum uitæ rationalem: & spiritus uitæ rationalis desertor atque peccator per spiritum uitæ rationalem pius & iustus: & ille per ipsum Deum. Ac sic uniuersa creatura per creatorem suum, ex quo, & per quem, & in quo etiam condita atque instituta est. Ac per hoc uoluntas dei est prima & summa causa omnium corporalium specierum atque motuum. Nihil enim uisibiliter fit & sensibiliter quod non de interiore inuisibili atque intelligibili aula summi imperatoris aut iubeatur, aut permittatur secundum ineffabilem iustitiam præmiorum atque pœnarum, gratiarum & re-

tributionum, in ista totius creaturæ amplissima quadam immensaque republica.

Ad filium autem. Thronus tuus Deus in seculum seculi, uirga equitatis, uirga regni tui, Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, ut præ participibus tuis.]

ERat sedes regni iudicis temporalis pertinet ad eos qui sub lege erant. Venit ille ut liberaret eos qui sub lege erant, & sub gratia constitueret. Sedes eius in seculum seculi. O æternitatis diuinitas, non enim posset Deus sedem habere temporalem. Virga recta es, uirga regni tui, directiois uirga est, dirigit homines. Curui erant, distorti erant, sibi regnare cupiebant, se amabant, facta sua multum diligebant, non uoluntatem suam deo subdebant, sed uoluntatem dei ad suas concupiscentias flectere uolebant. Ergo dei uoluntas equalis est, tua curia est: propterea tibi uidetur praua illa, quia tu ei coaptari non potes. Dirige ad illam te, & noli uelle illam curuari ad te, quia non potest. Frustra conaris: illa semper directa est. Vis illi herere? Corrige te, & erit uirga ipsius qui te dirigit uirga directionis. Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Accede ad istam uirgam. Sit tibi rex Christus. Regat te uirga ista, ne frangat te. Virga enim ferrea est illa inflexibilis. Et quid dictum est? Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uias figuli confringes eos. Alios regit, alios conterit, regit spirituales, conterit carnales. Ergo accede ad istam uirgam. Quid in ista times? Hæc est recta uirga. Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Quid times? Si forte iniquus eras, audi eum regem tuum, quia odisti iniquitatem & times. Est quod facias. Qui odit iniquitatem, nunquid terret? Sed in te est iniquitas, odit illam Deus. Oderis & tu. Et si unam rem ambo oderis, eris deo amicus, si odisti quod odit. Ita et si amabis quod amat. Propterea unxit te Deus, Deus tuus. Propterea unxit te, ut diligeres iustitiam, & odires iniquitatem. Et uide quomodo ait. Propterea unxit te deus tuus. O tu Deus unxit te deus tuus. Deus ungitur à deo. Etenim in Latino putatur idem casus nominis repetitus. In Græco autem euidentissima distinctio est, quia unum nomen est quod compellatur, & alterum ab eo qui compellat, unxit te deus. O tu deus, unxit te deus tuus. Ergo quis est Deus unctus à deo? dicant nobis Iudei. Scripturæ istæ communes sunt. Unctus Deus à deo. Unctum audis, Christum intellige. Etenim Christus à chrismate. Hoc nomen quod appellatur Christus unctiois est, nec in aliquo alibi ungebantur reges & sacerdotes nisi in illo regno. Unctus est ergo Deus à Deo. Quo oleo nisi spiritali? Oleum enim uisibile in ligno. Oleum inuisibile in sacramento est. Oleum spiritale intus est. Unctus est nobis Deus, & missus est nobis. Et ipse deus ut ungeretur homo erat, sed ita homo erat ut deus esset: ita deus erat ut homo esse non dedignaretur. Deus ergo homo. Et ideo unctus de-

Ex tractatu Psalm. 44.

Ex tractatu Psalm. 44.

Psalm. 44.

us, quia homo Deus, & factus Christus. Non potuit apertius dici nomen Christi quam ut diceretur unctus Deus. Quomodo speciosus forma præ filiis hominum, sic unctus oleo exultationis præ participibus suis. Qui enim participes eius: Filij hominum, quoniam & ipse filius hominis particeps factus mortalitatis eorum, ut faceret participes immortalitatis suæ. Messias Hebraice, Latine Christus est.

Ex tract. euā. sec. ioan. 7.

Ab unctione enim dicitur Christus. Christa unctio est Græce. Ergo Christus unctus. Ille singulariter unctus, præcipue unctus. Unde omnes Christiani unguuntur. Ille præcipue, quomodo in Psalmo dicit, audi. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Participes enim eius omnes sancti. Sed ille singulariter sanctus sanctorum, singulariter unctus, singulariter Christus.

Ex ser. de uer. euangel. super ioan. 15.

Messias unctus est, unctus Græce Christus est, Hebraice messias. Unde & punice, messe dicitur unguere. Cognatae quippe sunt lingue istæ & uicinae. Hebraice, Punice, & syra.

Ex li. cont. Maxi. 2.

Dicis & ante incarnationem Christi patrem dixit esse deum eius: quoniam scriptum est, unxit te deus, deus tuus: longe ante quam Christus uenisset in carne. Ita ne non intelligis in prophetia esse prædictum tanquam fuerit factum quod erat futurum? An non sic in prophetia ipse dominus: Foderunt, inquit, manus meas & pedes, &c. quibus passionem suam tanto ante prænuñciauit, & quod futurum erat, tanquam iam factum esset expressit. Dicitur ergo in prophetia rerum futurarum, tanquam locutione rerum præteritarum. Unxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Participes eius significans qui futuri fuerant serui eius, socij eius, amici eius, fratres eius, membra eius. Prædictum est igitur quod futurum erat, ut ungeret deus Christi hominem Christum. Qui tamen sic factus est homo ut maneret Deus. Ungeret autem non uisibili & corporali oleo, sed spiritu sancto: quæ scriptura nomine olei exultationis figurata ut solet locutione significat. Dixit autem unxit, non dixit uncturus est, quia in prædestinatione iam factum erat. Quod beatus Petrus in Actibus Apostolorum dixit. Hunc Iesum à Nazareth, quem unxit Deus spiritu. Ecce quod prophetabatur quando dictum est: Unxit te Deus, deus tuus oleo exultationis uel oleo letitiæ præ participibus tuis. Deus enim cui dictum est in eodem Psalmo, Thronus tuus deus in seculum seculi uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus: deus tuus, à deo patre unctus est filius, qui sic homo factus est ut maneret Deus. Qua unctione plenus erat, id est spiritu sancto. Propter quod de illo scriptum est. Iesus autem plenus spiritu sancto reuersus est à Iordane.

Psal. 44.

Et tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut uestimentum ueterascent, Et uelut amictum mutabis eos et

mutabuntur: tu autem idem ipse es: & anni tui non deficient.] Ex tractatu Psal. 101.]
IN principio terram tu fundasti domine. No-
ui aternitatem tuam qua precedis omnia,
quæ fecisti. Principio terram tu fundasti Do-
mine, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ip-
si peribunt, tu autem permanes, & omnia si-
cut uestimentum ueterascent. Et sicut operto-
rium mutabis eos & mutabuntur. Tu autem
idem ipse es. Tu qui es, idem es. Tu qui dixi-
sti, Ego sum qui sum, idem ipse es. Dominus
fundauit terram. Scimus, opera manuum ei-
9 sunt caeli. Ne putetis eius quasi aliud facere
deum manu, aliud uerbo, quod facit uerbo, hoc
facit manu. Non enim distinctus est corpore-
is membris qui dixit, Ego sum. Et forte uerbum
eius est manus eius. Certe manus eius est uir-
tus eius. Quia enim dictum est, Fiat firmame-
tum: & factum est: firmamentum uerbo intella-
ligitur fecisse. Quia uero dixit, Faciamus ho-
minem ad imaginem & similitudinem nostram,
quali manu uideretur fecisse. Audi ergo. Opera
manuum tuarum sunt caeli. Ecce quod uerbo fe-
cit, etiam manibus fecit: quia uirtute sua, qua
potestate fecit. Ipsi peribunt, tu autem idem
permanes. Aperte dixit hoc Apostolus Petrus.
Caeli erant olim & terra de aqua, & per aquam
constituti dei uerbo, per quem qui factus est
mundus aqua mundatus deperijt. Terra autem
ac caeli qui nunc sunt, eodem uerbo repositi sunt
igni seruandi. Iam ergo dixit perijt caelos quod
diluuium, perijt autem nouissimos caelos secun-
dum quantitatem & spatia aeris huius. Ex-
creuit enim aqua: & totam istam capacitatem
ubi aues uolitant occupauit. Ac sic utiq; caeli
li perierunt propinqui terris, caeli secundum quod
dicuntur aues caeli. Sunt autem & caeli caelorum
superiores in firmamento, sed utrum & ipsi pe-
riuri sunt igne, an hi soli caeli qui etiam dilu-
uio perierunt, disceptatio est aliquando scrupu-
losior inter doctos, nec facile maxime in
angustia temporis explicari potest. Dimittamus
ergo eam, aut differamus. Nouerimus tamen
perire ista, Dominum manere. Et si manent
quædam cum deo quæ facta sunt à Deo, non
manent in se: sed in deo, non recedendo à deo.
Ergo erunt cum illo angeli etiam mundo igne
flagrante, & erit incendiū mundi non incen-
dens sanctos dei. Quod fuit caminus regis tri-
bus pueris, hoc erit ardēs mundus iustis in Tri-
nitate signatis. Forte etiam hic caelos non im-
portune intelligimus ipsos iustos sanctos dei:
in quibus manens Deus intonuit præceptis:
coruscavit miraculis, imbrificauit terram sa-
pientia ueritatis. Caeli enim enarrauerunt glo-
riam dei. Sed nunquid etiam ipsi peribunt? An
secundum quandam modum peribunt? Secun-
dum quem modum? Secundum uestimentum.
Quid est secundum uestimentum? Secundum cor-
pus. Vestimentum enim animæ meæ corpus.
Dominus enim uestimentum nominauit, ubi
ait. Nonne anima plus est quam esca, & corpus
plus quam uestimentum? Quomodo ergo pe-
ribit uestimentum? Et si exterior homo noster
COR.

Genes. 1. ibidem.

2. Cor. 4.

COR.

corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Ergo ipsi peribunt, sed secundum corpus, tu autem permanes. Si ergo secundum corpus peribunt, ubi ergo resurrectio carnis? ubi exemplum membrorum quod precessit in capite? Vbi Vis audire? Mutabitur: non tale erit quale fuit. Audi apostolum dicentem. Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.

1. Cor. 15.

Quomodo immutabimur? Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Ergo semina-
mortale, surget immortale. Seminatur corruptibile resurget incorruptibile. Mutationem itaque expectamus. Ita peribunt caeli, & mutabuntur caeli. Sed fortasse sanctorum corpora non recte dicuntur caeli, si non portant deum, non sunt caeli. Et unde mihi, inquit, probas quod portant deum? Vique adeo ne excidit tibi? Glorificare ergo & portare Deum in corpore uerbo: Ergo tales caeli peribunt, sed non in aeternum peribunt. Peribunt ut mutantur. An non hoc dicit psalmus? Lege & sequentia. Et omnia sicut uestimentum ueterascent. Et sicut operatorum mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Vestem audis, coopertorium audis, & aliud quam corpus intelligis? Speremus ergo etiam mutationem corporum nostrorum, sed tamen ab illo qui erat & ante nos, & manet post nos: à quo sumus quod sumus, ad quem uenimus cum fuerimus, mutantem non mutatum, facientem non factum, mouentem sed manentem. Ergo speremus uenturos nos ad hos annos stantes, in quibus non circuitu solis peraguntur dies, sed manet quod est sicuti est, quia hoc solū uere est. Mutabis ergo & mutabuntur tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ecce id ipsum cuius anni non deficient fratres. Ecce anni nostri quotidie deficiunt, nec stant omnino. Nam & qui uenerunt iam non sunt, & qui futuri sunt nondum sunt. Iam illi defecerunt, & illi defecturi uenturi sunt. In hoc ergo ipso uno die fratres ecce modo loqui mur, in momento est. Præterita hora transierunt, futura nondum uenerunt, & cum uenerint, & ipse transibunt, deficiunt. Qui sunt anni qui non deficient: nisi qui stant? Si ergo isti anni stant, & ipsi anni qui stant unus annus est, & ipse unus annus qui stat unus dies est, quia ipse unus dies nec ortum habet, nec occasum, nec inchoatur ab aeterno, nec excludit à crastino: sed stat semper ille dies. Et quod uis uocare illum diem. Si uis anni sunt, si uis dies est. Non enim discernens quid sit uideri deum per substantiam suam, & quid sit uideri deum per substantiam creaturam, in tantam blasphemiam decidisti ut unigenitum dei filium per hoc ipsum quod deus est, mutabilem diceres, quandoquidem soli patri putasti esse tribuendum quod scriptum esse dixisti. Ego sum qui sum, & non sum mutatus, quasi filius uel spiritus sanctus sit mutatus quando uisibiliter apparuit, uel ille quod constat natus ex femina, uel ille in specie colubæ, aut in igneis linguis se humanis aspectibus monstras.

Ex tractatu Psal. 101. et 1.

Ex li. cont. Maxi. 2.

Mal. 3.

Nunc uero ut intelligas quomodo dixerit de

us, Ego sum qui sum, & non sum mutatus, uel quod scriptum magis inuenitur, Ego enim dominus & non mutator, quoniam non solus pater, sed deus unus hoc dixit, quod est ipsa trinitas: Psalm. attēde ubi legitur. Tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes sicut uestimentum ueterascent, & uelut tegumentum mutabis eos et mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Hoc autem ad filium dictum esse, in epistola qua est ad Hebræos sancta scriptura testatur. Quis uero non intelligat ubi dicitur, Caeli mutabuntur, tu autem idem ipse es, nihil dici aliud nisi tu non mutaris? Ac per hoc etiam deo filio conuenit dicere. Ego sum qui sum, & non sum mutatus. & Ego enim dominus, & non mutator. Quod tu ideo soli patri assignasti, ut in sua substantia crederetur esse mutabilis filius, tanquam ita susceperit hominem, ut in hominem uerteretur. Hanc tantam blasphemiam non emendabis nisi si credideris in assumptione hominis accessisse se filio quod non erat, non autem discessisse, uel defecisse quod erat. Ad quem autem angelorum dixit aliquando, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Exod. 3.

Ex tractatu Psal. 109.

Ex li. de tri. 3.

Sedet ergo à dextris patris filius: quia ei dixit deus, sede à dextris meis. Et addidit. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, hoc est sub pedibus tuis. Inimicus erat, erit sub pedibus eius aut adoptatus, aut uictus. Quære ergo quem locum habeas sub pedibus Domini dei tui: nam necesse est ut habeas aut gratiam, aut poenam. Sedet ergo ad dextram dei, donec ponantur inimici eius sub pedibus eius. Hoc fit, hoc agitur, et si paulatim agitur, indefinenter peragitur.

Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministeriis missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis?

Substantia, uel si melius dici potest essentia dei, ubi pro nostro modulo ex quantula, cumque particula intelligimus patrem & filium & spiritum sanctum, quandoquidem nullo modo mutabilis est, nullo modo ipsa potest per semetipsam esse uisibilis. Proinde illa omnia quæ patribus uisa sunt cum deus illis secundum dispensationem suam temporibus congruam presentaretur, per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos latet quomodo ea ministris Angelis fecerit, per Angelos tamen esse facta non ex nostro sensu dicimus, ne cuiquam uideamur plus sapere quam oportet sapere. Sapimus ad temperantiam, sicut deus nobis partitus est mensuram fidei, & credimus, propter quod & loquimur. Extat enim autoritas diuinarum scripturarum, unde mens nostra deutare non debet, ne relicto solidamento, diuini eloquij per suspensionum suarum abrupta precipitetur, ubi nec sensus corporis regit nec perspicua ratio ueritatis elucet. Aperitissime quippe scriptum est in Epistola ad Hebræos cum dispensatio noui testamenti à dispensatione ueteris testamenti secundum congruentiam seculorum ac temporum distingue-

retur: nō tantum uisibilia, sed ipsum etiam ser-
monem per angelos factū. Sic enim dicit. Ad
quem autem angelorum dixit deus aliquādo:
Sede ad dexteram meam, quoad usq; ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nō
ne omnes sunt ministri spiritus in administra-
tionem missi propter eos qui sunt futuri hære-
ditatem possidere salutis. Hic ostendit illa om-
nia nō solum per angelos facta, sed etiam pro-
pter nos facta, id est populum dei, cui promit-
titur hæreditas uitæ æternæ. Sicut ad Corin-
thios etiam scriptum est. Omnia autem hæc in
figura contingebant illis. Scripta sunt autem
ad correptionem nostram in quos fines secu-
lorum deuenerunt. Deinde quia tunc per an-
gelos, nunc autem per filium sermo factus est,
consequenter aperteq; demonstrans.

1. Cor. 10.

CAPVT SECVNDVM.

Propterea abundantius oportet obseruare nos ea que audi-
uimus, ne forte perefluamus. Si enim qui per angelos di-
ctus est sermo, factus est firmus, et omnis præuaticatio et in-
obedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo
nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem?

Et quasi quæreres, quam salutem, ut osten-
deret se de nouo testamento iam dicere, id est
sermone qui non per Angelos, sed per Domi-
num dictus est.

*Que cum initium accepisset enarrari per dominum ab eis
qui audierunt, in nos confirmata est, contestante deo signis et
portentis et uarijs uirtutibus et spiritus sancti distributioni-
bus secundum suam uoluntatem.]*

Continuatio est ex eodem libro.

Sed ait aliquis. Cur ergo scriptum est, dixit
Dominus ad Moysen & non potius dixit
Angelus ad Moysen? Quia cum uerba iudi-
cis præco prænunciat, non scribitur in gestis
ille pro dixit, sed ille iudex. Sic etiam loquen-
te propheta sancto, & si dicamus propheta di-
xit, nihil aliud quam dominum dixisse intel-
ligi uolumus, & si dicamus Dominus dixit,
prophetam non subtrahimus, sed quis per e-
um dixerit admonemus. Et illa quidem scrip-
tura sæpe asserit Angelum esse Deum, quo
loquente identidem dicitur. Dominus dicit,
sed propter eos, qui cum scriptura illic Ange-
lum nominat, ipsum per seipsum filium Dei
uolunt intelligi, quia propter annunciatio-
nem paternæ ac suæ uoluntatis à propheta di-
ctus est Angelus, propterea uolui ex hac Epi-
stola manifestius testimonium dare, ubi non
est dictum per Angelum, sed per Angelos.
Nam & Stephanus in Actibus Apostolorum
eo more narrat hæc, quo etiam in ueteribus
litteris conscripta sunt. Viri fratres & pa-
tres (inquit) audite. Deus gloriæ apparuit
Abrahæ patri nostro cum esset in Mesopota-
mia. Ne quis autem arbitretur tunc deum glo-
riæ per id quod in seipso est cuiusquam oculis
apparuisse mortalium, in consequentibus
dicit quod Moysi Angelus apparuerit. Fugit
(inquit) Moyses in uerbo isto, & factus est in
quilinus in terra Madian, ubi genuit filios du-

Actu. 7.

ibidem.

os. Et completis illis annis quadraginta, appa-
ruit illi in deserto montis Sina Angelus Do-
mini in flamma ignis in rubo. Moyses autem
uidens mirabatur uisum. Qui cum accederet
considerare, facta est uox Domini dicens. Ego
sum Deus patrum tuorum: Deus Abraham,
& Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus au-
tem Moyses, non audebat considerare: dixit
que illi Dominus. Solue calciamenta pedum
tuorum, & cætera. Hic certe & Angelum &
Dominum dicit: eundemque Deum Abra-
ham, & deum Isaac, & Deum Iacob, sicut in
Genesis scriptum est.

Genes. 28.

Sed quid ultra differimus ora eorum eui-
dentissimo atque grauissimo alio documen-
to oppilare? Vbi non Angelus singulariter,
nec uiri pluraliter, sed omnino Angeli dicun-
tur: per quos non sermo quilibet factus est, sed
ipsa lex data manifestissime ostenditur.

Quam certe nullus fidelium dubitat Domi-
num dedisse Moysi ad subiugandum popu-
lum Israel, sed tamen per Angelos datam, ita
Stephanus loquitur. Dura ceruice (inquit)
& incircumcisi corde & auribus, uos semper
spiritui sancto resistitis sicut patres uestri.

Actu. 7.

Quem prophetarum non persecuti sunt pa-
tres uestri, & occiderunt eos qui prænuncia-
bant de aduentu iusti, cuius nunc uos prodit-
tores & interfectores fuistis, qui accepistis le-
gem in edictis Angelorum, nec custodistis?
Quid hoc euidentius? Quid tanta autoritate
robustius? In edictis quippe Angelorum lex
illi populo data est: sed Domini IESV CHRIS-
TI per eam disponebatur & prænunciaba-
tur aduentus, & ipse tanquam uerbum dei mi-
ro & ineffabili modo erat in Angelis, in quo-
rum edictis lex dabatur.

*Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de
quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens.
Quid est homo quodamemores eius: aut filius hominis quoni-
am uisitatus eum? Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria
et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera ma-
nuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim
quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei.*

Omnis filius hominis, homo: quāuis non
omnis homo, filius hominis possit intel-
ligi. Adam quippe homo, sed non filius homi-
nis. Ut qui portent imaginem terreni ho-
minis, qui non est filius hominis: hominum
nomine significantur: qui autem portant ima-
ginem cœlestis hominis, filij hominum poti-
us appellantur. Ille enim uetus homo dicitur,
iste autem nouus. Homo igitur hoc loco ter-
renus est: filius autem hominis cœlestis. Et il-
le longe seiunctus est à Deo: hic autem præ-
sens deo. Et propterea illius memor est tanquā
in longinquo positi, hunc uero uisitatus quē præ-
sens illustrat uultu suo, filius igitur hominis pri-
mus uisitatus est in ipso homine dominico: na-
to ex uirgine Maria. De quo propter ipsam
infirmam carnem, quam sapientia dei gesta-
re dignata est, & passionis humilitatem, recte
dicitur.

ibidem.

dicitur. Minuisti eum paulo minus ab Ange-
lis. Sed addidit de illa clarificatione, qua resur-
gens & ascendens in cælum. Gloria (inquit)
& honore coronasti eum, & constituisti eum
super opera manuum tuarum. Quandoquidē
& Angeli opera manuum sunt Dei: etiam su-
per Angelos constitutum accipimus unigeni-
tum filium, quem minoratum paulo minus
ab angelis per humilitatē carnalis generationis
atq; passionis audimus & credimus. Omnia,
inquit, subiecisti sub pedibus eius. Nihil ex-
cipit cum dicit omnia. Et ne aliter liceret in-
telligi, sic Apostolus credi iubet cum dicit, Ex-
cepto eo qui ei subiecit omnia. Et hoc ipso hu-
ius psalmi testimonio utitur ad Hebræos, cum
ita uult omnia intelligi esse subiecta domino
nostro Iesu Christo, ut nihil exceptum sit. Nec
tamen quasi aliquid magnum uideatur adiu-
gere cum dicit. Oues & boues uniuersas, insu-
per & pecora campi: uolucres cœli, & pisces
maris, qui per ambulans semitas maris. Vide-
tur enim relictis cœlestibus uirtutibus, & po-
testatibus, et omnibus exercitiis Angelorū,
relictis etiam ipsis hominibus, tantum ei pe-
cora subiecisse, nisi oues & boues intelliga-
mus animas sanctas, uel innocentie fructum
dantes, uel etiam operantes ut terra fructi-
ficet, id est ut terreni homines ad spiritalem
ubertatem regenerentur. Has ergo animas
sanctas non hominum tantum, sed etiam om-
nium Angelorum oportet accipere, si uolu-
mus hinc intelligere omnia esse subiecta do-
mino nostro IESV CHRISTO. Nulla enim
creatura subiecta non erit, cui primates, ut ita
dicam, spiritus subijciuntur.

psal. 8.

*Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei. Eum
autem qui modico quam angeli minoratus est, uidemus Iesum
propter passionem mortis gloria et honore coronatum, ut
gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim ea-
um propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos
filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per pas-
sionem consummari.]*

Ex lib. con. Maxi. 1.

Quod autem tibi uideatur nihil magnum
de Deo patre dici si forma serui maior
est, qua maiores uideatur et Angeli, non recte
cogitas quem locum habeat in rebus humana
natura, quæ condita est ad imaginem Dei.
Matores Angeli dici possunt homine, quia
maiores sunt hominis corpore, maiores sunt
& animo, sed in forma quam peccati origina-
lis merito, corruptibile aggrauat corpus. Na-
tura uero humana, qualē naturam Iesus Chri-
stus humanæ mentis assumpsit, quæ nullo pec-
cato potuit deprauari, solus maior est Deus.
Deniq; propter quid dictum sit, Minorasti e-
um modico minus quam angelos, aperuit
scriptura ubi legitur. Eum autem modico
minus quam angelos minoratum uidemus
Iesum propter passionem mortis. Non ergo
propter naturam hominis, sed propter passio-
nem mortis. Natura uero hominis quæ men-
te rationali & intellectuali creaturas cæteras

antecedit, Deus solus est maior. Cui utique
iniuria facta non est, ubi scriptum est. Maior
est Deus corde nostro. Filius ergo dei susce-
ptum hominem leuaturus ad patrem, quando
dicebat: Si diligeretis me gauderetis utique
quia uado ad patrem, quia pater maior me
est: non carni suæ solum, sed etiam menti quæ
gerebat humanæ Deum patrem utique præ-
ferebat. Quæ tota sine dubio forma agnosci-
tur serui: quoniam tota seruit creatura creato-
ri. Quod itaque scriptum est ad Hebræos, Nunc
autem necdum uidemus omnia subiecta ei: e-
um autem modico minus ab Angelis minora-
tum uidemus Iesum propter passionem mor-
tis: docere nos debet quomodo intelligendū
est quod scriptum est ad Corinthios. Cum au-
tem ei omnia subiecta fuerint. Quia secundū
id dictum est quod factus est homo, non se-
cundum quod Deus est. Sic ergo in homine
apparens, in quo per passionem mortis mi-
noratus est modico minus ab Angelis, uiuos
ac mortuos iudicabit, quādo diciturus est. Ve-
nite benedicti patris mei percipite regnum.

10 annis. 14.

Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur ex uno omnes.]

Matth. 25.

Extracta. euangelij secundum

Ioannem. 105. Ioannis. 17.

Loquens dominus ad patrem & orans pro
discipulis suis dicit. Sanctifica eos in ueri-
tate. Sanctificantur itaq; in ueritate hæredes
nouī testamenti, cuius ueritatis umbra fue-
runt sanctificationes ueteris testamenti. Et cū
sanctificantur in ueritate, utiq; sanctificantur
in Christo: qui ueraciter dixit. Ego sum uita ue-
ritas & uita. Quid ergo aliud dixit, Sanctifica
eos in ueritate, nisi sanctifica eos in me? Deni-
que sequitur. Sermo tuus (inquit) ueritas est.
Quid aliud dixit, quā ego ueritas sum? Gra-
tam quippe Euangelium logos habet, quod
etiam ibi legitur ubi dictum est. In principio e-
rat uerbum, & uerbum erat apud deum, & de-
us erat uerbum. Et utique ipsum uerbum noui-
mus unigenitum dei filium, quod caro factum
est, & habitauit in nobis. Vnde & hic poni po-
tuit, & in quibusdam codicibus positum est,
uerbum tuum ueritas est. Sanctificat itaque
pater in ueritate, id est in uerbo suo, unigeni-
to suo, suos hæredes eiusq; cohæredes. Misit
enim filium suum, non in carne peccati, sed in
similitudine carnis peccati. Et misit filius eius
eos q; natos in carne peccati sanctificauit à la-
be peccati. Sed quoniam per hoc quod media-
tor dei & hominum homo Christus Iesus fa-
ctus est caput Ecclesiæ, illi membra sunt eius,
ideo ait quod sequitur. Et pro eis ego sanctifi-
co me ipsum. Quid est enim, & pro eis ego san-
ctifico me ipsum, nisi eos in me ipso sanctifico, cū
& ipsi sint ego? Quoniam de quibus hoc ait
(ut dixi) membra sunt eius, & unus est Chri-
stus caput & corpus. Cum enim dixisset, &
pro eis ego sanctifico me ipsum, ut intelliger-
emus hoc eum dixisse quod eos sanctificaret
in se, mox addidit. Ut sint & ipsi sanctificati in
ueritate: quod, quid est aliud quā in me-

Secundum id, quod ueritas est uerbum illud in principio Deus, in quo & ipse filius hominis sanctificatus est ab initio creationis suæ quando uerbum factum est caro: quia una persona facta est uerbum & homo. Tunc ergo sanctificauit se in se, hoc est hominem se in uerbo se, quia unus est Christus uerbum & homo sanctificans hominem in uerbo, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Quid est & ipsi, nisi quemadmodum ego in ueritate, quod ipse sum ego?

Propter quam causam non confunditur fratres eos uocare dicens. Nunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in eum.]

Fratres illi sunt, de quibus in Euangelio ait. *Vade & dic fratribus meis. Ecclesia illa est quam dixit unicam suam. Hæc est unica catholica que toto orbe copiosa diffunditur, que usque ad ultimas gentes crescendo porrigitur. Vnde in Euangelio dicit. Et prædicabitur Euangelium hoc in uniuerso mundo in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. Narrabo ergo (inquit) nomen tuum fratribus meis: narrabo nomen tuum humilibus meis & se inuicem diligentibus, sicut à me dilecti sunt, fratribus meis. In medio Ecclesie laudabo te. In medio Ecclesie gaudens prædicabo te.*

Et iterum. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eiusdem.]

Quod, quid est aliud, quam eorum particeps factus est? Neque enim efficiuntur participes diuinitatis eius, nisi ipse mortalitatis nostræ particeps fiat. Nam & in euangelio, quod nos diuinitatis eius participes facti sumus, ita dicitur. Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Ut autem hoc fieret quia & ipse factus est particeps mortalitatis nostræ, ita ibi scribitur. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.

Ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruituti.]

Poterat etiam hoc donare credentibus ut nec istius corporis experirentur mortem. Sed si hoc fecisset, carni quedam scelicitas adderetur: minueretur autem fidei fortitudo. Hic enim homines mortem istam timent, ut non ob aliud felices dicerent esse Christianos, nisi quod mori omnino non possent. Ac per hoc nemo propter illam uitam quæ post istam mortem beata futura est, per uirtutem etiam contemnenda ipsius mortis ad Christi gratiam festinaret, sed propter remouendam mortis molestiam delicatius crederetur in Christum. Plus ergo gratie prestitit, plus fidelibus suis sine dubitatione donauit. Quid enim magnum erat: uidendo non mori eos qui crederent, credere se non moriturum? Quanto est maius, quanto fortius, quanto laudabilius ita

credere, ut se speret moriturus sine fine uicturum? Denique hoc quibusdam in fine largietur, ut mortem istam repentina commutatione non sentiant, sed simul cum resurgentibus rapiant in nubibus obuia Christo in aera, & sic semper cum domino uiuant. Et recte illis: quia non erunt iam posteri qui propter hoc credant non sperando quod non uident sed amando quod uident. Quæ fides est eneruis & debilis, nec fides omnino dicenda, quando quidem fides ita definita est. Fides est sperantium substantia, coniunctio rerum quæ non uidentur. Vnde etiam in eadem ubi & hoc scriptum est ad Hebræos epistola cum consequenter enumerasset quosdam qui Deo fide placuerunt: Secundum fidem (inquit) mortui sunt hi omnes, cum non accepissent promissiones, sed longe eas uidentes, & salutantes, & confidentes quia hospites & peregrini sunt super terram. Et paulo post eadem fidei laudem ita concludit. Et omnes (inquit) testimonium consecuti per fidem non tulerunt promissiones dei. Pro nobis enim meliora prouiderunt, ne sine nobis perfecti perficerentur. Hæc laus fidei non esset: nec omnino ut iam dixi fides esset, si homines in credendo præmia uisibilia sequerentur: hoc est, si fidelibus merces immortalitatis in hoc seculo redderetur. Hinc & ipse dominus mori uoluit, ut quemadmodum de illo scriptum est, per mortem euacuaret eum qui potestatem habebat mortis, id est diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam rei erant seruitutis. Hoc testimonio satis etiam illud monstratur, & mortem istam corporis principem atque auctorem diabolo, hoc est ex peccato accidisse, quod ille persuasit. Neque enim ob aliud potestatem habere mortis uerissime diceretur. Vnde ille qui sine ullo peccato uel originali uel proprio moriebatur, dixit. Ecce ueniet princeps mundi, id est diabolus, qui potestatem habebat mortis, & in me nihil inueniet, id est peccati, propter quod homines fecit mori. Et quasi diceretur ei, quare ergo morieris? Sed ut sciant omnes (inquit) quia uoluntatem patris mei facio & surgite eamus hinc, id est ut moriar, non habens mortis causam de peccato sub auctore peccati, sed de obedientia & iustitia, factus obediens usque ad mortem.

ibidem

Et hoc ergo illo testimonio demonstratum est, & quod timorem mortis fideles uincunt, ad agonem ipsius fidei pertinere. Qui profecto defuisset si mox esset credentes immortalitas consecuta.

Ex sermone de quinque panibus & duobus piscibus. Desideremus uitam Christi quia tenemus pignus mortem CHRISTI. Quomodo nobis non dabit bona sua, qui passus est mala nostra? In terris istis, in hoc seculo maligno quid abundat nisi nasci, labore & mori? Hæc sunt mercimonia regionis nostræ, ad tales merces mercator ille descendit. Et quoniam omnis mercator dat & accipit, dat quod habet, & accipit quod non habet: etiam Christus in ista

ioan. 14.
ioan. 6.
Marc. 14.

Philipp. 2.

ioan. 1.

in ista mercatura dedit & accepit. Sed quid accepit? Quod hic abundabat nasci, laborare, & mori. Et quid dedit? Renasci, resurgere & in eternum regnare. O bone mercator, eme nos. Quid dicam eme nos? cum gratias agere debeamus quia emisti nos. Precium nostrum erogamus tui sanguinem bibimus. Euangetium legimus instrumentum nostrum, serui tui sumus, creatura tua sumus, fecisti nos, redemisti nos. Emere potest quisque seruum suum, creare non potest. Dominus autem seruos suos & creauit, & redemit. Creauit ut essent, redemit ne semper captiui essent. Incidimus enim in principem huius seculi, qui seduxit Adam & seruum fecit, & cepit nos tanquam uernaculos possidere. Sed uenit redemptor, & uictus est deceptor. Et quid fecit redemptor noster captiuatori nostrorum? Ad precium nostrum tetendit muscipulam crucem suam: posuit ibi quasi escam sanguinem suum. Ille autem potuit sanguinem istum fundere, non meruit bibere. Et in eo quod fudit sanguinem non debitoris, iustus est reddere debitoribus. Fudit sanguinem in nocentibus, & iustus est reddere à nocentibus. Ille quippe sanguinem suum ad hoc fudit, ut peccata nostra deleteret. Vnde ergo ille nos tenebat, deletum est sanguine redemptoris. Non enim tenebat nos nisi uinculis peccatorum nostrorum. Ista erant catenæ captiuorum, uenit ille, alligauit fortè uinculis passionis suæ. Intrauit in domum eius, id est corda eorum ut ipse habitabat, et uas eius eripuit. Nos sumus uasa, ista impleuerat amaritudine illa sua. Hæc amaritudinè etiam nostro redemptori in se, se prope nauit. Impleuerat nos ergo ille tanquam uasa sua. Dominus autem noster eripiens uasa eius & sua faciens, fudit amaritudinè, impleuit dulcedinem. Amemus ergo eum: dulcis est. Gustate & uidete quia suauis est dominus. Timendus est, sed plus amandus.

Psalm. 33.

Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad deum, ut repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est etiam eis qui tentantur auxiliari.]

lib. de uera relig.

Cum omnibus modis medeatur animis deus pro temporum opportunitatibus quæ mira sapientia eius ordinatur, nullo modo beneficentius consuluit generi humano, quam cum ipsa de sapientia, id est unicus filius, consubstantialis patri, coæternus, totum hominem suspicere dignatus est, & uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ita enim demonstrauit carnalibus & non ualentibus intueri mente, ueritatem, corporeis sensibus deditis, quam excelsum locum inter creaturas habeat humana natura, quod non solum uisibiliter, nam id poterat & in alio aethereo corpore ad nostrorum corporum tolerantiam temperato, sed hominibus in uero homine apparuit. Ipsa enim natura suscipienda erat quæ liberanda. Et ne quis forte sexus à suo creatore se contempserit putaret, uirum suscepit: natus est ex femina.

ioan. 1.

Miraculis conciliauit fidem deo, qui erat passionibus similis homini quem gerebat. Satellites uoluptatum diuitias perniciose populis appetebant, pauper esse uoluit. Honoribus & imperijs inhiabant, rex fieri noluit. Carnales filios magnum bonum putabant, tale coniugium prolemque contempsit. Contumelias superbiissime horrebant omne genus contumeliarum sustinuit. Iniurias intolerabiles esse arbitrabantur. Quæ maior iniuria quam iustum innocentemque damnari? Dolores corporis excrabantur, flagellatus atque cruciatus est. Mori timebant, morte multatus est. Ignominiosissimum mortis genus crucem putabant, crucifixus est. Omnia quæ habere cupientes non reuertebamur, carèdo uilescit. Omnia quæ uitare cupientes à studio ueritatis deuiabamus, perpetièdo deiecit. Non enim ullum peccatum committi potest, nisi dum appetuntur ea quæ ille contempsit, aut fugiuntur quæ ille sustinuit.

CAPVT III.

Vnde fratres sancti, uocationis celestis participes, considerate apostolum et pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut et Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moysè dignus est habitus, quanto ampliore honore habet quod domus qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit deus. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus tanquam filius in domo sua. Quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus. Quæ propter sicut dicit spiritus sanctus, hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, probauerunt & uiderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod offensus sui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt uias meas, quibus iurauit in ira mea, si introibunt in requiem meam. Videte fratres, ne forte sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi à deo uiuo, sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Participes enim CHRISTI effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus, dum dicitur. Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt, sed non uniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen. Quibus autem offensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et uidemus quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem.]

Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra. Aliquando enim audistis uocem illius per Moysen, & obdurastis corda uestra. Per preconem locutus est, quando obdurastis corda uestra: per se nunc loquitur molestiat corda uestra. Qui præcones ante se mittebat, ipse uenire dignatus est: ore suo hic loquitur, quæ loquebatur per ora prophetarum. Hodie ergo si uocem eius audieritis, nolite obdurare

Ex tractatu Psalm. 94.

Matth. 24.

Ex tractatu Psal. 18.

Ex li. 2. de ba. paruulorum

obdurare corda uestra. Quare dixisti, nolite obdurare corda uestra? Quia meministis quid soleant facere patres uestri. Nolite obdurare corda uestra, quemadmodum in illa amaricatione secundum diem tentationis in deserto. Recolitis certe fratres quod ille populus tentauerit Deum, acceperit disciplinam, & reus sit in deserto tanquam optimo fessore frænis legum, frænis præceptorum, nec sit desertus tamen à Deo etiam indomitus, non solum beneficijs præsentibus sed etiam uirga emendationis non desistente. Nolite ergo obdurare corda uestra, sicut in illa amaricatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri. Iam tales non sunt patres uestri, nolite eos imitare. Patres uestri erant, sed si non imitati fueritis, patres uestri non erunt. Probauerunt & uiderunt opera mea quadraginta annis. Viderunt opera mea quadraginta annis, & exacerbauerunt me. Ante illos in manu Moyli miracula faciebam, & ipsi magis magisque corda obdurabant. Quadraginta annis proxima fui generationi huic & dixi, semper isti errant corde. Hoc significauerunt quadraginta anni quod est semper. Quadragenarius enim iste numerus indicat integritatem seculorum: tanquam perficiantur secula per hunc numerum. Ideo dominus quadraginta diebus seiuauit, quadraginta diebus tetatus est in gremio, & quadraginta diebus fuit cum discipulis suis post resurrectionem. Primis quadraginta diebus tentationem, posterioribus quadraginta diebus consolationem, ostendit, quia cum tentamur sine dubio & consolamur. Corpus enim eius, id est ecclesia necesse est tentationem patiatur in hoc seculo. Sed unde est ille consolator? Quia dixit. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque in consummationem seculi. Et dixi, semper isti errant corde. Ad hoc cum illis fui quadraginta annis, ut ostenderem genus tale hominum, quod me semper exacerbabat usque in finem seculi, quia per illos quadraginta annos totum seculum significare uolui. Quid ergo pro illis non erunt alij qui intrant in requiem dei? Improbati sunt illi quibus displicuit misericordia Dei, qui resisterunt deo corde indurato. Illis improbatum nunquid perdidit Deus populum suum? Non erit uerum: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham: Et ipsi non cognouerunt uias meas, quibus iurauit in ira mea, si introibunt in requiem meam. Magnus terror. Loqui Deum magnum est, quanto magis iurare Deum? Iurantem hominem debes timere, ne propter iurationem faciat quod contra uoluntatem eius est. Quanto magis deum qui nihil temere iurare potest? Iurationem ad confirmationem uoluit esse. Et per quem iurat deus? Per seipsum. Non enim habet maiorem per quem iuret, per seipsum confirmat promissa sua, per se ipsum confirmat minas suas. Nemo dicat in corde suo. Verum est quod promittit, falsum

sum est quod minatur. Sicut uerum est quod promittit, sic certum est quod minatur. Iurauit ergo illis in ira sua, ne intrent in requiem ipsius. Et tamē oportet alijs intrare in requiem ipsius. Non enim nulli dabitur requies ipsius. Illis reprobatis nos intrabimus, quia & si aliqui ex ramis fracti sunt propter dissimilitudinem & infidelitatem, nos propter fidem & humilitatem inseremus. Nos ergo intremus in requiem eius. Vnde autem intrarunt illi qui intrarunt, illi qui electi sunt? Qui non corde obdurato resisterunt, quia uerum est quod non repulit dominus plebem suam.

CAPVT IIII.

Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundum in requiem eius existimetur aliquis ex nobis deesse. Et enim nobis nunciatum est quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex his que audierunt. Ingrederemur enim in requiem qui credidimus, quemadmodum dixit. Sicut iurauit in ira mea, si introibunt in requiem meam. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septima sic. Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum. Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam: & ij quibus prioribus annunciatum est, non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat diem quendam hodie in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut supra dictum est. Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac die.]

Generatio, inquit, quæ non direxit cor suum. Non dictum est opera sed cor. Directio enim corderecta sunt opera. Cum autem cor directum non est, opera recta non sunt, etiam si recta uideantur. Et unde cor non direxit praua generatio, satis apparuit cum ait. Et non est creditus cum deo spiritus eius. Rectus est enim Deus, & ideo recto adhaerens tanquam incommutabili regula. Potest fieri rectum quod in se fuit paruum cor hominis. Ut autem cor cum illo sit, & per hoc rectum esse possit, acceditur ad eum non pede, sed fide. Ideo dicitur etiam in epistola ad Hebræos de illa ipsa generatione praua & amaricante. Non profuit sermo auditus illis, non contentum peratus fidei eorum qui obdierunt. Voluntas igitur quæ est in corde, paratur à domino fide præcedente: quæ acceditur ad Deum rectum, ut cor fiat rectum. Quæ fides præueniente, & uocante misericordia dei per obedientiam suscitatur, & applicare incipit ad deum cor ut dirigatur: ut quanto magis magisque dirigitur, tanto magis uideat quod non uidebat, & ualeat quod non ualebat.

Itaque relinquitur sabbatissimus populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus. Restimemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omnigladio ancipiti, & perimgens usque ad diuisionem anime ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non est

Ex tractatu. Psalm. 77.

Matth. 3.

CAPVT V.

ulla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem munda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit caelos Iesum filium Dei, teneamus spei nostre confessionem.]

Ex lib. de ciu. di. 22. Psal. 88 Psalm. 45.

Misericordias domini in æternum cantabunt. Quo cantico in gloria gratia Christi: cuius sanguine liberati sumus nihil erit profecto iocundius illi ciuitati: ibi perficitur. Vacate, & uidete, quoniam ego sum Deus. Quod erit uere maximum sabbatum, non habens uesperam, quod commēdauit dominus in primis operibus mundi. Vbi legitur. Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecit. Et benedixit Deus diem septimum: & sanctificauit eum. Dies enim septimus etiam nos ipsi erimus, quando eius fuerimus benedictione, & sanctificatione pleni, atque refecti. Ibi uacantes uidebimus, quoniam ipse est Deus: quod nobis nos ipsi esse uolumus, quando ab illo cecidimus: audientes à seductore, Erritis sicut dii, & recedentes à uero Deo, quo faciente dii essemus eius participatione, non de fertione. Quid enim sine illo fecimus, nisi quod in ira eius descimus? A quo refecti, & gratia maiore perfecti, uacabimus in æternum uidentes, quia ipse est Deus: quo pleni erimus, quando ipse erit omnia in omnibus. Nam & ipsa bona opera nostra, quando ipsius potius intelliguntur esse non nostra, tunc nobis ad hoc sabbatum adipiscendum imputantur.

Gene. 2.

Gene. 3.

Leuit. 23. Exech. 20.

Quia si nobis ea tribuerimus seruiliter: cum de sabbato dicatur. Omne opus seruile non facietis in eo. Propter quod & per Ezechielem prophetam dicitur. Et sabbata mea dedi eis in signum, inter me, & inter eos: ut scirent quia ego Dominus qui sanctifico eos: Hoc perfecte tunc sciemus, quando perfecte uacabimus, & uidebimus, quia ipse est Deus. Hæc septima erit sabbatum nostrum: cuius finis non erit uespera, sed dominicus dies uel octauus æternus, qui Christi resurrectione factus est: æternus non solum spiritus, sed etiam corporis requiem præfigurans. Ibi uacabimus, & uidebimus, & amabimus, amabimus, & uidebimus. Ecce quod erit in fine sine fine. Nam quis alius est noster finis, nisi peruenire ad regnum eius cuius non est finis?

Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Ad eum ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.]

Ex lib. de nat. & gra.

Cum aliquoties in scripturis inueniatur homines dictos esse sine querela, nemo inuenitur qui sit dictus sine peccato, nisi unus solus, de quo aperte dictum est. Eum qui non uerat peccatum, & eo loco ubi de sacerdotibus sanctis agebatur. Etenim expertus omnia secundum similitudinem sine peccato, in illa scilicet carne quæ habebat similitudinem carnis peccati, quamuis non esset cor peccati: quam tamen similitudinem non haberet, nisi cætera omnis hominis caro peccati esset.

Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui uocatur à Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis sue preces, supplicationesque ad eum, qui posuit illum saluum facere à morte, cum clamore ualido, et lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Et quidem cum esset filius Dei didicit ex his que passus est obedientiam: & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grandis sermo, & interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.

Erant sacrificia antea Iudæorum secundum ordinem Aaron in uictimis pecorum, & hoc in mysterio: nondum erit sacrificium corporis & sanguinis domini, quod fideles norunt, & qui euangelium legerunt: quod sacrificium nunc diffusum est toto orbe. Proponite ergo uobis ante oculos duo sacrificia, & illud secundum ordinem Aaron, & hoc secundum ordinem Melchisedech. Scriptum est enim. Iurauit dominus, & non poenitebit eum. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. De quo dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: De domino nostro Iesu Christo. Quis enim erat Melchisedech? Rex Salem. Salem fuit ciuitas antea illa, quæ postea sicut docti prodiderunt, Hierusalem dicta est. Ergo antequam ibi regnarent Iudæi, ibi erat ille sacerdos Melchisedech, qui scribitur in Genesi sacerdos Dei excelsi. Ipse occurrit Abraham, quando liberauit Loth de manu persequentium, & prostrauit eos à quibus ille tenebatur, & liberauit fratrem. Et post liberationem fratris occurrit ei Melchisedech. Tantus erat Melchisedech, à quo benediceretur Abraham. Protulit panem, & uinum, & benedixit Abraham, & dedit ei decimas Abraham. Vide te quid protulit, & quem benedixit. Et dicitur est postea. Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Dauid hoc in spiritu dixit longe post Abraham. Temporibus autem Abraham fuit Melchisedech. De quo alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: nisi de illo cuius nostris sacrificium?

Ex tractatu Psalm. 33.

Psalm. 109.

Gene. 40.

Psalm. 109.

Ex tractatu Psalm. 109.

Sublatum est enim sacrificium Aaron, & coepit esse sacrificium secundum ordinem Melchisedech. Si natum ex utero de uirgine intelligimus ante luciferum noctu, sicut euangelista contestantur: proculdubio inde ex utero ante luciferum, ut esset sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nam secundum id quod natus de patre Deus apud Deum.

Deum cōternus gignenti, non sacerdos: sed sacerdos propter carnem assumptam, propter uicimā quam pro nobis offerret à nobis acceptam. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus: rursus indigetis ut uos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei: et facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps: expertus est sermonis iustitiæ. Paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.]

Ex tractatu. euā. sec. iohā. 95.

Cum iam deberetis tempore ipso esse doctores, iterum doctrina indigetis quæ sint elementa sermonum Dei: & facti estis opus habentes lacte, non solido cibo. Omnis enim qui lactet, inexpertus est uerborum iustitiæ, infans enim est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui per habitum exercitatos habent sensus ad separandum bonum à malo. Hic enim uidemus tanquam definitum esse quem perfectorum dicat solidum cibum: & hoc esse illud, quod ad Corinthios scriptum est. Sa-

1. Cor. 2.

piantiam loquimur inter perfectos. Quos autem perfectos uoluerit hoc loco intelligi, subiicit, atque ait. Qui per habitum exercitatos habent sensus ad separandum bonum à malo. Hoc ergo qui inualida, & in exercitata mente non possunt: profecto nisi fidei quodam lacte teneantur, ut & inuisibilia quæ non uident, & intelligibilia quæ nondum intelligunt credant, facile ad uanas & sacrilegas fabulas commissione scientiæ seducuntur: ut & bonum & malum, non nisi corporalibus imaginibus cogitent, & ipsum Deum non nisi esse aliquod corpus existiment, & malum nisi substantiam putare non possint: cum sit potius ab immutabilibus substantiarum quidam defectus: quas fecit ex nihilo ipsa immutabilis, & summa substantia quod est deus. Quod profecto quisquis non solum credit, uerum etiam exercitatis interioribus animi sensibus intelligit, percipit, nouit: non est iam metuendum ne seducatur ab eis qui malum putando esse substantiā, quā non fecit Deus, mutabilem substantiam faciunt ipsum Deum: sicut Manichæi, uel si quæ alia pestes ita desipiunt. Sed mente adhuc paruulis, quos dicit Apostolus carnales lacte nutriendos, omnis de hac re sermo, quo agitur, ut non solum credatur, uerum etiam intelligatur, sciat: quod dicitur, percipere et alia non ualentibus onerosus est, faciliusque illos premit quam pascit. Ex quo fit, ut spirituales ista carnalibus non omnimodo taceant propter catholicam fidem quæ omnibus prædicanda est: nec tamē sic differant, ut uolentes ea perducere ad intelligentiam non capacem, facilius fastidiri faciant in ueritate sermonem, quam in sermone percipi ueritatem. Propterea dicit scribens ad Colossenses. Et si corpore absens sum, spiritu uobiscum sum gaudens, & uidens uestram ordinationem, & id quod deest fidei uestræ in

Colos. 2.

1. Thef. 3.

Christo. Et ad Thessalonicenses. Nocte accidite, inquit, abundantius orantes, ut uideamus faciem uestram, & suppleamus quæ desunt si-

dei uestræ. Vtique sic intelligendi sunt primū catechizati, ut lacte alerentur, non solido cibo. Cuius lactis ubertas ad Hebræos commemoratur eis quos uolebat cibi sollicitate iam pascere. Propter quod ait. Ideoque remittentes in initij Christi uerbum, in consummationem respiciamus, non iterum iacentes fundamentū pœnitentiæ à mortuis operibus & fidei in deum, lauacri doctrinæ, impositionis manus, resurrectionis etiam mortuorum, & iudicij æterni. Hæc est lactis ubertas: sine quo non uiuunt, qui iam quidem ratione utuntur, ut possint credere: sed bonum à malo non credendo tantū, uerum etiam intelligendo, quod pertinet ad solidum cibum, separare non possunt.

Hebræ. 6.

Quod autem in lactis commemoratione posuit & doctrinam: ipsa est quæ per symbolū traditur, & orationem dominicam. Sed huic lacti absit ut sit contrarius cibus rerum spirituum firma intelligentia capiendus, qui Colofensibus, atque Thessalonicensibus desuit, & suppletus fuit. Quādo enim suppletur quod desuit, non improbat quod fuit. Nam & in ipsis quæ sumimus alimentis: usque adeo lacti non est contrarius solidus cibus, ut ipse lactescat & possit esse aptus infantibus, ad quos per matris, uel nutricis peruenit carnem.

Sicut fessit etiam ipsa sapientia: quæ cum sit in excelsis angelorum solidus cibus, dignata est quodammodo lactescere paruulis, cum uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Sed ipse homo Christus, qui uera carne, uera cruce, uera morte, uera resurrectione, syncerum lac dicitur paruulorum, cum bene à spiritalibus capitur, inuenitur dominus angelorum.

Proinde nec sic paruuli sunt lactandi, ut semper non intelligant Deum Christum: nec sic ablaçtandi, ut deserant hominem Christum. Quod alio modo id ipsum ita dici potest. Nec sic lactandi sunt, ut creatorem nunquam intelligant: nec sic ablaçtandi, ut mediatorem unquam deserant Christum. In hoc quippe non euenit huic rei similitudo materni lactis, et solidi cibi, sed potius fundamenti: quæ & puer quādo ablaçtatur, ut ab alimentis infantie iam recedat, inter solidos cibos non repetit ubera quæ sugebat. Christus autem crucifixus, et lac sugentibus, & cibus est proficentibus. Fundamentum uero ideo est aptior similitudo: quia ut proficiatur quod struitur, additur ædificium, non subtrahitur fundamentum.

Sunt quidam homines, qui cum audierint quia humiles esse debent, demittunt se, nihil uolunt discere: putantes quia si aliquid didicerint, superbi erunt, & remanent in solo lacte. Quos reprehendit scriptura dicens. Et facti estis opus habentes lacte, non solido cibo. Sic enim Deus uult nos lacte nutrirī, ut non ibi maneamus, sed crescendo per lac ad solidum cibum perueniamus. Non ergo sic tibi dicitur, humilis esto, ut non sapias. Humilis esto propter superbiam: altus esto propter sapientiam. Audi euidentem sententiam de hac re. Nolite

Ex tractatu Psal. 130.

pueri

puer effici sensibus, sed malitia infantes estote, ut mentibus perfecti sitis. Certe explicatum est fratres mei, ubi nos Deus uoluit esse humiles, ubi altos: humiles propter cauendam superbiam: altos propter capiendam sapientiam. Lactare ut nutriaris: sic nutrire ut crescas: sic cresce ut panem manduces. Cum enim cœperis panem manducare, ablaçtaberis, id est iam non tibi opus erit lacte, sed solido cibo.

CAPVT VI.

Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonē, ad perfectionem feramur: non rursus iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, et fidei ad Deum, baptisum doctrinæ, impositionis quoque manus, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Et hoc facimus: si quidē permiserit Deus. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœlestē, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei uerbum, uirtutesque seculi uenturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam: rursus crucifigentes sibi metipsos filium Dei, & ostentui habentes.]

Ex lib. de fide & operibus.

Ipsa ab Aegyptijs separatio, significat discessionem à peccatis, quam baptizandi profitentur. Ad hoc enim profitentur, quod à Petro dictum est. Agite pœnitentiam: & baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi. Tanquam diceret: Recedite ab Aegypto: per mare rubrū transtate. Unde & in epistola quæ ad Hebræos inscribitur: cū eorum qui baptizantur commemorarentur initia, posita est ibi pœnitentiā ab operibus mortuis. Sic enim dicit. Ideoque remittentes in initij Iesu Christi uerbum, in consummationē respiciamus, non iterum iacentes fundamentum pœnitentiæ à mortuis operibus & fidei in Deum, lauacri doctrinæ, impositionis manus, resurrectionis etiam mortuorum, & iudicij æterni. Hæc igitur omnia pertinere ad initia neophytorum, satis aperteque scriptura testatur. Quid est autem à mortuis operibus pœnitentiā, nisi ab his quæ oportet morti ficari ut uiuamur?

Terra enim sepe uenientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas, ac tribulos, reproba est & maledictio proxima: cuius consummatio in combustione. Confidimus autem de uobis dilectissimi meliora & uiciniora saluti: tametsi ita loquimur. Non enim iniustus Deus ut obliuiscatur operis uestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius: qui ministrastis sanctis, & ministrastis. Cupimus autem unumquodque uestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem: ut non segnes efficiamini: uerum imitatores eorum qui fide & patientia hereditabunt promissiones. Abraham namque promittens Deus, quoniam neeminem habuit, per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum dicens: nisi benedicens benedicam tibi, & multiplicas multiplicabo te, & sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersiarum finis ad confirmationem est iuramentum.]

Ex tractatu Psal. 88.

De cœlis nulla dubitatio est, quod intelligatur prædicatores uerbi ueritatis. Et ubi confitebuntur cœli mirabilia tua Domine: & ueritatem tuam; In Ecclesia sanctorum. Excipi-

piat Ecclesia rorem cœlorum. Sitiienti terræ pluant cœli: & germinet excipiens pluuiam germina bona, opera bona, nec pro bona pluuia det spinas: & pro horreo expectet ignem. Reliquum enim erit: ut si semen quod spargitur in cordibus nostris, non abstulerint aues: nec spinæ præfocauerint: nec æstus excusserit: accedente pluuiā hortationum quotidiana, & cogitationibus uestris bonis, quibus hoc agitur in corde, quod agitur in agro rastris, ut gleba frangatur, & semē operiatur, & germinare possit: afferatis fructum ad quē gaudeat, & lætetur agricola. Si autem pro semine bono, & pro pluuiā bona non fructum de spinis attulerimus, nec semen accusabitur, nec pluuiā erit in crimine, sed spinis, ignis de bitus præparatur.

In quo abundantius uolens Deus ostendere sollicitationis heredibus immobilitatem cōsiliij sui, interposuit iusturandum: ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem: quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incedentem usque ad interiora uelaminis ubi præcursor pro nobis introiit Iesus secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.

Ex tractatu Psal. 54.

Lacta in Deum curam tuam, & ipse te enutriet. Et uide quia portus excipit. Et non dabit in æternum fluctuationem iusto. Videris fluctuare in mari isto: sed excipit te portus. Tu tantum antequam intres in portū, ab anchora noli abrumpi. Fluctuat nauis in anchoris: sed non longe à terra proicitur: nec in gremium fluctuabit: etsi ad tempus fluctuat. Etenim ad fluctuationem pertinent uerba superiora. Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum. Expectabam eum qui me saluum faceret à pusillanimitate spiritus, & tempestate. Eluctuans loquitur: sed non in æternum fluctuabit: nam anchora ligatur. Anchora spes eius est, non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Ei incedentem usque in interiora uelaminis, ubi præcursor pro nobis introiit Iesus secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.]

Impietates nostras tu propitiaberis. Tu sacerdos, tu uictima: tu oblator, tu oblatio. Ipse sacerdos est qui nunc ingressus est in interiora ueli. Solus ibi ex his qui carnem gestaerunt, interpellat pro nobis. In cuius rei figura in illo primo populo, & in illo primo templo unus sacerdos intrabat in sancta sanctorū: populus omnis foris stabat. Et ille qui solus ingrediebatur interiora ueli, offerebat sacrificium pro populo foris stante.

Ex tractatu Psal. 64.

Si intelligatur bene, spiritus uiuificat: si non intelligatur, litera occidit. Modo cum apostolus legeretur audistis. Litera occidit: spiritus autem uiuificat. Quid enim ageretur in illo populo, Iudei nescierunt: sed nec modo sciunt, de illis quippe dictum est. Quamdiu legitur. Moyses, uelamen est supra cor eorum positū, ubi uelamen figura est. Sed tollitur figura, & apparebit ueritas in eis ipsis. Sed quando tol-

Ex tractatu euā. sec. iohā. 3.

letur uelamen? Audi Apostolum. Cum autē transferit ad dominum, auferetur uelamen.

CAPVT VII.

Hic enim Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiavit Abraham regresso à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham, primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem uitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Intuemini autem quātus sit hic: cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidē de filijs Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est à fratribus suis: quanquam & ipsi exierint de lumbis Abraham. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham: & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine ulla autem contradictione, quod minus est à meliore benedicitur. Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur quia uiuit. Et ut ita dictum sit, per Abraham et Leui, qui decimas accepit, decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat: quando obuiavit ei Melchisedech. Si ergo con-

Ex li. 10. de Genesi ad litera.

firmatio per sacerdotium Leuiticum erat: populus enim sub ipso legem accepit: quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundū ordinem Aaron dicit?
Locus diligenti cōsideratione dignissimus. Cum enim per Melchisedech, in quo huius rei futuræ figura præcesserat, discerneret sacerdotium Christi à sacerdotio Leui: Vide te ergo, inquit, qualis hic est, cui & decimam partem Abraham dedit de primitijs patriarcha. Et hi quidem qui de filijs sunt Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent à decimis populi secundum legem, hoc est à fratribus suis: quamuis & ipsi ex lumbis Abraham exierunt. Qui autem non est ex genere eorum, decimauit Abraham: & habentem promissionem benedixit. Sine ulla autem contradictione, qui minor est à maiore benedicitur. Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem qui testificatur se uiuere. Et si cut oportet dicere, propter Abraham, & Leui, accipiens decimam decimatus est. Adhuc enim in lumbis Abraham fuit. Si ergo etiam hoc ualet ad istam distantiam, quantum præmine at sacerdotio Leuitico sacerdotium Christi, quod sacerdos Christus per illum præfiguratus est qui decimauit Abraham, in quo & ipse Leui decimatus est, profecto Christus ab eo non est decimatus. At si propterea decimatus est Leui, quia in lumbis erat Abraham: propterea non est decimatus Christus, quia non erat in lumbis Abraham. Porro autem, si carnem accipimus Leui fuisse in Abraham, ubi erat & Christus, quia & Christus secundum carnem ex semine est Abraham, & ipse itaque decimatus est. Quid est ergo quod affertur pro magna differentia Christi à sacerdotio Leui, quod Leui decimatus est à Melchisedech, cum esset in lumbis Abraham, ubi & Christus erat, unde pariter decimati sunt: nisi quia necesse est intelligamus secundū aliquem modum ibi Christum non fuisse, tamen in lumbis Abraham con-

stitutum, Leui decimatum: & ibi constitutum secundum carnem Christum non decimatum? Secundum rationem quippe illam feminalem ibi fuit Leui. Qua ratione per cōcubitum uenturus erat in matrem. Secundum quam rationem non ibi erat Christi caro: Quamuis secundum ipsam ibi fuerat Mariæ caro. Sed Leui secundum concupiscentiam carnalem: Christus autem secundum solam substantiam corporalem. Cum enim sit in semine & uisibilis corpulentia, & inuisibilis ratio, utrumque cucurrit ex Abraham, uel etiam ex ipso Adā usque ad corpus Mariæ, quia & ipsum eo modo conceptum & exortum est. Christus autem uisibilem carnis substantiam de carne uirginis sumpsit. Ratio uero conceptionis eius, non à semine uirili, sed longe aliter, ac desuper uenit. Proinde secundum hoc quod de matre accepit, etiam in lumbis Abraham fuit. Ille est ergo decimatus in Abraham, qui sic fuit in lumbis eius, quemadmodum in sui patris etiam ipse Abraham: id est qui sic est natus de patre Abraham, quemadmodum de suo patre natus est Abraham, per legem scilicet in membrum repugnantem legi mentis, & inuisibilem concupiscentiam: quamuis eam casta, & bona iura nuptiarum non sinant ualere: nisi quantum ex ea possunt generi substituendo prospicere. Non autem & ille ibi decimatus est, cuius caro inde non feruorem uulneris, sed materiam medicaminis traxit. Nam cum ipsa decimatio ad præfigurandam medicinam pertinuerit, illud in Abraham carne decimabatur quod curabatur, non illud unde curabatur. Eadem namque caro non Abraham tantum, sed ipsius primi, terrenique hominis simul habebat, & uulnus præuaricationis, & medicamentum uulneris. Uulnus præuaricationis in lege membrorum repugnante legi mentis: quæ per omnem inde propagatam carnem seminali ratione quasi transcribitur. Medicamentum autem uulneris in eo, quod inde sine opere concupiscentialis in sola materia corporali per diuinam conceptionis formationisque rationem de uirgine assumptum est, propter mortis sine iniquitate consortium, & sine falsitate resurrectionis exemplum.

Traslatio enim sacerdotio: necesse est, ut & legis translatio fiat. In quo enim hæc dicuntur de alia tribu est: de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos: qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum uirtutem uitæ insolubilis. Cōtestatur enim: quoniam tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Oportebat enim, ut euacuaturus sacrificia quæ secundum ordinem Aaron in Leuitico sacerdotio fiebant, non esset de tribu Leui, ne ad ipsam tribum & ad ipsum sacerdotium, quod temporaliter umbra erat futuri, pertinere uideretur mundatio peccatorum: quam Dominus

Ex li. que. 83.

nus oblatione holocausti sui, quod ueteri sacrificio figurabatur, impleuit: & holocausti eius imaginem ad memoriam passionis suæ in ecclesia celebrandam dedit, ut esset sacerdos in æternum non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech.

Reprobatio quidem sit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Introductio uero melioris spei, per quam proximamus ad Deum: & quantum est, non sine iureiurando.

Ex epist. ad Hieronym.

Circumcisio præputij, & cætera huiusmodi priori populo per testamentum quod uentus dicitur, diuinitus data sunt ad significationem futurorū, quæ per Christū oportebat impleri. Quibus aduentibus remanserunt illa Christianis legenda tantum ad intelligentiam præmissæ prophetiæ, non autem necessaria faciendæ, quasi expectandum esset, ut ueniret reuelatio Dei, quæ his signabatur esse uentura. Sed quamuis Gentibus imponenda non essent, non tamen sic debuisse auferrī à consuetudine Iudeorum tanquam detestata atque damnata. Sensim proinde atque paulatim feruente sane prædicatione gratiæ Christi, qua sola nos sent credentes se iustificari, saluosque fieri, non illis umbris rerum antea futurarum, tunc iam uenientium, atque præsentium: ut in illorum Iudeorum uocatione quos præsentia carnis domini, & apostolica tempora sic inuenerant, omnis actio illa cōsummaretur umbrarum, hoc eis sufficere ad commendationem, ut non tantam detestandam, & similis idololatricæ uitare tur: ultra uero non haberet progressum, ne putaretur necessaria, tanquam uel ab illa salus esset, uel sine illa esse non posset. Quod pura uerunt hæretici: qui dum uolunt & Iudæi esse, & Christiani, nec Iudæi, nec Christiani esse potuerunt. Licet itaque uidere apostolum Paulū, & alios rectæ fidei Christianos tunc illa uetera sacramenta paululum obseruando uacillanter commendare debuisse, ne putarentur illa prophetiæ obseruationes à pijs patribus custoditæ, tanquam sacrilegia diabólica à posteris detestandæ. Iam enim cum uenisset fides, quæ prius illis obseruationibus prænunciata, post mortem & resurrectionem Domini reuelata est, amiserant tanquam uitam officij sui: ueruntamen sicut defuncta corpora necessario deducenda erant quodammodo ad sepulturam, nec simulate, sed religiose, non autem deserenda continuo, uel inimicorum obtreccionibus tanquam canum morsibus perijcienda. Proinde nunc quisquis Christianorum, quamuis sit ex Iudæis, similiter ea celebrare uoluerit, tanquam sopitos cineres eruens, non erit pius deductor, uel baiulus corporis, sed impius sepulturæ uiolator.

Alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum. Iurauit Dominus, & non poenitebit eum: tu es sacerdos in æternum. Intantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et alij quidem dum plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberent ut permanere: hic autem eo quod maneat in æternum, sem-

piternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad Deum: semper uiuens ad interpellandum pro nobis.]

Dominus omnipotens dicit. Non est mihi uoluntas in uobis, & sacrificium non accipiā de manibus uestris. Certe hic negare non potestis, o Iudæi, non solum eum sacrificium non accipere de manibus uestris. Locum enim unus est loco domini constitutus, ubi manibus uestris sacrificia iussit offerri: præter quem locum omnino prohibuit. Hunc ergo locum, quoniam am pro uestris meritis amisistis, etiam sacrificium quod ibi tantum licebat offerri, in locis offerre alijs non audetis. Ecce omnino impletum est quod ait propheta. Et sacrificium non accipiā de manibus uestris. Nam si in terræna Hierusalem maneret uobis templum, & altare, possent dicere in eis hoc esse completum: quorum iniquorum inter uos constitutorum sacrificia dominus non acceptat. Aliorum uero ex uobis, atque in uobis acceptare sacrificia, qui Dei præcepta custodiunt, hoc non est cur possit dici: ubi nullus omnino uestrum est, qui secundum legem quæ de monte Sina processit, manibus suis sacrificium possit offerre. Neque hoc ita prædictum & impletum esse: ut uos prophetica sententia respondere permittat: quia manibus non offerimus carnem, corde, & ore offerimus laudem: secundum illud in Psalmo. Immola Deo sacrificium laudis. Et tiam hinc contradicit uobis, qui dicit. Non est mihi uoluntas in uobis. Deinde ne existimatis non offerentibus uobis, nec illo accipiente de manibus uestris. Deo sacrificium non offerri: quo quidem ille non eget, qui bonorum nostrorum nullius indiget: tamen quia sine sacrificio non est: quod non illi, sed nobis utile est: adiungit, & dicit. Quia ab oriente sole usque in occidentem nomen meum clarum factum est in omnibus gentibus, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo sacrificium mundum, quoniam magnum nomen in gentibus, dicit Dominus omnipotens. Quid ad hæc respondetis? Aperite oculos tandem aliquando: & uidete ab oriente sole usque in occidentem, non in uno, sicut in uobis fuerat constitutum, sed in omni loco offerri sacrificium Christianorum, non cuiuslibet Deo, sed ei qui ista prædixit Deo Israel. Vnde & alibi dicit ecclesiæ suæ. Et qui eruit te, ipse deus Israel uniuersæ terræ uocabitur. Scrutamini scripturas, in quibus putatis uos habere uitam æternam. Et profecto haberetis, si Christum in eis intelligeretis, & teneretis. Sed perscrutimini eas: & ipse testimoniū perhibent de hoc sacrificio mundo quod offertur deo Israel, non ab una gente uestra, de cuius manibus non suscepturum prædixit, sed ab omnibus gentibus: quæ dicunt. Venite ascendamus ad montem Domini. Nec in uno loco sicut præceptum erat in terrena Hierusalem, sed in omni loco usque in ipsa Hierusalem: nec secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech.

Ex lib. aduers. Iudæos.

Malach. 1.

Ibidem.

Esai. 54. Ioan. 5.

Psal. 109. sedech. Christo enim dictum est, & de Christo tanto ante prædictum. Iuravit Dominus, & non poenitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quid est iuravit Dominus, nisi inconcussa ueritate firmavit: Et quid est non poenitebit eum, nisi hoc sacerdotium nulla omnino ratione mutabitur? Neque enim sicut hominem, poenitet Deum: sed Dei dicitur poenitentia quæuis ab illo instituta rei cuiusque mutatio, quæ creditur esse mansura.

Ibidem. Proinde cum dicit, Non poenitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: satis ostendit eum poenituisse, hoc est eum mutare uoluisse sacerdotium quod constituerat secundum ordinem Aaron, sicut de utroque uidemus impletum. Nam & Aaron sacerdotium iam nullum est in aliquo templo, & Christi sacerdotium æternum per se uerat in cælo.

Talis enim decebat ut nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsum cælestis factus. Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurandi qui post legem est, filium in æternum perfectum.]

Ex li. de baptisimo parvulo. Evidenter scriptura testatur eminenti iustitia fuisse Zachariam in principibus sacerdotum ad offerenda ueteris testamenti sacrificia pertinentium. Legimus autem in hac epistola quæ ad Hebræos scribitur, nunc solum Christum esse principem sacerdotum, qui non haberet necessitatem sicut illi qui sacerdotum principes dicebantur, sacrificium pro suis primum offerre peccatis quotidie, deinde pro populi. Talem enim, inquit, decebat habere nos principem sacerdotum, iustum, sine macula, incontaminatum, separatum à peccatoribus, altiorem cælestis factum, non habentem quotidianam necessitatem, sicut principes sacerdotum primum pro suis peccatis sacrificium offerre. In hoc sacerdotum numero Zacharias, in hoc Phinees, in hoc & ipse Aaron, à quo ipse ordo exorsus est: & quicumque alij in hoc sacerdotio laudabiliter iusteq; uixerunt. Qui tamen habebant necessitatem sacrificium primum pro suis offerre peccatis, solo Christo existente, cuius uenturi figuram gestabant, qui hanc necessitatem sacerdos incontaminabilis non haberet.

Ex li. de tri. 4. Intelligere debemus, ne ipsos quidem superbissimos spiritus honoribus sacrificiorum gaudere potuisse, nisi unum uero Deo pro quo colunt uolunt, uerum sacrificium deberetur: neque id rite posse offerri, nisi per sacerdotem sanctum & iustum: nec nisi ab eis accipiatur quod offertur pro quibus offertur: atque id sine uicio sit, ut pro uitiosis mundandis possit offerri. Hoc certe omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificium deo uolunt. Quis ergo tam iustus & sanctus sacerdos, quam unicus Dei filius? Qui non opus habet per sacrificium sua pur-

gare peccata, nec originalia, nec exhumana uita quæ adduntur. Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis auferretur, quam humana caro? Et quid tam aptum immolationi, quam caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis uitiosis mortalium, quam sine ulla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in utero, & ex utero uirginali? Et quid tam grate offerri & suscipi possit, quam caro sacrificij nostri corpus effecta sacerdotis nostri? Ut quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio: cui offeratur: à quo offeratur: quid offeratur: pro quibus offeratur: idem ipse unus, uerusq; mediator per sacrificium patris reconcilians nos Deo, unum cum illo maneret, cui offerebat: unum in se faceret, pro quibus offerebat: unus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.

CAPVT VIII.

Ex tractu Psal. 77. Ioan. 1. Capitulum autem super ea quæ dicuntur. Talem habemus pontificem: qui consedit in dextero sedis magnitudinis in cælestis, sanctorum minister, & tabernaculi ueri quod fixit Deus & non homo. Omnis enim pontifex ad offerendum munera, et hostias constituitur. Unde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram: nec esset sacerdos: cum essent qui offerrent secundum legem munera: qui exemplari et umbra deseruiunt cælestium: sicut responsum est Moysi, cum consummaret tabernaculum. Vide, inquit, omnia facio secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Nunc autem melius sortitus est ministerium: quanto & melioris testamenti mediator est: quod in melioribus repromissionibus sancitum est.]

Ex tractu Psal. 77. Ioan. 1. Auidiamus ex Euangelio quia lex per Moysen data est: gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Si enim discernimus duo testamenta, uetus, & nouum, non sunt eadem sacramenta, nec eadem promissa, eadem tamen pleraque præcepta. Nam Non occides, Non mœchaberis, Non furaberis, Honora patrem & matrem, Non falsum testimonium dixeris, Non concupisces rem proximi tui: & nobis præceptum est: & quisquis ea non obseruauerit deus: nec omnino dignus est qui accipere mereatur motem sanctum Dei, de quo dictum est. Quis habitabit in tabernaculo tuo? & Quis requiescet in monte sancto tuo? Innocens manibus & mundo corde. Discussa ergo præcepta, aut omnia eadem inueniuntur, aut uix aliqua in euangelio, quæ non dicta sunt à prophetis. Propterea præcepta eadem, sacramenta non eadem, promissa non eadem. Videamus quare præcepta eadem: quia secundum hæc Deo seruire debemus. Sacramenta non eadem, quia alia sacramenta dant salutem, alia promittentia salutem. Sacramenta ueteris testamenti promiserunt saluatorem, sacramenta noui testamenti dant salutem. Cum ergo te neas iam promissa, quid quæris promittentia? Habens iam saluatorem, hoc dico, tenes promissa: non quod iam acceperimus uitam æternam: sed quia iam uenerit Christus, qui per prophetas prænunciabatur, mutata sunt sacramenta, facta sunt faciliora, pauciora, salu-

1. Cor. 15. briora, faciliora. Promissa quare non eadem? Quia promissa est terra Chanaan, terra copiosa, fructuosa, affluens lacte, & melle, promissum regnum temporale, promissa felicitas seculi, promissa fecunditas filiorum, promissa subiectio inimicorum. Hæc omnia ad terrenam felicitatem pertinent. Sed quare ipsa primo promitti oportebat? Quia non primo quod spirituale est, sed quod animale est: Postea (inquit) spirituale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de cælo est. Ad imaginem terreni pertinet uetus testamentum: ad imaginem cælestis nouum testamentum. Sed ne quisquam putaret ab alio factum esse hominem terrenum, ab alio cælestem, ideo Deus ostendens se esse utriusque creator, etiam utriusque testamenti se esse uoluit autorem: ut terrena promitteret in ueteri testamento: & cælestia in nouo testamento. Sed quam diu primus homo terrenus est: Quam diu terrena sapis? Nunquid quoniam dantur puero quædam puerilia ludicra, quibus puerilis animus auocetur, propterea grandescenti numeri excutiantur e manibus, ut aliquid iam utilius tractet quod grandem decet? Verumtamen tu ipse dedisti filio tuo, & nuces paruulo, & codicem grandi. Num ergo quia illa quasi ludicra puerorum deus per nouum testamentum excussit de manibus filiorum, ut aliquid utilius grandescens daret: propterea priora illa non ipse dedisse putandus est? Ipse utriusque dedit. Sed lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Gratia, quia impletur per charitatem, quod per legem iubebatur: ueritas, quia redditur quod promittebatur. Denique omnia quæ Iudeis promissa fuerunt, ablata sunt. Vbi est regnum eorum? Vbi templum? Vbi unctio? Vbi sacerdos? Vbi iam apud illos propheta, ex quo uenit qui per prophetas prædicabatur? In illa gente iam nihil horum est, iam perdidit terrena, & nondum quærit cælestia. Inherere ergo terrenis, quauis ea deus donet, non debes. Veritatem non quæris inherere non debemus, alij ea dare nisi deum credere debemus. Ipse ea dat, sed non pro magno expectare ab eo bonum quod dat & non bono. Nam si pro magno ea daret, malis ea non daret. Ideo autem illa uoluit dare & malis, ut discant boni aliud ab illo quære, quod non dat & malis. Hæc dicimus fratres, ut homines de nouo testamento discatis non inherere terrenis. Si enim illi inexcusabiliter terrenis inhererent, quibus ipsum nouum testamentum nondum fuerat reuelatum, quanto inexcusabilius terrena sectantur, quibus iam promissa cælestia in nouo testamento reuelata sunt? Nam si illud prius culpa uacasset, non utique secundum locum inquireretur. Vituperans enim eos dicit. Ecce dies ueniunt, dicit Dominus: & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamen-

tum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum ut educerem illos de terra Aegypti: quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo: & ego neglexi eos: dicit Dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in mente eorum, & in corde eorum super scribam eas: & ero eis in Deum: & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens cognosce Dominum: quoniam omnes scient me à minore usque ad maiorem: quia propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum, ueteritatis prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. Si quæretur à nobis cur non eoritu colamus. Deum quo coluerunt Hebræi patres temporis ueteris testamenti: respondemus aliud Deum nobis præcepisse per patres noui testamenti: neque hoc contra uetus testamentum: cum & in illo sit id ante prædictum. Sic enim hoc ipsum prænunciatum est per prophetam. Ecce dies ueniunt, dicit Dominus: & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, ut eijcerem eos de terra Aegypti. Ecce quia & hoc prophetatum est: non perseveraturum illud testamentum, sed futurum nouum: Hic si obiectum fuerit, non nos pertinere ad domum Israel, & domum Iuda: ex doctrina apostolica nos defendimus: quia semen Abraham Christum esse docet apostolus: nobisq; ad corpus eius pertinentibus dicit. Ergo Abraham semen estis. Porro si quæsitum à nobis fuerit cur illius testamenti auctoritatem teneamus, cuius ritum non obseruamus: & ad hoc ex literis apostolicis respondemus. Ait enim Apostolus. Nemo ergo uos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quod est umbra futurorum. Ita quippe & cur ea legi atq; accipi oporteat ostendit: id est ne prophetias extinguamus: quia in umbra facta sunt futurorum: & curare nos non debere eos, qui nos hinc iudicare uoluerint, quod corporaliter iam non obseruamus. Sicut alibi tale quiddam dixit. Hæc in figura contingebant illis: scripta sunt autem propter correptionem nostram, in quibus finis seculorum obuenit. Cum ergo tale aliquid legitur in instrumento ueteris testamenti, quæle à uobis obseruari uel iustum non est in nouo testamento, uel etiam prohibitum: quid significet quæredum est, non reprehendendum: quia eo ipso quo iam obseruatur, non damnatum, sed impletum probatur. Nempe in ueteribus libris, aut nusquam, aut difficile præter hunc propheticum locum legitur facta commemoratio testamenti noui, ut omnino ipso nomine appellaretur. Nam multis locis hoc significatur, & prænunciatur esse futurum: sed non ita ut etiam nomen legatur expressum. Considera igitur diligenter quam differentiam inter duo testamenta, id est uetus & nouum, deus esse testatus sit: cum dixisset. Non secundum testamentum quod

extentum, erectum est autem cubitis quinq, quatuor: illis scpe connumeratis coloribus a cupicto uariatum opere. Hac porta ingrediens excipiebatur atrio: cuius latera dextera, laeuaque quindenis cubitis, & ternis columnis porrigebantur introrsus, ut in medio ponerent ostium tabernaculi interioris in ea parte qua perueniebant: sicut in medio ponebant portam atrij ab ea parte unde incipiebant. In hoc atrio erat altare sacrificiorum quadratum, quinq, scilicet cubitis latum, & totidem longum. Inter portam & altare spatium erat, ubi uersabantur qui sacrificia imponebant altari. Introrsus uero inter altare & ostium tabernaculi locus erat cineris ante altare: & deinde labrum æneum ubi manus & pedes sacerdotis lauant: uel altari in atrio seruituri, uel tabernaculum interius ingressuri. Tentoria porro huius atrij in lateribus ternarum columnarum byssina erant, extenta cubitis quindenis: erecta cubitis binis. Ab hoc ergo atrio intrabatur ostium tabernaculi cum transisset altare, & labrum æneum. Quo ingresso ostio, occurrebat uelum quod ad ostium fuerat compositum in quinq, columnis extentum, uariatum illis quatuor coloribus. Transito isto uelo excipiebat per tabernaculi media inter hoc uelut, & illud alterum interius quod colūnis quatuor fuerat impositum: & ex illis quatuor coloribus factum: & separabat inter sancta quæ forinsecus erant: & sancta sanctorum interius posita. In hoc itaq, medio spatio inter ista duo uelut mensa erat aurea, quæ habebat panes propositionis in parte aquilonis: & contra eam candelabrum autem septem lucernarum in parte austris: hucusq, secundis sacerdotibus licebat intrare. Interius autem, id est in sancta sanctorum, ultra uelum quatuor columnarum arca erat testimonij deaurata: in qua erant tabule lapidee legis, & uirga Aaron, & urna aurea cum manna: & propitiatorium desuper aureum, ubi stabant duo Cherubim alis obumbrantes propitiatorium, & intuentes se inuicem & ipsum. Ante arcam uero, id est inter arcam & uelut positum erat altare incensum, quod aliquando dicit scriptura aureum, aliquando deauratum, aureum utiq, appellans quod erat inauratum. Ad hæc sancta sanctorum, nisi summo sacerdoti non licebat intrare quotidie propter inferendum incensum, semel autem in anno cum sanguine ad purificandum altare, & si quando forte exigebat necessitas pro peccato sacerdotis, aut uniuersæ synagogæ, sicut in Leuitico scriptum est.

Post uelamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum: aureum habens thuribulum: & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna: & uirga Aaron, quæ fronderat: & tabule testamenti. Super quæ erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula.]

ET diuidet uobis uelamen inter medium sanctum, & inter medium sanctum sanctorum, id est ut inter sanctum & sanctum sanctorum sit uelamen, de quo nunc loquitur, in quatuor columnis extentum. De hac differentia inter sanctum, & sanctum sanctorum, ad Hebræos epistola loquitur, quia ibi arca testimonij ubi spiritum sanctorum, hoc est intus intra uelum, foris autem mensa, & candelabrum, & cætera quæ paulo ante dixit, quemadmodum fuerent, sancta dicta sunt, non sancta sanctorum, & significauit foris uetus uestimentum, intus autem nouum, cum sit utrunq, in lectione ueteris testamenti, & expressum operibus, & significatione figuratum. Ac per hoc in sanctis figura est figuræ, quia figura est ueteris testamenti. In sanctis autem sanctorum figura est ipsius ueritatis, quia figura est noui testamenti. Totum quippe uetus testamentum in his rebus & celebrationibus, quæ ita obseruanda præcipiuntur, figura est.

Propitiatorium autem quid dicat superimponendum super arcam quæri solet. Sed cum aureum iubeat fieri, eiusq, longitudinem, & latitudinem tantam exprimat, quanta & ipsius arcæ dicta est, proculdubio uelut tabulam auream tantæ formæ fieri præcipit qua tegeretur arca, ita ut in ipso propitiatorio essent duo Cherubim, hinc atq, inde alterutrum attendentes, ita ut uultus eorum in propitiatorium essent, & pennis suis obumbrarent propitiatorium. Quod magnum est sacramentum. Aurum quippe significat sapiëntiam, arca significat secretum Dei. In arca iussa sunt ponit lex, & manna, & uirga Aaron. In lege præcepta sunt, uirga potestatis significatur, manna gratia, quia in circum gratia non est potestas præcepta faciendi. Verumtamen quia lex à quouis proficiente non ex omni parte cõpletur, propitiatorium est desuper. Ad hoc enim opus est, ut propitiatus sit Deus. Et ideo desuper ponitur, quia super exaltat misericordia iudicio. Duo uero Cherubim pennis suis obumbrant propitiatorium, id est honorant uelando, quoniam mysteria ista sunt. Et inuicem se attendunt, quia consulant. Duo quippe ibi testamenta figurantur. Et uultus eorum sunt in propitiatorium: quia misericordiam Dei in qua spes est, uel conciliant, uel commendant. Deniq, hinc se promisit locuturum Deus ad Moysen de medio Cherubim desursum propitiatorii. Porro si creatura rationalis in multitudine scientiæ, quoniam hanc interpretationem habent Cherubim, duobus ipsis animalibus significatur, ideo duo sunt, ut societatem charitatis commendent. Ideo pennis suis propitiatorium obumbrant: quia deo non sibi tribuunt pennas suas, id est Deum honorant uirtutibus quibus præstant.

Et uultus eorum non sunt, nisi in propitiatorium: quia cuiuscunque prouectum ad multitudinem scientiæ spes non est nisi in Dei misericordia.

His uero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. In secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine quem offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante spiritu

spiritu sancto: nondum pro palatam esse sanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur: quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem solum modo in cibis, & in potibus, & in uarijs baptismatibus, & iusticijs carnis usque ad tempus correctionis impositis.]

Item ex eo lib. tract. 5 Exo. 25

Ex li. que. Exo. 128. Exod. 29.

Septem diebus uestiet ea sacerdos, qui successerit ei, Ea scilicet omnia quæ commemorauit cum uestem sacerdotalem describeret. Quod uero ait, Septem diebus uestiet ea sacerdos: nunquid alijs diebus non uestiet?

Sed illis septem continuis intelligi uoluit: quibus eius sacerdotium quodammodo dedicatur: atq, hebdomadis est in eius inchoatione festiuitas. Successorem autem Aaron eum dicit, qui intrat in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis: eum scilicet significans, qui non poterat esse nisi unus: non quales erant & filij Aarõ cum uno patre suo, sed qualis successor ipsius Aaron. Quomodo ergo proprium dicit huius unius esse intrare in tabernaculum testimonij, deseruire in sanctis: cum & illa quæ sunt extra uelum, quo uelantur sancta sanctorum, sancta appellantur: & tabernaculum testimonij etiã illud uocet, ubi sunt sancta, id est mensa & candelabrum? Vbi cum deseruiant, & sequentes sacerdotes ad mensam, & candelabrum, & ipsum altare, quomodo unum dicit successorem Aaron qui intret in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis? Si enim dixisset deseruire in sanctis sanctorum, nulla esset quæstio. Ad hæc enim ubi est arca testimonij, solus unus intrabat summus sacerdos. Quod etiam in epistola ad Hebræos diligentissime commendatur. Nisi forte eo ipso quod unum dicit intrare in tabernaculum testimonij, deseruire in sanctis: non uult utiq, intelligi, nisi in sanctis sanctorum: quia & ipsa utiq, sancta appellantur. Non enim omnia quæ facta sunt, etiam sancta sanctorum dici possunt. Illa uero quæ sunt sancta sanctorum, proculdubio utiq, sancta sunt. Vnus autem iste qui semel in animo intrabat in sancta sanctorum: quoniam dominum Christum significabat: a pertissime supradicta ad Hebræos epistola commendatur. Quod autem præfiguratum est in sancta sanctorum, ut super arcam quæ legem habebat esset propitiatorium: ubi dei misericordia significari intelligenda est, qua propitius sit eorum peccatis, qui legem non implent: hoc mihi uidetur etiam in ipsa ueste sacerdotis significari. Nam & ipsa quid aliud, quàm ecclesiæ sacramenta significat? Quod in logio, id est in rationali, in pectore sacerdotisposito iudicium constituit: in lamina uero sanctificationem, & ablationem peccatorum: tantam quam rationale sit in pectore simile arcæ, in qua lex erat: & lamina illa in frõte similis propitiatorio quod super arcam erat. Et ut utrobique seruarietur quod scriptum est, Super exaltat misericordiam iudicio.

Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est

non huius creationis, neq, per sanguinem hircorum, aut uitulorum, sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta, æternâ redemptione inuenta.]

Illius dei fecit nos: factus est inter nos: & rex noster regit nos: quia creator noster fecit nos. Ipse est tamen per quem facti sumus, qui est per quem regimur: & ideo Christiani, quia ille Christus, Christus à chrismate dictus est, id est ab unctiõne. Reges autem ungebantur, & sacerdotes. Ille uero unctus est, & rex & sacerdos. Rex pugnauit pro nobis. Sacerdos, obtulit se pro nobis. Quando pro nobis pugnauit quasi uictus est: immo uero tunc uicit. Crucifixus est enim: & de cruce sua in qua erat fixus diabolus occidit: & inde rex noster. Vnde autem sacerdos? Quid pro nobis obtulit? Date sacerdoti quod offerat. Quid inueniret homo quod daret? Mundam uictimam. Quam uictimam? Quid mundum potest offerre peccator? O inique, o impie, quicquid attuleris immundum est. Et aliquid mundum pro te offerendum est. Quare apud te quod offeras. Non delectatur arietibus, nec hircis, nec tauris. Omnia ipsius sunt, & si non offeras. Offer ergo illi mundam sacrificium. Sed peccator es: impius es: sed in quinquatâ conscientiam habes. Poteris forte mundum aliquid offerre purgatus: sed ut purgeris aliquid pro te offerendum est. Quid ergo pro te oblaturus es ut munderis: si mundatus poteris offerre quod mundum est? Offerat ergo se ipsum mundus sacerdos ut mundet. hoc est quod fecit Christus, nihil mundum inuenit in hominibus, quod offerret pro hominibus, se ipsum obtulit. Munda uictima, felix uictima, uera uictima, munda uictima, hostia immaculata. Non ergo hoc obtulit quod nos ei dedimus, immo hoc obtulit quod a nobis accepit, & mundum obtulit, carnem enim a nobis accepit, hanc obtulit. Sed unde illam accepit? de utero uirginis Mariæ, ut mundam offerret pro immundis, ipse rex, ipse sacerdos.

Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis uitule aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis.]

DE iuuenca rufa, cuius cinerem ad aquam asperisionis, eorumq, mundationem qui mortuum tetigerint, proficere lex mandauit, nec tacere permittitur. Euidētissimum enim signum in ea noui testamenti præfiguratur. Locutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens. Loquere filijs Israel, & accipiant à te iuuentam rufam sine uitio. Iuuenca rufa carnem Christi significat. Sexus fœmineus est, propter infirmitatem carnalem, rufa est propter ipsam cruentam passionem. Quod autem ait, Accipiant à te, in ipso Moyse figuram legis ostendit, quoniam secundum legem sibi uisi sunt occidere Christum: quia soluebat secundum ipsos sabbatum: & sicut putabatur, obseruationes legitimas prophanebat. Quod ergo iuue uisio dicitur, hæc iuuenca mirum non est. Hanc enim carnem etiã cæteræ hostiæ figurabant: ubi similiter sine uitio pecora immolari iubentur. Non erat quippe illa caro peccati. Verumtamen hic

Ex tractatu Psal. 149.

1. Reg. 16. Exod. 40.

Ex li. que. Numc. 111. 33.

Numc. 19.

Ex li. que. Exod. tra. 112. Exod. 28.

hic ubi evidentius legis distinctionem Deus uoluit commendare, parum fuit dicere sine uirio: nisi diceretur, quæ non habet in se uitium. Quod si repetendi causa dictum est: fortasse non frustra est, quod eandem rem ipsa repetitione commendauit. Quanquam illud non abhorret a uero, ut ideo additū intelligatur, quæ non habet in se uitium, cum iam dictum esset, iuuentam sine uitio: quia in se non habuit uitium caro Christi: in alijs autem habuit, quæ mēbra sunt eius. Quæ enim caro in hac uita sine peccato, nisi illa sola quæ non habet in se uitium? Et nō est superpositū super eam iugum. Non enim subiugata est iniquitati: cui subiugatos inueniens liberauit: & eorum uincula dirupit, ut ei dicitur. Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Super illius quippe carnem non est positum iugum: qui potestatem habuit ponendi animam suam: & iterum sumendi eam. Et dabis eam (inquit) ad Eleazar sacerdotem. Cur non ad Aaron nisi forte ita præfiguratum est, non ad tempus quod tūc erat, sed ad posteros huius sacerdotij, passionem domini peruenturam. Et eiciet extra castra. Sic & eiectus est dominus extra ciuitatem. Quod ait in locum mundum, ita significatum est: quia non habuit causam malam. Et occidit eam in conspectu eius. Sicut occisa est caro Christi in conspectu eorum qui iam futuri erant in nouo testamento, domini sacerdotes. Et accipiet Eleazar sanguinem eius: & asperget contra faciē tabernaculi testimonij de sanguine eius septies. Hæc testificatio eius est Christus secundum scripturas fuisse sanguinem in remissione peccatorum. Ideo contra faciē tabernaculi testimonij: quia non aliter de claratum est, quam fuerat diuino testimonio prænunciatum. Et ideo septies, quia ipse numerus ad munditiam pertinet spiritalem. Et cremabunt eam in conspectu eius. Puto quia concrematio ad signum pertinet resurrectionis. Natura est quippe ignis, ut in superna moueatur: & in eum conuertitur quod crematur. Nam & ipsum cremare de Græco in Latinum ductum uerbum est à suspensione. Quod uero additum est, in conspectu eius: id est in conspectu sacerdotis: hoc mihi insinuat uidentur: quia illis apparuit resurrectio Christi, qui futuri erant regale sacerdotium. Iam quod sequitur, Et pellis eius cum carne, & sanguis eius cum stercore eius comburetur: id ipsum expositum est quomodo concremabitur: & significatum quod non solum substantia mortalis corporis Christi: quæ commemoratione pellicis, & carnis, & sanguinis intimata est: uerū etiam contumelia, & abiectio plebis: quam nomine stercoreis significatam puto: conuertetur in gloriam: quam combustionis flamma significat. Et accipiet sacerdos lignum cedrinū, & hyssopum, & coccinum: & mittet in mediū combustionis iuuentæ. Lignum cedrinum spes est, quæ debet in supernis firmiter habitare. Hyssopus fides, quæ cum sit herba humilis,

radicibus hæret in petra. Coccinum charitas, quod feruorem spiritus igneo colore testatur. Hæc tria debemus mittere in resurrectionem Christi, tanquam in medium combustionis illius: ut cum illo sit abscondita uita nostra: sicut dicit Apostolus. Et uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Et congregabit homo mundus cinerem iuuentæ: & ponet extra castrā in locum mundum. Quid dicimus cinerē iuuentæ, reliquias uidelicet illius interfectionis, & combustionis, nisi famam quæ consecuta est passionem, resurrectionemque Christi? Quoniam sunt reliquiae homini pacifico. Nā & cinis erat, quia uelut mortuus ab infidelibus contemnebatur, & tamē mundabat, quia resurrexisset a fidelibus credebatur. Et quæ hæc fama apud eos maxime claruit, qui in cæteris gentibus erant, & non erant de consortio Iudeorum, ideo dictum esse existimo, Et congregabit homo mundus cinerem iuuentæ. Mundus itaque ab interfectione Christi, quæ Iudeos fecerat reos. Et reponet in locum mundum, id est honorabiliter tractabit. Tamen extra castra, quia extra celebrationem Iudaicæ consuetudinis honor euangelicus claruit. Et erit synagoga filiorum Israel in * conseruationem. Aqua asperisionis purificatio est. Ex isto cinere fiebat aqua asperisionis, unde mundantur à contactu mortuorum, quod utique significat ab iniquitate huius moribunde, uel morticine uite. Et erit, inquit, filijs Israel, et proselytis qui apponuntur, legitimum sempiternum. Quod quid aliud significat, nisi baptismum Christi, quæ significabat aqua asperisionis, & Iudeis, et Gentibus profuturum: id est & Israelitis: tanquam naturalibus ramis, & inferto pinguedini radicis oleastro. Qui tetigerit, inquit, mortuū omnis animæ hominis, immundus erit septem diebus, hic purificabitur die tertio, & die septimo, & mundus erit. Et hic nihil aliud intelligendum uideo, nisi contactum mortui, esse hominis iniquitatem. Septem uero dierum munditiam propter animam, & corpus dictā puto, animā in ternario, corpus in quaternario. Quod quare ita sit, longum est disputare. Secundum hoc dictū arbitror per prophetā. In tribus, & quatuor impietatibus non auersa hor. Adiungit autem, & dicit. Si autem nō purificatus fuerit die tertio, & die septimo, non erit mundus. Omnis qui tetigerit mortuum ab omni anima hominis, & mortuus fuerit, & non fuerit purificatus, id est ante mortuum fuerit tacto mortuo, quam fuerit purificatus, tabernaculum domini polluit, exteretur anima illius ex Israel. Notandum est quod difficile reperitur in his libris aliquid evidentius de uita animæ post mortem fuisse scriptum. Hic ergo cum dicit, si fuerit mortuus ante purificationem, manere in illo immunditiam, & exteri animam illam ex Israel, id est à consortio populi Dei, quid aliud uult intelligi, nisi manere animæ pœnam etiam post mortem, si cum uiuit mundata non fuerit sacramento isto

Psal. 115.

Numc. 19.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Numc. 19.

Ibidem.

Colof. 3. Numc. 19.

* in conserua- tionem

Numc. 19.

Ibidem.

isto quo Christi baptismus figuratur. Quoniam aqua asperisionis (inquit) non est circumspersa super eum, immundus est. Adhuc immunditia eius in ipso est. Adhuc scilicet etiam post mortem. Quod uero supra dixit, Tabernaculum domini polluit, quantum in ipso est utique dixit, sicut apostolus, Spiritum, inquit, nolite extinguere cum extingui ille non possit. Nam si ex hoc tabernaculum immundum factum uellet intelligi, mundari utique iuberet. Postea uero immundos à mortuis factos, hoc est à mortuis operibus, quæ sunt omnes iniquitates, ita mundari iubet. Et accipient (inquit) à cinere illius exustæ purificationis: & effundent super illū, id est super eundē cinerē, aqua uiuā in uase: & accipies hyssopū tingēs in aqua uir mundus, & circumasperget super domū & super uasā, & super animas quotquot fuerint illæ. Quod uero hyssopo dixit aquam asperisionis aspergi: quia herba supra diximus fidem significari: quid aliud occurrit, nisi quod scriptum est: Fide mundans corda eorum. Non enim prodest baptismus si desit fides. A uiro autem mundo dixit hoc fieri: ubi significantur ministri portantes personam domini sui: qui uere uir mundus est.

Quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo: emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo uiuenti.

Hoc sacrificium, ubi sacerdos est uictima, redemit nos iusto sanguine creatoris, non tamen creauit nos cum sanguine: sed redemit sanguine. Creauit autem nos in principio quod erat uerbum: & uerbum quod erat apud Deum: & Deus uerbum. Ab hoc creati sumus. Sermo contextus adiungit. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factū est nihil. Hoc est quod creati sumus. Quo uero redempti, audi. Quod factum est, inquit, in eo uita erat. Et uita erat lux hominū: & lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt. Adhuc Deus est: adhuc illud dicitur quod incommutabile semper manet: adhuc illud dicitur cui uidentur corda mundata sunt: unde autem mundentur, nondum dicit. Lux (inquit) lucet in tenebris: & tenebræ eam non comprehenderunt. Sed ut non sint tenebræ, possintque comprehendere: tenebræ enim peccatores, tenebræ infideles: ut ergo non sint tenebræ, possintque comprehendere: uerbum caro factum est: & habitauit in nobis. Videte uerbum: uerbum carnem: uerbum ante carnem. In principio erat uerbum: & apud Deum Deus erat: & omnia per ipsum facta sunt. Vbi hic sanguis: Ecce iam auctor tuus: sed nondum est precium tuum. Vnde ergo redemptus? Quia uerbum caro factum est: & habitauit in nobis.

Et ideo noui testamenti mediator est: ut morte intercedente in redemptionem carum, præuocationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui uocati sunt æternæ hereditatis.]

Primo enim quod ita cœpit de hac re loqui scriptura: quem non moueat, & intentum

mū faciat in altitudine sacramenti. Et locutus est, inquit, dominus ad Moysen, & Aaron dicens. Ista distinctio legis, quæcunq; constituit dominus. Proculdubio non est distinctio, nisi inter aliqua duo uel plura. Nam singularitas distinctionem non requirit. Nec distinctione cuiuslibet rei commemorauit: sed addidit legis: nec cuiusque legis. Assidue quippe in scriptura dicitur de unaquaque re de qua legitime præcipitur: hæc est lex illius, uel illius rei: non uniuersalis lex, quæ continet omnia quæ legitime præcipiuntur. Hic uero cum dixisset: hæc est distinctio legis, secutus adiunxit. Quæcunq; constituit dominus, præcipiendo utique non creando. Nam etiam nonnulli interpretes quæcunq; præcepit dominus, transulerunt. Si ergo hæc est distinctio legis. Quæcunq; præcepit dominus, proculdubio magna est ista distinctio, & recte intelligitur duo testamenta distinguere. Eadem quippe sunt in uetere, & nouo, ibi obumbrata, hic reuelata, ibi præfigurata, hic manifestata. Nam non solum sacramenta diuersa sunt, uerū etiam promissa. Ibi uidentur temporalia proponi, quibus spiritale præmium occulte significetur. Hic autem manifestissime spiritualia promittuntur & terrena. Temporalium autem bonorum atq; carnalium, & spiritualium, atq; æternorum, quæ clarior, certiorque distinctio est, quæ passio domini nostri Iesu Christi: in cuius morte satis constitit non istam terrenam, transitoriamque felicitatem à Domino Deo promagno munere sperandam, & optandam, quandoquidem in unigenito filio suo, quem tanta ille perpeti uoluit, longe aliud à se peti, expectarique oportere apertissima distinctione declarauit.

Vbi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nondum ualeat: dum uiuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Moysse uniuerso populo, accipiens sanguinem uitulorum, et hircorum, cum aqua, et lana coccinea, & hyssopo, ipsum quocumque librum, & omnem populum aspersit dicens. Hinc sanguis testamenti: quod mandauit ad uos Deus.]

Habeo (inquit) alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili. Oportet me ipsas adducere, ut sit unus grex, & unus pastor. Quod utriusque breuiter dictum est, in eo quod de propheta apostolus commemorat. Latamini Gentes, cū plebe eius. Iste ergo unus grex sub pastore uno hæreditas Dei est, non solum patris, sed etiam filij. Nam filij uox est. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. Et ipsius hereditatis uox est apud prophetā. Domine Deus noster posside nos. Hæc hereditatem, non moriens pater filio reliquit, sed ipse filius eam sua morte mirabiliter acquisiuit, quam resurrectione possedit.

Sicut apostolus ad Hebræos dicit, testamentum testatoris morte firmatur. Propterea mortuo pro nobis Christo, nouum testamentum firmatum esse asserit. Cuius similitudo uetus testar

1. Thefs. 5.

Num. 19.

Ex ser. de sac. uespertimo

Ioan. 1.

Ibidem

Ibidem

Ex lib. quæ Num. tra.

Ex tractatu Psal. 79.

Ioan. 10.

Roma. 15.

Psal. 35.

Ex li. que. 83.

testamentum erat: in quo mors testatoris per uictimam prefigurabatur. Si ergo queratur quomodo simus secundum uerba apostoli e-

Roman. 8.

iusdem, coheredes Christi, & filij atq; heredes Dei, cum etiam hereditas morte decessoris firma teneatur, nec ullo alio modo hereditas possit intelligi, respondetur ipso quidem mor-

Marci. 2.

tuo factos nos esse hæredes, quoniam filij etiam eius dicti sumus. Non enim ieiunant (inquit) filij sponsi quandiu cum illis est sponsus.

Luce. 5.

Hæredes ergo dicimur, quia reliquit nobis patris ecclesiasticæ possessionem per fidem dispensationis temporalis, quam in hac uita possidemus. Quod testatus est dicens. Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Co-

Ioan. 14.

hæredes autem eius efficiemur, cum in fine seculi absorbebitur mors in uictoria. Tunc enim similes ei erimus: quonia uidebimus eum sicuti est. Quam hereditatem, non eius patris morte adipiscimur, qui mori non potest, quando-

1. Ioan. 3.

quid ipse sit hæreditas nostra, secundum illud quod scriptum est, Dominus pars hereditatis meae: sed quoniam cum uocati sumus adhuc paruuli, & ad spiritualia contemplanda minus idonei, usq; ad humillimas nostras cogitationes se misericordia diuina porrexit, ut quomodocunq; certare niteremur, quod non euidenter, atq; perspicue cernebamur: id ipsum moritur quod ænigmate cernebamur, cum facie ad faciem cernere cepimus. Conuenienter ergo dicitur moriturus esse quod auferetur. Cum autem uenerit quod perfectum est, auferetur quod ex parte est. Ita nobis quodammodo moritur pater in ænigmate: & idem ipse fit hæreditas, cum facie ad faciem possidetur: non quia ipse moritur: sed quia imperfecta in eum nostra uisio perfecta uisione perimitur. Et tamen nisi illa prior nos nutriat, ad aliam plenissimam, & euidentissimam non efficiemur idonei. Quod si etiam de domino nostro Iesu Christo pius intellectus admittat: non enim nos coheredes esse eius possumus, nisi & ipse hæres sit in corpore suo: intelligatur hæres, id est in ecclesia. Cuius coheredes sumus, quamuis ex nobis constet: quemadmodum filij eius matris dicimur, quamuis ex nobis. Sed rursum queri potest: cuius morte constet, quod facti sumus etiam nos hereditas Dei: secundum illud, Dabo tibi gentes hereditatem terram: nisi forte huius mundi quo prius tanq; dominante tenebamur. Post autem cum dicimus, Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo: possidet nos Christus mortuo illo qui nos possidebat: cum ei renunciamus, morimurq; illi, & ipse nobis.

Psal. 15.

1. Cor. 13.

Psal. 2.

Galat. 6.

Etiam tabernaculum, & omnia uasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. Necessè est ergo exemplaria quidem celestium his mundari: ipsa autem ecclesia melioribus hostijs quam istis. Non enim in manu facta sancta Iesus introiuit exemplaria uerorū: sed in ipsum coelum ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Neq; ut sepe offerat semetipsum: quemadmodum pontifex intrat in sancta per sin-

gulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consumptione seculorum, ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori: post hoc autem iudicium: sic & Christus semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata: secundo sine peccato apparbit omnibus expectantibus se in salutem.]

DE sacrificijs animalium quis nostrum nesciat magis ea peruerso populo congruenter imposita, quam Deo desideranti oblata? Sed tamen etiam in his figura nostra fuerunt: quia nostra mundatio, & dei propitiatio, nobis sine sanguine nulla est. Sed illarum figurarum ueritas Christus est, cuius sanguine redempti, & mundati sumus. Nam in figuris diuinorum eloquiorum & taurus dicitur est, propter uirtutem crucis: cuius cornibus impii uentilauit: & aries propter innocentiae principatum, & hircus propter similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatū: & si quid aliud sacrificij genus expressius commemoraueris, in eo quoq; tibi Christum prophetatum esse monstrabo. Quocirca siue circumcisio, siue sabbatum, siue differentia ciborum, siue immolatio sacrificiorum, omnia hæc figurae nostrae fuerunt: & prophetiae quas Christus non soluere, sed adimplere uenit: cum ea quae his prænunciabantur impleuit.

CAPVT X.

Abraham enim habes lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eisdem ipsis hostijs quas offerunt indefinenter, nunquam potest accedere perfectos facere. Alioquin cessassent offerri: ideo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati cultores semel mundati.

Montem Sion istum quem habitasti in ipso, ubi erat populus ante, ubi institutum templum, ubi celebrata sacrificia, ubi omnia illo tempore necessaria Christum promittentia. Promissio, cum res redditur, iam fit superflua. Nam antequam reddatur quod promittitur: necessaria est ipsa promissio, ne promissum sibi obliuiscatur, cui promittitur: & non expectando moriatur. Oportet ergo ut expectet, ut cum uenerit, accipiat. Ideo non debet deferere promissionem. Propter hoc non deferantur figurae: ut ueniente die umbræ tollerentur. Cur autem non dicam præcepta illa ueterum sacramentorum, nec bona esse: quia non eis homines iustificantur: umbræ sunt enim prænunciatae gratiam qua iustificamur, nec tamē mala: quia diuinitus præcepta sunt, temporarij personisq; congruentia: cum me adiuuet etiam prophetica sententia, qua dicit deus se illi populo dedisse præcepta non bona. Fotte enim non propterea non dixit mala, sed tantum non bona, id est non talia, ut illis homines boni fiant: aut sine illis boni non fiant. Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata.]

Manifeste scriptura testatur, illum sanguinem uictimarum nihil profuisse ad exorandum Deum pro peccatis hominum: sed significasse

Ex li. cō. Fau.

Ex tractatu Psal. 73.

Ex epi. ad Hierony.

Ex li. que. Leuitici titu. 17.

gnificasse aliquid quod prodesset. Impossibile est enim inquit, sanguinem hircorum, & taurorum auferre peccata. Quoniam pro anima nostra exorat mediator ille, qui omnibus illis sacrificijs, quae pro peccatis offerebantur, præfigurabatur.

Ideo ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem nolui: corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce uenio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deum uoluntatem tuam.]

Ex tractatu Psal. 39.

Sacrificium & oblationem nolui, ait domino. Antiqui enim quando adhuc sacrificium uerū, quod fideles norunt, in signis prænunciabatur, celebrabant figuras futurae rei multi scientes, sed plures ignorantes. Nā prophetae, & sancti patriarchae nouerant quod celebrabāt. Cetera autem multitudo iniqua, sic carnalis erat: ut fieret de illa quod significaret posteriora uentura. Sublato illo sacrificio primo, sublatis holocaustis arietum, hircorū, uictulorum, ceterarumque uictimarum, noluit illa Deus. Quare illa noluit, quae primo uoluit: Quia illa omnia, quali erant uerba promittentis. Et uerba promissa, cum uenerit quod promittitur, non iam enunciantur. Tandiu quisq; promissor erit, donec det. Cū dederit, mutat uerba: non dicit adhuc, dabo, quod se daturum dicebat, sed dicit, dedi, mutauit uerba. Quare illi placuit primo hoc uerbum: & quare illud mutauit? Quia temporis sui uerbum fuit, & pro suo tempore placuit. Quādo promittebatur tunc dicebatur. Cum autem datum est quod promissum est, ablata sunt uerba promissa: data sunt completiua. Sacrificia ergo illa tanquam uerba promissa, ablata sunt. Quid est quod datum est completiua? Corpus quod nobis: quod ut inam non ad iudicium noueritis. Sacrificium, inquit, & oblationem nolui. Quid ergo? iam nos hoc tempore sine sacrificio dimissi sumus? Absit. Corpus autem perfectum mihi. Ideo illa nolui, ut hoc perficeres. Perfectio promissorum abstulit uerba promittentia. Hoc promittebatur quibusdam signis. Ablata sunt signa promittentia: quia exhibita est ueritas promissa. In hoc corpore sumus: huius corporis participes sumus. Quod accipimus nouimus. Et qui non nostis, noueritis: cum didiceritis, non ad iudicium accipiat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Perfectum est enim nobis corpus: perfectum in corpore. Holocausta etiam pro delicto non postulasti, quae petebat antea. Tunc dixi, ecce uenio. Tempus est ut teneant quae promittebantur. Attendite illa ablata, hæc impleta. Det mihi modo gens Iudaica sacerdotem: ubi sunt sacrificia illorum? Certe perierunt, certe ablata sunt. Nunquid tunc reprobamus ea? Reprobamus modo: quia si modo uelis facere, intemporale est, importunum est: non congruit adhuc promitti quod iam accepisti. Agnum occidunt, azyma comedunt. Pascha nostrum immolatus est

Psal. 39.

Ibidem.

Ibidem.

1. Cor. 5.

Christus. Quid de azymis? Itaq; (inquit) dicitur em festum celebremus, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiae, & malignitatis. Fermentum uetus, uetus farina est: acuit. Sed in azymis sinceritatis, & ueritatis. In umbra remanserunt: solem gloriae ferre non possunt. Iam nos in luce sumus, tenemus corpus Christi, tenemus sanguinem Christi. Si habemus nouam uitam, cantemus canticum nouū, hymnum Deo nostro. In capite libri scriptum est de me, ut faciam uoluntatem tuam Deus. Sed in cuius capite libri scriptum est de illo: Fortasse in capite libri huius Psalmorum. Quid enim longe petamus, aut alios libros inquiramus? Ecce in capite libri huius Psalmorum scriptum est. Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit: sed in lege Domini uoluntas eius fuit, hoc est, Deus meus uoluit.]

Sunt etiam qui uniuersas omnino scripturas canonicas unum librum uocent, quod ualde mirabili, & diuina unitate concordant: & hinc esse dictum, In capite libri scriptum est de me, ut faciam uoluntatem tuam: ut sic intelligatur per filium pater fecisse mundum: cuius conditionis principium scripturarum est in libro Geneseos: uel magis quia prophetia uidetur esse non facta narrans: sed futura prædicans. Non enim ait quod fecerim: sed ut faciam, siue ut facerem uoluntatem tuam. Ad illud hæc sententia referenda est, quod in primis partibus eiusdem libri scriptum est. Erūt duo in carne una. Quod sacramentum magnum dicit apostolus in Christo & in ecclesia. Sapientia edificauit sibi domum, & suffulit columnas septem, immolauit uictimas, misit in cratera uinum suum, & parauit mensam suam. Venite, manducate de meis panibus, & bibite uinum quod miscui uobis. Hæc certe agnoscimus Dei sapientiam, hoc est uerbum patri coeternum in utero uirginali domum sibi edificasse corpus humanum: & huic tanquam capiti membra ecclesiam subiunxisse, martyrum uictimas immolasse, mensam in uino, & panibus præparasse. Vbi apparet sacerdotium etiam secundum ordinem Melchisedech. Participationem mensæ huius facerdos ipse mediator testamenti noui exhibet secundum ordinem Melchisedech, de corpore & sanguine suo. Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificijs ueteris testamenti, quae immolabatur in umbra futuri. Propter quod etiam uocem illam in Psalmo tricésimo non eiusdem mediatoris prophetiam loquentis agnoscimus. Sacrificium & oblationem nolui, corpus autem perfectum mihi. Quia pro illis omnibus sacrificijs, & oblationibus, corpus eius offertur, & participantibus ministratur.

Superius dicens: quia hostias & oblationes, & holocaustomata & pro peccato nolui, hæc placita sunt tibi quae secundum legem offeruntur: tunc dixi, Ecce uenio, ut faciam deus uoluntatem tuam: auferet primum, ut sequens statuat. In qua uoluntate

Ex lib. de ciui. dei. 16. Prouerb. 9.

Psal. 39.

luntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et omnis quidem sacerdos praesto est quotidie ministrans, & easdem sepe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata. Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera Dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatio ne consummavit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos & spiritus sanctus. Postquam enim dixit. Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum super scribam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum, in sanguine Christi, quam initiavit nobis uiam nouam, & uiuentem per uelamen, id est carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei.]

Verus ille mediator, in quantum formam serui accipiens, mediator effectus est dei, & hominum homo Christus Iesus, cum in forma dei sacrificium cum patre sumat, cum quo unus Deus est: tamen in forma serui sacrificium maluit esse, quam sumere: me uel hac occasione quisquam existimaret, cui libet sacrificandum esse creaturæ. Per hoc & sacerdos est. Ipse offerens: ipse & oblatio. Cuius rei sacramentum quotidianum esse uoluit Ecclesiæ sacrificium. Quæ cum ipsius capitis corpus sit, se ipsam per ipsum discit offerre. Huius ueri sacrificij multiplicia, uariaque signa erant sacrificia prisca sanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tanquam uerbis multis res una diceretur: ut sine fastidio multum commendaretur. Huius summo, ueroque sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt: ut in ipso sacerdote, ac sacrificio fieret remissio peccatorum, id est per mediatorem Dei, & hominum, hominem Christum Iesum, per quem facta peccatorum purgatione, reconciliamur Deo. Non enim nisi peccatis homines separantur à Deo: quorum in hac uita non fit nostra uirtute: sed diuina miseratione purgatio per indulgentiam illius, non per nostram potentiam: quia & ipsa quantulacunque uirtus, quæ dicitur nostra, illius est nobis bonitate concessa. Multum autem nobis in hac carne tribueremus, nisi usque ad eius depositionem sub uenia usueremus. Propterea ergo nobis per mediatorem prestita est gratia: ut polluti carne peccati carnis peccati similitudine mundaremur.

Hac Dei gratia, qua in nos ostendit magnam misericordiam suam, & in hac uita per fidem regimur, & post hanc uitam per ipsam speciem incommutabilis ueritatis ad perfectionem plenissimam perducemur.

Accedamus cum uero corde in plenitudine fidei aspersi corda à conscientia mala: & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Fidelis enim est qui repromissit. Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tanto magis quanto uideritis appropinquantem diem.

Fidelis Dominus in uerbis suis. Quid enim promissit, & non dedit? Fidelis Dominus in

uerbis suis. Adhuc quædam promissit, & non dedit: sed credatur illi ex his quæ dedit. Fidelis Dominus in uerbis suis. Possemus illi credere tantummodo dicenti. Noluit sibi credi dicenti: sed uoluit teneri scripturam suam, quomodo si diceret alicui homini, cum aliquid promitteres. Non mihi credis? Ecce scribo tibi. Et enim quia generatio uadit, & generatio uenit, & si transcurrunt ista secula credentibus, succedentibusque mortalibus, scriptura Dei manere debuit, & quoddam chirographum Dei, quod omnes transeuntes legerent: ut uiam promissionis eius tenerent. Et quæta sunt quæ reddidit ex isto chirographo? Dubitant homines credere illi de resurrectione mortuorum, & de futuro seculo, quod solum iam reddendum restitit, quando si faciat rationem cum infidelibus erubescunt infideles: Si dicat tibi Deus: Chirographum meum tenes, iudicium promissi, direptionem bonorum & malorum, regnum sempiternum fidelibus: & non uis credere: ibi in chirographo meo lege omnia quæ promissi: deduc mecum rationem. Certe uel computando quæ reddidit, potes me credere redditurum esse quod de beo. In ipso chirographo habes promissum unicum filium, cui non peperci, sed pro uobis omnibus tradidi eum: eum computa in redditis. Lege chirographum: promissi tibi pignus spiritus sancti, daturum me per filium meum, computa redditum. Promissi tibi sanguinem, & coronas martyrum gloriosissimorum, computa redditum. Admoneat te massa debiti mei. Sed per hæc gloria martyrum, ut redderetur tibi promissa est in chirographo, ubi scriptum est. Propter te mortificamur tota die. Vt hoc redderetur, fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Principes conuenerunt in unum conspirantes aduersus Christianos. Quid ipsorum regum fidem? Nonne & promissi in chirographo & reddidit in effectu? Attende ubi promissi. Adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient illi. Ingrate legis debitum: cernis redditum: non credis promissum? Lege aliud in chirographo meo. Quoniam fremuerunt gentes: quoniam inimici mei dixerunt mala mihi, hoc est Christo: quando morietur, & peribit nomen eius? Quoniam hæc omnia fecerunt, atque dixerunt. Lege quod promissi, cui soluendo me obstrinxit. Præualebit Dominus aduersus eos, & exterminabit omnes deos Gentium terræ, & adorabunt unusquisque de loco suo.

Nempe iam præualuit, & exterminauit omnes deos Gentium terræ. Nonne & hoc facit, & hoc reddit? Ante oculos omnium ponit solutionem debitorum suorum. Quædam reddidit sub maioribus nebris, quæ nos non uiderimus: quædam reddidit in temporibus nostris, quæ illi non uiderunt. Per omnes generationes reddidit quæ scripta sunt, & quod restat non

non ei creditur. His omnibus redditis, quid restat? Ecce fecisti rationem: tanta reddidit: nunquid propter pauca residua infidelis est factor? Absit. Quare? Quia fidelis Dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Voluntarie enim peccantibus, nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquimus pro nobis hostia: terribilis autem quedam expectatio iudicij, & ignis emulatio, quæ consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi sine ul lamiseratione duobus, uel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcatis, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit, Mihi uindictam, & ego retribuam. Et iterum, Quia iudicabit dominus populum suum. Horrendam est incidere in manus Dei uiuentis. Rememoramini autem pristinas dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinistis passionum: & in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij saliter conuersantium effecti. Nam & uinctis compassi estis, & rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorem, & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam uestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes reportetis promissionem.]

Ecce enim Dominus, inquit, ut ignis ueniet, & tempestas currus eius reddere in indignatione uindictam, & uastationem in flamma ignis. In igne enim Domini iudicabitur omnis terra, & in gladio eius omnis caro. Siue igne, siue tempestate, siue gladio pœnam iudicij significat: quando quidem ipsum Dominum, quali ignem dicit esse uenturum, eis profecto quibus pœnalis erit, eius aduentus. Currus uero eius (nam pluraliter dicti sunt) angelica ministeria non inconuenienter accipimus. Quod autem ait, omnem terram, & omnem carnem in eius igne, & gladio iudicari, non etiam hic spirituales intelligamus, & sanctos: sed carnales, atque terrenos: de quibus dictum est, Qui terrena sapiunt: & sapere secundum carnem mors est, & quales omnino caro appellantur à domino: ubi dicit, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt.

Adhuc enim modicum aliquantulumque, qui uenturus est, ueniet, & non tardabit. Iustus autem meus ex fide uiuit. Quod si subtraxerit se, non placebit anima mea. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditione, sed fidei in acquisitione anime.

Ipsi recti exultate in Domino, quia uos decet laudatio. Nemo dicat: quis ergo iustus? Aut quando ego iustus? Nolite uos abscere, & desperare de uobis: homines estis: ad imaginem Dei facti estis. Qui uos homines fecit, pro uobis homo factus est: ut multi ad hereditatem sempiternam adopraremini, sanguis uincti pro uobis effusus est. Si uobis terrena fragilitate uisistis, ex precio uestro uos appendite: quid manducetis, quid bibatis, quo scribatis tamen digne cogitate.

Nunquid hoc uos monemus, ut superbi sitis, & uobis aliquam perfectionem audeatis arro-

gare? Sed non iterum ab omni iustitia uos putare debetis exules fieri. Nolo enim uos interrogare de iustitia uestra. Fortassis enim nemo uestrum mihi audebit respondere, iustus sum: sed interrogo uos de fide uestra. Sicut nemo uestrum audeat dicere, iustus sum: sic nemo non audeat dicere, fidelis sum. Nōdum quæro quid uiuas, sed quæro quid credas. Responsurus es tē credere in Christum. Num audis Apostolum: Iustus ex fide uiuit? Fides tua, iustitia tua. Quia utique si credis, caures. Si autem caures, conaris: Et conatum tuum nouit Deus, & uoluntatem tuam inspicit, & lucram cum carne considerat, & hortatur ut pugnes, & adiuuat ut uincas, & certantem spectat, & deficiente subleuat, & uincentem coronat.

CAPUT XI.

Et autem fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti sunt senes.]

Hæc est enim laus fidei, si quod creditur, non uidetur. Nam quid magnum est si creditur, quod uidetur? Secundum Domini sententiam, quando discipulum arguit dicens:

Quia uidisti me, credidisti: beati qui non uident & credunt. Et nescio, utrum credere dicendus est quisquam quod uidet. Nam ipsa fides in epistola quæ scribitur ad Hebræos, ita est definita. Est autem fides sperantium substantia coniunctio rerum quæ non uidentur. Quæ propter si fides rerum quæ creduntur, eademque fides earum rerum quæ non uidentur, nam & ille cui dictum est: Quia uidisti me, credidisti: non hoc credidit quod uidit: sed aliud uidit, aliud credidit. Vidit enim hominem, credidit Deum. Cernebat quippe atque tangebatur carnem uiuentem, quem uiderat morientem, & credebat Deum in ipsa carne latentem. Credebat ergo mente quod non uidebat, per hoc quod corporis sensibus apparebat: Sed & si dicuntur credi quæ uidentur, sicut dicit unusquisque oculis suis se credidisse: non tamen ipsa est quæ in nobis edificatur fides: sed ex rebus quæ uidentur, agitur in nobis: ut ea credantur quæ non uidentur.

Fide intelligimus aptata esse secula uerbo Dei: ut ex intuitibus uisibilia fierent. Fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo. & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est ne uideret mortem: & non inueniebatur: quia transtulit illum Dominus. Ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Fide Noe responso accepto de his quæ ad huc non uidebantur, metuens aptauit arcam in salutem domus sue, per quam damnauit mundum: & iustitie, quæ per fidem est, heres est institutus.]

Consideremus ea quæ fecit Deus omnia si mul, à quibus in sexto die consummatis, requieuit in septimo: postea opera eius in quibus usque nunc operatur ipse ante secula. A seculo autem ea dicimus, ex quo coepit seculum, sicut

Ex lib. de ciui. dei. 16. ca. 20. 1. Tim. 2.

Ex lib. de ciui. dei 20. Esa. 66. Sopho. 3.

Rom. 8.

Psal. 43. et 2.

Genes. 6.

Ex tractatu Psal. 32.

Ex tracta. euā. sec. Ioan. 78.

Ioan. 20.

Ex li. Gene. ad literam. 5.

Sapient. 9.

sicut ipsum mundum. In seculo autem, sicut ea quæ nascuntur in mundo. De hoc opere Dei, alio loco scriptum est. Qui fecisti mundum de materia informi. Qui mundus plerumque cæli & terræ nomine nuncupatur. Huius uniuersæ Dei creaturæ multa non nouimus, siue quæ in cælis sunt altius, quam nos sensus possit ea attingere, siue quæ in regionibus terrarum factis inhabitabilibus, siue quæ deorsum latet, uel in profundo abyssi, uel in occultis sinibus terræ. Hæc igitur antequam fierent, utique non erant. Quomodo ergo deo nota erant, quæ non erant? Et rursus quomodo ea faceret, quæ sibi nota non erant? Non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognouit. Proinde antequam fierent, & erant, & non erant. Erant in Dei scientia, non erant in sua natura. Ipsi autem Deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset, quam illo quo ea norat ut faceret, apud quem non est transmutatio, nec momenti obumbratio. Ex ipsi istaque operibus Dei eodem adiuuante indagare conemur, ubi hæc simul creauit, cum a cõsummatis operibus suis requieuit: quorum speciem per ordinem temporum usque nunc operatur. Consideremus ergo cuiuslibet arboris pulchritudinem in robore, ramis, frondibus, pomis. Hæc species non utique talis repente, ac tanta exorta est: sed quo etiam ordine nouimus. Surrexit enim à radice: quam terræ primum germen infixit: atque inde omnia illa formata, & distincta creuerunt. Porro illud germen ex semine. In semine ergo omnia illa primitus fuerunt non mole corporeæ magnitudinis: sed in potentia & causali. Nam illa magnitudo, copia terræ humorisque congesta est. Sed illa in exiguo grano mirabilior, præstantiorque uis est: qua ualuit adiacens humor commixtus terræ tanquam materies uerti in ligni illius qualitatem, in ramorum diffusionem, in foliorum uiriditatem, ac figuram, in fructuum formas, & opulentiam, omniumque ordinatissimam distinctionem. Quid enim ex arbore illa surgit, ac pendet, quod non ex quodam occulto thesauro seminis illius extractatum, atque de promptu est? At illud semen ex arbore, licet non illa, sed altera: atque illa rursus ex altero semine. Aliquando autem & arbor ex arbore: cum surculus demitur, atque plantatur. Ergo & semen ex arbore, & arbor ex semine, & arbor ex arbore. Semen autem ex semine nullo modo nisi arbor interueniat prius: arbor uero ex arbore etiam si semen non non interueniat. Alternis igitur successibus alterum ex altero, sed utrumque ex terra, nec ex ipsis terra. Prior igitur eorum parens terra. Sicut autem in ipso grano inuisibiliter erant omnia simul, quæ per tempora in arbore surgent: ita ipse mundus cogitandus est cum Deus simul omnia creauit, habuisse simul omnia quæ in illo cum illo facta sunt, non solum cælum cum sole & luna, & sideribus, quorum species manet motu notabili, & terra, & abyssi, quæ uelut inconstan-

Iacob. 1.

tes motus patiuntur, atque infernis adiecta partem alteram mundo conferunt: sed etiam illa quæ aqua & terra produxit potèntialiter atque causaliter, priusquam per temporum moras ita exoriretur, quomodo nobis iam nota sunt in eis operibus, quæ Deus usque nunc operatur. In principio fecit Deus cælum & terram. Terra autem erat inuisibilis & incomposita. Id est in principio fecit deus cælum & terram. Terra autem ipsa quam fecit deus inuisibilis erat & incomposita antequam deus rerum omnium formas locis & sedibus suis ordinata distinctione disponeret, antequam diceret fiat lux, & fiat firmamentum, & congregentur aquæ & appareat arida, & cætera, quæ in eodem libro per ordinem disponuntur. Sequitur in illo libro. Et tenebræ erant super abyssum. Ergo tenebræ erant super abyssum, antequam lux ista fieret. De hac consequenter dicitur. Et dixit deus: fiat lux. Quia ubi lux non est, tenebræ sunt: non quia aliquid sunt tenebræ, sed ipsa lucis absentia tenebræ dicuntur. Sicut silentium non aliqua res est: sed ubi sonus non est, silentium dicitur. Et nuditas non aliqua res est, sed in corpore ubi tegumentum non est, nuditas dicitur. Et inanitas non est aliquid, sed locus ubi corpus non est, inanis dicitur. Quod autem scriptum est, Et spiritus dei ferebatur super aquas, non aqua sic appellata est hoc loco, ut hæc à nobis intelligatur, quam uidere iam & tangere possumus: quomodo nec terra quæ inuisibilis, & incomposita erat talis erat qualis ista quæ iam uideri, & tractari potest. Sed illud quod dictum est, In principio fecit Deus cælum & terram, cæli & terræ nomine uniuersa creatura significata est, quam fecit & condidit deus. Ideo autem nominibus uisibilium rerum hæc appellata sunt, propter paruulorum infirmitatem, qui minus idonei sunt inuisibilia cõprehendere. Primo ergo materia facta est confusa, & informis, unde omnia fierent quæ distincta atque formata sunt. Quod credo à Græcis Chaos appellari. Sic enim & alio loco legitur dictum in laudibus Dei. Qui fecisti mundum de materia informi. Quod aliqui codices habent de materia inuisa. Et ideo deus rectissime creditur omnia de nihilo fecisse, quia etiam si omnia formata de ista materia facta sunt, hæc tamē materia de nihilo omnino facta est. Informis ergo illa materia quam de nihilo deus fecit, appellata est primo cælum & terra: & dictum est, In principio fecit Deus cælum & terram, non quia iam hoc erat, sed quia hoc esse poterat. Hanc autem adhuc informem materiam etiam terram inuisibilem atque incompositam uoluit appellare, quia inter omnia elementa mundi terra uidetur minus speciosa & cetera. Inuisibilem autem dixit propter obscuritatem. Eandem autem ipsam materiam etiam aquam appellauit: super quam ferebatur spiritus dei, sicut super fertur rebus fabricandis uoluntas artificis. Propterea uero non absurde etiam aqua dicta est ista materia, quia omnia

Ex li. cõf. Mat. nich. 1. Gen. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Sapient. 11.

Genes. 1.

Ex lib. de ciui. dei 26.

Actuum. 7.

Ibidem.

Ex lib. de ciui. dei 18.

Genes. 27.

omnia quæ in terra nascuntur, siue animalia, siue arbores uel herbæ, & si qualis similia ab humore incipiunt formari atque nutriri. Hæc igitur omnia siue cælum & terra, siue terra inuisibilis & incomposita, & abyssi cum tenebris, siue aqua super quam spiritus ferebatur omnia in formis materia, ut res ignota notis uocabulis insinuaretur imperitiis, & non uno uocabulo, sed multis. Nam si unum esset, hoc esse putaretur, quod consueuerant homines in illo uocabulo intelligere. Dicitur est ergo cælum & terra, quia futurum erat inde cælum & terra. Dicitur est terra inuisibilis & incomposita: & tenebræ super abyssum: quia in formis erat, & nulla specie cerni aut tractari poterat: etiam si esset homo qui uideret atque tractaret. Dicitur est aqua, quia facili subiaceret operanti: ut de illa omnia formarentur. Sed sub his omnibus nominibus materia erat inuisa & informis, de qua Deus condidit mundum. Fide qui uocatur Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hereditatem, & exire nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando, cum Isaac & Iacob cohereditibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem cuius artifex & conditor Deus. Beatus Stephanus in Actibus Apostolorum cum ista narraret, Deus inquit, gloria apparuit patri nostro Abraham cum esset in Mesopotamia priusquam habitaret in Carram, & ait ad illum. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram quam tibi demonstrabo. Quod autem in Mesopotamia constituto hoc est iam egresso de terra Chaldeorum dicit deus, Exi de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, non ut corpus inde eijceret, quod iam fecerat, sed animum euelleret dicitur. Non enim exierat inde animo, si spe redeundi, & desiderio tenebatur. Quæ spes & desiderium deo iubente, ac iuuante, & illo obediēte fuerat amputanda. Fide & ipsa Sara sterilis uirtutem in conceptione seminis accepit, etiam præter tempus ætatis, quoniam fidem credidit esse cum qui repromiserat. Propter quod & ab uno orti sunt, & hoc emortuo, tanquam sidera cæli in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis.] Ambo seniores erant, sicut scriptura testatur, sed illa etiam sterilis, & cruore menstruo iam destituta, propter quod iam parere non posset, etiam si sterilis non fuisset: Porro si foemina ita sit proeuctioris ætatis, ut ei solita mulierum adhuc fluant, de iuvene parere potest de seniore non potest: quamuis adhuc possit ille senior, sed de adolescentula gignere, sicut Abraham post mortem Saræ de Cethura potuit, quia uiuidam eius inuenit ætatem. Hoc ergo est quod mirum commendat apostolus, & ad hoc dicit Abraham fuisse iam corpus emortuum, quoniam non ex omni foemina cui adhuc esset aliquod pariendi tempus extremum generare ipse in illa ætate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuum corpus intelligere debemus non ad omnia. Nam si ad omnia,

non iam senectus uiuit sed cadauer est mortui. Natus est itaque Abraham secundum promissionem Dei de Sara filius: eumque nominauit Isaac quod interpretatur risus. Riserat enim & pater, quando ei promissus est, admirans in gaudio. Riserat & mater, quando per illos tres uiros iterum promissus est, dubitans in gaudio, quamuis exprobrante Angelo, quod risus ille etiam si gaudij fuit, tamen planæ fidei non fuit. Post ab eodem angelo in fide etiam confirmata est. Ex hoc ergo puer nomen accepit. Nam quod risus ille non ad irridendum oportebat nato Isaac, & eo nomine uocato, Sara monstrauit. Ait quippe. Risum mihi fecit dominus. Quicumque enim audierit, congaudebit mihi.

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & saluantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsi us memissent, de qua exierunt, habebant utique tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est cælestem, ideo non cõfunditur deus uocari deus coru. Parauit enim illis ciuitatem.]

Quid est quod dixit Iacob Pharaoni. Dies Annorum uitæ meæ quos incolam? Sic enim habent Græci, quod Latini habent ago, uel habeo, uel si quid aliud. Vtrum ergo ideo dixit quos incolam: quia in terra natus est, quam nondum populus diuina promissione hereditatis acceperat, & ibi uitam ducens utique in aliena terra erat non solum quando peregrinabatur, sicut in Mesopotamia: uerum etiam quando ibi erat ubi natus est: an potius secundum id accipiendū est quod ait Apostolus, Quamdiu sumus in corpore peregrinamur à Domino? Secundum hoc & illud in psalmo dictum intelligitur. Inquilinus ego sum in terra, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Nam iterū dicit de ipsis diebus uitæ suæ. Non perueniunt in dies annorum uitæ patrum meorum, quot dies incoluerunt. Non hic aliud uoluit intelligi, quam id quod Latini codices habent, uixerunt. Ac per hoc significauit hanc uitam incolatus esse super terram, id est peregrinationis habitationē. Sed credo sanctis hoc conuenire, quibus aliam patriam æternam Dominus pollicetur.

Incola ego sum in terra, ne abscondas à me mandata tua. Siue ut nonnulli codices habent, inquilinus ego sum in terra. Quod est in Græco paroicos: aliqui nostri inquilinus, aliqui incolam, nonnunquam etiam ad uena interpretati sunt. Inquilini non habentes propriam domum habitant in alieno. Incolæ autem uel ad uenæ utique aduentitij perhibentur. Vbi magna de anima exoritur quæstio. Neque enim secundum corpus dictum uideri potest incolam, uel ad uenam, uel inquilinus sum in terra, cum de terra corpus originem ducat. Sed de hac profundissima quæstione nihil audeo definire. Siue enim propter animam, quæ absit ut putetur ex terra, merito dici poterit inquilinus.

Ex lib. quæst. Genes. tit. 156.

Ex tractatu Psalm. 118.

nus uel incola, uel aduena ego sum in terra: si-
 ue secundum totum hominem, quia paradisi
 aliquando ciuis fuit, ubi utique non erat qui
 ista dicebat, siue quod est ab omni controuer-
 sia liberius, non omnis homo possit hoc dice-
 re, sed cui patria promissa est aeterna in cœlis:
 me plus delectat secundum istam disputare sen-
 tentiam, ut ideonos in terra inquilinos uel in-
 colas esse dicamus, quia supernam patriam
 querimus unde pignus accepimus, & quo per-
 uenientes nunquam inde migremus. Nam &
 ille q in alio psalmo dicit: Inquilinus ego sum
 apud te & peregrinus sicut omnes patres mei
 iustus proculdubio uult intelligi, qui eum tē-
 pore præcesserunt, & in hac peregrinatione
 gemitu pio superna patriâ suspirarūt. De qui-
 bus scriptum est ad Hebræos. Secundum fidē
 mortui sunt hi omnes cum non accepissent p-
 missiones: sed longe eas uidentes, & salutan-
 tes, & confitentes quia hospites & peregrini
 sunt super terram. Quia enim talia dicunt, o-
 stendunt quia patriam querunt. Et si quidem
 eius memores essent à qua discesserāt, habuis-
 sent tempus reuertendi. Nunc autem melio-
 rem appetunt, id est cœlestem. Ideo non con-
 funditur Deus uocari Deus eorum. Præpara-
 uit enim eis ciuitatem. Et illud quod legi-
 mus: Quamdiu sumus in corpore peregrina-
 mur à Domino: potest intelligi hoc non esse
 omnium, sed fidelium. Non enim omnium
 est fides. Et uidemus quid in his uerbis Apo-
 stolus adiungat. Cum enim dixisset, Quam-
 diu sumus in corpore, peregrinamur à domi-
 no: per fidem enim (inquit) ambulamus, & nō
 per speciem: ut intelligeremus eorum istam esse
 peregrinationem qui ambulat per fidem. Infideles
 autem quos deus non præsciuit, nec prædestinauit
 cōformes fieri imaginis filij sui, non possunt
 ueraciter dicere se in terra peregrinos: quando
 ibi sunt: ubi secundum carnē nati sunt. Non enim
 alibi habent ciuitatē. Ac per hoc non sunt in terra
 alienigenæ, sed terri genæ. Sunt autē & ipsi peregrini
 & inquilini nō huic terræ, sed populo dei à quo
 sunt alienigenæ. Vnde credentibus, & sanctam
 ciuitatem, quæ non est de hoc mundo, habere incipienti-
 bus Apost. dicit. Igitur iam non estis peregrini
 & inquilini: sed estis ciues sanctorum & do-
 mestici Dei. Ipsi ergo sunt ciues terreni, q sunt
 in populo dei peregrini. Qui uero ciues sunt
 in populo dei, ipsi sunt in terra peregrini: quia
 totus idem populus quamdiu est in corpore,
 peregrinatur à domino. Ideo non cōfunditur
 Deus uocari deus eorum, parauit enim illis ci-
 uitatem. Abraham & Isaac & Iacob, quorū
 se Deum ita dici uoluit, tāquam solorum esset
 deus, qui deus est uniuersæ creaturæ, non frustra
 utiq; tātum eis tribuens honorē: nisi quia
 nouerat in eis, quod solus etiam perfecte, sum
 meq; nosse poterat, synceram præcipuamque
 charitatem: & quia in eis tribus patribus, quo-
 dammodo consummauit magnum & mirabile
 sacramentum futuri populi sui, quod per li-

beras genuerunt, non solum in libertatē, sicut
 per Saram, & Rebeccam, & Liam, & Rachel:
 uerum etiam in seruiturē, sicut per eandem
 Rebeccam natus est Esau, cui dictum est, Eris
 seruus fratris tui. Et per ancillas non solum in
 seruiturē, sicut per Agar, uerum etiam in li-
 bertatē sicut per Balam & Zelpham. Ita e-
 nim & in populo Dei per spirituales uiros na-
 scuntur non solum in laudabilem libertatē,
 quemadmodum illi quibus dicitur: Imitato-
 res mei estote, sicut & ego Christi, uerum etiā
 in damnabilem seruiturē, sicut per Philip-
 pum Simon. Et per carnales seruos nascuntur
 non solum in damnabilem seruiturē qui eos
 imitantur: uerum etiam in laudabilem liberta-
 tē quibus dicitur, quæ dicunt facite, quæ au-
 tem faciūt, facere nolite. Hoc magnum sacra-
 mentum quisquis in Dei populo prudenter
 agnouerit unitatem spiritus in uinculo pacis
 usque in finem quibusdam coharendo quos-
 dam tolerando custodit.

*Fide obtulit abraham Isaac, cum tentaretur: & unigenitum
 offerebat, in quo susceperat re promissiones, ad quem dictū est,
 quia in Isaac uocabitur tibi semen, arbitrans quia & à mortuis
 suscitare potens est Deus. Vnde eum & in parabolam acce-
 pit. Fide & de futuris benedixit Isaac & Iacob & Esau.]*

Hanc ergo promissionem pater pius fide-
 liter tenens, quia per hunc oportebat im-
 pleri quem deus iubebat occidi, non haesita-
 uit quod sibi reddi poterat immolarum qui da-
 ripotuit non speratus. Proinde addidit. Pro
 hoc etiam eum, & in similitudinem adduxit.
 Cuius similitudinem, nisi illius unde dicit A-
 postolus, Qui proprio filio non pepercit, sed
 pro nobis omnibus tradidit eum: Propterea
 & Isaac, sicut Dominus crucem suam, ita sibi li-
 gna ad uictimæ locum, quibus fuerat imponē-
 dus, ipse portauit. Postremo quia Isaac occidi
 non oportebat posteaquā est pater ferre pro-
 hibitus, quis erat ille aries quo immolato im-
 pletum est significatiuo sanguine sacrificiū?
 Nempe quando eum uidit Abraham, corni-
 bus in frutice tenebatur. Quis ergo illic figu-
 rabatur, nisi Iesus antequam immolaretur ipi-
 nis Iudaicis coronatus?

Magna fides, magna pietas non solum in
 Deum, sed etiam in ipsum unicum filium, cui
 nihil mali esse credidit pater, quicquid de illo
 iusserat qui creauit. Pater enim filij sui esse po-
 terat Abraham secundum operationem car-
 nis, non autem creator & conditor secundum
 operationem maiestatis. Et quidem sicut dicit
 apostolus, non secundum carnē natus est Isa-
 ac Abraham, sed secundum promissionē: uō quia
 eum carne non erat operatus: sed quia de sum-
 ma desperatione susceperat. Et nisi adesset pro-
 mittēs deus, nihil iam fenex de uisceribus ani-
 culę cōiugis sperare audebat posteritatis. Sed
 credidit nasciturum, & non plangit moriturum.
 Eius dextera erigitur ad sacrificium ut
 moreretur: cuius cor electum est ad fidem ut
 nasceretur. Nō trepidauit Abraham credere,
 quando promittebatur: nō trepidauit offerre
 quando

1. Cor. 4.

Matth. 23.

Ex lib. de ciui-
dei 18.

Ex ser. de im-
molatioe Isaac

Galat. 4.

quando exigebatur. Nec fuit religio creden-
 tis contraria deuotioni obtemperantis. Hoc
 dico: non sibi dixit Abraham, Deus mihi locu-
 tus est quando promisit filium. Credidi quod
 mihi daturus esset deus posteritatem & talē
 posteritatem, ut diceret mihi: in Isaac uocabi-
 tur tibi semen. Et ne forte sic uocaretur mihi se-
 men in Isaac, ut ante me meus filius morere-
 tur: dixit mihi deus, In semine tuo. Ipse ergo
 mihi loquens promisit filium, & ipse exigit ut
 occidam: Non sibi fecit quæstionem, quali de
 contrarijs & sibi aduersantibus uerbis dei pro-
 mittentis filium nasciturum & postea dicen-
 tis, occide mihi filium tuum: sed erat in corde
 eius semper fides inconcussa, & nullo modo
 deficiens. Cogitauit enim Abraham Deum
 qui dedit ut ille de senibus nasceretur, qui nō
 erat, posse etiam de morte reparare. Amplius
 enim est quod iam fecerat Deus, cum qui non
 erat post tantam desperationem uidebat sibi
 datum filium: & si humanam infirmitatem
 consulas, impossibile. Adiecit itaque ani-
 mum ad fidem, non credidit aliquid impossi-
 bile esse creatori.

*Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit: &
 adorauit fastigium uirge eius. Fide Ioseph moriens de profes-
 sione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis manda-
 uit. Fide Moyses natus occultatus est mensibus tribus à paren-
 tibus suis, eo quod uidissent elegantem infantem, & non timue-
 runt regis edictum. Fide Moyses grandis factus negauit se esse
 filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei,
 quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuiti-
 as existimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi.
 Aspiciebat enim in remunerationem. Fide reliquit Aegyptum,
 non ueritus animositatem regis. Inuisibilem enim tanquam ui-
 dens sustinuit. Fide celebrauit pascha & sanguinis effusionem,
 ne qui uastabat primitiua, tangeret eos. Fide transferunt mare
 rubrum tanquam per aridam terram, quod experti Aegyptij
 deuorati sunt. Fide muri Hiericho corruerunt circuitu dierum
 septem. Fide Raab meretrix non perijt cum incredulis excipi-
 ens exploratores cum pace.]*

Quid est quod adorauit super cacumē uir-
 gæ eius, id est filij sui Ioseph? An forte iu-
 lerat ab eo uirgam, quando ei iurabat idem fi-
 lius? Et dum eam tenet post uerba iurantis nō
 dum illa reddita, mox adorauit Deum? Non
 enim pudebat eum ferre tantisper insigne po-
 testatis filij sui, ubi figura magnæ rei futuræ
 præfigurabatur.

*Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantē
 de Gedeon, Barach, Sampson, Iepte, Dauid, Samuel, & prophe-
 tis, qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adep-
 ti sunt re promissiones.]*

Abraham non solum non est culpatus cru-
 delitatis crimine: uerum etiam laudatus
 est nomine pietatis, quod uoluit filium nequa-
 quam scelerare, sed obediēter occidere. Et
 merito queritur utrum pro iussu dei sit habē-
 dum quod septe filiam quæ patri occurrit, oc-
 cidit, cum id se uouisset Deo immolaturum,
 quod ei redeuntē de prælio uictori primitus
 occurrisset. Nec Sāphon aliter excusatur, quod
 se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit,

nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per
 illum miracula faciebat.

*Obturerunt ora leonum, extinxerūt impetum ignis, es-
 fugarunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti
 sunt in bello, castra uerterunt exterorum, acceperunt mulieres
 de resurrectione mortuos suos.]*

Pluralem numerum pro singulari positum
 esse intelligamus, clauerunt ora leonum,
 cum solus Daniel significari intelligatur. Et
 pluraliter dictum facti sunt, cum de solo Esaia
 tradatur. Sicut in psalmo etiam quod dictum
 est, Astiterunt reges terræ, & principes conue-
 nerunt in unum, pluralem numerum pro sin-
 gulari positum, in Actibus Apostolorum ex-
 ponitur. Nam Reges propter Herodem, Prin-
 cipes propter Pilatum intellexerunt, qui tes-
 timonium eiusdem psalmi adhibuerunt.

In uetere testamento, quando commenda-
 bas non nisi à te peti sperariq; debere etiam ip-
 sam terrenam temporalemq; felicitatem, in te
 sperauerunt patres nostri, sperauerunt, et erui-
 sti nos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt,
 in te sperauerunt, & nō sunt cōfusi. Illos quip-
 pe patres inter inimicos suos uiuentes, & di-
 uitijs implesti, & ab hostibus eruiisti, glorio-
 sasq; uictorias reportare fecisti, & de diuersis
 eos mortibus liberaisti. Pro alio subiecti ne-
 feriretur arietem. Alium de putredine sanum
 & ei dupla, quæ amiserat, reddidisti. Alium in
 ter leones esurientes illæsum integrumq; ser-
 uasti. Aliorum inter flammam deambulantiū
 grata uoce laudatus es. Tale aliquid in Chri-
 sto expectabant fieri Iudæi, unde probarent
 si uere filius Dei esset. Ex quorum persona &
 in libro Sapientia dicitur. Morte turpissima
 cōdemnemus illum. Erit enim respectus in ser-
 monibus ipsius. Si enim uerus Dei filius est, su-
 scipiet eum, & liberabit eum de manu contra-
 riorum. Hæc, inquit, cogitauerunt & erra-
 uerunt, excæcauit enim illos malitia illorum.
 Attendentes quippe tempus ueteris testamē-
 ti, & illam patrum etiam temporalem felicitatem
 in qua illis exhibenda demonstrauit De-
 us etiam talia dona sua esse, non uiderunt tā
 esse tempus quo reuelaretur in Christo bona
 æterna proprie Deum præstare iustis, qui bona
 temporalia præstat & impijs. Tanquam dī-
 ceretur. Discite homines per gratiam tes-
 tamenti noui iam uitam concupiscere sempiternam.
 Quid pro magno ita uos uultis à domino de morte liberari sicut liberati sunt
 patres uestri, quando commendabat Deus
 etiam terrænæ felicitatis præter se non esse ali-
 um largitorem? Illa felicitas ad ueterem homi-
 nem pertinet, quæ uetustas ab Adam cœpit.
 Ego autem sum Christus non Adam. Aueteri
 ueteres fuistis: à nouo noui estote usque ad
 mortem. Hoc enim uoluit in conspectu i-
 nimicorum pati, quo eum tanquam dereli-
 ctum putarent, ut gratia commendaretur
 testamenti noui, qua disceremus aliam quæ-
 rere felicitatem quæ nunc est in fide, postea
 uero erit in specie. Denique resurrectionem
 suam,

Ex li. de conf.
euang. 3.

Ex lib. de gra.
nouu testamēti

Genes. 22.

Ex li. que. Ge.
11. 162 Ge. 47

Ex li. de ciu.
dei. 1.

2. Cor. 5.

Ephes. 2.

Ex li. cōt. Iam
sum.

suam, quam non sicut nostram in longum dif-
ferri oportebat, ut in exemplo carnis eius di-
sceremus quid in nostra sperare deberemus,
noluit alienis demonstrare, sed suis. Ut igitur
exemplo suæ carnis exhortaretur fideles suos
temporalem felicitatem pro æterna contem-
nere, usque ad mortem pertulit persequentes, at
que sequentes, & quasi uictis & oppressis super
be illudentes. Quod autem carnem suam reser-
uauit, & discipulorum aspectibus, atque con-
tractibus reddidit, eisque uidentibus ascendit in
cælum, ipsos edificauit, & quid expectare,
quid prædicare debent euidentissima uerita-
te monstrauit. Illos autem à quibus tanta ma-
la pertulerat usque ad mortem, quasi de illo su-
perato & extincto gloriantes in ea opinione
dereliquit, ut quisquis eorum salute æterna sal-
uus fieri uellet, hoc de illius mortis resurrectione
crederet, quod illi qui uiderunt signis con-
stantibus prædicauerunt, & pro ea prædica-
tione similia perpeti non dubitauerunt. Quia
propter etiam Iacobus unus ex Apostolis e-
ius, in epistola sua cum exhortaretur fideles
qui post passionem Christi & resurrectionem
adhuc in ista uita tenebantur, dispensationem
noui ueterisque distinguens, Sustinentiam (in-
quit) Iob audistis, & in finem domini uidistis,
ne ideo patienter sustinerent temporalia ma-
la, ut sibi hoc restitueretur quod recepisse Iob
legimus. Nam & ab illo uulnere atque putredine
saluus est factus, & ei cuncta quæ amiserat
duplicata sunt. Vbi etiam commendata est re-
surrectionis fides. Nam filii non duplici, sed totius-
dem redditi, etiam illos quos amiserat, resur-
recturos significauerunt: ut sic ipsi quoque
perioribus inuncti à restitutione dupli non inue-
nirentur alieni. Ut ergo non talem remunera-
tionem speraremus quando mala temporalia
pateremur: non ait, sustinentiam & finem Iob
audistis sed sustinentiam Iob audistis, & finem
domini uidistis. Tanquam diceret. Mala tempo-
ralia sicut Iob sustinet, sed pro hac sustinentia non te-
poralia bona sperate, quæ illi aucta redierunt,
sed æterna potius quæ in domino præcesserunt.

*Alij autem dissentient sunt non suscipientes redemptionem:
ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij uero ludibria
& uerbera experti, in super & uincula & carceres, lapidati
sunt, secti sunt, tæditi sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circu-
ierunt in melotibus, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, affli-
cti, quibus dictus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in mo-
tibus & spelæis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fi-
dei probati non acceperunt re promissionem, deo pro nobis me-
lius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.]*

*Item ex lib.
supra scrip.*

ET in illis patribus quamuis rarissima tamē
fuerunt, & usque ad mortem exempla pa-
tientiae, à sanguine Abel usque ad sanguinem
zachariæ. Quorum sanguinem dicit dominus
lesus ab eis exigendum, qui in patrum suorū,
à quibus illi occisi sunt, iniquitate peristeret.
Et in nouo testamento nec defuit, nec deest
honorum fidelium multitudo: qui etiam ista
temporalia felicitate præpollent, & in ea lar-
gitoris Dei bonitatem misericordiamque expe-

riantur: tenentes tamen quod dispensator no-
ui testamenti diuitibus huius seculi Aposto-
lus præcepit, non superbe sapere, neque sperare in
incerto diuitiarum: sed in Deo uiuo qui præ-
stat nobis abundanter ad fruendum, ut bene-
faciant, diuites sint in operibus bonis, facile
tribuunt, communicent, thesauricent sibi fun-
damentum bonum in futurum, ut apprehen-
dant ueram uitam, qualis in Christo non tan-
tum spiritu, sed etiam carne manifestata est:
cum resurrexit à mortuis, non qualem Iudæi
in illo peremerunt quando eum de manibus
eorum Deus non eruit, eumque dereliquisse ui-
sus est exclamantem, deus deus meus ut quid
me dereliquisti: ut eo modo in se transfigura-
ret martyres suos. Qui etsi mori nollent, quod
etiam Petro dixit: Alter te cinget & feret quo-
tu non uis, significans qua morte clarificatu-
rus erat Deum, & ob hoc à Deo suo derelicti
uiderentur ad tempus, cum nollet eis præsta-
re quod uellet, illam uocem cordis emitteret,
illumque adhiberent pietatis affectum quæ pas-
sione impendente ore proprio dominus ex-
pressit eos in se identidem transfigurans. Ve-
rum non quod ego uolo, sed quod tu uis pater.

In quo enim primitus nisi in ipso capite nostro
debut apparere, propter quam uitam Chris-
tiani sumus: Propterea non ait, Deus meus
dereliquisti me, sed causam commonuit requi-
rendam cum addidit, ut quid dereliquisti me,
id est quare, propter quid, quam ob causam.
Profecto enim erat aliqua causa, eaque non par-
ua ut Noe liberaret de diluuiio, Loth de cæle-
sti incendio, Isaac de imminenti gladio, Ioseph
de calumnia mulieris, & de custodia carceris,
Moysen ab Aegyptijs, Raab de excidio ciui-
tatis, Susannam à testibus falsis, Danielē à leo-
nibus, tres uiros ab ignibus, aliosque patres qui
exclamauerunt & salui facti sunt, et Christum
non liberaret de manibus Iudæorum, eumque in
potestatem sequentium usque ad mortis exitium
dereliqueret. Ut quid hoc, propter quid hoc
nisi propter illud quod paulo post in eodem
psalmo dicit, Non ad insipientiam mihi, hoc
est corpori meo, Ecclesiæ meæ, minimis meis.

CAPVT XII.

Ideoque & nos tantam habentes impostam nubem testium, de-
ponentes omne pondus & circumstantes nos peccatum, per-
patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspici-
tes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposit-
to sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in
dextera sedis Dei sedet.]

Tunc enim & lex impletur, dum non cupi-
ditate rerum temporalium, sed charitate
illius sunt quæcunque præcepit. Quis autem
non redamare affectet iustissimum & miseri-
cordissimum Deū, qui prior sic amauit iniu-
stissimos & superbissimos homines, ut pro-
pter eos mitteret unicum filium suum per quem
fecit omnia, qui non sui mutatione homo
factus, sed hominis assumptione non solum
cum eis uiuere, sed etiam pro eis & ab eis
posset occidi. Itaque nouum testamentum
hæreditatis

Rom. 11, et 12.

Matth. 27. &
Mar. 15.

1047. 21.

Matth. 26.

Psal. 21.

Ex li. de cater-
chizandis ruc-
dibus

hæreditatis sempiternæ manifestans, in quo
renouatus homo per gratiam dei ageret no-
uam uitam, hoc est uitam spiritalem, ut uetus
ostenderet primum, in quo carnalis populus
agens hominem ueterem exceptis paucis in-
telligentibus patriarchis & prophetis & non
nullis latentibus sanctis carnaliter uiuens car-
nalia præmia desiderabat à domino Deo, &
in figura spiritualium bonorum accipiebat. Om-
nia ergo bona terrena contempsit homo factus
Christus, ut contemnenda monstraret, & om-
nia terrena mala sustinuit quæ sustinenda præ-
cipiebat, ut neque illis quæretur felicitas, ne-
que in istis infelicitas timeretur. Natus enim
de matre, quæ quauis à uiro intacta conceperit,
semperque intacta permanserit uirgo concipiens
uirgo pariens, uirgo moriens: tamen fa-
bro desponsata erat: omnem typum carnalis
nobilitatis extinxit. Natus etiam in ciuitate
Bethleem quæ inter omnes Iudææ ciuitates
ita erat exigua ut hodie uilla appelletur, nolu-
it quenquam de cuiusquam terrenæ ciuitatis
sublimitate gloriarī. Pauper etiam factus est,
cuius sunt omnia, & per quem creata sunt om-
nia, ne quisquam cum in eum crederet, de ter-
renis diuitijs auderet extolli. Noluī rex ab ho-
minibus fieri, quia humilitatis ostendebat uti-
am miseris quos ab eo superbia separauerat,
quamuis sempiternum eius regnum uniuersa
creatura testetur. Esuriuit qui omnes pascit, si-
tiuit per quem creatur omnis potus & qui spiri-
tally panis est esurientium fonsque sitientium.
Ab itinere terrestri fatigatus est qui seip-
sum nobis uitam fecit in cælum. Velut obmu-
tuit & obsurdit coram conuitantibus, per
quem mutus locutus est, & surdus audiuit. Vin-
ctus est, qui de infirmitatum uinculis soluit.
Flagellatus est qui omnium dolorum flagella
de hominum corporibus expulit. Crucifixus
est qui cruciatus nostris finiuit. Mortuus est
qui mortuos suscitauit. Sed & resurrexit nun-
quam moriturus, ne ab illo quisquam sic disceret
mortem contemnere quasi nullam futuram.

*Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus ad-
uersum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis
uestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis
aduersus peccatum repugnantes.]*

Ex ser. de uer.
Apost. 17.

Perfectior in hac uita dilectio nulla est ad
quam sancti martyres peruenerunt. Ideoque
habet ecclesiastica disciplina quod fideles no-
uerunt, cum martyres eo loco excitantur ad al-
tare Dei, ut non pro ipsis oretur. Pro cæteris
autem commemoratis defunctis oratur. Iniu-
ria est enim pro martyre orare: cuius nos de-
bemus orationibus commendari. Certauit e-
nim contra peccatum usque ad sanguinem, qui
busdam uero adhuc imperfectis, & tamen ex
parte iustificatis, ad Hebræos dicit Aposto-
lus. Nondum enim usque ad sanguinem pugna-
stis aduersum peccatum certantes. Si ergo illi
nondum usque ad sanguinem, proculdubio
aliqui usque ad sanguinem. Qui usque ad sangui-
nem, utique martyres.

*Et oblitus estis consolationis quæ uobis tanquam filijs loqui-
tur dicitur. Fili mi, noli negligere disciplinam domini, neque sati-
geris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus casti-
gat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina
perseuerate. Tanquam filijs uobis offert se Deus. Quis enim fili-
us quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis,
cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis.]*

Proverb. 9.

In Christo sit quem uis esse Christianum. At-
tendat ad passionem Christi indignas, atten-
dat illum sine ullo peccato quæ non rapuit
exoluentem: attendat scripturam dicentem,
Flagellat omnem filium quem recipit. Et dicitur
forte: exceptus eris. Si exceptus à passione fla-
gellorum, exceptus à numero filiorum. Ita ne
(inquit) flagellat omnem filium? Profecto fla-
gellat omnem filium, ut & unicum. Unicus il-
le de patris substantia natus, æqualis patri in
forma dei uerbum per quod facta sunt omnia,
non habebat ubi flagellaretur, ad hoc carne in-
durus est ut sine flagello non esset. Qui ergo
flagellat unicum sine peccato, reliquit ad op-
tatum cum peccator. In adoptione uocatos nos
esse Apostolus dicit. Adoptionem filiorum acce-
pinus ut essemus unico cohæredes, esse uisum
etiam hæreditas eius. Postula à me & dabo ti-
bi gentes hæreditatem tuam. Exemplum nos-
tris proposuit in passionibus suis.

Ex li. de pest.
in ser. de tem-
p. 147.

Flagellat autem omnem filium quem reci-
pit. Ne te sine flagello speres futurum, nisi for-
te cogitas exhæredari. Flagellat autem om-
nem filium quem recipit. Ita ne omnem? Vbi
te uolebas abscondere? Omnem, & nullus ex-
ceptus, nullus sine flagello erit. Quid omnem?
Vis audire quia omnem? Etiam unicus sine
peccato, non tamen sine flagello.

Ex tractatu
Psal. 31.

Quicquid acciderit iusto uoluntati diuine
deputet, non potestati inimici. Scire ille po-
test, ferire si ille noluerit non potest. Et si ille
uoluerit ut feriat, nouit suum quem admodum
excipiat. Quem enim diligit dominus corri-
pit, flagellat autem omnem filium quem reci-
pit. Quid sibi ergo paludit iniquus, quia flagel-
lum sibi fecit pater meus? Illum assumpsit ad mi-
nistrium: me erudit ad patrimonium. Nec at-
tendere debemus quantum permittit iniustus,
sed quantum reseruet iustus, sed debemus op-
tate etiam illis per quos flagellamur, ut conuer-
tantur & flagellentur. Sic enim suos fideles e-
rudiebat quando de Saulo sibi flagellum fece-
rat, sed postea conuertit & Saulum.

Ex tractatu 2.
Psal. 37.

Quem enim diligit dominus corripit, fla-
gellat omnem filium quem recipit: dat etiam
magnis quibusdam stimulum carnis à quo colar-
phizentur ne extollantur in magnitudine re-
uelationis suarum, & uirtus in infirmitate perfici-
atur. Non enim potest erudiri quisquam sine la-
bore & dolore: quia uirtus in infirmitate perfici-
tur. Quando corripit deus genus humanum, &
flagellis pie castigationis exagitat, ex ercet an-
te iudicium disciplinam, & plerumque non eli-
git quem flagellet, nolens inuenire quem dæ-
net. Flagellat autem simul iustos & iniustos, quia
nemo est qui possit gloriari castum se habere

Ex tractatu
Psal. 89.

1. Cor. 13.
Ex lib. ser.
Prosperi

cor,

cor, ac mundum se esse a peccato. Ita de gratia eius ueniunt etiam iustorum corona. Labor priorum exercitatio est non damnatio. Nec enim conturbari debemus cum aliquis sanctus grauius & indigna perpetratur, si oblitus non sumus quæ pertulerit iustus iustorum sanctusque sanctorum, cuius passio omnes superat passiones, quia cum auctore uniuersitatis nulla cuiusquam est comparatio creaturæ. In disciplina perseverate: tanquam filijs uobis offert se Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, filij ergo adulteri, & non filij estis. Filij sponsi. Omnes Christiani filij eius dicuntur. Multum est autem quod promissit Deus. Quia si Christiani, hoc est filij eius dereliquerint (inquit) legem meam, & iudicij meis ambulauerint, si iustitias meas profanauerint & mandata mea non custodierint: non contemniam eos, neque in perditionem dimittam eos. Sed quid faciam? Visitationem in uirga iniquitates eorum, & in flagellis delicta eorum. Non ergo tantum misericordia uocatis est, sed & uerberantis & flagellantis. Sit itaque manus pater na super te, & si filius bonus es, noli repellere disciplinam. Quis enim filius cui non dat disciplinam pater eius? Det disciplinam dum non auferat misericordiam, cadat contumacem dum tamen reddat hereditatem. Si promissa patris bene agnouisti, non timeas flagellari, sed exheredari. Quem enim diligit deus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Peccator filius dedignatur flagellari, cum sine peccato uideat unicum flagellatum. Misericors dominus & iustus, & deus, non ster miseretur. Misericors primum, quia inclinauit aurem suam mihi, & cetera. Iustus autem, quia flagellat: & iterum miseretur quia recipit. Flagellat enim omnem filium quem recipit. Nec tam mihi amarum debet esse quod flagellat, quam dulce quod recipit. Quomodo enim non flagellat, custodiens paruulos dominus, quos grandes querit heredes. Quis enim est filius cui non det disciplinam pater eius? Quia non repellet dominus plebem suam. Exercet, non repellet. Quomodo enim dicit alio loco scriptura: Quoniam quem diligit deus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Videmus homines in filijs suis facere illud. Aliquando iam desperatos filios suos dimittunt uiuere quomodo uolunt. Eos qui spem habent, flagellat: illos quos omnino uiderint sine spe & indomitos esse, dimittunt ut faciant quod uolunt. Iam quos dimittunt facere quod uolunt, nolunt permittere ad hereditatem suam. Eum autem flagellant filium cui ipsam hereditatem seruant. Cum ergo flagellat Deus filium, currat sub manu patris flagellantis, quia flagellat, ad hereditatem erudit. Non sit tam uano sensu & puerili, ut dicat, pius amat pater meus fratrem meum cui permittit facere quicquid uult. Ego si memouero contra iussionem patris mei, flagella inuenio, Tugau

Ex tractatu Pſalm. 88.

Ibidem

Ex tractatu Pſalm. 114.

Ex tractatu Pſalm. 95.

de sub flagellis, quia tibi seruatur hereditas. Ad tempus emendat, non in aeternum damnat. Illis autem ad tempus parcit, in aeternum illos damnabit. Elige tibi. Temporalem uis laborem, an sempiternam poenam? Temporalem felicitatem, an sempiternam uitam? Quid minatur deus? Sempiternam poenam. Quid promittit Deus? Sempiternam requiem. In quo flagellat Deus bonos, temporale est, in quo parcit malis, temporale est. Neque quisquam superbe de se presumat, neque quisquam humilis de domino desperet. Est enim promissio Dei rata, certa, fixa, & inconcussa, fidelis, & omni dubitatione carens, que consolatur afflicto. Tota enim uita super terram (sicut scriptum est) tentatio est: nec quasi prospera eligenda est, & sola aduersa deuitanda: sed utraq; cauenda est. Illa ne corrumpat: illa ne frangat: ut unicuique hominum quocumque statu rerum in hac uita egerit: non sit refugium nisi deus, nec ullum gaudium nisi in promissis eius. Vita enim hæc qualibet redundas felicitate multos fallit: deus neminem. Quia enim omni homini conuerso ad Deum mutatur delectatio, mutatur delicia. Non enim subtrahuntur sed mutantur. Omnes autem deliciae nostrae in hac uita nondum sunt in re: sed ipsa spes tam certa est, ut omnibus huius seculi delitijs præponenda sit. Scriptum est. Delectare in domino. Et ne putares iam te habere quod promittit, subiecit statim. Et dabit tibi petitiones cordis tui. Si ergo nondum habes petitiones cordis, unde delectaris in domino, nisi quia tenes eius certam promissionem, qui se efficit promittendo debitorem? Huius igitur deprecationis ut maneat nobiscum spes nostra, & introducamur in id quod promissit Deus: illuc ergo mentis oculus dirigatur, omnia quæ in uita occurrerint transeantur, ut perueniatur in finem. Exultent superbi de presenti felicitate, tumeant honoribus, fulgeant auro, redundant famulij, obsequijs clientium constipentur. Prætereunt ista, transeunt tanquam umbra. Cum ille finis uenerit, ubi omnes qui modo in domino sperant gaudent, tunc illis ueniet sine fine tristitia, quando acceperint humiles quod irident superbi. Tunc superborum typus conuertetur in lucum. Deinde patres quidem carnis nostrae eruditores habuimus: & reuerbamur eos. Non multo magis obtemperabimus patri spirituum & uiuimus? Et illi quidem in tempore paruorum dierum secundum uoluntatem suam erudiebant nos. Hic autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. Donec domemur & perdomemur, id est perficiamur, domitorem feramus. Plerumque enim profert domitor noster etiam flagella. Si enim ad domanda iumenta tua profers uirgam profers flagellum, Deus non profert ad domanda iumenta sua quod sumus nos: qui de iumentis suis faciet filios suos. Domas equum tuum. Quid daturus es equo tuo cum te ceperit portare mansuetus, ferre disciplinam tuam, obedire imperio tuo, esse iumentum, hoc

Ex tractatu Pſalm. 73.

Pſalm. 73.

Ibidem

Ex ser. de uer. euang.

hoc est adiumentum infirmitatis tuae? Quid ei retribuistis, quem nec saltem sepelis cum mortuus fuerit, sed discerpendum uolatilibus proijcis. Domito tibi Deus hereditatem seruat, quod est ipse deus: & ad tempus mortuum resuscitat te. Carnem tuam usque ad numerum capillorum reddet tibi: & constituet cum Angelis in aeternum, ubi iam non indigeas domari. Erat enim tunc Deus omnia in omnibus, nec erit ulla infelicitas quæ nos exerceat, sed felicitas sola quæ pascat. Ipse autem pastor noster, dominus noster est: ipse potus noster, Deus noster: honor noster, Deus noster, diuitiae nostrae Deus noster. Quaecumque tibi uaria quæris, ipse tibi unum omnia erit. Ad hæc spem homo domatur, & domitor intolerabilis habetur. Ad hæc spem homo domatur, contra istum uilem domitorem si forte flagellum proferat murmuratur. Audistis exhortantem Apostolum. Si separatis uos a disciplina, ergo nothi et non discipuli estis. Nothi sunt adulteri. Quis enim est filius cui non det disciplinam pater eius? Et carnis quidem nostrae (inquit) patres habebamus correptores & ferebamus. Non multo magis subiciemur patri spirituum, & uiuemus? Quid enim tibi potuit præstare pater tuus: quia corripuit te, quia uerberauit te, quia flagellum protulit, & cecidit te? Nihil præstare potuit ut uiueres in eternum? Quod non potuit præstare tibi, quando præstaret tibi? Propter pecuniam suam quantulacumque quæ de usuris & labore collegit, erudiebatur te flagellis, ne tibi dimissus labor eius te male uiuere disperderet. Et cecidit filium timens perire labores suos, quoniam reliquit tibi quod nec tenere hic poterat, nec auferre. Non enim aliquid tibi dimisit quod ipsius esse posset. Cessat ut discederes: Deus autem redemptor tuus, castigator tuus, pater tuus erudit te. Quor? Ut accipias hereditatem, ubi non offeras patrem, sed hereditatem habeas ipsum patrem. Ad hanc spem erudiris, & murmuras: & si quid triste acciderit fortasse blasphemias? Quo ibis a spiritu eius? Ecce dimittit te, & non flagellat, deserit te blasphemantem, non senties iudicantem? Nonne melius est ut flagellet te, et recipiat te, quam parcat tibi & deserat te? Omnis autem disciplina in presenti quidem uidetur non esse gaudij, sed moeroris, postea autem fructum pacatissimum ex erexitatis per eam reddet iustitiam. Propter quod remissas manus et soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Disciplinam quam graeci appellant paidia. Dan ibi scripturae nostrae ponere constituerunt ubi intelligenda est per molestias eruditio, secundum illud. Quem enim diligit dominus corripit. Flagellat autem dominus omnem filium quem recipit. Hæc apud ecclesiasticas literas dici solet disciplina interpretata de Graeco, ubi legitur paidia. Hoc enim uerbum in Graeco positum est in epistola ad Hebræos: ubi Latinus interpretatur ait. Omnis enim disciplina ad præsens non gaudij uidetur esse,

Hebr. 12.

Ibidem

Ex tractatu Pſalm. 17.

sed moeroris. Postea autem fructum pacatissimum his qui per eam certarunt reddet iustitiam. Vt nonnulli in Graeco epistolam interpretati sunt, disciplina est: quæ utique à discendo nomen accipit: unde & sciencia dici potest. Ad hoc enim quæque res discitur, ut sciatur: quæ uis alia notione in his que pro peccatis suis mala unusquisque patitur ut corrigatur, dici solet disciplina. Vnde illud est in Epistola ad Hebræos. Quis enim est filius cui non dedit disciplinam pater eius? Et illud euidentius in eadem. Omnis uero disciplina ad tempus non gaudij uidetur esse, sed tristitia. Postea uero fructum pacificum his qui per eam certarunt reddet iustitiam. Pacem sequimini cum omnibus & sanclimoniam, sine qua nemo uidebit Deum: contemplantes ne quis desit gratie dei ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur, & per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator aut prophanus ut Esau, qui propter unam escam uendidit primitiua sua. Scitote enim quoniam & postea cupiens hereditatem & benedictionem, reprobatus est. Non enim inuenit penitentiae locum, quæquam cum lachrymis inquisisset eam. Filij Dei sumus, & agnoscamur quod filij eius sumus, nec agnoscamur nisi pacifici fuerimus. Nam unde uideamus Deum non habebimus, si contendendo in nobis ipsum oculum extinxerimus. Attende quid dicat. Pacem sectamini cum omnibus & sanctificationem: sine qua nemo poterit uidere Deum. Quomodo terruit amatores? non terruit nisi amatores. Nunquid dixit, pacem sectamini cum omnibus, & sanctificationem, quam qui non habuerit, in ignem mittetur, aeterno igne cruciabitur, infatigabilibus tormentibus dabitur? Et uera sunt, & hoc non dixit. Amator te uoluit esse boni, non formidatorem mali. Et ex co ipso quod desiderabas, inde te terruit, quam stulti essent duo uolentes uidere solem orienturum, si contenderent inter se qua parte orienturus esset, & quomodo uideri posset, & nata inter se controuersia litigarent, litigando se caeciderent, cadendo oculos suos extinguerent ut illum ortum uidere non possint. Ergo ut Deum uidere possimus, fide corda mundemus, charitate fanemus, pace firmemus: quia hoc ipsum unde inuicem diligimus, iam ex illo est quem uidere desideramus. Si timore gehennæ non facis malum, est quidem in te fides quia credis futurum Dei iudicium esse: gaudeo fidei tuae, sed adhuc timore malitiae tuae, aliud est timere poenam: aliud amare iustitiam. Amor castus in te esse debet, quo amore desideres uidere non caelum, & terram, non campos liquidos maris, non specacula nugatoria, non fulgures nitoresque gemmarum, sed desideras uidere Deum tuum, amare deum tuum, quia dictum est. Dilectissimi, filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus autem quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Ecce propter quam uisionem noli facere malum. Si enim amas uidere Deum tuum, si in hac peregrina,

Ex li. de tri. ...

Ex ser. de uer. de dei.

Ex ser. de uer. Apoc. 19.

peregrinatione illo amore suspiras, ecce pro-
bat te dominus deus tuus, quasi dicat tibi. Ec-
ce fac quod uis imple cupitates tuas, extende
nequitiam tuam, dilata luxuriam, quicquid li-
berit licitum puta, non te hinc punio, non te
in gehennas mitto, faciem meam tantum tibi
negabo. Si expauiisti, amasti. Si hoc quod di-
ctum est, faciem suam tibi negabit Deus tuus,
contremuit cor tuum in non uidendo Deum
tuum, magnam poenam putasti, gratis amasti.
Hæc scintillam boni amoris fate in uobis, nu-
trite in uobis. Ipsa cum creuerit, & flammam
dignissimam, et amplissimam fecerit, omnium
cupiditatum carnalium foena consumet.

Non enim accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem
& turbinem & caliginem, & procellam, et tubæ sonum, & uo-
cem uerborum, quam qui audierunt, excusauerunt se ne eis fie-
ret uerbum. Non enim portabant quod dicebatur, & si bestia
tetigerit montem lapidabitur. Et ita terribile erat quod uideba-
tur. Moyses dixit. Exterritus sum & tremebundus. Sed accessi-
stis ad Sion montem & ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem cœ-
lestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ec-
clesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cœlis; & iudicem
omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamen-
ti noui mediatorem Iesum, & sanguinis asperisionem, melius lo-
quentem quam Abel. Videte ne recusatis loquentem. Si enim illi
non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur,
multo magis nos qui de cœlis loquentem nobis auertimus.]

Ex ser. s. de
uer. Apostoli.

IN magno mysterio uidete concordiam, uide-
te distantiam. Concordiam legis, distantiam
plebis. Celebrabatur pascha in ueteri populo
(ut nobis) occisione agni cum azymis: ubi oc-
cisiouis Christum significat, azyma autē no-
uam uitam, hoc est sine uetustate fermēti. Vn-
de nobis apostolus dicit. Expurgate uentris fer-
mentum ut sitis noua cōspersio sicut estis azy-
mi. Pascha enim nostrum immolatus est Chri-
stus. Celebratum est pascha in illo uetere po-
pulo: nondum in luce fulgente, sed in umbra
significante celebratum est. Et post quinquag-
inta dies à celebratione paschæ, sicut compu-
tans inueniet qui uoluerit, datur lex in monte
Sina scripto digito dei. Venit uerum pascha,
immolatur Christus: transitum facit à morte
in uitam. Transit enim interpretatur Hebrai-
ce pascha: quod expressit Euangelista dicens,
Cum autem ueniret hora, ut transiret Iesus de
hoc mundo ad patrem. Celebratur ergo Pa-
scha: resurgit dominus, facit transitum à mor-
te ad uitam. Quid ergo? Post pascha numerat
tur quinquaginta dies, & uenit spiritus san-
ctus digitus Dei. Sed uidete, ibi quomodo, &
hic quomodo. Ibi plebs longe stabat: timor e-
rat, amor non erat. Nam usque adeo timuerūt
ut dicerent ad Moysen. Loquere tu nobis &
audiemus. Non loquatur ad nos dominus ne
moriāmur. Descēdit ergo (sicut scriptum est)
deus in Sina in igne: sed plebem longe stan-
tē territans, & digito suo scribens in lapide non
in corde. Hic autem quando uenit spiritus san-
ctus, congregati erant fideles in unum: nec in
monte terruit, sed intrauit in domum. De cœ-
lo quidem factus est subito sonus, quasi ferre-

1. Cor. 5.

Exod. 19.

tur, flatus uehemens sonuit, sed nullus expa-
uit. Audisti sonum, uide & ignem, quia & in
monte utrūq; erat & ignis & sonitus. Sed illic
etiam fumus, hic ignis serenus. Visa sunt em
(inquit illa scriptura) lingue diuise uelut ignis.
Nunquid de longinquo territans? Absit. Nam
in sedis super unumquēq; eorum, & cœperunt
linguis loqui sicut spiritus dabat eis pronun-
ciare. Audi lingua loquentem, & intellige spi-
ritum non in lapide, sed in corde scribentem.
Sed accessistis ad Sion montem & ciuitatem
Dei uiuentis Hierusalem cœlestem, & multo-
rum millium Angelorum frequentiam, & Ec-
clesiam primitiuorum qui scripti sunt in cœ-
lis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iu-
storum perfectorum, & testamenti noui me-
diatorem Iesum, & sanguinis asperisionem me-
lius loquentem quam Abel.

Actuum. 2.

Quia incredibile uidebatur hominibus qd
promittebat Deus: ex hac mortalitate, corrup-
tione abiectio, in formitate, puluere, & cin-
nere futuros homines equales Angelis dei, nō
solum scripturam cum hominibus fecit, sed eti-
am fidei suæ posuit mediatorem: non quem li-
bet principem, aut quemlibet Angelum uel
Archangelum, sed unicum filium, ut qua uia
nos perducatur esset ad illum finem quē pro-
misit, per eum ipsum filium suum & ostende-
ret & præberet. Parum enim erat Deo si fili-
um suum faceret demonstratorem uia, quin i-
psum uiam fecit, ut per illum ires regētem te,
ambulātem per se. Promisit ergo quia uentu-
ri effemus ad eum, inest ad illam ineffabilem
immortalitatem & cum angelis eius æqua-
litate. Quam longe eramus, quam ille sur-
sum, quam nos deorsum, quam ille in sum-
mo, quam nos in imo? Desperati iacebamus,
sine expectatione salutis agrotabamus. Mis-
sus est medicus quem non cognouit agrotus.
Si enim cognouissent, nunquam dominū glo-
riæ crucifixissent. Sed & hoc quoq; ualuit ad
agroti medicamentum, quod medicum occi-
dit agrotus. Venit ut uisitare: occisus est ut fa-
naret. Cuius uox mouit terram tunc: nunc autem repro-
mittit dicens, Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram,
sed & cœlum. Quod autem adhuc semel dicit: declarat mobili-
um translationem tanquam factorum, ut maneant ea quæ sunt
immobilia. Ita regnum immobile suscipientes habemus gratiā,
per quam seruiamus placentes Deo cum metu & reuerentiā.
Etenim Deus noster ignis consumens est.]

Ex tractatu
Psalm. 109.

1. Cor. 2.

Ex lib. de cin-
dei. 20.

1. Petri. 4.

UIDEAMUS quid etiam Apostolus Petrus
de hoc iudicio scripserit. Cœlum (inquit)
erat olim & terra de aqua, & per aquam con-
stituta Dei uerbo, per quæ qui tunc erat mun-
dus aqua mundatus deperijt, qui autem nunc
sunt cœli & terra, eodem uerbo repositi sunt
igni reseruandi in diem iudicij & perditionis
hominum impiorum. Et post pauca. Veniet
autem dies domini ut fur, in quo cœli magno
impetu transcurrent elementa autem arden-
tia resoluentur, & terra & quæ in ea sunt ope-
ra exurentur. His igitur omnibus p̄euentibus,
quales oportet esse nos in sanctis conuersatio-
nibus

nibus expectantes & properantes ad præsen-
tiam diei domini, per quam cœli ardentis sol
uentur, & elementa ignis ardore decoquen-
tur: Nouos uero cœlos & terram nouam se-
cundum promissa ipsa ipsius expectamus: in
quibus iustitia inhabitat. De perditione mun-
di huius satis hic dixit Apostolus: ubi etiam
commemorans factum ante diluuium, uide-
tur ammonuisse quodammodo quatenus in fi-
ne huius seculi mundum istum perituum esse
credamus. Nam & illo tempore perisse dixit
qui tunc erat mundus, nec solum orbem ter-
ræ, uerum etiam cœlos, quos utiq; istos aere-
os intelligimus: quorum locum ac spatium
tunc aqua crescendo superauerat. Ergo totus
aut pene totus aer iste uentosus, quod cœlum
uel potius cœlos uocat, sed utique istos imos
non illos supremos ubi sol, & luna, & sidera,
& constituta sunt; conuersus fuerat in humidam
qualitatem atque hoc modo cum terra perie-
rat, cuius terræ utique prior facies fuerat de-
leta diluuiō. Qui autem nunc sunt (inquit) cœ-
li & terra, eodem uerbo repositi sunt igni reser-
uandi in diem iudicij & perditionis hominū
impiorum. Proinde qui cœli & quæ terra, id
est qui mundus pro eo mundo qui diluuiō pe-
riit ex eadem aqua repositus est, ipsi igni no-
uissimo reseruati in diē iudicij & perditionis ho-
minū impiorū. Nam & hominū propter mag-
nam quandam commutationem non dubitat
dicere perditionem futuram, cum tamen eo-
rum quamuis in æternis poenis sit mansura na-
tura. Multa de iudicio nouissimo dicuntur
in Psalmis, sed eorum hoc quod de fine huius
seculi apertissime dictum est, nequaquam si-
lentio præteribo.

Ex eo. lib.

Psalm. 101.

1. Cor. 7.

Matth. 24.

1. Joan. 2.

2. Pet. 3.

ibidem.

ibidem.

Principio terram tu fundasti domine, & o-
pera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribūt,
tu autem permanes & omnes sicut uestimen-
tum ueterascunt, & sicut opertorium mutabis
eos & mutabuntur tu autem idem ipse es, &
anni tui non deficient. Et in literis quidem sa-
cris, id est in Euangelicis & Apostolicis libris
legitur. Præterit figura huius mundi. Legitur.
Mundus transit. Legitur, Cœlum & terra tra-
sibunt. Sed puto quod præterit, transit, transi-
bunt, aliquanto mitius dicta sunt quam peri-
bunt. In Epistola quoque Apostoli Petri, ubi
aqua mundatus qui tunc erat perijisse dictus est
mundus, satis clarum est & quæ pars mundi à
toto significata, & quatenus perisse sit dicta,
& qui cœli repositi sunt igni reseruandi in di-
em iudicij & perditionis hominum impiorū.
Et in eo quod paulo post ait, Veniet dies Do-
mini ut fur, in quo cœli magno impetu trans-
current, elementa autem ardentia resoluē-
tur, & terra & ea quæ in ea sunt opera exuren-
tur. Ac deinde subiicit: His omnibus p̄euen-
tibus quales oportet uos esse. Possunt illi cœli
intelligi perituri, quos dixit repositos igni re-
seruandos, & ea elementa accipi aritura quæ in
hac ima mundi parte subsistunt procellosa &

turbulenta, in qua eosdem cœlos dixit esse re-
positos igni reseruandos saluis illis superiori-
bus, & in sua integritate manentibus, in quo-
rum firmamento sunt sidera constituta. Nam
& illud quod scriptum est, stellas de cœlo esse
casuras, præter quod potest multo probabili-
us & aliter intelligi, magis ostendit mansuros
esse illos cœlos, si tamē stellæ inde casuræ sunt
cum uel tropica sit locutio quod est credibili-
us, uel in isto uno cœlo futurum sit utique mi-
rabilius, quam nunc sit. Hoc autem quod de
Psalmo commemorauit, nullum cœlorum uir-
detur relinquere quod perituum esse non di-
xerit. Vbi enim dicitur: Opera manuum tua-
rum sunt cœli, ipsi peribunt, quam nullum eo-
rum ab opere Dei, tam nullum eorum à perdi-
tione secernitur. Ne ergo totus mundus peri-
turus esse credatur sic a toto pars accipiatur
in eo quod dictum est, ipsi peribunt, cum soli
cœli infimi perituri sint, quemadmodum in
Apostolica Epistola à toto pars accipitur, qd
diluuio perisse dictus est mundus, quamuis so-
la eius cum suis cœlis pars ima perierit.

CAPVT XIII.

Charitas fraternitatis maneat in uobis: & hospitalitatem
nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam Ange-
lis hospitio receptis. Mementote uinctorum tanquam simul uin-
cti, & laborantium tanquam & ipsi in corpore morantes.]

NEGAVIT Sara, dicens Non risi. Timuit em,
Quomodo intelligebant deum esse qui lo-
quebatur, cum etiam negare ausa sit Sara qd
riserit: tanquam ille hoc posset ignorare? nisi
forte Sara homines eos putabat: Abraham
uero Deum intelligebat. Sed etiam ipse illa
humanitatis officia præbendo, quæ necessaria
nisi infirmæ carni esse non possent, mirum ni-
si homines prius esse arbitratus est, sed fortas-
sis in quibus Deum intellexit loqui quibusdā
diuinæ maiestatis existentibus & apparenti-
bus signis, sicut in hominibus Dei sæpe ap-
paruisse scriptura testatur. Sed rursus quæri-
tur, si ita est, unde angelos postea fuisse cogno-
uerint, nisi forte cum eis uidentibus in cœlos
issent? Quod occurrit Loth Angelis, & a-
dorauit in faciem, uidetur intellexisse quod
Angeli essent. Sed rursus cum eos ad refectio-
nem corporis inuitat, quæ mortalibus neces-
saria est, uidetur putasse quod homines es-
sent. Ergo quæstio similiter soluitur, ut soluta
est in tribus qui uenerunt ad Abraham, ut ali-
quibus signis appareret eos diuinitus missos,
qui tamen homines crederentur. Nam hoc in
epistola, quæ est ad Hebræos: cum de hospita-
litate bono scriptura loqueretur, ait. Per hanc
enim quidam nescientes, hospitio recepe-
runt Angelos.

Ex li. que. Ge-
nes. tit. 37.

1. Ex cod. lib.
tit. 41.
Genes. 19.

Ex li. ebt.
Alexand.

Exhibuit itaque hospitalitatem quomodo
sanctis hominibus Dei in quibus Deum esse
cognouit, cum eos sicut etiam ipse Abraham,
Angelos esse nesciret. Hi em patriarchæ sunt
significati in epistola ad Hebræos ubi de ho-
spitalitate loquens ait: Per hanc quidam ne-
sciens

scientes hospitio receperunt Angelos. Recepit ergo eos Loth nesciens quod Angeli essent, cognoscens tamen, sicut ipso demonstrante cognoscere potuit, quis in eis esset: Et Abraham in tribus, & Loth in duobus uiris Dominum agnoscebant, qui per singularem numerum loquebantur etiam cum eos homines esse arbitrantur. Neque enim illam ob causam illos susceperunt, ut tanquam mortalibus & humana refectione indigentibus ministrarent, sed erat profecto aliquid quo ita excelebant licet tanquam homines, ut in eis esse Dominum sicut esse assolet in prophetis, hi qui hospitalitate illis exhibebant, dubitare non possent: atque ideo & ipsos aliquando pluraliter, & in eis Dominum aliquando singulariter appellabant. Angelos autem fuisse scriptura testatur non solum in Genesis libro ubi hec gesta narrantur: uerum etiam in Epistola ad Hebræos, ubi cum hospitalitas laudaretur. Per hanc inquit, etiam quidam nescientes hospitio receperunt Angelos.

Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.

Vltimus est mortiferum, quod aliquando qui committunt nescio qua peruersitate contemnunt & nescio unde sibi testimonia nulla & uana conquirunt dicentes. Peccata carnis Deus non curat. Vbi est quod scriptum est. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus: Ecce quod attendas quisquis tali morbo laboras. Quod dicit Deus audi, non quod dicit tibi fauens peccatis tuis animus tuus, aut eadem tecum iniquitatis catena ligatus amicus tuus, uel potius inimicus & tuus & suus. Honorabiles, inquit, nuptiæ in omnibus, thorus immaculatus, fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus. Times ne te iudicet deus? Vbi est fides? Longe est quidem dies iudicii, sed uniuscuiusque hominis dies ultimus longe esse non potest. Et quia breuis est uita, & quia ipsa breuitas semper incerta, quando sit dies ultimus tuus nescis. Corrige te hodie propter cras. Profit tibi & modo in secreto correptio.

Sint mores sine auaritia, contenti presentibus. Ipse enim dixit. Non te deseram neque derelinquam. Ita ut confidenter dicamus. Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Memento prepositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt uerbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamihi fidem. IESVS CHRISTVS heri & hodie, ipse & in secula.]

Dominus mihi adiutor est, non timebo quod faciat mihi homo. Sed nunquid homines solos habet inimicos Ecclesia? Quid est homo carni & sanguini deditus, nisi caro, & sanguis? Sed ait Apostolus. Non est nobis collectatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & rectores mundi tenebrarum harum. Post rectores iniquorum mundum istum diligentium, & propterea tenebrarum,

Ex li. 10. de ciuit. dei.

Ex ser. de uer. euang.

Ex tractatu Psal. 117.

quia & nos fuimus aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, Aduersus spiritalia (inquit) nequitia in celestibus, id est diabolum, & Angelos eius. Quem diabolum alio loco dicit principem potestatis aeris huius. Audi ergo quod sequitur. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Ex quolibet genere inimici exurgant, siue ex numero malorum hominum siue ex numero Angelorum, in Domini adiutorio despicientur.

Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non esca: quæ non profuerunt ambulanti in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium inferitur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra, propter quod & Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, in proprium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus.]

Leprosi non absurde intelliguntur qui scientiam uere fidei non habentes uarias doctrinas proferunt erroris. Non enim uel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & iactantiam sermonis ostentant. Nulla porro falsa doctrina est quæ non aliqua uera intermiscat. Vera ergo falsis inordinate permixta in una disputatione uel narratione hominis tanquam in unius corporis colore apparentia significant lepram, tanquam ueris falsisque colorum locis humana corpora uariantem atque maculantem. Hi autem tam uitandi sunt Ecclesia, ut si fieri potest, longius remoti magno clamore Christi interpellent sicut isti decem qui steterunt à longe, & leuauerunt uocem dicentes. Iesu preceptor miserere nostri. Nam & quod preceptorem uocant, quo nomine nescio utrum quicquam Dominum interpellauerit pro medicina corporali: satis putos significare lepram falsam esse doctrinam, quam bonus preceptor absterget.

Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum consentientium nomini eius.]

Qui timetis Dominum, laudate eum, ut Deum non seruiliter, sed libere colatis. Amare discite quem timetis: & poteritis laudare quem amatis. Timentes enim Deum homines ueteris testamenti propter literam terrentem & occidentem: nondum habentes spiritum uiuificantem, curriebant cum sacrificijs ad templum, & quamuis in figuram futuram sanguinis quo redempti sumus, tamen nescientes quid per eos præfiguraretur, cruentas uictimas immolabant. Nunc uero in gratia testamenti noui, qui timetis Deum laudate eum, ipse quippe in alio Psalmo mutanda illa prænuncians, quæ tunc in umbra futuri offerebantur: Non accipiam (inquit) de manu tua uictulos neque de gregibus tuis hircos. Et paulo post, ut ostenderet sacrificium noui testamen-

Ex li. quæst. euang. 2.

Lucæ. 17.

Ex li. de grat. noui testamen. ti psal. 117.

ti quando illa fuerant cessatura: Immola (inquit) deo sacrificium laudis, & redde altissimo uocem tuam. Et in fine eiusdem psalmi. Sacrificium (inquit) laudis glorificabit me: & illic uia est qua ostendam illi salutare meum. Salutare dei, Christus est. Quem infantem Symeon senex cum agnouisset in spiritu, eumque suscepisset in manus: Nunc dimittis (inquit) Domine seruum tuum secundum uerbum tuum in pace: quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum.

Beneficentia autem & communicationis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur deus.]

Ex libro decimo de ciuitate dei capite quinto.

Sacrificium uisibile inuisibilis sacrificij testamentum, id est, sacrum signum est. Unde ille penitens apud prophetam, uel ipse propheta quærens Deum peccatis suis habere propitium. Si uoluisses, inquit, sacrificium dedissem: utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Iute amur quemadmodum ubi Deum dixit nolle sacrificium, ubi Deum ostendit uelle sacrificium. Non uult ergo sacrificium trucidati pecoris, sed uult sacrificium contriti cordis. Illo igitur quod eum nolle dixit: hoc significatur quod eum uelle subiecit. Sic itaque ille Deum nolle dixit, quomodo à stultis ea uelle creditur: uelut si gratia uoluptatis. Nam si ea sacrificia que uult, quorum hoc unum est, cor contritum & humiliatum dolore penitendi, nollet eis sacrificijs significari, quæ uelut sibi delectabilia desiderare putatis, non utique de his offerendis in lege ueteri præcepisset.

Et ideo mutanda erant, opportuno certotiam tempore, ne ipsi deo desiderabilia, uel certe nobis acceptabilia, ac non potius quæ his significata sunt crederent. Item apud alium prophetam. In quo (inquit) apprehendam Dominum, assumam deum meum excelsum? Si apprehendam illum in holocaustis, in uictulis & gniculis? Si acceptauerit Dominus in millibus arietum, aut in denis millibus hircorum pinguium? Si dederit primogenita mea in pietatis fructum uentris mei pro peccato animæ meæ? Si annunciatum est tibi hominum, aut quid Dominus exquirat à te, nisi facere iudicium & diligere misericordiam, & paratum esse ire cum Domino Deo tuo? Et in huius propheta uerbis utrinque distinctum est, satisque declaratum, illa sacrificia per se ipsa non requirere Deum quibus significantur hæc sacrificia quæ requirit Deus. In Epistola quæ scribitur ad Hebræos. Benefacere (inquit) & communicatores esse nolite obliuisci: talibus enim sacrificijs placetur Deo. Ac per hoc ubi scriptum est: Misericordiam uolo quam sacrificium, nihil aliud quam sacrificium sacrificio prælatum oportet intelligi.

Lucæ. 2.

Psalm. 50.

Matth. 19.

Quoniam illud quod ab hominibus appellatur sacrificium, signum est ueri sacrificij: porro autem misericordia uerum sacrificium est. Unde dictum est: quod paulo ante commemorauit. Talibus enim sacrificijs placetur Deo. Quæcunque igitur in ministerio tabernaculi siue templi multis modis de sacrificijs leguntur diuinitus esse præcepta, ad dilectionem dei & proximi significando referuntur. In his enim duobus præceptis, ut scriptum est, tota lex pendet & propheta.

Obedite præpositis uestris: & subiacete eis. Ipse enim per uigilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit uobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus: in omnibus bene uolentes conuersari. Amplius autem deprecor uos hoc facere, quod celerius restitui ar uobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti eterni. Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, apert uos in omni bono, ut faciatis eius uoluntatem: faciens in uobis quod placeat coram se per IESVM CHRISTVM: cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Rogo autem uos fratres ut sufferatis uerbum solatij. Etes enim per paucis scripsi uobis. Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum, cum quo si celerius ueneris, uidebo uos. Salutem omnes præpositos uestris, & omnes sanctos. Salutant uos de Italia fratres. Gratia cum omnibus uobis. Amen.]

Ex sermone de uerb. euang. Audi stis, & cætera.

Audistis fratres mei, cum Epistola ad Hebræos legeretur. Obedite præpositis uestris, & subditi estote, quia ipsi uigilant pro animabus uestris tanquam rationem reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, & non cum tristitia, non enim expedit uobis. Quando facimus ista cum gaudio, nisi quando uidemus proficere homines in uerbis Dei? Tunc enim cum gaudio laborat operarius in agro quando attendit arborem, & fructum uidet: quando attendit segetem, & fluctuare prospicit uerberatam: non sine causa liberauit, non sine causa factorum curuauit, non sine causa manus attriuit, non sine causa frigus & estus tolerauit. Hoc est quod ait, Ut cum gaudio hoc faciant, & non cum tristitia. Non enim expedit uobis. Nunquid dixit, non illis expedit? Dixit non expedit, sed uobis. Nam illi præpositi quando contristantur de malis uestris, expedit illis ipsa tristitia, & prodest illis: sed non expedit uobis. Simul ergo in dominico agro bonum operemur, ut simul de mercede de gaudeamus. Amen.

FINIS EPISTOLAE AD HEBRÆOS, & eius expositionis. Deo laus & gloria.

Habes lector optime in oēs diui Pauli Apostoli, & gentium Doctoris præcipui Epistolas, sanctissimam, atque argutissimam Diui patris Augustini, Ecclesiæ catholicæ doctoris excellentissimi, nec minus sancti expositionem, à Venerabili Beda Presbytero, uiro nunquam satis laudato, in morem studiosissimæ apis, ex fragrantissimis diui Aurelij floribus collectâ: & à compluribus studiosis uiris recognitam, nuperque diligentius à nobis repositam. Neque enim in eorum sententiam discessero, qui hanc collectionem, eo quod flores sententiarum Augustini contineat, nescio cui Floro Monacho, & non Bedæ adiudicanti cum ipse Beda ad finem historiarum se conscriptæ: inter cetera quæ de se & lucubrationibus suis attestatus est: ita scripserit. In Apostolicum quæcunque opusculis Sancti Augustini exposita inueni, cuncta per ordinem transcribere curauit. Hæc ipse. Boni itaque & æqui consulte lectores optimi, & Diui Apostoli præconia quæ sequuntur beneuoli legite.

INCIPIT EPISTOLA ANIANI AD EVANGELVM PRESBYTERVM.



Domino sancto Euangelo presbytero Anianus Salutem. Recenti experimento didici, quam sint utilia obsequentibus imperia bonorum, qui rectiore quadam igne diætes benignitatis uia, beneficia deserunt sub specie iustionis. Quid enim mihi iucundius, quid fructuosius imperare iussisti, quam ut ex beati uiri Ioannis operibus, in nostram linguam aliqua trãsserrem, id est septem libellos eius, quos super Apostoli Pauli laudibus in Ecclesia aliquando disse-
 uit: In quo mihi, etsi in sermone peregrino ad modum rudi, plus euenit tamen uoluptatis, & commodi, quàm laboris. Secutum est enim ut eum tibi dum uertere conor è Græco, pressius ipse combiberem, pleniusq; tam insignis doctrinæ ueritate perfruerer, maxime cum ubiq; diues ingenium in materia locupletiore uerferetur. Beatus enim hic Paulus exprimitur, non fucata alicuius laudis adumbratus coloribus, sed inuiolabili uirtutum suarum ueritate formatus. Quem tam integre ubiq; tam solide, nunc ex magnitudine operum, nunc ex illuminatione dictorum, modo ex consilio ua-

rio, modo ex dispensationum profundo, tum ex tolerantia passionum, tum ex claritate signorum, eximius laudator asseruit, ut non est depinxisse solum, uerum quasi ad præbendū rursus perfectionis exemplum, quodam modo resuscitasse uideatur. Nam cum ab alijs ceterorum merita laudantur, uisitatam quiddam solent atq; exile resonare, & uelut in superficie circumuagante sermone, uirtutes ipse nominibus magis suis ad cōmemorationem uidentur uenire quàm rebus. Beatus autem Ioannes Paulum altius intuenso, dilucideq; in medium proferendo, ipsas mihi uidetur insperxisse uenas ac medullas uirtutum expressisse. Quæ ita omnes in ista laudatione uiuunt, ita floribus suis decorantur & fructibus, ut eas prope non minus ab hoc tam sublimiter explicatas, q̄ ab apostolo fortasse miremur. Quod quidem op̄ eo esse apud te amabilius debet, & gratius, quo de sanctarum scripturarum luce rutilans, clarissimi sideris uice, noctem Manichæi erroris exagitat. Quantum enim nobis cōsolationis exoritur, cum cernimus tam erudito, tamq; illustri orientis magistro, eam quam in nobis Traducianus oppugnat, astrui ueritatem, quam certe beatus Ioannes, ut in omnibus libris suis, ita hic quoq; ab omni muricam latere custodit, armat, accedit: ut uideatur non tam præsentem informasse discipulos, quam nobis contra ueræ fidei oppugnationes, auxilia præparasse. Quantus enim ille aduersus necessitatem: quantus pro libero surgit arbitrio: quàm nostrorū libris ubiq; concinens, uoluntatis iure seruato diuinæ gratiæ præli-
 dia commendat: quàm contra omnium uitiorum tenebras, quàm pro cunctarū speculo uirtutum splendidissimum uas electionis opponit. Primo beatum Paulum libello, & omnibus præferendo sanctis, & Angelis conerendo. Secundo ex uirtutibus eius atq; sententijs bonum asserendo naturæ. Tertio eius charitatem præ cunctorum salute seruentissimam comprobando. Quarto de uocatione eius, & confirmata ubiq; ab ipso euāgelij ueritate dicendo. Quinto de passionibus eius, & dispensationum uarietatibus differendo. Sexto soluendo omnes illas quæstiones quibus Traducianus os innitens beatum Paulum uitiorum obfuscatione commaculat, ut scilicet fidelibus suis Apostolico exemplo peccata conciliet. Septimo ignem zeli eius in Christum & ante honorem quoque Apostolatus feruorem docendi supra ceteros efferendo, ut satis liquido clareat extinctam esse peccati necessitatem, quàm aduersus Manichæos, & doctrina apostoli de præliatur & uita. Verum nos in tam egregij interpretatione operis, etsi nihil (ut puto) de sensuum ueritate, non tamen parum de eloquij uenustate perdidimus, splendorem t̄ nobilis styli, & elocutionum gratiam exprimere non ualentes. Sed nescio quidem te istud imperasse pœniteat. Neq; enim uerendum tibi est, ne forte asperitate trãssationis offensio-

lectionis

lectionis huius careas uoluptate: cum quicquid nobis ex cultu defuit, ornatumq; uerborū, id totum illius quem transstulimus magnifica inuenta compensent. Est enim sanctus Ioannes tam clarus totus, ac fulgidus ut facile possit sententiarum suarum lumine etiam inter nostri sermonis nubila lumescere.

FINIS EPISTOLAE.
Aniani.

INCIPIT LIBER SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE LAUDIBUS BEATI PAULI APOSTOLI.

HOMILIA PRIMA.



Nihil prorsus errauerit: qui pratum quoddam insigne uirtutum ac paradysum spiritalem Pauli animum nuncupauerit. Tam multa enim gratia floruit, tamque huic gratiæ congruente uitæ perfectione resplenduit. Quoniam enim uas electionis effectus est, & bene semetipsum emendare curauit, largissime in eum spiritus mundus effusus est. Vnde & mirabiles nobis fluxus uis genuit, non secundum paradysi fontem quatuor tantum, sed multo etiam plures, & quotidie fluentes, non terram irrigantes, sed animas hominum ad producenda uirtutum germina suscitantes. Quis ergo ad explicanda istius merita sermo sufficiet? Quæ autem lingua laudibus eius inueniatur æqualis, cum omnia quæ sunt in hominibus bona, anima una possideat, & ea cuncta plene, atq; cumulate, nec solum hominum sed etiam quod est amplius Angelorum? Nequaquam ergo possimus eius explicare præconia. Nec tamen idcirco reticebimus, quin potius propterea dicemus. Est enim hoc maximum laudis genus, cum orationis copiâ uirtus superat & magnitudo laudat. Sicq; uinci multo est nobis gloriosius, quàm sepe uicisse. Vnde igitur opportunius laudum eius sumamus exordium: unde inquam incipiemus aliunde, nisi ab hoc ipso primum: ut ostendamus eum bona omnium possidentem: siue enim propheta potentius in se aliquid ostenderunt, magisq; mirabile, siue patriarchæ, siue iusti, siue apostoli, siue martyres, hæc omnia simul colligens Paulus, cum tanto habet cumulo, cum quanto nullus eorū bonum quo excellebat, impleuit. Hoc itaque diligentius intueri. Abel obtulit sacrificium, & inde laudatur. Sed si Pauli hostiam adducamus in medium, quantum cælum à terra, superior apparebit. Quæ ergo uultis ut memo-

rem? Non enim una tantummodo est. Si quidem semetipsum per dies singulos immolabat. Quam tamen rursus hostiam dupliciter offerebat, tum in corde, tum in corpore suo mortificationem Iesu sine intermissione circumferens. Nam & ad pericula iugiter parabatur, consummans uoluntate martyrium, & naturam in se mortificando carnis, nihil minus quam immolata Deo hostiæ munus implebat, immo etiam multo amplius. Non ues enim offerebat aut boues, sed semetipsum per dies singulos dupliciter (ut diximus) immolabat. Propter quod confitendo dicebat. Ego enim iam immolor, sanguinem utiq; suum immolationem uocans. Neq; uero his tantummodo sacrificijs contentus fuit, sed quia bene seipsum consecrauerat deo, etiam orbem uniuersum studuit offerre. Qui terram uidelicet ac mare, Græciam simul atq; Barbariam, omnem prorsus (quanta est sub sole regionē quasi uoluitans circuiuit, non simplici labore uelut in uacuum itinera percurrens, sed peccatorū spinas pariter euellens, & uerbum seminans ubiq; pietatis, fugans errores, ueritatem reducens, ex hominibus faciens angelos, quinimo ipsos homines quasi ex demonibus Angelos prouehens. Propter quod iam hinc post sudores plurimos ac trophæa innumerabilia trãsiturus, pro discipulorū consolatione dicebat. Sed & si immolor super sacrificium & obsequium fidei nostræ, gaudeo & congratulabor omnibus uobis. Propter quod & uos gaude-
 te, & congratulamini mihi. Quidnam igitur huic hostiæ reperietur æquale, quam Paulus gladio sancti spiritus immolauit, quamq; in illo altario obtulit, quod supra cælos locatum est: Sed Abel dolo germani percussus occubuit, atq; hinc effectus est clarior. Ut ergo innumeratas tibi ostendi mortes, tot utiq; quot etiam dies beatus iste in prædicatione uixit. Si uero eam quoque uis nosse mortem, quæ nouissime etiam rebus impleta est, Abel quidem à fratre ut nihil à se læso, ita nullis affectu beneficijs interemptus est. Paulus uero ab eis est interfectus, quos innumeris malis cupiebat eripere, & propter quos sustinuit uniuersa mala quæ passus est. Sed Noe iustus in generatione sua atq; perfectus, & solus erat talis in cunctis. Sed & Paulus solus inter omnes talis inuentus est. Et ille quidem se tantummodo legitur seruasse cum liberis: hic autem multo fauore undarum inundante diluuiō, non arcæ coaptando compagibus tabularum: sed epistolas componendo pro tabulis: non duos, uel tres, aut quinq; cognatos, sed uniuersum prorsus orbem mergi periclitantem, ex medijs fluctibus liberauit. Nec uero erat hæc talis arca, ut uno circumferretur loco, quæ utiq; orbis terminos comprehendit. Nam usque nunc omnes in hanc arcam Paulus inducit, quam certe capacem saluandæ multitudinis præparauit. Quæ suscipiens irrationalibus pene animalibus stultiore, imitatores efficit Angelorum

Bbb ; rum

rum. Et hinc quoque illam uincit arcem, quia illa quidem coruum recipiens, coruum rursum emisit, & includens lupum, feritatem eius mutare non potuit. Hic uero accipitres, miluosque suscipiens, fecit columbas, & excludens irrationabilitatem omnem atque feritatem, mansuetudinem spiritus introduxit. Manet hodieque hæc arca nauigans nec tamen aliquando dissoluitur, nec ualet tabulas eius ulla malitia laxare tempestas, quin potius ipsa tempestatis motus nauigando compefcuit. Quod satis consequenter effectum est. Non enim bitumine ac pice, sed sancto spiritu eius tabulæ sunt perunctæ, sed Abraham mirantur omnes, quia cum audisset Abraham, Exi de terra tua & de cognatione tua, et domos reliquit, & patriam, & amicos, atque cognatos, quorum omnium iacturam solo diuini amoris præcepto pensabat. Nam & nos eum propterea miramur. Sed quid Paulo possit æquari, qui non modo patriam, cognatos, ac domum, sed ipsum quoque mundum reliquit, immo etiam cælum, & cælum cæli? Et hæc omnia Christum suscipiendo despexit, uinum pro cunctis illud & solum, id est Christi charitatem requirens. Neque præsentia (inquit) neque futura, neque altitudo, neque profundum neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo lesu Domino nostro. Sed abraham in periculum seipsum tradens hostibus filium fratris eripuit. At Paulus non fratris filium, neque tres aut quinque urbes: sed orbem uniuersum de ipsa diaboli extorsit manu innumerabilia per dies singulos pericula sustinendo proprijsque mortibus maximam securitatem alijs comparando. Caput bonorum eius, culmemque philosophiæ est, quod filium uoluerit immolare. Sed hic quoque inueniemus Paulum primas partes tenentem, qui non filium sed semetipsum (ut dixi) milies immolauit. In Isaac quidem aliquis admiratur, & alia quidem plurima, sed præcipue patientiam: quoniam puteos fodiens, & de proprijs exagitatus laboribus, minime resistebat, sed factos à se puteos obrui patiebatur, atque ad alium semper migrabat locum: neque collecta suorū manu in aduersarios irruerat, sed propria possessione uerbique cedebat, quo ad usque illorum iniquissimam expleret cupiditatem. At Paulus non puteos cernens lapidibus obruptos, sed proprium corpus, non solum sicut ille cedebat, sed eos etiam à quibus lapidabatur, in cælum studebat euehere. Quanto enim amplius obruebatur iste fons, tanto erumpebat magis, ac plures ex se fluuios effundendo emanabat. De longanimitate atque patientia huius filium Iacob scriptura miratur. Et quænam illa est tam adamantina prorsus anima, quæ Pauli patientiam possit imitari? Neque enim bis septem annorum, sed totius uitæ seruitium pro sponsa pertulit Christi: non adustus solum aestu diei, & noctis gelu, sed tentationes mille perpeti-

ens, & nunc quidem uerberibus, nunc uero lapidibus scissus, atque collisus, & modo quidem bestijs, modo autem fluctibus pugnant, modo etiam nimia atque continuæ reluctans fami diebus ac noctibus. Et inter certamina ubique profiliens, captas oues ex diaboli faucibus abstrahat. Sed Ioseph pudicitia uirtute decoratus est. Et ego uereor ne iam ridiculū sit hinc Paulum laudare, qui semetipsum mundo crucifigens, ita non solum humanorum corporum pulchritudines, sed omnia etiam quæ uidentur rebus clara ac decora cernebat, quemadmodum nos fauillam cineremque despiciamus, qui quasi mortuus prorsus ad mortuum immobilis permanebat. Itaque cum tanta animi cura comprimeret incertina uitiorum & naturæ, nihil humanum ad aliquem aliquando perpeffus est. Stupent certe Iob omnes homines & ualde utique consequenter. Est enim ille athleta mirabilis, & qui Paulum ipsum uelut ex aduerso possit aspiciere ob patientiam puritatemque uitæ, ob testimonium dei, propter illam fortissimam cum diabolo pugnam, propter uictoriam quæ pugnam secuta est. Et Paulus non mensibus tantum, sed annis plurimis in agone perdurans, tam clarus emicuit, non terræ gleba saniem carnis radens, sed in ipsius intelligibiles os leonis frequenter incurrens, & pugnant aduersus tentationes innumeras, omni erat lapide tolerantior. Qui non à tribus & quatuor amicis, sed à cunctis infidelibus, à falsis etiam fratribus opprobria sustinebat, consputatus ab omnibus atque maledictus. Sed illi us erat magna hospitalitas, & cura parentum siue pauperum. Nec nos quidem istud negamus: sed Pauli eam liberalitate inferiorem docemus: & tanto inferiorem, quanto anima est corpus inferius. Quam enim ille curam impendebat carnedebilibus, hæc iste anima morbidis exhibebat: nunc mentis sensibus claudicantes dirigendo in recti itineris incessu: nunc nuditate deformes stola cælestis philosophiæ uestiendo in corporalibus quoque beneficijs tanto iste superabat, quanto amplius est in fame & egestate uiuentem indigentibus ferre præsidium, quam id ipsum de diuitiarum affluentia ministrare. Nam illius quidem omni aduenienti aperiebatur domus: huius uero anima uniuerso patebat orbi, ac fidelium populos benigne mentis recipiebat hospitio, dicens. Non angustiamini in nobis, angustiamini uero in uisceribus uestris. Et ille quidem cum boues ac oues haberet innumeras, erat in pauperes liberalis: hic uero nihil amplius corpore suo possidens, de hoc ipso sufficienter indigentibus ministrabat. Quod alicubi ipse commemorans, necessitatibus inquit, meis, & his qui mecum erant ministrauerunt manus istæ. Corporis enim sui operam uelut ex quadam possessione fructus esurientibus deputabat. Sed uermes uidelicet ac uulnera, scæuosque atque intolerabiles sancto Iob inferbat dolores. Et ego fateor, Sed si per tam

multos annos Pauli uerbera, & cum iugi fame etiam nuditatem, catenas, carcerem, in fidias, periculaque consideres, quæ à domesticis, ab extraneis, à tyrannis, à toto postremo patiebatur orbe: addas huc etiam his profecto amariora, id est pro eis qui labebantur, dolores, sollicitudinem quam pro Ecclesijs omnibus, uisionem quam pro scandalizatoris singulis pererebat: uidebis quam omni erant saxo durior anima ista perpetiens, & ferrum atque adamantem firmitate superabat. Quæ enim Iob corpore, hæc Paulus Apostolus mente sustinuit: quæ omni febre molestior de singulis quibusque labentibus mœstitia consumebat. Vnde et iuges lachrymarum ex eo fontes, non diebus solum, sed etiam noctibus effluebant, omnique muliere parturiente uehementius affligebatur in singulis. Propter quod etiam dicebat beatus Paulus Apostolus. Filioli mei quos iterum parturio, & cetera. Quem uero iam quispiam post Iob putat esse mirabilem? Moyses profecto. Sed hunc etiam Paulus satis eminenti uirtute transcendit. Cuius quidem multa sunt alia præclara, sed caput sanctæ illius animæ atque fastigium est: quoniam pro Iudæorum salute deleri elegit in libro. Sed Moyses cum cæteris optauit perire: Apostolus Paulus pro cæteris. Non enim cum peruntibus perire uoluit: sed ut saluarentur alij ipse de gloriæ aternitate decidere. Et ille quidem Pharaoni, iste autem diabolo quotidie repugnabat. Et ille pro una gente, iste uero pro uniuerso orbe certauit, non sudore, sed sanguine uice sudoris uandique proflente, cum non solum habitabiles mundi partes, uerum etiam deserta ad cultum religionis adduceret, nec solum Græcorum populos, uerum & Barbarorum. Poteram quidem & Iesum Naue, & Samuel, & alios Prophetas in comparationem uocare, sed ne sermonem faciam longiorem, ad ipsa eorum capita conscendam. Cum enim istis excellior apparuerit nulla prorsus de alijs ambiguitas relinquatur. Quin ergo eminentiores uidentur: quis post hos alius nisi propheta Dauid, Heitas ac Iohannes Baptista, Quorum unus prioris, alter secundi est præcursor aduentus? Propter quod etiam nominis communionem coniuncti sunt. Quid igitur in Dauid præcipuum reperitur? Sine dubio hospitalitas, atque erga Deum seruens amor. Et quis amplius, immo quis ita ut anima Pauli hæc utraque compleuit? Admirandum autem in Helia ego minime reor: quia cælum clausit, quia induxit famem, quia ignem de cælo sermone composuit, sed quia celauit pro Deo: eratque in hoc mentis affectu, ipso igne uehementior. Sed si Pauli zelum diligenter inspicias, tanto eum inuenias excelliorem, quanto ille prophetis cæteris eminebat. Quid enim illis uerbis reperitur æquale, quæ gloriæ domini zelando dicebat: Quoniam optabam esse anathema pro fratribus meis, qui sunt

cognati mei secundum carnem? Propterea à cælis sibi propositis, ac premijs, & coronis tradidit ac distulit dicens. Permanere autem in carne necessarium propter uos. Propterea non solum istam quæ cernitur, sed illam quoque que intelligitur creaturam nequaquam sufficere sibi credidit ad ostendendum zelum & charitatem, qua ardebat in Christum Iesum: sed etiam aliam quæ non est, sermone formauit, ut quod tota uoluntate cupiebat, exprimeret. Sed Iohannes in cibum locustas, & mel syluestre sumebat. Sed Apostolus Paulus ita in medio mundi strepitu, quemadmodum ille in eremo quiete uersatus est: non quidem pastus locustis, aut melle syluestri: multo autem his uictu uiliore contentus, ac ne necessario quidem indulgens cibo, præferenti prædicanti studio.

Verum illius aduersus Herodem apparuit magna constantia, & iste non unum aut duo aut tres, sed innumeros in sublimi positos potestate corripuit, immo longe illo seuiores tyrannos. Restat ut Paulum iam Angelis comparemus. Ideoque relinquentes terram etiam cælorum fastigia transeamus. Sed nullus sermonem nostrum accuset audacia. Si enim Iohannem & sacerdotes dei scriptura Angelos nominauit, quid mirum si præstantiorem omnibus Paulum illis uirtutibus conferamus? Quid ergo esse in Angelis magnificum prædicamus? Profecto quia cum omni cura obediunt Deo. Quod propheta Dauid quoque admirando dicebat. Potentes uirtute, facientes uerbum eius. Huic enim bono prorsus nihil est æquale, etiam si sint milies incorporati. Hoc est enim quod maxime eos præstat beatos, quia obediunt præceptis, quia eum in nullo aliquando contemnunt. Hoc igitur & in Paulo plene animaduerti potest cum omni diligentia & cautione seruatum. Non solum autem sermonem eius impleuit: uerum etiam præcepta, supraque præcepta. Hoc quippe beatus Paulus Apostolus declarans ait. Quæ est ergo merces mea? Ut euangelium prædicans, sine sumptu ponam euangelium Dei. Quid uero aliud in Angelis propheta miratur? Qui facis (inquit) Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Sed hoc etiam in Paulo possumus inuenire, qui uelut ignis ac spiritus totum terrarum percurrit orbem, percurendoque purgauit. Sed necdum cælum iste sortius est. Et hoc est omnino mirabile, quia talis uersabatur in terris, mortali ad huc carne circumdatus cum incorporalium potestatum uirtute certabat. Quanta ergo nos sumus condemnatione digni, cum uno homine uel bona omnia in se congregante, ne minima quidem eorum partem studemus imitari. Hæc assidue mente uolentes, & nos ipsos inculpabiles præbeamus, & ad illius zelum studeamus accedere, ut ad eadem bona peruenire mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Galat. 4.

Iob. 8.

HOMILIA II.

Quid sit homo, & quanta naturae nostrae nobilitas, quantaeque capax uirtutis hoc animal, praecipue ex omnibus Paulus ostendit. Qui nunc stetit aduersus criminales humanae creaturae clarissima pro Deo uoce respondens, cohortans ad studia uirtutis, & impudentissima blasphemantium ora concludens: docens quoque quod inter angelos, hominesque non grande sit medium, si tamen nos ipsos diligentius extollamus. Non enim aliam fortius est ille naturam, nec dissimilem naturam animam, neque alterum habitans mundum, sed in eadem terra, eademque regione, sub eisdem & legibus nutritus & moribus, cunctos qui nunc uel sunt homines, uel fuerunt altius uirtute transcendit. Vbi igitur nunc illi sunt, qui uirtutem in procliuo, uirtutem in arduo collocarunt: hic enim illis palam repugnat dicens.

2. Cor. 4.

Quod enim in praesenti est momentaneum ac leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum nobis gloriae pondus operatur. Si autem huiusmodi tribulationes inueniuntur leues, quanto magis haec quae in nobis sunt uoluptates. Neque uero hoc solum in illo mirabile est, quod praebundantia deuotionis quodammodo non sensit dolores pro uirtute susceptos, sed etiam quod uirtutem ipsam nec mercede pensauit. Nam nos quidem propter eam, nec proposita mercede certamus, quam ille complectens, etiam sine premio diligebat, cuncta illa quae asperitate sui uidentur impedire uirtutem, cum omni magnanimitate perpetuens. Qui neque infirmitatem corporis, neque multitudinem circumstantium undique negotiorum, neque tyrannidem naturae, nec quicquam aliud causatus est, cum utique maior illi quam cunctis, & militiae principibus & regibus terrae esset cura commissa.

Sed quotidie celsior, quotidie assurgebat ardentior, & intentatis sibi periculis noua semper alacritate pugnabat. Ideoque significans dicebat. Eorum quae retro sunt obliuiscens, ad ea uero quae priora sunt extendens me. Qui cum sibi mortem iam imminuentem uideret, ad communionem, delectationemque gaudij alios prouocabat dicens. Gaudere, & congratulamini mihi. Ac periculis, iniurijs, opprobrijsque propositis rursus exultat. & Corinthijs scribens ait. Placeo mihi in infirmitatibus meis: cum utique haec ipsa esse diceret arma iustitiae, ostendens hinc sibi fructum maximum prouenire. Itaque cum inter medias inimicorum uersaretur insidias, uans tamen de omni eorum referebat impugnatione uictorias: & ubique scissus uerberibus, affectus iniurijs, atque maledictis, quasi triumphales pompas ageret, crebraque trophaea strueret, ornabatur, gratiasque referebat Deo dicens. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos. Itaque ad confusionem, & iniurias quas ob praedicandi studium sustinebat, magis quam ad bonorum oblectamenta propera-

bat, mortis potius, quam uitae desiderium appetens, paupertatis quam opulentiae, & multo amplius laborem desiderans, quam alij requiem post laborem: ac moerorem magis eligens, quam alij uoluptatem, studiosius pro inimicis orans, quam alij aduersum inimicos.

Conuerterat omnem orbem terrarum, immo nos eum uere peruertimus. Ab illo autem sic est custoditus, quemadmodum a Deo fuerat institutus. Illa enim omnia quae appetebantur a Paulo, naturae congrua: haec uero quae idem ille fugiebat, contraria iudicatur. Unde istud probari potest: Quia homo utique cum esset Paulus, ad illa tamen magis, quam ad ista curabat. Vnum enim illi formidandum erat, atque metuendum, offensa nimirum Dei, nec quicquam aliud omnino. Ergo nec desiderabile illi aliud erat, nisi placere semper Deo. Non dico autem quia nihil praesentium desiderabat, sed nec ipsorum aliquid futurorum. Non enim mihi dicas urbes & gentes, exercitus, pecunias, prouincias, potestates. Haec enim ille nec quasi, araneorum fila reputauit, sed ea ipsa pene quae promittuntur in caelis: & tunc eius ardentem in Christo amorem uidebis.

Hic siquidem praebilius dilectione, non angelorum, non archangelorum ammiratus est dignitatem, nec quicquam horum simile concupiuit. Quod enim erat maius omnibus, Christi amore fruebatur, cum hoc beatorem se cunctis putabat, sine hoc autem neque dominatum, neque principatum socius esse cupiebat: sed cum hac dilectione magis esse uel extremus optabat, immo etiam ex numero punitorum, quam sine hac inter summos, & honore sublimes. Hoc enim erat illi maximum, ac singulare tormentum, ab hac charitate discedere. Haec illi erat gehenna, haec sola poena, haec infinita, & intoleranda supplicia, sicut etiam perfrui charitate Christi. Hoc illi uita, hoc mundus, hoc angelus, hoc praesentia, hoc futura, hoc regnum, hoc promissio, hoc bona uidebantur innumerata. Propter hoc uero nihil in tristium parte ponebat. Horum enim quae hic habentur, nihil asperum, nihil etiam suaue reputabat. Sic despiciebat uniuersa quae cernimus: ut solet herba iam putrefacta contemni.

Tyrannos uero, ac populos spirantes furorē, uelut quosdam esse culices existimabat. Mortem uero, ac cruciatus, & mille supplicia, quasi ludum putabat esse puerorum: dummodo propter Christum aliquid sustineret. Tunc enim & haec amplectebatur libenter: & decorabatur uinctus catena: magis quam diademate coronatus. Etenim coronatus carcere, habitabat caelum: ac libentius uerbera excipiebat, & uulnera: quam alij brauia diripiunt: & dolores non minus, quam praemia diligebat: cum ipsos utique dolores loco duceret praemiorum. Propterea enim illos etiam gratiam nominabat. Quem sensum diligenter expende. Primum certe erat dissolui, & esse cum Christo, per manere autem in carne, certamen.

Philip. 1.

Sed

Sed tamen propter Christi desiderium praemia differere cupiditate certaminis: idque magis necessarium esse dicebat. E regione uero anathema a Christo fieri certamen erat & dolor: magis autem supra certamen: supraque omnem dolorem. At uero esse cum CHRISTO erat praemium singulare. Paulus tamen propter Christum illud maluit quam istud eligere. Sed profecto dicat hic aliquis: quoniam haec omnia propter Christum sua uia esse dicebat.

2. Cor. 11.

Hoc plane etiam ipse confiteor: quoniam quae nobis sunt causa tristitia: haec illi pariebantur maximam uoluptatem. Et quid ego pericula, arumnasque commemoro? In moerore enim maximo ille uersabatur: propter quod dicebat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uoror? Et si in moerore quoque dicat quis inesse aliquam uoluptatem: multi enim illorum qui filiorum mortibus uulnerantur, aliquid consolationis accipiunt cum suis fletibus relinquuntur, magisque dolere cum dolere prohibentur. Sic & Paulus nocte, & die consolationem accipiebat ex lachrymis. Nullus siquidem tam certo affectu mala propria, quam ille desebat aliena. Quemadmodum enim illum opinaris afflictum: cum perditionem desereret? Qui ut illi salui fierent: a caelorum gloria cupiebat excludi. Et hoc unde manifestum est? Quia scilicet non saluari illos multo acerbius existimabat: quam semetipsum perire. Aut si non acerbius, nunquam aliud optasset: quod utique quasi tolerabilis esse legit. Qui, cum certe spe maxima futuri praemij palceretur: non perfunctorie aliud optabat, sed clamabat dicens. Quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo.

Roma. 9.

Hunc ergo & de singulis (ut ita dixerim) habitatoribus mundi tam uehementem dolorem, & in commune pro cunctis, & Gentibus scilicet & urbibus: et pro unoquoque peculiariter lamentantem, cuius rerum aliquis poterit comparare? Cui feror? Cui adamantini? Quidnam illam aliquis appellet animam? Auream ne magis an adamantinam? Nam & omni erat adamante fortior: & auro, gemmisque preciosior. Et alteram quidem materiam firmitate: alteram uero superabat preciositate. Cui igitur rei haec ab aliquo anima comparatur? Earum quidem quae sunt, omnino nulli. Quod si uel auro adamantis fortitudo, uel adamantini honor daretur auri: tunc forte aliquo modo comparatio eius Pauli posset animae conuenire. Sed quid ego adamantem et aurum ad similitudinem adduco Pauli? Mundum si ediuerso appendas omnem: etiam tunc uidebis aperte Paulum uergere potius examinibus. Si enim de his quae in melotis & specubus in exigua orbis parte uersantur, hoc dictum est: quanto magis nos dicimus Paulum mundo & omnium quae in mundo sunt digniorum? Si igitur etiam mundus eo dignus non est: sit forte uel caelum. Sed istud quoque inuenitur inferius. Si enim iste non caelum solum: sed etiam quae habentur in caelis, Dei post po-

suit charitati: quomodo non magis dominus qui tanto est benignior Paulo quanto malitiam bonitas antecellit, innumeris enim caecis iudicat digniorem? Non enim nos tantum diligit Deus: quantum a nobis ipse diligitur: sed tanto effusius, quantum ne sermo quidem sufficit explicare.

Consideremus ergo quantis illum honoribus, etiam ante tempus resurrectionis extulerit. In paradisum rapuit: in caelum tertium subleuauit: ineffabilis arcani fecit esse participem: taliumque mysteriorum conscium: quae nulli hominum fas fuerit confiteri. Nec immerito. Si quidem Paulus in terra, gradiens sic se agebat in cunctis: quasi angelorum societate fruebatur. Nam passibili adhuc corpori colligatis illorum perfectione gaudebat: tantisque fragilitatibus subditus in nullo inferior supernis uirtutibus apparere certabat. Nam & tanquam pennatus totum docendo peruolauit orbem: & uelut incorporeus labores, periculaque contempsit: & quasi tam caelum possidens, cuncta prorsus terrena despexit: & tanquam cum ipsam incorporeis uirtutibus degeret: ita uigilantis mentis intentione uigilauit. Et angelis qui saepe diuersarum gentium cura commissa est: sed nullus illorum ita creditum sibi populum gubernauit, ut Paulus uniuersum gubernauit orbem. Neque uero dicas quia haec non perficiebantur a Paulo. Hoc enim etiam nos fatemur. Sed si non ipse erat qui cuncta complebat: nequaquam tamen ab eorum operum laudibus separatur. Quia utique dignum se tantae gratiae preparauit: per quam tam magnifica, & gloriosa perficeret. Michaeli gens commissa est Iudaeorum. Paulo uero terra, ac maria, atque uniuersi orbis habitatio, ipsumque desertum. Et haec non ad iniuriam (quod ablit) dicimus angelorum: sed ostendimus esse possibile illis hominem copulari: iuxtaque illorum merita consistere. Cuius autem rei gratia non angelis potius haec praedicationis cura commissa est? Ut nullum scilicet excusationis colorem desens inueniret, ac negligens, ac ne tu ad diuersitatem naturae confugeret dormiendo. Deinde ut tanto etiam maior operum admiratio nasceretur, quanto de natura inferiorum procederent. Quomodo enim non admirabile hoc atque improuisum uideretur, cum ex terrena lingua sermo profiliens mortem fugat, peccata dissoluit, tenebras caecitatis illuminat & mutatione mirifica terram conuertit in caelum? Propter hoc igitur stupeo uirtutem Dei, propter hoc admiror promptum animum Pauli: quoniam se talem studuit exhibere: quoniam tantae se gratiae capacem parauit. Vos autem rogo ut non miremini solum: uerum etiam imitemini. In tam clarum hoc uirtutis exemplum. Sic namque poterimus coronarum eius esse participes. Quod si aliquis nos dixisse miratur: quia quicumque habuerit Pauli merita, eadem sit habiturus & praemia: ipsum audiat ista dicentem.

Certae

Certamen (inquit) bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De cetero reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt adhaerentium eius. Vides certe ut cunctos in eandem gloriae communionem vocet. Quia igitur omnibus eadem corona posita est, studeamus omnes digni illis bonis, quae promissa sunt, inueniri. Neque solum magnitudinem, atque eminentiam in illo debemus considerare virtutum, & promptum illud animi eius, atque robustum: per quod ad tantam meruit gratiam pervenire: sed & naturae societatem, per quam nobis incunctis ille participat. Et sic etiam quae valde sunt ardua, facilia nobis videbuntur, ac levia, brevisque hoc tempore laborantes incorruptibilem illam gestabimus, atque immortalis coronam, & gratia misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria, & imperium, in saecula saeculorum amen.

HOMILIA III.

Beatus Paulus qui tantam vim humanae ac lacrimatis ostendit: ut ad caelum quoque ipsum valeat subuolare praetermittens angelos, aliasque virtutes: aliquando quidem suo exemplo Christi nos fieri imitatores iubet dicens. Imitatores mei estote, sicut & ego. **1. Cor. 4.** **1. Cor. 4.** Aliquando quidem de se reticens, ad ipsius nos imitationem Dei extendit dicens. Estote imitatores dei, sicut filii charissimi. **Eph. 5.** **Eph. 5.** Iam vero demonstrans: quia nihil ita hanc imitationem pariat, quam si ita vivat aliquis, ut bonum eius in commune proficiat, atque universis utiliora provideat, adhaerit. Ambulate in charitate Dei. Ideo cum dixisset, imitatores Dei estote: continuo de charitate disseruit: quia haec praecipue virtus homines Deo facit proximis. Quanta enim sint alia, inferiorem tenentes locum, cunctae erga hominum studia versantur: ut est contra concupiscentiam pugna, & quod adversus gulam geritur bellum, ut in avaritia interitum acies ordinata: ut cum iracundiae furore confictus. Diligite vero deo nobisque commune est.

Propterea & dominus imperabat. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: ut sitis filii patris vestri qui in caelis est. Hoc igitur & Paulus cunctorum intelligens caput esse bonorum, omni in se studio exprimeretur curavit. Nemo enim ita dilexit inimicos, nemo erga insidiosos suos tam beneficus fuit, nullus pro afflictoribus suis tanta perpessus est. Non enim illa quae patiebatur: sed naturae copulam cogitabat: quantoque amplius efferebantur inimici, tanto magis eorum miserabatur insaniam. Ut enim aliquis indulgentissimus pater afficitur erga filium phrenesi comprehensum, cuius quanto magis conuictus sit, tanto magis eum potius miseratur ac desinet: ita Paulus qui de ipsa magnitudine passionum, eorum a quibus affligeba-

tur, aestimaret furorem, maiora illis adhibebat fomenta pietatis. Audi igitur quomodo compatienter, quamque mansuete nobis pro illis loquatur: qui eum quinque uerberauerant, qui catenis onerauerant, qui uinculis constrinxerant, qui ipsum eius sivebant cruorem, qui que illum quotidie discerpere cupiebant. Testimonium, inquit, illis perhibeo: quoniam aemulationem Dei habent: sed non secundum scientiam. Rursus eum qui se supra illos superbius efferebat refrenans: Noli, ait, altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit ne forte nec tibi parcat. Quia enim cognouerat dominicam iam in illos processisse sententiam: quod unum & solum in sua erat potestate, praestabat. Saepelachrymabat, uehementer pro illis dolebat, uolentes eis insultare prohibebat, atque in quantum poterat laborabat umbram eius excusationis obtere. Et quia propter contumaciam eorum, atque duritiam, persuadere illis fidem sermone non poterat, ad orationes conuertebatur affluas. Fratres, inquit, uoluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad deum fit pro illis in salutem. Spe quoque illos meliore sollicitate dicentes. Sine poenitentia enim sunt dona, & uocatio Dei, ut non pertinacius usque ad finem desperatione moriamur. Quae utique omnia sunt amantis, & ualde eorum utilitatibus prouidentis: ut cum dixit: Veniet ex Sion qui eripiat, & aueriat impietates ab Iacob. Mordebatur namque uehementer, ac penitus dissecabatur cum eos pereuntes uideret. Propter quod & multa solatia adhibebat huic dolori, aliqua quidem dicens: Veniet ex Sion qui eripiat, & aueriat impietatem ab Iacob: aliquando uero. Et isti non crediderunt, ut illorum misericordiam consequantur. Facit autem hoc etiam Hieremias, uim quandam inferens, atque contendens excusationem aliquam pro delinquentibus inuenire. Nunc quidem dicens. Si peccata nostra restiterunt nobis, & rursus. Non est in homine uia eius, nec homo ibit & diriget iter suum, et rursus alibi. Memento, quoniam pulvis sumus. Mos etenim est omnino celeberrimus, ut hi qui pro delinquentibus deprecantur: etsi nihil idoneum afferant ad rogandum, saltem umbram quandam pro eis excusationis oppugnant, non certa uerborum proprietate munitam, nec quae trahi possit in dogmata, sed quae pro pereuntibus tantummodo consoletur dolentem. Non ergo huiusmodi excusationes scrupulosus ponderemus, sed intelligamus esse illas dolentis animae, ac dicere aliquid pro peccatoribus requirentis: iuxtaque hunc modum haec quae superius dicta sunt sentiamus. Putas autem quia erga solos Iudaeos talis extiterit, ad alios uero, uel domesticos, uel extraneos non se multo etiam praebuere mitiorem. Audi igitur quid ad Timotheum sit locutus. Seruum, inquit, domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, doctorem, patientem,

Rom. 10. et 11

ibidem

Timo. 2.

patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt: ne quando det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam ueritatem, & respiciant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius uoluntatem. Vis autem probare, quam modestae etiam cum illis loquatur qui in peccato corruerant? Audi quid Corinthiis dixerit. Timeo, inquit, ne cum uenero humiliet me deus apud uos, & luceam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam super immunditia, & fornicatione, et impudicitia quam gesserunt. Et ad Galatas. Filii, ait, mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Et in causa eius qui fuerat fornicatus, non minus eo ipso qui pro peccato suo lamentabatur dolet, proque illo alios deprecatur, dicens. Confirmate in illo charitatem. Sed & quando ab ecclesiae illum corpore separat, quam multis hoc lachrymis gemitibus faciebat? Ex multa, inquit, tribulatione, & cordis angustia scripsi uobis per multas lachrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeat abundantius in uobis. Et rursus. Factus sum Iudaeis tanquam Iudaeus: his qui sub lege erant, quasi sub lege essem. Factus sum in firmis infirmus. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos. Vidisti ne quae animam omnia terrena superantem? Omnem enim prorsus hominem Deo exhibere cupiebat, & omnes quantum ad ipsum spectat exhibuit. Quasi enim uniuersum mundum ipse genuisset, sic perturbabatur, sic currebat, sic omnes in regnum Dei festinabat inducere, docendo, pollicendo, meditatio, tum orando pro ipsis, tum ipsis etiam supplicando, & terrendo: Daemones, & corruptores animarum fugando. Aliquando epistolis: aliquando praesentia: nunc sermone: nunc rebus: per discipulos: per semetipsum erigere labentes: stantes uero firmare: humi iacentes attollere: sanare contritos: torpentes oleo exhortationis animare: inimicis insonare terribile, hostes minaciter inueniri, more optimi cuiusdam ducis, & medicis artis suae instrumenta gestantis. Protector ipse bellantium: ipse sedulus aegrotorum minister: & unus omnium officiorum personas exercitui ubique custodiens. Nec in spiritualibus solum tam egregium conseruabat ducem: sed in carnalibus quoque plurima sollicitudinis, ac prudentiae suae documenta praestabat. Audi itaque quemadmodum etiam pro una muliere ad uniuersum scribat populum, dicens. Commendo autem uobis Phoebe sororem meam, quae est in ministerio ecclesiae, quae est Caecharis, ut eam suscipiatis in domo digne sanctis: & assistatis ei in quocumque negotio uestri indigerit, & iterum, Nostis (ait) domum Stephanam, ut uos subditi sitis eiusmodi, & rursus. Cognoscite quae eiusmodi sunt. Est enim hoc quoque proprium ac familiare in dilectione sanctorum. Sic namque & Heliseus mulierem illam susceptricem suam, non spiritualibus solum, uerum etiam carnalibus beneficiis remunerat. Propter quod mul-

2. Cor. 2.

ibidem

1. Cor. 9.

Rom. 16.

4. Reg. 4.

ta sollicitudine, curaque dicebat. Si est tibi sermo ad regem, uel ad principem. Et quid mirum si commendatione per literas praestitit Paulus, qui & ad se aliquos euocans, nec de uitae eorum curam gerere dedignatus est, id ipsum in epistola sua scribere? Siquidem Tito scribens ait. Zenam legisperitum, & Apollo sollicitae praemitte, ut nihil eis desit. Qui commendans aliquos tam studiose scripsit, atque sollicitae, multo magis sicubi uideret periclitantes cuncta, fecisset. Ad Philemonem quoque propter Onesimum scribens, uide quomodo impendebat studium, quomodo intente, ac sollicitate deprecetur. Qui autem pro uno seruolo, maximeque fugituo, & qui ex rebus domini multa subtraxerat, integram omnique affectu plenam epistolam sine cunctatione composuit, qualis circa alios fuerit attende. Vnum enim hoc ille dignum pudore putauit, aliquid scilicet pro cuiuslibet salute negligere. Propter hoc agebat omnia, & commouebat, nec omnino quicquam pro his qui saluandi erant, cunctabatur impendere, non uerba, non pecunias, non denique corpus ipsum. Qui enim milles semetipsum traderat in mortem, multo magis si habuisset, nec pecuniis pepercisset. Et quid dico si habuisset, cum probare possim, nec pepercisse eum pecuniis etiam nihil habentem? Sed ne ambiguum putetur esse quod dicimus, audi ipsum rursus loquentem. Quoniam libenter, inquit, impendam, & super impendam ipse pro anima uestris. Et ad Philippenses scribens, ait. Necessitatibus meis, & his qui mecum erant, ministrauerunt manus istae. Cum ergo celsus in omnium cõsisteret arce uirtutum, omnem tamen flammam praecipuo charitatis ardore uincebat. Ut enim missum in ignem ferrum totum profecto ignis efficitur, sic Paulus charitate successus totus effectus est charitas. Qui quasi communis totius mundi esset pater, ita in amore hominum ipsos eorum imitabatur parentes, immo cunctos non carnales modo, uerum etiam spirituales patres sollicitudine, ac pietate superabat, & pecunias, & uerba, et corpus, & animam pro his quos diligebat impendens. Propter hoc itaque charitatem etiam plenitudinem legis uocabat, & uinculum perfectionis, & omnium bonorum matrem, & initium, finemque uirtutum. Proptereaque dicebat. Finis autem precepti est charitas de corde puro, & conscientia bona. Et rursus. Non adulterabis, non occides, & si quod aliud est mandatum, in hoc uerbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quia igitur & initium, & finis, & bona omnino uniuersa dilectio est, uel in ipsa Paulus studeamus imitari. Etenim hic illius ope talis effectus est. Non enim mihi proponas mortuos, quos sapius suscitauit, neque leprosos, quos eadem uirtute mundauit, nihil a te horum requirit Deus. Posside charitatem Pauli, & perfectam adipisceris coronam. Cuius uero ista sententia est? Ipsius nutritoris utique charitatis, qui eam & mirabilibus, & signis,

Actuum. 20.

& c.

& alijs bonis mille prapofuit. Quia enim ipse
eam abunde, ac uehementer acceperat, idcir-
co etiam acrius, atq; examinatus uim eius in-
telligit. Per ipsam etenim ille ad tam celsum
perfectionis cacumen ascendit, nihilq; eum i-
ta dignum Deo, ut uirtus praestitit charitatis.
Et ideo dicebat. Imitamini dona meliora, &
adhuc excellentiorem uobis uiam demonstro,
charitatem profecto optimam uiam, planis-
simaq; pronuncians. In hac igitur etiam nos iu-
giter ambulemus, ut & Paulum, immo domi-
nū Pauli uidere mereamur, & incorruptibiles
consequamur coronas, gratia, & misericordia
domini nostrileſu Christi, cui est gloria, & im-
perium in secula seculorum. Amen.

HOMILIA IIII.

Beatus Paulus qui nos hodie congregauit,
quiq; terrarū etiam illuminauit orbem, uo-
cationis suae tempore aliquando caecatus est.
Sed illius caecitas, illuminatio totius orbis ef-
fecta est. Quoniam enim uidebat male, bene
eum excacauit Deus, ut utiliter tam uideret
in reliquum. Simul enim & documentum ei
suae uirtutis prauit, & in passione eius figura
uit futura, & modum eius praedicationis edo-
cuit, quod scilicet oporteret eum priora studia
penitus excludere, & quasi conuidentem ocu-
lis semetipsum undiq; coercere. Propter quod
ipse idem istud significans clamat. Si quis ui-
detur inter uos esse sapiens, stultus fiat, ut sit
sapiens. Nequaquam ergo potuisset rursus
bene uidere, nisi prius excacatus fuisset bene,
& propriam sapientiam, qua perturbabatur,
excludens, fidei se per cuncta committeret.
Sed nullus hoc audiens, uocationem istam ne-
cessitatem puter. Si quidem potuit redire un-
de discesserat. Multi enim & in nouo, & in ue-
teri testamento cum maiora saepe mirabilia ui-
dissent, retro (ut legimus) sunt reuersi, ut Na-
buchodonosor, ut Iudas, ut Elymas magus, ut
Simon, ut Ananias, & Saphira, ut omnis po-
pulus Iudaeorum. Sed non ita Paulus. Illustrato
enim mentis aspectu, ad syncerissimum il-
lud lumen cursu tetendit, atque ad caelum per-
niciter subuolauit. Quod si interrogas, cuius
rei gratia sit caecatus, accipe ipsum loquentē.
Audistis, inquit, conuersationem meam ali-
quando in Iudaismo, quoniam supra modum
persequabar ecclesiam Dei, & expugnabam il-
lam, & proficiebam in Iudaismo super multos
coartaneos meos in genere meo, abundantius
aemulator existens paternarum mearum tradi-
tionum. Quia enim uehemens quidem erat,
ac ferus, iracnis quoq; uehementioribus indi-
gebat, ne scilicet impetu ipso eius, qua fereba-
tur alacritatis arreptus, plata ad se Dei uerba
contemneret. Propterea igitur furorē eius
indomium prius comprimē, & concitatos
praecipites illius iracundiae fluctus caecitatis
beneficio redigē in quietem, & tum demum
coelesti eum donat affatu, ostendens proprie
inaccessibilem sapientiam, & supereminētē
omnibus diuinā scientiae summitatem: ut dis-

ceret cui tandem aduersario repugnaret, quē
certe non modo punientem ferre non posset,
sed nec beneficia conferentem. Non enim il-
le obscuritate tenebrarum, sed luminis nimie-
tate caecatus est. Et cur (inquit) hoc ante non
factum est? Ne queras istud, neq; uelis esse cu-
riosior, sed concede incomprehensibili prouid-
entiae Dei salutes hominum notis tibi tempo-
rum opportunitatibus ordinare. Sic enim eti-
am ipse fatebatur dicens.

Cum autem placuit ei qui me segregauit
de utero matris meae, & uocauit per gratiam
suam, ut reuelaret filium suum in me. Nihil tu
igitur scrutaris amplius, quando hoc dicit &
Paulus. Istud enim tunc utiq; fieri oportuit, cū
iā scandala ubiq; creuissent: Ab ipso utique di-
scamus, quoniam nullus neque ante Paulum,
neque ipse Paulus ex se tantummodo eum in-
uenit, sed ipse se Christus ostendit. Et idcirco
dicebat. Non uos me elegistis, sed ego elegi
uos. Caeterum cur ante non credidit, cum uide-
ret, resurgere mortuos, ambulare claudos, pa-
ralyticos roborari, daemones effugari? Nullū
enim ille iructum ex his omnibus consecutus
est: cum tamen non ignoraret ista, qui tam e-
rat, circa apostolos curiosus. Qui certe cum la-
pidaretur Stephanus, astabat, & faciem eius
uidebat angelico fulgore radiantem. Cur er-
go nihil inde lucratus est? Quia necdum uti-
que fuerat uocatus à Christo. Tu uero haec au-
diens noli uocationem istam necessitatem pu-
tare. Non enim Deus homines cogit uocan-
do, sed post uocationem, quoq; permittit eos
propriarum esse dominos uoluntatum. Nam
& Iudaeis seipsum quando oportuit reuelauit:
sed illi propter gloriam, quam ab hominibus
reuirebant, ultro se offerentem suscipere no-
luerunt. Verum hoc loco infidelior aliquis
opponat, ac dicat. Cur non etiam me & uoca-
uit e caelo? Vnde autem manifestum est de ho-
mo, quia Paulum uocat e caelo? Sed credis i-
stud? Ergo si credis, hoc ipsum ad signum tibi
fatis est. Si uero non credis, quia e caelo Pau-
lum uocauit, quomodo dices cur non etiam
me uocauit? Credis quia illum uocauit, hoc ip-
sum tibi, ut dixi, abundat ad signum. Crede igitur.
Nam te quoque e caelo uocat Deus, si ha-
beas animam ad obediēdum paratam. Quod
si inobediens sis, & corrupta deprauateq; sen-
tentiae, ne de caelo quidem ad te demissa uox
tibi sufficit in salutem. Quoties autem & Iudei
uocem audire de caelo, & in nouo, & in ue-
teri testamento: nec tamen facti sunt idcirco
meliores. Nam in ueteri, Iudaei quidem post
mille miracula pro Christo uictulum quem fe-
cerant adorauerunt. At uero Hiericuntina
meretrix, quae nihil omnino ex mirabilibus
uidebat, ostendit tamen fidem in explorato-
rum susceptione mirabilem. In terra quoque
repromissionis Iudaei signa cernentes perma-
nebant lapidibus duriores. Niniuitae uero so-
lum Ionam uidentes crediderunt, & egerunt
poenitentiam, & uenturam super se iram dei co-
uersione

uersione pepulerūt. In nouo etiā testamento
sub presentia ipsius Christi Iatro quidem cum
crucifixum cerneret, adorauit: Iudaei uero qui
eum spectauerant mortuos suscitatem, & uin-
xerunt, & affixerunt cruci. Quid autem no-
stra quoq; atate? Nonne ex fundamentis tem-
pli quod Hierosolymis fuit, ignis exiliens au-
dentes illud aedificare contempsit? Sicq; reli-
qui ab iniquis conatibus destiterunt, neq; ta-
men ab impietate sua, & caecitate cōuersi sunt.
Quanta uero post haec etiam alia facta sunt
miracula? Vt cum super Apollinis uerticem
fulmen illapsum est, ut cum ipsius responsa de
monis transferri à rege sepultum iuxta se mar-
tyrem compulerunt: dicentis se eloqui omni-
no non posse, quamdiū proxima illius ar-
cam uideret. Erat namque uicina. Postque rur-
sus ipsius regis auunculus, qui profano attri-
tatu consecrata Deo uasa temerauerat, uer-
mibus exesus interijt. Praepositus regalis
rarij ob aliquam, quam Ecclesiae intulerat in-
iuriam, medius repente diruptus est.

Tunc etiam regionis nostrae fontes, qui pri-
us flumina ipsa cursu inundante uincebant, su-
bito in se resiliendo fugerunt: nunquam hoc
ante perpeffi, nisi postquam loca illa sacrifici-
is, ac uicinijs inquinauit. Quid uero iam me-
morem famem toto profus orbe terrarum cū
impio rege damnatae? Regis interitum in re-
gione Perfarum, ante mortem uero, mentis er-
rorē perpeffum? Exercitum in medio Bar-
barorum relicum? Et undique uelut in me-
dijs erat retibus inuolutus: nec ullum aliquan-
do exitum se inuenturum credebat: Dei tam-
nutu ab hostibus liberatus, omni cum securi-
tate remeauit. Et haec quem nō ualeant ad par-
tem pietatis attrahere? Nonne crux praedi-
catur, & totus ad credendum mundus accur-
rit? Quid uero praesentia? Nonne multo eti-
am mirabiliora dicenda sunt: Nonne mors an-
nunciatur, & omnes conuolant? Nunquid nō
innumeri crucifixi sunt? Nunquid non duo la-
trones cum Domino penderunt? Nunquid
non saepe multi sapientes? Nunquid non mul-
ti extiterunt potentes? Cuius igitur aliquan-
do nomen sic obtinuit? Et quid dico potentes,
atq; sapientes? Nunquid nō fuerunt reges in-
clij? Quis ita sibi terrarum orbem, tam bre-
ui tempore subiugauit? Non enim uarias mi-
hi, atq; diuersas opponas haereses. Omnes si-
quidem eundem praedicant Christum, & si
non omnes sane praedicant atque legitime. Il-
lum enim omnes praedicant qui in Palaestina,
& natus, & passus, qui Pontio Pilato ad iudi-
cante crucifixus est. Haec igitur cuncta quae
proposui: nonne etiam maius uirtutis eius ui-
dentur habere documentum, quam illa uox
allata de caelo? Cur enim non aliquando ullus
ita regum, ut hic solus obtinuit? Certe cū in-
numera ex aduerso impedimenta pugnarent.
Nā & reges contra euangelium preliati sunt,
& tyranni bella gesserunt: & nostra usque a-
deo attrita non sunt, ut inde magis fierent cla-

riora. Vnde haec igitur tanta, tamq; ammiran-
da uirtus? Solus ergo iste magus tam potens
fuit? Audistis nempe, quia & apud Perfas Ma-
gi, & apud Indos extiterunt, sintq; etiam mo-
do, sed ne nomen quidem eorum usquam so-
nat. Et ille quidem ex tyrannorum urbe dese-
ptor ac maleficus aliquo loco apparuit, & ad
breue aliquāto tēpus in exigua orbis parte re-
fulxit: sed celeriter extinctus, atq; deletus est,
qui non ecclesiam omnino, non populum, nō
aliquid horum reliquit. Sed quid dico Ma-
gos, ac maleficos extinctos? Vnde quāto om-
nia Deorum templa combusta sunt, & Dodo-
naeus, & Clarius, & omnes iste profanitatis of-
ficinae silent, ac penitus obstructae sunt? Vnde
igitur non solum crucifixum, sed etiam pro ip-
so occisorū fauillas demones contremiscunt?
Cuius rei gratia saltem nomen audientes cru-
cis, in fugam resiliunt: cum certe si se aliter res
haberet, magis eos oporteret irridere q̄ fu-
gere. An forte crux clarum quiddam uidetur
ac nobile? Immo e cōtrario turpis, & exproba-
bilis mors. Est enim & utriusque poenalis mors:
est omnino teterrima, & apud Iudaeos maledi-
cta, & apud Gentiles abominanda. Vnde igitur
illam demones reformidant, nisi de uirtute
crucifixi? Si enim illam per se ipsam time-
rent, quanquam & hoc ipsum de his esset indi-
gnum, tamen & ante illum, & post illum pleri-
que crucifixi sunt, & cum ipso etiā duo. Quid
igitur si inuocet aliquis nomen latronis, uel al-
terius cuiuscunq; crucifixi, daemones forte time-
bit ac fugiet? Nequaquam, quinimmo ride-
bit. Si uero Iesum addideris Nazarenum, ue-
lut ab igne repente effugiet. Quid igitur di-
cis, unde praualuit? Quia, inquit, seductor fu-
it. At non hoc praepcepta eius loquuntur. De-
niq; & multi seductores fuerunt, & tamen nul-
lus obtinuit. Sed quia magus fuit. Verum lon-
ge aliud eius dogmata contestantur. Sed &
magorum multa saepe fuit copia, nec tamen ul-
lum huiusmodi potentie nomen auditum est.
Sed quia sapiens fuit. Et multi fuerunt saepe sa-
pientes. Quis itaque similiter obtinuisse dice-
tur? Nullus enim aliquando saltem ex parte
aliqua huius potentiae propinquauit. Vnde li-
quido patet quoniam Christus nō magus fue-
rit, non seductor, sed quod e contrario horum
extitit emēdator, & uere diuina uirtus, nec ul-
li omnino superabilis. Idcirco & ipse cuncta
uicit, atq; perdomuit: & Paulus cum ista arte
uicissima tantam potuit inspirare uirtutem,
quantam ipse rerum testatur effectus. Homo
etenim ignobilis, abiectus, & circumforane-
us, qui artem exercebat in pellibus, intantum
uirtute progressus est, ut uix triginta anorum
spatio, & Romanos, & Perfas, & Parthos, &
Medos, & Indos, & Scythas, & Aethiopas, et
Sauromatas, atq; Sarracenos, & omne pro-
sus hominum genus sub iugo mitteret uerita-
tis. Responde igitur unde iste opifex uilis, ac
publicus, stans in loco artis suae, aut scalpellū
manu tenens, ita ut ipse philosophatus est, &
C C c alios

alios docuerit philosophari, gentes scilicet, urbes, & regiones; nec uim in se sermonis ostendens. Audi enim ipsum loquentem, Et si imperitus sermone, nec pecunias possidens. Nam hoc quoque ipse testatur. Vsq; ad hanc (inquit) horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur. Et quid dico pecunias? cum ille quidem sepe necessarium non haberet cibum, nec quo circumdaretur indumentum. Quia uero nec de professione clarus fuerit, & plius discipulus ostendit dicēs. Quoniam manebat apud Aquilam, & Priscillam, propterea quod eiusdem artis essent. Erant enim scēnōfactoriæ artis. Non igitur a proauis nobilitis: quippe qui tam uilis fuisse artis ostēditur: non a patria, non a gente: tamen progressus in medium, ac tantummodo apparens inimicorum cuncta turbauit, uniuersa confundit: et sicut in stipulas, aut foenū ignis immisus omnia demum opera consumpsit, atq; in quod uoluit cuncta conuertit. Neq; uero hoc solum admiratione dignum est, quod tantam potentiam talis obtinuit, sed quoniam discipulorū quoq; illius plurimi pauperes, imperiti ac totius erāt eruditionis extranei, in fame, & egestate uiuētes, ignobiles, & de ignobilibus procreati. Quod certe ipse etiam prædicauit, nec erubuit eorum commemorare pauperiem, immo necessaria quidem eorū uictui postulare. Proficiscar, inquit, Hierusalem ministrare sanctis. Et rursum. Secundum unam sabbati unusquisque uestrum reponat, quod ei bene placuerit: ut non cum uenero tunc collectæ fiant. Quia uero plures discipulorum ex imperitorum numero constarent, ad Corinthios scribens ait. Videte uocationem uestram, quia non multī sapientes secundum carnem, non multi potētes, nō multi nobiles. Sed & ualde obscuri, & uiles fuerunt. Nam infirma, inquit, mundi elegit Deus, & quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret. At nobilis quidem & eruditus erat forte persuasor. Ne istud quidem, nā hoc quoque ipse confirmat dicens. Et ego ueni ad uos non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuncians uobis testimonium Christi. Non enim indicaui scire me aliquid inter uos, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixū, & Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis. Sed causa nimirum ipsa prædicationis erat idonea, quæ ad se pertraheret audientes. Accipe quid etiam super hac re ipse pronunciet. Omnes, inquit, Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quarunt. Nos autem prædicamus Iesum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Sed securitate & libertate perfruitus est. At omnino nunquam a periculis respirauit. Et ego, inquit, in infirmitate & timore, ac tremore multo fui apud uos. Neque uero ipse solū, sed etiā eius discipuli passionibus subiacebant. Mementote, inquit, dierum priorum, in quibus illuminanti magnum certamen sustinuitis passionū. In altero quidē opprobrijs,

1. Cor. 4.

A. G. H. H. M. 18.

1. Cor. 16.

1. Cor. 2.

Hebr. 10.

& tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij taliter conuersantium facti. Nam & uinctis compassi estis, & rapinam bonorū uestrorum cum gaudio suscepistis. Et rursum ad Theſſalonicēſes ait. Vos enim eadem passi estis a contribulibus uestris, sicut & ipsi a Iudæis, qui & dominum nostrum occiderunt, & prophetas suos persecuti sunt. Rursum ad Corinthios scribens. Sicut, inquit, abundant passionis Christi in uobis. Et quemadmodum socij estis passionum, ita eritis & consolationis. Et ad Galatas. Tāta, inquit, passi estis sine causa, sita tamen sine causa. Cū igitur & prædicator tū imperitus, tum etiam pauper esset, & prorsus ignobilis: & quod prædicabatur nō modo commendatione sui esset uacuum, uerum etiā offensione plenissimum, & auditores ipsi inopes, imbecilli, atque omnino nulli: & pericula tam crebra, tam uaria, non doctoribus solum, sed etiam discipulis imminerent: et crucifixus esset qui annuntiabatur adorandus: quid nam illud est quod huiusmodi prædicatio potuit obtinere? Nonne lucidissime claret in diuina hoc & ineffabili quadam uirtute perfectum? Quod certe etiam inimicorum comparatione potest liquido comparari. Cum enim uideris contraria horum in unum uniuersa concurrere: id est & opes, & nobilitatem, & patriæ claritudinem, & oratoriæ artis potentiam: & pacis securitatem, & plurimam in ipsa superstitione culturam: continuo tamē morem profanitatis extinctum, hos uero qui ex diuersa sunt parte superare: quæ horum sit causa responde. Tale est enim, ut cum rex, qui ipsi am instructus armis: fretus exercitū: potentissimas in bellum acies ordinans: hostes superare uequiuertit: nudus aliquis, & pauper, & solus, ac ne breui quidem iaculo armatus: aut simplici saltem ueste teclus: certamen inecat: eaq; peragat, quæ alijs ne cum mille quidē motuionibus patrare potuerunt. Noli igitur in praua permanere sententia: sed uirtutem uenerare crucifixi. Neq; enim si regem aliquem uideas ciuitates sibi excelsas parantem: circumagentem fossas, muris machinas imponentes: innumeram quoq; habentem militum multitudinem: arma fulgentia, pecunias infinitas: uenamq; hostiū ciuitatē destruere nō ualentem: alterū uero nudo corpore dimicantem: solisq; manibus utentē: nō unā, aut duas: aut paucas: sed prorsus innumeras, totoq; diffusas orbe urbes percurrentē celeriter, cūctasq; capientē, humanæ hoc dicas esse uirtutis. Sic peuldubio iā in præſenti causa est sentiendū. Propterea enim cōcessit Deus & latrones cū saluatore crucifigi: & ante saluatoris aduentum seductores aliquos apparere, ut etiam ex comparatione rerum nimis insipientibus ostenderetur excellentia ueritatis: & disceres quia hic non unus ex illis, sed grāde sit inter tam disparēs, infinitumq; discrimen. Nihil enim a Christi gloria potuit inumbrare, uel eorundem opportunitas temporum, uel communio passio-

num. Nequis enim putaret, quia demones crucem, & non crucifixi uirtutem pauperem obstruxit ora ista dicentium per laironē. Quod si temporum opportunitas cuncta fecisse dicitur: ad refellendum Theodorū, atq; Iudæi discipuli proferrentur: qui cum eisdem fere quibus etiam Christus temporibus extitissent: et ueritatem per quadam etiam signa impugnantē tentassent: repente destructi sunt. Quod enim iam ante memorauī, ideo interdum falsa fieri Deum signa concessit, ut abundantius uera monstraret. Propterea & pseudoprophetas tempore prophetarum, & pseudoapostolos cum apostolis apparere permisit, ut disceres; quod splendens eius utique uirtutem nequaquam obscurare posset similitudo quadam & umbra uirtutum. Age iam ex alijs quoque documentis probemus esse hanc potentiam singularem, & præcipuam atque mirabilem. Docemus enim Christi gloriam ipsa magis inimicorum impugnatione creuisse. Cum enim hunc ipsum beatum Paulum Roma quidam insequerentur, aliquanto hoc ipsum dogma in quietius prædicabant. Cupientes enim Neronem illum impugnatorem Pauli acius in eius odium commouere, mira quadam arte lædendi susceperunt, & ipsi euangelicæ prædicationis officij: ut magis scilicet fidei sermone feruente, & discipulorum crescente numero, in immensum ignesceret furor tyrāni: & fera, maiora adhuc colligeret incrementa feritatis. Et hoc ipse ad Philippenses Paulus scribens ait. Scire autem uos (inquit) uolo fratres, quoniam quæ circa me sunt magis ad perfectum uenerunt euangelij: ita ut plures e fratribus confidentes uinculis meis abundantius auderent sine timore uerbi Dei loqui. Quidam quidem etiam per inuidiam, & contentionem: quidam autem & propter bonam uoluntatem Christum prædicant. Quidam ex contentione Christum annunciant non sincere: existimantes pressuram se suscitare uinculis meis: quidam autem ex charitate: scientes quod in defensione euangelij positus sum. Quid enim si omnimodo siue per occasionem: siue per ueritatem Christus annuncietur? Vidisti certe quemadmodum etsi ex contentione aliquid prædicarent: tamen etiā per inimicos ueritas Christi crescebat. Super hanc uero inimicorum calliditatem: alia quoque ex aduerso multa ueniebant. Nam & anti quæ leges non modo opitulabantur: uerum etiam aduersabantur: cōtraq; ueritatis partē non solum malitia obloquentium inimicorū: uerum etiam ignorantia dimicabat. Regem aiebant alterum, id est Christum. Non enim nouerant eius cœleste regnum terribile illud, & absque ullo termino gloriosum: sed quasi tyrannidem morum inferentibus per calumniam repugnabant: & in commune omnes, & specialiter aduersus eos singuli dimicando. In commune quidem, quasi contra eos qui publicæ disciplinæ, & legum scita destruerent: spe-

cialiter uero quasi singulorum domos diuisionibus, diuortijsq; dissoluerent. Nam & filium tum impugnabat pater: & filius patrem negabat: & maritum uxor oderat, & uxor maritum. Filia quoque cum matribus dissidebant. Cognati cognatos: amici oppugnabant amicos. Eratq; per omnium domos uarium istud ac multiforme bellum: propinquo separans: dispergens curiam: iudicia conturbans: cum utique mores patrij soluerentur, festiuitas & cultura demonum pellerentur, quæ alij leguntatores, uel in primis custodienda decreuerāt. Cumq; his omnibus etiam tyrannidis orta spiritio undique eos faciebat explodi. Neq; uero dicere quisquam potest a gentilibus quidē inferebantur: a parte uero Iudæorum omnia quiescebant: cum certe isti fauilius imminerēt: cumq; ipsi ei destructionem legis impingerent. Non enim cessat (inquit) loquens uerba contra legem & locum sanctum. Verum tamen undiq; inuidiæ igne succenso a domibus, ab urbibus, ab agris, a solitudine, a terra, a mari, a gentibus, a Iudæis, a principibus, a plebeibus, a regibus, a regum ministris: cum omnes se ad crudelitatem mutuo cohortarēt: et omnibus ferocissimum ius atrocius fauiliusq; conſurgerent: beatus tamen Paulus in tantos ignes insiliens: atque in medio talium consistens luporum: quāquam omnium icūs exciperet: non modo tamen obrutus non est: sed etiam illos omnes in partem tranſtulit ueritatis. Et hæc, & alia quoq; prælia non minus saua memorabo. Ut illud quod aduersum pseudoapostolos gerebatur: quodque eum supra omnia alia torquebat: domesticorum dolus: uita tantum. Multi enim etiam ex fidelium numero labebantur. Sed etiam contra ista præualuit. Vnde quæſo, ex qua uirtute? Quia arma (inquit) nostra non carnalia, sed potentia sunt a Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extolentem se aduersus scientiam Dei. Propterea igitur in diuersum omnia uertebantur, ac mutabantur repente: ac sicut igne succenso paulatim spinæ consumuntur, & cædunt: flammisq; superantur, ac mundi redduntur nouales: sic etiam Paulo, insonante lingua, & omni igne uehementius irruente cedebant omnia, omniaq; fugiebant: & demonum cultus: & celesbritas atque festiuitas, & mores patrij, & populorum furores, & tyrannorum mina, & insidiæ domesticorum, & pseudoapostolorum operationes malignæ. Magis autem sicut radijs solis orientibus, & tenebræ fugantur, & adulteri, ac fures, fouteis conduntur, & latrones recedunt: & homicidæ ad antra suffugit, & amouentur piratæ: & sepulcorum uiolatores fugantur, & adulteri ac fures, & perſoſores domorum deprehendi a sole: & redargui periclitantes abeunt, seſeq; alicubi procul oculunt: omniaq; lucida efficiuntur: & clara de super radijs illustrantibus terram, pelagus ac montes, urbes simul atque regiones: sic tunc prædica-

1. Cor. 16.

prædicatione fulgere: & ubiq; Euageliū disse-
minante Paulo, fugabatur error, ueritasq; re-
meabar, fauilla uero sumusq; replorū & cym-
bala, omnia, & tympana & ebrietates, &
commestationes, & supra, & adulteria, et alia,
dictū foeda, quæ in sacris suis celebrare con-
sueuerant, delecerunt atque consumpta sunt
instar cere ignis uapore pereuntis & palea-
rum uice quæ subito concremantur incendio.

Clara uero inter hæc ueritatis flamma sur-
gebat resplendens, & ipsum ad usque cœlum
sublimitate conscendens, ab his potissimum
subleuata qui eam nitebantur opprimere,
perq; illos magis incrementa suscipiens, qui il-
lam extinctum iri cupiebant. Nec pericula e-
nim processum eius aut impetus coercere po-
tuerunt. Non tyrannis quædam inueterate
consuetudinis, non patrij amoris auctoritas,
non legum potestas, non illa ipsa custodiendi
eius quod prædicabatur Euangelij difficul-
tas, nec quicquam eorum quæ impedimen-
tum afferre possunt, proficientis celeriter ue-
ritatis cursum aut incidere aut retardare po-
tuerunt. Atque ut quantam istud uim ha-
beat cognoscas, comminare gentilibus non
dico pericula, famem, mortem, sed damnum
aliquod exiguum, & uidebis eos repente mu-
ratos. At non talia inueniuntur & nostra, sed
conciſis occisq; omnibus, & ubique uario
impugnatis genere bellorum, ita tamen flo-
rentiora semper effecta sunt. Et quid ego
nostræ ætatis commemoro gentiles uiles i-
stos, & omnino contemni faciles, eos potius
qui apud illos erant aliquando mirabiles in
medium proferamus, philosophia scilicet
honore celebratos, Platonem, Diagoram Cla-
zomenium, multosq; alios huiuscemodi, &
tum demum Euangelicæ prædicationis uirtu-
tem probabis. Nam post Socratis uenenum
alij quidem Megara discessere similia patien-
di metu, alter uero & patria & libertate priua-
tus est, nec præter unam mulierem Philoso-
phiæ quenquam studijs subiugauit. Plato
autem depictam in paginis disciplinam re-
linquens, in mortem solutus est. Et certe ni-
hil tunc eis impedimento erat, non pericu-
lum non egestas, non imperitia sermonis, sed
erant & dicendi potentes, & opibus affluen-
tes, de nobilitate patriæ gloriantes. Verum
nequaquam obtinere potuerunt. Talis est e-
nim conditio erroris, etiam nullo sibi obliſten-
te contineñt ac defluit. Talis autem è di-
uerso ueritatis status, etiam multis impugnan-
tibus suscitatur & crescit. Hæc autem ita esse
ueritas rerum ipsa proclamat, nihilq; hic o-
pus esse assertionem uerborum, cum uocem
quodammodo totus undiq; mundus emittat,
urbes scilicet & agri, & terræ, & maria, & ul-
tra loca atque deserta, ipsaq; etiam montium
summitates. Neque enim solitudinem bene-
ficij sui reliquit, exortem, & ipsam maxime
his quæ nobis de cœlo ueniens detulit, bo-
nis repleuit, per Pauli præcipue linguâ, perq;

illam quam in ipsum contulit gratiam. Quia
enim dignam tali dono deuotionem gerebat,
copiosa in illo etiam gratia corruscauit: plu-
rimaq; eorum quæ hucusque memorauimus:
ipsius sudore ac sermone completa sunt. Quo-
niam igitur ita genus nostrum nobilitauit de-
us: ut unum hominem dignaretur tatorum fa-
cere causam honorum: studeamus & nos ei si-
miles inueniri. Neque uero impossibile istud
putemus: quoniam (ut sepe dixi, & nunc incul-
care non cesso) tale illi quale etiam nobis cot-
pus fuit: talis anima, tales cibi. Sed uoluntas
in illo mirabilis, ac præclara deuotio. Et illud
est prorsus unde ille talis effectus est. Nemo
igitur diffidat: nemo desperet. Si animam in-
tendas, & præpares, nihil est quod te ab eius-
dem gratiæ possit prohibere muneribus. Non
est enim personarum acceptor Deus. Idem il-
lum, teq; formauit. Et quem admodum illius,
ita est etiam tuus Deus: ac sicut illum meritò
laudauit, ita etiam tibi offert coronam. Spon-
deamus igitur nosmetipsos Deo atque mun-
demus: ut nos quoque eandem gloriam con-
sequentes, eadem etiam præmia consequa-
mur, gratia, & misericordia domini nostri
Iesu Christi, cui est gloria, & imperium, in
secula seculorum Amen.

HOMILIA V.

Ubi nunc illi sunt qui querulo semper ani-
mo mortem causari solent, & corrupti-
bile huius corporis, & corrupti-
bile huius corporis, atque passibile impe-
dimento sibi esse ad uirtutem putant? Au-
diant Pauli facta præclara, & ab hac obtrecta-
tione malignissima conquiescant. Quid enim
humano generi mors nocuit? Quid uero uir-
tutem corruptio corporis impeduit? Consi-
dera itaque Paulum, & uidebis quia nobis
etiam ad maximam utilitatem proficiet ista
mortalitas. Hic enim nisi mortalis fuisset, ne-
quaquam dicere potuisset, magis autem ne-
quisset ostendere quod ipsis operibus est lo-
cutus. Quoniam quotidie morior propter ue-
stram gloriam, quam habeo in Christo Iesu.
Ubiq; enim nobis intentione animi ac prom-
ptæ opus est uoluntatis. Quæ si affuerit, nihil
erit quod nos possit à uirtute prohibere, sicut
superior iam sermo memoratus est. Nonne e-
rat iste mortalis? Nonne ignobilis? Nonne pau-
per, & quotidiano opere uictum requirens?
Nonne corpus habuit cunctis naturæ neces-
sitatibus subiugatum? Quid ergo eum uertit
illis quibus floruit splendere uirtutibus? Pro-
fecto nihil. Nullus ergo moereat pauper, nul-
lus angatur inglorius, nullus ex uilioribus in-
gemiscat, sed tantummodo illi qui molles ani-
mo sunt, & enervati mente, atque resoluti.
Hoc enim solum est quod nos à uirtute ualeat
arcere, uitiolitas animæ, ac mollitudo senten-
tentiæ, nec quicquam omnino præterea, idq;
beati huius propter quem hic congregati
sumus, qui præsentium iocunditate gaudet, il-
lustratur exemplo. Sicut enim Paulo nihil
ea quæ superius sunt memorata nocuerunt,
ita

ita extra religionem nostram positos nihil his
aduersa inueniunt, non generis claritudo, non
affluentia diuitiarum, non splendor eloquij,
non gloria magnitudo non sublimitas poten-
tatis. Sed quid ego adhuc de hominibus lo-
quor? & quandiu circa terram continuo ser-
monem? Fas est etiam supernas commemora-
re uirtutes, principatus uidelicet, ac potesta-
tes, mundi; rectores, ac tenebrarum huius se-
culi. Quid enim eos iuuat angelorum sortitos
esse naturam? Nonne ueniunt omnes istæ uir-
tutes à Paulo, eiusq; similibus iudicandæ? Ne
scitis, inquit, quia angelos iudicabimus, quan-
to magis seculariæ? Non igitur ob alias ali-
quando causas, nisi ob uitia sola doleamus:
horum nos studiosos esse pœniteat. Nihil est
quod nos Paulo similes fieri uetet. Ille enim
non solum gratia Dei, sed sua etiam uolunta-
te talis effectus est: & idcirco gratia, quia eti-
am de propria uoluntate. Vtraque enim plea-
na in illo fuerunt atque perfecta, & ea quæ do-
nantur à Deo, & ea quæ uoluntate præstantur.
Vis Dei dona cognosceret? Vestimenta Pauli
dæmonibus terrori erant. Verum ego nequa-
quam istud admiror: sicut ne illud quidem,
quia umbra Petri corporum languorem effu-
gabat. Hæc uero sunt admiranda, quæ Paulus
etiam ante gratiam magnus, ab ipsis rudimen-
tis, ab ipsis fidei suæ inuenitur fecisse princi-
pjs. Quia nec uirtute hac qua postea polliuit
illustratus, nec apostolatus honore donatus,
ita in Christi zelum totus exarsit, ut omnem
contra se populum accenderet Iudæorum.

1. Cor. 6.

Qui cum se in tantis periculis, & ciuitatem
propter se obcessam uideret, per murū dimi-
sus in spora est: sicq; depositus, nec tunc qui-
dem in segnitiam, ac timiditatem relapsus est:
sed maiorem alacritatem mentis accipit: pe-
riculis quibusdam se sepe subducens in aliorū
salutem: nulli autem studio cedens docendi:
sed quotidie portans crucem, dominum se-
quebatur, & quidem cum recens adhuc Ste-
phani ante oculos haberet exemplum, uide-
retq; omnes contra se potissimum concitatos
Iudæos eadem spirantes, ipsaq; pene carnes
eius deuorare cupientes. Vnde igitur Paulus
nec cum in pericula irrueret, temeritatis ar-
gum poterat, nec cum pericula fugeret, timidi-
tatis, quia utrinque & amabat præsentem ui-
tam ob lucrum docendi, & rursus ualde eam
despiciebat ob philosophiam, ad quam illum
mundi contemptus euexerat, propterq; amo-
rem, quo ire urgebatur ad Christum. Quod
enim de ipso dico semper, nec dicere aliquan-
do cessabo, nullus ita in diuersarum inci-
dens, atque contraria, utraq; in commodum
suum transiit, utraque suis utilitatibus co-
aptauit. Nullus enim sic unquam præsentis ui-
tæ amans fuit, nec eorum qui sunt lucis istius
cupidissimi. Et e regione nemo sic aliquando
despexit, saltem illorum qui se in mortem spõ-
te præcipitant. Sic ab omni se mundum cupi-
ditate præstabat, nullaq; tenebatur præsentis

um passione, sed ubiq; desiderium suum cum
Dei uoluntate miscebat. Et nunc quidem præ-
sentem uitam magis necessariam esse dice-
bat, quam societatem Christi atque colloqui-
um, nunc uero tam molestam sibi illam fateba-
tur, & grauem, ut etiam ingemisceret, atq; in
mortis desiderium cogeretur. Ea enim sola cu-
piebat, quæ illi secundum Deum lucra pare-
rent, etiam si uiderentur esse contraria. Erat
enim quidem uariis semper ac multiplex,
non utique dissimulatione mutabilis, sed fa-
ctus omnia quæ prædicationis salutisq; homi-
num necessitas poposcisset, in hoc quoque
domini sui inuentus imitator. Nam & Deus
etiam homo apparuit, cum id eum oportuit
apparere, & in igne, quando ita tempus ex-
egit, & nunc quidem se in habitu armati mili-
tis, nunc in similitudine uiatoris, nunc in ipsa
ostendit similitudine hominis ueritate secun-
da, qua ne ipsam quidem mortem refugit.

Sed iterum iterumq; commoneo, nemo dis-
pensationem istam necessitatem putet, sed
tantummodo amorem Dei erga homines in-
telligat. Nec & aliquando quidem super
thronum, aliquando uero super cherubim ap-
parebat sedens. Omnia tantum ista pro uaria-
rum dispensationum opportunitate faciebat,
propter quod loquitur. Ego uisiones multipli-
caui, & in manibus prophetarum assimilatus
sum. Ita igitur & Paulus creditæ sibi dispensa-
tionis modum sepe uariando, nequaquam de
domini sui imitatione culpatus est, cum mo-
do Iudæus fieret, modo nulla se illis com-
municatione misceret, & nunc quidem custo-
dierat legem, nunc uero despiceret, & aliquan-
do conseruaret præsentem uitam, aliquan-
do contemneret, & nunc quidem etiam pos-
tularet pecunias, nunc autem etiam oblatas
refutaret. Nam & sacrificium obtulit, & pu-
rificationem ex more celebravit, sed rursus e-
tiam anathematizauit ista facientes. Et nunc
quidem circumcidebat ipse: nunc uero cir-
cumcisionem penitus excludebat. Et erant
facta quidem ipsa diuersa inter se atque con-
traria, mens uero atque sententia ex quail-
la fiebant, ualde sibi concinens, atque concor-
dans. Vnum enim illud requirebat & solum,
eorum qui illa uiderent, & audirent salutem.
Propterea modo extollit legem, modo incli-
nat, ac deiecit. Non enim solum in actibus suis,
uerum etiam in uerbis erat (ut dixi) uariis
ac multiplex, non mutando sententiam, nec
alter factus ex altero, sed ipse quod erat sem-
per manendo, horum quæ dicta sunt usum pro-
causarum opportunitate uariabat. Non igitur
eum propter ista reprehendas, propterq;
illum magis debes dignis laudibus coronare.
Si quidem & medicum nunc ur̄tem uideres,
nunc fouentem, nunc ferro utentem, nunc me-
dicamento, & aliquando quidem ægrotum à
cibo, potuq; cohibentem, aliquando uero e-
um in ista laxantem, & modo quidem coope-
riente undique, & undique confluente, nunc

uero ipsi illi calefacto securius imperantē ple-
nam frigidis aquis epotare phialam non utiq;
super hac eū uarietate, & frequenti mutatio-
ne culpabis, sed tunc præcipue stupebis artē,
quando ea quæ nobis contraria uidentur, &
noxia, illum cum fiducia uideas offerentem,
hoc est enim uiri artificis, ac periti. Si igitur
approbamus medicum contraria ista facien-
tem, multo magis Pauli debemus animā præ-
dicare tam multis se ac diuersis modis ægro-
tantibus coaptantem. Nō enim minus hi qui
animarum quàm illi qui corporum languore
uexantur, arte opus habent, ac uarietate cur-
randi. Ad quos si seuire, & uelut ex direpto uo-
lueris accedere, omnis ab eis spes salutis effu-
giet. Et quid mirum si homines ad hæc sanan-
di temperamenta descendant, cum etiam om-
nipotens Deus hoc ipso medicinæ utatur
modo, nec omnia nobis uniformiter, ac dire-
ctim loquatur? Quia enim sponte nos uult
efficere bonos, non necessitate atque uiolentia,
opus habet etiam mutatione curæ, non prop-
ter aliquam impossibilitatem suam, sed pro-
pter nostram fragilitatem. Ipsi enim licet innue-
re solum, immo uelle tantummodo, iamq; fa-
cta sperare quæ uoluit. Nos uero qui semel do-
minatum nostri adepti sumus, nō in cunctis
Deo subditos esse nos patimur. Qui si tra-
heret inuitos, eriperet ipse quod contulit, id
est arbitrij potestatem. Ne igitur istud fieret,
frequentius opus fuit uarietate medicandi. Hæc
autem à nobis non superfluo disputata sunt,
sed propter beati Pauli uarium istud ac sa-
piens, ut quando uideris eum pericula fu-
gientem, non illum admireris minus quàm
cum se periculis gaudet opponere, ut enim
hoc fortitudinis, ita illud est sapientiæ. Et cum
uideris eum magna de seipso aliqua sonan-
tem, similiter admireris, ac si uideas illum se-
metipsum deprecantem, ut enim istud humi-
liatis est, ita illud magnanimitatis. Quando
eum gloriantem uideris admirare, sed simili-
ter lauda cum illum uides humilia de se & cō-
temptibilia dicentem. Nam & hoc animi est
arrogantia uacui, & illud dilectione & humi-
litate pleni. In dispensatione siquidem mul-
torum salutis ista faciebat. Propter quod ait.
Sicut enim mente excedimus Deo: siue sobrii
sumus uobis. Neque alius quisquam tantas nō
dico occasiones, sed prope necessitates habu-
it arrogantia. Nec tamen ullus alter ita se mū-
de ab omni iactatione subduxit. Hoc itaq; ani-
mo attentiore considera: Scientia (inquit) in-
flat: & omnes cū apostolo facile dixerimus.
At tanta certe in illo erat scientia, quanta in
nullo qui ante fuerunt. Neq; tamen se ille ex-
tulit insolenter, qui se in hoc ipso humiliat, ac
desicit dicens. Ex parte cognoscimus: & ex
parte prophetamus, & Non me arbitror com-
prehendisse. & Si quis existimat se scire ali-
quid: nondum cognouit quemadmodum o-
porteat eum scire. Ieiunium rursus inflat. Idq;
fecit phariseus ille manifestum qui ait, Ieiuno

2. Cor. 5.

1. Cor. 8.

1. Cor. 13.

2. Cor. 13.

bis in sabbato. Sed Paulus non modo ieiunans:
uerum etiam famem propter Christum
patiens: se etiam abortiuum uocabat. Et quid
de scientia dico atque ieiunio: cum etiam tan-
ta cum Deo habens: tamque crebra collo-
quia: quanta nec prophetarum, nec apostolo-
rum ullus habuit: per ea ipsa humilior redde-
batur? Non enim mihi dicas ista quæ legi-
mus. Nam plura celauit: nec omnia dixit,
ne gloria se maiore circumdaret: nec omnino
cuncta tacuit, ne pseudoapostolorum con-
tra se ora reseraret. Nihil enim otiose ille fa-
ciebat: sed omnia causa iusta, probabilique
ratione. Cum tanta itaque ratione tan-
tas res inter se diuersas, contrariasq; perage-
bat, ut eisdem tamen ubique laudibus orna-
retur. Quod dum adhuc apertius dicimus,
intuere magnum loqui, hic autem tam oppor-
tune, aperteq; faciebat, ut magis mereretur
loquendo de se, quàm tacendo laudari. Qui
nisi fecisset istud: culpabilior illis esset qui seip-
sos importune laudare dicerentur. Nisi enim
gloriatu fuisset: creditos sibi perdidisset om-
nes: resque inimicorum dum se humiliat, ex-
tulisset. Sic nouerat ubiq; tempore & cum
recto consilio, atque sententia ea quæ uiden-
tur reprobanda perficere: tam utique utili-
ter, & commode, ut non minus de illis place-
ret, quam cum imperata compleret. Ampli-
us enim tunc Paulus placuit gloriando: quàm
alter laudes proprias occultando: nec tantum
quisquam profuit cum sua merita celaret,
quantum iste cum proderet. Sed hoc quo-
que est multo ammirabilius: quia de se non
modo locutus, uerum etiam quantum oportu-
it est locutus. Non enim quasi maximam
licentiam de opportunitate nactus: immode-
ratus laudibus suis usus est: sed consideranti-
sime quousq; eum progredi deceret agnouit.
Neque tantum istud sufficere sibi credidit: sed
ne alios hoc sermone uitiaret: idq; efficeret, ut
semetipsum inaniter prædicarent: libenter se
etiam insipientem uocauit: quanquam certa
inuitante causa de propria aliquid laude per-
strinxerit. Quid enim consequens erat, ut
id ipsum respicientes alij temere, atque inani-
ter eius uterentur exemplo: quod plerumque
contingit & medicis: sæpe enim medicamen-
tum quod oportune, & commode alter appo-
suit, importune alter ammouens uim medica-
minis obscurat, & corrumpit. Ne igitur hic
quoque accideret istud: uide quanta procura-
tione usus est. Qui cum gloriaturus esset: non
semel, non secundo, sed sæpius differendo, at-
que cunctando dicebat. Vanam sustineretis
modicum quid insipientiæ meæ. Et rursus.
Quod loquor, non loquor secundum De-
um: sed in insipientia. Cumq; tanta dixisset:
non tamen ea se præmississe contentus est: sed
rursus ingressurus in laudes, semetipsum oc-
cultat, & dicit. Scio hominem, & iterum.
Pro huiusmodi gloriabor. Postq; hæc omnia:
factus sum, inquit, insipiens.

2. Cor. 2.

Quis

Quis ergo tam stultus: quis ita inueniatur
omni sensu, ac ratione priuatus, qui uidens san-
ctum illum etiam cum tanta ei necessitas im-
mineret, cunctantem tamen atque metuentē
grande aliquid de seipso loqui: & sicut eum uf-
que ad præcipitia horrenda uenientem, sæp-
sæpius inde retrahentem: & quidem cum tan-
ta hoc esset dispensatione facturus: quis in quā
sic sit insipiens, qui non etiam maiore abun-
dantia cautionis laudes suas fugiat: & tunc for-
te solum de illis aliquid attingat: cum id oportu-
nissimum tempus exegerit? Vis aliud quo-
que tibi tale eius ostendam? Etenim istud est
omnino mirabile: quia contentus non erat te-
stimonio conscientie: sed etiam nos docebat
iuxta quæ regulā in tali rerum discrimine de-
beremus incidere: non sibi ipsi tantummodo
de necessitate temporum satisfactionem, pa-
rans, uerum etiam alios erudiens, quanta ani-
mi cautione etiam tempore flagitante istud
effugerent. Nam per ista quæ dixit: quodam-
modo illud effectus est. Grande malum est dile-
ctissimi de seipso grande aliquid dicere, atque
mirabile: extremeq; dementia est nulla immi-
nente necessitate rerum, & necessitate uiolen-
ta, proprijs laudibus uelle decorari. Non est
hoc secundum Deum loqui: indicium est poti-
us istud infantia, hoc enim omnem nobis mer-
cedem euacuat: & quidem laboribus, sudori-
busq; quaeritam. Hæc enim omnia, hisq; plura
dixisse uidetur ad cunctos: dum loquendi de
se necessitatem etiam excusatione muniuit.
His autem profecto inanis est, quia necessita-
te cogente uniuersa effudit in medium, sed plu-
ra etiam & maiora celauit. Veniam (inquit)
ad uisiones & reuelationes dei. Parco autē, ne
quis de me existimet super id qd uidet. Hæc
uero dicēdo non erudit, ut ne existente quidē
necessitate, oia quorū nobis consilij sumus, in
mediū proferendo uulgemus, sed ea sola quæ
audientibus utilia iudicamus. Quoniam &
Samuel (nihil enim uidetur inconsequens illi-
us quoque meminisse sancti, in nostram liqui-
dem utilitatem, laudemq; proficiet) & ipse in-
quam aliquando gloriatus est: & propria re-
cte facta patefecit. Sed qualia illa quæ lo-
que utique cognoscere audientibus conueniret.
Neque enim super decore pudicitie, neq; de
obliuione est locutus iniuriæ, sed super tali re-
quædam, quam præcipue discere regem illius
temporis oportebat, id est de conseruanda in-
tegritate iustitiæ, & manibus à munerib; absti-
nendis. Dauid etiam glorians, de illis utique
gloriabatur, quæ emendare auditorem uale-
rent, neque enim aliam de se commemorauit
ille uirtutem, sed ursum ac leonem adduxit in
medium, atque aliud prorsus nihil. Etenim al-
tius de se efferre sermonem, gloriosi est & inso-
lentis sese iactantis. Dicere autem illa tantum
modo quæ presenti cause necessaria sint futu-
ra, amantis est multorumq; commoda cogita-
tis. Hoc utiq; fecit & Paulus. Qui cum à pleu-
do apostolis carperetur, quasi non esset proba-

1. Reg. 17.

tus apostolus, nec habens à Christo aliquam
potestatem, per obtrectatione s falsas in lau-
des suas ire compulsus est, quæ maxime digni-
tatem eius ostenderent.

Vides ne igitur per quanta docuerit audi-
torem non inaniter gloriari? Primo quidem
dum ostendit se, istud necessitatem uocauit,
dum tantum plurimis laudes suas satisfactio-
nibus temperaret.

2. Cor. 12.

Tertio quia non cuncta confessus est, sed
maiora suppressit. Et hoc certe, cum necessita-
te quadam in sua præconia cogeretur.

Quarto dum sub alterius persona dixit,
Scio hominem.

Quinto dum non omnes uirtutes suas ad-
duxit in medium, sed eam partem quam præ-
sens tempus maxime flagitabat. Neque uero
de se tantummodo gloriando eundem uirtu-
tum suarum seruabat tenorem, uerum etiam
in alios ea quæ uiderentur iniuriosa dicendo.

Non iniuriam inferri fratri, inter prohibita
numeratur: sed hac quoque specie est ita Pau-
lus opportune usus, & congrue, ut magis eti-
am quam laudans placeret. Propterea & Ga-
latas insensatos uocat: & Cretenses uentres
pigros, ac bestias malas: & tamen hinc etiam
prædicatur. Fines etenim nobis exemplo
suo statuit, ac regulas: ut neglectores uolun-
tatis Dei nequaquam corde obtrectemus, sed
sermonem in eos qui paulo rigidius percutiāt
dirigamus. Omnium siquidem mensuræ sunt
apud illum locatæ: ac propterea omne quod
dixerit, omne quod fecerit, placet: & conui-
ctijs coercendo, & laudibus prouocando: auste-
rius aliquos aduersando: & blanditijs ammo-
nendo: & cum effert seipsum, et cum rursus de-
ponit, ac desicit, & cum de se gloriatur, & cum
se ipse miseratur. Et quid mirum si iniuria &
maledictum placet, quando placuit & æmu-
latio, & dolus quidam, atque deceptio, nō in
ueteri solum, sed in nouo etiam testamento?
Per hæc igitur omnia diligenti examine pon-
deremus, & admiremur Paulum, & glorifice-
mus Deum, ut etiam ipsi bona consequamur
æterna, gratia & misericordia domini nostri
Iesu Christi, cui gloria, & imperium in secula
seculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Vltis hodie fratres dilectissimi, qui ad au-
diendi hoc studium conuenistis, ut ma-
gna illa gesta Pauli, atque præclara, quæ iux-
ta quorundam suspicionem habere aliquid re-
prehensionis uidentur, in medium proferamus.
Etenim inueniemus illum non minus de
his, quàm ex cæteris clarum effici, atque ma-
gnificum. Quidnam illud ergo est quod repre-
hensibile iudicatur? Visus est (inquiunt) ali-
quando plagas timere. Quod certe uisus est,
quando cum loris milites tetenderunt. Ne-
que uero tunc solum, sed alias quoque apud
illam purpuram uenditricem.

C C c 4 Quando

Quando etiam causas apud illos mouebat, qui eum de carcere iam educere festinabant. Nihil enim aliud ista faciendo, nisi sibi metipsum defensionem parabat, & nec cito rursus ea ipsa prouidebat. Quid igitur dixit?

Siquidem nihil eum ita magnum, atque mirabilem, ut hac dicta declarant. Quia utique & talem habens animam, id est non malignam quandam, ac desperatione precipitem, & corpus cadens plagis, atque uerbera contremiscens, non minus tamen quam incorporea uirtutes, omnia illa quae uidentur terribilia despexit cum hoc tempus exigeret. Quando uerum illum uides extentum ad plagas, atque metuentem; illorum recordare uerborum per quae transcendit ad coelum, angelisque certauit dicendo.

Roman. 8.

Quis ergo nos separabit a charitate Dei? Tribulatio, an angustia? An persecutio? An fames? An nuditas? An periculum? An gladius? Illorum uerborum memento, quibus omnia ista quae patitur, nihil esse pronunciat, dicens. Quod enim in praesenti est, momentaneum, ac leue tribulationis nostrae, supra modum sublimitatem aeternae gloriae pondus operatur in nobis. Adde his quotidianas tribulationes, immo singulorum mortes dierum, atque ista perpendens ammirare Paulum, & a seipso desperare desiste. Hac enim quae uidetur infirmitas esse naturae, ipsa est maximum uirtutis eius indicium, quia talem se utique praestabat, etiam cum multarum rerum necessitate quateretur? Quoniam enim enormitas periculorum hanc de illo multis opinio nem suggererat, & suspicari eos profecto fecerat, quod super humanam naturam ille proficiens tantus existeret, idcirco tribulationibus permittebatur, ut disceres quia cum secundum naturam unus esset e plurimis, per uoluntatem non solum supra multos homines, uerum etiam unus ex angelis erat. Cum tali enim anima, talique corpore mortes mille tollerabat, despiciebat praesentia, contemnebat futura, clara illa, atque magnifica uerba resonabat. Quoniam optabam (inquit) ego anathema esse a CHRISTO IESU pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Possibile est enim Dei iussa perficere, si modo uelimus omnem naturae trepidationem alacritatis uirtute superare, nihilque est impossibile eorum quae a Christo hominibus imperantur. Si enim quantum in nobis est uirtutum uelimus exprimere, maximum etiam nobis Deus adiungit auxilium, atque ita etiam omnia in nos aduersa concurrant, tuti tamen in medio periculorum intactique seruabimur. Neque uero metuere plagas reprehensione dignum est, sed propter plagarum metum aliquid indignum pietate committere. Hoc ipso enim quo plagas timet, qui in certamine non uincitur ammirabilior ostenditur, quam ille qui non timet. Magis enim in isto uirtus resurgit, cum uicerit etiam illa quae ti-

muat. Nam plagas formidare naturae est, nihil autem indecens plagarum timore perficere, uoluptatis naturam infirmam iuuantis, eiusque imbecillitatem sua uirtute superantis. Sicut nec morore culpabile est, sed per mororem aut facere aliquid, aut dicere eorum quae Deo displicent. Quod si ego Paulum fuisse hominem denegarem, merito has mihi fragilitates naturae eius opponeres, quibus nostrum posset refutare sermonem. Si uero ipse dico, atque confirmo, quia homo quidem fuit, & nullo nobis in natura conditione praestantior fuit, tamen melior uoluntate, frustra mihi ista proponis, immo non frustra, sed omnino pro Paulo, & hinc potissimum qualis ille fuerit ostendis, qui in tali natura uiuens, potuit quodammodo supra naturam. Non autem illum tantummodo extollis, sed etiam confusus oratorpentium, seseque in desideria reclinantium, non eos sustinens ad eminentiam confugere naturae, sed impellem ad studium uoluntatis.

Sed mortem (inquit) aliquando pertimuit. Sed hoc quoque profecto naturae est. Et tamen rursus hic ipse qui mortem timuit dicebat. Nam qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati. Et rursus. Nos ipsi intra nos gemimus. Vides ne quam aequiperanter eduerso naturali infirmitati uirtutem opposuerit uoluntatis? Quia & martyres plurimi, cum ducerentur ad mortem saepius palluerunt, & timore, ac trepidatione completi sunt. Sed hoc ipso mirabiles praecipue comprobantur, quoniam illi ipsi qui mori timuerant, mortem tamen propter Christum minime refugerunt, sicut & Paulus, qui cum mortem timeret, ne ipsam quidem recusabat gehennam, qui propter desiderium Christi, & cum formidaret interitum, tamen cupiebat resolui. Non autem hic solus fuit, sed ipse quoque qui fuit apostolorum caput, qui saepe dixerat paratum se esse pro Christo animam tradere, & tamen mortem uehementer horruerat. Audi igitur quid ei super hoc Christus loquatur. Cum autem senueris (inquit) cingent te, & ducent quo tu non uis. Naturae infirmitates exprimens non uoluntatis. Siquidem natura nobis quoque inuitis ostendit sua, & infirmitates eius superare non possumus: nec si ualde, studiosaque cupiamus. Nec culpamus istud: quia utique inde nil laedimur: immo inde magis ammirabiles sumus.

Quod enim crimen est mortem timere? Immo quanta e contrario laus est: nihil turpe, atque seruire perpeti per timorem? Non enim naturam habere infirmitatibus subditam, sed seruire infirmitatibus criminofum est. Ut merito ille magnus habeatur, atque mirabilis: qui imbecillitatem naturae uoluntatis uirtute superauerat. Et hoc ipso ostendit quanta sit libera uoluntatis potestas: obstruitque ora dicentium. Cur non natura boni facti sumus, nec cum ipsa uirtute progeniti? Quid enim refert natura esse: quod potest effici uoluntate? Immo tanto est melius sponte bonum esse, quam sorte: quanto utique

2. Cor. 5. Roman. 8.

utique praestat & coronis amplissima laude decorari: quam penitus nil mereri. Quaquam si uelis uoluntatem fortem habere, atque robustam: hoc illo pene fit firmitus. An uero non uidetis concisa martyrum corpora, ferroque cecidentia: nec tamen cedere, aut uinci in aliquo uoluntate? An forte non expectasti in Abraham uoluntatem naturae impedimenta superantem: quando utique unigenitum filium iussus est immolare: cum certe tunc natura quasi fortiori cesserit uoluntati? Nonne uidisti id ipsum in tribus pueris accidisse? Nonne audisti etiam illud antiquum, ac seculare prouerbium: quod fiat ex consuetudine secunda natura? Ego uero dixerim, quod etiam prima: sicut superius dicta patuerunt. Vides igitur & haberi posse illam quae in natura est firmitas: si sit uoluntas fortis, ac uigilans: & quod maiore laude sit dignus, qui esse uult bonus, quam ille qui cogitur. Hoc est enim esse praecipue bonum. Itaque cum dicit: Castigo corpus meum, & in seruitute redigo: timeo enim ne cum alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar: tunc illum maxime honoro praeconijs: uidens non eum sine labore implese uirtute: ne hi qui post illum essent futuri, argumentum ad desideria ducerent illius in bono facilitatem. Et cum rursus dicit, Mundo crucifixus sum: uoluntatem eius corono. Potest enim, potest inquam naturae uirtutem uirtutis imitari. Nam si uel ipsum adducamus in medium qui est quaedam naturae firmitatem certari adducere. Dolebat quidem ille corpus: sed non inferior incorporeis potestibus ipsos contenebat dolores: sicut ex ipsius uerbis animaduerti potest, quae nec de nostra putatur proferre natura. Quod enim dixit, Mundo crucifixus sum, quid est aliud dicere: quam quod etiam ex corpore ipso animi uirtute migrauerit? Quid uero propriae datus est mihi stimulus carnis meae angelus Satanar? Hoc autem nihil est prorsus aliud, quam ostendere dolorem se tenuisse corpore sentientem: non quia non ingrederetur animum, sed quia magnitudine uoluntatis excluderet eum, atque depelleret. Cum uero alia multo his mirabiliora dicat, & gaudeat uerberatus, & gloriatur catenatus, quid aliud quispiam dixerit: quam istud quod ipse memorauit? Quoniam dicendo quidem: Castigo corpus meum, & in seruitute redigo: timeo enim ne cum alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar: ostendit naturae infirmitatem: per ista uero quae dixi, uoluntatis nobilitatem. Idcirco enim utrumque positum est: ut neque propter illa magna alterius eum opineris fuisse naturae: & ipse de uirtute desperes: neque per ista paruula sanctam illam reprehendas animam, sed hinc quoque desperationem rursus excludens, ad meliorem spem te ipsum reducas. Propterea rursus adiungit etiam id quod Dei esse gratiae pro-

Daniel. 3.

1. Cor. 9.

Galat. 6.

prium confitetur: & quidem exaggerando atque cumulando: sed grato erga Deum animo facit pia sententia, ne quid scilicet suum esse cre datur. Dicit autem etiam quod ad ipsius pertinet uoluntatem: ne in deum cuncta: proijciens, dormire malis ac stertere. Omnium namque mensuras, ac regulas apud eum inuenies. Sed & maledixit aliquando Alexandro (inquit) aerario. Et quid istud spectat ad uitium? Non enim fuit hic sermo iracundiae, sed doloris, qui certe ortus est de ueritatis iniuria. Non enim propter seipsum dolebat, sed quia praedicationi ille restiterat. Valde enim (inquit) restitit, non mihi ait, sed uerbis nostris, ut & suum erga ueritatem exprimeret affectum, & non solum illum cui scribebat, sed certe hos quoque discipulos solaretur. Quoniam enim satis consequens erat scandalizari omnes nihil patientibus aduersarijs ueritatis, idcirco ei qui repugnauerat, Dei comminatus est ultionem. Sed orauit aduersum aliquos dicens. Si tamen iustum est apud Deum reddere retributionem his qui uos tribulant. Non illos poenas luere concupiscens sed eos, qui affligebantur, consolari studens. Propter quod infert. Et uobis qui tribulamini requiem nobiscum. Ceterum ipse aliquid triste perpetitur. Audi quam alta patientia philosophetur, & pro mala bonam uicem reddat inimicis. Maledicimur (inquit) & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. Sin autem quae pro alijs facta, uel dicta sunt iracundiae dicas fuisse, potes dicere & Elymam magum per iracundiam excacatum, iniurio seque correptum. Ananiam quoque & Saphiram per iracundiam a Petro interfectos exclamabis. Sed quis ita est stultus, & saeuus, ut hoc audeat suspicari? Alia quoque plurima inuenimus eum dixisse, atque fecisse, quae ad speciem uideantur onerosa. Verum hac ipsa sunt, quae praecipue eius modestiam ostendunt. Etenim cum satanae tradit eum, qui Corinthiis fuerat fornicatus, cum multa hoc efficit charitate, plenoque amoris animo, idque ex secunda epistola euidenter ostendit. Et e regione cum Iudaeis minatur, ac dicit. Peruenit in uos ira Dei. Non utique furore plenus idloquitur, quem audimus pro ipsis frequenter orantem, sed deterrere eos studens, per quae eos redderet mitiores.

Sed sacerdoti (inquit) irrogauit iniuriam, dicens. Percutiet te Deus paries dealbate. Nouimus quidem de hoc loco aliquos fatissimacientes, ut prophetiam uelint esse quod dictum est. Nec culpo dicentes. Etenim istud uenit, sicque defunctus est. Si quis tamen acrior insurgat inimicus, & curiosius reparans quaestionem, contradicat, ac referat, Nonne nouerat quia summus sacerdos esset: hoc utique dicemus, quoniam erudiens alios, atque erga eos qui in potestate sunt modestius conuersari monens, ipse quoque hic uoluit temperare, sicut fecit & Christus.

Qui certe cum scribis mille fanda atq; in fanda dixisset, ait tamen. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisei. Omnia ergo quæcunque uobis dicunt facere facite: secundum opera uero illorum nolite facere. Ita igitur & hic Paulus, & conseruauit pontificis dignitatem, & quod futurum erat ante prædixit. Quod si Ioannem a consortio separauit, et hoc utique rectissime pro communi prædicationis officio effecit. Eum siquidem qui istud suscipit officium, non oportet mollem quendam esse atque resolutum: sed fortem, & per cuncta robustum. Neque enim saltem attingere quisquam debet præclari huius muneris functionem, nisi paratus sit miles animam suam tradere in mortem atque discrimina. Sicut ipse Christus ait. Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim non tali animo est, multos etiam alios suo perdit exemplo: magisque huic utile est si quis escat, sibi que tantum uacet, quam si procedat in medium, & unus uiribus suis maius assumat. Sic enim non propria solum: sed etiam creditorum sibi prodesse potest saluti. Et reuera quomodo non absurdum est, ut cum aliquis artem nesciens gubernandi pugnandique cum fluctibus, nec si mille remis adigatur, eligat ad clauum sedere. ille qui ad prædicandam pergit officium: temere ad istud & utcunque contigerit accedat: atque innumerabilium rerum curam absque ulla consideratione suscipiat? Non ita gubernatorem: non ad bestias dimicantem, non ludo gladiatorio destinatum, non alium quempiam omnino sic ad discrimina & mortes paratam atque expositam habere oportet animam, ut eum qui officium suscipit prædicandi. Nam & pericula profecto maiora, & aduersarij feruiores, & non unum quoddam genus mortis incumbit, nec usquam prorsus simili conditione certatur. Cælum namque hic in præmia in supplicia gehenna proponitur, & æterna animæ salutisq; perditio. Non solum uero eum qui prædicationi accingitur sic oportet parari, sed quemcumque uel simpliciter Christianum. Nam crucem tollere ac sequi Christum, omnibus imperatur. Si autem cunctis, multo magis doctoribus populi, atque pastoribus, quorum ex numero etiam Ioannes tunc erat qui dicebatur & Marcus. Qui quoniam in ipsa se acie fronte constituens nimis in uirilitate erat, merito eum Paulus abiicit, ne illius quasi contagione uires corrumperentur aliorum. Si uero (ut Lucas refert) aliqua inter ipsos facta commotio est, nolite hoc delictum putare. Non enim commoueri malum est, sed irrationabiliter, nulloque flagitante iusto negotio commoueri. Iracundia (inquit) in iusta non iustificabitur. Non ergo culpatur simplex iracundia, sed iniusta. Et rursus. Qui iratus fuerit fratri suo sine causa. Non igitur simpliciter iratus. Et propheta dicit. Irascimini & nolite peccare. Quod si omnino uti huiusmo-

di non oportet affectu etiam cum tempus exposcit, frustra nobis uidetur ingenitus. Sed profecto non frustra, quem certe nobis prouidus inseruit creator ut dormientes animas atque resolutas ab inertia ac desidia suscitaret. Quasi enim gladio aciem ita menti nostræ iræ acumen imposuit: ut eo cum oportet utamur. Propterea igitur & Paulus hoc sæpe est usus affectu, & modestè loquentibus erat melior: ratur, cum tempore omnia faciens oportuno, pro lucro & commodo prædicandi, idque simpliciter. Leuitas autem non semper bona est, sed cum illam tempus efflagitat. Quando uero id non adest: etiam ista uitiosa est: sitque inconstantia. Hæc uero omnia non pro Paulo satisfaciens sum locutus. Non enim nostri indiget ille sermonis. Laus enim eius non ex hominibus, sed ex deo est. Sed quo auditores erudiamus, ut omnibus ad opportunitatem utantur affectibus, sicut iam ante memorauimus. Sic namque poterimus undique spiritalium bonorum incrementa colligere: cumque maximis diuitijs ad portum tutissimum peruenire, & consequi indeficientes coronas, quas nos etiam omnes contingat mereri, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Quoties hi qui portant signa regalia clangente ante se tuba, & acie militum præeunte ingrediuntur urbes: omnis populus consueuit accurrere ad audiendum buccinæ sonum, & signum quod in sublimi fertur uidentem ipsius etiam uirtutem ferentis. Quoniam igitur & hodie non urbem, sed orbem Paulus ingreditur, concurramus omnes. Etenim iste non signum alicuius terreni regis, sed in cælo regnantis Christi portat crucem. Et præcedunt non hominum, sed Angelorum cæterus, non solum in honorem eius ligni quod fertur, sed etiam in eius a quo fertur auxilium. Si enim propria tantummodo uitam regentibus, nihil que pro communi utilitate facientibus Angelis ab omnium Domino deputati sunt, sicut ait unus ex iustis Angelis, qui eruit me a iuuentute mea: multo magis his quibus totius orbis cura commissa est, taliumque donorum opera portantibus uirtutes adsumt supernas. Et illi qui in exercitu hoc honore donati sunt, ornantur ueste præciosa, aureis torquibus colla subnixi, nitentes undique, & undique resurgentes. Iste uero catena pro torque circumdatus gestat crucem, persecutionem ubique sustinens famem ubique perpetuens. Sed nihil est dilectissimè, quod ex huiusmodi sermonibus ingemiscas. Si quidem iste ornatus multo est illo melior & clarior atque amittior deo. Propter quod & portans minime laborabat. Hoc est namque mirabile, quia cum uinculis, uerberibusque longè splendidior erat diademate, purpuraque fulgentibus. Quod enim esset uere clarior, & quia non ad sonum tantummodo ista dicantur, ipsius docuerunt uestimenta. Nam si mille diademata,

totidemque purpuras ardentis febris superponas, ne modicum quidem flammæ eius ualebunt extinguere. At uero huius semicuitia egrotantium admota corporibus morbos omnes fugabant. Si enim latrones uidentes signum illud militare non irruunt, sed auersi repente diffugiunt, multo magis & agritudines, & dæmones CHRISTI signo apparente fugiebant. Sic autem Paulus ferebat hoc signum, ut non solus ille portaret, sed ut omnes quoque tales esse doceret ac faceret. Propter quod clamat ac dicit. Idipsum certamen habentes, quale & uidistis & audistis in me, & uobis donatum est, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. Etenim presentis uitæ dignitates tunc clariores uideri solent, quando in uno homine tantum constiterint. In spiritalibus uero, e contrario tunc magis splendent honores cum sibi plurimi eorum communiōe sociantur, cum non unus est particeps dignitatis, sed multos habet qui eisdem honoribus perfruantur.

Vides igitur omnes hic esse signiferos, & CHRISTI nomen unumquemque gestare in conspectu gentium atque regum. Ipsum uero Paulum, cum sibi anathema operat atque supplicium. Sed non hoc præcepit & cæteris, quod certe illi portare non poterant.

Uidisti nempe quantæ nostræ sit capax natura uirtutis, quamuis nihil sit homine preciosius, & adhuc utique mortali. Quid enim mihi hoc maius? Immo quid poteris saltem æquale memorare? Quorum non iste quæso honore dignus est Angelorum, qui hoc uerbum potuit effari? Qui enim in temporalis hoc atque mortali corpore constitutus, cuncta etiam quorum non erat dominus, pro Christo non dubitat offerre: hic si incorporæ fuerit naturæ: quid tandem dicere, quid autem facere distulisset? Nam & Angelos propterea miramur, non quia incorporei sunt creati. Siquidem & diabolus cum sit incorporeus & inuisibilis: est tamen omnibus infelicio, quia factoris Dei meruit offensam. Hinc etiam homines infelices uocamus, non quia uidemus eos carne circumdatos, sed quod non ea ut oportet utuntur. alioquin carne induebatur & Paulus. Vnde igitur talis ac tantus emerit. Et ex proprio uidelicet, & ex dei opere: & idcirco ex Dei, quia de proprio. Non enim personarum acceptor Deus.

Si autem dixeris, & quemadmodum illum imitari possibile est? Disce quid dixerit. Imitatores mei estote, sicut & ego CHRISTI. Ille ipsius CHRISTI factus est imitator: tu uero nec Apostoli. Ille Domini amulator fuit: tu autem neque conserui. Et quam tandem poteris negligentia tuæ umbram ob tendere? Quemadmodum uero eum sit imitatus ostendit. Idque ab initio confidit, ab ipsis principijs. Quando enim ex illis salutaribus emerit fluentis, tanto igne plenus

exiuit, ut nec sibi necessarium putaret magistrum. Non enim expectauit Petrum: nec uenit ad Iacobum: nec ad alium omnino quenquam, sed propria alacritate raptus, iam totam illam in qua fuerat baptizatus sua prædicatione inflammauit urbem, ut feruissimum contra se Iudæorum prælium concitaret, uiolescentissimum enim persecutorem Christi in ardentissimum repente prædicatorem mutauerat. Siquidem etiam cum Iudæus esset, supra dignitatem suam multa faciebat; alligans, adducens, tradens in publicum Christianos. Sic etiam Moyses cum a nullo in principatum populi ordinatus fuisset: contribules tamen suos a Barbarorum numerositate defendit. Hæc enim sunt fortis cuiusdam ac uirilium animi certa documenta. Hoc signum quippe libera sententiæ, nequaquam in aliorum affectionibus tenere patientiam: sed benigne atque constanter eos qui opprimuntur tueri, etiam si non ille in hoc ordinetur officio. Quia uero iuste optis arripuerat principatus: deus hanc postea ei contulit dignitatem. Id ipsum autem seruauit in Paulo. Qui quæ recte faceret ultro arripere initia sermonis atque doctrinæ, deus si militer ostendit, cito eum doctoris honore sublimans. Si enim magistrus atque principatus ad discipuli gratia ad procuranda tanta negotia profiluissent, consequenter essent de ambitione culpabiles. Cum uero pericula utriusque diligerent, mortesque in se undequo prouocaret, ut alios acquirerent in salutem: quis tam aperte infelix est, qui tantæ deuotionis criminetur? Quod enim amantes aliorum salutem ista per fecerint: & sententiâ declarauit dei, & eorum perditio qui male istum concupierunt honorem. Irruerunt liquidem tunc & alij in eiusmodi principatum, sed protinus interempti sunt. Nam alterum quidem lapsus è cælo exussit ignis, alterum subitus terræ hiatus absorbit. Non enim propter defensionem populi ista faciebant, sed ob gloriam dignitatis. Irruit & Ozias, sed lepra commaculante punitus est. Irruit etiam Simon, sed reprobatus est, & mori periclitatus. Irruit uero etiam Paulus, sed Apostolatus gloria coronatus est. Non enim in sacerdotium nec honorem, sed ministeriū irruit, ac labores: maximeque in hæc zelo & alacritate pro perauit. Propterea prædicator, propterea continuo clarus efficitur. Sicut enim qui princeps fuerit ordinatus, nisi digne impositum sibi amministret officium, meretur & maiora supplicia, sic alter etsi non ordinetur quidem, suscipiat tamē, & sicut oportet impleat, non dico sacerdotium, sed sollicitudinem, curamque multorum, omni profecto est honore dignissimus. Propterea igitur ne unum quidem diem in otio se passus est & quiete transire. Hic in prædicandi ardore ipso igne uehementior, sed simul ut salutariter ex fonte cõscendit, plurimamque in se flammam ipse succendit, non pericula timuit, non irrisiones erubuit, & opprobria Iudæorum neque sermonem suum ab illis respui indignanter tulit. Non

Non aliud quicquam horum simile cogita-
uit, sed alios accipiens oculos utiq; charitatis,
aliamq; mentem multo cum impetu instar tor-
rentis irrupit, omnia pariter Iudaeorum tra-
hens atq; conuellens, ex scripturis ipsum esse
Christum euidenter ostendens. Et certe non-
dum in eo tam multa gratiae munera corusca-
bant, nondum tanta fuerat spiritus illumina-
tione donatus, sed tamen inflamata continuo
uoluntas mortificataque anima cuncta facie-
bat. Et quasi semper satisfaceret Deo de tem-
pore iam peracto, sic gerebat omnia, sic lucra
undiq; spiritalia colligebat in locum qui es-
set belli pars maxima, & laborum, periculo-
rumque plena fidenter insilicns. Hoc uero ma-
iore quoque admiratione dignum est, quod
cum tam esset audax, ac uelut ad pugnam sem-
per accinctus, & ignem quandam bellicum
spirans, ita rursus placibilem se atque flexibi-
lem prebebat magistris, ut nunquam in eo uel
in tanto illo impetu alacritatis offenderet. Ita-
que seruenti tunc uel potius furenti praecepe-
runt ut iret Tarsum atque Caesaream, nec ta-
men renuit. Dixerunt quia per murum cum
deponi oporteret, & passus est. Dederunt con-
siliu[m] pro implenda purificatione, non resti-
tuit. Suaserunt ne in theatrum ingrederetur, &
cessit. Ita huic rei se totum dedicauerat, ut om-
nia pro fidelium utilitatibus libenter arripe-
ret, pro ipsorum adificatione pacem, consen-
sum, dispensationem, concordiam diligendo,
& eundem se ac semper aequalem praedica-
tioni ubiq; seruando. Cum igitur audis quod fra-
ter miserit ad Tribunal uolens de periculo
liberari, & quod appellet Caesarem, quod-
que Romam ire festinet, nequaquam putes uer-
bum esse formidinis. Qui enim gemebat in hac
se adhuc uita, quoniam putes modo eligebat
esse cum Christo? qui & coelum propter ip-
sum despiciebat & Angelos, quo tandem pa-
cto haec praesentia diligebat? Cuius rei igitur
gratia ista faciebat? Proculdubio ut praedica-
tioni ut diutius insisteret: cumque multis hinc
credentibus atque omnibus coronatis iret ad
Christum. Iam profecto metuebat ne forte
pauper hinc atque inops multorum salutis ab-
scederet, & idcirco dicebat. Permanere au-
tem in carne necessarium propter uos. Prop-
terea ergo cum uideret meliorem pro se in iu-
dicio processisse sententiam, ipsoq; dicente Fe-
sto, absolui poterat homo iste nisi appellasset
Caesarem: uinctus tamen, cumque plurimis uin-
ctis qui mille facinora commiserant ductus,
non erubuit cum illis ligari, quinimo omni-
um simul nauigantium curam gerebat. Quip-
pe securus seque facis tutum certissimus.
Cumque uinctus per tam uastum pelagus du-
ceretur: ita gaudebat tamen tanquam in ma-
ximum induceretur imperium. Etenim non
paruum illi precium urbis Romae conuersio
proponebatur. Verum ne illos quidem qui
pariter nauigabant despectui habendos puta-
uit, sed illis quoque de ueritatis firmitate mo-

dulatus est, indicans diuinos sibi apparuisse
uultus, & ea quae sibi fuerant dicta commemo-
rans, id est tibi donauit homines istos. Hoc ue-
ro faciebat, non seipsum arroganter extollens,
sed illos sibi ad fidei persuasionem parans. Pro-
pterea & deus permittit pelagus commoue-
ri, ut & pro eo quod auditus non est, specialis
gratia Pauli ponderetur. Nam & cum dedis-
set consilium nauigandum tunc non esse, con-
temptus est: uentumque est usque ad extrema
discrimina. Verum ne contemptu quidem eo-
rum est factus onerosior: sed quasi rursus pater
filijs prouidebat, agebat omnia, ne quisquam
periret. Postquam uero Romam ingressus est,
ibi quoq; quanta cum modestia annunciat ue-
ritatem: quanta etiam cum libertate obstruit
ora impiorum? Verum nec ibi stare conten-
tus etiam in Hispaniam percurrit. Cum autem
uaria saepius pericula sustineret, confidebat
magis, atq; inde fiebat audentior. Nec ipse so-
lum, sed etiam discipuli propter ipsum, qui ei-
us utiq; firmabantur exemplo. Quemadmo-
dum enim si eum remissiore[m] seigniore[m]que
uidissent, etiam ipsi profecto fuissent moerore
defecti, ita quia illum fortio[re]m factu[m] esse cer-
nebant, & inter iniurias ac plagas constantia[m]
semper uirtute[m] crescentem, ipsi quoq; maiore
cum fiducia praedicabant. Idq; significans ait.
Ita ut plures e fratribus confidentes uinculis
meis abundantius auderent sine timore uer-
bum Dei loqui. Si enim dux militiae fortis fue-
rit ac robustus, non modo cadens atq; proster-
nens, uerum etiam uulnere ipse percussus, sub-
ditos sibi efficit fortiores, magisq; hoc praestat
uulneratus ipse quam uulnerans. Cum enim
hi qui sub tali pugnant magistro, uiderint infi-
xa uulnera, fluentem sanguinem, & ne sic qui-
dem illum hostibus aliquando cedentem, sed
stantem fortiter, hastasq; uibrantem, & cre-
bris, certisq; ictibus aduersarios proruentem,
nec omnino quicquam parcentem dolori, ma-
iore absq; dubio tanto duci alacritate subdun-
tur. Hoc itaq; factum est in Paulo. Videntes
enim illum ligatum catenis, & nihilominus in
carcere praedicantem, uidentes etiam uerbera-
tum, & tamen uerberantes ipsos sermone ca-
pientem, maiorem profecto fiduciam collige-
bant. Et idcirco non dixit simpliciter confide-
tes, sed ita ut abundantius auderent sine timo-
re uerbum Dei loqui. Magis (inquit) modo q[ui]
cum essem liber a uinculis, fiducialiter praedi-
cabam. Tunc enim certio[re]m alacritatem &
ipse capiebat, ac uehementius in aduersarios fe-
rebatur, & incrementa persecutionis maioris
illifuebant causa constantie. Inclusus est (inq[ui]
t) in carcerem, tantumq; in eo uirtutis refulsit, ut
etiam fundamenta quaterentur, & ostia pan-
derentur. Custodem tunc quoq; ipsum carce-
ris ad fidem transtulit, iudici pene persuasit, ita
ta ut ipse diceret, in modico me suades Chri-
stianum fieri. Rursus cum lapidaretur, plena
populis ciuitatem fidei luce donauit, & uo-
cabantur quasi iudicaturi cum Iudaeis.

Philip. 1.

Actu. 24.
Actu. 26.


Tunc

GAVFR.

VSSARDI C.

NY THEOLOGORVM,

ad clarissimum uirum Petrum se-
crari literarum interpretem cele-
Archidiaconum Rotomagen. dign.
adque omnes uiros studiosos & litera-
mantes, in praecedens Bedae & Au-
gustini opus iudicium si-
ue cesura.



Ouum opus nouum gentis
exposcit laudis. Nouum o-
pus cuditur non parua lau-
de dignum Bedae & Augu-
stini. Cuius enim dicam,
Augustini uel Bedae: non sa-
tis compertum habeo. Er-

go ut rectius loquamur, Bedae dicamur pari-
ter & Augustini. Augustinus egit, Beda com-
pegit. Augustinus texiuit, Beda contexiuit. Il-
le multa sacra pictaciola in Apostolum uarijs
in locis scribendo disperfit: hic dispersa in u-
num pulchre redegit. Ille posuit & exposuit:
hic ex illo nobile uolumen composuit. Quae
enim Augustinus innumeris ferme opulenti-
lis suis uarie in sacras Pauli Epistolas disperse-
rat: Beda tanta diligentia & arte collegit in u-
num: ut non diuersis in operibus uarioue tem-
pore, sed ex industria unoque spiritu ipse Au-
gustinus uideatur tam nobiles in Apostolum
scripsisse commentarios. Mirus Bedae labor,
& ferme incredibilis. Nam omnia Augusti-
ni scripta quempiam lustrasse, penetrasse opu-
scula, dicta legisse, quis unquam audiuit?
Et tamen haec omnia Bedam fecisse oportuit:
ut hoc tandem insigne contexeret opus. Quae
mih i meiq; similibus magnum debent ingere
reruborem: quippe qui per totum uitae nostrae
ocium uix unum ex innumeris Augustini oz-
peribus ad summum legendo percurrimus.
Beda monachus erat, per dies & noctes cu[m] fra-
tribus uis iurgi psallentio iuugilans: ac uelut
nihil oraret, hedijs literarum semper incum-
bens. Eius uitam si consideres, nihil ipsum lite-
ris indulgisse: studia, nihil orationi impen-
dissime iudicabis. Haec omnia si diligenter & pe-
ficulante rimentur: immensam afferunt uolumi-
ni lucem, no[n] paruum dant libro splendorem,
autoribus cumulatam derelinquunt gloria[m], et
rei literariae uberrimum praestant adiumentu[m].
Na Augustinus nobilis ille scriptor, qui uix in-
ter sacros autores acutior inuenitur aut co-
piosior, sententias ex quibus iam totus hic ce-
stat liber, uarijs in locis scriptas dereliquit.
Beda cuius Homilias legere non cessa-
clesia sanctorum, cuius scriptis uniuersa
cu[m] datur orbis terrarum, cuius laude
oratur, & occide[n]tibus in Ar-
istoli.

FINIS HOMILIARVM VII.
Sancti Ioanni & Chrysoctomi, de
laudibus beati Pauli
Apostoli.

60
oratur, & occide[n]tibus in Ar-
istoli.

ati sumus, in unum no-
 en. Quo fit ut magnas u-
 gratias qui nobis tam præ-
 unt thesaurum. Sed nec sane
 rum cura hoc tam inclytum o-
 ante seculis absconditum, nostris
 oribus reuelatur, & prodit in lucē,
 bus cum fuisset accurate sciscitatus,
 autemq; Petrum Securibilem theologo-
 rum principem, ac sacrarum literarum salu-
 berrimum interpretem, tantæ fuisse utilitatis
 autorem, continere à scribendo nō potui, tem-
 perare non ualui, pennam sumpsi, & memora-
 nam ut uel hanc præfatūnculam in tam insi-
 gne scriberem uolumen. Quod tibi, o eruditif-
 lime Petre, iure dicari debuit. Quippe qui p-
 tua in rem literariam beneuolentia, causam
 præbuidisti, ut tantus, tam præciosus, tamq; no-
 bilis thesaurus diu & supra nimum uelut nō
 extaret absconditus, nostris iam his diebus in
 lucem ueniret. Agis pro more tuo humanissi-
 me Petre, qui ad commune bonum natus nun-
 quam cessas benefacere, omnibus prodes: ne
 mihi noces: tantam denique curam de diuino
 studio & schola theologica habes & ultro ac-
 cipis, ut neque tibi, neque bonis parcas ut illi
 feras opem. Profecto illi opem nō partam tu-
 listi quando opus hoc diuinum ut imprimere

tur curasti. Proinde uos conuenio o uiri stu-
 dioli & literarum amantes: conuenio inquam
 uos pusilli & magni: moneo & adhortor, ut
 thesaurum hunc quem iam habetis in mani-
 bus, non contemnatis, sed ametis, colatis, ma-
 gnificetis. Codex hic unus tibi præstabit o le-
 ctor quod innumerabiles librorum sarcinæ ne-
 gabunt. Ipso duce sacra Pauli eloquia intelli-
 gere pleraq; alia scripturæ arcana toti hacten-
 us abdita mundo cognoscere, & ignorantia-
 bus pandere ualebis. Valebis & ipso monstrā
 te perituri seculi fugere delitias: spernere ille-
 cebras, te ipsum componere, ædificare, & e-
 mendare in melius. Excitabit dormiētem, cal-
 car demum addet currenti, te ad Deum toto
 orbe conuertet, & ad studium theologiae q;
 beatorum inuitabit, ac nescio quo ineffabili
 modo disponet, ubi non iam per speculum &
 in ænigmatē, sed facie ad faciem, hic diu quasi
 tam primam intueberis ueritatem, quod tibi
 & nobis præstare dignetur, cuius omnes uitæ
 ueritas, immo ipse uita, ueritas, & ui-
 ta est, Christus domi-
 nus.

FINIS.